BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8 H
42 - F
6

8.42.F.6

# POLYANTHEA MARIANA,

## IN LIBROS XX. DISTRIBVTA,

IN QVA

## DEIPARAE VIRGINIS MARIAE

Nomina & Selectiora Encomia ex SS. Patrum, aliorumque sacrorum Scriptorum, praesertim veterum, monumentis collecta, iuxta alphabeti seriem, & temporis, quo ijdem vixerunt, ordinem dispositа, Lectorum oculis exhibentur.

Opera & Studio Adm. R. P. HIPPOLYTI MARRACCII, Lucensis, è Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei.

Opus cunctis Mariophilis, praesertim Diuini Verbi praeconibus perutile ac necessarium, copiosissimos subministrans Conceptus, ac Discursus pro quacumque Deiparae VIRGINIS Festiuitate.

C. D. C. S. Agatae Arnsbergerim
dono datus à D. Jacobo Cimino
Cleric. Reg. Matris Dei

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE. MDCXCIV.
Ex Typographia Heredum Corbelletti.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

# AVGVSTISSIMAE CAELORVM REGINAE, AC DEI GENITRICI SACROSANCTAE MARIAE

Semper, & vbique Immaculatæ,

Quam S. Epiphanius, *Virginem plurium Nominum*, S. Ioannes Damascenus, *Dominam decies millenis honorum Vocabulis dignam*; S. Ioseph Hymnographus, *Puellam multis nominibus celebratam, & multorum Nominum appellatione conspicuam*, meritissimè nuncuparunt; Vt sic innuerent, Ad tantæ Matris excellentiam, sublimitatemque paulisper cognoscendam: Et perfectionum eius varietatem, multiplicitatemque, Aliquà saltem ex parte propalandam, Non vnum Nomen sufficere, Sed plura necessariò prærequiri, In quam; teste S. Germano, Patriarcha Constantinopolitano, Si quis *innumera dicat Elogia*, Nunquam sequetur scopum, Tantum abest, vt illum attingat; Et propositum in ea laudanda assequatur, Cùm illa superet omnem disertam linguam, Et omnem mentis aciem supergrediatur: Cuius Nomen, (Vt auctor est S. Theodorus nouus Confessor) Latinè interpretatur *innumera*, Propter innumerabilem Encomiorum copiam: Innumera enim de ea si quis dicat, Nunquam dignè collaudauerit.

S. Epiph. *in Serm. de laud. B.V.*

S. Io. Dam. *in Menæis Græc.*

S. Ioseph Hymn. *in suo Mariali.*

S. Germ. *Orat. 1. de Præs. §. V.*

S. Theod. *in Orat. de Nativit. B. Virg.*

POLYANTHEAM hanc MARIANAM, In qua ipsius Nomina, & Encomia selectiora, Ex SS. Patrum, aliorumque Sacrorum Scriptorum Monumentis collecta, Iuxta Alphabeti seriem, & tempopris, Quo ijdem Patres, & Scriptores vixerunt,

Ordinem disposita,
Lectorum oculis exhibentur:
Tanquam nouum antiquæ pietatis suæ
Erga ipsam monumentum publicum,
Et deuinctissimæ, & nunquam dissoluendæ seruitutis
Anathema perpetuum,
Humilis, ac Venerabundus de genu
consecrat
Indignus
Omni ex parte seruulus
HIPPOLYTVS MARRACCIVS,
Eandem Augustissimam Cœli Reginam,
Omni, quo valet, animi conatu,
Demississimè rogans, atque obsecrans,
Vt nouum hunc tenuitatis suæ laborem,
Ipsi humiliter oblatum,
Larga super illum benedictione effusa,
Diuino conspectu dignum reddat,
Quatenùs hic per eam DEO ipsi,
Cui omnia in primis offerenda sunt,
Euadens charus, atque acceptus,
Diuina priùs in terris gratia,
Et post mortem, iam iam imminentem,
Nunquam defutura
In Cœlis gloria
Concilietur Auctori.

SA

SACRAE CAESAREAE MAIESTATI

# ELEONORAE MAGDALENAE

ROMANORVM IMPERATRICI

SEMPER AVGVSTAE.

LVDOVICVS MARRACCIVS

*E Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei.*

*F. P.*

POLYANTHEAM hanc Marianam, Sertum ſcilicet ex multis floribus ad Beatiſsimę Virginis Mariæ ornamentum contextum; quæ ex hæreditate mihi fraterna, prouenit; apud me in priuatis ſcrinijs retinere (nam etsi antea Coloniæ Agrippinæ typis impreſſa fuiſſet, in his ferè tantum iam reperiebatur) iniquum prorſus exiſtimaui. Quamuis enim pretioſiora non ſine periculo in lucem omnium oculis perſpicienda proferantur; & *Theſaurus*, quantumuis *Floreus*, tutius *in agro abſconditus*, quam palam expoſitus cuſtodiatur: virgineos tamen flores

ab omni oculorum, vel manuum iniuria, etiam publica in luce, immunes futuros esse arbitratus sum. Non enim hos è Pæsti rosarijs, vel Hesperidum hortis, aut è Pheacum viridarijs collectos in coronarium Deiparæ Virginis ornamentum Author disposuit; sed ex sanctis tàm Latinę, quàm Græcę Ecclesię Patribus, alijsq; catholicis antiquioris notę Scriptoribus decerpsit, non quidem, quales Virgilianus Menalcas requirebat, *Inscriptos Nomina Regum;* sed gloriosissimis Cęlorum Terræque Reginæ epithetis insignitos; itaut cum venustate, & odore, omnium aspectum, & olfactum allicere meritò possint; nullo modo ne ab emunctioribus naribus reijciantur, vel ab acutioribus oculis improbentur timendum sit. Verum quamuis flores ipsi per se tales sint, vt custode, vel patrono ad iniuriam omnem propulsandam non indigeant: *Coronæ* tamen ipsius textura, ac syntaxis ex Authoris defectu, vel quòd illos inconcinnius disposuisse, vel quòd spurios aliquos, aut non adeò legitimos veris ac genuinis immiscuisse existimetur, à criticorum censura immunis futura esse non videtur. Quamobrem si patronum illi aut vindicem quæram, non abs re me feciſse censebo. Vulgatum satis est Græcorum illud adagium στέφανον μὴ δρέπεσθαι *Coronam ne carpito*: Quod etsi contra eos, qui de Regibus, ac Principibus obloquuntur, dictum esse non dubitem, libet tamen illud & ad Partheniæ huius Coronæ securitatem vsurpare. At vero cuius nam tutelæ sacratissimæ Cęlorum Imperatricis MARIÆ coronam iustius committere possim, quam Augustissimæ Terrarum Imperatrici ELEONORÆ MAGDALENÆ, præsertim cum huius tanta sit erga illam pietas, & obsequium; tantoque studio pręclarissimas illius virtutes imitetur: ac denique omnem suam magnitudinem, decus, & gloriam ab illius munificentia potius quam ab vbiquaque coruscante Sereniſſimorum Auorum splendore, aut ab incomparabili heroicarum suarum virtutum merito recognoscat? Suscipe igitur, Clementissima Augusta, hoc *Parthenium Donarium*, non tam mole, quam argumento æstimandum, quod sacris

Mini-

Manibus tuis non poterit esse indignum, cum sacratissimo mundi Dominę Capiti in regale ornamentum sit ab Authore & destinatum, & dedicatum. Floribus quidem constat; sed floribus Marianis; nimirum, quorum non solum aspectu, & odore; sed sapore etiam Tibi liceat assiduè recreari: *Flores* quippe *mei* (vt ipsa de se Virgo testatur Eccl. c. 24.) *Fructus honoris, & honestatis*. Quòd si me minus idoneum, vel etiam indignum censes, qui illud Tantę Maiestati exhibeã, non dedignaberis certè, quòd nomine Authoris ipsius libi offeratur. Is est *Hippolytus Marraccius*, meus & sanguinis coniunctione, & religiosa professione frater germanus, Beatissimæ M. Deiparę cultui totus addictus, & eiusdem *celeberrimus Encomiastes, & acerrimus Immaculatæ Conceptionis propugnator*; in cuius honore propagando, velut alter Damascenus, totum vitæ suæ curriculum insumpsit: & cum iam senio confectus, vix spiritum summis labris teneret, calamum tamen in Marianis laudibus explicandis strenuè dextera exercebat; itaut supra centum volumina, quorum omnium *Deipara Virgo* argumentum fuit, partim typis impressa, partim calamo exarata reliquerit, inter quæ *Polyanthea* hęc *Mariana*, vtpotè virgineo vertici coronando contexta, cęteris etiam coronam imposuisse videtur; atque adeo, quamuis omnium nouissima in lucem prodeat, alijs tamen omnibus esse dignitate pręferenda. Nec dubito, quin, licet florea, æternam tamen ætatem consequutura sit, si Te, Augustissima Imperatrix, (vt humillimè supplico, nec me impetraturum esse diffido) patronam & custodem sortietur.

# BENEVOLO LECTORI.

POLYANTHEAM MARIANAM, iam olim in *Bibliotheca Mariana*, atque alibi promiſſam, poſt multas, quæ hactenùs obſtiterunt, impedimentorum remoras, nunc tandem DEO, ac DEIPARA fauentibus, tuo aſpectui exhibeo, Lector humaniſſime. Spero eam futuram inſigne, & luculentum de B. Virginis exquiſitiſſima dignitate, ſummaque eminentia præiudicium, quod ſecum ferat, & adiunctos habeat erga tantam Virginem incenſos ac fructuoſiſſimos amoris ac fiduciæ affectus: necnon extituram, amplam, atque indeficientem Marianarum laudum, ac Virginalium Encomiorum aurifodinam, quæ ſacris Oratoribus continuè ſubminiſtratura materiam pretioſam, atque vberrimam, ad collaudandam publicè, cum Auditorum plauſu, & fructu, magnam DEI Matrem, ſiue ſacra Concio de ea ſit habenda, ſiue inter eruditos, & pios ſit de tantæ Matris laudibus declamandum. Nam ſi (vt inquit S. Epiphanius Hæreſi 78.) *Ex Nominibus Epithetis etiam virtutis ſigna elucent*. Etſi (teſte Chryſoſtomo *Homil.* 31 in Epiſtolam ad Rom.) *In nudis plerumque nominibus magnus poteſt inueniri theſaurus*: quomodo ex tot nominibus Beatiſſimæ Virginis in hoc Opere adductis, non elucebunt ſigna virtutum ipſius Sanctiſſimæ Virginis, vt eius pretium, gratia, excellentia, & meritum poſſint ab omnibus cognoſci, æſtimari, atque amari? & quomodo in iiſdem nominibus magnæ auri myſtici maſſæ non latebunt, quibus erutis, vberrimè diteſcat Orator, & ſanctè locupletetur Auditor?

Porro quamuis vnicum reuera ſit, & præclariſſimum DEIPARAE nomen: MARIA: attamen cùm hoc ſolùm non ſufficiat ad eius dignitatem, excellentiam, ſublimitatemque cognoſcendam, & ad eius perfectionum veritatem multiplicitatemque propalandam, hinc neceſſario factum eſt, vt tam varijs, ac multiplicibus nominibus (vt ex hoc Opere apparebit) eadem DEIPARA à SS. Patribus, & Scriptoribus Eccleſiaſticis fuerit appellata. Vnde S. Bernardinus Senenſis in *Tractatu* de Beata Virgine *Serm* 1. quærens cur Beata Virgo tot tantiſque nominibus à Sacra Scriptura, & Patribus nominetur? in hunc modum reſpondit: *Sicut DEVM ipſum non vno tantùm nomine nominamus, ſed multis; vt ſic eius incomprehenſibilitatem enuntiemus: ſic & glorioſam Virginem MARIAM multis nominibus deſignamus, & nunc Lucem, nunc Solem & huiuſmodi nominare ſolemus, vt ſic ad ſublimitatem eius cognoſcendam aliquantulum pertingamus, immenſitas quippe gloriæ eius omnis humani ſermonis excedit inopiam*. Sic ille. Et Theophilus Raynaudus Soc. Ieſu Theologus in ſuis *Obſeruationibus ad Nomenclatorem Marianum Obſeruatione* 1. interrogans, quomodo cùm vnicum reuera, & ſingulariſſimum ſit Deiparæ nomen MARIA, tàm varijs tamen ac multiplicibus nominibus eadem Deipara à SS. Patribus nuncupetur? ità reſcribit: *Sicut vnum Chriſti proprium nomen, non excludit prope innumera Chriſti nomina appellatiua, è varijs perfectionibus, vel multiplicibus in nos beneficijs petita, quibus vtcumque adæquemus noſtras de Chriſto notiones; ità nihil vetat, quo minus præter vnum proprium Deiparæ nomen alijs pleriſque nominibus appelletur, quibus ipſius perfectionum varietatem multiplicitatemque eo modo quo poſſumus, explicemus*. Hæc ille.

Et quis vno nomine, vel vno Encomio, vel elogio explicare poſſit perfectiones Deiparæ? *Tot ſunt Mariæ Perfectiones* (inquit Paulus de Heredia in *Tract. de Concept.* B. Virg.) *vt ſi nos effingeremus Deum creare alterum mundum, huic conſimilem, qui millies repleretur: & in hoc, quo ſumus, non eſſent niſi cardueles, & aues, quarum pennæ linguæ efficerentur, quæ nihil aliud canerent, quàm Glorioſæ Virginis Laudes, cantibus varijs: ità quod antè*

*cecì-*

*secinerit amplius repetere non possent; eaque aues non comederent, nisi granum millij triginta millibus annis, prius millium absumeretur, quàm Laudes Virginis Gloriosæ finem consequi possent, cùm sint infinitæ.* Hactenus ille, cui consonat Franco Abbas Affligimensis *lib. 7. de gratia Dei*, dum ibi ait inter alia: *Generatio præterit, & generatio aduenit, Laus autem Mariæ nulla vnquam generatione defecit; Laus Mariæ, fons est indeficiens qui quanto longiùs extenditur, tantò ampliùs impletur, tantò latiùs dilatatur.* Hinc S. Germanus in *Mariali Orat. de Præsent. B. Virg.* verissimè scripsit: *In Mariam si quis innumera dicat Elogia, nunquam sequetur scopum, tantum abest, vt illum attingat, & propositum in ea laudanda assequatur, cùm illa superet omnem dispertam linguam, & omnem mentis aciem supergrediatur; Etenim eius magnalia vastissimum pelagus fecit gutta illa cælestis, quæ ab ipsa manauit. Idcircò immensitatis eius dulcitiæ nulla vi comprehendi possunt, nec absumi deliciæ. In quauis quidem alia re datur planè satietas, in laudanda verò, & celebranda Virgine, non est præiucunditate voluptatis epulantium modus. Hinc fit, vt laudationum ansæ, quas ipsa porrigit, conijci mente non possint. Et quia indeficiens est fons, & hauriendo non exhauritur, imò, quò plùs hauritur, eo maiorem centies, aut millies aquarum copiam effundit; ideo fieri non potest, vt desinant, qui hauriunt.* Hucusque Germanus. Cui concors omnino est S. Theodorus, cognomento *Nouus Confessor* Orat. *de Natiuit. B. Virginis*, dum *ibidem* hæc verba exarata reliquit: *Ave Maria, quasi dicat: Maria: Latinè: innumera: propter innumerabilem tuorum Encomiorum copiam: innumera enim de Te si quis dicat, nunquam Te dignè collaudauerit.* Sic ille.

Ex hac autem tam varia, multiplici, ac ferè innumera Nominum, atque Encomiorum appellatione, qua SS. Patres, ac Scriptores Ecclesiastici Deiparam Virginem nuncuparunt, & decorarunt, fine dubio prouenit, quòd eadem Deipara à S. Epiphanio in *Serm. de Laud. Virg.* fuerit dicta *Virgo plurium Nominum*. A S. Io. Damasceno in Menæis Græcorum, die 27. Ianuarij *Ode I.* fuerit nuncupata: *Domina decies millenis honorum vocabulis digna.* A Iosepho Hymnographo, in suo *Mariali* fuerit vocata: *Puella multis nominibus celebrata, multorum nominum appellatione conspicua, multorum nominum titulis decorata.* Vt fileam Andream Cretensem, qui in *Canone in Dom. 17. Decembris* ait, quòd omnes Prophetæ *Deiparam prænuntientes, illam multis Nominibus vocarunt, multisque formis descripserunt.* Et præteream S. Germanum Patriarcham Constantinopolitanum *Orat. de Natiuit. B Virg.* vbi scribit: *B. Virginem nominibus varia significantibus adumbratam.* Nec non Doctorem mellifluum S. Bernardum Abbatem Clareuallensem, in *Serm. 3. super Salue Regina*, vbi inquit: *Beatam Virginem varijs nominibus conuenienter appellari; & rerum vocabulis designari.*

Certè Nomina, & Elogia B. Virginis, quæ non exiguo labore, & multorum annorum spatio ex SS. Patribus, aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis collegi, iuxtà Alphabeticorum elementorum rationem in hoc Opere disposui, ad faciliorem inuentionem, & commodiorem Lectoris vsum: nullumque à me affertur nomen, vel elogium, quin indicetur locorum fons, vnde illa hausta sunt. Hæc etiam nomina, & elogia, iuxtà temporis, quo ijdem Patres, & Scriptores Ecclesiastici vixerunt, vel obierunt, ordinem digessi, vt Lector, vno ferè intuitu, possit inspicere, quinam ex ijsdem Patribus, & Scriptoribus, antea vel post; vel qui ex ijs primi, qui medij, qui postremi Apostolorum æuo, ad nostra vsq; sæcula deducta successione, huiusmodi nominibus, atque elogijs Deiparam Virginem ornauerint.

Et denique hæc eadem nomina, atque elogia, non pura, & nuda attuli, sed eorumdem Patrum verbis elucidata, atque explicata, quando ea ab ipsis Patribus, & Scriptoribus, ex quibus collecta sunt, elucidantur, atque explicantur. Nolui enim in POLYANTHEAM hanc, nec quoad nomen, atque encomium, nec quoad nominis, & encomij explicationem, aliquid ingredi, quod ex SS. Patrum, aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum, præsertim veterum monumentis, petitum non fuerit, vt fœcurus possem dicere, quod de suo in subdelegendis Patrum dictis studio, non modò concinne, sed prudenter, & solidè protulit Cæsarius *Dialog. 1.* sub initium, nempe: *Non quædam propriè mea, leuiaque proferam, sed quæcumq; clarorum Beatissimorumq; Patrum prata peragrans de illorũ Roseto collegi.* Hæc ille. Qui sint autem Patres, & Scriptores Ecclesiastici, ex quorum Pratis, seu Viridarijs, Operibus scilicet,

hos

hos nominum, atque Elogiorum Marianorum flores admirabiles, ac planè suauissimos, collegi, patebit ex eorumdem Patrum, Scriptorumque Catalogo, quem ad pleniorem omnium instructionem, notitiamque priùs chronologico, deinde Alphabetico ordine huic ipsi POLYANTHEAE Operi prefigam.

Nec mirabitur Lector, si aliquod nomen, seu elogium B Virginis, quod ex Græcis Patribus adduxi, apud ipsos Patres interdum non deprehendat: nam cum lingua Græca fœcundissima sit, & propterea multiplicium sensuum capax, & cum Opera Græcorum Patrum, ex quibus hæc nomina, atque Elogia B. Virginis deprompta sunt, sint interdum, non ab vno solum, sed à multis etiam è Græco fonte in latinitatis alueum deriuata, hinc factum est, vt iuxta varias translationes fuerit etiam nomen, & elogium variatum, nec idem possit in omnibus translationibus inueniri; sit tamen Lector omninò certus, seu nomen, seu elogium, quod in vnius fortasse translatione non inueniet, se illud si quærat, in alterius, vel aliorum translatione reperturum; eò quod, vt dixi, nihil de meo in hoc Opere attulerim, sed omnia in illud ex alijs, summa, qua potui, fidelitate congesserim. Quamuis autem, vt vides, Lector humanissimè, tot ac tanta sint nomina, & elogia SS. Virginis in hoc Opere adducta, vt vix numero aliquo metiri, ac complecti possint, scias tamen, ea esse partem minimam eorum, quæ ego ipse producere potuissem, si maior corporis sanitas, ac temporis maior commoditas adfuissent; nam si loquamur de nominibus, & elogijs B. Virginis, quæ non à me, sed ab alijs ex Patrum, & Scriptorum Ecclesiasticorum monumentis afferri possunt, ea quæ adduxi, iam non pars, sed ferè nihil possunt appellari; Spero tamen non defuturos meæ Congregationis Patres, vel alios Mariani cultus Promotores, qui pro sua erga Deiparam obseruantia Opus hoc à me inceptum magnis accessionibus augeant, atque extendant, additis iuxta Alphabeti seriem, & temporis, quo SS. Patres, ac Scriptores Ecclesiastici vixerunt, ordinem nominibus, & encomijs B. Virginis à me prætermissis, & de nouo à se inuentis: mihique satis erit, in hac parte incepisse, atque alijs ocasionem dedisse sub hac inuentione, ac scribendi methodo, hactenus, quod sciam, noua, Deiparam Virginem laudandi, ac celebrandi; quòd si aliquis ex Sectarijs expostularet in hac POLYANTHEA ex SS. Patribus, & Scriptoribus Ecclesiasticis aliqua B. Virginis nomina, atque Encomia fuisse adducta, quæ videntur esse Christi propria, & tanquam characteristicæ eius notæ, ita vt delatione talium nominum, atq; Encomiorum fuerit eiusdem Christi iuribus, atque honori derogatum.

Respondeo, neminem esse inter Catholicos, qui ignoret illud S. Hildephonsi *Serm. 3. de Assumpt.* scilicet, *quod honor, & gloria B. Virginis, laus, & gratiarum actio est Redemptoris*; Et ea nomina, atque Encomia Christi veluti propria à SS. Patribus, & Scriptoribus Ecclesiasticis B. Virgini attribui, per aliquam accomodationem, cum supremo, atque inabdicabili ad ea Christi iure cohærentem, & eo sensu, & moderatione, vt ex his nominibus, atque Encomijs nihil Christi iuribus, honori, ac dignitati detrahatur Quapropter nihil est à Sectarijs in hac parte contra Catholicos expostulandum. Interim, benigne Lector, labore hoc cum incolumitate fruere, & pro me etiam, qui tibi illum exhibui, apud DEVM, & DEIPARAM præsertim pro felici morte obtinenda, bene precare.

CENSVRA

# CENSVRA.

POLYANTHEA MARIANA, siue MARIÆ [ DEIPARÆ Virginis Nomina, & Encomia, selectiora ] è Sanctorum Patrum, aliorumque Sacrorum Scriptorum monumentis collecta, atque Alphabetica serie secundum sæcula, & annos, quibus Authores floruerunt, & scripserunt, XX. digesta Libris, summo studio elaborata ab Adm. Reuerendo Patre HIPPOLYTO MARRACCIO Lucensi, è Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei, Scriptore famigeratissimo, & pientissimo, nihil Fidei Catholicæ, aut bonis moribus aduersum continet, ideoque imprimi, & per Orbem Christianum diuulgari meretur, Signatum Coloniæ Agrippinæ 10. Maij 1683.

*Fr. Theodorus Degbens. S. Theolog. Doctor, Canonicorum Regularium S. Crucis ad Rhenum Prouincialis, & Prior Coloniæ Librorum Censor Ordinarius.*

# CENSVRA,

## SAC. THEOLOGIAE PROFESSORVM.

CLareuallensis Abbas S. Bernardus, in illud Ecclesiastici 24. v. 31. [ Qui elucidant me, vitam æternam habebunt, ] scitissimè: [ benignus est, inquit ( serm. 36. in Cantic. ) Spiritus sapientiæ, & placet illi Doctor benignus, & diligens, qui ità cupit satisfacere studiosis, vt morem gerere tardioribus non recusset. ] Talem se in hoc Marianorum Elogiorum apparatu, siue POLYANTHEA MARIANA probauit Adm. R. P. HIPPOLYTVS MARRACCIVS Lucensis, è Congregatione Clericorum Regularium Matris DEI. Quando accuratissima diligentia, sollicitâque affiduitate ex SS. Patrum, aliorumque Sacrorum Scriptorum ( præsertim veterum ) Monumentum flosculis, Deiparæ Encomia, velut Apis argumentosa collegit, ac non minori studio, & labore ( cupiens satisfacere studiosis ) quam in eadem Cœlorum Imperatricem deuotionis affectu, iuxta Alphabeti seriem digessit; nec prius destitit ab Opere inchoato, donec elaborasset, [ vt morem gerere tardioribus non recusaret. ] Sedulum imitatus [ Compilatorem, ] qui contentissimo studio, animo fategit imprimere, quæ calamo expressit: vt de eo, quod de Sancto Epiphanio, Eunodius in eius Vita pronunciauit, diuulgare possim. ] Pingebat in actibus suis pagimam, quam legisset, si Testamenti veteris recensuisset Volumina. Moyses dignus æmulator incedebat. ] Vtique Opera huic, illum eiusdem Auctor scopum præfixit, quem sibi Bernardus præstituit; [ Denique, inquiens ( loco citato ) qui me elucidant, vitam æternam habebunt, ait Diuina Sapientia; quo quidem præmio ego fraudari nolueriм. ] Portò cùm iuxta diuinum Christi Saluatoris monitum, non sit lucerna sub modio abscondenda; dignum existimo, vt Opus hoc, omnibus Deiparæ Cultoribus publica luce fulgeat. Ita sentio Coloniæ in Conuentu S. Crucis, Ordinis Predic. 3. Maij 1683.

*Fr. Leonardus Messen, Ord. Prædic. Sac. Theol. in Alma Vniuersitate Coloniæ Doct. & Professor publicus.*

GRandis ille Liber, quem Euangelicus Vates iustus est sibi sumere, Isai. 8. indubiè designat Beatissimam Virginem MARIAM, vtpotè in cuius castissimis visceribus, veluti in tenuissimis membranis, stylo, & forma hominis, sine manibus tamen humanis descriptum est infinitum Dei Verbum. Liber planè admirabilis, longè pulcherrimus, maximisque repletus misterijs, in quo tota increata Dei Sapientia, aureis characteribus, arcaniſſimo modo est depicta. Liber, qui à nemine mortalium posset legi, quantumuis sit sciens litterarum, inquit Greg. Nicomed. Orat. de Oblat. Deiparæ, nisi illum explanare dignatus fuisset, ipse, qui scripsit Spiritus Sanctus: Huius autem supremi Magistri ductu, & institutione humanæ ruditas piam assumpsit audaciam erigendi animum, & aliquid cogitandi, quod doctrina cœlestis huius Libri dignum est. Vnde tot piorum prodiere in hunc Librum Commentarij, acuunturque in dies calami in Diuę Virginis præconia, nec tamen vnquam cesset laudis eius materia, adeò, vt de laudibus Deiparæ meritò illud Chrisost. Tom. 3. in Genes. vsurpare queam: ] Diuina eloquia fonti similia sunt, largis perennibusque fluentis scaturienti: etiam qui ante nos fuere, pro viribus suis aquas inde hauserunt, & similiter, qui post nos futuri sunt, idem attentabunt, neque sic totum euacuare poterunt; sed magis interim augentur flumina, & increscunt. Hæc enim spiritualium fluentorum natura est, vt hoc magis scaturiat spiritualis gratia, quò magis inde hauritur. [ Et præsertim in huius nostri Libri Encomia hæc maximè aduenient: quippe quem solus ille, qui sanctus, & verus est, aperire, & nemo alius sermone, aut cogitatione sua claudere poterit. [ Elogia

Elogia porrò illa ex innumeris penè Anthoribus in vnam colligit POLYANTHEAM, pulcherrimoque Alphabeti ordine digesit Reuerendus, & Doctissimus P. HIPPOLYTVS MARRACCIVS, è Congregatione Clericorum Regularium Matris DEI, studiosissimus Diuę Virginis Cultor, & Encomiastes, meritò cognominandus MARIANVS, ob tot, quos in laudem Mariæ scripsit, edidit-que Libros, è quibus tamen dicta POLYANTHEA præcipuè ostendit eximiam eiusdem in Deiparam deuotionem, nec non feruentissimum Mariani honoris promouendi zelum; in ea namque incredibili penè labore, & maximo legentium, inprimis Verbi Dei prœconum compendio, & fructu, vnà omnium oculis subijcit infinita SS. Virg. prœconia, per diuersos, & vastissimos aliorum Libros dispersa, & disgregata. Cum verò in his omnibus nihil esse possit, quod non faciat vel ad augendam Fidem in Deum misericordiosissimum, & liberalissimum erga hanc Virginem; vel ad acuendam deuotionem erga Deiparam, nostram apud Deum pijssimam Aduocatam, censeo hoc Opus esse dignissimum, quod de mortui sui Authoris laudabilem memoriam, & pijssimum erga Deiparam affectum vbique referat: atque eum in finem studio, & industria Reuerendi Adm. & Doctissimi P. PAVLI ab omnibus Sanctis, Ordinis Nostri Carmelitarum Discalceatorum quondam Definitoris Germaniæ, & in hoc quoque magnum suum erga Ordinis sui tutelarem Patronam zelum, & non exiguam de Authore, & Opere illius existimationem prodentis, in lucem prodeat. In quorum fidem has dedi è Conuentu nostro Colonię 1683. 12. Augusti.

*Fr. Ambrosius à S: Godefrido, Ord. Fratrum B. V. Mariæ de Monte Carmelo S. Theol. Licentiatus, & Ordinarius Lector.*

*Reimprimatur.*

Si videbitur Reuerendiss. P. Sac. Apostol. Pal. Magistro.

*H. Fortunatus Episc. Hortonen. Vicesg.*

# IESVS MARIA.

REuerendissimi Patris Thomæ Mariæ Ferrarij Sacri Apostolici Palatij Magistri iussu, legi Volumen, cui titulus POLYANTHEÆ MARIANÆ, siue MARIÆ DEIPARÆ Virginis Nomina, & Encomia, &c. à Reuerendo Adm. P. HIPPOLYTO MARRACCIO Clerico Regulari Matris DEI elucubratum, & legenter oculos subsecuta est ingens animi admiratio, si quidem vidi Opus, Obiecto, Pietate, Eruditione. Labore prælarissimum. Obiectum Deipara, qua sub Deo, nec Sanctius aliquid veneratur, nec admiratur excelsius, nec laudat nobilius Orbis Vniuersus. Pietas vix maior, quam singulæ prægrandis Voluminis lineæ spirant, cum in Dei Genitricis honorem viuacissimè conspirent. Eruditio propemodum immensa: quicquid enim aut SS. Patrum, aut Sapientum exculta eloquentia in SS. Virginis prœconium lato calamo prosecuta est, laconico hic, feré totum, lustrabis exaratum. Laborem dicerem Nestorea vita longe prolixiorem, nisi Author breuiorem fecisset tantum delectamenti in Maria prælaudanda expertus, vt & improbus labor pro delicijs ab ipso sit habitus. Prodit nunc iterum in lucem, merito, nam si bis quod pulchum est, quod pulcherrimum nunquam satis. Vnum doleo superstite libro humatum fuisse Scriptorem — rapuit Mors, qui Dei Matrem elucidans, immortalitatem est promeritus. Nunc quid censeam nè quæras; non dubium enim Sacrosanctis Fidei dogmatibus, probisque moribus omnium respondere, quod eximio Pietatis studio, obsequentissimo in Deiparam ingenio fuit elaboratum. Vtinam imperium mihi esset in omnes mortales, quemliber vrgerem valida voce clamando: Tolle & lege: validiore clamore vulgarem. [Comede volumen istud --] Epulaberis. Siquidem Mariæ prœconijs Fidelium mentes laginatum. Ex Conuentu nostro Sanctę Mariæ de Victoria. Romæ die 31. Decembris 1693.

*Fr. Blasius à Purificatione Carmelita Discalceatus, ac sui Ord. Generalis Historicus.*

*Reimprimatur.*

Fr Franciscus Maria Forlani Reuerendiss. P. Fr. Thomæ Mariæ Ferrari Sac. Apostol. Pal Magist. Soc. Ord. Præd.

CATAL.

# CATALOGVS CHRONOLOGICVS AVCTORVM.

## Ex quorum dictis, & litterarijs monumentis hoc Polyantheæ Marianæ opus contextum est.



PETRVS Apostolus, & Apostolorum Princeps, Iesu Christi Sacerdotis æterni Vicarius, & Christianorũ Pontifex summus, Ecclesiæ christianę præsidere cœpit Anno Domini 33. vel secundum Alios 34. Romæque sub Nerone glorioso martyrio coronatus est, eiusdem Domini anno 69. Præter ea, quæ de B. Virgine apposuit in sua liturgia, studio Guilielmi Lindani Episcopi Ruremundani edita, ac *Tom. 1. Bibliothecæ Magnæ veterum Patrum* adtexta eiusdem B. Virginis obitu instante in ipsius SS. Virginis laudem, ac commendationem non pauca protulit, quæ ex Amadeo Franciscano, Cosma Vestitore, atque alijs retuli in meis *Apostolis Marianis cap. 2.*

PAVLVS Apostolus, & Doctor Gentium, natione Iudæus, ex tribu Beniamin oriundus, cuius meritis omnis laus deficit, omneque est impar Encomium; ab ipso Christo de cælo vocatus est, & ex persecutore Prædicator eximius factus anno salutis 35. vitæque cursu feliciter consumato ad gloriæ sempiternæ coronam peruenit anno eiusdem salutis 69. ætatis 68. præter ea, quæ de B. Virgine scripsit in Epistola *ad Galat. cap. 4.* & in *Epist. 1. ad Cor. cap. 15.* vt dixi in *Apostolis Marianis cap. 3.* in felicissimo eiusdem B. Virginis transitu habuit coram Apostolis de ipsius SS. Virginis laudibus orationem, quam leges apud Amadeũ in eius noua *Apocalypsi Raptu* 8.

ANDREAS Apostolus, natione Galilæus, primus Christi sectator, & Discipulus, in Scythia Europæ, doctrina, & miraculis innumerabiles homines ad Christianam fidem conuertebat anno salutis 36. & post Petrum Martyr effectus est circa Annum Christi 70. vt auctor est Chrysostomus *orat. in 12. Apostolos*, quamuis Onuphrius 7. Neronis Anno, Christi 62. affignet Andreæ necem, quædam dixit in laudem B. Virginis relata in Epistola scripta à Presbyteris, & Diaconis Achaiæ de eius martyrio, necnon à B. Amadeo in sua *Apocalypsi Raptu* 8.

IACOBVS Apostolus cognomento *Maior*, Zebedæi filius, S. Ioann. Apostoli germanus frater, natione Galilæus, Christi nomen gentibus prædicabat anno salutis 37. in laudem B. Virginis nonnulla protulit, relata à B. Amadeo Franciscano in sua *Apoc. Rapta* 8. & à me in *Apostolis Marianis cap. 5.*

IOANNES Apostolus & Euangelista, prædilectus Domini discipulus, Virgo, Martyr, & Propheta Tonitrui filius, natione Galilæus, in animarum salute procuranda totus erat, Anno Domini 38. in laudem Beatis. Virginis (cuius fuit adoptitius, custos, & hæres) nonnulla scripsit, & dixit, quæ videri possunt apud B. Amadeum in eius *Apoc. Raptu* 8. & apud meos *Apostolos Marianos cap. 6.*

THOMAS Apostolus, qui & Dydimus, natione Galilæus, Parthis, & Medis, alijsque gentium populis Christianæ fidei, & vitæ præcepta tradebat, anno Domini 40. De diuina SS. Deiparentis prædestinatione, coram Apostolis ad virginale funus congregatis habuisse dicitur sermonem, quem leges in *Apoc.* B. Amadei *Raptu* 8. & in meis *Apostolis Marianis cap. 7.*

IACOBVS minor Apostolus, cognomento *Iustus* Mariæ sororis Matris Domini, cuius Ioannes in Euangelio suo meminit ex Zebedæo filius, natione Galilęus, qui idem, non perfectione, & virtute, sed vocationis ordine dictus est *minor*; doctrina, & miraculis Christi fidem in gentibus dilatabat anno salutis 41. scripsit lyturgiam, siue diuinam missam, *Tomo 4. Biblioth. PP.* editionis primæ impressam, in qua Deiparæ Virginis honorificam mentionem fecit, & in transitu B. Virginis de eius laudibus sermonem habuit, vt ex Amadeo retuli in *Bibliotheca Mariana part. 1.* & in *Apostolis Marianis cap. 8.*

PHILIPPVS Apostolus, Bethsaide natus, vnus ex duodecim Apostolis, qui primi à Christo Domino vocati sunt, cui cũ post acceptum Spiritum sanctum Scythia ad prædicandum Euangelium obtigisset, omnem ferè illam gentem ad Christianam fidem conuertit, doctrina, & miraculis in sua prædicatione coruscabat Anno Orbis redempti 42. habuisse dicitur coram Apostolis in transitu B. Virginis de huius laudibus orationem quam habes apud Amadeum in eius *Apoc. Raptu* 8.

BARTHOLOMÆVS Apostolus, Galilæus, cui India citerior in orbis terrarum sortitione, ad prædicandum Iesu Christi Euangelium obuenit, Euangelicæ prædicationis munus Sanctissimæ vitæ exemplis, & miraculorum signis illus-

trabat Anno Orbis redempti 56. multa in laudem B. Virginis Mariæ protuliſſe memoratur, quæ referuntur ab Abdia Babilonico *lib.*8. à B. Alano Rupenſi in *Apol. pro Roſario B.V. cap.*8. à B. Amadeo in ſua *Apoc. Raptu* 8. Vide *Apoſtolos Marianos cap.*10.

MATTHÆVS Apoſtolus, & Euangeliſta, natione Galilæus, fidelis Chriſti Ieſu geſtorum Scriba, myſteriorumque humanæ ſalutis verbo, & exemplo ſedulus Promotor, integeratæ Religionis cultum indefeſſo prædicationis ſtudio plurimum dilatabat anno viuificati generis humani 57. præter ea, quæ de Deipara Virgine ſcripſit in ſuo Euangelio habuit de eiuſdem Deiparæ Virginis laudibus in ipſius tranſitu ſermonem, quem ex noua *Apoc. B. Amadei* exſcriptum attuli in *Apoſtolis Marianis cap.* 11.

SIMON Apoſtolus, Chananæus, cognomento Zelotes, in vaſtiſſimis Perſidis Regionibus, & efferatis gentibus doctrina, & miraculis fidem Chriſti adhuc diſſeminabat anno ſalutis reparatæ 58. poſtmodum, anno hactenus ignoto, ſanctiſſimum Ieſu Chriſti nomen glorioſo martyrio illuſtrauit. In commendationem Matris Dei in huius ad cœlum tranſitu coram Apoſtolis habuiſſe dicitur orationem, quam ex *Apoc. B. Amadei raptu* 8. integram inuenies in meis *Apoſtolis Marianis cap.*12.

THADDÆVS Apoſtolus, qui & Iudas Iacobi appellatur in Euangelio, Meſopotamiam Euangelica prædicatione peragrabat, vel Ieſu Chriſti fidem in vaſtiſſimis Perſidis Regionibus Doctrina, & miraculis diſſeminabat, circa annum Domini 59. habuiſſe dicitur de charitate B. Virginis, in huius tranſitu ſermonem, quem ex *Apoc. B. Amadei Raptu* 8. exſcriptum reperies in meis *Apoſt. Marian. cap.*13.

MATTHIAS Apoſtolus, ex diſcipulis ſeptuaginta ſorte electus, & pro Iuda Iſchariote duodecimus inter Apoſtolos ſubrogatus, Euangelica prædicatione adhuc orbem illuminabat anno Chriſti Domini 60. in Deiparæ Virginis obdormitione habuiſſe dicitur de eiuſdem Deiparæ donis Apoſtolico coram Senatu ſermonem, quem ex *Aooc. B. Amadei Raptu* 8. attuli in meis *Apoſtolis Marianis cap.*14.

BARNABAS Apoſtolus, Cyprius genere, Vir Spiritu ſancto plenus, eximios vbique ſpargens piæ imitationis, & ſanctæ conuerſationis odores Chriſtianæ Religionis cultum in gentibus promovebat, anno ſalutis noſtræ 61. In laudem B. Virginis è terra in cœlum abeuntis nonnulla protulit, quæ ex reuelatione ſibi facta ab Archangelo Gabriele litterarum monumentis cõſignauit B. Amadeus in ſua *Apoc. Raptu* 8.

LVCAS Euangeliſta, natione Syrus, S. Pauli Apoſtoli Sectator, & omnis peregrinationis eius Comes, vir Apoſtolicus, omniumque virtutum gloria decorus, diuini Verbi prædicatione gentes ab alta errorum cæcitate liberans, eas ad veritatis lucem conuertebat, anno ſalutis 62. plura D. Virginis Mariæ myſteria ſuis Sacroſanctis ſcriptis ad poſteritatis notitiam commendauit, quæ videri poſſunt in eius Euangelio in *Apoc. B. Amadei Raptu* 8. & in meis *Apoſtolis Marianis cap.* 16.

MARCVS Euangeliſta, Sancti Petri Apoſtoli in ſpiritu filius, peregrinationis ſocius, myſteriorum inter præcelſæ omnino atque ſuſpiciendæ virtutis hęros, ad æternę vitę gaudia martyrio coronatus properauit, Anno Chriſti Domini 64. ex *Annal. Card. Baronij.* Præter orationem de laudibus B. Virginis, quã in eius obdormitione poſt Apoſtolos habuiſſe dicitur à B. Amadeo in ſua *Apoc. Raptu.*8. & à me in *Apoſtolis Marianis cap.*2. relatam, in ſua ſacra lyturgia, quæ à Cardinali Syrleto edita extat *Tom.*1. *Bibliotheca magnæ veterum Patrum*, atque in lyturgia Æthiopum itemq; in ordine Baptiſmi ſecundũ Æthiopes quæ ei ab aliquibus tribuuntur, de eiuſdem B. Virginis laudibus luculentiſſimè conſcripſit.

IGNATIVS Antiochenus Epiſcopus, et Martyr illuſtriſſimus, ob inſignem ſapientię, & ſanctitatis ſplendorem æternum recolendus, Romæ paſſus eſt anno 11. Traiani, hoc eſt Chriſti IESV 110. ut refert S. Hieronymus in *lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, ſcripſit ad S. Ioannem Apoſtolum, & Euangeliſtã de laudibus B. Virginis Epiſtolas duas, & alia, de quibus in Bibliotheca Mariana *part.*1. & in *Antiſtitibus Mar. cap.*9. §. 10.

DIONYSIVS Areopagita, Athenarum Protomyſta, Galliarum Apoſtolus, & Pariſinorum Antiſtitum Coriphæus, Theologorum ſecundum Apoſtolos & Euangelistas apex, & anteſignanus, glorioſè occubuit egregij martyrij decoratus laurea, Anno Chriſti circiter 121. ſcripſiſſe dicitur de Excellẽtia B. Virginis Epiſtolam ad Paulum Præceptorem, à multis Auctoribus eam probantibus commemoratam, quam inter alios affert Locrius de *MARIA Auguſta lib.*5. *cap.*6. atque ex hoc ego in *Antiſtitibus Marianis cap.*4. §. 14.

MELITO Sardenſis Epiſcopus, Aſianus, vir in diuinis ſcripturis eruditus, & non minùs ſanctitate, quàm doctrina uenerabilis, claruit anno à Chriſti Natiuitate 150. vt inquit Bellarminus in *libro de ſcript. Eccleſiaſticis*. Scripſiſſe dicitur de tranſitu B. Virginis opuſculum, quod ſub eius nomine extat in *Bibliotheca magna veterum Patrum* editionis Coloniensis *Tomo.*2.

IRÆNEVS Lugdunenſis in Gallia Epiſcopus, & Martyr, vir ſapientia ſummus, & vita, & moribus irreprehenſibilis, floruit circa annum Chriſti Domini ac Saluatoris noſtri 180. ut inquit Bellarminus in *lib. de Script. Eccleſiaſticis*, ſcripſit opus eximium cõtrà hæreſes impreſſum Pariſijs anno 1639. in fol: in quo *libr.*3. *cap.*33. & *lib.*9. *cap.* 15. in Beatiſſimam Virginem Dei Matrem præclariſſima laudum ornamenta congeſſit.

TERTVLLIANVS Afer, Presbyter Carthaginenſis, vir ingenio acutiſſimus, & (ſi hæreſim excipias) viris magnis accenſendus, floruit circà annum Domini 210. ſcripſit varia opera, quæ

ex-

extant. in *libro de velandis virginibus cap. 6.* & alibi Deiparæ Virginis honorificam mentionem facit.

HIPPOLYTVS martyr, primum Metropolitanus Arabiæ, postea à *Calisto 1.* Pont. Max. factus Episcopus Portuensis, vir sanctitate atq; eruditione clarissimus, floruit circà annum Domini 220. & gloriosum martyrium consumauit sub Alexandro seuero; scripsit in laudem B. Virginis quædam preclara opuscula, de quibus dixi in *Bibliotheca Mariana parte 1.*

HAKADOS Rabbi, seu Iudas Hakados, quem honoris gratia Rabbenu Hakadosch, hoc *est*, magistrum nostrum sanctum hæbræi nominant, nepos Gamalielis, vt notat Genebrardus in suo *Chronico*, floruit non ante Christi natiuitatem, vt *libr. 7. de Arcanis cap. 12.* putauit Galatinus, sed vt probat P. Christophorus de Castro in sua Historia Deiparæ Virginis Mariæ in Catalogo auctorum, vixit anno Domini 224. scripsit librum, seu Epistolam mysteriosam ad Antoninum Vrbis Romæ Consulem, cui fuit admodum Carus.

DIONYSIVS Alexandrinus Episcopus, vir summæ eruditionis, ac eximiæ virtutis laude suo sæculo spectatissimus, clarebat anno salutis 250. scripsit inter alia Epistolam omnino auream contrà Paulum Samosatenum, miris Deiparæ laudibus refertam, quam habes *Tom. 3. Bibliothecæ magnæ veterum Patrum editionis Colonienſis fol. 73.*

METHODIVS Martyr Illustrissimus. Olympi primum Liciæ, vel Pataræ, postea verò Tyri Episcopus, vir eximiæ doctrinæ, & præcellentissimæ sanctitatis in Calcide Græciæ glorioso martyrio coronatus est, anno Domini 255. scripsit inter alia in occursum Domini, & purificationem Beatæ Virginis luculentissimam orationem, quæ interpete Petro Pantino extat *Tom. 3. Bibliothecæ magnæ veterum Patrum*, & interprete Francisco Combefis reperitur inter eiusdem S. Methodij opera Parisijs edita anno 1644.

ORIGENES Adamantius, Alexandrinus, Leonidis martyris filius, Vir Sixti Senensis in sua bibliotheca elogio, tantæ eruditionis, & ingenij, vt ei parem doctissima Græcia felicissimorum ingeniorum parens, numquâ habuerit, obijt anno salutis 258. ætatis 69. multa de B. Virgine Dei Matre præclara opuscula composuit, à me in *Bibliotheca mariana part. 2.* enumerata, quæ in eius operibus editis videri possunt.

CYPRIANVS Carthaginensis Episc. natione Afer, Vir Sanctitate, & doctrina, clarissimus, sacerdotalem coronam gloriosissimo martirij sanguine imbuit, circà annum Domini 259. scripsit inter alia de Christi Natiuitate, & Partu B. Virginis sermonem, in quo post Natiuitatis Christi Historiam pulchrè dilatatam eiusdem B. Virginis laudes & priuilegia recenset.

ZENO Veronensis Episcopus & martyr, Vir eximijs virtutū ornamentis, & gloriosis meritorū cumulis insignis, enituit anno salutiferæ Redemptionis 260. ex Bellarmino in *libro de Script. Eccles.* scripsit de Partu B. Virginis, seu de Christi Natiuitate ex B. Virgine *serm. 3.* qui cum alijs eius operibus Veronæ excusi sunt anno 1586. in 8.

GREGORIVS Neocæsariensis Episcopus à magnitudine miraculorum, quæ cum magna Ecclesiarum gloria perpetrauit, *Thaumaturgus*, ideſt, rerum mirabilium effector appellatus, obijt circa annum ab exordio Sal. per Christum 266. scripsit inter alia in Annunciatione Dei genitricis Virginis Mariæ sermones tres; quos in antiquissimo volumine manuscripto Bibliothecæ Cryptæ ferratæ à se repertos, indeque descriptos è Græco in latinum transtulit, & primus cum alijs eius operibus lucem protulit Gerardus Vossius, Moguntiæ, anno 1604.

IVVENCVS Presbyter Hispanus, & Poeta Christianus, floruit anno Domini 330. vt inquit Bellarminus in *lib. de ſcript. Eccles.* scripsit *libros* 4. carminum in Euangelicam historiam vna cum *Bibliotheca magna veterum Patrum Tom. 4.* excusos, in quibus Deiparæ Virginis Mariæ cum laude mentionem fecit.

IACOBVS Nisibensis Episcopus, cognomēto *ſapiens*, natione Syrus, magnæ sanctitatis, nec minoris eruditionis vir, enituit circa annum Dñi 330. scripsit inter alia in laudem B. Virginis Mariæ canticum, quod integrum dedi in *Antiſilitibus marianis cap. 9. §. 8.*

ATHANASIVS Alexandrinus Episcopus, Vir sanctitatis atque eruditionis eximiæ, floruit, vt testatur Bellarminus in *libro de ſcript. Eccles.* anno salutis 340. scripsit multa cum eius operibus non semel edita, in quibus B. Virginem eximiè commendauit.

CÆSARIVS natione Cappadox, patria autem Nazianzenus, S. Gregorij Nazianzeni frater, quem ipse Gregorius frater vita iam functū egregia oratione laudauit, clarebat anno salutis 364. scripsit inter alia *Dialogos quatuor* vna cū *Biblioth. magna veterum Patrum Tom. 4. Coloniæ* excusos, in quibus Deiparam Virginem laudibus celebrauit,

BASILIVS Cæsariensis Archiepiscopus, & cognomento Magnus, cuius eximiè Sanctimonię lumina, & rarę sapientię insignia Theologorum præstantissimus S. Gregorius Nazianzenus iuremerito demiratus, indelebilis gloriæ præconijs, & lucidis laudum Apicibus commendauit, clarebat anno Domini 370. scripsit aliqua de B. Virgine, vt dixi in *Bibliotheca mariana part. 1.* & in suis operibus ipsam B. Virginem non semel laudibus celebrauit.

EPIPHANIVS, Salaminæ primum, postea Constantiæ (vt Suidæ placet) diuersarum Cypri vrbium Episcopus, Hæreticorum, contra quos Panarij insigne opus scripsit, acerrimus Antagonista, vir sapientia ac sanctitate clarissimus, floruit circa annū reconciliationis humanę 370.

ſcripſit inter alia de laudibus B. Virginis Genitricis Dei Mariæ ſermonem inſignem, qui opera Ioannis Pici Pariſienſis canonici è Græco Idiomate latinitate donatus extat apud Surium *Tom 6. de vitis ſanctorum ſub die 9. Decembris.*

PHILO Carpathiorum Epiſcopus S. Epiphanij coætaneus, vir doctrinæ meritis, & ſacrarum litterarum eruditione venerandus, clarebat æſo ſalutis 374. ex Bellarmino in *libro de ſcript. Eccles.* ſcripſit Commentaria in Cantica Canticorum, quæ extant in *Tom.* 1. *Bibliothecæ veterum Patrum* editionis ſecundæ in iiſque Deiparam Virginem debitis laudum præconiis commendauit.

AMBROSIVS Mediolanen. Epiſcopus, Italus, Romanus, mellei oris Eccleſiaſtes, & ingens totius Eccleſiæ Catholicæ columen, & decus, clarebat anno reconciliationis humanæ 374. multa ſcripſit de B. Virgine, quæ ex eius operibus in vnum collegit P. Petrus de Alua, & cum ſua *Bibliotheca virginali* in lucem euulgauit Madriti anno 1648.

TITVS Boſtrenus, in Arabia Epiſcopus, vir in diuinis ſcripturis eruditus, & in ſæcularibus litteris egregiè doctus, clarebat circà annum Domini 375. ſcripſit *Commentaria in Euangelium Luc.* impreſſa Ingolſtadij anno 1580. in 8. in quibus Deiparæ laudes poſterorum memoriæ luculenta oratione tranſmiſit.

AMPHILOCHIVS Iconienſ. in Licaonia Epiſcopus, vir doctrina, ſanctitate, ac rectæ, & Catholicæ fidei ſinceritate ſuo ſæculo magnus, floruit circà annum mundi Redemptj 380. ſcripſit de Partu, & Purificatione B. Virginis orationes, ut dixi in *Bibliotheca Mariana part.* 1. dum de hoc agerem Amphilochio.

EPHREM Syrus, Ediſſenæ Eccleſiæ Diaconus, vir dictis & factis magnus, Scriptorque inter Syros excellētiſimus, ad beatę immortalitatis gaudia profectus eſt anno à Virgineo Partu 380. ſcripſit multa de B. Virgine à me in *Bibliotheca Mariana* ennumerata, & cum ejus operibus ſæpe recuſa.

GREGORIVS Niſsenus Epiſcopus, qui à Græcis honoris cauſa *Pater Patrum* appellari, & inter præcipuos Catholicæ fidei Patronos adnumerari promeruit, clarebat circà annum reparatæ ſalutis à Chriſto 380. multa ingenij ſui monumenta magna cum ſui nominis gloria tranſmiſit ad poſteros, in quibus ſe Deiparæ Virginis præconem non ſemel oſtendit.

CYRILLVS Hieroſolymitanus Antiſtes, vir mira ſapientia, & veneranda ſanctitate candidatus, ad vitam immortalem perrexit anno Verbi humanitati 386. ſcripſit Homiliam in Purificationem B. Virginis, quæ Laurentio Siſano interprete extat in *Tom.* 2. *Bibliothecæ veterum Patrum* editionis quartæ Pariſien. & in ſuis Cathecheſibus ipſam B. Virginem non ſemel commendauit.

IOANNES Hieroſolymitanus Patriarcha, natione Syrus, quem Theodoretus virum vocat planè inſignem, & Proſper vitæ puritate, & Prophetiæ dono nitentem, clarebat anno Domini 386. ſcripſit librum de *inſtitutione Monachorum*, qui habetur in *Bibliothecamagna veterum Patrum* editionis Colonienſ. *Tom.* 4. in eoque *cap.* 32. 33. 34. & 36. in laudes atque Encomia Deiparæ Virginis calamum deflexit. Plures tradunt illum ante ſuum Patriarchatum huius inſtituti Monaſtici ſcilicet Carmelitani Alūnum extitiſſe.

GREGORIVS Nazianzenus Epiſcopus, ob ſingularem auctoritatis ſuæ excellentiam, primus poſt D. Ioannem Euangeliſtam *Theologi* cognomento illuſtratus, migrauit è vita venerando Senio confectus, anno humanæ redemptionis 390. ſcripſit plura in laudem Beatæ Virginis, vt dixi in *Bibliotheca Mariana part.* 1. vt videre eſt in eius operibus ſæpe recuſis.

AVRELIVS Prudentius, vir conſularis, & Poeta egregius, floruit, vt teſtis eſt Bellarminus, in *libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis* anno Domini 390. multa ſcripſit carmine, quæ extāt *Tom.* 4. *Bibliothecæ magnæ Patrum* editionis Colonien. in iiſque Deiparam Virginem laudibus celebrauit.

GAVDENTIVS Brixien. Epiſcopus, vir doctrinæ præſtantia, & vitæ ſanctimonia clariſſimus, florebat anno Domini 390. ſcripſit utiliſſimos Tractatus de varijs argumentis, qui extant in *Tom.* 2. *Bibliothecæ veterum Patrum* editionis ſecundæ, atque in illis In Deiparæ Virginis laudes non ſemel excurrit.

HIERONYMVS Stridonenſis, quia ex Stridone Dalmatiæ Oppido oriundus, præclarum Eccleſiæ Catholicæ iubar, ac inclyta totius ſanctitatis forma, in diuinarum Scripturarum peritia inter omnes Doctores maximus, clarebat anno ſalutis humanæ 390. vt inquit Bellarminus in *lib. de Scriptorib. Eccleſiaſtic.* quamuis obierit anno 422. ætatis ſuæ anno 91. ſcripſit multa de B. Virgine, quæ in eius operibus videri poſſunt, eorumque titulos enumerauī in *Bibliotheca Mariana part.* 1.

TIMOTHEVS Hieroſolymitanus Presbyter, natione Paleſtinus, vir doctus, atque in ſapientiæ Chriſtianæ ſtudijs nobiliter verſatus, claruit anno à virginali Partu 390. ſcripſit Græcè de occurſu Domini, & Purificatione B. Virginis Orationem quæ latinitate donata extat apud Surium *Tom.* 1. *de vitis Sanctorum ſub die* 2. *Februarij.* & in *Bibliotheca magna veterum Patrum* editione Colonienſi *Tom.* 4.

BASILIVS Seleucienſis, in Iſauria Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus, vir perſpicaciſſimi ingenij, & diuinarum ſcripturarum cognitione nobiliſſimus, floruit circà annum ſalutis reſtitutæ 406. ſcripſit in Annunciationem SS. Deiparæ orationem inſignem, quam Theodorus Peltanus, Andreas Scotus aliiſque latinitate donarūnt, & Claudio Daſqueio interprete extat *Tom.* 5. *Bibliotheca*

*bliotheca magnæ veterum Patrum* Editionis Colonien. *part.3.*

IOANNES Chryſoſtomus, hoc eſt, *Os aureum*, ob eloquij venuſtatem dictus, ex Antiochenæ Eccleſiæ Presbytero Patriarcha Conſtantinopolytanus, Vir totius Sapientiæ, & ſanctitatis ſplendoribus redimitus, animam Deo cupidam feliciter exhalauit, anno Domini 411. multa de laudibus B. Virginis à ſe conſcripta Opuſcula poſteris dereliquit, quæ è varijs Chriſtiani Orbis Bibliothecis collecta, & latinè è græco reddita ſub titulo: *Marialis S. Ioannis Chryſoſtomi*, apud me ſeruo, quantocius, ſi Deo placuerit, cum notis, typorum beneficio publicanda.

THEODORVS Ancyranus, quia Ancyræ in Galatia Epiſcopus, vir eruditionis, & ſanctitatis magnę, & contra hęreticos roboris inuicti, claruit in Concilio Epheſino circà annum Domini 430. ſcripſit in *Partum B. Virg.* ſiue in *Chriſti Natiuitatem ex B. Virgine Homilas* 2., quas habes in tertia parte Conçilij Epheſini, & in ſanctam Mariam Dei Genitricem huiuſque partum Orationes duas, quas ex antiquis manuſcriptis Codicibus Cardinalis Mazarini exſcriptas, atque è Græco in latinum verſas. *Tom. 1.* ſuæ *Bibliothecæ Patrum Concionatoriæ*, attexuit Franciſcus Combefis.

PROCLVS Conſtantinopolytanus Antiſtes, S. Ioannis Chryſoſtomi Sectator, diſcipulus, & miniſter, vir omnium heroicarum virtutum ornamentis inſignitus, clarebat anno Domini 430 ſcripſit Græce de laudibus Sacroſanctę Deiparę Virg. Orationes, quas vna cum alijs eius Operibus ex inſignium Bibliothecarum penu erutas, latinè redditas, notiſque illuſtratas, euulganit Romæ D. Vincentius Richardus Clerić. Regular. anno 1630.

ACACIVS Melitenus, ſeu Militinen. Epiſcopus, natione Græcus, vir doctrina inclytus, ac eximiarum virtutum prærogatiua ſuſpiciendus, floruit anno Domini 430. ſcripſitque pro Deipara Virgine contra Neſtorium Homiliam vnam, quam, & Epheſi in celeberrimo illo Orthodoxorum Patrum conſeſſu, plenus Spiritu, peroravit, in actis poſtea *Concilij Epheſini par.3.* inſertam.

AMPHILOCHIVS Sydæ Epiſcopus, vir apprimè doctus, acerrimuſque veritatis Patronus, in Epheſino Concilio clarus, floruit anno nati Saluatoris 431. ſcripſit in S. Deiparam, & Simeonem Orationem, quæ vna cum S. Amphilochij Iconien. operibus excuſa eſt Pariſijs anno 1644.

AVGVSTINVS Hipponen. Epiſcopus, eximius, ac præcipuus Eccl. Cath. doctor, emeritam accepit à cœleſti munerario lauream anno ſalutis 433. multa de laudibus B. V. luculentiſſimè exarauit, quę in eius operibus iam multoties recuſis reperiuntur, eorumque Catalogum dedi in *Bibliotheca Mariana part.* 1.

LEO Papa huius Nominis primus, obinſignem ſanctitatem, doctrinam, & diuinampro-

pe eloquentiam, cognomento *Magnus* clarebat anno 440. Quo factus eſt Pontifex, quamuis obierit anno ab exordio ſalutis per Chriſtum 461. ſcripſit *de Partu B. Virginis Sermones* 10. & alia, quę videri poſſunt in eius operibus, non ſemel excuſis.

PETRVS Chryſologus, ſic ob auream ingenij vim, atque eloquentię vberratem nuncupatus Epiſcopus Rauennas, vir vitæ ſanctitate, ſummęque ſapientię laude celeberrimus, florebat, Bellarmino in *libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis* anno ſalutis 440. licet ad emeritam abierit paſtoralis virę remunerationem anno 449. ſine ſequenti ex *Annalibus Cardinalis Baronij to. 6.* ſcripſit in Annunciationem B. Virginis *Sermones 9.* & alia, in eiuſdem B. Virginis commendationem, quæ cum eius ſermonibus de Dominicis, & feſtis totius Anni, extant in *Bibliotheca magna veterum Patrum Tom.5. part.2.*

CÆLIVS Sedulius, Presbyter, Scotus, ſui çui Poeta clariſſimus, floruit circà annum Domini 440. ſcripſit inter alia libros quinque carminũ, de quinque mirabilibus operibus Dei, in quibus laudum Deiparæ Virginis eximium ſe prę-conem oſtendit.

CYRILLVS Alexandrinus Epiſcopus, vir Religionis Zelo, pietatis ardore, atque exploratæ ſanctitatis preſtantia ſuo ſęculo mirandus, ad aulę cęleſtis euolauit beatas manſiones, ann. ſalutis humanę 444. prefuit imperante Theodoſio iuniore, Concilio Epheſino primo, nomine S. Cęleſtini Papę, Neſtoriumque Hereſiarcham primum ſcriptis egregijs, deinde etiam authoritate damnauit ſcripta eius Mariana reſenſui 5. *part. Bibliothecæ Marianæ*. Hunc celeberrimum doctorem ante ſuum Epiſcopatum in monte Carmelo cum Carmelitis vixiſſe tradunt non ſolum huius ordinis, verum etiam complures exteri Scriptores, imo etiam *Lectiones 2. Noct. Off. diuini*, quod ex indulto ſedis Apoſtolicę hic Ordo de Cyrillo recitat.

ROMANVS Emeſſenus natione Græcus, ex patria ſui cognominis oriundus, in ordine clericali Diaconus, cuius ſanctitatem inſignem celebrat Kal. Octobr. Menologium Card. Sirleti, floruit circà annum Domini 480. inter alia, quę ad Eccleſię Catholicę vtilitatem ſcripſit, compoſuit de laudibus B. Virginis *Contacia*, ſeu *Odas breues*, vt videre eſt in Męneis Græcorum, & in Pietate Mariana græcorum, P. Simeonis Vvagnerech. Soc. Ieſu edita Monachij an. 1647

VIGILIVS Tridentinus Epiſcopus, non ille, qui in Romano Martyrologio inter ſanctos habetur adſcriptus, ſed alius quidam, floruit anno Domini 495. vt inquit Bellarminus in *lib. de Scriptor. Eccleſiaſt.* ſcripſit *libros eruditos contra Neſtorium, & Eutychetem*, cum *Bibliotheca magna veterum Patrum Tom.5. part.3.* excuſos, in quibus Deiparæ Virginis amantiſſimum, eiuſque honoris, & glorię zelantiſſimum ſe oſtendit

SABAS Abbas mençorum Græcorum primæ-vus conditor, vir omni virtutum genere exculturus

tus, magno apud omnes habebatur in pretio, circà annum Domini 500. multa ſcripſit in SS. Virginis Genitricis Dei commendationem, quę extant in Menſis Græcoruin, *ex iis* non pauca affert in ſua pietate Mariana Græcorum vir doctiſſimus P. Simon Vvagnerech. Soc. Ieſu.

FVLGENTIVS Ruſpenſis Epiſcopus, vir in diuinis Scripturis eruditiſſimus, & in ſęcularibus litteris nobiliter doctus, vitę vero ſanctimonia clariſſimus, obijt anno à Virginali partu 529. ſcripſit *de laudibus B.M. V. ex partu Saluatoris ſermonem* cum alijs eius operibus excuſum Lugduni anno 1633.

ELEVTHERIVS Tornacenſis Epiſcopus, vir virtutibus, miraculiſque clariſſimus, poſt multos pro Chriſto ſuſceptos, & ſuperatos labores, ad præmium lætus profectus eſt, anno ſalutis 529. ſcripſit *de Annunciatione, & Partu B. Virginis ſermones*, qui primum edti ſunt Coloniæ, vna cum *Biblioth. magna veterum Patrum to.* 15.

ALCIMVS Auitus, Viennenſis in Gallia Epiſcopus, vir longè nobiliſſimus, Sanctiſſimus, & doctiſſimus, floruit anno Domini 530. multa ſcripſit verſu, & ſoluta oratione, quę Iacobus Sermondus euulgauit anno 1643. atque in iis B. Virg. non eſt oblitus.

AVRELIVS Caſſiodorus Senator, & Regi Theodorico ab Epiſtolis, florebat anno Domini 530. vt teſtis eſt Bellarminus in *lib. de Scriptoribus Eccleſ.* ſcripſit quędam in quibus *laudes Deiparæ Virginis* inſeruit.

LEONTIVS Bizantinus Aduocatus, poſtea Monachus in laura D. Sabæ, vir ob ingenij vires, claraſque ſapientię dotes ſingulari poſterorum memoria recolendus, claruit circà annum humanæ Redemptionis 540. ſcripſit, vt dixi in *Biblioth. Mariana part.* 2. de B. V. Maria librum vnum, quem prænotauit: *Confutatio impietatis eorum, qui diuam Virginem, Deiparam appellare renuunt*, & alia quę extant in *Bibliotheca magna veterum Patrum editionis Colon. To.6. par.* 1.

ARATOR ſubdiaconus S. R. E. vir ſuo tempore doctiſſimus, & Poęta laureatus, florebat anno Domini 545. ex Bellarmino in *lib. de Scriptor. Eccleſ.* ſcripſit carmine opus *in Acta Apoſtolorum*, quod extat tum alibi, tum in *Biblioth. magna Patrum Coloniens. Tom.6.* atque in eo *Opere* Deiparam celebrauit.

NONNVS Panoplita, quem Sixtus Senenſis inter Græcos Chriſtianos poetas Principem numerat, mortuit circà annum Incarnationis Dominicę 546. ſcripſit carmine Opus in S. Ioannem Euangeliſtam editum vna cum *Biblioth. magna vet. Patrum to.6. par.* 1. in quo Deipar. Virg. ciuſque laudes ſibi cordi eſſe nō obſcurè declarauit.

EVTHYCHIANVS N. ex clerico Eccleſiæ Adanenſis Orientalis Regionis in Cilicia Patriarcha Conſtantinopolitanus, vetus, grauis, ſapiens, fideque dignitſimus auctor, floruit circà annum à Chriſto nato 550. ſcripſit Theophyli Oeconomi (qui cum abnegata fide ſe Dęmonio adſtrinxiſſet per B. Virginis inuocationem, & pœnitentiam Syngraphamà Dæmone recuperauit) Hiſtoriam memorabilem, quam integram ex Metaphraſte recitat Surius *To.1. de Vitis Sanctorum* ſub die 4. Februarij.

VENANTIVS Honorius, Clementianus, Fortunatus, Epiſcopus Pictauienſis, vir non minus doctrina, quam morum integritate, vitęque ſanctitate ſpectatiſſimus, enituit circà annum Domini 570. ſcripſit in laudem S. Marię Virginis, & Matris Domini *Elegiam*, & alia in eiuſdem Virginis, & Matris commendationem, à me in *Biblioth. Mariana part.* 2. enumerata, quę reperies in *Biblioth. magna veterum Patrum to.6. part.* 2.

ANDREAS Cretenſis Archiepiſcopus, cognomento *Hieroſolymitanus*, inter Eccleſiaſticos Doctores Græcos celebris, claruit anno Domini 570. plura ſcripſit de B. Virgine, quæ hinc indè in varijs Bibliothecis ſparſa, in vnum collegi, & ſub hoc titulo *Mariale S. Andreæ Cretęn.* cum notis editioni parata habeo.

ANASTASIVS Sinaita, primum in monte Sina monaſticam vitam profeſſus, poſtea Epiſcopus Antiochenus, vir primarius, præclaruſque Eccleſię doctor, cœlum petijt anno Dñi 599. ſcripſit *Anagogicarum contemplationum in Hexaemeron*, libros vndecim, Colonię editos vna cum *Biblioth. Magna veterum Patrum Tom.6.* in quibus multa in laudem Beatiſs. Virg. inſeruit.

ISYCHIVS (alijs Eſychius, ſeu Heſycheus) Hieroſolymitanus, Eccleſię Hieroſolymitanæ Presbyter primum, deindè Patriarcha, floruit circà annum Verbi Incarnati 600. S. Gregorij Papæ æqualis ex Bellarmino in *lib. de Scriptor. Eccleſiaſt.* ſcripſit inter alia de *Maria Deipara Sermones duos*, quos è græco latinos fecit, Ioannes Picus Pariſienſis, & Margarinus *Biblioth. Patrum* inſeruit *Tom.*3. editionis primę, & *to.*2 editionis 2. & 3.

CHRISIPPVS Hieroſolymitanus Presbyter, quem virum acumine ingenij, copiaque diſſerendi, ac pietate ſincera erga Deiparam Virginem conſpicuum appellat Iuſtinus Miechouius *Tom.1. in Litanias Lauretanas diſcurſ.*3. floruit circà annum Dominicæ incarnationis 600. ſcripſit *ſermonem de S. Maria Deipara*, qui extat in *Bibliotheca magna veterum Patrum, editionis Colonien. Tom.6. part.* 2.

LEANDER Hiſpalenſis Epiſcopus (quo familiariſſimè, antè etiam quam Pontifex eſſet, vſus eſt S. Gregorius Papa,) vir in ſanctitate, & doctrina cum primis ſui ſęculi viris meritò cōferendus, floruit circà annum incarnationis Dominicę 600. ſcripſit regulam, atque inſtitutionem Virginum, editam Moguntię typis Ioannis Albini 1616. quam Deip. Virg. laudibus ornauit.

GREGORIVS Papa huius nominis 1. re, & cognomine *Magnus*, vir omnium virtutum excellia perfectione ſublimis, vitam ſanctiſſimam pretioſa iuſtorum morte concluſit anno Domini 605. plura in laudem B. Virginis litterarum monumentis conſignauit, vt videre eſt

in

in eius operibus, & præſertim in *Expoſitione ſuper librum 1. Regum cap. 1.*

ISIDORVS Hiſpalenſis Epiſcopus, vir tantę iucunditatis copia in eloquendo affluens, vt eius vbertas admiranda dicendi in ſtuporem verteret audientes, clarebat Bellarmino anno Domini 630. in cœlumque migrauit anno 636. ſcripſit *de vita, & morte Deipar. V. Mariæ*, & alia in eiuſdem Deip. V. commendationem, quę in eius operibus editis videri poſſunt.

SOPHRONIVS Hieroſolymitanus Patriarcha, vir multiplici eruditione, diuinarum litterarum ſcientia, inſignique pietate clariſſimus, ad cæli gaudia conſcendit anno Dominicæ Incarnationis 634. ex Cardinale Baronio *Tom. 8.* ſcripſit *de partu B. Virg.* ſiue in *Chriſti Natalitia* luculentiſſimam Orationem, quæ extat *Tom. 7. Bibliothec. Magn. veterum Patrum*, & alia in eiuſdem B. Virginis commendationem compoſuit, quæ extant in Menæis Græcorum, & apud clariſſimum virum Leonem Allatium, vt dixi in *Bibliotheca mariana part. 2.* dum de hoc Sophronio Hieroſolymitano pertractarem.

SERGIVS Hierapolyta, vir inter Græcos litteris, & præclaris animi dotibus illuſtris, enituit circà annum ſalutis reſtitutæ 646. ſcripſit de *Natiuitate B. V. Mariæ* Orationem, ſiue Homiliam 1. quam citant Caniſius *libr. 1. de Deipara cap. 11.* & Coccius *Tom. 1. Theſauri Catholici pag. 307.*

SEVERVS Alexandrinus Patriarcha, vir, & ſanctitatis gloria, & ſapientię nitore clariſſimus, florebat anno à ſalutifero Virginis Partu 660. præter *Expoſitionem*, quam ſcripſit *in ſalutationem Angelicam*, & *Canticum Magnificat*, in libro de ritibus Baptiſmi, & precibus Abecedarijs Syrorum, qui liber extat *Tom. 7. Bibliotheca magnæ veterum Patrum*, nonpaucis Deiparam Virginem perhonorificis laudum titulis commendauit.

ELIGIVS Nouiomen. in Gallia Epiſcopus, vir, præter ſanctitatis conſpicua merita, ſplendidaſque miraculorum coruſcationes, Chriſtianę eloquentię præſtantia diuinitus decoratus, ſanctam efflauit animam anno Verbi Incarnati 665. ſcripſit inter alia *de Purificatione B. Virginis Homiliam*, quam habes in *Bibliotheca magna veterum Patrum* editionis Colonienſis *Tom. 7.*

ILDEPHONSVS Toletanus Archiepiſcopus vir tanto diuinę gratię rore perfuſus, vt à multis *os aureum*, ab alijs *Anchora fidei*, dictus & appellatus, ſit ad ſuperos abijt anno orbis redempti 667. plura in *laudem Beatiſ. Virg.* (cuius fuit amantiſſimus, eiuſque honoris contrà hæreticos defenſor acerrimus) ingenij ſui monumenta poſteritati reliquit, quæ excuſa ſunt cum eius operibus, eorumque titulos deſcripſi in *Bibliotheca Mariana part. 1.*

ANONYMVS auctor Antiquus Eccleſię Græcæ, licet qua ętate vixerit ſit incertum, ponitur tamen vixiſſe circà annum Domini 700. plura ſcripſit de B. Virgine, quæ ex Menæis, alijſque Eccleſiaſticis voluminibus Græcorum afferuntur à multis, & præſertim à P. Simone Vvagnerech in Mariana Pietate Græcorum edita Monachij anno 1647. in 12.

GEORGIVS Nicomedenſis metropolita, vir doctus, & multa ſacrarum litterarum eruditione mirandus, clarebat circà annum Domini 700 plura ſcripſit in laudem B. Virginis, vt dixi in *Biblioth. Mariana part. 1.* eaque ex varijs codicibus in vnum collecta ſub hoc titulo: *Mariale Georgij Nicomedienſis*, apud me ſeruo editioni parata.

GERMANVS Conſtantinopolitanus Patriarcha, qui ſanctis operibus vniuerſum illuſtrauit Orientem, & ſcriptis ipſam Eccleſiam Catholicam luce perfudit, ad gaudia cœleſtis aulæ migrauit anno ſalutis 730. plura in laudem B. Virginis elucubrauit, quæ in vnum collecta ſub titulo *Marialis S. Germani*, cum notis edidi Romæ typis Caballi, anno 1650. in 8.

COSMAS Hieroſolymitanus, S. Io: Damaſceni in D. Sabæ monaſterio ſocius, deinde Epiſcopus Maiumanus, vir ingenioſiſſimus, totuſque muſicam elegantem, atq; eruditam ſpirans, florebat anno à Chriſti Aduentu 720. præter *Canonem in Sacroſanct. Dei Genitricis obitum*, compoſuit *in ſanctum Chriſti Redemptoris Theogoniam feſtaque alia, & myſteria, hymnos 12.* qui latinè extant in *magna Bibliotheca Patrum* editionis Colonien. *Tom. 7.* & copioſam valde in ſe Marianarum laudum ſegetem coaceruant.

IOANNES Damaſcenus, natione Syrus, clarum rectę fidei iubar, uitidũque perfectæ ſanctimonię ſpeculum, floruit circà annũ Dñi 730. in laudem Deiparę Virg. (cuius fuit feruentiſſimus amator) multa præclara opuſcula compoſuit, quę ex græcis manuſcriptis deprompta Lario illata, notiſque illuſtrata apud me ſeruo, ſub titulo *Marialis S. Io: Damaſceni*, quantocius ſi Deus annuet, in lucem proferenda.

IOANNES Eubeus D. Baſilij Monachus, vir litteris, atque eruditione apud Græcos clarus, floruit circà annum orbis Redempti 744. ſcripſit *in Conceptione B. V. Orationem*, quæ græcè M. S. extat Romę in inſigni Bibliotheca Eminentiſſimi Card. Franciſci Barberini, eamque latinitate donarunt viri clariſſimi Lucas Holſtenius, Leo Allatius, & Vincentius Ricchardus.

ALTHELMVS, vel vt alij legunt, Adelhelmus, ſiue Adelmus, ex Monacho, atque Abbate apud Occidentales Saxones in Anglia Schireburgen. Epiſcopus, floruit circà annum Dñi 750. ſcripſitque *lib. de Virginitatis, & virginum laudibus*, editos vna cum *Biblioth. magna Patrum* Colon. *Tom. 8.* atque in ijs Virginitatis Primiceriam, ac Virginum Reginam commendauit.

IOANNES Euchaitarum Epiſcopus, inter Hymnographos Menæorũ Græcorum inſignis, floruiſſe creditur circà annum Dñi 750. Scripſit *Canones 8. deprecatorios ad SS. Deiparam*, ſecundum octo Echos Græcorum, necnon in *dormitionem eiuſdem Deiparæ Orationem*, vt dixi in

*Bi-*

*Virginis Mariæ Tractatum vnum*, quem ex M.S. perantiquo pergameno Bibliothecæ Cœnobij Vallumbrosani exscriptum, extare apud eruditissimum virum D. Ferdinandum Vghellum Abbatem Cistercienſem dixi in *Antifilitibus Marianis fol.591.*

ERICVS Monachus, ordinis D. Benedicti, Gallus, Antisiodorensis, vir in diuinis scripturis doctus, & in disciplinis sæcularium litterarum eruditissimus, claruit anno Partus Virginei 880. scripsit inter alia *de Festo Purificationis B. Virginis Homiliam*, quam habes in *Homiliario Albini.*

AMBROSIVS Ansbertus, vel Audbertus, Gallus, ordinis D. Benedicti Monachus, vir doctrinę, & religionis laude suo æuo eximius, claruit anno salutis 890. scripsit, vt aliqui volunt, *sermones de Natiuitate, & Purificatione B. Virginis* vt dixi in *Bibliotheca Mariana part. 1.*

IDIOTA, sed auctor sapientissimus, qui nolens ponere nomina sua in terris suis, humilitatis gratia, proprio suppresso, Idiotæ nomen prætulit, floruit ex sententia Cardinalis Bellarmini anno salutis 902. & scripsit *Contemplationes de B. Virgine Maria*, quæ extant in *Bibliotheca magna Veterum Patrum* editionis Colonien. *Tom.* 10. Sed hunc Idiotam non esse nisi Raymundum Iordanum Canonicum Regularem ordinis S. Augustini, primum Vticensis, siue Vzecienſis in Narbonensi Gallia præpositum, deinde Cellensis ad Carum fluuium in Biturigibus Cubis Abbatem, qui floruit circà annum Domini 1380. patet ex eius operibus editis Parisijs anno 1654. in 4. in quibus præter contemplationes iam dictas, quæ in sex solum capita diuiduntur, extat *opus* plenum *de vita, & laudibus gloriosæ Virginis Mariæ* scriptũ ann. 1380. & in decem, & septem partes distributum procedens per contemplationes breues, ne legens in prolixa lectura valeat fatigari.

GREGORIVS Tauromeniæ Archiepiscopus, in Sicilia cognomento *Figulus*, vir doctrina, eloquentia & multa virtute clarissimus, florebat circà annum Dominicæ natiuitatis 910. scripsit in *Annunciationem, & Dormitionem Deiparæ Virginis Homilias*, quæ græcè M. S. extant in *codice Bibliothecę Vaticanæ n. 1143.* ut dixi in *Bibliotheca Mariana part. 1.*

LEO Imperator Constantinopolitanus, huius nominis VI. à rerum diuinarum humanarumque scientia cognomento *Philosophus*, seu *sapiens*, ex laborioso mortalique Imperio ad tranquillum regnum, immortalemque triumphum feliciter emigrauit circà annum salutiferi partus 911. scripsit græcè *de Natiuitate, Præsentatione, Annunciatione, Partu, Purificatione, & Assumpt. B. Virginis Orationes disertissimas*, quas cum alijs eius fragmentis Marianis ex græcis M. S. codicibus erutas, latinè redditas, notisque illustratas publici Iuris feci Romæ anno 1651. in 8.

THEODORVS Abucaras, Episcopus Carũ, alijs Cariæ, vir doctus, & hęreticorum sui temporis impugnator accerrimus, vixit circà annum Dominicæ Natiuitatis 955. scripsit græcè disputationem, quod Maria Virgo sit appellanda *Theotocos*, hoc est Dei Genitrix, quam disputationem à Gilberto Genebrardo latinitate donatam habes in *Bibliotheca magna veterum Patrũ Tom. 9. part. 2.*

CONSTANTINVS huius nominis 8. Orientis Imperator Leonis VI. cognomento *Philosophi*, seu, *sapientis* filius, qui & Constantinus Porphirogenitus appellatus est, è vita discessit anno à Virginali partu 960. scripsit in suis Exapostillarijs in *laudem B. Virginis Theotocia*, quæ ex Paracletica Græcorum, vbi extant, dedi in meis *Cæsaribus Marianis cap. 13. §. 14.*

IOANNES Geometra natione Græcus, orator, & Poeta suo tempore insignis, floruit circà annum salutis per Christũ reparatæ 980. scripsit carmine elegiaco in *B. Virginem Mariam Hymnos* IV. qui tum græcè, tum latinè, Federico Morello interprete, extant in *Tom. 8. Bibliothecæ Veterum Patrum* editionis 4. Parisiensis, scripsit etiam in *Annunciationem B. Virginis luculentissimam Orationem*, & alia in eiusdem B. Virginis commendationem, à me in *Bibliotheca Mariana* enumerata.

FVLBERTVS Carnotensis in Gallia Episcopus, vir prophetiæ dono, miraculis, & sanctitate clarissimus, exuta corporis mole ad superas perpetuæ amœnitatis mansiones spiritum transmisit anno salutis 1028. scripsit, inter alia, à me in *Bibliotheca Mariana* enumerata, *de Natiuitate, & Purificatione B. Virginis* Sermones, qui extant in *Bibliotheca magna veterum Patrum* editionis Colonien. *Tom.* 11.

RADVLPHVS Ardens, Gallus Pictauien. Theologus suo tempore insignis, & Aquitaniæ ducis Gulielmi huius nominis IV. Concionator disertissimus, florebat anno Domini 1040. scripsit in Epistolas, & Euangelia, quæ in præcipuis Deiparæ Virginis festiuitatibus legi consueuerunt Homilias & excusas Antuerpiæ anno 1570. in 8.

MICHAEL Psellus, vir sęculo suo eminenter doctus, vixit, vt vult Andreas Scottus Soc. Iesu, sæcul. 11. circà annũ 1040. scripsit inter alia *Paraphrasim in Cant. Canticorum* excusam vna cum *Tomo* 11. *Bibliothecæ magnæ veterum Patrum* editionis Colonien. in qua se Deiparæ Virginis Encomiastem declarauit.

ODILO Cluniacensis Abbas. ordinis S. Benedicti, natione Gallus, vir è pietatis studio, miroque Religionis feruore, nec non a rebus sanctè, & mirabiliter gestis æternùm celebrandus, vitam sanctissimè actam felicissima morte conclusit, anno à Virginali partu 1048. ætatis suæ 87. scripsit de *Festis*, & *laudibus B. Virginis Sermones, & Hymnos* qui extant *Tom. X. Bibliothecæ magnæ veterum Patrum*, & in *Blibliotheca Cluniacensi* Martini Manier.

HERMANNVS contractus, Germanus, ordinis D. Benedicti Congregationis Cluniacen-

ſis, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſęcularibus litteris omnium Doctorum ſui temporis doctiſſimus, animam Creatori reddidit anno Salutiferi Partus 1054. compoſuit in laudem B. Virginis Antiphonas: *Salue Regina*, & *Alma Redemptoris*: Hymnos etiam, & Proſas, & alia, vt dixi in *Bibliotheca Mariana part.* 1.

MAVRILIVS Rothomagenſis in Gallia Epiſcopus, ab ipſa pueritia Cæleſtibus ſtudijs deuotus, miroque ſanctitatis, quam doctrinæ decus maximum illuſtrabat, ſplendore coruſcus, depoſita carnis ſarcina Spiritum Deo gratum ad Cælum tranſmiſit, anno ſalutis 1067. ſcripſit, vt aliqui volunt *ad B. Virginem Orationem*, quam habes inter opera Diui Anſelmi, ex recenſione Theophili Raynaudi Lugduni excuſa, anno 1630.

THEOPHYLACTVS Bulgariæ Archiepiſcopus, quem virum in D. Chryſoſtomi lectione diù multumque verſatum, ac detritum, appellat *lib.* 4. ſuæ Bibliothecæ *Sixtus Senenſis*, florebat anno Domini 1071. ex Bellarmino in *libro de ſcript. Eccles.* ſcripſit græcè, *in SS. Dominæ noſtræ Dei Genitricis ſolemnitatem. cum à Parentibus ſuis templo oblata eſt Orationem vnam*, quam ex græcis manuſcriptis Codicibus erutâ latinè reddidit, ac ſuo *octauo Tomo Bibliothecæ concionatoriæ* inſeruit Franciſcus Combefis.

PETRVS Damianus Rauennas, ex Monacho S. Crucis de Auellano, ordinis D. Benedicti, Congregationis Columbæ S. R. E. Cardinalis, vir fama & ſcriptis celeberrimus, æternitatis iter capeſſiuit anno Verbi Incarnati 1072. plura in laudem Deiparæ Virginis exarauit, à me in *Bibliotheca Mariana* recenſita, quæ extant inter eius Opera per D. Conſtantinum Caietanũ Syracuſanum Cannen. Congregationis Monacum Abbatemque collecta.

ANSELMVS Lucenſis Epiſcopus, Italus, Mantuanus, ſui ſæculi gloria inſignis, clarebat anno Domini 1080. & ſanctitate, & miraculis clarus obijt anno ſalutis 1086. in *laudem B. V.* cuius fuit deuotiſſimus, ſcripſit Opuſcula *ſuper Salutationem Angelicam*, & canticum *Salue Regina*, edita Romæ ſimul cum eius vita, à viro doctiſſimo P. Luca Vuadingo, anno ſalutis 1657. in 4.

ANSELMVS Cantuarienſis Archiepiſcopus, in Anglia natione Burgundus, antea ordinis D. Benedicti Monachus, & Abbas Beuenſis in Normannia, ſcripturarum diuinarum explanator diſertiſſimus, clarebat Bellarmino anno 1081. licet abierit anno 1109. ætatis 76. *multa de B. V.* cuius fuit Encomiaſtes præcipuus, litterarum monumentis conſignauit, quorum titulos exibui in *Bibliotheca Mariana part.* 1. eaque affert P. F. Petrus de Alua, & Aſtorga in ſua *Bibliotheca Virginali* edita Matriti anno 1648.

ZACHARIAS Chryſopolitanus Epiſcopus, vir vitæ meritis, & doctrinę præſtantia ſuo tempore celeberrimus, claruit anno poſt Verbum hominem factum 1100. ſcripſit *de Aſſumptione B. Virginis Sermonem, & Commentaria ſuper Miſſus eſt Angelus, & Canticum B. Virginis Magnificat.* impreſſa 1531. in quibus ipſam B. Virginẽ multis honorum titulis exornauit.

BRVNO Colonienſis, Germanus, Carthuſiani Ordinis Patriarcha glorioſus, vir ſæculorum memoria digniſſimus, ad cæleſte Regnum tranſiuit anno Orbis redempti 1101. ſcripſit plura de B. Virgine à me in *Bibliotheca Mariana* enumerata, & vna cum eius operibus impreſſa Coloniæ anno 1611. in folio.

FRANCO Abbas ſecũdus Cœnobij Afflighemenſis in Brabantia, ordinis D. Benedicti, Congregationis Cluniacenſis, vir ſcientiæ mirabilis, caſtitatis integerrimæ, & grauitatis honeſtiſſimæ floruit circa annum Dñi 1109. ſcripſit inter alia *librum de Gratia Dei* in *Tomos* 12. diſtributum, quem habes in *Bibliotheca magna veterum Patrum* editionis Colonienſis *Tom.* 12 *parte* 1. in eoque non paucas *Deiparæ Virginis* laudes, atque Encomia luculenta, oratione tranſmiſit ad poſteros.

EVTHYMIVS Zygabenus, Monachus S. Baſilij, quem Sixtus Seneuſis diligentem, & Baronius Cardinalis acuratiſſimum Scripturarum expoſitorem eſſe aſſerunt, floruit anno poſt natum de Virgine Saluatorem 1118. ſcripſit inter alia Encomium *in laudes SS. Dei Genitricis, & venerationem zonæ eius, & faſciarum Dom.* nec non in anniuerſarium diem dedicationis templi in honorem glorioſæ Virginis Matris, quod ex græco ſermone in Latinum tranſlatum extat apud Surium *Tom.* 4. *de vitis Sanctorum* ſub die 31. Auguſti.

IOANNES Zonara Conſtantinopolitanus ordinis S. Baſilij Monachus, qui prius maximos in Conſtantinopolitano Imperio honores, geſſit, in eo magni Drungarij, & Protoſecretarij officio fungens, floruit anno Dominicæ Incarnationis 1118. ſcripſit græcè *Canonem de SS. Virgine Deipara in Odas* 8. diuiſum, qui à Guilberto Genebrardo latinitate donatus, extat *Tom.* 12. *Bibliotheca magna veterum Patrũ* editionis Colonienſis.

ODO Cameracenſis Epiſcopus, natione Gallus, vir moribus, & doctrina præſtans, virtutumque omnium ſplendore conſpicuus, pio fine deceſſit anno ſalutis 1119. ſcripſit de B. Virgine Opuſculum prænotatum: *Gratia Plena*, de quo Nouarinus in *vmbra Virginea cap.* 30. & *Expoſitionem in canonem Miſſæ* cum *Bibliotheca magna veterum Patrum Tom.* 12. exulam, in qua eiuſdem B. Virginis cum laude meminit.

GVIBERTVS Abbas Monaſterij Beatæ Mariæ de Nouigento ordinis D. Benedicti, natione Gallus, vir religionis, prudentiæ, doctrinæque fama longè celeberrimus, naturæ conceſſit anno reparatæ ſalutis 1124. ſcripſit *de laude B. Mariæ librum* cum alijs eius operibus editum Pariſijs anno 1651.

GOFFRIDVS Vindocinenſis Abbas, ordinis D. Benedicti, vir diuinarum, atque humanarũ

re-

rerum cognitione ſuprà morem excultus, ab *Vrbano* II. in numerum Cardinalium S.R.E. cooptatus, viuebat adhuc anno ſalutis 1129. ſcripſit *ſermones* quoſdam *in laudē B. Virginis*, quos habes *in Bibliotheca magna veterum Patrum* editionis Colonien. *Tom.* 12. *part.* 1.

HVGO de Sancto Victore, ordinis Canonicorum Regularium s. Auguſtini, & Cœnobij ſancti Victoris in Andrio prope Pariſios, religioſiſſimus moderator, excellens Theologorum ſui temporis apex, & euangelicæ perfectionis viuidum, nitidumque ſpeculum, claruit Bellarmino anno 1130. quamuis felicem animam ad fontem vitæ perennē emiſerit anno poſt partum Virginem 1139. ſcripſit *multa in laudem* B. *Virginis* à me in *Bibliotheca Mariana part* 1. enumerata, & cum eius operibus ſunt excuſa Venetijs 1588.

RVPERTVS Abbas Tuitenſis, ordinis D. Benedicti, natione germanus, vir in diuinis ſcripturis omnium doctorum ſui temporis doctiſſimus, exuta mole carnis cæleſtem patriam introiuit anno ſalutis 1135. ſcripſit inter multa *ſuper Cant. Canticorum de laudibus* B. *V. libros* VII. qui cum alijs eius operibus excuſi ſunt Antuerpiæ anno 1565. in folio.

GVARRICVS Ignacenſis Abbas, ordinis Ciſtercienſis, S. Bernardi Clareuallenſis diſcipulus, vir ingenio facilis, eloquio dulcis, & compoſitus, & ad perſuadendum ſatis idoneus, floruit circa annū Domini 1140. ſcripſit *de Natiuitate, Annunciatione, Partu, Purificatione, & Aſſumpione* B. *Virginis ſermones* 20. qui cum alijs eius ſermonibus Prodierunt Pariſijs 1539. & 1547.

PETRVS Diaconus, ordinis D. Benedicti, Monachus Caſſinenſis, & Bibliothecarius, vir magnæ apud omnes auctoritatis & extimationis in pretio erat anno à Virginali partu 1150. litteris inter alia prodidit *de vigilia Aſſumptionis* B. *Virgin. ſermonem*, qui ex Codice M. S. Bibliothecæ Caſinenſis extabat apud Flaminium Ceraſolam Bergomatem, eiuſque meminit Arnoldus Vvion. in *ligno vitæ lib.* 1. *cap.* 78.

ISAAC Abbas tertius Monaſterij de Stella in Diœceſis Pictauienſi, ordinis Ciſtercienſis, vir ſanctitate æque, ac doctrina celebris, clarebat anno Dominicæ Incarnationis 1150. ſcripſit in *Aſſumptione* B. *Virginis Sermones tres*, & *in Natiuitate eiuſdem ſermonem* 1. qui labore, & ſtudio Admodum R. Patris Bertrandi Tiſſier prodierunt primo Bonofonte anno Domini 1664. una cum *Tom.* 6. *Bibliothecæ Patrum Ciſtercien.*

BERNARDVS Clareuallenſis monaſterij Abbas primus, Ordinis Ciſtercienſis, Orthodoxorum mellifluus Doctor. & totius decoris, & ſanctitatis lucidiſſimus Sol, ad obuia perrexit Angelorum agmina, anno poſt redēptum genus humanum 1153. in laudem B. Virginis, cuius fuit cultor præcipuus, mellifluos Tractatus plures, dcuotiſſimo ſtilo compoſuit, qui vna cum eius operibus extant excuſi, eorumq; titulos dedi in *Bibliotheca Mariana part.* 1.

THEOLEPTVS Philadelphiæ metropolita, vir pietate, & doctrina ſuo tempore cultiſſimus, clarebat circa annum Dominicæ Incarnationis 1156. ſcripſit *Canonem de Iudicio*, excuſum in *Tom.* 12. *Bibliothecæ magnæ Veterum Patrum*, in quo Deiparę Virgini ſæpè cum laude deuotiſſimè ſupplicat.

PETRVS Mauritius Cluniacenſis, re & cognomento *Venerabilis* Gallus, Aruernus, ordinis D. Benedicti primùm Monachus, & poſtea Cluniaci Cœnobiarcha, vir fide, moribus, & doctrina præſtantiſſimus, dierum ac meritorū plenus, in beatæ quietis ſomnum conceſſit anno ſalutis 1157. ſcripſit *in laudem B. Virginis Hymnos, & proſas*, & alia à me in *Bibliotheca Mariana* enumerata, quæ cum eius operibus reperiuntur impreſſa.

NICOLAVS Monachus S. Albani, Anglus ordinis S. Benedicti, Congregationis Cluniacenſis, vir magnæ pietatis ac multiplicis eruditionis, viuendi finem fecit anno poſt Verbum hominem factum 1159. ſcripſit *pro defenſione puritatis Conceptionis Deiparæ Virginis*, cuius fuit Zelator inſignis, ad Petrum Abbatem Cellenſem Epiſtolam unam, quæ inter opera eiuſdem Petri Cellenſis impreſſa Lutetiæ anno 1613. in 8. eſt n. 166.

PETRVS Comeſtor, Gallus Eccleſiæ Tricenſis Presbyter, qui à ſcolaſticis per excellentiam *Magiſter hiſtoriæ ſcholaſticæ* dictus eſt, vir doctrinæ meritis, & ſapientiæ inſignibus illuſtris, floruit circa annum Dominicæ Natiuitatis 1160. ſcripſit inter alia multa *de laudibus B. Virginis*, ab iniurijs temporis conſumpta pium, & eruditum *ſermonem de Immaculata eiuſdem SS. Virginis Conceptione*, qui typis excuſus eſt Antuerpiæ anno 1536. ex vetuſto quodam Codice in Anglia exceptus.

ÆLREDVS, ſiue Elredus Rieuallis, Ordinis Ciſtercienſis, in Anglia Abbas, vir genere, doctrina, & inculpatæ vitæ moribus præclarus, in Cælum abijt anno ſalutis 1166. ſcripſit quædam *Opuſcula de* B. *Virgine* à me in *Bibliotheca Mariana* enumerata, extantque in *Bibliotheca Patrum* editionis Colonienſis *Tom.* 12. *part.* 1. & in *Bibliotheca Ciſtercienſi Tom.* 5.

RICHARDVS Victorinus, ſiue à Sancto Victore, ad muros Pariſiorum, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, Natione Scotus, Theologus ſuo æuo præſtantiſſimus, morte ſubductus, ad beatam immortalitatem euectus eſt anno nati Saluatoris 1173. plures in *Laudem B. Virginis Dei Matris Tractatus egregios* elucubrauit, à mè in *Bibliotheca Mariana* recenſitos, & cum eius operibus non ſemel excuſos.

ARNOLDVS Carnotenſis, Gallus, Abbas Bonęuallis Ordinis Ciſtercienſis, vir doctrina celebris, & ſanctitatis opinione venerabilis, claruit anno Salutis 1177. Bellarmino in *libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, ſcripſit *Tractatum de Laudibus* B. *Virginis*, quem habes *Tom.* 12. *Bi-*

*bliotheca Magnæ PP.* editionis Colonienſis.

PETRVS Bleſenſis Gallus, ſed tamen Bathonienſis quondam in Anglia Archidiaconus, & apud Cantuarienſem Epiſcopum Cancellarius, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus, & eruditus, atque in ſæcularibus litteris egregiè doctus, floruit anno poſt Verbi in carne apparitionem 1177. Bellarmino in *libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis* ſcripſit *de Annunciatione, Purificatione, & Aſſumptione SS. Virginis ſermones*, qui cum eius operibus excuſi ſunt Moguntiæ anno 1600. & nouiſſimè Pariſijs anno 1667.

SERIO Abbas Sauiguacen. in Normannia, ordinis Ciſtercienſis, vir doctrinæ, ac virtutis meritis præclarus, clarebat anno Domini 1178. ſcripſit in *Aſſumptione B. M. Virginis ſermones* 2. *in Natiuitate eiuſdem* ſermones 2. *in Annunciatione eiuſdem* ſermonem 1. *& de partu eiuſdem*, ſermonem vnum, quos ex codice M.S. Bibliothecæ Monaſterij Vrſieampi eruit, ac primo in lucem produxit Bonafonte anno 1664. vna cum Tomo 6. Bibliothecæ Patrum Ciſtercienſium. Adm. Reu. P. Bertrandus Tiſſier Doctor Theologus Bonifontis in Gheraſcia eiuſdem ordinis Prioris.

ADAM Præmonſtratenſis, quia præmonſtratenſis ordinis Alumnus Pariſienſis Profeſſor, natione Scotus, vir ſpectatæ pietatis, & doctrinæ, floruit anno Domini 1178. ſcripſit librum B. Genitricis Dei Mariæ, cuiuſque opera edita ſunt Antuerpiæ typis Belleri anno 1659.

HENRICVS Clareuallenſis Abbas ſeptimus, & poſtmodum S. R. E. Card. Epiſcopus Albanus, vir genere quidem nobilis, ſed virtutibus, & doctrina multo nobilior, clarebat anno Dñi 1179. ſcripſit *de Porta duodecima Ciuitatis Dei B. Virginis Tractatum* 1. qui in eius opere de peregrinante ciuitate Dei, edito Bonoſonte anno 1660. vna cum 3. *Tomo Bibliothecæ Patrum Ciſtercienſium*, eſt ordine vndecimus: ſcripſit item *de gloria portæ duodecimæ Virginis Mariæ* Tractatum 1. qui in eodem opere extat ordine duodecimus.

ADAM de Perſenia, ſeu de Perſenna, Abbas ordinis Ciſtercienſis natione Gallus, vir in diuinis ſcripturis iugi exercitatione doctus, floruit anno ſalutis 1180. multa ſpatiſm ſcripſit *de B. Virgine Dei Genitrice Maria*, quæ ego in vnum collecta, ſub titulo *Marialis Adæ de Perſenna*, emulgaui additis notis Romæ anno 1952. in 8.

PETRVS Cellenſis Abbas ordinis D. Benedicti, natione Gallus, qui poſtea S. Remigij Rhemenſis Abbas, deinde Epiſcopus fuit Carnotenſis, vir vita, & litteratura conſpicuus, floruit anno mundi per Chriſtum redempti 1180. ſcripſit multa de B. Virgine, vt in eius operibus, quæ anno 1671. Pariſijs edita ſunt, videri poteſt atque in ijs ipſam B. M. Virginem perhonorificis laudum titulis celebrauit.

PHILIPPVS ab Harveng. Belga, Ord. Præmonſtratenſis, monaſterij bonæ ſpei Cameracen. Diœceſis Abbas, ob effuſam in pauperes liberalitatem cognomento *Eleemoſynarius*, ſeu ab Eleemoſyna, vir diſertiſſimus, & mitificè pius, & doctus, exuto corpore recto curſu migrauit ad Chriſtum anno 1183. edidit eedro dignos *de laudibus B. Virginis ſuper Cantica Canticorum lib. 6.* & alia, quæ excuſa ſunt cum eius operibus Duaci anno 1621. in fol.

BALDVINVS Deuonius, natione Anglus, Ord. Ciſtercienſis, qui primum electus eſt Abbas Fordenſis, poſtea Præſul Vuigornienſis, & tandem Archiepiſcopus Cantuarien. & totius Angliæ primas, vitæ diem claſit extremum anno communis ſalutis 1193. ſcripſit *de Angeli nuncio ad B. Virginem*, ſeu *de Salutatione Angelica*, Tract. 1. qui inter Tractatus diuerſos eiuſdem editos Bonoſonte anno Domini 1662. labore, & ſtudio Adm. Reu. P. Bertrandi Tiſſier vna cum *Tom. 5. Bibliothecæ Patrum Ciſtercienſium extat unus.* Septimus.

GARNERIVS Ciſtercien. prius Clarenall. poſtea Albæ Ripæ Abbas, deinde Epiſcopus Lingonen. vir ſcriptis clarus, & virtutum meritis glorioſus, clarebat anno Dñi 1195. ſcripſit *de Partu B. Virginis* ſermones 3. *de Purificatione eiuſdem* ſermones 3. *de Aſſumptione eiuſdem* ſer. 2. & *de Natiuitate eiuſdem* ſermones 3. quos cũ alijs eius ſermonibus ex Bibliothecis Claræ-vallis, & Vallis clarę eruit, & vna cum *Tom. 3. Biblioth. PP. Ciſterc.* anno 1660. primo Bonoſonte edidit Bertrandus Tiſſier.

HELINANDVS Frigidi Montis Monachus Ordinis Ciſtercienſis, natione Gallus, quem virum bonum, religioſum, honeſtum, & Sanctũ. ac vita præcipuum appellat Vincentius Beluacenſis in *ſpeculo hiſtoriali lib. 29. cap. 108.* obijt anno Domini 1204. ſcripſit inter alia. *In Purificatione B. Virgin.* Sermon. 2. *In Aſſumptione eiuſdem* Sermones 2. *In Natiuitate eiuſdem* Sermon. 2. Qui cum alijs eius ſermonibus editi ſunt Bonoſonte in Teraſcia anno 1669. in *Tom. 7 Biblioth. Patrum Ciſtercienſium.*

GVLIELMVS paruus, Anglus, in cœnobio Neoburgenſi, ordinis S. Auguſtini Canonicus Regularis, ſacræ Theologiæ Doctor celebris, atque in ſacris, & profanis litteris egregiè verſatus, viuebat adhuc valdè ſenex anno Dñi 1208. piè, doctè, & acutè ingenioſeque interpretatus eſt Canticum Canticorum Salomonis *De intacta Virgine Maria*, vt videre eſt apud Martinum Del Rio Soc. Ieſu in mixtâ eius interpretatione ſuper Canticum Canticorum.

INNOCENTIVS Papa huius nominis III. Lotharius Anagninus antea vocatus, vir multæ pietatis, & doctrinæ, nec minoris prudentiæ in Eccleſia gubernanda, ex hac Peregrinatione terreſtri ad cœleſtem Patriam commigrauit anno Incarnationis Dominicæ 1216. ſcripſit *De Natiuitate, Annunciatione, Purificatione, & Aſſumptione B. Virginis ſermones* 5. & alia, cum eius operibus edita, & à me in *Bibliotheca Mariana enumerata.*

HO-

HONORIVS Auguſtodunenſis, Gallus, Ordin. S.Benedicti, vir in diuinis voluminibus aſſiduè verſatus, & omnibus liberalibus artibus perfectè imbutus, floruit circa annum Dñi 1220 ſcripſit in laudem B. Virginis opus prænotatũ. *Sigillum B. Mariæ*, & alia, quorum titulos deſcripſi in *Bibliotheca Mariana part.* 1. & extant in *Bibliotheca magna veterum Patrum* Editionis Colonienſis.

ABSALON Abbas, Ord. Canonic. Regular. S.Victoris Pariſijs, natione Gallus, & Monaſterij Sprerkirbacenſis ſapientiſſimus moderator, vir vitę, morumque honeſtate venerandus, & litterarum ſacrarum cognitione inprimis clarus, floruit, vt teſtatur Poſſeuinus in *Apparatu ſacro* anno Domini 1220. ſcripſitque *ſermones de præcipuis feſtis B. Virginis* in *Bibliotheca Mariana* enumeratos excuſos Colonię anno 1434.

CÆSARIVS Heiſterbacenſis, Germanus, ordinis Ciſtercienſis, vir venerandę pietatis, ſtudij indefeſſi, & reconditę doctrinę, clarebat anno Dñi 1220. de Beatiſſima Virgine (cuius fuit amator præcipuus) multa præclara opuſcula litterarum monumentis conſignauit, quorum Catalogum exhibui in *Biblioth. Mariana part.* 1.

S.DOMINICVS Guzmanius, Hiſpanus, Sacri Prędicatorum Ord. Patriarcha inclitus, vir admirandę, ac notiſſimę Sanctitatis, cœlum petijt anno ſalutis 1221. ſcripſit *De Salutatione Angelica B. Virginis*, eiuſque ſermonis compendium, ex Alano Rupenſi, affert Andreas Coppenſtein in *Clauę prædicandi Roſarium lib.* 1. *Cap. VIII.*

THEODORVS Laſchus, Græcorum in Oriẽte Imperator, vir ingenio præſtans, & non ſolum humanarum, ſed, & diuinarum etiam litterarum eruditione conſpicuus, vniuerſæ carnis viam ingreſſus eſt anno orbis redempti 1222. ſcripſit in *Sanctiſs. Deiparam Poema, Canonem, & Sermonem*, quę omnia à Ludouico Marraccio fratre meo latinè reddita, dedi in *Ceſaribus*, ſeù *Imperatoribus Marianis cap.* 13. §. 1.

FRANCISCVS Aſſiſias Ord. Min. inſtitutor, & Princeps, Seraphim carneus, ſiue homo Seraphicus, ex huius mundi naufragio ad cęleſtis Portus tranquillitatem peruenit anno ſalutis 1226. compoſuit *de Virtutibus* B. *Virginis* opuſculum, & ad *eamdem Beatiſs. Virginem Orationes*, quæ cum alijs eius operibus prodierunt Antuerpię ex officina Plantiniana an. 1623.

RICHARDVS de S. Laurentio, Pœnitentiarius Rothomagenſis, natione Gallus, vir pius, & doctus, & cultui Beatiſs. Virginis Dei matris inprimis addictus, vixit circa annum à virginali partu 1230. ſcripſit *De laudibus eiuſdem SS. Virginis matris Dei libros* 12. quos ex antiquis manuſcriptis exemplaribus primum Duaci edidit Ioannes Bogardus anno 1625. in 4.

ANTONIVS de Padua Vlyſippouenſis, Ordinis Min. S.Franciſci, conſpicuus nitor, & decus, ſanctitate, miraculis, & doctrina clariſſimus, ad Chriſtum feliciter euolauit anno ſalutis 1231. ſcripſit *Sermones de* B. *Virgine*, cum eius operibus non ſemel excuſos.

HILDEBERTVS Cœnomacenſis, primum Epiſcopus poſtmodum Turonenſis Archiepiſc. vir proſa, verſuque inclytus, inter eloquentiſſimos Gallię ſcriptores iure merito relatus, ad cœleſtis Regni honores migrauit anno ſalutis 1236. ſcripſit *de Partu* B. *Virginis proſam*, & alia, quę extant in *Biblioth. magna veterum Patrum* editionis Colonienſis *Tom.* 12. *part.* 1.

IOANNES Hailgrinus, Gallus, Ord. Cluniacenſis Monachus, deinde Archipreſul Biſuntinus, ac poſtmodum S.R.E. Card. vir in diuinis Scripturis eruditiſſimus, & ſacra concionum declamatione ſuo tempore celeberrimus, animam diuinę bonitati reddidit anno ſalutis 1237 ſcripſit *De laudibus Virginis matris ſuper Canticum canticorum Salomonis*, librum vnum, Pariſijs excuſum anno 1521.

HVGO de S. Caro, natione Burgundus, ex Sacro Prædic. Ord. primus ad Cardinalitiam dignitatem aſſumptus, vir ingenio, moribus, doctrinaque celeberrimus, mortali veſte exutus eſt anno ſalutis 1245. ſcripſit multa in *laudem B. Virginis*, vt patet ex eius operibus, & præſertim in *Expoſitione ſuper Miſſus eſt Angelus*, & *Canticum Magnificat*.

AMADEVS Lauſannenſis Epiſcopus, natione Allobrox antea Monachus Ciſtercienſis, & Abbas altę Combę, vir caſtiſſimis moribus niteus, excelſiſque virtutibus plenus, floruit circa annum Redemptionis humanę 1250. ſcripſit *de Maria Virginea matre homilias* 8. de quibus vide *Bibliothecam Marianam par.* 1. in Amadeo lauſannenſi.

SIMON Stockius, natione Anglus, Ord. Carmelitarum VI. generalis, vir admirandę ſanctitatis, & miraculis in vita, & poſt mortem illuſtriſs. Deiparæ Virginis obſequio impenſiſſimè addictus, à qua promeruit Sacro Scapulari cœlitus donari, multis priuilegijs diuinitus locupletato obijt Burdigalę Salutationem Angelicam recitando anno ſalutis 1265. ætatis ſuæ centeſimo ſcripſit teſte Ioanne Priſco *lib. de illuſt. Angliæ Scriptoribus, de Deip. Virg. Hymnum, & Antiph.* item *Homiliarum* canones cultus diuini lib. 1. *De Chriſtiana pœnitentia lib.* 5. *Epiſtolarum* lib. 1.

BONAVENTVRA natione Italus, Ordinis Min. S.Franciſci Doctor deuotus, ſeu Seraphinus unncupatus, Epiſcopus Albanenſis, & S.R.E. Card. vir in ſæcula prędicandus, obijt ann. Dñi 1274. *Plura in laudem* B. *Virginis*, cuius fuit cultor eximius, *plena pietatis, & doctrinæ inſignia opuſcula* compoſuit, quæ extant in eius operibus, eorumque titulos enumeraui in *Bibliotheca Mariana Part.* 1.

THOMAS Aquinas, Ordin. Prædicat. totius Chriſtiani orbis inbar ſplendidiſſimum, cognomento, & merito *Doctor Angelicus*, ad Deum ipſo, vt optauerat beandus, præmianduſq; feliciter emigrauit anno ſalutis 1274. ætatis 50. ſcripſit *ſuper ſalutationem Angelicam*, Ave Maria

ria *Opuſculum*, *& de Feſtis*, *myſterijs*, *& laudibus* B. *Virginis ſermones*, *orationes*, *& quæſtiones* vt dixi in *Bibliotheca Mariana par.* 2. & conſtat ex ipſis operibus impreſſis, in quibus, quę ibi dixi lectorum oculis exhibentur.

ALBERTVS Magnus, Suevus, Sacri Ordin. Prædic. ſingulare decus, dignitate Epiſcopus Ratiſponę, doctrina, & Religione planè admirabilis, & debitam perrexit lucis ſempiternę fruitionem, anno ſalutis 1280. *multa de* B. *Virgine* (erga quam à pueritia in ſenectam magno ſemper pietatis æſtu flagrauit) poſteris reliquit ingenij ſui in ævum perennatura monumenta, à me in *Bibliotheca Mariana* enumerata, quæ, & ſeorſim, & vna cum aliis eius operibus Lutetiæ Pariſiorum, atque alibi ſunt per typos publicata.

GERTRVDIS, Germana, Ord. S. Benedicti, in Monaſterio Helpede ſanctimonialis, Virgo reuelationum gloria, ac perfecta virtutum omnium coronide præſtantiſſima, beato fine conſumata eſt, anno ſalutis 1290. multa ſcripſit in *laudem* B. *Virginis*, vt conſtat ex eius libris prænotatis: *Inſinuationes diuinæ pietatis*, & Colon. editis anno 1588.

IACOBVS de Voragine, ex ſacro Prædicator. Ord. factus Archiepiſcopus Ianuenſis, vir multę varięque lectionis, & in ſacris declamationibus omnium opinionę ſuo tempore celeberrimus, obijt anno ſalutis 1290. ſcripſit *Mariale*, & alia multa in laudem B. Virg. Moguntiæ excuſa anno 1616. in 4. & à me in *Bibliotheca Mariana part.* 1. recenſita.

ÆGIDIVS Columna, Romanus, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, aliquando Prior generalis, deindè Bituricenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, & S. R. E. Card. vir exquiſita omnium ſcientiarum cognitione locuples, floruit anno Domini 1290. ſcripſit inter alia *Commentarium in ſalutationem Angelicam*, cum eius operibus non ſemel excuſum.

ALANVS Inſulenſis, natione Germanus, Orator, Poeta, Philoſophus, & Theologus inter omnes ſui temporis excellentiſſimus, ob omnigenam rerum omnium eruditionem, *Doctoris vniuerſalis* cognomine nuncupatus, ad æternæ Patrię fruitionem carne ſolutus euolauit anno 1294. ſcripſit in *Cantica Canticorum*, *de Laude* B. *Virginis* librum vnum excuſum Matriti, vna cum *Tom.* 3. *Biblioth. Virginalis* Petri de Alua, anno 1646.

METHILDIS Virgo Lectiſſima, natione Germana, Ord. D. Benedicti Monialis, diuinis reuelationibus clara, & multarum virtutum prærogatiua conſpicua, in æterna Patria feliciter regnare cœpit circa annum mundi à Chriſto Redempti 1300. Plura in *laudem* B. *Virginis ex reuelationibus*, *& viſionibus habitis* conſcripſit, quæ videri poſſunt in eius *libro gratiæ ſpiritualis* impreſſo Toleti anno 1505. in 4. & alibi.

NICEPHORVS Gregoras, vir ſuo ſæculo ad modum eruditus, floruit in Græcia anno Redemptionis noſtrę 1330. ſcripſit in *SS. Virginem Mariam ſermonem*, *& in Annunciationem eiuſdem Superſanctæ Virginis* orationem inſignem, vt dixi in *Bibliotheca Mariana part.* 2.

MATTHÆVS Cantacuſenus, Rex ſapientiſſimus, & religioſiſſimus Imperator, genere clarus, virtute, & bello clariſſimus, florebat anno poſt natum de Virgine Saluatorem 1350. ſcripſit in *Sanctiſs. Deiparentis laudem ſuper Canticum Canticorum Salomonis* luculentiſſimam expoſitionem, quam de græco latinè expreſſam notiſque illuſtratam, opera, & ſtudio R. P. Vincentij Richardi Clerici Regularis, edidit primum Romæ Stephanus Paulinus anno 1624. in folio.

IOANNES de Bacone, quem alij Bacondorpium cognominant, Anglus natione, Ord. Carmelit. de quo Pitſaus: *quantumuis doctiſſimorum Carmelitarum ferax Anglia*, *vix Baconi ſuquam produxit parem*, *imo vix orbis Chriſtianus eius ætate doctiorem*: immortalem ex ſuis ſcriptis, quorum prolixiſſimum Catalogum idem Pitſaus adducit *lib. de illuſt. Angl. Scriptor*, apud omnem poſteritatem affectus eſt gloriam, ſcripſit in omnes, & ſingulos ſacror. Biblior. libros commentarios, & *de Conceptione* B. *Virg. lib.* 3. & in alijs ſuis libris de ead. SS. Deiparente non raro agit. Londini ad meliorem vitam vocatus, circa annum 1346.

IACOBVS Monachus, Ord. D. Baſilij, Natione Græcorum vir doctus, & in diuinis ſcripturis valdè eruditus, floruit circa annum Domini 1350. ſcripſit *multa in laudem Deiparæ Virginis Mariæ*, quæ ego ex græcis manuſcriptis codicibus eruta latinè reddita, notiſque illuſtrata apud me habeo, ſub titulo *Marialis Iacobi Monachi*, quamtocius, ſi Deo placuerit, typorum beneficio publicanda.

IOANNES Hondemius, Anglus, Ord. Min. vir mirè Pathetticus, & affectus planè Seraphici, floruit circa annum ſalutifęri partus 1350. Beatiſs. Virginis Mariæ laudes cygno ſuauius, longè mellitiſſimis cecinit hymnis, qui extant in Paralipomenis Antonij de Balinghem, ad *Parnaſſum Marianum* Diuaci editis anno 1624.

IOANNES Thaulerus Germanus, Ord. Prędicatorum, vir pietate, & doctrina inſignis, & Catholicę fidei cultor integerrimus, floruit circa annum Domini 1350. ſcripſit in *Præcipuas Deiparæ Virginis feſtiuitates ſermones* 6. qui cum eius operibus excuſi ſunt Venetijs an. 1556. in 8.

NICEPHORVS Caliſtus, natione Græcus, vir Hiſtoriarum, rerumque ferè omnium cognitione illuſtris, floruit circa annum Partus Virginis 1350. & ſuam *Hiſtoriam Eccleſiaſticam* lib. octodecim comprehenſam frequentibus *De Deipara Virgine Hiſtorijs* illuſtrauit.

PHILOTHEVS Conſtantinopolitanus Epiſcopus, ſeu Patriarcha, cuius honorificè meminit *lib.* 4. ſuæ Hiſtoriæ Io: Cantacuzenus, floruit circa annum Domini 1362. ſcripſit *Troparia in Deiparam*, *& orationem in eandem*, ſecundum

Alpha-

Alphabeti ordinem, de quo vide *Pietatem Marianam Græcorum* P. Simonis Vvagnerech *par.2.* & meos *Antiſtites Marianos in Appendice*.

HENRICVS Suſo, Sueuus, Ord. Prædicat. vir inſigni doctrina, inſolita pietate, clariſque virtutum meritis planè mirabilis, ad præmium euolauit in cœlum anno Redemptionis humanę 1365. ſcripſit multa in *laudem* B. *Virginis* à me in *Bibliotheca Mariana* enumerata, cum eius operibus non ſemel impreſſa.

ERNESTVS Primus Archiepiſcopus Pragenſis, vir multa pietate, & doctrina conſpicuus, viuebat anno Dominicæ incarnationis 1368. ſcripſit *Mariale*, ſeù *de laudibus* B. *Mariæ Virginis* opus inſigne, impreſſum Pragę ann. 1650.

IOANNES de Malinis Belga, Ord. Carmel. Doctor Theol. ſcripſit *ſermonem lib. 1. item ſpeculum Hiſtoriale declaratiuum ſtatus Ord. Fratrum* B. *M. V. de monte Carmelo*, & alia, Floruit an. ſalutis 1360. Agunt de illo Poſſeuinus, Seuertius, & alij.

BIRGITTA, ſeù, Brigitta Suecica, mulier cæleſtibus chariſmatibus plena, & diuinis reuelationibus, & viſionibus clariſſima, ad immortalem gloriam peruenit anno ſalutis 1372. ſcripſit *ſermonem Angelicum de excellentia* B. *Virginis* & alia in eiuſdem B. Virginis laudem, vt dixi in *Bibliotheca Mariana part.1.*

IOANNES Hildesheimenſis, Germanus, Ordin. Fratrum B.M.V. de monte Carmelo, Theologus, Philoſophus, & Poeta inſignis B. Petri Thomæ Viri ſanctiſſimi diſcipulus, ſcripſit multa præclara opuſcula: volumen *de 3. Sanctis Regibus, item Chronic. Hiſtoriarum, & Defenſorium ſui Ordinis*. Claruit anno 1370. ita de illo Trithemius *lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

EMANVEL Paleologus, Orientis Imperator, vir præter eximias alias animi dotes, Chriſti Domini, einſque SS. Matris amantiſſimus, clarebat anno Redemptionis humanæ 1378. ſcripſit in ſummè venerandam *SS. Dei Matris Dormitionem orationem inſignem*, nec non *Canonem depręcatorium in* B. *Virginem Deiparam*, vt dixi in *Bibliotheca Mariana part.1.* & tam orationem, quam Canonem integra exhibui in *Cæſaribus Marianis cap. 4. §.2.*

IOANNES Rusbrochius, Natione Belga, Prior Monaſterij Vallis viridis, vir diuinæ contemplationi addictiſſimus, clarebat anno Dñi 1380. vt inquit Bellarminus in *libro de Scriptoribus Eccleſiaſt.* ſcripſit aliqua *de laudib.* B. *V.* quę extant in eius operibus, impreſs. Colon. an. 1552.

CATHARINA Senenſis, Ord. Prædic. Virgo lectiſſima, eximioque omnium virtutum ſplendore toto orbe celeberrima, ad vitam æternam translata eſt anno Dñi 1380. ſcripſit, atque in templo S. Mariæ ſuper Mineruam Romæ habuit, in die Annunciationis B. Virginis orationem vnam, quæ cum aliis eius orationibus impreſſa eſt Ingolſtadij anno 1383.

BARTHOLOMÆVS Albici, ſeu Albiſij, alias de Piſis, quia Patria Piſanus, Ord. Minor. S. Franciſci, vir ſolida virtute, & egregia doctrina ſpectabilis, floruit anno Domini 1380. ſcripſit *de vita, & laudibus B. M. V. libros ſex*, editos Venetijs anno 1596.

ANTONIVS Pocquetus, Ord. Cœleſtinor. natione Gallus, vir in ſacris Scripturis exercitatiſſimus, cęlo animam dedit anno 1398. ſcripſit *de Conceptione* B. *Virginis ſermones*, quos cum alijs priſcorum Auctorum de eadem Conceptione monumentis edidit Louanij in Belgio R. P. Petrus de Alua.

ISIDORVS Theſſalonicenſis Archiepiſc. vir præter alias prædicandas animi dotes, quibus in vita fulſit, erga magnam Dei Matrem Virginem Mariam, incredibili ſtudio, atque ardentiſſimo amore deuinctus fuit, floruit circa annum Domini 1400. ſcripſit in eiuſdem *magnæ Dei Matris laudem orationes*, quas è græco M. S. Codice Vaticanę Bibliothecę erutas, latinè redditas, notiſq; illuſtratas, ſub titulo *Marialis Iſidori Theſſalonicenſis*, edidi Romæ ann. 1651. in 8.

IOANNES Gerſon, Natione Gallus, Pariſienſis Academiæ Cancellarius, vir maximo litterarum, & virtutum merito pretioſus, animam diuinæ bonitati reddidit anno ſalutis 1419. Plura ſcripſit *de* B. *Virgine Opuſcula in Bibliotheca Mariana* enumerata, quæ cum eius Operibus Pariſijs edita ſunt anno 1606.

VINCENTIVS Ferrerius, Ord. Prædic. Hiſpanus, Valentinus, ſui ſæculi Paulus rediuiuus, placido conſopitus ſomno mortis ad immortalis vitæ gaudia pertranſiuit anno gratię reſtitutæ 1419. ętatis 70. ſcripſit *De Conceptione, Natiuitate, Annunciatione, expectatione partus, Purificatione, & Aſſumptione* B. *Virginis ſermones 9.* qui cum alijs eius ſermonibus impreſſi ſunt Antuerpiæ anno 1569.

HENRICVS de Haſſia Iunior, Ord. Carthuſiani, natione Germanus, vir in diuinis ſcripturis admodum eruditus, & ſæcularis Philoſophiæ non ignarus, obijt anno 1428. Licet alij anno 1317. alij 1397. obijſſe velint, vt inquit Bellarminus in *libro de Scriptor. Eccleſiaſt.* ſcripſit de *Conceptione* B. *Virginis* librum contrà diſceptationes, & contrarias prędicationes, vt ex Simlero, & Poſſeuino dixi in *Bibliotheca Mariana part.1.*

IOANNES Groſſi, natione Gallus, Patria Tholoſanus, Ord. Fratrum B.M.V. de Monte Carmelo, inſignis Sac. Theolog. Doctor, magnę apud omnes authoritatis, floruit anno ſalutis 1430. ſcripſit, *Viridarium Ordinis* B. *M. ſemper Virg. de Monte Carmelo*. Venetijs excuſum anno 1507. & recuſ. Antuerpiæ, cum *Speculo Ordinis Carmelit.* anno 1680.

LAVRENTIVS Iuſtinianus, Venetus, Patriæ ſuæ primo Epiſcopus, deindè, Proto Patriarcha, vir vitæ ſanctitate, miraculorum gloria, & ſinceræ eruditionis candore clariſſimus, florebat anno ſalutiferæ reparationis 1440. Bellarmino quamuis obierit 1455. ingenij ſui monumenta in laudem B. Virginis poſteritati commen-

mendauit, à me in *Bibliotheca Mariana part.* 2. enumerata, & cum eius operibus non semel edita fuere.

BERNARDINVS Senensis, Min. Ord. fulgentissimum lumen, vir vitæ sanctitate, & miraculorum gloria vniuerso Christiano orbi spectatissimus, ad Beatorum felicitatem transiit anno salutis 1444. *De laudibus., & præstantia* B. *Virginis*, cuius fuit purissimo amore captiuus, multa litterarum monumentis consignauit, quæ in eius operibus editis videri possunt.

MARTINVS de Magistris, Gallus Turonen. inter Parisienses sui temporis Theologus nemini secundus clarus vixit anno nati Saluatoris 1458. scripsit *Contemplationem mellissuam* super *Salue Regina* excusa Parisijs, anno 1519. & Duaci anno 1624.

ANTONINVS Florentinus, ex sacro Ord. Prædicat. Patriæ suę Florentiæ Archiepisc. sanctitate, & doctrina insignis, ad cœlum migrauit anno Christianæ Redemptionis 1459. multa in laudem B. Virginis elaborauit, cum eius operibus non semel edita, eaque in vnum collecta, habes apud Aluam in *Bibliotheca Virginali*, edita Matriti anno 1648.

IOANNES Turrecremata, Hispanus, Ordin. Prædic. propter eximiam eruditionem, & morum probitatem ab *Eugenio* IV. Pontifice Maximo ad amplissimum S.R.E. Cardinalatus apicem sublimatus, mortales artus deseruit, anno salutis 1468. ætatis 80. scripsit *De* B. *Virgine quæstiones plures super Euangelia Festiuitatum eiusdem*, & alia; vt dixi in *Bibliotheca Mariana part.* 1.

GVLIELMVS Vincentij, Gallus, Ord. Cœlestinorum pietate, & doctrina inclytus, clarebat anno Domini 1470. scripsit *De Conceptione* B. *Virginis sermonem*, quem cum alijs antiquorum Auctorum monumentis de eadem Conceptione in lucem emulgauit P. Petrus de Alua.

DIONYSIVS Carthusianus, Germanus, ex oppido Richel, ob diuinitus irradiatæ mentis profusum lumen *Doctor extaticus* sublimiumque rerum arduus contemplator nuncupatus, cœlum petijt anno Partus Virginei 1471. *de laudibus, & præconijs* B. *Virginis multa pissimè sapientissimèque litterarum monumentis consignauit*, quę cum eius operibus impressa sunt, eorumque titulos dedi in *Bibliotheca Mariana part.* 1.

THOMAS Campensis, seù Kempis, Belga, Ord. Canonic. Regul. S. Augustini, vir vitæ innocentia, morumque sanctitate conspicuus, corona emerita potitus est anno nati Saluatoris 1471. ætatis 91. plura scripsit in *laudem SS. Virginis Mariæ*, à me in *Bibliotheca Mariana* recensita, quę videri possunt in eius operibus Duaci anno 1635. excusis.

BALDVINVS Leersi, natione Belga, Patria Atrebatensis, Ord. Carmelit. vir doctrina, ac pietate, maxime in Deiparam Virgin. conspicuus, ad quam, vt alios quoque incitaret, scripsit *Collectaneum exemplorum, & miraculorum Dei paræ Virg. de monte Carmelo*, quod nonnisi excus. fuit Antuerpiæ anno 1680. Floruit anno 1480. vide Bibliothec. Marian. 1. part.

PAVLVS de Heredia, ex Iudæo Christianus, vir insigni sacrarum Scripturarum peritia, alijsque animi dotibus conspicuus, floruit ann. post apparitionem Messiæ 1484. scripsit *De Conceptione Immaculata* B. *Virginis* tractatum, de quo vide in *Bibliotheca mea Mariana part.* 2.

IOANNES Mauburnus, Belga, Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini, inclytæ sapientiæ, probitatis, & Religionis vir, mortalitatem exuit circà annum post redemptum genus humanum 1490. scripsit multa pissimè, ac pereruditè *in laudem* B. *Virginis*, quæ extant in eius opere præmorato: *Rosetum exercitiorum spiritualium, & sacrarum meditationum*, impresso Parisijs anno 1510. & Duaci 1620. in fol.

THOMAS Scropus, alias Bradley, Anglus, ex Ord. Carmelit. ab *Eugenio* IV. promotus ad Episcopatum Dromorensem in Hibernia anno 1446. & ab eodem missus Legatus ad Rhodienses, obijt non sine sanctitatis opinione centum ferè annorum Senex 15. Ianuarij anno 1491. Longum Catalogum operum eius recensec Pitseus, in quibus sunt Chronicon *De successione, propagatione, & intitulatione Ord.* B. M. V. *de monte Carmeli. Item Tractatus de eodem ordine ad Eugenium Papam*.

IOANNES de Meppis, Ordinis Eremitarum S. Augustini, natione Germanus, vir pietate, doctrina, atque eruditione suo tempore clarus, florebat anno salutis 1492. scripsit *De Immaculata Conceptione* B. *Virginis Mariæ*, Tractatum, quem nunquam antea impressum, ex antiquis manuscriptis primo in lucem produxit vna cum aliorum antiquorum de eadem Immaculata Conceptione monumentis, Petrus de Alua, & Astorga Ordinis Minorum.

IOANNES Palæonydorus, Belga Carmelita Mechlinensis, vir multæ ac variæ eruditionis, atque insignis pietatis, eximius sui ordinis zelator scripsit pro defensione eiusdem, vt inquit Lezana, non pauca volumina, in quibus est, Fasciculus *tripartitus Historiarum Prophetici, & Eliani ordinis* B. *Mariæ Virginis de monte Carmelo*, floruit circa annum 1490. prædictum opus libris 3. digestum variis in locis excus. fuit. legend. de eo Trithemius Posseuinus aliique.

IOANNES Bapt. Mantuanus, Ord. Carmelit. huius celeberrimi viri summum ingenium eximiam doctrinam, pietatem, ac virtutes miris celebrat laudibus Trithemius, alijque Historici. Mariana eius opera pluries recusa recensui *in 2. parte Bibliothecæ Marianæ* floruit anno salutis 1494. corpus eius in hunc vsque diem integrum incorruptumque asseruatur Mantuæ apud Carmelitas.

BERNARDINVS de Busti, ordinis Minorum summis sui temporis Theologis coæqualis, clarebat anno orbis redempti 1492. in laudem B. Virginis, cuius fuit Scriba egregius, edidit

Maria-

*Mariale*, & alia vt dixi in *Biblioth. Mar. Part. 1.*

CLAVDIVS Rapinas, ordinis Cæleſtinorũ, natione Gallus, vir doctiſſimus, & in ſcripturis ſanctis exercitatiſſimus, obijt Pariſijs anno 1494. ſcripſit *de Conceptione* B. *Virginis ſermones* quos cum alijs antiquorum Scriptorum de eadem Conceptione monumentis in lucem produxit Petrus de Alua.

CASIMIRVS Polonus, Poloniæ Regis Caſimiri filius, flos integer, atque illibatus puritatis, in Cælum ob Angelicam puritatem, quam attigerat euectus eſt, anno verbi Incarnati 1498. compoſuit in laudem B. Virginis, cuius cultui fuit ſempiternis vinculis obſtrictus, Hymnum mirè deuotum ſuauiſſimum, pietatiſque ſenſibus pleniſſimum, in tres partes diuiſum, quem integrũ dedi in *Principibus Marianis cap. 3. §. 18.*

ARNOLDVS Boſtius natione Flandr. patria Gandauenſis, ordinis Fratrum B. Mariæ ſemper Virginis de monte Carmelo, qui, teſte Lezana *Tom. 4. Annalium Carm. ad annum Chriſti* 1499. fuit diuinarum, ac ſæcularium litterarum cognitione ſummus Theologus, ac Philoſophus acutiſſimus orator, poeta mellitus, vita, ac conuerſione irreprehenſibilis ſcripſit, inter alia *de patronatu, & patrocinio Beatiſſ. Virginis Mariæ indicatum ſibi Carmeli ordinem* libr. in quo eodẽ Lezana aſſerente *adeo ſuauiter de huius ſanctiſſ. Dei parentis laudibus ſcripſit, vt nullus quem viderim, ipſi ſuperior ſit, inferiores multi, æquales pauci* floruit anno Domini 1495.

IOANNES Trithemius, Teutonicus, ordinis D. Benedicti monaſterij Spanhemenſis Abbas vir vndecumque doctiſſimus, & magno inter eruditos pretio clarabat anno Domini 1500. quamuis mortuus, año ſalutis 1519. ætatis 57. vt inquit Bellarminus in *lib. de Scriptorib. Eccleſiaſticis*, ſcripſit de *Miraculis SS. Virginis Mariæ prope Dittelbach* libros 2. & de *miraculis eiuſdem in Vrticeto, iuxta Heilbrunnam.* libros 3. qui cum eius operibus ſunt eulgati Mogontiæ anno 1605. in folio.

PHILIPPVS de Greue, Gallus Cancellarius Pariſienſis vir tuo æuo pietate, ac doctrina præclarus, cælum petijt anno poſt verbum hominem factum 1500. ſcripſit *de B. Virgine Trono ſoli, & Lunæ comparata* ſermonem vnum 1. qui cum alijs ſermonibus excuſus eſt Brixiæ, anno 2600. integro ſæculo poſt mortem Auctoris.

MAVRITIVS de Villa probata, Gallus, ordinis Prædicatorum vir non minus religioſa pietate, cæteriſque virtutem ornamentis quam doctrina, atque eximia eruditionis excellentia conſpicuus, emicuit circa annum Domini 1500. ſcripſit *in laudem SS. Virginis* opus egregium prænotatum *Corona nouæ B. Mariæ* excuſum Pariſij anno 1512.

MARCVS Vigerius, Sauonenſis, Ligur, ex Ordine Minorum Epiſcopus Senogallienſis, & poſtmodum S.R.E. Cardinalis vir in omni eruditionis genere præſtans, ac integerrimæ vitæ exemplo commendabilis immortalem vitam adijt anno ſalutiferæ natiuitatis 1516. ſcripſit inter alia *de Annunciatione* B. *Virginis* librum vnũ cum eius *decachordo* excuſum Fani anno 1506.

PETRVS Galatinus, Ordinis Minorum Prouinciæ S. Nicolai, quem artium, & Sacræ Theologiæ Doctores abſolutiſſimum, Hebraicarum litterarum peritiſſimum, nec nõ antiquitatis acutiſſimum perſcrutatorem, appellat in ſuis Athenis Henricus Vuillorth, florebat anno ab Incarnatione Domini 1516. ſcripſit *de SS. Matre Meſſiæ Virgine Dipara Maria* librum vnum, in 18. capita diſtinctum, cum eius opere de arcanis Catholicæ veritatis impreſs. Baſileæ anno 1510. eſtque in ordine 7.

IOANNES Picus, Gallus, Ordiuis Carthuſiani, Lutetiæ Pariſiorum profeſſus, Carthuſiæ Diuionenſis Prior, & Prouinciæ iſtius conuiſitator, vir magnæ religionis, nec minoris doctrinæ nomine coſpicuus, clarebat anno poſt Icarnatum Domini verbum 1524. ſcripſit in canticũ, canticorom Salomonis de Chriſto, ac Beatiſſ. eius Matre expoſitionem, libris tribus, excuſam Pariſijs anno ſalutis 1524

PETRVS Bardus, Ordinis Cæleſtinorum, natione Gallus, vir integerrimus, & conuerſatione deuotiſſimus, corpus depoſuit anno Dñi 1535. ſcripſit *de Conceptione* B. *Virginis* ſermones, quos cum alijs antiquorum auctorum de eadem Conceptione monumentis in lucem produxit Reuerendiſs. P. Petrus de Alua.

DIONYSIVS Fabri, Ordinis Cæleſtinorum natione Gallus, vir pietate, & virtute inſignis obijt Pariſijs anno 1538. ſcripſit *de Conceptione* B. *Virginis* libros 2. quos una cum alijs priſcorum Auctorum de eadem Conceptione monumentis publici iuris fecit Reu. P. Petrus de Alua.

THOMAS à Villa noua Hiſpanus, ex ordine Eremitarum S. Auguſtini, Archiepiſcopus Valentinus, vir ad magnam maximarum doctrinarum peritiam, atq; Apoſtolicæ virtutis ampliſſimæque ſanctitatis laudem comparatus, vinculis corruptionis exutus, ad gaudia æterna pertranſiuit, anno partus Virginei 1555. ſcripſit *de Natiuitate, Annunciatione, Viſitatione, Partu, & Aſſumptione* B. *Virginis Conciones* 12. quę extant cum alijs eius Concionibus impreſſis Compluri 1581. & Coloniæ 1619.

LVDOVICVS Bloſius, Abbas Lætienſis, Ordinis D. Benedicti natione Belga, vir ſuo ſæculo laudatiſſimus, & cum ob variam eruditionem, tam etiam pietatem eximiam longe celebertimus, Cœlo debitum ſpiritum reddidit anno verbi Incarnati 1566. plura *in laudem Deiparæ Virginis pijſſima opuſcula* litterarum monumentis conſignauit, quæ in eius operibus Coloniæ Agrippinæ excuſis anno 1589. & pluries recuſis, hinc inde ſparſa videri poſſunt.

FRIDERICVS Fornerus, Germanus, Epiſcopus Nebronenſis, & Suffraganeus Bambergenſis; vir magno in litteris merito, noſtrique cui clariſſimum lubar ſcripſit inter alia opus prænotatum *Palma triumphalis miraculorum Ecclę-*

*Cleſiæ Catholicæ, & in primis glorioſiſſimæ Genitricis Dei Mariæ* &c. quod excuſum eſt Ingolſtadij anno 1621. quo adhuc viuebat.

IVSTVS Lipſius, natione Belga, domo Iſchanus præfulgidum eruditionis omnimodæ Sidus, qui intra limites æui ſui, neminem habuit in humana litteratura maiorem, piè diem clauſit extremum anno ſaluris 1606. natus anno 1547. ſcripſit *de B. Virgine* quædam præclara opuſcula, quibus nomini ſuo gloriam conciliauit ſempiternam, eorumque Catalogum inuenies in *Bibliotheca Mariana part.* 1. vbi etiam de ſingulari tanti vjri erga Deiparam affectu in Marianorum cultorum gratiam nonnulla breuiter exaraui.

IOANNES à Ieſu Maria Ordinis Carm. diſcalc. de quo egi in *Bibliotheca Mariana part.* 5. *pag.* 744. quam R. Ioan. Caramuel in ſuo *Dominicano lib.* 4. *cap.* 12. inter humanos Angelos *virum verè Angelicũ* fuiſſe affirmat, & *tria ſupra quinquaginta Opuſcula* ſpiritus plena compoſuiſſe de quo etiam Gaſpar Munſterus Epiſcopus Aureopolitanus, & *Annales Carm. diſc. lib.* 2. *cap.* 38. ſic loquuntur: *ſi in Ioanne ſanitas corporis adfuiſſet, haberemus ſimul, & ſemel S. Thomam Aquinatem & S. Gregorium Nazianzenum* tanta fuit eius in Theologicis profunditas, tanta in dicendo maieſtas. Ob eximiam ſanctimoniam fuit Romanis Pontificibus, & Purpuratis Pp. acceptiſſimus; quam ægrum aliquando in propria cella Paulus V. ſua præſentia, Viſitatione ac benedictione dignatus fuit, inter alios S. R. E. Cardin. *Robertus Bellarminus* ob aſſimbolas qualitates, & impenſius diligebat, ac frequentius inuiſebat longos cum illo tractatus habens de rebus ſpiritualibus, & aliquando arreptam decũbentis manum dum recedere vellet, exoſculatus fuit. Alijſque ob inſolitum hunc honorem ſtupẽtibus poſtea reſpondit: *ſe P. Ioannem velut alterum Chryſoſtomum venerari voluiſſe* deceſſit ſanctiſſime 28 Maij. anno 1615. Corpus eius in hunc vſque diem cælitus incorruptum perſeuerat.

ROBERTVS Bellarminus, Italus, Politianus, Marcelli 11. Pont. Max. ex ſorore Nepos, Soc. Ieſu, & Romanæ Sacræ Purpuræ decus immortale, clarebat anno Domini 1600. feliciterque in Chriſto obdormiuit anno 1621. die 17. Septembris, *ſcripſit* inter alia multa *ſuper*: Miſſus eſt Angelus Gabriel, *Conciones* 5. *& de Natiuitate. Annunciatione, Partu, & Aſſumptione B. Virginis Conciones* 4. quæ cum alij eius Concionibus excuſæ ſunt Coloniæ anno 1614. & Venetijs 1617. in 4.

# CATALOGVS ALPHABETICVS

## Auctorum ex quorum dictis, & Literarijs monumentis,

HOC

# POLYANTEAE MARIANAE

OPVS CONTEXTVM EST.


A

Absalon Abbas. Anno Christi 1220.
Acacius Melitenus. 430.
Adam de Persenia. 1180.
Adam Præmonstratensis. 1378.
Aegidius Columna. 1290.
Aelredus Rieuallis. 1166.
Alanus Insulensis. 1294.
Albertus Magnus: 1280.
Albinus Flaccus Alcuinus. 790.
Aleimus Auitus. 530.
Althelmus Schireburgensis. 750.
Ambrosius Ansbertus. 890.
Ambrosius Mediolanensis. 374.
Amadeus Lausanensis. 1150.
Amphilochius Iconiensis. 380.
Amphilochius Sidę Episcopus. 431.
Anastasius Sinaita. 599.
Andreas Apostolus. 36.
Andreas Cretensis. 570.
Anonymus Ecclesiæ Græcæ. 700.
Anselmus Cantuariensis. 1081.
Anselmus Lucensis. 1080.
Antoninus Florentinus. 1459.
Antonius de Padua. 1231.
Antonius Poequetus. 1398.
Arator Subdiaconus. 545
Arnoldus Carnotensis. 1177.
Arnoldus Bostius 1499.
Athanasius Alexandrinus. 340.
Augustinus Hipponensis. 433.
Aurelius Cassiodorus. 530.
Aurelius Prudentius. 390.

B

Balduinus Deuonius. Anno Christi 1193.
Balduinus Leerius. 1480.
Barnabas Apostolus. 56.
Bartholomæus Apostolus. 56.
Bartholomæus de Pisis 1380.
Basilius Magnus. 370.
Basilius Seleuciæ Episcopus. 406.
Bernardinus de Bustis. 1492.
Bernardinus Senensis. 1444.
Bernardus Clarevallensis. 1153.
Birgitta Suetica. 1372.
Bonauentura Seraphicus. 1265.
Bruno Carthusianus. 1101.

C

Caesius Sedulius. 447.
Cæsarius Cisterciensis. 1220.
Cæsarius Nazianzenus. 364.
Casimirus Poloniæ Princeps. 1498.
Catharina Senensis. 1380.
Chrysippus Hierosolymitanus. 600.
Claudius Rapinus. 1494.
Constantinus VIII. Imperator. 960.
Cosmas Hierosolymitanus. 720.
Cosmas Vestitor. Anno Christi 850.
Cyprianus Carthaginensis. 259.
Cyrillus Alexandrinus. 444.
Cyrillus Hierosolymitanus. 386.

D

Dionysius Alexandrinus - 250.
Dionysius Areopagita, 121.
Dionysius Cartusianus. 1471.
Dionysius Fabri. 1538.
Dominicus Guzmanius. 1221.

E

Eleutherius Tornacensis. 529.
Eligius Nouiomensis. 665.
Emanuel Paleologus. 1378.
Ephrem Syrus. 380.
Epiphanius Salaminus. 370.
Ericus Monachus. 880.
Ernestus Pragensis 1362.
Eutychianus N. 550.
Euthymius Monachus. 1118.

F

Franciscus Assisias. 1226.
Franco Abbas. 1109.
Fridericus Fornerus. 1600
Fulbertus Carnotensis. 1028
Fulgentius Ruspensis. 529

G

Gerardus Cisterciensis. 1195
Gaudentius Brixiensis. 390.
Georgius Nicomediensis. 700.
Germanus Constantinopolitanus. 730.
Gertrudis Germana. 1290
Godfridus Vindocinensis 1129
Gregorius Magnus. 605.
Gregorius Nazianzenus. 390.
Gregorius Nyssenus. 380.
Gregorius Thaumaturgus. 266.
Gregorius Thaumenius. 918.
Guarricus Abbas. 1140.
Guilbertus Abbas. 1124.
Gulielmus Paruus. 1208.
Gulielmus Vincentij. 1470.

H

HAkados Rabbi. 214.
Helinandus Cisterciensis 1204.
Henricus Clarevallensis. 1170.
Henricus de Hassia. 1428
Henricus Susso. 1365
Hermannus Contractus. 1054
Hieronymus Stridonensis. 390.
Hildebertus Cenomanensis. 1236.
Hippolytus Martyr. 220
Honorius Augustoduneusis. 1220.
Hugo Cratensis. 1245.
Hugo de S. Victore. 1130.

I

| | Anno Christi |
|---|---|
| Iacobus Maior Apostolus. | 37. |
| Iacobus Minor Apostolus. | 41. |
| Iacobus Monachus. | 1350. |
| Iacobus Nisibenſis, | 330. |
| Iacobus de Voragine. | 1290. |
| Idiota. | 902. |
| Ignatius Martyr. | 110. |
| Ildephonſus Toletanus. | 667. |
| Innocentius Papa 3. | 1216. |
| Ioannes Apostolus. | 38. |
| Ioannes Aretius. | 876. |
| Ioan. Baptiſta Mantuanus. | 1494. |
| Ioannes de Bacone | 1340. |
| Ioannes Chryſoſtomus. | 412. |
| Ioannes Damaſcenus. | 730. |
| Ioannes Eubeus. | 744. |
| Ioannes Euchaita. | 750. |
| Ioannes Geometra. | 980. |
| Ioannes Gerſon. | 1419. |
| Ioannes Groſſi. | 1430. |
| Ioannes Hailgrinus. | 1237. |
| Ioannes Heroſolymitanus. | 386. |
| Ioannes Hildesheimenſis. | 1370. |
| Ioannes Hindemius. | 1350. |
| Ioannes à Ieſu Maria. | 1610. |
| Ioannes de Malinia | 3360. |
| Ioannes Mauburnus. | 1490 |
| Ioannes de Meppis | 1492. |
| Ioannes Paleodorus. | 1490. |
| Ioannes Picus. | 1524. |
| Ioannes Rusbrochius. | 1380. |
| Ioannes Taulerus | 1350. |
| Ioannes Trithemius. | 1500. |
| Ioannes Turrecremata. | 1468. |
| Ioannes Zonaras | 1118. |
| Iosephus Hymnographus. | 850. |
| Iosephus Steneſidenſis. | 1216. |
| Ireoæus Lugdunenſis. | 180. |
| Iſaac Abbas. | 1150. |
| Iſidorus Hiſpalenſis. | 630. |
| Iſidorus Theſſalonicenſis. | 1400. |
| Iſychius Hieroſolymitanus. | 600. |
| Iuſtus Lipſius. | 1600. |
| Iuuencus Presbyter. | 330. |

L

| | |
|---|---|
| Laurentius Iuſtinianus. | 1444. |
| Leander Hiſpalenſis. | 600. |
| Leo Impeſator. | 911. |
| Leo Papa I. | 440. |
| Leontius Bizantinus. | 548. |
| Lucas Euangeliſta. | 32. |
| Ludouicus Bloſius. | 1566. |

M

| | |
|---|---|
| Marcus Euangeliſta | 64. |
| Marcus Vigerius. | 1516 |
| Martinus de Magiſtris. | 1458. |
| Matthæus Apoſtolus | 57. |
| Matthæus Cantacuzenus. | 1350. |
| Matthias Apoſtolus. | 60. |
| Maurilius Rothomagenſis. | 1067. |
| Mauritius de Villaprobata. | 1500. |
| Melito Sardenſis. | 150. |
| Methildis Germana. | 1300. |
| Methodius Martyr. | 255. |
| Michael Pſellus. | 1040. |

N

| | |
|---|---|
| Nicephorus Caliſtus. | 1350. |
| Nicephorus Gregoras. | 1330. |
| Nicetas Dauid. | 858. |
| Nicolaus Monachus. | 1159. |
| Nonnus Panoplita. | 646. |

O

| | Anno Christi |
|---|---|
| Odilo Cluniacenſis. | 1048. |
| Odo Cametacenſis. | 1110. |
| Origenes Adamantius. | 258. |

P

| | |
|---|---|
| Paſcaſius Ratbertus. | 820. |
| Paulus Apoſtolus. | 35. |
| Paulus Diaconus. | 770. |
| Paulus de Heredia. | 1484. |
| Petrus Apoſtolus. | 33. |
| Petrus Bardus. | 1535. |
| Petrus Bleſenſis. | 1117. |
| Petrus Cellenſis. | 1180. |
| Petrus Chryſologus. | 440. |
| Petrus Cluniacenſis. | 1857. |
| Petrus Comeſtor. | 1160. |
| Petrus Damianus. | 1072. |
| Petrus Diaconus. | 1150. |
| Petrus Galatinus. | 1516. |
| Petrus Carpatius | 374. |
| Philippus Abbas. | 1183. |
| Philippus Apoſtolus. | 42. |
| Philippus de Greue. | 1500. |
| Photius Conſtantinopolitanus. | 1362. |
| Photius Conſtantinopolitanus. | 858. |
| Proclus Conſtantinopolitanus. | 430 |

R

| | |
|---|---|
| Radulphus Ardens: | 1040. |
| Ratramnus Corbeienſis. | 840. |
| Richardus de S. Laurentio. | 1250. |
| Richardus S. Victoris. | 1173. |
| Robertus Bellarminus. | 1600. |
| Romanus Emeſenus. | 480. |
| Rupertus Abbas. | 1135. |

S

| | |
|---|---|
| Sabbas Abbas. | 500. |
| Sergius Hieropolita. | 646. |
| Serlo Abbas. | 1178. |
| Seuerus Alexandrinus. | 660. |
| Simeon Metaphraſtes. | 850. |
| Simon Apoſtolus. | 58. |
| Simon Stochius. | 1260. |
| Sophronius Hieroſolymitanus. | 634. |

T

| | |
|---|---|
| Tertullianus Afer. | 210. |
| Thaddæus Apoſtolus. | 59. |
| Theodorus Abucaras. | 955. |
| Theodorus Laſcarus Imp. | 1221. |
| Theodorus Studites. | 826. |
| Theodorus Ancyranus. | 430. |
| Theoleptus N. | 1256. |
| Theophanes Niceus. | 842. |
| Theophylactus Bulgariæ Epiſcopus. | 1071. |
| Theoſtericus N. | 750. |
| Timotheus Hieroſolymitanus. | 390. |
| Thomas Apoſtolus. | 40. |
| Thomas Aquinas. | 1274. |
| Thomas à Kempis. | 1478. |
| Thomas Scropus, alias Bradley. | 1480. |
| Thomas de Villanoua. | 1555. |
| Titus Boſtreous. | 275. |

V

| | |
|---|---|
| Venantius Fortunatus. | 570. |
| Vigilius Tridentinus. | 495. |
| Vincentius Ferrerius. | 1419. |

Z

| | |
|---|---|
| Zacharias Chryſopolitanus. | 1100. |
| Zeno Veronenſis. | 360. |

# LIBER PRIMVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera A.

ABACVS, de quo dixit Dauid Pſal. 79. & abacum, quam plantauit dextera ma: Dei enim Mater dicitur Abacus, quia ſicut Abacus eſt armarium, quod Principes cõſueuerunt ad collocanda vaſcula aurea, & argentea, vt gloriã ſuam, atque opes omnibus oſtendant; mater Regis Meſſiæ fuit armarium, quod Deus conſtruxit, vt in eo ſederet ipſe Meſſias ad oſtendendam gloriam ſuæ maieſtatis cunctis mortalibus. Per id autem, quod ait plantatã eſſe à dextera Dei, oſtendit eam primum eſſe Creaturã Dei in genere humano. *Rabbi Hakedos in Epiſtola myſter. apud Petr. Gal. lib. 7. de Arcanis cap. 3.* intelligentibus vtique, quod Matrem Dei dicat primam inter puras creaturas.

ABBATIA regalis, de cuius poſſeſſionibus, & facultatibus dicitur Bar. 3. O Iſrael, quam magna eſt Domus Domini, & ingens locus poſſeſſionis eius: & Prouerb. 8. Mecum ſunt diuitiæ, & gloria. *Ern. Prag. in Marialí cap.* 140.

Abbatia regalis, & ſummæ nobilitatis, quam ipſe altiſſimus Deus Pater fundauit, & ædificauit. Pſalm. 8. Ædificauit Dominus Sion, quam Dei ſapientia Verbum Patris, & omnes eius officinas ordinauit, & Officiales Prouer. 8. Ab æterno ordinata ſum. *Idem ibidem.*

Abbatia regalis, libera, & immunis, nam ipſa in ſe ſummè libera fuit, & à coactione, & à culpa, & quoad alios, ipſa eſt ciuitas refugij vt ſit latibulum omnium Peccatorum. *Idem ibidem.*

ABBATISSA Virginum, quia earum ordinem inſtituit, ordinauit, & tenuit. *Iacob de Voragine ſerm. 6. de Aſſumpt. B. Virg.*

Abbatiſſa in choro, ſeu ordine virginum primatum tenens. *Ern. Prag. in Marialí cap.* 136.

Abbatiſſa, quam Altiſſimus, & ſummus Pontifex ſanctificauit, ideſt conſacrauit in die Aſſumptionis. *Idem in Marialí cap.* 111.

Abbatiſſa Virginum. *Idem in Marialí cap. 49. & Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ Virginis.*

ABELA, quia ſi Abelæ fuit Metropolis Ciuitatum in Iſrael: Maria fuit Metropolis Ciuitatũ omnium fidelium animarum: & ſi Abela interpretatur miſtabilis ei, vel dimittens ei: Mariæ miſeretur peccatoribus, & impetrat eis à Filio remiſſionem peccatorum. *Richar. à S. Laur. de laud. Virginis lib. XI.*

ABIES, propter altam procerit atem, quia conſeruato eius in cœlis, vel propter erectionem contemplationis: fuit enim ſemper erecta ad cœleſtia, & nunquam reflexa ad temporalia. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 12.*

Abies, quæ, ſecundum Iſidorum dicitur ab abeundo, eò quod præ cæteris arboribus in altũ longè abeat, & in excelſum promineat. Maria enim nunquam in via Domini ſtetit, ſed ſemper de virtute in virtutem proceſſit, vade de ea dicitur Cant. 6. Quæ eſt iſta, quæ progreditur in via enim Domini non procedere, retrocedere eſt. *Idem ibidem.*

Abies, quia ſi Abies in montibus libentius creſcit: Maria creuit in exemplis Sanctorum, qui fuerunt montes per vitæ eminentiam: creſcit etiam ſpiritualiter in montibus eleuatis per deſiderium ad cœleſtia, & æterna. *Idem ibid.*

Abies, quia ſi Abies pulchras habet comas, plena eſt, & lenis, & terreni humoris expers: Maria habuit comas virtutum, quibus Chriſtum caput ſuum exornauit, totum attribuens gratiæ eius: fuit plana, & lenis per benignitatem, & virtutem manſuetudinis, & quia ſine ſarcina peccatorum, fuit que ſine humore alicuius concupiſcentiæ carnalis, & ſine amore terrenitatis. *Idem ibidem.*

Abies, quia ſi Abies arbor dicta eſt, eo quod præ cæteris arboribus longè abeat, & in excelſum promineat, eiuſque natura eſt expers terreni humoris, ac pro inde humilis habetur, & lenis: Maria terreni amoris fuit expers, & omnia inferiora, vt ſtercora arbitrans, & quæ ſurſum ſunt ſapiens, nec terram videre dignata, to-

ta

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ta Cœlo, mente, & spiritu inhibebat. *Ern. Prag. in Mariali cap. 55.*

Abies paupertatis. *Barthol. de Pisis lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

Abies sanctissima in cunctis. *Idem ibidem fructu 8.*

ABIGAIL, Mulier prudentissima, & speciosa. 1. Reg. 15. Si enim huius sapientia, & subtilitate verborum Nabal stultus ad tempus à morte liberatus est, Mariæ sapientia, & subtilitate orationum liberatus est mundus fatuatus. *Richard. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 4.*

Abigail manifesta. *D. Bonaventura in speculo B. Virg. cap. 13.*

Abigail sapiens. *Idem in laud. B. Virg.*

Abigail, quæ Dauid, ideſt, Christum ab interfectione æterna Nabal stulti, ideſt, peccatoris refrenauit. 1. Reg. 25. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ super illa. Regum.*

Abigail, quæ Deum contra genus humanum iratum sua humilitate placuit. 3. Reg. 15. *Iacob de Varag. in Mariali serm. 6.*

Abigail Carmelita congrua nominis applicatione; nam si Abigail Patris mei exultatio: Carmelita vero mollis, & tenella interpretatur: B. Virgo Immaculata fuit maxima Patris cœlestis exultatio, in cuius argumentum tanquã singulariter amatã singulariter credidit Filiũ, in sponsam simul eam adsciscens prædilectã. Fuit etiam mollis, & tenella, non mentis instabilitate, & volubilitate voluntatis, sed pietatis affectione, & facilitate, seu promptitudine commiserationis: nulli claudens viscera misericordiæ, sed promptissimè singulorum occurrens miseriæ, imò & indignos præoccupans sæpissimè innata sibi miseratione. *Ant. Pocq. serm. 5. de Concep. B. V. Mariæ.*

Abigail nostra, pia stomachantis Dauid (qui typum Christi prætulit) mitigatione. Tunc enim Dauid in Nabal stultum fremiscit, quando Christus in peccatorem, cibos pœnitentiales sibi denegantem vindicare disponit, sed per Abigail placatur, quando peccator ei per Mariam reconciliatur. Id autem obtinuit Abigail verbis, & manibus, Mariæ meritis, & precibus. *Idem ibidem.*

Abigail lauans pedes, ideſt nos, in quos fines sæculorum deuenerunt; ab immunditijs peccatorum nostrorum, & maculis, quia continuè orat pro nobis, quia aliàs iam fuissemus destructi. 1. Reg. 25. S. *Vincent. Ferrerius serm. de Annunc. B. Virg.*

Abigail, quæ lætificauit Patrem suum Adam, tristem, & flentem ex suo peccato, eo quod occasione sui tot damnarentur. Abigail enim interpretatur Patris exultatio. *Idem ibidem.*

Abigail, quam Christus Rex voluit in Reginam cœli. 1. Reg. 25. *Idem ibidem*

Abigail humilis. *D. Ant. in sum. 3. part. tit. 31. c. 3.*

Abigail in humilitate. *D. Barthol. de Pisis lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

Abigail, quæ cognoscens Deum esse iratum cõtrà genus humanum, obtauit ei multis virtutibus ornata, & humilitate sua ipsum placuit. 1. Reg. 25. *Bernardin. de Busti serm. 1. de nomin. Mariæ.*

Abigail prudentissima, & speciosissima. *Ioan. Picus lib. 1. in Cant. cap. 2.*

Abigail nostra placans iram Domini. *Petrus Bardus serm. 5. de Concept. B. Virg.*

Abigail prudentissima, & pulcherrima, quæ Dauidis, ideſt, Dei iram iustissima indignatione succensam, contrà stultum Nabal, ideſt hominem peccatorem suis precibus, & intercessione mitigauit. 1. Reg. 25. *Robert. Bellarm. Concione 2. super Missus est.*

ABISAG Sunamitis, de qua scriptura ait 3. Reg. 1. Rex vero non cognouit eam; nusquam enim legimus Abisag, nisi Virginem: nam, & Adonias frater Salomonis, qui eam incestare temerario ausu voluit; mortis sententiam excepit. Virgo itaque Abisag, ante Regis amplexum, virgo in Regis amplexu, virgo post Regis amplexum. Videtis ne quod lucidè in hac sanctissimæ Virginis Beatiss. Mariæ Virginitas commenderetur, quæ & ante Regis conceptum, in quo Dei Filius carnem de carne virginis mirabilis vnitatis vniuit amplexu, virgo existens, ipsius Virginitatis signaculũ, nec in conceptu perdidit, nec in partu resignauit, post partum quoque integerrimum custodiuit. *B. Aelredus Abb. serm. 2. in Assumpt. B. V. Mariæ.*

Abisag sunamitis sedula in obsequio Regis Dauid, speciosa, sed cum castitate, adolescentula salua castitate, calida sed ex charitate, accubens, & dormiens, sed cum omni sobrietate. *Petrus Cellensis serm. 6. in Synodo.*

Abisag sunamitis, puella Virgo, in cuius amplexu verus ille Dauid requieuit, in cuius sinu dormiuit, quæ eum iam frigescentem, & senescentem in lectulo suo calefecit. *Idem ibid.*

Abisag sunamitis, quam virginem omnibus virginibus puriorem, omnibus fœminis sanctiorem, omnibus viris fortiorem, sole formosiorem, igne feruẽtiorem, Dauid noster sibi ipsi prouidit, cognouit, imò ipse eam sibi talem parauit, sed tamen per seruos suos eam quærere voluit; quæsiuit enim eam Salomon, qui ait: *Mulierem fortem quis inueniet.* Prouerb. 31. Quæsiuit enim Isaias, & inuenit, & ideo ait: *Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel* Es. cap. 7. Quæsiuit eam Ieremias, & inuenit, & miratus est dicens; *Creauit Dominus nouum super terram, mulier circumdabit virum*: Denique quæsiuit eam S. Gabriel, quæsiuit, inuenit, cognouit, salutauit, & ad veri Dauid amplexum inuitauit: ipsa sola inuenta est, in cuius sinu verus Dauid familiarius requiesceret, cuius amplexu suauius calefieret, cum qua in lectulo quietiùs dormiret, in cuius sacratissimo pectore flamma charitatis non tepuerat; quę sicut plus omnibus amabat, ita plus omnibus desiderabat, ideo so-

lici-

licitiùs quærebat. *Idem ibidem.*

Abiſag ſunamitis, quæ fuit Virgo ſpecioſa valdè 3. *Reg.* 1. quæ fouebat pedes Dauid frigeſcentes. Calefacit enim affectus filij ad amorem noſtrum orationibus ſuis, quandò ſentit eos frigeſcere, quoad nos propter peccata noſtra. *Richar. à S. Lauren. de Laud. Virg. lib.* 5.

Abiſag charitate ardentiſſima, quæ ipſum Deum ad liberationem, & miſerationem inflammat. *Albert. Magn. in Bibl. Mar. ſuper lib.* 3. *Reg.*

Abiſag vera, deſiderio Sanctorum Patrum, & ardore optata, & quæſita, vt Regem Regum foueret per incarnationem in gremio, vt ipſũ recipiendo calefaceret in conſeruatione totius vitę Chriſti, in hoc mundo ſibi miniſtrando, & ſtaret in Cœlo Empyreo pro peccatoribus exorando 3. Reg. 1. *Idem ibidem.*

Abiſag in Chriſti educatione. *Bartholom. de Piſis lib.* 1. *de Laude Virgin fructu* 2.

Abiſag antiquum dierum ſuo fouens in ſinu, & ſolo lactans vbere de Cœlo pleno. *D. Ant. in ſumma* 3. *part. tit.* 31. *cap.* 3.

Abiſag ſunamitis, quæ electa fuit ſuper omnes mulieres ad miniſtrandum Regi Cœleſti. 3. Reg. 1. *Bernard. de Buſt. ſerm. de nominat. Mariæ.*

ABIVD. beneuolentiæ ad omnes demonſtratione. *Barth. de Piſis l.* 1. *de Laud. Virg. fructu* 4.

ABLATIO antiquę ſententię aſperrimę. *S. Io: Damaſc. can. in Natiu. B. Virg.*

ABLATRIX maledictionis. *Theod. Laſc. Imp. in can. ad SS. Deiparam.*

ABLVTIO peccatorum. *Maurit. Roth. in orat. ad B. Virginem.*

Ablutio Congregationum Sanctarum. *Adam de Perſ. in ſerm. de Aſſumpt. B. Virg.*

ABLVTRIX criminum. *S. Anton. in ſumma part.* 4. *tit.* 7. *cap.* 2. §. 5.

ABOLITIO antiquiſſimæ rigidiſſimæ ſententiæ. *D. Io: Chryſoſt. in canon. S. Eliæ Proph.*

Abolitio maledictionis primorum Parentum, cui mortalium genus omne obnoxium erat. *Nicetas Dauid in Hom. de Natiuit. B. Virg.*

Abolitio peccati. *Petrus Bleſ. ſerm.* 38.

ABRAAM noſter, cui Deus omnium gentium benedictionem dedit. Eccl. 44. *Albert. Magn. in Biblia Mar. ſuper lib. Eccleſiaſtici.*

Abraam Deum non pro mercede expectans, ſed habens, *D. Anton. in ſumma part.* 4. *tit.* 15. *c.* 22.

Abraam pietate, & compaſſione. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de Laud. Virg. fructu* 4.

ABSICOS ſpiritualis, diuino amore ponderoſus, humilitate niger, & venis rubentibus, id eſt, omnium Sanctorum, & Angelorum amoribus diſtinctus. *Bernardin. de Buſt. in Mar. ſerm.* 2. *de coronat. B. Virg.*

ABSOLVTIO diuinorum oraculorum. *S. Andr. Cret. orat. de Aſſumpt. B. Virg.*

Abſolutio promiſſorum Domini. S. *Germ. Conſtant. Orat.* 1. *in Præſent. B. Virg.*

Abſolutio ſumma puellarum. *S. Io: Damaſcen. in orat.* 4. *de Natiuit. B. Virg.*

Abſolutio peccatorum. *S. Anſelm. cant. in alloq. Beſt.* 24. *& Adam Præmonſtrat. lib.* 1. *ſerm.* 40.

ABSORPTRIX mentium. *S. Anſelmus Luc. ſuper Aue Maria.*

ABSTERSIO lachrymarum noſtrarum. *S. Germ. Conſtant. Orat.* 2. *in præſent. B. V.*

ABVNDANTIA communicationis bonorum. *Iacobus Monachus in Mariali Orat.* 5.

Abundantia perpetua cordium noſtrorum, ſi eam ad inhabitandum introducamus. *Idem ibidem.*

ABYSSVS miraculorum. *S. Sabba in Menæis Græcorum die* 8. *Februarij, & S. Io: Damaſc. Orat.* 1. *de Natiu. B. M.*

Abyſſus miraculorum ad ſe cum fide recurrentibus à peccatorum abyſſo liberans eos. *Id. in Octoec. Græc.*

Abyſſus ex qua Angeli verum ſolem exortum viderunt. *Anaſt. Syn. lib.* 4. *Anag. contempl. in Hexam.*

Abyſſus Gratiæ. *S. Io. Damaſc. Orat.* 2. *de Aſſumpt. ſine Dormition. B. Virg.*

Abyſſus miſericordiæ, ab omni dæmonum, & tribulationum violentia liberans nos. *Idem in Paracl. B. V.*

Abyſſus pietatis ab omni dæmonum, & tribulationum violentia liberans nos. *Idem ibidem.*

Abyſſus multarum gratiarum, ex qua peccatores hauriunt gratiam inceſſanter. *Idiota de B. V. part.* 14. *contempl.* 24.

Abyſſus, Abyſſum inuocans, interpellando pro nobis profundiſſimam miſericordiam filij ſui *D. Bonau. in ſpeculo B. Virg. cap.* 5.

Abyſſus cuius profunditatem ſolus Deus dimenſus eſt. *Idem ibidem.*

Abyſſus in bonitate, & miſericordia profundiſſima. *Idem ibidem.*

Abyſſus bonorum. *Iacob. Mon. Orat. de nat. B. V.*

Abyſſus dulcoris. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 22.

Abyſſus gratiarum. *Idem ibidem.*

Abyſſus inexhauſta diuinæ miſericordiæ. *Henric. Suſo in meditat. de compaſſione Virg. matris.*

Abyſſus diuinę miſericordiæ. *Dionyſ. Fab. im Tract.* 1. *de Concept. B. Virg.*

ACCLAMATIO Prophetarum. *Georg. Nicomed. Orat.* 1. *de præſentat. B. V.*

ACCOLYTVS, quantum ad illuminationem. *Albert. Magn. in Bibl. Mar. ſuper lib. Prouerb.*

Accolytus ſpiritualis, habens cum Accolytis illuminationem. *D. Anton. in ſumma par.* 4. *tit.* 15. *cap.* 16.

ACCVBITVS Regis Chriſti, in quo ipſe fuit nõ ſolum in mente per gratiam, verum etiam in ventre per humanam naturam. *Alanus de Inſul. in cap.* 1. *Cantic.*

ACERRA aurea. *D. Ephr. in ſerm. de laud. B. V.*

Acerra carbonis immaterialis. *s. Ioſeph. Hymnog. in Triodio Græcorum.*

ACERVVS viuifici frumenti. *S. Ioann. Damaſcen. in Orat.* 1. *de Natiu. B. V.*

ACHATES, quia ſi Achates gemma venena repellit, Maria deſideria carnalia, ſæcularia, & iuuenalia dicens: *Prou.* 1. Vſque quo paruuli dili-

diligitis infantiam, & ſtulti ea, quæ ſibi ſunt noxia cupient, & imprudentes odibunt ſcientiam? *Ern. Prag. in Mariali cap.* 42.

Achates lapis nobilis, qui Diabolicis reſiſtit venenis. *Io. Tritbemius lib. 1. de miraculis* B. *V.*

Achates Spiritualis nos Deo reddens placidos ac gratos. *Bernardin. de Buſt. in Marial. ſermon. 2. dt coron.* B. *V.*

ACHIM, morte Filij conturbatione, *Barth. de Piſis lib. 1. de Laude Virgin. Fructu* 4.

ACIES Dei, quę in ſua Aſſumptione migrauit de Tabernaculis cedar, ad immortalia Tabernacula, in quibus noua viuitur vita. *S. Andreas Cretenſ. Orat. 3. de Dormit.* B. *Virg.*

Acies Caſtrorum, quę vexillis virtutum corruſcantibus terribilis dæmonibus apparuit. *Adam de Perſ. in Mariali Fragm. 2.*

Acies Caſtrorum ordinata malignis ſpiritibus. *Petrus Cellenſ. ſerm. 7. de Aſſumpt.* B. *V.*

Acies Caſtrorum ordinata, ad quam reſpicere debet quicunque ſentit impugnationem ab hoſtibus, vel à mundo, vel à carne, vel à Dæmone, vt ipſa per Filium mittat auxilium de Sancto, & de Syon tueatur. *Innoc. Tp. 3. ſer. 2. de Aſſumpt.* B. M. V.

Acies Caſtrorum ordinata, malignis ſpiritibus terribilis; ipſam enim tamquam Reginam ſequuntur omnes Sanctorum Acies ordinatæ, ſecundum ſtatus ſuos, ſecundum proprias dignitates, & merita, vt ſub ipſa, & cum ipſa pro nobis contra Diabolum militent precibus, & exemplis. *Rich. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 3.*

Acies Caſtrorum armata, Dęmones terrens fulgore ſuæ maieſtatis. *Iac. de Vorag. in Marial. ſerm. 8.*

Acies Terribilis tentatis, quia Dęmones expellit fulgore ſuæ Maieſtatis. *Idem ſermon. 2. pro Sabb. 4. hebdomadæ 40. qui eſt de* B. *Virg.*

Acies Caſtrorum ordinata, ideſt, ita Fide ſpe, & dilectione munita, vt nullis tentationibus inimici valeat penetrari. *Alanus de Inſul. in cap. 6. cantic.*

Acies Caſtrorum ordinata, quia in vita multis freta virtutibus, & in morte Angelorum vallata agminibus, & ſicut terribilis facta eſt ſuis virtutibus hæreticorum interimens errores, dæmonum ſuggeſtiones repellens, etiam in Aſſumptione eorumdem Angelorum ſulta eſt prędidijs, & Sanctorum coronata Choris. *Idem ibidem.*

Acies Caſtrorum terribilis Principibus tenebrarum Diabolo, & Angelis eius quos terret, & pro ſuorum famulorum erectione ſæpè improbos reptimit, & retundit malignantium inſultus: terribilis inquam hæreticis, quos ſua virtute confundit, & perfidis, quorum errores à ſuis dilectoribus auertit. *Idem ibid.*

Acies Caſtrorum ordinata ob ordinatiſſimam virtutum connexionem, & ob præclariſſimam perfectionis conſtantiam, & quia authoritate maternitatis Dei conſtituta eſt Imperatrix vniuerſorum, & plena dominatrix aduerſantium. *Dion. Carth. in Cantic. art.* 20.

Acies ordinata ipſis tenebrarũ Principibus terribilis. *Idem lib. 1. de præſentat. Mariæ art.* 32.

Acies Caſtrorum ordinata aduerſus Dęmones. *Maurit. de Villa probata ſerm.* 28. *coronæ nouæ* B. M.

Acies Caſtrorum ordinata reprimens, & expugnans aduerſarios noſtros. *Idem ſerm.* 31.

Acies Sanctitatis. *Rob. Bellar. conc. 1. ſup. Miſſus eſt.*

ACROSTICHIS inſpiratæ à Deo veritatis ſcripturarum, ſicut enim in Acroſtichide totius tractationis argumentum ex ſummis ſtatim litteris cognoſcitur, ita etiam Scriptura tota ex Maria, vel ſumma intelligitur. *s. German. in Oration. de Natiuit.* B. *Virg.*

ADAM uouus: quemadmodum enim primò formatus Adam cum fęminam non cognouiſſet, fęminam edidit, ita Dei Genitrix Maria virum neſciens, Chriſtum peperit, & quemadmodum poſt etiam demptam coſtam Adam incolumis permanſit, ſic & poſt Chriſti infantis proceſſionem, Virgo incorrupta perſeuerauit: neque enim membrorum Adę compages leſa eſt poſtquam Deus coſtam accepiſſet, neque virginitatis violatum ſignaculum poſtquam intus proceſſiſſet. *S. Io. Chryſoſt. Orat. in Theophania, & S. Io: Præcur.*

Adam principio, & maternitate noſtræ ſalutis. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. B. Virgin. fructu* 4.

ADAMAS Verbi, quia ſicut Adamas ad ſe ferrum trahit, ſic Maria ad ſe deduxit de ſupernis Verbum Dei. *D. Bonau. in ſer. 2. de* B. V. M.

Adamas, quia ſi Adamas gemma attrahit ferrum, & ferrum quod ei ſemel adhæſerit ſemper vellet ei adhærere ſi daretur: Maria attrahit corda ferrea ad ſe, & amplectitur, & retinet. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 42.

Adamas infrangibilis impatientia. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de coronatione* B. M. V.

Adamas infrangibilis in omni virtute, & patientia, nulli cedens perſecutioni. *Maurit. de Villa Probata ſerm. 1. Coronæ nouæ* B. M. V.

Adamas, quia reconciliauit humanum Genus cum Deo, & amicitiam inter eos induxit. Adamas enim in libr. de propriet. rerum, dicitur gemma reconciliationis, & amoris. *Idem ſerm. 1. de nominatione* B. M. V.

Adamas lapis ferro durior, cuius meritis protectum nullus potuit ſuperare tentator. *Io. Trith. lib. 1. de miraculis* B. V. *in Vrticeto cap. 6.*

ADDVCTIO deſperatorum. S. *German. orat. 2. in Dormit. B. Virg.*

ADDVCTRIX Redemptionis homini perdito. *D. Auguſtin. in ſerm. de Aſſumpt. B. Virg. M. Tom.* 10.

Adductrix noſtræ precationis Filio ſuo, & Deo. *Coſmas Hieroſolymit. in Theogoniam Hymn. 6.*

ADIMPLETIO diuinorum oraculorum. *Iacobus Monachum orat. de natiuit. B. Virg.*

ADITVS peregrinationis Verbi ad nos. *Theodorus Abucaras Opuſculo 1. in fine.*

Adi

Aditus recuperationis. *S. Anſelm. in orat. ad B. Virg.*

Aditus peccatorum ad Deum: nullus enim ita alienatus eſt à Deo, niſi omninò fuerit maledictus, qui ſi Mariam inuocauerit, non reuertatur ad Deum, & habeat miſericordiam. *D. Brigitta lib. 6. Reuelationum cap. 10.*

ADIVTORIVM, quod Dei bonitas homini proſpexit, ne quid non boni. Non eſt enim inquit, bonum ſolum eſſe hominem, ſciens illum ſexum Mariæ, & deiuceps Eccleſiæ profuturum. *Tertulian. in lib. 2. aduerſus Marcionem.*

Adiutorium noſtrum, quo vniuerſas inimicorum inſidias ſine læſione pertranſimus, *S. Io: Damaſc. in Paracl. B. Virg.*

Adiutorium omniuum, qui eius implorant auxilium. *Idem ibidem.*

Adiutorium verum fidelium. *idem in Octoec. Græcorum.*

Adiutorium fortiſſimum miſerabilium. *S. Ioſeph. Hymnog. in Menæis Græc.*

Adiutorium noſtrum. *Goffridus Abbas in ſer. de Purificat. B. Mar.*

Adiutorium noſtræ pugnę *Helinandus Ciſtercienſis ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Adiutorium caſus, quia timentibus ſe præcauit à caſu, ideſt, ne cadant in peccatum, vel in infernum, & etiam erigit eos ſi forte ceciderint, vndè orat eam Eccleſia: Succurre cadenti ſurgere qui curat populo. *Riccard. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 2.*

Adiutorium noſtræ infirmitatis. *Idem de laude Virg. lib. 6.*

Adiutorium noſtrum in omni opere virtutis, & ideo dicit ipſa Eccleſia 24. In me omnis ſpes vitæ, & virtutis. *S. Thom. Aquin. in expoſit. Salut. Angel.*

Adiutorium Dei *Albert. Magn. in Biblia Mar. ſuper lib. Iob.*

Adiutorium quod Pater miſericordiarum in ſummo opere miſericordiæ adiuuit. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 187.*

Adiutorium redemptionis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 53.*

Adiutorium dimicanti. *Ern. Prag. in Mariali c. 39.*

Adiutorium omnimodum matri ſuæ, id eſt toti Eccleſiæ. *Idem in Mariali cap. 123.*

Adiutorium peccatoribus, ipſam contra tentationes Serpentis implorantibus. *Idem in Mariali cap. 145.*

Adiutorium ſecundi Adæ, ſecundum cor ſuum. *Idem in Mariali cap. 119.*

Adiutorium ſimile Chriſto in noſtra reparatione, non quidem maieſtatis ſimilitudine, ſed immunitatis à crimine, & pœnalitatis aſſumptione, quamquam, & in hoc quoque non nihil ſit differentiæ, quia Chriſtus natura fuit inter mortuos liber, Maria ex gratia, ideoque liberata. *Antonius Pocq. ſerm. 8. de Concept. B. Virg.*

Adiutorium Chriſti. *D. Anton. in ſumma par. 4. tit. 15. c. 44.*

Adiutorium Dei in ſaluatione generis humani. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 21.*

Adiutorium noſtræ ſalutis ſimile primo Adæ in Chriſto ſine peccato. *Bernardinus de Buſtis in Mariali ſer. 3. de Concept. B. M. V.*

Adiutorium peregrinantium. *Idem ſerm. 4. de Aſſimilatione B. Mariæ, & Mauritius de Villa Probata ſermone 5. Coronę nouæ B. Mariæ Virginis.*

Adiutorium ſimile Chriſto. *Idem ſerm. 2. de Aſſump. Beatæ M. Virgin.*

Aiutorium iuſtorum. *Mauritius de Villa probata ſerm. 2. Coronæ nouæ B. Mar.*

Adiutorium hominis. *Io: Picus lib. 1. in Cantic. cap. 2.*

ADIVTRIX omnium. *D. Dionyſ. Areopag. in Orat. ad B. Virg. apud S. Birgittam in Reuelationibus lib. 4. cap. 103.*

Adiutrix Dei in incarnatione. *D. Ephrem in ſerm. ſiue tractatu de Margarita pretioſa.*

Adiutrix vnica peccatorum, & auxilio deſtitutorum. *Idem in ſerm. de Laude B. Virg.*

Adiutrix fidelium, animam reddens virtutibus feracem. *S. Andr. Cret. Can. in Concept. B. Virg.*

Adiutrix ſermonis. *Idem orat. 1. de Dormit.*

Adiutrix noſtræ ſalutis. *Georgius Nicomed. in orat. de Exitu Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparentis quando fuit oblata in templo.*

Adiutrix exercitui, qui ſemper eius innititur patrocinijs hora congreſſus. *S. German. Conſtan. orat. 1. in Præſentat. B. Virg.*

Adiutrix ad bonum à nobis ſuſcipienda. *S. Io: Dam. in Paracletica B. Virg.*

Adiutrix eorum, qui rebus infeſtis vexantur. *Idem ibidem.*

Adiutrix firmiſſima verſantium in neceſſitatibus, ac periculis. *Idem ibidem.*

Adiutrix noſtra ab omni diabolica perturbatione liberans nos, & delens peccata noſtra. *Idem ibid.*

Adiutrix noſtra à Dæmonis violentia, & à paſſionibus nos augentibus liberans nos. *Idem ibidem.*

Adiutrix ſemper infirmitati noſtræ. *Idem ibid.*

Adiutrix noſtri certaminis. *Paulus Diaconus ſer. 2. de Aſſumpt. apud Ceraſolam tom. 6.*

Adiutrix eorum, qui in anguſtijs detinentur. *S. Ioſeph Hymn. in Menæis Græcorum.*

Adiutrix ſeruorum ſuorum tempore abſtinentię. *Idem in Triodio Græcorum.*

Adiutrix exiguitatis noſtræ apud Deum. *Ioann. Epiſc. Aretinus in tractatu de Dormit. SS. Virg. Mariæ.*

Adiutrix in morte ab inſidijs Diaboli protegendo. *Idiota in Contemplat. de Virg. Maria.*

Adiutrix poſt mòrtem animas ſuſcipiendo, & eas in Cœlum deducendo. *Idem ibidem.*

Adiutrix tam bonorum, quam malorum in vita præſenti, bonorum in gratia conſeruando, malorum ad miſericordiam reducendo. *Idem ibidem.*

Adiutrix tribulatorum, dando eis patientiam,

tentatorum, dando eis victoriam, & in Dei amore famelicorum, dando eis refectionem internam. *Idem ibidem.*

Adiutrix dulcis, & suauis in omnibus, *S. Anselm. Luc. super Salue.*

Adiutrix nostra. *Idem ibidem. D.* Bonauentur. *in Psalt. B. Virgin. Alb. Magn. in Bib. Mar. super lib. Esther. & Lud. Blos. in Speculo spirituali cap.* 12.

Adiutrix nostra apud Deum omnipotentem. *S. Anselm. Cant. in Orat. ad* B. *Virg.*

Adiutrix ad se ex fide accurrētium. *Theod. Lasc. Imp. in Poem. B. Virg.*

Adiutrix in angustijs. *Idem ibidem.*

Adiutrix fidelissima seruorum suorum, quibus mundus, caro, dæmonia, diuersa mouent prælia. *Rich. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib.* 6.

Adiutrix specialis Religiosorum. *D. Bonauent. in Psalt. B. Virg.*

Adiutrix nostræ redemptionis. *Albertus Magnus in Bib. Mar. super lib. Geneseos. & Bernardin. de Busti in sermon.* 1. *de Nominatione B. Mariæ.*

Adiutrix Redemptoris per compassionem. *Idem super Missum est cap.* 187.

Adiutrix nostræ redemptionis, & nostræ iustificationis. *Iacob. de Voragine in Mariali sermone* 3. *A.*

Adiutrix omnium. *D. Birgitta libro Revelat.* 4. *cap.* 103.

Adiutrix nostræ redemptionis. *D. Anton. in summa par.* 4. *tit.* 15. *cap.* 6.

Adiutrix omnium ad eam recurrentium. *Idem ibidem.*

Adiutrix redemptionis per compassionem. *Idem in summa par.* 4. *tit.* 15. *cap.* 20.

Adiutrix religiosorum. *Idem in summa par.* 4. *tit.* 15. *cap.* 6.

Adiutrix Dei quotidiana, ac secretissima. *Dion. Carth. lib.* 1. *de Laud. Virg. A.* 31.

Adiutrix peccatorum, tum in vita, tum in morte. *Idem lib.* 3. *de Laude Virginis A.* 20.

Adiutrix totius militantis Ecclesiæ à filio suo adorando constituta; cui decuit plurima reuelari de statu, processu, euentu eiusdem Ecclesiæ militantis, vt ex illorum præcognitione magis procuraret ac tueretur bonum ipsius Ecclesiæ. *Idem lib.* 2. *a.* 18.

Adiutrix orphanorum. *Thomas à Kempis in* 3. *p. sermonum serm.* 2.

Adiutrix christiani populi. B. *Casimirus Poloniæ Princeps in Hymno de B. Virg.*

Adiutrix nostræ reparationis. *Ioannes Picus lib.* 3. *in Canticis cap.* 7.

Adiutrix præsentissima auxilio destitutorum. *Lud. Blos. in Eudologia* 1. *ad* B. *Virg.*

ADMINICVLATRIX humanæ redemptionis. *Ioann. Picus lib.* 1. *in Cant. cap.* 2.

ADMINISTRA digna operis incarnationis, quod promouit non aliunde, sed de suo, puram sanctamque omnino ex parte materiam suppeditans, Deoque ab omni concretione, atque impuritate libero congruentem. *S. German. Constan. orat. in Annunc.* B. V.

Administra saluti Orbis vniuersi. *S. Ioann. Damascen. orat.* 1. *de Natiuit.* B. *M. V.*

Administra rerum omnium conditarum *Philotheus in Menæis Græcor. die* 16. *Iulij.*

ADMINISTRATRIX Christi fide, & opere. *D. Aug. in lib. de Assumpt.* B. *M. Virg. Tom.* 9. *Operum eius.*

Administratrix Dei propter Assumptionem hominis. *D. Ildephons. lib. de Virginitat.* S. *Mar. cap.* 3.

Administratrix misericordię. *D. Catharina Senensis in XI. suarum Orationum, quam Orationem Romæ habuit in die Annunciation.* B. *Virg. anno* 1379.

Admiratio Angelorum. S. *Ioseph. Hymnog. in suo Mariali.*

ADOLESCENTVLA, quæ talia dona assecuta est, vt incorporei eius cederent ministerio. *Georg. Nicom. in Orat. de SS. D. Nostræ Deiparentis exitu, quando fuit oblata in templo.*

Adolescentula omni ex parte benedicta, & veneranda. *Euthymius Encomio in Adorationem Venerandæ Zonæ SS. Deiparæ, & fasciarum Domini.*

Adolescentula diuinam formam præseferens. *Iacobus Monachus in Mariali Orat.* 4.

Adolescentula florem fouens, quo vetusta sæcula restorescunt. *Ioann. Hondemius Hymno* 1. *de Partu Virg.*

Adolescentula illustrissima, *Dion. Carth. lib.* 1. *de Laud. Virg.* 4. 13.

ADORATRIX filij sui. *D. Anton. in summa* 3. *p. tit.* 31. *cap.* 3.

ADORNATRIX omnium. *D. Ephrem, serm. de laude* B. *Mariæ Virg.*

ADVMBRATIO perfecta filij sui. *S. Thomas de Villanoua in Concione* 3. *de Natiu.* B. *Virg.*

ADVOCATA Euæ. *D. Ireneus lib.* 5. *aduersus Hæreses cap.* 19.

Adnocata in hora mortis, atque iudicij. *D. Ephrem. in Threnis, siue Lamentationibus SS. Virg. Mariæ de Passione Domini.*

Aduocata vnica peccatorum, & auxilio destitutorum. *Idem in serm. de laud.* B. *V.*

Aduocata nostra benigna, & sedula coram filio suo. *D. Gregor. Nazianz. in Tragœdia de Christo patiente.*

Aduocata, cuius ore nostra dicitur excusatio. *Georg. Nicom. in Orat. de Exitu SS. Dominæ nostræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Aduocata christianorum *S. Ioan. Damasc. in Canone de S. Trin. tom.* 4. *Bibliot. PP. editione* 1.

Aduocata nostra inexpugnabilis. *Idem ibid.*

Aduocata peccatorum. *Idem in Cantic. Græcorum sono* 1.

Aduocata populi christiani apud Christum. *Idem ibidem.*

Aduocata, quæ pudore suffundi, ac reijci non potest *Idem in Paracl.* B. *Virg.*

Aduocata nostra. *Theophanes Nicænus in Menæis*

*næis Græcorum die 7. Ianuarij.*

Aduocata agens in cœlo cauſam noſtræ ſalutis. *Nicetas Dauid in Homil. de Natiuit. B. Virg.*

Aduocata noſtra allegans pro nobis fideliter omnia benedicto Filio ſuo. *Idiota de B. Virg. par. 16. contempl. 7.*

Aduocata noſtra precibus ſuis benè ſonantibus, nos à filio ſuo per peccatum diſiunctos, quoties penitemus reconiungens. *Idem de B. Virg. par. 1. contempl. 13.*

Aduocata peccatorum, quę onus huiuſmodi officij in ſe benignè ſuſcepit. *Idem de B. Virgin. par. 9. contempl. 14.*

Aduocata noſtra. *Herman. Contractus in Antiphona Salue Regina, & Adam Præmonſtrat. lib. 1. ſer. 40-10: Rusbroch. in Libello de 7. amoris gradibus cap. 8.*

Aduocata noſtra à Deo conſtituta, vt rei non iudicium, ſed ſubſidium, non ſupplicium, ſed æternum premium inuenire poſſimus. *S. Anſelm. Lucenſis ſup. Salue Regina.*

Aduocata reorum Dei, à Filio ſuo inter nos, & Deum Patrem iudice conſtituto, quod pro nobis voluerit, impetrare valens. *Idem ibid.*

Aduocata noſtra apud Filium. *D. Bern. ſerm. in Nat. Virg. de Aquæductu.*

Aduocata, quæ tanquam Iudicis mater, & mater miſericordiæ ſimpliciter, & efficaciter ſalutis noſtræ negotia pertractat in cœlo. *Idem ſerm. 1. in Aſſumpt. B. M. V.*

Aduocata fidelis, & potens in procurando noſtræ ſalutis negotio. *Petrus Bleſ. ſer. 34.*

Aduocata credentium. *Adam de Perſenia in Mariali fragm. 2.*

Aduocata in cauſa noſtra à Deo conſtituta. *Idem in Mariali fragm. 1.*

Aduocata piiſſima, & potentiſſima apud filium. *Idem ſerm. in Annunciat. B.* Virg.

Aduocata noſtra dulcis. *Helinand. Ciſterc. ſer. 1. in Natiuit. B. Virg.*

Aduocata noſtra ad filium, ſicut filius ad patrem, imò apud patrem, & filium procurat negotia, & petitiones, noſtras, & generaliter impetrat omne bonum. *Rich. à S. Lauren. de laud. Virg. lib. 2.*

Aduocata noſtra allegans pro genere humano coram filio, cui debemus maximum ſalarium gratiarum actionis, & ſalutationis, & huiuſmodi. *Idem ibidem.*

Aduocata noſtra allegãs pro nobis fideliter coram Filio ſuo, ventrem, & vbera eidem repreſentans, nobiſque impetrans gratiam compunctionis, gratiam reconciliationis, & gratiam ablutionis peccatorum. *Idem ibid.*

Aduocata noſtra, quia in conſpectu Dei bonum pro nobis loquitur, & contradicit aduerſarijs noſtris, quę ſunt duo officia Aduocatorum. *Idem de Laud. Virg. lib. 6.*

Aduocata in cauſa eorum, qui eam honorant. *Hugo Cæneſis in Pſalmo 8.*

Aduocata libera coram Saluatore. *D. Bonau. in Expoſit. ſuper Salue Regina.*

Aduocata miſerorum. *Idem in Corona B. Virg.*

Aduocata noſtra in iudicio animæ noſtræ. *Idem in Pſalterio B. Virg.*

Aduocata noſtra piiſſima *Idem in Corona Beatæ Virgin.*

Aduocata pauperum. *Idem in Canticis Pſalterij B. Virginis.*

Aduocata propitia ante Deum. *Idem in Pſalterio B. Virg.*

Aduocata ſpecialis Religioſorum. *Idem ibid.*

Aduocata noſtra contra Iudicem ſapientem, contra callidiſſimum hoſtem, & hoc in cauſa deſperata. *Albert. Magn. in Bibl. Mar. ſuper Ieremiam Proph.*

Aduocata omnium ſciens linguas ſingulorum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 155.*

Aduocata peccatorum ſapientiſſima, fœcundiſſima, & fidelisſima. *Idem in Biblia. Mar. ſuper lib. 3. Regum.*

Aduocata, quam nobis elegit Spiritus ſanctus. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 135.*

Aduocata ſapientiſſima, iura ciuilia, & canonica, & leges, & decreta in ſummo ſciens: nam cum ſapientia aduocati manifeſtetur in tribus. Vnum, quod obtineat contra Iudicem iuſtum, & ſapientem; ſecundum, quod contra aduerſarium aſtutum, & ſagacem; tertium, quod in cauſa deſperata; Beatiſſima Virgo contra Iudicem ſapientiſſimum Deum; contra aduerſarium callidiſſimum Diabolum; in cauſa noſtra deſperatiſſima ſententiam optatam obtinuit. *Idem ibidem.*

Aduocata ſapientiſſima, veniam, & gratiam obtinens. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ieremiam Prophetam.*

Aduocata generis humani. *Iacob. de Voragine ſerm. 8. de Aſſumpt. B. Virg.*

Aduocata noſtra diligens, ſapiens, & toti Curiæ cęleſti gratioſa. *Idem ſerm. 2. pro Sabbato 3. Hebdomad. 40. qui eſt de Virginis excellentia, atque conſtantia.*

Aduocata noſtra, quę cauſas noſtras coram Deo aſſumens, ipſas ſapienter incipit, inceptas, multis allegationibus eas defendit, & ad finem proſperum perducit. *Idem in Mariali ſermone 2. A.*

Aduocata ſollicita, perita, ſapiens, & in Curia cęleſti gratioſa. *Idem ibidem.*

Aduocata noſtra apud filium. *Ægidius Columna ex Expoſitione in Salutationem Angelicam.*

Aduocata potens eloquio. *Ioannes Hondemius in Innocat. SS. Deipar.*

Aduocata noſtra apud Filium *Ioan. Taulerus in tract. de 10. cæcitatibus cap. 11.*

Aduocata miſeri peccatoris. *Henricus Suſonius in Capite de commendatione, & encomio Illuſtriſſimæ Reginæ Cælorum, quod eſt 26. Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Aduocata diligens. *Ern. Prag. in Mariali c. 14.*

Aduocata noſtra apud Deum, quæ non poteſt ſuſtinere repulſam, quoniam apud Deum inuenit gratiam. *Idem in Mariali cap. 134.*

Aduocata noſtra in Curia ſummi Regis, fideliſ-

sima, & diligentissima, semper præsens ad impetrandum, & contradicendum, excusans nostra mala, & poscens cuncta bona. *Idem ibidem.*

Aduocata nostra prudentissima, & fidelissima, quæ totum negotium salutis nostræ argumentatissimè procurauit. *Idem in Mariali in præfat.*

Aduocata totius Generis humani *Idem in Mariali cap.* 134.

Aduocata pro omnibus peccatoribus. *D.Birgitta in orat. 1. reuelata.*

Aduocata nostra apud Deum, quem ineffabiliter peperit. *Em.Pal. Imp. in Can.ad SS. Deiparam.*

Aduocata opportuna peccatorum, à Deo constituta, in miserorum causa protinus exaudienda pro sua reuerentia, & munditia, vt exaudita est Esther Regina pro gentis Isdraeliticæ supplicans liberatione. *Ant. Pocq serm. 5.de Concept.B.virg.*

Aduocata peccatorum post Filium apud iustum Iudicem Deum, cuius gratia nostris propitiatur iniquitatibus. *Idem serm. 2, de Conceptione* B. *virginis.*

Aduocata nostra, per cuius manus Deus ordinauit dare ea, quæ dat humanæ naturę *Ioannes Gerson serm. de Annunciatione* B. *virg.*

Aduocata Christianorum. *D.Bernardin.Senens. ser.de Purificat. B.virg.*

Aduocata efficax apud iustitiam Dei *Idem tom. 1.serm.55. qui est de Passione Domini.*

Aduocata humani Generis, tanta puritate fulgens, vt nullum peccatum habuerit, quod eius conscientiam remorderet. *Idem tom.2.ser.51 qui est de festiuitatibus* B. *Virgin. & maximè Conceptione, Natiuitate, & Annunciatione.*

Aduocata nostra in terris, & in cælis. *Idem ser. de 7. verbis* B. *Virg.*

Aduocata omnium hominum. *Idem ibidem.*

Aduocata peccatorum. *Idem tom.2. serm.51.*

Aduocata pro nostris reatibus apud Filium. *Idem tom.3.serm.3. de glorioso nomine Mariæ.*

Aduocata peccatorum, aduocans in Curia cælesti contrà Dæmones, qui non cessant accusare nos, & præcipuè in hora mortis. *D. Anton. in summa par.4.tit.7.cap.2.§.5.*

Aduocata peccatorum tota mitis, & suauis, per mulierem Thecuitem figurata. *Idem in summa par.4.tit.15.cap.14.*

Aduocata eloquentissima, quæ sua dicenda virtute, & efficacia Chirographum nostræ damnationis de magni Dei manibus cadere fecit. *Bernardin.de Busti in Mariali serm.2.de coronat.* B. *Mariæ.*

Aduocata fidelissima ante nostrum Iudicem. *Idem ibidem.*

Aduocata generalis, & vniuersalis omnium. *Idem serm.2. de Assimilatione B. Mariæ.*

Aduocata humani Generis. *Idem ser.5.de Natiu.* B. *Mariæ.*

Aduocata in causa eorum, qui eam honorant. *Idem serm.3.de Assimilatione B.M.*

Aduocata mundi. *Idem sermon. de compassione B. Mariæ.*

Aduocata nostra dignissima, quæ causas nostras coram Deo assumens, ipsas Sapienter incipit, inceptasque multis allegationibus defendit, & defensas ad prosperum finem deducit. *Idem serm.1.de Nominatione Mariæ.*

Aduocata nostra sapientissima. *Idem serm. 2. de Assimilatione B. Mariæ.*

Aduocata omnium peccatorum. *Idem in serm.de Compassione B. Mariæ.*

Aduocata optima pro nobis continuè intercedens apud Deum, & causas nostras perorans *Idem serm.2.de Assimilat. B.M.*

Aduocata potentissima, & clementissima peccatorum. *Idem in Mariali serm.2. de Coronatione B. Mariæ.*

Aduocata Ecclesiæ à Deo constituta, cuius certissimè bonum, materno semper zelo affectauit. *Dion.Carth. lib.3. de præc.Mariæ à S.*

Aduocata Generis humani. *Idem in Cant.art.21.*

Aduocata misericordissima. *Idem de laud. Virg. libro 1. a. 2.*

Aduocata omnium fidelium, & cunctorum electorum. *Idem in Cant. à 24.*

Aduocata omnium iniquorum ad eam confugientium. *Idem de laud. Virg. lib.2. a. 23.*

Aduocata pissima animarum credentium. *Idem in Cant.art.21.*

Aduocata pijssima humani Generis, vniuersorum optans salutem, atque in omnium cordibus per piam memoriam virtuosam imitationem, dulcem dilectionem habitare, & quiescere cupiens. *Idem in cap.24. Eccles.*

Aduocata totius militantis Ecclesiæ à Filio suo adorando constituta, cui decuit plurima reuelari de statu, processu, euentu eiusdem Ecclesiæ militantis, vt ex illorum præcognitione magis procuraret, ac tueretur bonum ipsius Ecclesiæ. *Ibidem lib.2. de Laud. Virgin. art. 28.*

Aduocata vigilantissima Ecclesiæ militantis, in quam tamquam in hortum suum descendit quotidiè, omnem statum, ac dispositionem Ecclesiæ considerando, preces pro ea fundendendo, dona gratię impetrando. *Idem in Cant. art. 21.*

Aduocata vniuersorum fidelium, ac totius Ecclesiæ à Deo electa. *Idem de laude Virginis libro 7. a 13.*

Aduocata nostra apud Filium. *Thomas à Kempis in soliloquijs cap. 24.*

Aduocata christianorum in regno cęlorum, sapientissima. *Ioann.Trithem.de Miræ.B.V.M. propè Dittelbach lib.1. cap.11.*

Aduocata christianorum vnica. *Idem lib.3. de Miraculis B.Virg.in Vrticeto.*

Aduocata mitis humilium corde. *Idem lib.1. de Miraculis B.Virg.in Vrticeto cap.6.*

Aduocata mitis pauperum Christi. *Idem lib. 3.de Miraculis B.Virg.in Vrticeto cap.6.*

Aduo-

Aduocata omnis populi fidelis. *Idem de Mirac. B.Virg. prope Dittelbach. lib.1.cap.9.*

Aduocata pientissima omnium credentium. *Idem lib.1. de Mirac. B. Virg.in Vrticeto c.5.*

Aduocata pœnitentium, quæ vult, & potest suis pro eis meritis intercedere, & omnem illis veniam peccatorum à suo Filio impetrare. *Idem lib.de Mirac,B.Virg.in Vrticeto c.9.*

Aduocata prompta in omni necessitate. *Idem lib.de Mirac. B.Virg.in Vrticeto cap.10.*

Aduocata pro nobis ad Filium. *Idem de Mirac. B.Virg. prope Dittelbach. lib.1.c.10.*

Aduocata salutis nostræ. *Idem lib.1.de Mirac. B. Virg.in Vrticeto cap.10.*

Aduocata supplicantis. *Idem de Mirac.B. virgin. prope Dittelbach. lib.1.cap.10.*

Aduocata verè promptissima in omnibus necessitatibus nostris, si purè mentis desiderio per nos fuerit inuocata. *Idem ibidem.*

Aduocata bona. *Maurit.de Villa probata serm.16. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Aduocata elegantissima, quę sua dicendi virtute, & efficacia,Chirographum nostrę damnationis de magni Dei manibus cadere fecit. *Idem serm. 20.Coronæ nouæ B.Mar.*

Aduocata humani Generis. *Idem ibidem.*

Aduocata nostra fidelis. *Idem serm.27.Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Aduocata nostra, quę sua dulci facundia Imperatorem cęli,& terrę iratum pacificauit. *Idem serm.20.Coronæ nouæ B.Mar.*

Aduocata omnium. *Idem serm. 8. Coronæ nouæ B. Mar.*

Aduocata peccatorum. *Idem serm.5.Coronæ nouæ B. Mariæ,*

Aduocata vera. *Idem serm.2. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Aduocata vniuersalis *Idem serm. 9. Coronæ nouæ B. Mar.*

Aduocata nostra idonea, quia purissima,quia acceptissima, quia pijssima. *S. Thom. de Villa noua in Conc.3.de Natiuit.B.Virg.*

Aduocata dulcissima. *Ludouic.Blosius in Endologia 2. ad B. Virg.*

Aduocata non solum perfectorum, sed etiam imperfectorum. *Idem in Speculo spirituali c.12.*

Aduocata peccatorum, à peccatoribus iustissimam Dei iram precibus suis, & intercessione auertens. *Rob.Bellarmin. conc.2. super Missus est.*

Aduocata singularis hominum peccatorum. *Idem in Couc.de Assumpt. B.Virginis.*

ADVOCATIO valida populi christiani. S. *Iosepb. Hymn.in Menæis Græcorum.*

ADVOCATRIX nostra. *D.Anselm. in Psalterio B.Virg. par.1.*

Aduocatrix potentissima suorum. *Franc. Abbas lib.6. de Gratia Dei.*

Aduocatrix Ecclesiæ. *Philipp. Abb. Tom.6. moralit.in Cantic.Canticorum.*

Aduocatrix nostra coram Deo. *Alber. Magn. in Biblia Mar.super lib.Esther.*

Aduocatrix pijssima omnium Fidelium. *Thomas à Kempis in Soliloquijs cap.24.*

ÆDES dignissima diuinę virtutis, *D. Gaudentius in tract.2.de Lectione Euangelij.*

Ædes conferta æternis, atque beatis donis diuinę, ac munificę Triadis. *Io: Germ. in B. Virg. Hymn. 3.*

Ædes sacra pulchrè structa, atque immensa. *Idem ibidem.*

Ædes, quæ dicitur ab edendo, vnde Plautus: si vocassem vos in ædem ad praudium; in Maria enim comedit Christus fauum suum cum melle suo, Cant.1. vndè Ezech. 44. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino. *Rich. à S. Lauren. de Laude. virgin. lib. 10.*

Ædes magna Dei. *Nicephor.Greg. Orat.in S.Deiparam apud Cerasolam.*

Ædes Salomonis. *Rob.Bellarmin.Conc.de Assump. B. Virgin.*

ÆDIFICATRIX seruorum suorum donis, & charismatibus, vt super benedicti Filij sui, & & Spiritus sancti digna fiant habitatio. *Idiota in Contemplatione de Virg.Maria.*

ÆDIFICIVM diuino radians splendore. *S. Io: Dam.orat.4. de Natiuit. B. Virg.*

Ædificium, cuius artifex est Omnipotens. *D.Hildephons.in lib.de Virginit.S.Mar.c.2.*

Ædificium pulcherrimum, quod & Thronus, & Turris est, Thronus eburneus, Turris eburnea, sed Thronus propter Deum, Turris propter homines; Thronus ad suscipiendum Iudicem conuersum ad clementiam, Turris ad suscipiendum peccatorem conuersum ad pœnitentiam; Thronus, qui Deum Maiestatis,& immensum capiat, & lassum reficiat, & iratum mitiget: Turris, quæ omnes confugientes ad se, & protegat, & defendat, & saluet. *Helinand. Cistercienses serm. 2. in Natiuitat. beat. Virg.*

Ædificium, quo nil speciosius, nil fortius, nil vtilius esse potest. *Idem serm. 1. de Assumptione beat. Mariæ.*

Ædificium pulchrum diuinæ sapientiæ. *Iacob.de Voragine serm.1. de Nat. B.Virg.*

Ædificium à Deo ornatum, atque depictum, albo colore puritatis, nigro humilitatis, rubro charitatis. *Bernardin. de Busti serm.5.de Nominat. Mariæ.*

Ædificium pulchrum à Deo erectum. *Idem ibidem.*

ÆMVLA Cęli. *S. Proclus orat. 2. quæ est de Incarnatione Domini in B. Virg.*

Æmula puritatis angelicæ. *Adam de Perf. in ser. in Assumpt. B. Virgin.*

Æmula angelicæ munditiæ, quæ vitam cęlibem in contemplatione ducebat. *Albert. Magn. in Postillis super cap.1.Lucæ.*

ÆMVLATRIX prima, & præcipua diuinæ integritatis. *Guillelm.paruus cap.3.Cantic.*

AER, in quo nec nebula vlla, nec nubes, nec nubilum, nec ventus, nec turbo, nec grando, nec

nec ſpiritus procellarum, ſed ſumma, & ſecura ſerenitas, ſerena ſinceritas, ſincera amœnitas, amœna tranquillitas, tranquilla luminoſitas, luminoſa iucunditas, iucunda fertilitas, & fertiliſſima beatitudo, id eſt, locus omnium bonorum congregatione perfectus. *Ern. Prag. in Mariali cap. 19.*

Aer per ſui ad preces aliorum inclinationem. *Bartholom. de Piſis lib. 1. de Laude Virgin. fructu. 2.*

Aer nulla nunquam peccati tenebra obſcuratus. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mar.*

Aer omnibus traſparens per omnium virtutum exemplaritatem. *Idem ibidem.*

ÆRARIVM diuinorum iudiciorum à Deo obſignatum. *Andreas Creten. orat. 1. de Aſſumpt.*

Ærarium prouidentiæ Dei. *Idem orat. 2. in Annunciation.*

Ærarium talenti, per quod ſumus redempti. *D. Petr. Damian. in Carminibus de Aſſumptione B. Mariæ apud Surium Tom. 7.*

Ærarium, quod dicitur ab ære, quia in ea congeſtum eſt, & commaſſatum pretium Redemptionis noſtræ, nam in vtero eius fuerunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. Coloſſ. 2. *Rich. à S. Lauren. de laud. Virgin. lib. 10.*

ÆTERNITAS virginitatis. *D. Hildephonſ. libr. de Virginitate S. Mariæ cap. 10.*

ÆTHER mentibus cæleſtibus horrendus, indictus hymnidicis, & inuius cęlſicolis Io. *Germ. in B. Virgin. Hymn. 2.*

AFFRICA, quæ omnibus auxilium affert. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 9. de Concept. Beat. Mariæ.*

AGALMA diui num, ideſt, ſtatua diuina, imago diuina, ſimulacrum diuinum, ſignum diuinum, exemplar diuinum. *D. Amedeus Homilia 3. de laud. B. Virg.*

Agalma radians Deitatis. *Ioann. Mauburnus in Roſeto Exercit. ſpiritual. in §. de modo Roſar. dicendi.*

AGAPIS lapis, auro pretioſior, dilectionem Dei ſe venerantibus impertrans, morſum ſerpentis antiqui ſanans, omnia fauciatæ mentis vulnera curans Io: *Trithem. lib. 1. de Mirac. B. V. in Veticeto cap. 6.*

AGER, qui non exaratus fructus protulit pulcherrimos, ſeciſdum naturâ quidem; eo quod more noſtro, & tempore motus geſtationiſq; ſeruato, protulerit; at præter naturam, aut potius ſupra naturam, quia ſupernè diuinum Verbum aduenit, & in ſanctio eius vtero Adamum reformauit, ac fœcunditatem quidem Spiritus ſancti, ſanctæ Virgini præbuit, verum aurem corpus ex eius corpore aſſumptum eſt: *D. Gregor. Thaumat. orat. 1. in Annunciat. B. M. Virg.*

Ager minimè cultus, qui Verbum velut granum frumenti ſuſcipiens, etiam manipulum germinauit. *D. Epiphan. ſerm. de Laud. Virg.*

Ager plenus, quia plena gratia virtutum. *D. Hieronym. in Epiſtola, ſiue ſermone de Aſſumptione Beat. Mar. Virg.*

Ager cæleſtis ſpicæ, qui nunquam metatur. *S. Ioann. Chryſoſt. in Chriſti Natalem apud Combef Tom. 1. ſuæ Bibliot.*

Ager non ſatus. *Idem Orat. de Annunc. B. Virg.*

Ager paternæ benedictionis, in quo Dominicæ œconomiæ Theſaurus repoſitus. *Idem orat. 2. de Annunc. B. Virg.*

Ager prolis decore exultus. *S. Proclus in or. 6.*

Ager, qui nullo ſuſcepto ſemine, ſegetem protulit. *Idem ibidem.*

Ager ſpiritualis benedictionis, in quo Dominicæ diſpenſationis repoſitus eſt theſaurus. *Idem ibidem.*

Ager Domini dignus, generans ſine ſemine frugem. *Venantius Fortunatus Elegia in laud. S. M. Virgin.*

Ager altiſſimi Dei nulla Agricolę manu cultus. *Andreas Cret. Can. Sab. San.*

Ager Deo cultus. *Idem orat. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*

Ager impollutus, qui in aluo diuinum ſemen ſuſcepit, & ſpicam protulit, ex qua vitę panis Chriſtus Deus, germinauit. *Idem in Can. de Annunc. B. Virg.*

Ager fructum edens ſine cultore. *Iſychius ſerm. 2. de laude virg.*

Ager à Deo cultus, qui nullo ſemine ortam à nullo irrigatam vitę noſtræ ſpicam, tanquam in aceruo geſſit in ventre. S. *German. Conſtan. Serm. in Nat. B. Virg.*

Ager inaratus *Idem Orat. 2. in Præſent. B. Virg.*

Ager, ex quo diuina ſpica germinauit, animas noſtras debiles, ac diuinarum rerum fame tabeſcentes diuinis muneribus, & gratijs enutriens. S. Io: *Damaſc. in Paracl. B. V.*

Ager, ex quo immortalitatis efflоruit ſpica. *Idem in Menæis Græcor. die 15. Ianuar.*

Ager inaratus, ex quo ſpica vinifica germinauit, quæ præbet vitam mundo. *Idem Cant. Cant. in Sancto Maxim.*

Ager inaratus, qui ſpicam germinauit vitæ effectricem vitam præbentem mundo. *Idem in Octoec. Græcorum.*

Ager inaratus, qui vitæ ſpicam peperit omnibus ſe participantibus immortalitatem largientem ſanctum, ſcilicet illum, qui ſanctè inter ſanctos requieſcit. *Idem in Paraclet. Græcorum.*

Ager à cultura immunis S. *Ioſeph Hymn in Pentecoſt. Græcorum.*

Ager expers omnis araturæ, ex quo diuina ſpica germinauit. *Idem Hymno in Acatiſton.*

Ager fœcundus, qui germinauit ſpicam vitæ, à qua fideles nutriuntur, & erroris fames è terra verè repellitur. *Idem in Menæis Græcor.*

Ager, nunquam aratro proſciſſus. *Idem in Triodio Græcorum.*

Ager, qui ſpicam Chriſtum fructificauit enutriens omnes virtutum famę laborantes. *Idem in Pentecoſtario Græcorum.*

Ager plenus, cui benedixit Deus. *D. Petrus Damian.*

*mian. in Carminibus de Aſſumptione* B. *Mariæ apud Surium Tom.7.*

Ager plenus, proferens frumentum Electorum, quod eſt etiam Angelorum cibus. *D. Bernard. ſerm.4.ſuper Salue Regina.*

Ager propter fœcunditatem, in quem exijt Iſaac meditari, cui benedixit Dominus, & de quo ſcriptum eſt: Pulchritudo agri mecũ eſt. pſal. 49. *Petrus Bleſ. ſerm.38.*

Ager plenus, de quo dicitur Gen.17. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus ad procreandum panem, vt legitur in Pſalm.103. Vt educas panem, id eſt, Chriſtum de Terra, id eſt Virgine. Maria *Petrus Cellenſis ſerm.6. de Aduentu.*

Ager, qui nondum floruerat, & tamen eius florum fragrantiam Iſaac in filio odorabatur. *Ioann. Hailgrin. in cap.2. Cantic. Canticorum.*

Ager, de quo dicitur Geneſ.26. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni; fuit enim Maria Ager plenus, quia gratia plena, eique benedixit Dominus, vnde dictum eſt ei, Benedicta tu in mulieribus &c. *Rieb. à S. Laur. de Laud. Virg. libr.* 8.

Ager ille, de quo dixerunt ad Iſmaelem illi decem viri. Ierem.41. Noli occidere nos, quia habemus theſauros in agro frumenti, & hordei, & olei, & mellis; hi enim theſauri Chriſtum ſignificant, qui fuit frumentum in natiuitate, hordæum in vitæ aſperitate, oleum in paſſione, quando petra, quæ Chriſtus eſt fundebat riuos olei Eccleſiæ ſuæ, ſicut ipſa dicit de eo per Iob.29. Fuit etiam mel in reſurrectione. *Idem de Laude Virg.lib.3.*

Ager, in quo abſconditus eſt Theſaurus, id eſt Chriſtus, cui dicitur Iſai.45. Verè tu es Deus abſconditus. *Idem de Laud.Virg.lib.8.*

Ager plenus omni ſuæ violentiæ virtutum quaſi floſculorum, cuius odor comparatur odori filij, qui de mundiſſima natus eſt totus mundus, & de dulciſſima totus dulcis. *Idem de Laud. Virg.lib.12.*

Ager, qui dicitur ab agendo, nam Beata Virgo multis fuit virtutum actionibus, & multiplici Spiritus ſancti exercitio exculta, multis etiam tribulationibus pro filio, & cum filio agitata. *Idem de Laud.Virg.lib.8*

Ager benedictus, de quo dicitur Geneſ.27. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. *D.Bonau.in Speculo B.Virg. cap.12.*

Ager, in quo theſaurus Angelorum, imò totus Dei Patris abſconditus eſt. Felix qui vendit omnia quæ habet, & emit agrum iſtum. *Idem in Speculo B. Virg.cap.7.*

Ager plenus, cui benedixit Dominus. *Idem ibidem.*

Ager verè ſuper omnes agros benedictus, propter fructum. *Idem in Speculo B.Virg.c.12.*

Ager, de quo vitæ fructus effuſit credentibus. *Iacob.de Voragine in Mariali ſerm.10.F.*

Ager, quia ſpicam vitæ germinauit. *Matthæus Cantacuſenus in cap.2.Cantic.Canticor.*

Ager, in quo bonum eſt meditari ſicut faciebat ille ſanctus Patriarcha Iſaac. Geneſ. 23. *Ern. Prag. in Mariali cap.35.*

Ager, quem conſiderauit Dei ſapientia, vt dicitur Prouerb.31. Et emit venditis omnibus quæ habebat, imò ſe ipſum venundari voluit, vt ex pretio ſuo emeretur Ager iſte in ſepulturam Peregrinorum, vt dicitur Matth. 27. id eſt ad permanſionem quietis eorum, qui peregrinantur cum Domino, & confeſſi peregrinantur cum Domino, & confeſſi peregrinantur cum Domino, & confeſſi

Agna pariens agnum tollentem peccatum mũdi. *Idem Orat.3. de Assumpt. B.Virg.*

Agna immaculata. *S. Ioseph. Hymn.in Paracl. Græcorum.*

Agna plurimis vbiq; laudibus celebrata. *Idē ibid.*

Agna, quę agnum ſuum vidit in Cruce ſuſpenſum. *Idem ibidem.*

Agna, quę Paſtorem ſuum vidit in cruce eleuatum. *Idem ibidem.*

Agna, quæ peperit agnum Dei, qui totius mundi tollit peccata. *Idem Can.in Acatiſton.*

Agna tota pura, quæ agnum Dei ſuprà naturæ modum peperit. *Idem Cant. in Depoſit. Veſtis SS. Deiparæ.*

Agna munditia. *Hugo de S.Victore ſerm. in Natiuit. vel Aſſumpt. Beatæ Mar. Virgin. qui eſt in ordine 34.*

Agna aureo vellere fulgens, ex qua Creator naturæ indumento amictus, cooperuit nuditatem noſtram ignominię noſtrę probrum contexit, pellicea tunicas diſcidit, priſtino decore non veſtiuit, pulchritudinis archetypę ſpeciem nobis circumpoſuit, *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

Agna Immaculata, ex qua naturæ noſtrę vellere amictus ſpecioſiſſimus nobis, qui in mundo ſumus apparuit. *Idem ibidem.*

Agna Immaculata, quę tanquam acceptabilis hoſtia in templo oblata eſt. *Idem in Mariali oration. 3.*

Agna rationalis, & immaculata naturæ humanę *Idem ibidem.*

AGNITIO veritatis, emphaticè ſcilicet præciuè cognoſcens, vt effectiuè ſcilicet cognoſcere faciens veritatem, vt cognita quæratur, quæſita inueniatur, inuenta accipiatur. *Rich. à S. Laur.de Laud.Virg.lib.4.*

Agnitio veritatis. *Hugo Carenſis in caput 24. Eccleſiaſtici, Bernardin.de Buſtis ſerm.2.de Aſſimilatione B. Mariæ, & Maurit.de Villa probata ſerm.19.Coronæ nouæ B.Mariæ.*

AGNVS caſtus, cuius flores, & folia, ideſt, preces, & merita diligenter requirat, & acquirat & ſibi ſemper ſubſternat, & in ipſis non in propria virtute confidat, dormiat, & requieſcat, qui ad perfectam caſtitatem peruenire feſtinat. Maria enim, cum ſit Mater pulchræ dilectionis, vt agnus caſtus, ideſt tam in caſtitate, quam in charitate perfectiſſima, ad eoſdem gradus potens eſt perducere ſeruos ſuos. *Ern.Prag.in Mariali cap.61.*

Agnus caſtus, quia ſicut proprium eſt arboris, quę dicitur Agnus caſtus, libidinem plenè extinguere, ita proprium eſt Beatæ Virginis hominem ponentem cor ſuum in virtute eius ad perfectam caſtitatem perducere, ſicut factũ eſt magiſtro Reginaldo quondam Decano Aurelianenſi, qui cum vſq; ad mortem ęgrotaſſet, apparuit ei B. Virgo, & totum corpus eius quadam vnctione cœleſti perunxit, quæ cum penitùs non ſolum ab æſtu febrium liberauit, verùm etiam ab omni ardore concipiſcentiæ temperauit, ita vt nec primus motus libidinis de cœtero in eo pullularet. *Idem in Mariali cap. 62.*

AGONISTA noſtra, , cui non defuit cum hoſte concertatio. *Nicolaus Monachus in Epiſt. de Concept.B.Virg. ad Petrum Cellenſem.*

AGONIZATRIX pugnantium. *D. Bonauent. in Canticis Pſalterij B.Virg.*

AGRICVLTVRA Dei ſpecialis, cum enim omnes iuſti agricultura Dei ſint, vndè 1. Cor.3. Dei Agricultura eſtis, & Io: 15. Pater meus Agricola eſt, vndè dicit: Fecit mihi magna qui potens eſt, & ſpecialius omnis creatura poteſt dicere illud 1.Cor. 13. Gratia Dei ſum id quod ſum. *Rich. à S. Lauren.de Laud.Virg. libr. 12.*

ALABASTRVM nulla infectum immunditia. *S.Io: Chryſoſt.Orat.3.de Annunciat. B. Virg.*

Alabaſtrum perlucidum. *Idem ibidem.*

Alabaſtrum Nardi piſtici pretioſum. *Ioann. 12. S. Proclus lib.6.in Orat.6.*

Alabaſtrum vnguenti ſanctificationis. *S. Amphil.Sydæ Epiſc.Orat.in S.Deipar.*

Alabaſtrum ſpirituale, ferens Chriſtum vnguentum inexhauſtum, quod in ſpelunca Bethlem egreditur, vt in ſpiritu manifeſtè euacuetur, vt ſuauitate odoris ſui repleat animas noſtras *S. Ioſeph Hymn.in Menæis Græcor.*

Alabaſtrum plenum vnguento deuotionis, & gratię. *Iacob.de Voragine in Mariali ſer.1.O.*

Alabaſtrum venerandum vnguenti gratię ſpiritualis Chriſti, quod ex Deo, & Patre germinauit. *Theod.Laſch. Imp.in Can.ad SS.Deipar.*

Alabaſtrum odoris nunquam defuturi pleniſſimum. *Iſidor. Theſſalonicenſ.in Orat.de Aſſumptione B. Mariæ.*

Alabaſtrum humilitatis. *Bernardin.de Buſtis ſer.4. de Virtutibus* B.M.

Alabaſtrum plenum vnguento deuotionis, & gratię. *Idem ſerm.1.de Aſſimilat.* B.M.

Alabaſtrum plenum deuotionis, & gratię. *Maurit.de Villa Probata ſerm.30.Coronæ nouæ beatæ Mariæ.*

ALACRITAS exanimatorum. *Iacobus Monachus in Mariali Orat.2.*

ALBESTON Albeſto lapide nobilior, atque feruentior, in qua diuinus amor ſemel accenſus, nunquam extinguitur, ſed perpetuo eius flamma in templo Dei ardens continuatur. Io: *Trithem.lib.2.de Mir.p. Virg.in Vticeto cap. 6.*

ALEXANDRIA habitans in fluminibus gratiatiarum, de qua Naum vlt. dicitur. Aquæ in circuitu eius, Aquæ muri eius. Alexandria etiam interpretatur alicuians tenebras, vel auferens anguſtias tenebrarum, quod optimè competit Beatę Mariæ; poteſt autem dici, quod virtus humilitatis, benignitatis, manſuetudinis, & huiuſmodi, quaſi aquæ fluuiales; patientia verò martyrium cordis, & huiuſmodi, quaſi aquæ marinę mundabant Beatam Virginem. *Rich.à S. Laur.de Laud. Virg. lib. 11.*

ALI-

ALIMENTVM myſticum melle ſupra captum dulcius. *Iſidor.Theſſalonicen.in orat.de Præſentatione B.Virg.*

ALLECTORIVS, lapis candidus,fidelem ſuum reddens in tentatione inuictum, Deo ſummo Principi gratum,ad Regnum quoque perducens æternum. *Io:Trithem.lib.1.de mir. B.V.in Vniceto cap.6.*

Allectorius contribuens nobis maximos honores. *Bernardin.de Buſt.ſerm.1. de Nominatione Mariæ.*

ALLELVIA fidelium, per quam Dei inter gentes nunciantur omnes laudes. *D. Anſelmus in Pſalterio B.Virg.par.3.*

ALLEVIATIO tædij noſtri. *Albert.Magn.in Biblia Mar.ſuper lib.Sapientiæ.*

ALLEVIATRIX ægrotantium. *Idem in ſerm.2. in Aſſumpt.B. Mariæ.*

ALMA,de qua dixit Salomon Prouerb. 30. Et via viri in Alma, id eſt, & via Dei in Virgine, & de qua Iſaias ait cap.7. Ecce Alma concipiet, & pariet filium. *Petr.Galat. lib.7. de Arcan.cap.17.*

ALTARE animatum panis vitæ.S.*Methodius homilia in Feſto Purificat.B.Virg.*

Altare aureum Holocauſtomatum. *S. Proclus orat. 6.*

Altare aureum. *Andr.Cretenſ.Can. in Conceptione B. Virgin.*

Altare, in quo myſticè agnus holocauſtum viuens Chriſtus offertur, *S.German.Conſtan. ſer. in Natiu. B.Virg.*

Altare ſacræ Hoſtiæ rationabiliſſimum ſanctificatum,Deoque dicatum. *Idem orat.in Præſentatione B. Virg.*

Altare incenſi. *Arnold.Carnot. Tractatu de verbis Domini: Mulier ecce Filius tuus.*

Altare terrenum. *Petrus Abbas Cellenſis in lib.de Panibus cap.21.*

Altare placationis Domini, qui placatur erga peccatores, cum ſuper hoc altari offerunt dona, & ſacrificia ſua, de quo altari ipſe dixit. Iſai. 60.Offerentur ſuper placabili altari meo. *Richard. de S.Lauren. de laude Virg. libro 2.*

Altare, de quo Seraphin, id eſt Dei filius, tulit calculum, ſiue carbonem ignitum humanitatis ad vitia noſtra purganda. *D. Anton.de Padua ſerm.in Dom.12. poſt Trinit.*

Altare, quia alta per ſublimitatem contemplationis, & per profunditatem humilitatis; & quia ardens igne diuini amoris ſe obtulit Deo in odorem ſuauitatis. Altare enim dicitur, quaſi alta Ara, & quod victimæ ibi ardeant. *Idem ibidem.*

Altare conſtructum in Conceptione, deificatum in Incarnatione, translatum in Aſſumptione. *Albert.Magnus in Biblia Mar.ſuper lib.Ioſue.*

Altare holocauſti quantum ad paſſionem.Exod. 38. *Idem in Biblia Mar.ſuper lib.Exodi.*

Altare noſtrarum oblationum,Matth.5.Si offers munus tuum ad Altare, ideſt ad Mariam, vade prius reconciliari fratri tuo, ideſt, Ieſu Chriſto. *Idem in Biblia Marian. ſuper Evangel. Matthæi.*

Altare oblationis. *Idem in Biblia Mar. ſuper lib. Apocalyps.*

Altare placationis, ſuper quo offerentur omnes fideles,qui per manum Chriſti Sacerdotis volunt recipi, & Patri præſentari. *Idem in Biblia Mar.ſuper Iſaiam Prophetam.*

Altare propitiationis, & placationis Dei. *Idem in Biblia Mar.ſup.lib.Geneſis.*

Altare ſanctificationis continens dilectionem Dei, & proximi. Deuteron.27. *Idem in Biblia Mar.ſuper lib.Deuteronomij.*

Altare teſtimonij noſtri infinitæ magnitudinis in miſericordia, in honeſtate, in humilitate, in largitate, in filij Dei conceptione. Ioſue 22. *Idem in Biblia Mar.ſuper lib.Ioſue.*

Altare Thimiamatis, quantum ad deuotionem, & contemplationem. Exod. 30. *Idem in Biblia Mar.ſup.lib.Exodi.*

Altare Dei. *Iacob. de Voragine in Mar.ſer.2. I.*

Altare aureum decenter apparatum,in quo carbo peccati abſumptiuus ſecundum carnem ſuccenſus, ſuauiſſimum nobis reſurrectionis odorem emiſit. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

Altare ſemper igne ſancto feruens, iugiſque ſacrificij odorem ſuauiſſimum iugiter emittés, *Eus. Prag.in Mar.cap.56.*

Altare aureum per incendium,& cordis Deo inhæſionem. *Bartholom. de Piſis lib. 1. de Laude Virgin. fructu.2.*

Altare deuotè ſupplicantibus. *Idem lib. 1. de laude Virg.fructu 8.*

Altare,in quo Deus reconciliatus eſt peccatori. *Idem lib.1.de laud.Virg.fructu 6.*

Altare exemplarium, in quo, ſi quis attendat, reperiet plenè,qualiter actus brutales, & beſtiales, debeat occidere, & de oceiſis facere ſacrificium Deo corde contrito, & humiliato. Nam in hoc Altari inueniet malleum humilitatis ad conterendum leonem ſuperbiæ, aculeum charitatis, ad feriendum ſerpentem inuidiæ, ſtimulum paupertatis ad percutiendum lupum auaritiæ, iaculum virginitatis ad interficiendum porcum immunditiæ, ibique omnia arma parata inueniuntur ad effuganda omnia peccata. *Bernardin.de Buſtis ſerm.6.de Annunciat. B.M.V.*

Altare,in quo eſt Candelabrum, reſpiciens ad Aquilonem, ideſt, adiutorium,& ſubſidium contra Diabolum. *Idem ibidem*

Altare ſummi Sacerdotis Filij Dei. *Idem ſerm.2. de Aſſimilatione B. Mariæ.*

Altare, ad quod ſolus Summus Sacerdos filius Dei acceſſit, vt ibi conficeret hoſtiam, quam pro nobis immolaret. *Maurit. de Villa Probata ſerm.10. Coronæ nouæ B.M.*

Altare,in cuius corde occiſus eſt Vitulus ſactificij. *Idem ibidem.*

ALTITVDO difficile acceſſibilis humanis intelle-

tellectibus, *Andreas Cretenſ.orat.2. in Annunc.*

Altitudo inexplicabilis ineuacuatę plenitudinis eius, qui omnia in omnibus implet. *Idem ora.1 de Aſſump.*

Altitudo ad ſupremum, cuius faſtigiũ cogitationes hominum aſcendere nequeunt. *S. Io. Damaſc.in Menæis Græcor.die 25.Martij.*

Altitudo cogitandi inacceſſibilis. *D.Anſelmus in Hymn.2. B.Dei Genitricis.*

Altitudo Cæli. *D.Bernard.in Deprecatione ad Virg. Mariam.*

Altitudo incomprehenſibilis humani generis. *Iacobus Monachus in Mariali orat.5.*

Altitudo viſu imperceptibilis. *Idem ibidem oratione 6.*

Altitudo Cæleſtis. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Aſſumpt. B.Virg.*

Altitudo Sapientiæ. *Idem orat.de Annunciatione B.Virgin.*

ALTRIX vitæ noſtræ. S. *German. Conſtan. orat. 1. in Præſentatione B.Virg.*

Altrix Creatoris ſui. S. *Ioſeph Hymn. in Menæis Græcorum.*

Altrix carentis matre ante ſæcula, & in fine ſæculorum nati ſine patre Filij, & omnem Spiritum alentis. *Leo Imperat. orat. de Natiuitate B.Virgin.*

Altrix reparationis carnis noſtræ. S. *Anſelm.orat. ad B. Virg.*

Altrix miſerorum lacte miſericordiæ ſuæ. *Rich. S.Victoris expoſit.in Cantic. Cant.c.23.*

Altrix coniunctorum. *D.Amedeus Homelia 8.de laude B.Virg.*

Altrix Reparatoris carnis noſtræ. *D.Bonauent.in Pſalterio B.V.*

Altrix pauperum, quæ Deum ad æternum nutrimentum pauperi humano generi prouidit. *D.Brigitta in ſerm. Angelic. de Excellen. Virg. cap. 3.*

ALVEVS gratiæ, *D.Bernard.ſerm.in Natiu.Virg. de Aquæ ductu.*

Alueus contiguus ipſi fonti vitæ, qui Chriſtus eſt, quia locus Matris ad dexteram Filij, & ab illo fonte ad corda humilia decurrunt riuuli gratiarum, hoc alueo mediante. *Richard. à S.Laur.de Laud.Virg.lib.9.*

Alueus torrentis, de quo legitur 4. Reg. 3. Circumdarus foſſis, id eſt, humilitate duplici torrens Spiritus ſanctus currens cum impetu, à quo Mariæ præcibus, rapidò ad nos affluunt riuuli gratiarum *Idem ibidem.*

Alueus torrentis ſapientiæ. *Idem ibidem.*

ALVMNA ſacra, quæ nec dum nata, Auctori Deo conſecrata fuit, nata vero grati animi monumentum, vt in ſacrario, ac templo moraretur, fuit oblata. *Theod.Aucyr.orat.in B.V.*

Alumna æternæ vitæ, & ſummi boni. *Io. German. in Præſ.Virg.Hymn.1.*

AMANDINVS, lapide Amandino pretioſior, ventum diabolicę prauitatis de cordibus ſuorum fidelium potenter extrahens, ænigmata ſcripturarum aperiens, conſtantiam, & victoriam in tribulationibus concedens. *Ioan. Tritbem.lib.1.de mir.B.V.in Vrticeto c.6.*

AMARANTHVS flos, ſacro, qui non marcet, honore vigens, *Io.Germ.in B.V.Hymn.2.*

AMATRIX bonorum bonas efficiens animas noſtras, multorum peccatorum malitia vitiatas. S. *Io.Damaſc.in Paracl.B.V.*

Amatrix bonorum, quæ amatorem bonorum Deum peperit. *Idem ibidem.*

Amatrix hominum. *Idem ibidem.*

Amatrix bonorum, quæ amatorem bonorum Deum peperit. S. *Ioſeph Hymn.in Paracl.Græcorum.*

Amatrix fratrum, & Populi Iſrael, ideſt, Chriſtianorum videntium Deum per fidem. *Idiota de B.V. part.16.Contempl.7.*

Amatrix animarum. S. *Anſelm. Lucenſ. ſup. Aue Maria.*

Amatrix Caſtitatis. *Cæſarius Ciſtercienſis libr. de Miraculis B.Mariæ (qui eſt 7.inter libros Illuſtrium Miraculorum) cap.33.*

Amatrix fratrum, & populi Iſrael, ideſt, Chriſtianorum videntium Deum per fidem. *Rich. à S.Laur.de laud.Virg.lib.2.*

Amatrix hominum. *Dion. Bonauent. in Canticis Pſalterij B.Virg.*

Amatrix amoroſiſſima vniuerſorum, per quam Deus, & conditor noſter factus eſt Saluator, & frater noſter, in qua, quod decliuius eſt per naturam, copioſius venuſtatum, & honoratum eſt per gratiam ſingularem, & per incomparabilem gloriam. *Dion.Carth.lib.4.de Laud.Virg.a.15.*

Amatrix ſapientiæ, ſimplex, & pura, ardens, & humillima, in quam venit fons vniuerſæ ſapientiæ Verbum Patris in altiſſimis *Idem lib.2 de Præc.Mariæ a.13.*

Amatrix ſolitudinis. *Idem lib.2. de Præcat. Mariæ a. 27.*

Amatrix innocentiæ. *Io. Tritbem.lib.3. de Mirac. B.V. in Vrticeto.*

Amatrix omnium mortalium, verè, & indubitanter caſtiſſima. *Idem lib.1. de Mirac, B.V. in Vrticeto cap.7.*

Amatrix ſolitudinis. *Ludouic. Bloſius in Eudalogia 3. ad B. Virg.*

AMETHYSTVS, quia ſi Amethiſtus gemmæ ebrietatibus reſiſtit, Maria ſobrietatem, & ſapientiam docet. *Ern.Prag.in Mariali c.42.*

Amethyſtus charitate purpureus. *Bernardin. de Buſt.in Mariali ſerm.2.de coronat.B.Mar.*

Amethyſtus lapis, aſpectu violis pulchrior, qui mẽtis ebrietatem reprimit, intellectum acuit, cogitationes malas pellit, venenum prauæ ſuggeſtionis extinguit. *Io. Tritbem. lib.1. de Mir.B.V.in Vrticeto cap.6.*

AMIANTVS lapis, in colore lucidus, maleficia Dęmonum annichilans, & omne venenum cogitationis prauæ fugans. *Io.Tritbem. lib.1. de mir.B.V.in Vrticeto cap.6*

AMICA Dei ſemper cariſſima, & nunquam inimica, S. *Thomas Apoſtolus ſerm. in tranſ-*

*tu*

*tu Beatæ Virgin. apud Amedeum raptu 8.*

Amica Dei, & proxima Deo, quæ non ſenſit corruptionem per viri contactum, nec paſſa eſt reſolutionem corporis in ſepulcro. *Melito Sardenſis ex libello de Tranſitu Virg.*

Amica mortalibus. *D. Greg. Nazian. in Tragœdia de Chriſto patiente.*

Amica Dei tota pulchra, & ſine macula. S. *Io. Damaſc. orat. 2. de Aſſumptione, & Dormitione B. Mariæ.*

Amica hominum. *Idem in Paracl. B. V.*

Amica miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Amica bonorum, bonam efficiens animam peccati malitia deprauatam. S. *Ioſeph Hymn. in Menæis Græcor.*

Amica bonorum, quę bonitatis amatorem Deum genuit. *Idem in Pentecoſt. Græc.*

Amica bonorum, quæ bonorum amicum Deum peperit. *Idem in Paracl. Græc.*

Amica bonorum, quę bonum Dominum, ac Dominatorem peperit. *Idem in Menæis Græc.*

Amica bonorum, quæ bonum Saluatorem peperit. *Idem in Triodio Græcorum.*

Amica bonorum, quę Deum Verbum vndequaque bonum peperit, & animam peccatorum grauiſſimo pondere malè affectam precibus ſuis bonam efficit. *Idem in Menæis Græc.*

Amica Dei, quia Deo ſeruijt non in timore, ſed in vinculo charitatis, nullum aliud emolumentum quærens ex ſua dilectione, quam ipſum dilectum. *Idiota de B. Virg. parte 14. Contemplat. 2.*

Amica Dei, quia Filio ſuo benedicto ad mundi redemptionem coadintrix fideliſſima extitit, quando ei de carne ſua virginali, tunicam texuit, quam pro ſalute omnium Deo Patri ſacrificium in cruce obtulit in odorem ſuauitatis. *Idem de B. Virg. par. 14. contempl. 2.*

Amica Dei, quia ipſum in omnibus honorauit, & quicquid boni habuit ei totum attribuit, dicendo: Gratia Dei ſum id quod ſum. 1. Chor. 15. & ipſa etiam honorata fuit ab illo, quando eam exaltauit ſuper Choros Angelorum & collocauit ad dexteram ipſius. *Idem ibidem.*

Amica Dei, quia nec in proſperis, nec in aduerſis benedictum Filium ſuum deſeruit, nec ab eo deſerta eſt, vndè dicitur Prouer. 17. Omni tempore, id eſt in aduerſis, & proſperis diligit, qui amicus eſt re, & nomine; vera enim amicitia eſt iunctura animorum amantium, quæ non ſolum verbis, ſed etiam factis contrahitur, nec beneficijs exterioribus paſcitur, ſed amore, quia totus fructus ipſius eſt in amore, nec amicum deſerit in tempore aduerſitatis ſuæ, ſicut etiam egit Benedicta Virgo Maria, quia veriſſima amica Dei fuit non deſerendo filium ſuum glorioſum, nam dum in vltima neceſſitate eſſet poſitus, amici, & amicæ ipſum dereliquerunt, ſed ipſa illum non dereliquit, ſed ad pedem Crucis remanſit. *Idem ibidem.*

Amica Dei, quia omnia præcepta amici ſui Ieſu Chriſti adimpleuit, quod proprium amantium. Vndè dicitur Ioan. 15. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis. *Idem ibidem.*

Amica Dei, quia voluntatem ſuam diuinæ voluntati per omnia conformauit, & in hac conformatione, ſeu conformitate vera amicitia certiſſimè comprobatur, quia idem velle, & idem nolle, vera amicitia eſt, vndè intelligens per Angelum, quod filius Dei de ea volebat carnem ſumere, ſtatim Angelo reſpondit: Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Luc. 1. *Idem ibidem.*

Amica ſecreti. *Franco Abbas lib. 6. de Gratia Dei.*

Amica Dei tota pulchra. *Hugo de S. Vict. ſer. de Aſſumpt. B. M. V. quiextat in fine 2. Tomi operum eius.*

Amica dilectione. *Idem ſerm. de Natiuit. vel Aſſumpt. B. M. V. qui eſt 34. in ordine.*

Amica Dei per ſpem. *Ruper. Abb, lib. 5. Comment. in Cant.*

Amica dilecti. *Idem lib. 2. Comment. in Cant.*

Amica Dei æterni. *Petrus Bleſſ. ſerm. 33.*

Amica ſponſi, animi diligentia, vinculo charitatis. *Philippus Abb. lib. 5. Cantic. Canticorum cap. 7.*

Amica ſponſi cæleſtis, cuius animus auditui penitùs concordat, cuius conuerſatio à mandatis, nec ad modicum iam diſcordat, quę ſic agere, & peragere ſtuder omnia, quæ mandantur, vt eum diligens, qui mandauit, ab ipſo diligi mereatur, ſicut in Euangelio ſcriptum eſt: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quę præcipio vobis. *Idem lib. 2. in Cant. cap. 5.*

Amica ſponſi Cæleſtis, eiuſdem cum eo voluntatis, & cum illo per omnia ſentiens. *Idem lib. 3. in Cant. cap. 7.*

Amica ſponſi Cæleſtis, pulchra tota, & ſine macula. *Idem lib. 4. in Cant. cap. 17.*

Amica ſponſi Cæleſtis præ cunctis mulieribus. *Idem lib. 2. in Cant. cap. 13.*

Amica Dei per viciſſitudinem dilectionis. *Baldun. Deuon. in tract. de Salutat. Angelica.*

Amica Dei propter amoris prærogatiuam, & conſcientiam ſecretorum. *Gulielm. Paruus in cap. 1. Cantic.*

Amica Dei pulchra per conuerſationis munditiam, ſuauis per animi clementiam, decora per caſtitatis ſingulare decus, ſicut Ieruſalem illa terreſtris, quæ eſt in Angelis, quippe quæ inter homines vixit angelicè, & in carne adhuc moribunda, cæleſti præluxit caſtitate. *Idem in cap. 6. Cantic.*

Amica Dei pulchra propter virtutem Iuſtitiæ, quæ nimirum animi pulchritudo eſt ſuauis propter virtutem prudentiæ, quæ nimirum non tantum ſapienter, ſed & ſuauiter, & tanto ſuauius, quanto ſapientius operatur: Decora propter virtutem temperantiæ, quæ caſtigat animi ſimul, & carnis motus indecoros: Terribilis propter virtutem fortitudinis, quæ dum hoſtiles impetus conſtanter tolerat,

hoſtilem audaciam potenter frenat. *Idē ibid.*

Amica Dei, quia Deus æternum ſuum de reparatione Humani Generis conſilium, credidit ei, & Sacramentum à ſæculis abſconditum reuelauit. *Idem in cap. 2. Cantic.*

Amica Chriſti, gerens diuina ſecreta. *Honorius Auguſtodun. in Sigillo B. Mariæ.*

Amica Dei in humilitate. *Idem ibidem.*

Amica Filij ſui, cui filius ipſe reuelauit Patris ſecreta. *Idem ibidem.*

Amica, quia portauit Patris æterni ſecreta. *Idem ibidem.*

Amica Spiritus ſancti. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 6.*

Amica Chriſti, quia amici ſui Chriſti per omnia præcepta adimpleuit, quod proprium eſt amantium. Vndè *Ioann. 15.* Vos amici mei eſtis ſi feceritis &c. Similiter ipſe Chriſtus præcepta, & voluntatem adimpleuit Matris, quādò deſcendit cum illis Nazareth, & erat ſubditus illis. *Idem ibidem.*

Amica Chriſti, quia amicum ſuum Chriſtum in omnibus honorauit, ei totū attribuens quidquid boni ab eo recepit, vndè dixit: Fecit mihi magna, qui potens eſt. *idem ibidem.*

Amica Chriſti, quia conſcia ſecretorum ipſius, quod manifeſtè patuit in Incarnatione, quando conſilium ſuum de redemptionis Generis Humani prius reuelauit, quam alicui ſpirituum beatorum excepto Gabriele, ſicut dicit Bern. *idem ibidem.*

Amica Chriſti cordialis, quod benè apparuit in eius Paſſione, cum ipſius animam gladius Filij pertranſiret, in omni enim tempore, id eſt, tam in proſperis, quam in aduerſis diligit, qui amicus eſt, Prou. 7. *idem ibidem.*

Amica Chriſti, quia Filio ſuo ad mundi redemptionem coadiutrix fideliſſima extitit, quando Filij Dei tunicam texuit, quam pro ſalute omnium Deo Patri in Cruce ſacrificiū obtulit in odorem ſuauitatis. *Idem ibidem.*

Amica Chriſti, quia magno Zelo ab eo dilecta, vnde de ea dicit Chriſtus Zach. 1. Zelatus ſum Ieruſalem, & Sion Zelo magno, Mariam ſcilicet deſignatam per Ieruſalem, & Sion multiplici ratione. *Idem ibidem.*

Amica Chriſti, quia nec in proſperis, nec in aduerſis Filium ſuum deſeruit, nec ab eo deſerta eſt, quod ſignum eſt veræ amicitiæ, vnde *Proverb. 17.* Omni tempore, ideſt, in aduerſis, & proſperis diligit, qui amicus eſt, & re, & nomine. Et *Eccl. 6.* Si poſſides amicum in tentatione, ideſt, in aduerſitate eius, poſſide eum: quaſi diceret: ſi habes aliquem amicum, non dimittas eum in tempore aduerſitatis ſuæ: ſic enim fecit Maria Chriſto, & ſic poſſedit eam, quando in victima neceſſitate fuit, & nec amicus, nec amica cū eo remanſit, qui aliquantulum non elongaret ſe à fide ipſius, excepta D. Virgine ſola, non fuit etiam deſerta à Filio, quia tunc aſſignauit eam cuſtodiendam Diſcipulo, implens illud, quod ei promiſerat. *Ioſue. 1.* Non te deſeram, neque derelinquam, quia probata eſt in neceſſitate. *Idem ibidem.*

Amica Chriſti, quia non ſeruiens in timore, ſed in vinculo charitatis, nullum aliud emolumentum quærens, ex ſua dilectione, quam ipſum dilectum, vnde dicit *Cant. 2.* Dilectus meus mihi: quaſi dicat, ipſe ſolus ſufficit mihi, nihil aliud quæro. *Idem ibidem.*

Amica Chriſti, quia voluntatem ſuam diuinæ voluntati per omnia conformauit, in hac enim conformatione, ſeu conformitate, vera amicitia comprobatur, vnde Tullius: Idem velle, & idem nolle ea demum amicitia eſt, hoc autem ex toto corde fecit Beata Virgo, quoniam intelligens, quod Filius Dei de ipſa volebat carnem aſſumere, ſtatim reſpondit: Ecce Ancilla Domini ſiat mihi. *Idem ibid.*

Amica Dei, mente, & corpore pulchra. *Io: Hailgrin. in cap. 4. Cant.*

Amica Dei, pulchra in ijs virtutibus, quæ ornant, & venuſtant animam. *Id. in cap. 4. Cant.*

Amica Dei, pulchra in intentione mētis, ſuauis in eloquio, decora in operibus. *Id. in cap. 6. Cant.*

Amica Dei pulchra per humilitatem, ſuauis per miſericordiæ vbertatem, decora per pleuitudinem gratiarum, terribilis, vt Caſtrorum acies ordinata, cum ad eius memoriam Dæmones contremiſcant, eamque omnino ſubſtinere non poſſint. *Hugo Carenſis in c. 6. Cant.*

Amica Spiritus ſancti. *Abſalon Abbas ſerm. 3. in Annunciat. B. Virg.*

Amica Chriſti per coniunctionem. *D. Amedeus Homel. 6. de Laud. Virgin.*

Amica Dei pulchra Cant. 1. *D. Thomas Aquin. ſerm. in Annunciat. B. Mar. in Epiſtola.*

Amica Dei, pulchra ſimplicitate cordis, & munditia operum. *Albert. Magn. in Biblia Mar. ſuper libr. Canticor.*

Amica Dei, quia perfectum habuit amorem diuinum. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 8.*

Amica noſtra benefica. *Idem ſerm. 5. de Annunciat. B. Virg.*

Amica Dei pulchra, ſuauis, & decora, ſicut Hieruſalem. *Ægydius Columna ex Expoſitione in Salutat. Angelicam.*

Amica Dei per fidem. *Alan. de Inſul. in c. 2. Cant.*

Amica Dei pulchra exterius per exercitium actionis, & decora interius per ſubtilitatem contemplationis. *Idem in cap. 4. Cant.*

Amica Dei tota pulchra, & ſine macula, tota enim pulchra fuit, ideſt, in corpore, & in anima, amica Dei per gratiam, & per opera, & macula non fuit in ea venialis, & criminalis, quia nullum credimus in Virgine ante, & poſt conceptum fuiſſe peccatum. *Idem ibidem.*

Amica Spiritus ſancti tota pulchra. *Io. Taulerus in Tract. de 10. Cæcitatibus cap. 11.*

Amica præcipua, & ſingularis Dei. *Hen. Suſo in cap. 16. Dialogi ſapientiæ, & minuſtri eius.*

Amica Dei ſingulariter, quia ſingulariter, pulchrè, & perfectè, & finaliter amore amans, ſi-

cut

cut vulgaritrr amore, ſiuè per amores amans dicitur, qui ſimpliciter,& finaliter amicę ſuæ conſequi, & acquirere intendit amorem. *Ero. Trag.in Mariali cap.*130.

Amica Chriſti ab amando, quia amatè amans, & amore amata. *Idem ibidem*,

Amica totius humilitatis. *D. Birgitta lib. 5. Revelation.Interrogation.*12.

Amica Dei tota pulchra. *Io: Gerſon.ſerm.de Concept.B.Virg.*

Amica paupertatis. *D.Bern.ſenens.ſerm. de Purificat. B. Virg.*

Amica Deo ſuper omnes. *Dio. Anton. in Summ. part.4. titul.15.cap.*10.

Amica Domini tota pulchra in anima, & corpore. *Idem in Summ.part.4. tit.*15.*cap.*11.

Amica ſolitudinis. *Idem ibid. cap.*29.

Amica ſpecialiſſima Spiritus ſancti. *Gulielm. Vinc.ſerm.de Concept.B.Virg.*

Amica cariſſima Spiritus ſancti. *Dion. Carth. in lib.4.de Laud. Virg. art.*10.

Amica Chriſti antonomaſticè, cui in omni ſanctitate, & perfectione ſimilior creditnr,in qua cunctæ virtutes in termino præclaræ excellentiæ ſunt inuentæ. *Idem in Cant.art.*12.

Amica Dei familiariſſima. *Idem libr.*1. *de Laud. Virgin.art.*24.

Amica Dei ſingularis, cuius reſpectu aliæ ſunt ancillæ, quamuis, & pro modo amicæ ſint. *Idem in Cant. art.*8.

Amica Dei ſpecialiſſima, & feruentiſſima. *Idem libr.*1. *de Laud.Virg. art.*31.

Amica Dei tanto pulchrior cæteris vniuerſis, quanto in omni gratia, virtute, dono, beatitudine, fructu perfectior, tanto purior, inno. centior, & ab omni culpa immunior, quanto fonti totius pulchritudinis, ac decoris propinquior, vtpotè vera Mater illius. *Idem ar.*15.

Amica Dei vnica,per quâ decreuit Deus omnibus nobiscopioſè ſuccnrrere,implés eam tam admirabili, ac librraliſſima plenitudine opulrntiæ ſuæ, quatenus de plenitudine eius omnes accipiamus. *Idem lib.*1.*de Laud.Virg.ar.*22.

Amica familiariſſima ſuper beatiſſimę Trinitatis. *Idem lib.*2.*de Laud.Virg.art.*9.

Amica Omnipotenti Domino ſummè, & ineſtimabiliter familiariſſima, atque cariſſima, ac prorſus pręcordialiſſima. *Idem de Laud.Virg. lib.*2. *artic.*18.

Amica ſumma Filij ſui. *Idem de Laude Virgin. lib.*3. *art.*3.

Amica totius ſuperbeatiſſimę Trinitatis. *Idem in Cant.art.*8.

Amica Dei tota pulchra,ſine ruga, ſine labe, ſine macula, tota formoſa, & ſuauis, abſque delicto, tam actuali, quam originali, tota ſpecioſa, tota elegans, tota munda, abſque vlla deformitate mentis, & corporis, tota angelica, tota Dei formis. *Claud.Rap.Celeſtin.ſerm.*2. *de Concept. B.Virg.*

Amica Chriſti pulchra, & naturali integritate integra. *Io: Picus lib.*1.*in Cant.cap.*15.

Amica Dei ob gratiarum plenam abſolutamque exubrrantiam,& bonorum omnium communicationem. *Idem lib.* 2. *in Cant.cap.*3.

Amica Spiritus ſancti. *Id.lib.*2.*in Cant.cap.*12,

Amica Dei præ cunctis mortalibus cariſſima, ad quam ipſe Deus à regalibus Cæli ſedibus in hunc mundum pro ſalute Generis humani adueniens, declinauit, & in eius virginali cubiculo ſuam collocauit manſionem, humanãque ſumpſit naturam, non vitio corruptam, ſed puram,ſanctam,& immaculatam, qualem formauerat primo in Adam. *Dionyſ. Fab.traſtatu* 1.*de Concept.B.Virg.*

Amica immaculata beatæ Trinitatis. *Ludouic. Bloſius in Endologia* 3. *ad B.V.*

AMICTVS à Deo variatus. *Andr.Creten.Orat.*3. *de Dormition.Virg.*

Amictus regius humanati Verbi. *Idem orat.*1.*de Dormition. Virg.*

Amictus rorum, qui ſunt nudi. *Euthytbianus in vita* 9.*Theophili*.

Amictus Solis iuſtitiæ,quando ipſum carne mundiſſima induit, & cum triplicem Amictum præbuerit ipſa ipſi ſoli: ſcilicet pallium zeli, ſaccum repoſitorium pretij, & cilicium pœnitentiæ, fuit huius Solis Amictus tripliciter. *Rich.à* S.*Laurent.de Laud. Virg. lib.*12.

AMYGDALVS, ante cæteras florens arbores, quia præ cætrris ſanctis, floribus virtutum emicuit; imò, & ante cæteros florem illum ſpecie, & odore excellentem, Chriſtum videlicet, de ſe protulit, qui dicitr Ego Flos Campi, & Lilium conuallium. *Abſalon Abbas ſermon.*1.*de Aſſumpt. B.V.*

Amygdalus, de qua dicitur *Eccleſ.* 18. Florebit Amygdalus, Florait enim, quia florem ſuum Chriſtum, qui dicitur primogenitus tam Patriz, quam Matris de ſe ſola protulit, *Rich. à S. Laur.de Laud. Virg.lib.*12.

Amygdalus, quia ſi hæc arbor præ cæteris arboribus floreſcit, oleo pingueſcit, & per fructum eius infirmus conualeſcit;de fructu enim Amygdali artificioſè fit oleum, & lac factum de Amygdalis refrigerat, vndè, & datur laborãtibus acutâ febri; Maria præ cæteris ſanctis floret pietate,præ cætrris pingueſcit charitate, magis per ipſam, quam per cæteros fruimur ſanctitate. *Idem ibidem*.

Amygdalus, quia ſi hæc arbor prius omnibus arboribus ſe flore conueſtit, & ad ferenda poma ſua arbuſta ſequentia præuenit: Maria prima omnium arborum, ideſt, Sanctorum Veteris, & Noui Teſtamenti floruit, vouendo Virginitatem, & florem habuit tenerrimum, eum adhuc eſſet iuuencula, ſed fructus perſeueranriæ habuit ſolidiſſimos,qui maturauerũr per bonam aſſuefactionẽ. *Id.ibid.*

Amygdalus, quia ſicut Amygdalus ante omnes arbores flores producit, ſic ipſa ante omnes mulieres votum Virginitatis emiſit. *Iacob.de Voragine in Mariali ſerm.*4.

Amygdalus ratione arboris, floris, & fructus, *Idem ibidem*.

Amyg-

Amygdalus, ſurculum Verbi Dei in corde inſitum habens. *Idem ibidem.*

Amygdalus Virginitatis floreos. *Idem in Mariali ſerm. 9. V.*

Amygdalus, quia ſicut Amygdalus inter arbores prima floret, ſic Maria inter mulieres prima florem voti virginalis emiſit, & promiſit *Pſalm.* 44. Adducentur Regi Virgines poſt eam: poſt dico tempore, exemplo, dignitate, & humilitate. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 58.

AMYGDALVS, quia ſicut fructus huius arboris, qui omnibus hominibus eſt ſalubris, ipſe eſt mors, & peſtifer vulpibus, ità omnia quæ de Beata Virgine ſunt, quæ ſunt ſalutifera fidelibus, ipſa ſunt mortifera hæreticis, de quibus Cant. 2. Capite nobis vulpes paruulas, vndè de ea canimus: Gaude Maria Virgo cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo. *Idem ibidem.*

Amygdalus, quia ſicut huius arboris prout dicunt, & radix, & cortex, & gumma, & folia, & fructus omnia ſunt medicamentis varijs vtilia ad ſanitatem corporum: ita Beatæ Virginis timor ſanctus, qui per radicem intelligitur: Vndè Eccleſiaſtici primo: Radix ſapientiæ timor Domini, paupertas ſpiritus, quæ per corticem, pietas cordis, quæ per lachrymam, verborum dulcedo, quæ per folia, exemplorum honeſtas, quæ per fructus; omnia inquam iſta medicina ſunt animarum noſtrarum, & ad ſalutem cordium vtilia valde, & efficaciſſima ſecundum multitudinem dolorum qui ex varijs tentationibus oriuntur. *Idem ibidem.*

Amygdalus, quia ſi natura huius arboris amat agrum ſiccum, durum, calculoſum, cælum ſereniſſimum, & ad meridiem reſpicere. Beata Virgo in agro paupertatis duro, ſicco, & aſpero nutrita eſt, & inter homines lapideos, & calculis duriores, ſed Cælum ſereniſſimum ſemper affectabat, & oculum ad meridiem ſemper habebat, ſciebat enim, quia ſcriptum eſt: Deus ab auſtro veniet. *Idem ibidem.*

Amygdalus fœcunditate. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu* 8.

Amygdalus maturitatis. *Idem libr.* 1. *de Laud. Virg. fructu* 2.

Amygdalus ratione arboris, floris, & fructus, *Bernardin. de Buſtis ſerm. 4. de Nominat. Mariæ.*

Amygdalus, quia prima votum virginitatis emiſit. Amygdalus enim ante omnes arbores flores producit. *Maurit. de Villa Trobata ſer. 9. Coronæ nouæ B. M.*

Amygdalus ratione fructus, nucis ſcilicet, quæ ſignat Chriſtum. *Idem ibidem.*

AMINADAB Chriſtianorum dilectione. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fruct. 4.*

AMOENITAS paradiſi. *Adam de Perſ. in Mariali fragm. 2.*

AMOR ſpecialis eiuium beatorum. *D. Petr. Damian. ſerm. de Aſſumpt. B. V. Mariæ.*

Amor primus hominum, & Angelorum poſt Deum, *Balduin. Deuon. in Tract. de ſalutatione Angelica.*

Amor dulciſſimus. *D. Catharina Senenſis in XI. ſuarum orationum, quam orationem habuit Romæ in die Annunciationis B. V. anno* 1379.

Amor deuotorum. *Dionyſ. Carth. libro* 1. *de Præc. Mariæ art.* 29.

AMPHORA libertatis. *Alb. Magn. in Biblia Mar. ſuper lib. Exodi.*

AMPLEXATRIX Ieſu amoroſa. *Io: Mauburn. in Roſeto exercit. ſpiritual. tit. 21. c. 6.*

AMPVLLA, quæ dicitur, quaſi ampla bulla: ſimilis eſt enim rutunditate bullis, quæ ex ſpumis aquarum fiunt, & vento inflantur, dicuntur autem Ampullæ apud nos quædam vaſcula argentea, vel ſtamnea, in quibus reponitur Chriſma, Oleum ſanctum, & Oleum infirmorum, & in Beata Virgine repoſuit Chriſtus Pontifex futurorum bonorum, Oleum infirmorum, id eſt, miſericordiam ſanatiuam peccatorum, & Oleum ſanctum, id eſt, miſericordiam ſanctam, quæ ſanctificat peccatores, & ſacrum Chriſma, id eſt ſpiritualem vnctionem ſpiritualium Regum, Sacerdorum, & pugilum, ſine qua non ſanctificantur, nec poſſunt effici vero nomine Chriſtiani. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib.* 10.

ANATHEMA Deo chariſſimum. *Georgius Nicomed. orat. 2. in Concept. Deiparæ.*

ANCHORA ſecura, & firma *Anonymus in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum de Elenatione Panis Panegia nuncupati.*

Anchora fidei tuta *S. Io: Damaſc. in Canic. Eccleſiaſtic. Græcor. ſono* 1.

Anchora firma ſpei noſtræ. *Idem Paracl. Beatæ Virgin.*

Anchora noſtræ ſalutis. *Idem in Canone de S. Trinitate.*

Anchora noſtra ſecura, & firma, ſedans calamitatum noſtrarum iuſultus, & ab omni tribulatione nos liberans. *Idem in Officc. Græcorum.*

Anchora noſtra ſecura, & ſtabilis. *D. Theodorus Studites in Menæis Græcor. die* 20. *Ianuar.*

Anchora totum mundum continens, & ſeruans. *Leo Imperator in orat. de Aſſumpt. B. V.*

Anchora nos in mari huius mundi ſtabiliens, & firmans. *S. Anſelm. Lucenſis ſup. Aue Maria.*

Anchora in fluctuatione. *Adam de Perſ. in Mariali frag.* 2.

Anchora ſpei noſtræ. *Idem in ſerm. de Aſſumpt. B. Virg. & D. Bonau. in Pſalterio B. V.*

Anchora firma, & ſecura, quam in rebus aduerſis poſſident ſerui eius. *Theod. Laſcb. Imper. in Can. ad SS. Deiparam.*

Anchora, qua nauis noſtra in mari firmatur. *D. Bonauent. ſerm. 2. de B. V. M.*

Anchora tuta, ac firma animarum noſtrarum. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Præſentat. B. V.*

Anchora rerum. *Io: Trithem. de mir. B. V. prop. Dittelbach lib. 1. cap. 12.*

ANCILLA Domini. *S. Lucas Euang. in ſuo Euang. cap.* 1.

An-

Ancilla humillima, cui Deus dignatus eſt arcanum ſui myſterij commendare. *Melito Sardenſis in Libello de Tranſitu SS. Virg.*

Ancilla, cum qua Rex gloriæ inhabitat. *D. Gregor. Thaumaturg. Orat. 1. Annunciat. B. Mariæ Virgin.*

Ancilla Domini, quæ in terra verſans, euaſit ſponſa cæleſtis. *D. Epiphan. ſerm. de Laudibus Virgin.*

Ancilla propria Dei. *Idem ibidem.*

Ancilla Genitrix Domini *D. Hieron. in Epiſtola de Natiuit. S. Mariæ ad Chromatium, & Eliodorum Tomo 9.*

Ancilla Domini, quæ dum naturam confitetur, gratiam prædicat. S. *Proclus Orat. 5.*

Ancilla, quam Deus in ſuam ſibi matrem elegit. *Idem in Orat. 1. de Laud. Virgin.*

Ancilla Domini, & Mater. *D. Leo in Epiſtola Decretor. 83. & 97.*

Ancilla Domini ad obediendum parata, ad ſeruiendum idonea, ad ſuſcipiendum prompta. *Andreas Creteníis. Orat. de Annunciat. Beatæ Virgin.*

Ancilla, cum qua Rex fuit. *Chryſippus ſerm. de S. Maria Deip.*

Ancilla Domini, quia Verbum ante ſæcula vnigenitus æqualis eſt patri, mater vero, quia in eius viſceribus ex ſancto ſpiritu eiuſque carne factus eſt homo, nec alterius Ancilla, alterius mater, quia dum Vnigenitus Dei exiſtens ante ſæcula ex eius vtero natus eſt homo in veſtigabili miraculo, facta eſt Ancilla hominis per diuinitatem, & Mater Dei per carnem. *D. Gregor. Magnus lib. 9. Regiſtri eap. 61.*

Ancilla cuius ſubditus Dominator fuit naſcendo. *D. Hildebonſ. in lib. de Virginit. S. Mariæ eap. 8.*

Ancilla Domini omnium. *Idem in lib. de Virginitate S. Mariæ eap. 12. & vltim.*

Ancilla filij ſui. *Idem in lib. de Virginit. S. Mariæ eap. 1.*

Ancilla habens in ſubdito Dominum. *Idem ibidem cap. 8.*

Ancilla pariens Dominum. *Idem ſerm. 1. in Natiuit. B. Mariæ.*

Ancilla Domini, qui eam creauit. S. *German. in ſuo Mariali fragm. 1.*

Ancilla, & mater ſummi Opificis. S. *Io: Damaſc. lib. 4. de Fide Orthodoxa cap. 15.*

Ancilla, ex cuius ventre latiſſimum ſibi Deus domicilium fecit, atque in ea myſterium recentium omnium recentiſſimum confecit. *Idem Orat. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Ancilla, quam Deus in parentem ſibi aſciſcere non erubuit. *Idem Orat. 4. de Natiuit. B. V.*

Ancilla, quam Deus pro inueſtigabili benignitatis ſuę abyſſodiſpenſatorio matrem effecit, verè ſcilicet incarnatus, ac non velut præſtigijs quibuſdam humanitatem effingens. *Idem Orat. 1. de Aſſumpt. B. M.*

Ancilla humilis, cui non eſt inuenta ſimilis in gratia humilitatis. *Guarricus Abbas ſerm. 3. de Aſſumpt. B. M.*

Ancilla Domini ſui. S. *Odilo ſerm. de Annunciat. B. Mariæ Virg.*

Ancilla, ex qua ortus eſt Dominus. *D. Petr. Damian. ſerm. de Epiphania Domini.*

Ancilla, cuius hamo Leuiathan captus eſt, cuius humilitate quaſi avis illuſus eſt, cuius ſapientia, quaſi latro, & vile mancipium ligatus eſt *D. Bruno Carthuſ. de Natiu. V. M.*

Ancilla nobilis, per quam legatus eſt Leuiathan & fortitudine priuatus, *Idem ibidem.*

Ancilla, de qua natus eſt Dominus. *Goffrid. Abbas ſerm. 4. in Natiuit. Domini.*

Ancilla Domini, cum qua ludens erat, & deliciabatur diuina ſapientia. *Rupert. Abb. lib. 2. Commentarior. in Cantic. Cantieor.*

Ancilla humilis, & exigua in oculis proprijs. *D. Bernard. ſerm. de B. V. ſuper illud Apocal. Signum magn.*

Ancilla omnium. *Idem ibidem.*

Ancilla Chriſti. *Arnold, Carnot. in Tract. de Laud. Mariæ Tomo 12. Biblioth. PP.*

Ancilla humilis donis gratiæ copioſa. *Philipp. Abbas lib. 1. in Cant. Canticor. c. 7.*

Ancilla ſponſi cæleſtis. *Idem lib. 2. in Cantic. Canticor. cap. 7.*

Ancilla altiſſimi Regis Patris cęleſtis. *D. Franciſcus in Orat. 2. ad V. Mariam.*

Ancilla benedicta. *D. Bonauent. in Speculo Beatæ Virgin. cap. 8.*

Ancila bona. *Idem ibidem.*

Ancilla Domini deuotiſſima. *Idem ibidem.*

Ancilla Domini Patris, Domini Filij, Domini Spiritus ſancti. *Idem ibidem.*

Ancilla Domini, qua nulla humilior nunquam fuit, nec eſt, nec erit in æternum. *Idem ibid.*

Ancilla humilis. *Idem ibidem*

Ancilla pretioſa Domini ſingularite obſequioſa. *Idem ibidem.*

Ancilla ſeruorum Domini. *Idem ibidem.*

Ancilla ſubiectiſſima Domini Trini, & Vnici. *Idem ibidem.*

Ancilla ſummę Trinitatis. *Idem ibidem.*

Ancilla electionis, & operationis Ruth. 2. In agro Eccleſię colligens ſpicas, id eſt, pauperes, cæcos, & claudos more Filij, qui huiuſmodi libenter colligit, quæ mercenarium, id eſt, mundi, & Diaboli effugerunt manus. *Albert. Magn. in Bibl. Mar. ſuper lib. Ruth.*

Ancilla, quæ ipſi Deo ancillata eſt. *Idem in Poſtilla ſuper cap. 10. Luc.*

Ancilla fideliſſima filij Dei. *Mechildis lib. 1. Gratiæ Spiritualis eap. 56.*

Ancilla Dei miniſtrans omnia, quæ in domo Domini ſunt neceſſaria. *Ern. prag. in Mar. c. 14.*

Ancilla Domini optima, quia humilis, quia obediens per omnia, quia tacita, & ſenſata, & quia fortis, & diligens, & ſedula. *Idem in Mariali cap. 132.*

Ancilla, quæ cum ſit Regina cæli, & mundi Domina, hoc tamen ſibi officium elegit in Domo

mo Dei, vt lanet pedes ſeruorum ſuorum quotidie, quia cum Deo iam regnans, noſtra excuſat clemens mala, poſcens cuncta bona. *Idem ibidem.*

Ancilla Dei, ac totius mundi. *Ioann. Rusbroch. in Speculo æternæ ſalutis c.12.*

Ancilla in ſe confidentibus. *Barthol.de Piſis lib. 1. de Laud.Virg. fructu 8.*

Ancilla Domini, diuino paratiſſima famulari imperio. *D.Laur.Iuſt.Serm.de Annunc.B.M.V.*

Ancilla, & Domina. *Idem Serm. de Purificat. B. Mar.Virg.*

Ancilla, & Genitrix, quæ culpam abſtulit, & dedit gratiam, quæ contulit mundo pacem, hominibus Deum, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus diſciplinam. *Idem in lib.de Caſto Connubio Verbi, & animæ cap.9.*

Ancilla Domini ſuper omnes. *D. Anton.in Sum. part.4.tit. 15. cap.19.*

Ancilla Domino fideliſſima. *Idem in Sum.part.4 tit.15. cap.21.*

Ancilla, quæ in cunctis ſeruiuit, ac reuerita eſt Dominum ſuum. *Idem in Summ. part.4.tit.15. cap. 8.*

Ancilla obedientiſſima, quæ ſe totam exhibuit Creatori, & ei perfectiſſimè obediuit; vndè, & Deus omnipotens, qui obedientibus ſibi plenariè ſolet quodammodò obedire, ideſt, per modum obedientiæ eorum preces, ac deſideria celeriter adimplere, factus eſt ei obediens. *Dion.Carth.lib.1.de Laud.Virg.art.26.*

Ancilla fida Trinitatis. Io: *Manburnus in Roſar. de gloria Virg. membr.6.*

Ancilla Domini, quæ nunquam ſubiacuit maculę cuiuſcumque peccati. Io: *Tritbem.de Mirac.B.Virg.prope Dittelbach. lib.1.cap.10.*

Ancilla Dei humillima. *Maurit. de V.lla probata ſerm.21. Coronæ nonæ B. Mariæ.*

Ancilla Domini digniſſima. *Idem ſerm. 20. Coronæ nonæ B.Mar.*

Ancilla Dei vera, quæ neque dicto, neque facto, neque cogitatu vnquam contradixit Altiſſimo. *s.Thom. de Villanoua ſerm.1. de Annunc. B. Virg.*

Ancilla Domini eius voluntati non obſtans. *Idem ibidem.*

Ancilla felix, cui ancillantur omnia. *Idem ſerm. 2.de Annunc. B.Virg.*

Ancilla verè, quæ perpetuo ſeruiuit mancipata ſeruitio, libero namque aliæ Deo famulantur obſequio, hæc autem quaſi mancipium Dei ſe totam famulatui mancipauit, nihil ſibi libertatis reſeruans, ſed per omnia ſubdita Deo. *Idem ſerm.1.de Annunc.B.V.*

Ancilla Dei ſolitaria. *Ludouic.Bloſius in Endologia 3. ad B.Virg.*

ANGELVS. *Anaſtaſ.Sinaita lib. 7. Anagog. Contemplat. in Hexameron.*

Angelus Cuſtos, ſingulos cuſtodiens, & vniuerſos. *Albert. Magn.in Bibl.Mar.ſup.lib.Apocal.*

Angelus in gratiæ inuentione. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.193.*

Angelus phialas gratiæ, & miſericordiæ effundens in omnes. *Id. in Bibl.Mar.ſup.lib.Apoc.*

Angelus cæleſti gratia, licet ſpecie fœmina, in qua oppidò nihil carnis fuit, niſi ſola viſio; quippe cuius ſacroſanctam Conceptionem ab omni ſorde immunem, diuinaque præmunitam gratia, nulla prorſus tetigit labes peccati, nulla macula vitam læſit Angelicam. *Dionyſ.Fab.Tract.1.de Concept. B.Virg.*

Angelus terreſtris vitæ puritate. *Rob.Bellarmin. Concion.1. ſuper Miſſus eſt.*

ANIMA noſtra. s. *Anſelm.Luc.ſuper Aue Maria.*

Anima vna nobiſcum ex dilectionis obligatione. Io: *Gerſon.Tract.5. ſuper Magnificat.*

ANIMAL quodlibet mundum, & domeſticum, munda, & manſueta conuerſatione. *Hugo de s.Victore Serm.in Nat.vel Aſſumpt.B.M.V.*

ANNA, ideſt, gratia, cuius vultus non ſunt in diuerſa mutati, 1.*Reg.*1. Nec enim Maria gratia fœcundata à Contemplatione cæleſtium, vnquam potuit avelli, vel retardari. *Rich.à s.Laur.de Laud.Virg.lib.5.*

Anna myſticè, quæ omnia in filio poſſidens, veriſſimè dicere potuit cum Ioſeph illud *Tob.* 10. Omnia ſimul in te vno habentes non debuimus dimittere te à nobis, quando ſcilicet reuerſi à Hieruſalem, per iter, diu, & dolentes quærebant eum. Luc.2. *D. Bernardin. Senenſis tom.3.ſerm.3.de glorioſo nomine Mariæ.*

Anna Samuelis in oratione. *Barthol.de Piſis lib. 1.de Laud.Virg. fructu 2.*

Anna feliciſſima, quæ poſt multas lachrymas, multaque ieiunia, tandem à Deo Filiũ multo Samuele maiorem, & meliorem obtinuit, cũque ſtatim ab infantia in templo allatum Domino conſecrauit. 1.Reg.1.& 2. *Rob.Bellar. Concion.2.ſuper Miſſus eſt.*

ANNVLVS coniungens hamum lineæ: generatio enim Chriſti eſt quaſi linea, hamus verò ab hac linea procedens eſt Chriſtus, de quo Dominus ad B.Iob.*cap.*40.ait. Numquid capies Leuiathan hamo, aut armilla perforabis maxillam eius? Leuiathan interpretatur additamentum eorum, & ſignificat Diabolum, qui promiſit homini augmentum diuinitatis, & irrogauit diminutionem miſeræ mortalitatis. Iſte Leuiathan videns Chriſtum humana carne veſtitum, quaſi hamum eſca tectum, momordit eſcam carnis, & captus eſt hamo diuinitatis, maxilla etiam eius armilla perforata eſt, quia cum iam putat ſeſe deuoraſſe peccatores, ab eius ore per bonam operationem, & pœnitentiam exeunt. Annulus, qui coniungit hamum lineæ eſt Beata Maria. *Serlo Abbas ſerm.2.de Natiu.B.Virg.*

Annulus, quem qui portauerit in digito ſuo per deuotionem, poterit intrare ad cæleſtes nuptias. *Bernard.de Buſt.ſermon.1. de Deſponſat.B. Mar.*

Annulus, quem Rex æternus dedit Ioſeph. Geneſ. 41. *Idem ibidem.*

ANNVNCIATRIX Pacis ijs, qui propè, & ijs, qui longè, ideſt, Eccleſiæ triumphanti, & militan-

litanti. *D. Bernardin. Senenſis tom.3.ſerm.1. de glorioſo nomine Mariæ.*

ANNVS propitiationis. Leuit.25. *Albert.Magn. in Biblia Mar.ſup. lib.Leuitici.*

Annus quinquageſimus remiſſionis. *Idem ibid.*

ANTEMVRALE fidei chriſtianorum. *Andreas Cretenſ. Orat.3.de Dormit.B.V.*

Antemurale chriſtianorum. *Anonymus in Canone ad SS. Deiparam qui extat in Rituali Græcorum 213. & S. Ioann Damaſe.in Cant.ſuper ad SS. Deipar.*

Antemurale eam inuocantium. *Idem in Parael.B. Virg.*

ANTEPACMENTVM animarũ chriſtianorum. *S.Ioſ: Damaſe.in Octoec.Græcor.*

ANTIDOTVM inſtaurationis. *Cæſar. Heiſterbach, in Homilia de Nomine Mariæ.*

ANTISTES ſumma chriſtianorum S. *Ioſ: Damaſc. in Menæis Græcor.die 1. Ianuarij.*

Antiſtes vitæ, in gratiam cum filio nos reducens. *Idem orat.1.de Natiuit.B.M.*

APERTORIVM ianuarum Paradiſi. *Andr. Cretenſ. orat.2.in Annunc.*

APEX Virginitatis. S.*Leander in Regula, & Inſtitutione Virginum edita Moguntiæ ex Typographia Ioan.Albini anno 1616.*

Apex ſummus, & vnus puellarum. S.*Ioſ: Damaſc. orat.4. de Natiu.*B.*Virg.*

Apex gaudij *Ioan.German.in* B.*V.Hymn.3.*

APIARIVM ſiue Aluearium, in quod benedicta illa Apis, id eſt, Dei filius, è cælo deſcendens, impleuit melle ſuo ſic copioſè, vt de dulcedine eius omnis ſapor veneuatus à nobis ſublatus ſit. B. *Brigittà lib.6. Reuelation. cap.12.*

APICVLA cęleſtis. *Ioan. Pieus lib.2. in Cantic. cap.17.*

Apicula regia Architectrixque, quæ mel diuinitatis in noſtrę mortalitatis fauum colligauit. *Idem ibidem.*

APIS; nam ſicut Apis ceram cum melle virginali producit opere, ſic Maria Chriſtum Deum, & hominem, ſalua veri ſui genuit integritate. Apes namque, neque vllo concubitu miſceantur, neque libidine ſoluuntur, nullis partus doloribus concuriuntur, & ſubitò magnum filiorum examen emittunt, de foliis, & herbis ore ſuo prolem legentes. *Ruper. Abbas lib.3. de Diuin. Officijs c.25.*

Apis, quæ inuiolata nobis Deum in carne, quaſi mel in cera protulit. *Idem lib.6.de Diuin. Officijs cap.29.*

Apis, quę priuilegio naturali paſcitur floribus, viuit rore, neſcia concubitus, fœtus mirabiliter legit ore, ſobole fœcundatur ſine gemitu, vel dolore, caſta ſinu virgineo fit mater, non luxuria, ſed amore, arte vigens, callens ingenio, ſollicitudine non pigreſcit, miro ſatis ſtudio, ſuã prudentiam innoteſcit, dum fauum ſibi fabricat, diſtinctas in ordine cellas ponit, intrà quarum anguſtias ore ſedulò mel reponit, Virgo etenim decore virtutum floridо paſci ſpiritualiter delectatur, & viuit in ſpiritu diuina deſuper gratia tamquam rore, virum neſcieus concipit, parit filium non labore, ſollicito ſtudio ſpirituales diuitias coaceruans, verba ſenſu grauida in corde conferens, & conſeruans; ſecretum conſcientiæ replet dulcedine tam ſuaui, vt intrinſecus nullea dici valeat inſtar faui. *Philipp.Ab.lib. 4. in Cant.Canticor. c.24.*

Apis mel refundens Ieſum adorantibus. *Cæſar. Ciſtercienſis Homilia de Nomine Mariæ.*

Apis, quę ſiue commixtione mellis fudit liquorem, id eſt ſine corruptione nobis peperit Saluatorem totius dulcedinis auctorem. *Idem ibidem.*

Apis Eccl. 11. quam fugat fex peccati, nec recedens à ſeruo ſuo niſi propter mortale peccatum. *Richar. à S. Laurent. de Laud. Virgin. lib.2.*

Apis per humilitatem breuis, cuius fructus dulcis, quia hæreditas fructus ventris eius. *Hugo Carenſ.in cap.11.Eccleſiaſt.*

Apis noſtra, de qua Eccl.11. Brenis in volatilibus Apis, & initium dulcoris habet fructus eius, in omnibus enim volatilibus Cęli limpidæ contemplationis oculo cælum peruolantibus, breuiſſima fuit menſura ſuæ humilitatis, & ideo principium, & cauſam omnis dulcedinis Chriſtum ſine commixtione viri fructificauit. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap.11. Luc.*

Apis, quæ dilexit aerem ſerenum, id eſt, ſerenitatem interna conſcientiæ, abundantiam florum, id eſt virtutum, & omnis gratiæ, ſonum ſuauem allocutionis diuinæ, & dulce vinum iucunditatis æternæ. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm.8. A.*

Apis, quæ fecit fructum dulcoris, quia cæleſti prole fœcundata. Eccleſ.11. *Idem ſerm.2. de Annunciat.B.Virg.*

Apis, quę rore cæleſti, ideſt, gratia Spiritus ſancti paſta, Virgo permanſit, & Paradiſi dulcedinem genuerauit. *Idem in Marial.ſer.8.A. & Bernardin.de Buſt.ſer.4.de Nominat. Mariæ.*

Apis, quia fuit breuis per humilitatem, volatilis per ſupernorum contemplationem, mellificans per cæleſtis fructus productionem. Eccleſ. 11. *Idem ibidem.*

Apis, quia Virginitate ornata, breuis, quia humilitate prędita, volatilis, quia in cæleſtibus eleuata. Eccleſ.11. *Idem ſerm.2 de Annunciat. B. Virgin.*

Apis breuis in volatilibus, quia humillima inter ſanctos. *Ern.Prag.in Marili c.76.*

Apis verè beata, & admirabilis, quæ in corporali Nazareth corporaliter habitans, in ſuperiori Nazareth, hoc eſt, in illa florigera patria, in illo cæleſti virgulto ſecundum ſpiritum conuerſationem habuit. *Idem ibidem.*

Apis ſollicitudine. *Barthol.de Piſis lib.1.de Laudib.Virg. fructu 8.*

Apis argumentoſa deſeruiens Deo. *Bernardin. de*

*Buſt. ſerm. 4. de Nominatione Mariæ.*

Apis breuis per humilitatem, volatilis per ſupernorum contemplationem, mellificans per cæleſtis fructus productionem, de qua dicitur, Eccleſ. 25. Breuis in volatilibus eſt Apis, & initium dulcoris habet fructus eius. *Idē ibid*

Apis cæleſtis non fera, ſed humaniſſima. *Idem ibidem.*

Apis Dei. *Idem ibidem.*

Apis diuina, quę dilexit flores virtutum, & omnis gratiæ. *Idem ibidem.*

Apis diuina, quæ ſonum dilexit allocutionis diuinæ. Apes enim, vt dicitur in libr. de Propriet. rerum, diligunt ſuauem ſonum. *Idē ibid.*

Apis diuina, quæ vinum dilexit iucunditatis ſupernę. Apes enim vinum diligunt ex Ariſtotele. *Idem ibidem.*

Apis diuina, quam nos debemus, tanquam Reginam noſtram in omnibus imitari. *Idē ibid.*

Apis, quæ aerem ſerenum, ideſt, ſerenitatem animi dilexit. *Idem ibidem.*

Apis, quæ rore cæleſti, id eſt, gratia Spiritus ſancti paſta, Virgo permanſit, & Paradiſi dulcedinem generauit. *Idem ibidem.*

Apis, quæ dilexit flores virtutum, & ſonum allocutionis diuinæ, & vinum iucunditatis ſupernæ. *Maurit. de Villa probata ſerm. 9. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Apis ſolertiſſima, quæ de odorifero virginitatis flore, deque ſuo ſanguine roſeo mel diuinitatis, & ceram humanitatis, vtroque lumine veritatis fulgido, & feruore charitatis ardente in vna Domini Ieſu Chriſti perſona nobis inuenit. *Marcus Vigerius in Decachordo Chriſtiano lib. 3. cap. 1.*

APOLOGIA tacentium eloquentiſſima, de qua glorioſa dicentur in omni irrationali creatura, cuius magnalia intellectuales virtutes hymnis celebrabunt, & gloriam prędicabunt. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 1.*

Apologia vniuerſæ naturę humanæ. *Idem in Mariali orat. 5.*

APOSTOLA, quæ habuit Apoſtolatum in ſummo illuminans mundum, & reconcilians peccatores Deo. *Alb. Magn. ſuper Miſſus eſt c. 157.*

Apoſtola Apoſtolorum. *Iacob. de Voragine ſer. 6. de Aſſumpt. B. Virg. & Ioan. Gerſon. in ſerm. de Spiritu ſancto.*

APOTHECA ſalutis hominum. *D. Bernard. in orat. Rhytmic. ad D. Ieſum Chriſtum, eiuſque Matrem intemeratam Virginem.*

Apotheca cęleſtis vnguenti. *Abſalon Abbas ſer. 2. de Saluator. Aduentu.*

Apotheca medicinaria. *Idem ibidem.*

Apotheca ſingularum, & vniuerſarum virtutum, in qua cum ſit ignis perfectiſſimę charitatis, neceſſe habet odorem ſuum procul diffundere. *Rich. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 12.*

Apotheca Spiritus ſancti, in quam deſcendit Apothecarius Spiritus ſanctus ſuperueniens in Filij conceptione, qui de puriſſima eius ſubſtantia confecit vnguentum, quando Filius Dei totum ſuſcepit, quod eſt hominis, & aſſumptæ naturæ plenitudo diuinitatis corporaliter ſe infudit, ſine quo impoſſibile curari vulnera generis humani. *Idem de Laud. Virg. libro 10.*

Apotheca Chriſti Medici, qui per Mariam venit ſanare mūdum languidum, qui per Euam ægrotabat. *Idem de Laud. Virg. lib. 10.*

Apotheca gratiarum. *Hugo Carenſ. in cap. 24. Eccleſiaſt.*

Apotheca diuinæ miſericordiæ. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 9. M.*

Apotheca, ex qua recipiunt peccatores eleęuarium miſericordię, quo confortantur. *Idē ibid.*

Apotheca plena aromatibus virtutum. *Idem in Mariali ſerm. 1. O. Bernardinus de Buſtis ſerm. de Aſſimilat. B. Mar. & Maurit. de Villa Probata ſerm. 30. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Apotheca abundas gratię Spiritus ſancti. *Io: Tribem. lib. 1. de Mir. B. V. in Vrticeto c. 6.*

Apotheca omnium gratiarum, in qua cęleſtis pigmentarius cum omnibus ſuis vnguentis ſe collocauit, & cum omnibus delitijs accubuit. *Mauritius de Villa Probata ſerm. 24. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Apotheca odorifera diuinorum Sacramentorum. *Lud. Bloſius in Endologio 3. ad B. V.*

Apotheca odorifera, perpetuæ lętitię ſuauitatem ſpirans. *Idem in Can. Vitæ ſpiritualis c. 20.*

APPELLATIO nomini reſpondens. *Iac. Mon. in Mariali orat. 5.*

APPODIAMENTVM infirmitatis noſtrę. *Rich. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 6.*

APPORTATRIX bonorum. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

AQVA puriſſima, quæ Spiritu ſancto ſuperueniente in filij Dei Conceptione, conuerſa fuit in vinum, ſuper omnia poſt Chriſtum lętificans cor hominis. *Idiota de B. Virgin. Part. 8. Contempl. 14.*

Aqua fluida, non quo ad culpam, ſed quo ad pœnalitatem. *Richard. à S. Laurent. de Laud. Virgin. lib. 7.*

Aqua omnis deſignata per Michol. 1. Reg. 18. quæ interpretatur Aqua omnis· Maria enim eſt Aqua omnis, quia habet omnem gratiam, deinde dicta eſt gratia plena. *Idem de Laud. Virgin. lib. 9.*

Aqua, per quam habetur omne refrigerium, contra incentiuum peccati. *Idem ibidem.*

Aqua puriſſima, quę in Spiritus ſancti ſuperuentione, & Filij Dei conceptione, quaſi conuerſa eſt in vinum, ſuper omnia poſt Chriſtum lętificans cor hominis. *Idē de Laud. Virg. lib. 5.*

Aqua, quæ eſt potus pauperum, dicens de ſe ipſa Eccleſ. 24. Qui bibunt me, adhuc ſitient. *Idem ibidem.*

Aqua, qua mortui reparati ſunt ad vitam. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B. V.*

Aqua pura, quę vt dicit Ariſtoteles, nec colorem habet, nec ſaporem, nec odorem, nec fœtorem, & ſi quid horum habuerit, mixtionem ſignat; non enim retinuit colorem

mun-

mundi per conformitatem, nec ſaporem per amorem, nec odorem laudis eius eurabat, nec fœtorem vituperij formidabat, ſed omninò oblita populum ſuum, & domum patris ſui, ipſa dilecto ſuo, & dilectus ſuus ſibi. *Ern. Prag. in Mariali cap. 31.*

Aqua pet dulcorem. *Bartholom. de Piſis lib. 1. de Laude Virg. fructu. 2.*

Aqua benedicta. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 2. de Nominat. Mariæ.*

Aqua Cælica. *Idem ibidem.*

Aqua de petra altiſſima propinata, ideſt, à Deo hominibus miſſa. *Idem ſerm. 2. de Aſſumptione B. Mariæ.*

Aqua expiationis. *Idem ſerm. 5. de Nominatione Mariæ.*

Aqua frigida, id eſt refrigeratiua animę ſitienti. Prouerb. 25. *Idem ſerm. 2. de Aſſumptione B. Mariæ.*

Aqua melliflua dans bibere omni ſitienti. *Idem in Mariali ſerm. 2. de Coronatione B. M.*

Aqua mnnda. *Ezech. 36. Idem ſerm. 5. de Nominatione Mariæ, & Mauritius de Villa Probata ſerm. 27. Coronæ nouæ B. M.*

Aqua nitidiſſima, in qua reſplendet vultus proſpicientium. Prou. 26. *Idem ibidem.*

Aqua nobis neceſſaria. *Idem ibidem.*

Aqua nos ſanctificans. *Idem ibidem.*

Aqua puriſſima. *Idem ibidem.*

Aqua ſalubertima, quæ nos omnibus virtutibus fructificare facit. *Idem ſerm. 5. de Nominatione Mariæ.*

Aqua ſalutaris ignem extinguens ardentem. Eccleſ. 3. *Idem ibidem.*

Aqua ſaniſſima. *Idem ibidem.*

Aqua ſapientiæ ſalutaris. *Idem ibidem.*

Aqua vitæ. *Idem ibidem.*

Aqua viua. *Idem ibidem.*

Aqua initium vitæ hominis. Eccleſ. 29. *Maurit. de Villa Probata ſerm. 27. Coronæ nouæ B. M.*

Aqua maris in dulcedinem conuerſa. *Idem ſer. 12. Coronæ B. Mariæ.*

Aqua ſalutaris. *Idem ibidem.*

Aqua ſapientiæ ſalutaris. Eccleſ. 5. *Idem ibidem.*

AQVÆDVCTVS exiens de Paradiſo. Ezech. 24 exiuit namque de duplici Paradiſo, nam tamquam Aquæductus à patre, qui eſt Paradiſus cæleſtis, exiuit per creationem, à quo nobis attulit aquam viuam, id eſt, Ieſum Chriſtum filium ſuum benedictum Deum, & hominem. Exiuit etiam è Paradiſo terreſtri, hoc eſt, ab Eccleſia militanti, per mortem corporis directa in cælum, velut quidam Aquæductus aquas miſeriarum, & tribulationum totius generis humani, illuc ducens benedicto Filio ſuo exponens, & pro eis intercedens. *Idiota de B. Virg. par. 14. Contempl. 27.*

Aquęductus integerrimus per inuiolatam fidem, mundiſſimus per integritatem, & omnimodam caſtitatem, occultus per ſolitudinis dilectionem, concauus per veram humilitatem, fœcundus. id eſt, abundans aquis per gratiarum plenitudinem, iucundus per æternitatis deſiderium, & amorem, non plumbeus, ſed magis aureus, per regiam nobilitatem, & eximiam charitatem. *Idem idem.*

Aquęductus longiſſimus excellentia meritorum, nam vehementis deſiderij feruore deuotionis puritate, & orationis aſſiduitate fontem attigit tam ſublimem, cuius plenitudinem tanquam Aquæductus de corde patris excipiens nobis dedit illum, non prout eſt, ſed pro vt capere poteramus. *Idem ibidem.*

Aquęductus, per quem, quod de fonte ſuperno haurit. Beata Virgo aſſiduè Deus influit vinum compunctionis, lætitiæ, & deuotionis in cellarium noſtræ mentis. *Idem ibidem.*

Aquæductus, per quem venit ad nos Chriſtus, occultus in eius vtero Virginali, vt myſterium Diabolo celatet. Ad hoc venit, vt nos mundaret, reficeret, & potaret aqua ſapientię ſalutaris, ſicut per occultum aquæ ductum deducitur aqua ad neceſſaria Ciuitatis. *Idem ibidem.*

Aquæductus, quem præcepit Holofernes incidi, quia per illum influebat fons quidam in Ciuitate Bethuliæ, quę interpretatur domus doloris, in Eccleſiam, & fidelem animam deriuans dona gratiarum, quæ diabolus incidere conatur, cum eius auxilium nobis auferre nititur. Inuidet enim, non quo ad eam ſolum, ſed quo ad nos, & hoc maximè, quia eſt Aquæductus ſuperior, quia per illam detinuatur ad nos gratia à Deo. *Idem ibidem.*

Aquęductus verè longiſſimus, cuius ſummitate aquarum, quæ ſuper Cælos ſunt, fontem potuit attingere, vt hauriret ſuper Angelos, & refunderet hominibus aquam viuam, id eſt, fluenta gratiarum, quarum nondum norant homines Aquæductum. *Idem idem.*

Aquęductus deſiderabilis. *D. Bernard. ſerm. de Natiu. Virg. de Aquæductu.*

Aquęductus fontis ſublimis. *Idem ibidem.*

Aquæductus integerrimus. *Idem ibidem.*

Aquęductus noſter. *Idem ibidem.*

Aquæductus, per quem deſcendit vena cæleſtis. *Idem ibidem.*

Aquæductus plenus, vt de eius plenitudine cæteri accipiant. *Idem ibidem.*

Aquęductus, qui plenitudinem fontis ipſius de corde patris excipiens, nobis dedit illum, prout capere poteramus. *Idem ibidem.*

Aquæductus ſublimis valdè. *Idem ibidem.*

Aquæductus talis ac tantus, vt eius ſummitas inſtar ſealę illius, quam vidit Patriarcha Iacob, tangeret, imò, & tranſcenderet cęlos, vt viuidiſſimum illum aquarum, quæ ſuper cælos ſunt, poſſet attingere fontem. *Idem ibid.*

Aquæductus, de quo legitur Iudith, 7. quem præcepit Holofernis incidi, quia per illum influebat fous quidam in Ciuitatem Bethuliæ, per hunc enim Aquęductum fluunt in Eccleſiam, & fidelem animam dona gratiarum, quem dęmon incidere conatur, cum eius auxilium

nobis auferre nititur, incidit autem non quo ad eam, ſed quoad nos, quando nos retrahit ſeruitio eius. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virgin. lib.9.*

Aquæductus, ideo nobis datus, quia ad omnes vſus neceſſarios deerant nobis aquæ gratiarum. *Idem ibidem.*

Aquæductus integerrimus, per inuiolatam fidem, mundiſſimus per virginitatem, & omnimodam caſtitatem, occultus per ſolitudinis dilectionem, concauus per veram humilitatem, fuſilis per pietatem fœcundans, id eſt, abundans aquis per gratiarum plenitudinem, rotundus per æternitatis deſiderium, & amorem, non plumbeus, ſed magis aureus per regiam nobilitatem, eximiamque charitatem. *Idem ibidem.*

Aquæductus longiſſimus excellētia meritorum, nam vehementia deſiderij, feruore deuotionis, puritate orationis, fontem attigit tam ſublimem, cuius plenitudinem tamquam Aquæductus de corde Patris excipiens, nobis edidit illum, non prout eſt, ſed prout capere poteramus. Verè longiſſimus, cuius ſummitas aquarum, quæ ſupra cælos ſunt, fontem potuit attingere, vt hauriret ſuper Angelos, quam effunderet hominibus aquam viuam. *Idem ibidem.*

Aquæductus non ab vno, ſed à duplici exiens Paradiſo Eccl. 24. à Patre enim, qui eſt Paradiſus cæleſtis, exiuit per creationem, & recreationem, à quo nobis attulit aquam viuam, id eſt, Chriſtum Ieſum, & hominem, & exiuit à Paradiſo terreſtri, hoc eſt, Eccleſia militante per mortem corporis directa in cælum, velut Aquæductus, aquas miſeriarum, & tribulationum totius generis humani illuc ducens, filio eas exponens, & pro eis intercedens. *Idem ibidem.*

Aquæductus, per quem aſſiduè influit vinum compunctionis, lætitia, & deuotionis cellarium mentis noſtræ. *Idem ibidem.*

Aquæductus, per quem Chriſtus venit ad nos occultatus in vtero virginali, vt myſtrium Diabolo celaretur, ad hoc enim venit, vt nos mundaret, reficeret, & potaret aqua ſapientiæ ſalutaris, ſicut per occultum Aquæductum deducitur aqua ad neceſſaria Ciuitatis. *Idem ibidem.*

Aquæductus piſcinæ ſuperioris. Iſai. 7. per quem derivatur ad nos gratia donorum illuminantium, quæ deſcendit à patre luminum. *Idem ibidem.*

Aquæductus, qui exiuit à patre, id eſt, à Sanctiſs. Trinitate, quæ eſt locus totius voluptatis per creationem ad irrigandum hortum Domini, id eſt, Eccleſiam, & fidelem animā, aqua triplici, ſcilicet doctrinæ, vt purgetur ab erroribus, gratiæ vt ornetur floribus, & fructibus; & tribulationum, quando mittit diſciplinam, ſicut lucem, vt vexatio eius det intellectum. Iſai. 28. *Idem ibidem.*

Aquæductus, quo influunt ad nos gratiæ de ſupernis cuius extremum gloria æterna. *Idem ibidem.*

Aquæductus exiens de Paradiſo, id eſt, à Chriſto per creationem, & recreationem, aquas, deitatis humano generi afferens. *Hugo Carenſis in cap.54. Eccleſiaſt.*

Aquæductus exiens de Paradiſo, id eſt, ab Eccleſia militante per mortem corporis directa in Cælum, illue ducens aquas miſeriarum, & tribulationum totius generis humani, ipſas Filio exponendo, & pro ipſis orando. *Idem ibidem.*

Aquæductus, per quem tantum influunt aquæ gratiarum in Ciuitatem Eccleſiæ, quem Diabolus incidere tentat, cum auxilium Beatæ Virginis nobis auferre conatur. *Idem ibid.*

Aquæductus diuerſimodè rigans hortum plantationum Domini, id eſt, vniuerſos fideles in Eccleſia commorantes: huic enim obtinuit charitatem, alteri caſtitatem, tertio humilitatem. *Albert. Magn. ſerm.2. in Natiuitate B. Mariæ.*

Aquæductus gratiæ. *Idem in Poſtillis ſuper cap.1 Lucæ.*

Aquæductus nobis gloriæ, quę à Chriſto ſuſcipiens beatitudinem, deportat eam Angelis, Patriarchis, Prophetis, Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, Virginibus, & Continentibus, ac deinceps omnibus alijs Sanctis. *Idem ſerm.1. in Feſto Omnium Sanctorum.*

Aquęductus Paradiſi, Aquis gratiarum rigans hortum plantationum, id eſt, Eccleſiam, in qua plantę fidelium hominum ſunt plantatę. *Idem ſerm.3. in Natiu. B.M.*

Aquæductus exiens de Paradiſo. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm.2.S.*

Aquæductus gratiæ ſpiritualis. *Idem in Mariali ſerm.7. M. & Bernardin. de Buſtis ſerm. 5. de Parturit. B.M.*

Aquæductus omni ex parte commendabilis. *Idem in Mariali ſerm.9. A.*

Aquęductus, per quem fluunt aquæ gratiarum de cælo in mundum. *Idem ibidem.*

Aquæductus, qui de Paradiſo, id eſt, de delitijs miſericordiarum Dei exiuit. Eccleſ. 24. *Idem ibidem.*

Aquæductus artificialis, per quem multę diuiſiones gratiarum fiunt, & multipliciter ciuitas Animæ adiuuatur, & adminiſtratur. *Ern. Preg. in Mariali cap.30.*

Aquęductus, de quo duo maxima nobis beneficia prouenium, nempè per modum generationis Filius, quem de manibus ipſius, per manus Simeonis ſuſcepimus, & Spiritus ſanctus, ſiue dona Spiritus ſancti, quę de ipſa, & per ipſam recipimus per gratiam liberalitatis, & bonitatis eius. *Idem ibidem.*

Aquęductus exiens de Paradiſo, rigans hortum plantationum, & inebrians partus ſui fructum. Exiuit enim iſte Aquęductus de loco voluptatis, de templo Dei, de ipſo, qui eſt

omnis

omnis bonitatis prima fontalitas, ſicut ipſa dicit Eccleſ.24. Ego ex ore altiſſimi prodiui, ſed per quinque millia annorum, & quaſi per ſeptuaginta ſeptem generationes, quaſi per tot milliaria abſcondita in terra, per venatu vitæ, & occultos meatus venit ad nos; rigauit autem hortum plantationum, id eſt, Eccleſiam militantem, vbi ſunt nonnullæ plantationes teneræ, & inebriauit partus ſui fructus, id eſt, eos, qui tamquam fructus maturi in triumphantis Eccleſiæ horrea ſunt collecti. *Idem ibidem.*

Aquæductus, per quem recipimus vinum Spiritus ſancti, & vinum ſanguinis. *Idem in Mariali cap.47.*

Aquæductus, qui à parte Auſtrali influit ciuitatem Eccleſiæ, vel fidelis animæ, vt dicitur Iudith.7. & quamdiu eam influit, capi non poteſt; ideò Holoſernes, id eſt, Diabolus curioſè ſatagit, quo modo ipſum intercidere poſſit. *Idem in Mariali cap.30.*

Aquæductus, quia eius precibus veniam obtinemus. *Barthol.de Piſis lib.1.de Laud. Virgin. fructu 8.*

Aquæductus cæleſtis gratiæ. *Bernardin. de Buſtis ſerm.12. de Annuc.| B. Mar. & Mauritius de Villa Probata ſerm.25. Coronæ nouæ B.M.*

Aquæductus commendabilis. *Idem ſerm. 5. de Nominat. Mariæ.*

Aquæductus habens aquas puriſſimas. *Idem ſer. 5. de Nominat. Mariæ.*

Aquæductus magnę longitudinis, latitudinis, & ſublimitatis; eius enim longitudo tanta eſt, quod attingit à cælo vſque ad terram, latitudo tanta, quod totum diuinum fontem capere potuit: altitudo tanta, quod vſque ad fontem totius diuinitatis ſe erexit, & illum tetigit. *Idem ibidem.*

Aquæductus nobis valde neceſſarius. *Idem ibid. & Mauritius de Villa Probata ſerm.27.Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Aquæductus, per quem fluunt aquæ gratiarum de cælo in mundum. *Idem ibidem.*

Aquęductus, qui de Paradiſo, id eſt, de delitijs miſericordiarum Dei exiuit. *Idem ibidem.*

Aquæductus à Deo nobis datus. *Maurit.de Villa Probata ſerm.27. Coronæ nouæ B.M.*

Aquæductus aquæ puriſſimæ. *Idem ibidem.*

Aquęductus omni ex parte commendabilis. *Idem ſerm.27. Coronæ nouæ B.M.*

Aquæductus, per quem fluunt gratiarum aquę de cælo in mundum. *Idem ibidem.*

Aquæductus, per quem venit filius Dei ad nos. *Idem ſerm.12. Coronæ nouæ B.M.*

Aquæductus, qui exiuit de Paradiſo, id eſt, de delitijs miſericordiarum Dei. Eccleſ.24. *Idem ſerm.27. Coronæ nouæ B.M.*

Aquæductus Paradiſi irrigans vniuerſam terram & Apoſtolorum, & Doctorum riuos inebrians *Ioan. Vicus lib.1. in Cantic. c.6.*

AQVILA ſingularis. *D. Bernard.ſer.3.in Aſcenſ. Domini.*

Aquila grandis magnarum alarum. *Idem ſer. 2. ſuper Salue.*

Aquila, quæ ad præceptum Domini eleuata eſt in ſita aſſumptione, quando ſcilicet aſcendit ſuper Cherubim, id eſt, ſuper choros Angelorum, & ſuper omnem intellectum humanum. *Rich. à S. Laur.de laud.Virg. lib.12.*

Aquila, quia inſtar Aquilæ in arduis poſuit nidum ſuum. Iob. 39. id eſt, in excelſis virtutibus conuerſationem ſuam, & cor ſuum in præruptis ſilicibus, id eſt, in Angelis, de quibus præruptí fuerunt ſuperbientes Angeli, quia conuerſatio eius ſemper fuit in cælo, & inde contemplatur eſcam ſuam, id eſt, refectionem mentis ſuę, ſcilicet ipſum Deum, vt eo frueretur, & ideo de hac Aquila dicitur, quod oculi eius de longe proſpiciunt in excelſi etiam mentibus, & eleuatis à terra per mundi contemptum diligit hęc Aquila per gratiam habitare. *Idem ibidem.*

Aquila, quia ſi Aquila cæteras aues præcellit in volatu, & ſolis aſpectu: Maria ſanctos cæteros in volatu contemplationis, & aſpectu ſolis iuſtitię, id eſt, Filij ſui, qui lucem habitat in acceſſibilem, quæ videlicet lux in ipſa fuit abſcondita, & quam ipſa nobis acceſſibilem fecit, vicinius, atque limpidius contemplatur. *Idem ibidem.*

Aquila, quia ſi aquila ditiſſimum facit nidum ſuum ponens in eo lapidem amethyſtum, Maria in nido ſuo, id eſt, in corde poſuit amethyſtum, videlicet fidem, qua concepit filium Dei. Luc.1. Beata, quę credidiſti, vel ditiſſimum virtutibus, & donis optimis facit nidum ſuumid eſt, cor; quod inhabitat per gratiam, vt vere dicere poſſit, qui ipſam ſpiritualiter hoſpitatur, illud Sap.7. Veneruut mihi omnia bona pariter cum illa. *Idem ibidem.*

Aquila, quia ſi aquila expellit ſerpentes, & venenum, Maria expellit à ſe ſerpentes, & venenata ſpiritualium vitiorum, quæ tamquam ad mentem eius ingredi potuerunt, fuit enim mulier timens Deum. Prou.vlt. & Eccleſ. 1. dicitur: Timor Domini expellit peccatum, id eſt, intrare non ſinit; expellit etiam à famulantibus ſibi ſerpentes, & venenata, iuxta illud Marci in fine: In nomine meo Dæmonia eijcient. *Idem ibidem.*

Aquila, quia ſi aquila optimè procurat pullos perdicibus, leporibus, & huiuſmodi; Maria procurat optimè filios ſpirituales, quos adoptat per gratiam cibo deuotionis, vino conſolationis, & compunctionis, pane lachrymarum, & huiuſmodi, & hoc paſtu dignos reddit carne, & ſanguine Vnigeniti ſui. *Idem ibidem.*

Aquila, quia ſi aquila vbicumque fuerit cadauer ſtatim adeſt. Iob.39. Maria reſpiciens miſericorditer ad cadaueroſos peccatores, ipſam humiliter inuocantes, aduolat duabus alis, pietate, & compaſſione, vt patet in Theophylo. *Idem ibid.*

Aqui-

Aquila, quoniam ſi aquila regina volucrum; Maria Regina Angelorum contemplatiuorum, & Virginum. *Idem ibidem.*

Aquila ſingularis, de cuius laude, & præconio loquitur Dominus ad *Iob.39.* Numquid ad præceptum tuum, ſicut ad meum, qui, quicquid præcipio, inſpiro, eleuabitur in natura, gratia, & in gloria etiam, & in omni prærogatiua; aquila, id eſt, Maria ſuper omnes choros Angelorum. *Albert. Magn. in Biblia Mar. ſuper lib. Iob.*

Aquila ſuper omnes aues eleuata, quia omnes quoſcumque ſuperauit ſapientia. *D. Bernard. Senenſ. Tom.3.ſerm.de Aſſumpt.B.V.*

Aquila grandis magnarum alarum. *D. Anton. in Sum.par.4.tit.15.cap.22.*

Aquia, quia ſicut aquila auium à conditore ſuo poſita eſt Regina, & ab opifice ſuo accepit ſingulariter ſupra omnes auiculas, vt volatu ſuo excellat eas altiſſimè ſe ſuper aerem expandendo, vt nulla ex eius ſubditis eam ſequi valeat, ſed ſubditi eius per aera ſuis extenduntur alis; ita B. Virgo cœli Regina, & Angelorum Domina, & decor vniuerſalis machinę mundi, electa in Matrem Dei, tam altè volauit, quod nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem, & ſingulari modo conceptu ſuo excedit omnes, qui fuerunt, ſunt, & erunt, & per conſequens ſine originali peccato fuit concepta. *Io: de Meppis in Tract. de Concept. B.V. pag. 88.*

Aquila, quia ſicut aquila oculorum ſuorum intuitu claritatem ſolis irreuerberato viſu intuetur: Sic Mater Domini diuini luminis radios abſque infectione recepit in conceptione, vbi nihil diuinæ illuminationi poterat obſiſtere, quapropter radios illos recipiens, à peccato originali fuit præſeruata. *Idem ibidem.*

Aquila altiſſimè volans. *Maurit. de Villa Probata ſerm.13. Corona nouæ B. Mariæ.*

Aquila diuina, quæ duos lapides feruorem, ſcilicet charitatis, & humillimam virginitatem in nido ſui cordis poſuit, & ſic ęternum Dei Filium ſine aliqua ſuæ integritatis violatione parturiuit. *Idem ibidem ſerm.14.*

Aquila perſpicaciſſima, tam viuax, & potens viſu, vt irreuerberata acie ſolem lucidiſſimum ſpeculetur. *D. Thom. de Villanova Conc.3. de Aſſumpt. B.V.*

Aquila perſpicax, & ſublimis, quę in clariſſimum Deitatis iubar oculos ſuos defixit, & nunquam eos ad terrena deflexit. *Idem Concione 4. de Aſſumpt. B.M.V.*

AQVILO cui: Cantic.4. dicitur à peccatore: Surge Aquilo, & veni Auſter, perſia hortum meum, & fluent aromata illius; Cum enim ſurgit Maria per piam interceſſionem, tunc venit Auſter, ideſt Spiritus ſanctus per gratiæ immiſſionę, & perflatur hortus per dulcedinis ſuſceptionem, & fluunt aromata per multiplicem beneficiorum deriuationem, de hoc Aquilone, & Auſtro Eſa. 43. Dicam Aquiloni: Da, & Auſtro: Noli prohibere, id eſt, rogabo Mariã, vt de gratia ſua tribuat, & pro hoc Auſtro, ideſt, Spiritu ſancto, vt non prohibeat, quin potius abundantius per ipſam de ſuis chariſmatibus immittat. *Bernard. Senenſ. Tom.3.ſerm.1. de Glor. Nom. Mariæ.*

Aquilo, qui, cum ſurgit per piam interceſſionem, venit Auſter, id eſt, Spiritus ſanctus per gratiæ immiſſionem, & perflato horto animæ per dulcedinis ſpiritualis ſuſceptionem, fluunt aromata per mulliplicem virtutum operationem. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 6. de Nominat. Mariæ.*

ARA Dei aſſurgens. *Venant. Fortunat. Elegia in Laud. S. Mariæ Virg.*

Ara, quia ardens igne diuini amoris ſe obtulit Deo in odorem ſuauitatis. *D. Ant. de Padua ſerm. in Dom. 12. poſt Trinit.*

Ara refugij. *Iuſtus Lipſius in D. Virg. Malenſi c.21.*

ARAM de perceptis à Deo regratiatione. *Barth. de Piſis lib.1. de Laud. Virg. fruct. 4.*

ARASPES fluuius Armeniæ; ſicut enim ille fluuius ita dictus eſt, quod omnia obſtacula ſua rapacitate dirumpat, ſic Marię ſententię nihil eſt, quod reſiſtat. Nam in Ieruſalem poteſtas eius pleniſſima eſt in tantum, vt ad illam ſicut ad Imperatricem, à quocumq; quis grauetur, omiſſis medijs, ſemper licet appellare; ſiue à carne quis grauetur, ſiue à mũdo, ſiue à Diabolo. Ideoque ſi grauat nos iniquitas noſtra: ſi nobis in foro iuſtitiæ ipſa veritas, quæ ſe negare non poteſt, aduerſatur, ſi aduerſum nos terra clamat, ſi pugnat orbis terrarum, ad Mariam appellemus, ad fontem miſericordię, ſub eius protectione conſtituamus nos, & noſtra, ad Tribunal clementiæ. *Ern. Prag. in Mariali cap.28.*

ARBOR, à qua vitrò maturus fructus elapſus eſt, nec enim oportuit vellicari, quod ſponte prodibat. *D. Cyprian. ſerm. de Natiu. Chriſti.*

Arbor ad melioris naturæ ſuſceptionem facta. *D. Ephrem. ſerm. ſiue Tractat. de Margarita pretioſa.*

Arbor ęterni Patris: inſeuit enim velut in arbore ramum in Maria filium, cum ex ipſa carnem ſumere voluit. *Idem ibidem.*

Arbor puritatis incorruptus. *S. Proclus orat.6.*

Arbor quæ protulit ſalutis fructum. *Idem ibid.*

Arbor ſplendidi fructus, ex quo nutriuntur fideles. *S. Andr. Cret. orat.2. in Annunc.*

Arbor Crucis, quia ſicut arbor triũphalis Crucis Dominicæ terribilis eſt malignis ſpiritibus, ſic Beata Virgo merito ſuę rectitudinis malignos ſpiritus terret, & expellit, ideo appellatur terribilis, vt caſtrorum acies ordinata, non enim ſic timent hoſtes viſibiles quãlibet caſtrorum aciem ordinatam, ſicut aereę poteſtates timent eius nomen, patrocinium, & exemplum: fluunt namque, & pereunt ſicut cera à facie ignis vbicumque inuenerint eius nominis crebram recordationem, deuotam

tam inuocationem , & ſollicitam imitationem. *Idiota de B. Virg. par. 1. Contempl. 11.*

ARBOR, cuius altitudo nimia. Daniel. 4. eius enim altitudo fuit humilitas nimia ; nam altum commune eſt ad ſurſum, & deorſum, ideo dicitur puteus altus, id eſt, profundus; altitudo igitur, ſiue profunditas fuit eius humilitas nimia, profundè enim erat radicata, & indè humorem gratiæ plus habebat, & firmius ſtabat. *Idem de B. Virg. par. 14. Contemplat. 49.*

Arbor, cuius aſpectus vſque ad terminos vniuerſæ terræ. Daniel 4. quia oculi miſerationis Beatæ Virginis etiam vltimos peccatores nõ deſpiciunt, ſed eos benignè reſpiciunt etiam vſque ad terminos vniuerſæ terræ, id eſt, in quibus finita & terminata eſt omnis terrenitas, vt in ſanctis & pauperibus ſpiritu. *Idem ibidem.*

Arbor, cuius folia ſunt pulcherrima, id eſt, verba eius irreprehenſibilia, in quibus non fuit aliquod prauum, neque peruerſum: pulchritudo igitur foliorum fuit diſcretio verborum Beatæ Virginis, quæ operabantur ſalutem peccatoribus, *Idem ibidem.*

Arbor, cuius fructus nimius. Daniel 4. quia Brata Virgo, quem totus non capit Orbis, in ſua clauſit viſcera factum hominem. *Idem ibid.*

Arbor, cuius proceritas tangit cœlum. Daniel. 4. ſpe videlicet & cæleſti conuerſatione, quia in corpore humano angelicam ducebat vitam. *Idem ibidem.*

Arbor, ex qua paſcebatur omnis caro, Daniel. 4. quia ſcilicet ſanctiſſimis vberibus eius nutritus eſt, ille, qui dat eſcam omni carni, imò ille, qui dedit ſe eſcam timentibus ſe. *Idem ibidem.*

Arbor, in cuius ramis conuerſantur volucres cæli Daniel 4. id eſt, ſpirituales viri, quorum conuerſatio in cælis eſt, rami etiam ſunt virtutes, & exempla B. Virginis. *Idem ibidem.*

Arbor in medio terræ. Daniel 4. id eſt, in medio Eccleſiæ omnibus communis ſine perſonarum acceptione. *Idem ibidem.*

Arbor, in qua eſt eſca vniuerſorum. Daniel. 4. id eſt, angelorum, & hominum, quia per Beatam Virginem homo manducauit panem angelorum: eſca etiam eſt magna ſcientia eius, & abundans doctrina. *Idem ibidem.*

Arbor magna, & fortis. Dan. 4. magna meritis, fortis operibus bonis, alta fide, & humilitate, magna charitate, fortis patientia, alta ſpe, *Idem ibidem.*

Arbor Myrrhæ in veſpera ſacratiſſimæ paſſionis benedicti Filij ſui. *Idem de B. Virgin. par. 14. Contemplat. 52.*

Arbor pulcherrima, ſub qua refrigerari poſſumus ab incendio vitiorum, quæ animam noſtram vrunt, & inducunt ad gehennam perpetuam. *Idem de B. Virg. par. 14. Contempl. 49.*

Arbor ſalutifera, & pretioſiſſima, cuius fructus, nempè benedictus Filius eius, optimus, & ſapientiſſimus, & ſuauiſſimus, & iucundiſſimus, omne delectamentum in ſe habens, & omnis ſaporis ſuauitatem. *Idem de Beata Virg. par. 8. Contemplat. 17.*

Arbor, ſubter quam habitant animalia, & beſtiæ. Daniel 4. quia quantumcumque animalis, & beſtialis per peccatum quis fuerit, ſi ad Bratam Virginem toto corde confugerit, ipſum protegit ab æſtu ſolis, id eſt, ab ira benedicti Filij ſui, & incendio gehennæ, & feruore concupiſcentiarum carnalium, & deſideriorum ſæcularium. *Idem de B. Virg. par. 14. Contemplat. 49.*

Arbor ab antiquo ſanguine nata ſenum, in lętis, & vernantibus hortis. Io: *Geom. in B. Virg. Mar. Hymn. 2.*

Arbor pulcherrima, cuius fructum, id eſt, Chriſtum ſuſcipere debemus in feſtiuitatibus noſtris, eo refici, eo ſatiari, illius carne, & ſanguine impinguari, & inebriari. *D. Bruno, Carthuſ. ſerm. de Aſſumpt. B. V.*

Arbor pulcherrima, cuius nunquam de bemus obliuiſci, ſed ad ipſam ſemper reſpicere, fructumque vitæ, & ſalutis ab ea quærere. *Idem ibidem.*

Arbor imputribilis, quia Virgo incorrupta permanens, Mater extitit. *Hugo de S. Victore ſerm. in Aſſumpt. B. M. Virg.*

Arbor Libani, quia de ſæculo præſenti carnis originem habuit. *Idem ibidem.*

Arbor, quæ ipſius Libani, id eſt, ſeculi altitudinem, ſe ad alta ſurrigens exceſſit, quia cunctam mundi gloriam ſuarum ſublimitate virtutum inæſtimabiliter tranſcendit. *Idem ibidem.*

Arbor pulcherrima, cuius fructus corpus, & ſanguis Filij Dei. *Ruper. Abbas lib. 2. Commentar. in Leuitic. cap. 37.*

Arbor ſublimis, & nobilis, quæ ſublimem protulit fructum, Dei videlicet Filium. *Richard. à S. Victore Expoſit. in Cantic. Canticor. c. 30.*

Arbor inflammata, ſed comburi neſcia. *Idem Expoſit. in Cant. Canticor. cap. 42.*

Arbor, ad cuius vmbram, ſi quis confugiat per diem Sol non vret eum, neque Luna per noctem. *Adam de Perſ. ſerm. in Annunciatione B. Virgin.*

Arbor, cuius vmbra priuilegium gratiæ ſingularis, quod ei contulit obumbrans ipſi Altiſſimi virtus, & plenitudine gratię cumulans mentem, & partu diuino grauidans ventrem. *Idem ibidem.*

Arbor fructuoſa, in medio Paradiſi plantata, ramis expanſa, radice firmata ; ipſa quippe eſt, quæ dicit : in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui, & radicaui in populo honorificato, & in parte Dei mei hęreditas illius. *Idem ibidem.*

Arbor, quæ ſine termino dilatauit ſe, operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei, nempe ſublimes meritis ſanctos. *Idem ibidem.*

Arbor ſapientię fructum proferens,quæ palatum animę reparat ad ſaporem boni,& malorum experientiam dedocet, reſtitens hominem amiſſæ Beatitudini. Arbor enim illa ſcientię boni, & mali, guſtu ſuo experientiam mali contulit, & boni ſcientiam ex parte abſtulit, & de bono miſerum fecit. *Idem ibidem.*

Arbor benedictus fructus. *S. Dominicus in Compendio Conc.de Salut.Angel.*

Arbor deſignata per arborem , quam ſe vidiſſe dicit Nabuchdonoſor . Dan.4. quam ſic deſcribit dicens: Videbam, & ecce arborem in medio terrę. & altitudo eius nimia: magna arbor, & fortis,& procęritas eius contingens cælum, aſpectus illius vſque ad terminos vniuerſæ terræ , folia eius pulcherrima , & fructus eius nimius, & eſca vniuerſorum in ea, ſubter eam habitabant animalia, & beſtię,& in ramis eius conuerſabantur volucres cæli, & ex ea veſcebatur omnis caro. Fuit enim B. V. Arbor in medio terræ, id eſt, in medio Eccleſiæ omnibus comunis, ſine perſonarum acceptione: & altitudo eius, id eſt, humilitas nimia : altum enim comune eſt ad ſurſum, vel deorſum. Vndè Ioann. 4. puteus altus,id eſt, profundus ; fuit magna meritis, quia fecit ei magna, qui potens eſt. Luc.1. Fortis in operibus bonis, procera ſpe , vel magna ad bona agęda.fortis ad mala toleranda,procera ad ſublimia conręplanda; vndè ſequitur,& procęritas eius contingens cælum,ſpe videlicet , & cæleſti conuerſatione . Aſpectus eius fuit vſque ad terminos vniuerſæ terræ ; oculi enim eius miſericordes,etiam vltimos peccatores non deſpiciunt, ſed benignè reſpiciunt, vel oculi eius vſque ad terminos vniuerſę terræ, quia in ipſis ſpecialiter delectatur, & eos reſpicit,in quibus finita,& terminata eſt omnis terrenitas,& in ſanctis, & pauperibus ſpiritu folia eius pulcherrima, id eſt, verba eius irreprehenſibilia, fructus eius nimius, quia quem totus non capit orbis,in eius ſe clauſit viſcera factus homo,& eſca vniuerſorum in ea, id eſt Angelorum, & hominum, quia per eam panem Angelorum manducauit homo, & per eam homines, & Angeli comedunt in menſa altaris, quaſi in vno refectorio ſacramentũ filij ſui;ſubter eam habitabant animalia, & beſtiæ, quia quantumcumque animalis, & beſtialis per peccatum quis fuerit,ſi ad eam toto corde confugerit, ipſum proteget ab æſtu ſolis , id eſt ira filij,& incendio gehennæ, & feruore concupiſcentiarum carnalium, & deſiderio ſæcularium . Et in ramis eius conuerſabantur volucres Cæli,id eſt,ſpirituales viri , quorum conuerſatio in Cælis; Rami eius, ſunt eius virtutes, & exempla de quibus dicit ; Rami mei honoris , & gratiæ: humiles conuerſantur in ramo humilitatis, miſericordes in ramo pietatis, & ſic de alijs, & ex ea veſcebatur omnis caro, eius enim vberibus nutritus eſt ille , qui dat eſcam omni carni , imò ille, qui dedit ſe eſcam timentibus ſe. *Richard. à S. Lauren. de Laud. Virgin. libro* 12.

Arbor, propter virorem virginitatis, humorem gratiæ, medullam pietatis, folia ſacrorum verborum, frondes bonorum operum , flores ſãctorum deſideriorũ, fructum vnigeniti Dei, vmbram protectionis, refrigerium illorum, qui malè exæſtuant,radium humilitatis,fidei, & charitatis,celſitudinem ſpei,& eminentiam contemplationis. *Idem ibidem.*

Arbor pulcherrima, de qua legitur Leu.23. Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimę.Hęc enim arbor virgo eſt, cui dicitur à filio Cant. 4.Tota pulchra es amica mea , cuius fructus multiplex Chriſtus Dominus , qui in Sacramento fructus eſt hominum , & angelorum, qui eo fruuntur , nec faſtidiunt : qui fructus omnia eſt in omnibus,id eſt, ſufficientia omnium ſicut dicitur 1. Cor.15. & ideo non dicitur:Sumetis vobis fructum, ſed fructus pluraliter , quia ipſe eſt manna omnis ſaporis. Sap. 16. *Idem ibidem.*

Arbor ramoſa, & frondoſa , cuius pulchritudo delectabilis ad intuendum , vmbra deſiderabilis ad quieſcendum , fructus appetibilis ad edendum. *Idem ibidem.*

Arbor vitæ , cuius fructus eſt vita gratiæ hic, gloriæ in futuro, ſcilicet Chriſtus Dominus. *Idem de Laud.Virg.lib.*2.

Arbor vitę , quia ſicut arbor fœcunda neſciens ſterilis permanere,vniuerſis, & ſingulis ramis ſuis, & frondibus poſſidentibus ſe reddit fructum, ita Maria, toti mundo, & maximè ſeruis,& ſpecialibus ſuis vniuerſis , & ſingulis membris ſuis tulit, & reddidit fructum vitę. *Idem ibidem.*

Arbor pulcherrima, cuius fructus fuerunt humilitas , & paupertas, *D.Anton. de Padua ſerm. in Dom.in Ramis Palmorum.*

Arbor pulcherrima , cuius fructus paupertatem, ſcilicet, & humilitatem nobis ſumere debemus, iuxta illud Leuit,23.Sumetis vobis fructus arboris pulcherrimę. *Idem ibidem.*

Arbor,cuius fructus delitioſus. *Abſalon Abbas ſerm.3. de Aſſumpt.B.V.*

Arbor noſtra fructifera , in cuius ramis fructum dulcem cupioſiſſimè omnes inuenire poſſunt, niſi fortè languenti appetitu,tamquam ęgroti , quæ ſuauia ſunt, & dulcia faſtidiant, ſic enim plerumque ſolet accidere, quod palato non ſano pœna ſit panis,& ęgris oculis odioſa lux eſt , quæ puris eſt amabilis . *Idem ibidem.*

Arbor, quę fructum fecit amarum , dum amaritudines illas amariſſimas ſuſtinuit,dum aſtitit Crucifixo, dum vidit mortuum, dum ſecuta eſt fugientem in Ægyptum, dum perſecutiones ſuſtinuit in cæteris , qui fuerunt imitatores viarum eius. *Idem ibidem.*

Arbor ſublimis, & fructifera : ſublimis , quia ſuper cęlos aſcendit; fructifera, quia fructum fecit multiplicem. *Idem ibid.* Ar-

Arbor, cuius fructu indeficiente, cuius paſtu immortali cæligenis, atque terriginis, eſt iugis epulatio, continua exultatio, felix, & ſempiterna laudatio. *D. Amedeus Homil. 8. de Laud. B. Virg.*

Arbor plantata in medio Paradiſi, attollens verticem in altitudinem cæli, & de ſuperno rore concipiens, fructum referens ſalutarem, fructum gloriæ, fructum vitæ, de quo qui ederit vivet in æternum. *Idem Homil. 1. de Laudib. Virgin.*

Arbor producens fructum vitę. *Idem Homil. 7. de Laudib. Virgin.*

Arbor ſalutifera generans cibum vitæ, & manna cæleſte. Manna habens omne delectamentum, & omnem ſuauitatem, ad quod ſi primus Adam attingeret, mortem non guſtaret in æternum. *Idem Homil. 1. de Laud. Virg.*

Arbor altiſſima, ſimul & breuiſſima, altiſſima dignitate, breuiſſima humilitate, altiſſima in oculis Domini, breuiſſima in oculis ſuis. *D. Bonauent. in Speculo* B. *Virg. c. 14.*

Arbor fructus vitæ. *Idem libro citato cap. 16. & vltimo.*

Arbor glorioſa. *Idem in eodem Speculo c. 14.*

Arbor magna, quæ latè ad homines, longè ad Angelos, altè ad Deum ramos ſuos extendit. *Idem ibidem.*

Arbor mirè culta. *Idem in Pſalterio minori Beatæ Virg. Quinquagen. 3.*

Arbor pulcherrima, quæ non ſolum habuit pulcherrimum fructum ventris, ſed & pulcherrimos fructus mentis. *Idem in Speculo B. Virg. cap. 14.*

Arbor pulchra folijs oris, pulchrior in floribus cordis, pulcherrima in pulcherrimo fructu ventris. *Idem ibidem.*

Arbor radicatiſſima humilitate ſuper omnes, & ideo ſuper omnes digniſſima cæleſti fructu. *Idem ibidem cap. 15.*

Arbor ſalutis, quia mundo fructum ſalutis portauit. *Idem in eodem Speculo cap. 14.*

Arbor vitæ fructifera. *Idem in Litanijs Pſalterij B. Virgin.*

Arbor vitalis in medio Paradiſi. *Idem in Laud. B. Virg. Maria.*

Arbor bona, quæ optimũ fructum facit. Matth. 7. Non poteſt arbor bona, id eſt, Maria bona in natura, melior in gratia, ſed optima in gloria, fructus malos facere, *Alb. Magn. in Biblia Mar. ſuper Euang. Matthæi.*

Arbor cibans, & obumbrans. Leuit. 23. *Idem in Biblia Mar. ſuper lib. Leuitic.*

Arbor gemmata conceptione, ſtans onerata nobili onere, vtero tumente, & pomis mammillarum modico tumore prorumpentibus. & iam per modum gemmarum conceptum demonſtrantibus, pietatis humorem, in cuius figura num. 17. dicitur; Turgentibus quippe gemmis flores eruperant, qui folijs dilatatis in amygdalum formati ſunt. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc.*

Arbor in medio terræ, id eſt, Eccleſiæ omnes reſpiciens, & quantum in ſe eſt, communiter ad omnes ſe habens. Daniel. 4. *Idem in Biblia Mar. ſuper Danielem Prophetam.*

Arbor, quæ fronduit in ſalutarium verborum emiſſione, de modi inquiſitione, cum dixit. Quomodo fiet iſtud? de ſui conſenſus expreſſione, cum adiunxit: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum: de pacis eulogio, cum Eliſabeth ſalutauit: de gratiarum actione, cum intulit; Magnificat anima mea Dominum, vt verè dicatur de ea illud Oſeę 10. Vitis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei. *Idem ſuper cap. 11. Luc. in Poſtillis.*

Arbor, quę ramis expandit ad omnes dilatata latitudine charitatis, fructum ſuum porrigẽs omnibus: Eccleſ. 24. Rami mei honoris, & gratiæ. Daniel. 4. Volucres cæli requieſcunt in ramis eius, hoc eſt, animæ ſanctorum, pennatæ virtutibus, in ramis B. Virginis, quibus fructum porrigit, requieſcunt. *Idem ibidem.*

Arbor virens virtute, plantata ſecus decurſus aquarum, hoc eſt, riuos vberrimos donorum Spiritus ſancti, conſolationum, & gratiarum, portans fructum dependentem à ſanctis viſceribus, & pendenti à viſceribus ſacroſancti ſanguinis ſui, ad formationem, & nutrimentum, & augmentum, ſubminiſtrans ſuccum. *Idem ibidem.*

Arbor cæleſtis, quæ protulit folia verborum, flores virtutum, & fructus operum. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 10. A.*

Arbor fœcunda, quæ nobis illum fructum attulit, de quo dicitur, benedictus fructus ventris tui, cuius odor patrem reconciliauit, cuius ſapor totum mundum delectauit. *Idem ſerm. 2. pro Sabat. 2. Hebdom. 40.*

Arbor pulcherrima ſupra omnem terræ altitudinem, & latitudinem extenſa, perſpicua, vt ſpeculum perlucidum, folia habens aurea, ſuauiſſimum ſonum reddentia, in cuius ſummitate flos fuit delitioſiſſimus, qui totum orbem contexit; & odore mirifico reſperſit. S. *Metbildis lib. 1. Gratiæ ſpirituali c. 45.*

Arbor vitæ in Paradiſo conſita. *Nicephorus Caliſtus lib. 2. Hiſt. Eccleſ. c. 22.*

Arbor balſami prætioſiſſima. *Ern. Prag. in Mariali cap. 65.*

Arbor beata, in qua nihil omnino ſterile, nihil extitit otioſum. *Idem in Mariali c. 43.*

Arbor bona antonomaſticè, quia omniumbonarum arborum virtutes habet, fructus, & gratias. *Idem ibidem.*

Arbor pulcherrima, cuius fructus Dominus noſter Ieſus Chriſtus. *Idem in Mar. cap. 46.*

Arbor ſethin incremabilis, atque imputribilis, quam nec ignis cupiditatis vnquam læſit, nec putredo corruptionis alicuius tetigit, nec vermis conſcientiæ vnquam vel in minimo momordit. *Idem in Mar. c. 56.*

Arbor ſethin leuiſſima; quia ſanctiſſima, id eſt, ab omni contagione remotiſſima, & per omnimodam honeſtatem pulcherrima. *Idem ibidem.*

Arbor tota plena gratiæ, & omni ex parte, vtilis, laudabilis, & fructuoſa. *idem in Mariali cap. 43.*

Arbor vmbroſa vniuerſam occultans rationalem naturam, & omnem intelligibilem ſublimitatem tranſgrediens, ex qua agricola ipſe arcano modo, tanquam ex vmbroſo monte apparuit, & figuras in veritatis quietem ceſſare fecit, cuius fructus cum acceptus fuerit, immortalitatis eſca communicantibus euadit. *Iacobus Monachus in Mariali capitul. 6.*

Arbor excelſa delectabilis, & pulcherrima. *D. Brigitta in ſerm. Angelico de Excellentia Virgin. cap. 8.*

Arbor miſericordiæ. *Barth, de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fruct. 2.*

Arbor omnibus pandens miſericordiæ ſuę ſinum. *Idem ibidem fructu 8.*

Arbor præclara, & ſuper cæleſtis omnique gratia plena. *Iſidor. Theſſalon. de Aſſumptione B. Virgin.*

Arbor in medio terræ, id eſt in medio omnis creaturæ, cuius altitudo nimia, quia incomprehenſibilis eſt omni puræ creaturæ. Dan. 4. *D. Bernardin Senenſ. Tom. 3. ſerm. 1. de Glorioſo Nomine Mariæ.*

Arbor cæleſtis. *Bernardin. de Buſtis ſer. 4. de Nominat. Mariæ, & Mauritius de Villa Probata ſerm. 9. Coronæ nouæ B. M.*

Arbor diuina, ſuper omnes fructuoſa. *Idem ſerm. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Arbor pulcherrima, cuius fructus Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Luc. 23. *Idem ſerm. 4. de Nominatione Mariæ.*

Arbor, ſub qua omnibus deuotis Chriſtianis eſt quieſcendum, Geneſ. 18. *Idem ibidem,*

Arbor ligni incorruptibilis. Io: *Trithem. lib. 1. de Mir. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

Arbor bona fructuum bonorum. *Maurit. de Villa Probata ſerm. 3. Coronæ nouæ B. M.*

Arbor digniſſima fructu ſuauiſſimo ornatiſſima, *Idem ibidem ſerm. 7,*

Arbor fructus generoſi. *Idem ibidem ſerm. 1.*

Arbor glorioſiſſima. *Idem ibidem.*

Arbor, quę genuit fructum ſalutis noſtræ. *Idem ſerm. 21. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Arbor tam bona, vt in fructuum productione, melior inueniri non poſſit. *Idem ibidem ſermone 3.*

Arbor fœcundiſſima, & ſanctis donorum Dei, & operum bonorum fructibus onuſtiſſima. *Rober. Bellarmin. Concione 18. de Domin. Sexageſima.*

ARCA animata Dei Legislatoris. *S. Methodius Homil. in feſto Purificat. B. V.*

Arca Dei, quæ ex diuerſorio Bethlemico ſe attollens (ſoluit enim legi quadraginta dierum debitum, non quod eo teneretur, ſed quod gratuitò id facere volebat) in montibus Sion requieuit. *Idem ibidem.*

Arca Dei ratione prædita. *D. Gregor. Thaumat. ſerm. 3. in Annunc. B. M. V.*

Arca ſanctificationis, intrinſecus, & extrinſecus deaurata, quę vninerſum ſanctificationis theſaurum ſuſcepit. *Idem orat. 1. in Annunciat. B. Mar. Virg.*

Arca Noetica. *Iacob. Niſibenſis in Cantic. in Laud. B. Virg.*

Arca ſanctificationis. *D. Athanaſ. orat. in Domini occurſum, ſeu in Purificat. B. V.*

Arca ſpiritalis gloriæ. *D. Epiphan. ſerm. de Laud. Virg.*

Arca, quæ non portauit intrinſecus teſtamenti tabulas, ſed ipſius teſtamenti geſtauit hæredem. *S. Ambroſ. ſerm. de Comm. Conf. Pont.*

Arca, quia ſi Arca intra ſemet legem, Maria euangelium retinebat, & ſi illa Dei vocem habebat, Maria vebum. *Idem ibidem.*

Arca, quia ſi arca intus, foriſque, auri nitore radiabat; Maria intus, foriſque virginitatis ſplendore fulgebat, & ſi Arca terreno ornabatur auro, Maria cæleſti. *Idem ibidem.*

Arca vera. *D. Ephrem. ſerm. de Laud. Beatæ Mariæ Virgin.*

Arca Dei rationalis. S. Io: *Chryſ. orat. de Annunciat. B. Virg.*

Arca Domini ſancta, & indiſſolubilis. *Idem ſer. 6 de Aſcenſ. Domini.*

Arca incorrupta, qaæ incomprehenſibilem ineſtabili ratione comprehendit. *Idem orat. 10. de Partu B. Virgin.*

Arca legis ſecunda, ex qua vera vitis germinauit. *Idem orat. in Natiuit. B. Virg.*

Arca ſpiritualis gloriæ. *Idem Homil. in Chriſti Natiu. apud Combef. Tom. 1. ſuæ Bibl.*

Arca rationalis, quæ errorem obliterauit, per quam viuificata eſt natura à peccato necata. *Idem ibidem.*

Arca Dei, quæ non legem portauit, ſe legiſlatorem ipſum in vtero geſtauit. *S. Proclus orat. 5. quæ eſt de Laud. B. Virg.*

Arca intrinſecus, & extrinſecus deaurata, corpore, videlicet, & ſpiritu ſanctificata. *Idem orat. 6.*

Arca non legem, ſed ipſum legislatorem ferens. *Theodor. Ancyr. orat. in Natalem Domini,*

Arca Numinis vndique aurea. *S. Sabba in Menæis Græcor. die 14. Auguſti.*

Arca nitens. *Venant. Fortunatus Elegia in Laud. S. Mar. Virg.*

Arca cæleſtis. *S. Andr. Cret. orat. 3. de Dormit. B. Virgin.*

Arca Dei noua, ſin qua Dei ſpiritus conquieſcit. *Idem orat. 1. in Annunc. B. V.*

Arca diuina. *Idem Cantic. in Natiu. S. Ioan. Præcurſoris.*

Arca intelligibilis ſanctificationis. *Idem in Cant. de Natiu. B. Virg.*

Arca, in qua noſter Noe Chriſtus humanitatem ſeruauit. *Idem orat.in Annunc.B.Virg.*

Arca, in qua nouæ gloriæ ſanctificatio, & qui natura ſanctus eſt, in virginea naturę officina, corpus ſibi ratione mirabili fabricatus eſt, non deponens id quod erat (eſt enim immutabilis) ſed aſſumens id, quod non erat. (eſt enim benignus, & hominum amantiſſimus. *Idem ibidem.*

Arca mundo excelſior, cuius figura fuit Arca legalis, *Idem orat. 3. de Dormit.B.Virg.*

Arca noua gloriæ Dei, in qua eſt vrna aurea, & virga Aaron, quæ germinauit,& tabulę teſtamenti. *Idem ibidem.*

Arca Numinis,verè illuſtriſſima, inſidentem ſibi Chriſtum, ſeu propitiatorij tabulam geſtans. *Idem in Menæis Græcor.die 5.Februarij.*

Arca ſanctificationis, pro qua Dauid Chriſtum ſupplicabat dicens: Surge Domine, tu & Arca ſanctificationis tuæ. *Idem orat.3.de Dormit. B. Virgin.*

Arca ſuper mundana.*Idem ibidem.*

Arca vitæ. *Idem in Magno Cant.*

Arca, Arca Noelatior, longior, illuſtrior;illa enim erat animalium Arca, hęc autem Arca vitæ; illa corruptibilium animalium, iſta vero vitæ incorruptibilis; illa ipſum Noe, hæc vero ipſius Noe factorem portauit; illa duas & tres contignationes, & manſiones habebat, hæc autem vniuerſum Trinitatis complementum, quandoquidem, & Spiritus ſanctus adueniebat, atq;hoſpitabatur, & Pater obùbrabat, & filius vtero geſtatus inhabitabat.Spiritus enim ſanctus, ait Gabriel,ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi,ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei. *Iſychius ſerm.2.de Laudib.Virg.*

Arca ſanctificationis Domini. *Idem ibidem.*

Arca vitæ incorruptibilis, non corruptibilium animalium; vt Noe. *Idem ibidem.*

Arca vitæ, non animalium, vt Arca Noe. *Idem ibidem.*

Arca, non ea, in qua erant omnium animalium genera, quemadmodum in Arca Noe, quæ fluctuantis vniuerſi mundi effugiebat naufragium; Arca non ea, in qua erant tabulæ lapideæ, quemadmodum in Arca, quæ per totum deſertum vna cum Iſraele perambulabat; ſed Arca, cuius Architectus, & Incola, Gubernator, & Mercator, Comes vitæ, & Dux, erat Opifex omnium creaturarum, quas in ſe ipſe vniuerſas portat, ſed à cunctis ipſe non comprehenditur. *Chryſipp.ſerm.de S.Maria Deipara, qui extat Tom.6. Biblioth. Magna Veter PP. par.2.*

Arca pretioſiſſima. *Idem ibidem.*

Arca, quæ excepit totius ſanctificationis theſaurum. *Idem ibidem.*

Arca ſanctificationis à Domino ſigillata.*Idem ibidem.*

Arca verè regia. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti. *D. Seuerus Alexandrin. in libr. de Ritibus Baptiſmi Tom.4. Bibliothec.PP.edition. 1. Tom.7. Biblioth.magna.*

Arca Dei viuentis, de qua natus eſt Chriſtus Dei virtus, & Dei ſapientia. *D.Ildephon.ſer.1. de Aſſumpt.B.Maria.*

Arca non in Hieruſalem, quam decoxit,vel euaſtauit Chaldeorum exercitus, ſed in illam veram, & cæleſtem, quam fundauit Deus, & non homo collocata. *Idem ibidem.*

Arca noui teſtamenti. *Idem ibidem.*

Arca ſacramentorum, ſupra quam ſanè propitiatorium,& Cherubim hinc inde obumbrantia figurantur, quia Mariæ nullum extrinſecus obrepſit peccati contagium, ſed intus omnis cuſtodia legis, & manna fuit, quod eſt mirabile ſacramentum, ac propitiatio humanæ ſalutis. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti,ab Angelis ad ſublimia glorioſiſſimè deportata. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti antequam in figura Chriſti Regem deuotiſſimè nudum ſaltaſſe legimus, & poſt ſex paſſus hoſtias immolaſſe. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti Dei, ad ſuperos translata, exterius inaurata virtutibus, & fabricata interius auro puriſſimè Maieſtatis, in qua lex Teſtamenti Dei, & Manna fuit, quę de cęlo fluxerant,virga quoque Aaron, quę floruerat. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti introducta in Hieruſalem cæleſtem cum gaudio exultationis. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti Dei, quam B. Ioannes Euangeliſta, teſtis veritatis, vidit in templo Dei, id eſt, in Eccleſia Dei. *Idem ibidem.*

Arca aurea, in qua ſancta quęque repoſita. *Anonym. in Euchologio, ſeu Rituali Græcor. in Canone funereo pro mulieribus defunctis.*

Arca nouæ legis. *Idem in Menæis Græcorum die 20. Iunij.*

Arca ſanctificationis. *Idem in Menæis Græcorum die 15. Auguſti.*

Arca ſanctiſſima. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcor.in officio exequiarum.*

Arca ſanctificationis, quæ intus accepit eum, qui dedit legem, quæ portauit manna cæleſte, quę à diluuio peccati ſeruauit noſtram naturam, & per partum liberauit orbem terrę ab interitu. *Georg.Nicomed.in orat.de Exitu ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparentis,quando fuit oblata in templo.*

Arca eorum, qui ſalutem conſequuntur. *S. German. Conſtantinop. orat.3. de Aſſumptione B. Virgin.*

Arca, in qua Pater, & Auctor vitæ noſtrę, ceu thalamo ſeruatus eſt. *Idem in ſuo Marialí fragm. 16.*

Arca ſacra, & intelligibilis teſtamenti noui illius, qui nobis in cruce veniam ſubſignauit. *Idem orat.1.in Præſentat.B.Virg.*

Arca ſanctificationis, vndique cooperta auro, nimirum illuſtrante Spiritu ſancto. *Idem ſer. in Natiuit. B. Virgin.*

Arca votis annuens, preces noſtras nullius licet pretij, & valoris admittens ratas. *Idem orat. in Annunc. B. Virg.*

Arca ſanctificationis Domini. *Coſmus Hieroſolymit. in Theogoniam Hymn. 13.*

Arca Dei Animata, quam nulla profani hominis attigit manus. S. *Io: Damaſcen. in Menæis Græcor. die 27. Martij.*

Arca, Dei fabrica extructum tectũ noui mundi conditoris conda proma, ex qua Chriſtus, nouus Noe, ſupremum mundum replens incorruptione, procedit. *Idem in orat. 4. de Natiuit. B. Virgin.*

Arca Dei viua, prophanorum manu in attrectanda. *Idem in Carmine de Annunciat.*

Arca Deum complexa. *Idem in Menæis Græcor. die 27. Ianuarij.*

Arca diuinæ ſanctificationis, continens ſupernaturaliter Deum, qui veritate, & ſpiritu diuino ſe colentes, tamquam Deum redemit. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Arca Domini animata, & intellectualis, ad filij ſui requiem in ſua Aſſumptione translata. *Idem orat. 3. de Aſſumpt. B. M. Virg.*

Arca ex auro confecta. *Idem in Menæis Græcor. die 27. Martij.*

Arca, quæ ſecundi mundi ſemen conſeruauit. *Idem in orat. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*

Arca animata Legislatorem continens. *Idem Can. in S. Ananiam.*

Arca aurea, quæ ſuſcepit Legislatorem. *Idem Can. in Annunc. Deip.*

Arca deaurata intellectualis ſanctificationis. *Idem in Can. SS. Deip.*

Arca Dei animata ab immundorum manibus nullo modo attingenda. *Idem Cant. in Annunciat. Deip.*

Arca Dei auguſtiſſima diuina colloquijs dignata, ac diuinitatis capax. *Idem ibidem.*

Arca Deum continens. *Idem in Can. SS. Deip.*

Arca diuinę ſanctificationis ſupra naturæ rationem Chriſtum continens, qui ſedet in paterno ſinu. *Idem in Octoec. Græcor.*

Arca noui Teſtamenti. *Idem ibidem.*

Arca ſancta. *Idem Can. 2. in Dormit. B. V.*

Arca noua a Creatore pręparata, centies millies Arca Noe, ac etiam illa Moyſis præſtantior; illa enim legem, Hæc Deum ipſum excepit. *Ioann. Eubens orat. in Concept. S. Dei Genitrie.*

Arca noua, Deiferaque, quę in vtero fabricata eſt Annę, ex radice Iudæ, Ieſſe, & Dauid. *Idem ibidem.*

Arca aurea, quæ legis Datorem ſuſcepit. *Theophanes Niceenus Hymno in Annunc. Sanctiſſimæ Deiparæ in Appendice Biblioth. PP.*

Arca Dei. *Idem in Menæis Græcor. die 15. Auguſti.*

Arca à Dauid pronunciata, Regi creaturarum omnium, ac Deo raſeruata. *S. Ioſeph. Hymn. Canone in Natiu. B. Virg.*

Arca animata. *Idem in Menæis Græcor.*

Arca Dei. *Idem ibidem.*

Arca figurata, quę non duas tabulas, ſed ipſum in ſe geſſit legislatorem Chriſtum. *Idem in Paracl. Græcorum.*

Arca intelligibilis, quę Legislatorem portauit. *Idem in Menæi Græcorum.*

Arca ſancta. S. *Ioſeph. Hymn. in Menæis Græcorum.*

Arca ſanctificationis intimę, intellectu potius, quam externo quodam ſenſu delibandę. *Idem in Can. de Zona B. Virg.*

Arca Teſtamenti. *Idem in Menæis Græcor.*

Arca venerandę ſanctificationis. *Idem ibidem:*

Arca diuina. *Simeon Metaphraſtes in orat. de Ortu, & Vita, & Aſſumpt. B. Virg. apud Surium Tom. 4. ſub die 15. Auguſti.*

Arca noua glorię Dei, in qua vrna aurea, & tabulæ teſtamenti, & virga Aaron, quæ fronduerat. *Ioann. Epiſcop. Aretinus in Tract. de Dormitione Sanctiſs. Virg. Mariæ.*

Arca ſaluandorum. *Idem ibidem.*

Arca vitæ. *Idem ibidem.*

Arca clementiſſima communicãs egeno, & pauperi theſaurum indeficientem, quo anima eorum ditetur in ęternum. *Idiota de B. Virg. par. 14. Contempl. 29.*

Arca fœderis Domini, quia fœderauit nos Trinitari. Nam Patri attribuitur poteſtas, Filio ſapientia, Spiritui ſancto benignitas, ſiuè bonitas, Patrem offenderamus per ſuperbiam, Filium per inſipientiam, Spiritum ſanctum per malitiam, quę omnia in peccato concurrerunt: ſcilicet ſuperbia, qua Adam voluit eſſe ſicut Deus; inſipientia, qua credidit fieri ſicut Deus; malitia, qua contradixit ei, quod præceperat Deus, vel conſenſit ei, quod prohibuerat Deus. Sed Beatiſſima Virgo Arca fœderis fuit, nam per humilitatem reconciliauit nos Patri, quoniam ipſe reſpexit humilitatem Ancillę ſuę: filio nos vniuit, & iunxit, quoniam credendo ipſum concepit: & per eam Spiritus ſanctus nos repleuit, qui eam impleuit, vt de plenitudine ipſius omnes acciperemus gratiam pro gratia. *Idem ibidem.*

Arca fœderis, quia per eam Dei fœdus ad nos firmatum eſt, nam antequam fieret hæc Arca, id eſt, Virgo Maria, eramus inimici, & firmatum chaos magnum inter nos, & Deum, vt qui vellent hinc tranſire ad eum, non poſſent, & ideo per Beatam Virginem venit Dei Filius ad nos: factus eſt Emanuel, id eſt, nobiſcum Deus, vt tam Filius, quam Mater reduceret nos ad Patrem, & reduxit, & ſic fœdus ſempiternum conclamatum eſt, ſcilicet Pax hominibus bonę volũtatis; quia Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, id eſt, & quæ in cęlis, & quę in terris, in ſe reconcilians ima ſummis. *Idem ibidem.*

Arca, in qua fuerunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientię Dei abſcondiri. *Idem ibidem.*

Arca, in qua Ieſus Chriſtus cuſtoditus, & celatus fuit Diabolo, & ſæculi principibus, quia ſi eum cognouiſſent, numquam Dominum glo-

gloriæ crucifixiſſent, *Idem ibidem.*

Arca Noe facta de lignis leuigatis, id eſt, politis, & bituminatis: fuerunt autem Parentes de quibus ortum Maria habuit, puliti per honeſtatem conuerſationis, quia nihil in eis fuit, quod offenderet oculos inuentium, licet conuerſarentur in medio nationis, pernerſæ, nam aſpectu, auditu, opere erant iuſti, & fuerunt etiam bituminati per feruorem charitatis. *Idem de B. Virg. par. 3. contempl. 4.*

Arca Noe linita bitumine intrinſecus, & extrinſecus; ſcilicet quoad Deum, & proximum, bitumine ſcilicet charitatis feruentiſſimæ, & indiſſolubilis, cuius longitudo fuit decor omnium virtutum, & maximè fides, quæ dicitur longitudo dierum, id eſt, claritatis viſionis diuinę, cuius latitudo fuit charitas, quæ extendebatur vſque ad inimicos, & cuius altitudo fuit ſpes, quę vſque ad ſecreta Altiſſima pertingebat, quia ſpes eſt certa expectatio beatitudinis futuræ ex gratia, & meritis præcedentibus proueniens. *Idem ibidem.*

Arca Noe, quam Deus fecit non ſolum ſibi, ſed etiam hominibus, & Angelis, & tori Trinitati, quia Beata Virgo omnia omnibus facta eſt, in qua fuerunt recouditi theſauri deſiderabiles, & virtutum chariſmata, & fuit omnium virtutum decore ornata. *Idem ibidem.*

Arca propitiationis, quia mater eſt, & Regina miſericordię, & Mater illius, & filia, qui eſt Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, & qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris. *Idem de B. Virg. par. 14. contempl. 29.*

Arca, quam Deus Pater fieri ordinauit per Noe, id eſt, filium ſuum, quia Noe interpretatur requieſcens, per quem intelligitur benedictus Filius Dei, qui requieuit in vtero Beatæ Virginis. *Idem de B. Virg. par. 3. contempl. 4.*

Arca, quia ſicut Arca dicitur ab arcano, ſic Beata Virgo eſt ſecretum Dei, qui eam Arcam clauſit, clauſit, & nemo aperit. *Idem de B. V. par. 14. contempl. 29.*

Arca Teſtamenti, de qua ſcribitur Apocal. 11. Apertum eſt templum Domini in cœlo, & viſa eſt Arca teſtamenti eius in templo eius. *Idem ibidem.*

Arca Dei myſtica. *Leo Imperator in orat. de Natiuit. B. Virg.*

Arca fœderis, & ſanctimoniæ. *Idem in orat. de Aſſumpt. B. Virg.*

Arca gloriosa ſanctuarij. *Idem in orat. de Natiu. B. Virgin.*

Arca, in qua Dominus, cum figmentum manuum ſuarum per eam à lapſu reparaſſet (ob cuius ruinam intimis viſceribus angebatur) & hinc etiam credidiſſet, requieſcens in ſuam ſurrexit requiem. *Idem orat. de Aſſumptione B. Virgin.*

Arca, in qua ſalus noſtra eſt. *Idem in Præſent. B. Virgin.*

Arca, per quam ad melioris mundi reparationem, humano genere vndis obruto, ſemen ſalutis conſeruatum eſt. *Idem de Annunciat. B. Virgin.*

Arca ſacratiſſima, quam reueretur Deus. *Idem de Aſſumpt. B. Virg.*

Arca ſanctificationis. *Idem orat. de Præſentatione B. Virgin.*

Arca non contingenda. *Ioan. Geometra ſerm. in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

Arca in ſancta ſanctorum illata, cum præſentata fuit à parentibus in templo. *Theophilactus in orat. de Præſentat. B. Virg.*

Arca Dei, ſine comparatione nobilior Arca veteris teſtamenti, quam ſi quis retigerit corde, ac ſalutauerit ore, non percutietur, ſed eius amore potius inflammabitur, & ab eius pietate largiſſima in omnibus exaudietur. S. *Anſelm. Lucenſis ſuper Salue Regina.*

Arca Noe. *Hugo de S. Victore lib. 4. de Proprietatibus, & Epithetis rerum cap. 2.*

Arca teſtamenti auro puriſſimo tecta. *Idem lib. 4. Eruditionum Theologicarum ex Miſcellaneor. 2. titul. 134.*

Arca teſtamenti imò, & fœderis. *Idem lib. 4. de Proprietatibus, & Epithetis rerum cap. 2.*

Arca gratiæ. *D. Bernard ſerm. de B. Maria, cuius initium eſt: Aue Maria.*

Arca de lignis leuigatis, id eſt, de virtutibus conſumatis ædificata. *Idem ibidem.*

Arca Dei. *Idem ſerm. 2. die Pentecoſtes.*

Arca Noe, per quam omnes euaſerunt, peccati naufragium. *Idem ibidem.*

Arca panis Angelici, de quo noſtra meretur refici ſolitudo. *Idem in orat. Rhitmica ad D. N. Ieſum Chriſtum, eiuſque SS. Matrem.*

Arca, per quam humanis generis facta eſt ſaluatio *Idem in ſerm. de B. Maria cuius initium eſt Aue Maria.*

Arca, per quam omnes ad æternam vitam vocantur. *Idem ibidem.*

Arca, quę non ſenſit naufragia vllius vitij. *Idem ibidem.*

Arca, quam Chriſtus ſibi præparauit, vt humanum genus redimeret. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti de lignis Sethim facta, id eſt, in ſpinoſo, & hiſpido Iudæorũ populo, & arido procreara, qui vtique ſpinoſus detractatione, hiſpidus ſuperſtitione, aridus fuit vnctione diuinę gratiæ. Vndè ſpinoſus ſpineam coronam Regi ſuo exhibuit, & in eum ſicut ignis in ſpinis exarſit, ſethin enim interpretatur ſpina. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti, quam condidit Emmanuel. *Idem ibidem.*

Arca ſanctificationis Verbi æterni. *Nicolaus Monachus, in Epiſtola de Concept. B. Virg. ad Petrum Cellenſem.*

Arca fœderis allata Dauid humeris, magno translata iubilo. *Richard. de S. Victore Expoſit. in Cantic. Canticor. cap. 42.*

Arca fœderis, quæ poſt longam in Azoto moram reducente Dauid ſolemni exultatione ſuſcepta eſt in Ieruſalem, quia de valle miſe-

riæ

riæ & plorationis assumpta cœlestem ingressa est Ciuitatem *Petrus Blos. serm.* 24.

Arca noui testamenti, coram qua gauisus est Dauid, id est Christus in eius Assumptione. *Idem serm.* 33.

Arca fœderis, continens se quicquid est sanctificationis, vel creaturæ, vel creantis. *Petrus Abbas Cellensis libro de Panibus cap.* 21.

Arca cœlestium thesaurorum. *Garnerius Lingon. serm.* 3. *de Natiu. B. Virg.*

Arca conseruationis, in qua singulariter recondidus fuit cœlestis thesaurus, videlicet, sapientia Dei Patris, quæ de lignis non tam leuigatis, quam leuibus fuit, quia in vtero Matris sanctificata, ab omni peccato nata fuit immunis; quæ singularis gratiæ plenitudine, quasi de lignis politis resplenduit. *Idem de Arca Spirituali.*

Arca, de qua, cum filij Israel essent transituri Iordanem, præcones per castrorum medium transeuntes clamare cœperunt. Iosue 3. Quando videritis Arcam fœderis Domini Dei vestri, & Sacerdotes stirpis leuiticæ portantes eam, vos quoque consurgite, & sequimini præcedentes: sitque inter vos, & Arcam spatium cubitorum duorum millium, vt procul videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini. Hæc enim Arca est illa, de qua scribitur; Beata mater munere, cuius supernus atifex mundum pugillo continẽs, ventris sub Arca clausus est: Arca ista populum præcessit, quia sicut donis virtutum, sic excellentia præmiorum excellior fuit. Inter Arcam, & Populum spatium relinquitur, quia sanctitati eius nullius adiungitur: in interuallo vero illo duo computantur millia passuum, quia intus & exterius perfecta eius sãctificatio aliorum gratiam antecellit. Vndè, & omnibus præcipitur. Cauere ne appropinquetis ad Arcam. *Idem serm.* 1. *de Natiu. B. Virg.*

Arca, de qua dicitur 3. Reg. 8. In mense Ethanim posita est Arca fœderis in Domo Domini; dicitur enim fœderis, quia in secreto veteri virginalis initum est fœdus per Deum hominem, & inter Deum & hominem, ipsa enim Arca in templo Domini, id est, in honore Ecclesiæ Dei posita est nascendo, & exponsata mundo. *Idem ser.* 3. *de Natiuitate B. Virginis.*

Arca, in qua singularis vrna humanitatis Christi recondita fuit, diuinitatis manna, verba disciplinæ, abbreuiati verbi Deuteronomiũ, tabula testamenti, quippe quæ conferebat omnia verba, quæ de Christo dicebantur in corde suo. *Idem serm. de Arca Spirituali.*

Arca, quę à diluuio aquarum illarum liberauit, de quibus dicitur Psalm. 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. *Idem ibidem.*

Arca specialis, & singularis, quam plaustro nouo superponere debemus, eam amando, venerando, laudando, orando, vt intercedat pro nobis ad Dominum. *Idem ibidem.*

Arca fœderis Domini, quia fœderauit nos toti Trinitati; appropriatur enim Patri Maiestas, Filio Sapientia, Spiritui sancto Bonitas, & nos offenderamus Patrem per superbiam, Filium per insipientiam, & Spiritum sanctum per malitiam. *Richard. à S. Lauren. de Laud. Virgin. lib.* 10.

Arca fœderis, quia per eam ad nos Dei fœdus firmatum est. Ante enim quam fieret hęc Arca, id est, Maria, eramus inimici, & firmatum erat chaos magnum inter nos, & Deum, vt qui vellent hinc transire ad Deum, non possent, & ideo per Virginem venit Filius Dei ad nos, & factus est Emmanuel, id est, nobiscum Deus, vt tam Filius, quam mater perduceret nos ad Patrem. *Idem ibidem.*

Arca, in qua clausus est panis, qui de cœlo descendit, vt ipsa daret nobis panem de Arca sua, quia filius datus est nobis, sed translata est Arca ista ad cœlum, vt deinceps dicamus; mater nostra, quę es in cęlis, panem nostrum quotidianum da nobis hodie de Arca tua, id est, de Arca quæ tu es. *Idem ibidem.*

Arca, in qua fuerunt reconditi thesauri sapientię cęlestis. Thesauri desiderabiles, virtutum charismata. *Idem de Laud. Virg. lib.* 11.

Arca, in qua Christus, quem totus non capit orbis, instar vestimenti, quasi complicatus, & humiliatus clausus est; & quia hęc Arca paruula erat, exinaniuit se formam serui accipiens, vt ab ea capi posset. *Idem de Laud. Virgin. lib.* 10.

Arca Noe, de lignis leuigatis, & bituminatis. & quadratis. Parentes enim, de quibus B. Virgo orta est, fuerunt leuigati, id est, politi per honestatem conuersationis, quia nihil in eis erat, quod offenderet oculos intuentium; fuerunt bituminati per feruorem charitatis; quadrati verò per iustitiam à parte posteriori ad corrigendum errata, ab anteriori per prudentiam, ad prouidendum futura, à dextris per temperantiam contra prospera, à sinistris per fortitudinem contra aduersa. *Idem de Laud. Virg. lib.* 11.

Arca Noe, quam verus Noe Christus principaliter fecit sibi, id est, ad honorem suum, nec solum sibi, sed & hominibus, & Angelis, & toti Trinitati. *Idem ibidem.*

Arca propitiationis, quia mater est, & Regina misericordiæ, mater illius, & filia, qui Pater est misericordiarum, & Deus totius consolationis 2. Cor. 1. qui est propitiatio pro peccatis nostris. 1. Ioan. 2. cuius meritis, & intercessione propitiatur dominus omnibus iniquitatibus nostris. *Idem ibidem.*

Arca, quę ex eo dicitur, quod aliquid arcanum in ea poni debeat, vel ab arcendo, eo quod arceat visum circum stantium ab ijs, quę continet in se, in Maria enim fuit ipse Deus absconditus, & hoc fine condita est, vt in ea reponeretur nostrę liberationis pretium. *Idem ibidem.*

Ar-

Arca, quæ requieuit ſuper montes Armeniæ. Gen. 8. quando aſſumpta eſt in Cœlum. Armenia enim interpretatur Mons vellicatus, & ſignificat Cœlum Empyreum, vndè omne ſuperfluum, & nociuum auulſum eſt, vel montes Armeniæ ordines, & eminentiæ Angelorum, ſuper quos ipſa requieſcit in throno maieſtatis. *idem ibidem.*

Arca ſanctificationis. Pſalm. 131. quia ſanctificata in vtero, & quia Chriſtus deſcendens in eam, ibi ſanctificauit ſe hominem in ſe verbo; & quia illa continebat, quæ ſanctificata erant Domino, & quia per eam ſanctificamur in præſenti, & glorificabimur in futuro. *Idem ibidem.*

Arca ſanctificationis, quæ ſurrexit in requiem Domini, quia aſſumpta eſt in Cœlum. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti, continens Deuteronomium, id eſt, legem nouam, quam Chriſtus dedit, quia ipſa conſeruabat omnia verba nouæ legis, conferens in corde ſuo. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti, continens manna, ideſt, dulcedinem admirabilis conſolationis, quam infundit amatoribus, & ſpecialibus ſuis, & ijs, quos viſitare dignatur; quam qui guſtat poteſt dicere manhu, id eſt, quid eſt hoc! præ admiratione. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti continens teſtamenti tabulas, ideſt, perfectam vtriuſque legis cognitionem, quæ plenè erat in ea, quia auctor ſcripturarum habitabat in ea. *idem ibidem.*

Arca teſtamenti, de qua Apoc. 11. Apertum eſt templum Domini in cœlo, & viſa eſt Arca teſtamenti in templo eius: ſi enim Arca dicitur ab arcano, Maria ſecretum Domini eſt; vndè dicit de ea per Iſaiam 24. ſecretum meū mihi, quia hanc Arcam clauſit ille, qui claudit, & nemo aperit Apoc. 3. quædam enim ponuntur in Arca ad cuſtodiendum, & celandum, & Chriſtus in hac Arca conditus fuit, & celatus Diabolo, & ſæculi principibus, quia ſi eum cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. 1. Cor. 2. & ita non eſſemus redempti. *idem ibidem.*

Arca teſtamenti, de qua legitur 3. Reg. 6. quod Dauid inducens eam in Ieruſalem, ſaltabat totis viribus ante Dominū, accinctus Ephod lineo, vel ſtola byſſina, ſicut dicitur in Paralip. 15. Saltandum enim eſt, & tripudiandum coram Beata Virgine ſine fictione, quod notatur per hoc, quod dicitur; quod Dauid ſaltabat totis viribus: & hoc ab accinctis Ephod lineo, & ſtola byſſina, quibus ſignatur munditia carnis, & ſpiritus, ſine qua mater, & filius nequeunt honorari. Ludit autem ante hanc Arcam, qui attendens magnalia, quæ facta ſunt in Maria, præ gaudio congratulationis, prorumpit in vocem exultationis, & ante eandem Arcam tot ſaltus facit, quot ſalues ei flexis genibus dicit. *Idem de Laud. Virg. lib. 12.*

Arca teſtamenti. in qua erant manna, id eſt, dulcedo diuinæ contemplationis, & Virga, id eſt, rectitudo perfectæ operationis. *Idem de Laud. Virg. lib. 10.*

Arca teſtamenti, in qua erant rabulæ veritatis, vel ſapientiæ, manna manſuetudinis, vel miſericordiæ, & virga poteſtatis ſiue iuſtitiæ. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti, quæ formā quadrangula erat: fuit enim Beata Virgo quadrata per quatuòr virtutes, quibus nihil vtilius eſt in vita hominibus, nempè iuſtitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam, quæ ſingulę eminebant in ea. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti, ſeù teſtimonij, quia continebat ea, quæ erant in teſtimonium beneficiorum Iudæis à Deo collatorum: nempe vrnam auream, habentem manna, in teſtificationē, quod Dominus dediſſet eis panem de cælo: Tabulas in teſtimonium, quod legem naturalem ſcriptam in cordibus hominum ſuſcitauerat eis in ſcripto; Virgam Aaron in teſtificationem, quod dixerant, omnia, quæcumque iuſſerit Dominus facientes. Maria enim continuit Chriſtum in ſe, qui erit nobis in teſtimonium damnationis ſi ingrati erimus beneficijs, quæ nobis contulit incarnando, moriendo, reſurgendo, & huiuſmodi. *Idem ibidem.*

Arca theſauri. ad quem in omnibus neceſſitatibus, ipſa Arca mediante recurrere debemus. *Idem ibidem.*

Arca fœderis, in qua fuit recondita vrna, habens manna, & tabula teſtaměti, id eſt, Chriſtus homo habens manna miſericordiæ, tabulas ſapientiæ, & ſcientiæ. *Hugo Cardinalis in Pſalmum 131.*

Arca fœderis, in qua reſponſa accipimus, quæ manna continet, & reſeruat, quo paſcamur in deſerto huius ſæculi vagantes, vſque dum veniamus ad terram promiſſionis. *Idem in cap. 6. Cantic. Canticor.*

Arca ſanctificationis, quæ in ſe fontem totius ſanctificationis, Chriſtum videlicet, continuit. *Idem in Pſalmum 131.*

Arca pietatis, & gratiæ. *D. Bonauent. in Canticis Pſalterij B. Virg.*

Arca tabernaculi. *Idem in Laud. Beatæ Virginis Mariæ.*

Arca Dei, quæ aſcendens de terra Philiſtym ſtetit in agro Ioſue Bethſamitis 1. Reg. 6. libera enim de hoc mundo rediens, in agro, hoc eſt, in beatitudinis manſione. Ioſue, hoc eſt, ſaluatoris, ſtetit in Bethſames, quę interpretatur domus ſolis, vel domus illuminationis, quia exaltata ſuper omnes Choros Angelorum ad cæleſtia Regna ad thronū, & illuminationem filij ſui proxima aſcendit. *Albert. Magn. in Poſtillis ad cap. 10. Luc.*

Arca Dei, quam Dauid, id eſt. Chriſtus adduxit de domo Obededon, id eſt, in aſſumptione in Ciuitatem Dauid, hoc eſt in cœlum

Empy-

Empyreum cum gaudio 2. Reg.6. *Idem in Biblia Mar. ſuper lib. 2. Regum.*

Arca Dei, viſa in templo Dei. Apoc. 11. iuſtus fulgens auro cordis munditiæ, vt extra circumfuſa corporis Virginei fulgore. Exod, 25. *Idem in poſtillis ſuper cap. 10. Bucæ.*

Arca deliberationis, & delibantis. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Luxæ.*

Arca de lignis ſethim perfecta. Exod. 26. impenetribilis per libidinem, incombuſtilis per concupiſcentiam. *Idem ibidem.*

Arca exultationis in tabernaculis iuſtorum. *Idem in Biblia Mar. ſuper lib. 1. Regum.*

Arca fœderis, quæ præceſſit nos in cœlum ad præparandum nobis locum. *Idem in Biblia Mar. ſup. lib. Numerorum.*

Arca oſtenſionis directæ viæ in cœlum, quam feſtinanter ſequi debemus. Ioſue 3. *Idem in Biblia Mar. ſuper lib. Ioſue.*

Arca ſaluationis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper libr. Geneſis.*

Arca timoris, in tabernaculis Dæmoniorum, & malorum. Reg. 4. *Idem in Biblia Mar. ſuper lib. 1. Regum.*

Arca, cuius cauſa efficiens eſt ipſe Deus, qui ipſam fecit, & inhabitauit. *Iacab de Vorag. in Mariali ſerm. 11. A.*

Arca Dei commendabilis. *Idem ibidem.*

Arca Dei ſanctificata. *Idem in Mar. ſer. 13. A.*

Arca diuinæ ſapientiæ. *Idem in Mar. ſer. 9. M.*

Arca, ex qua extrahuntur ſapientiæ, vndè Doctores ditantur. *Idem ibidem.*

Arca filij Dei contentiua. *Idem ſerm. 1. de Aſſumptione B. Virg.*

Arca inter amorem Dei, & mundi faciens diuiſionem. Ioſue 3. *Idem in Mar. ſer. 11. A.*

Arca, quæ habuit cubitum, & ſemiſſem in altitudine, quia eius celſitudo angelicam, atque humanam naturam antecellebat; ſed vſque ad filij excellentiam non attingebat. *Idem ibidem.*

Arca, quæ ſurrexit in requem, id eſt, in animę, & corporis plenam felicitatem. *Idem ſer. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*

Arca ſanctificationis, quia in matris vtero fuit ſanctificata. *Idem ibidem.*

Arca ſapientię. *Idem in Mariali ſer. 2. F.*

Arca ſpiritualis, à qua habemus in periculis magnum auxilium Num. 10. in dubijs magnum conſilium. 1. Reg. 14. in aduerſitatibus magnum ſolatium 3. Reg. 2. *Idem in Mariali ſermone 11. A.*

Arca ſpiritualis, dans gratiæ ſanctificationem, & gloriæ benedictionem. *Idem ibidem.*

Arca ſpiritualis, in qua fuit manna dulcis contemplationis, Virga, id eſt, rectitudo perfectæ operationis, Tabulæ ſapientiæ, & diſcretionis. *Idem ibidem.*

Arca ſpiritualis, quia intra ſe continuit Tabulas, Virgam, & Manna, id eſt, Chriſtum in quo fuerunt tres ſubſtantiæ, ſcilicet Deitas dulciſſima, quæ ſignatur per tabulas. in quibus ſcripta erat ſapientia Dei: Caro mundiſſima, quæ reſurrexit, quæ ſignatur per Virgam Aaron, quę fronduerat, & anima puriſſima, quæ ſignatur per manna. *Idem ibidem.*

Arca ſpiritualis, quinque palmorum in longitudine, quia quinque ſenſus ſuos vſque in finem puros ſeruauit trium palmorum in altitudine; quia reſtaurationem Angelorum, ſaluationem hominum, & renouationem omnium creaturarum procurauit. *Idem ibidem.*

Arca ſuper montes Armeniæ, id eſt, ſuper omnes ſanctos curiæ cęleſtis eleuata. *idem in Mariali ſerm. 4. O.*

Arca Noe, in qua pacatæ ſunt beſtię, quia in ea non fuerunt cogitationes inordinatę. *Alanus de Inſul. in cap. 6. Cantic.*

Arca ſanctificationis, quę legislatorem ipſum intrà ſe recepit, ac manna cæleſte portauit. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 3.*

Arca intellectualis, atque ſpiritualis. *Nicephorus Caliſtus lib. 2. Hiſt. Eccleſ. cap. 22.*

Arca ſacra. *idem ibidem.*

Arca Dei vera. *Matthæus Cantacuzenus in cap. primum Cantic. Canticor. Salomonis.*

Arca, in qua verum manna, ipſa æterna ſapientia, recondita quiuit. *Henricus Suſonius in capite de commendatione, & Encomio Illuſtriſſimæ Reginæ Cælorum, quod eſt 16. Dialogi Sapientiæ, & Miniſtri eius.*

Arca, cuius operimentum propitiatorium dicebatur, quia miſericordia eius ſuper omnia opera eius. *Ern. Prag. in Mar. cap. 114.*

Arca Domini proprię, quia ipſe ſibi eam retinuit; ipſe eam cuſtodiuit, imò ipſe eſt fera eius. Cant. 8. Pone me, vt ſignaculum ante cor tuum, & in ea gaudiola pretioſiora, & ſecuriora reponit dicens; ſecretum meum mihi: licet enim omnis Arcę, quæ ſunt in domo alicuius diuitis Patrisfamilias ſuæ ſint, tamen illa Arca propriè dicitur eſſe ſua, cuius ipſemet clauem baiulat, vbi & ſua ſecretiora, & prætioſiora quęque reponit. *Idem ibidem.*

Arca Domini, qua precedente filij Iſrael ſicco veſtigio tranſierunt Iordanem, quia Virgo fidelis in tranſitu mortis precipuè ſolet ſuis ſubuenire. *idem ibidem.*

Arca fœderis inter nos, & Deum, per ipſam quippe confœderati fumus cum Deo mediante illo admirabili commercio, & venerabili connubio, quod in eius fuit vtero ſolemniter celebratum. *idem ibidem.*

Arca, in cuius latere vectes, id eſt, Doctores ſancti ſemper eſſe iubentur, vt ſemper portent eam per mundum, & portentur ab ea per protectionem, cuſtodiamque maternam. *idem in Mariali cap. 56.*

Arca, in qua erant Virga, Vrna, Tabulę, & Deuteronomium, quia Beata Virgo cuſtodiebat rigorem diſciplinę, quæ per Virgam intelligitur, Legem Decalogi, quę per tabulas, Euangelium Chriſti, quod per Deutero-

teronomium, quod eſt lex ſancta; & ipſum Chriſtum, qui per vrnam auream plenam manne deſignatur. *Idem in Mar. cap.* 114.

Arca Noe, bitumine lita intrinſecus, & extrinſecus, quod eſt gluten feruentiſſimum, vt dicit gloſſa: quia feruentiſſimo amore intrinſecus ad Deum, & extrinſecus ad proximum tota fuit induta atque imbuta. *Idem in Mariali cap.* 109.

Arca Noe, cuius feneſtra, quam & criſtallinam, & dilucidam, & meridianam dicebant, fuit intentio cordis eius puta, caſta, ſolida, lucida, meridiana, quia ſemper ad illum reſpexit, qui ab Auſtro venturus erat, & quia oculus eius ſimplex fuit, ideo tota Arca lucida extitit. *Idem ibidem.*

Arca Noe, cuius oſtium, quod poſtquam ingreſſus eſt eam, clauſit de foris, ac bituminauit, fuit liberum arbitrium Virginis, quod Deus ita confirmauit, concepto filio, vt amplius peccandi potentiam non haberet. *Idem ibidem.*

Arca Noe in vno cubito, qui eſt Chriſtus, perfectiſſimè conſummata; ideo data mundo, vt omne animal, in quo eſt ſpiraculum vitæ, id eſt, fides Chriſti, ab ira Dei conſeruetur per ipſam: nam ita Dei Catacliſmo comparatur. Eccl. 39. per ipſam enim homines, & iumenta ſaluauit Dominus, & ſaluat, & ſaluabit, per quam multiplicauit miſericordiam ſuam nobis. *Idem ibidem.*

Arca Noe leuigata ab omni pondere culpæ per ſanctificationem, quadrata per ſtabilitatem, bituminata per charitatem, polita per honeſtatem; cuius triginta cubitorum altitudo, quia fides Trinitatis, quæ erat in Virgine, decem præcepta per charitatem pleniſſimè adimplebat. Longitudo autem ſpei, & firmæ expectationis beatitudinis in ipſa vſque ad trecentos cubitos attingebat, quia fructum centeſimum, tripliciter excellentiſſimè expectabat, fuit enim Virgo, Martyr, & Doctrix diſciplinæ Dei, à qua & ipſos Apoſtolos multa credimus didiciſſe. Latitudo autem charitatis eius pacem pectoris, & iubilum cordis, quæ in numero quinquagenario intelligitur, conſeruabat. *Idem ibidem.*

Arca Noe, quæ requieuit ſuper montes Armeniæ, id eſt, eleuata eſt ſuper choros Angelorum. Armenia enim, quæ mons celſus interpretatur, naturam Angelicam rectè ſignificat, à qua magna pars auulſa eſt, quia Angeli reprobi apoſtatarunt. *Idem ibidem.*

Arca Noe, quia ſicut arca ab arcendo dicitur, quia arcet manum, & viſum ab ijs, quæ cuſtodit; ita Maria cuſtos fuit theſauri cęleſtis, & ad inſtar Arca Noe fuit ſaluatio humani generis. *Idem ibidem.*

Arca, quam dum fabricauit Dei filius, dictus eſt Noe, id eſt, requies, vel requieſcens, quia ipſe ſibi ipſi requiem, ſiue locum quietis faciebat. *Idem ibidem.*

Arca ſanctificationis, cuius officium eſt terrere hoſtes, conterere Dęmones, punire ſuperbos, confundere incredulos, mulcere pios, benefacere ſuis, cuſtodire depoſita, ſubuenire in morte. *Idem in Mariali cap.* 114.

Arca ſanctificationis ſpiritualis, & ſingularis. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti, quia in ſuo vltimo teſtamento Chriſtus, cum eſſet ſpoliatus, & nudatus omnibus, quæ habebat, & nudus penderet in cruce, iſtam ſolum Arcam, quæ ſibi auferri non potuit, vni diſcipulo commiſit, & omnibus diſcipulis prælegauit. *Idem ibidem.*

Arca Dei. *D. Birgitta in ſerm. Angelico de Excellentia Virg. cap.* 2.

Arca illa, quæ erat in lege, in qua erant tria, ſcilicet Virga, Manna, & Tabulæ, in vtero enim eius iacuit Chriſtus, cuius Virga illa erat figura: iacuit panis Angelorum, & ſanctarum animarum, & iuſtorum in terra: iacuit Dominus omnium legum. *Eadem lib.* 1. *Reuelation. cap.* 53.

Arca ad genus humanum liberandum compoſita. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de Laud. Virgin. fruct.* 10.

Arca fœderis præceptorum impletione. *Idem lib.* 1. *de Laud. Virg. fruct.* 2.

Arca laborantium. *Idem ibidem.*

Arca Noe, genus humanum morti adiudicatum ſaluans. *Idem lib.* 1. *de Laud. Virg. fruct.* 6.

Arca ſaluationis. *Idem libr.* 1. *de Laud. Virgin. fructu* 8.

Arca vbi poſitum eſt cęlicum Manna, id eſt, Deitas conditoris. *Idem libr.* 1. *de Laud. Virgin. fructu* 6.

Arca fœderis, per quam iunguntur ima ſummis, & fœderantur homines cum Angelis, de lignis ſethim facta, & auro puriſſimo intus, & foris veſtita: ligna enim ſethim imputribilia ſunt: corpus, & anima nulla peccati putredine infecta, & gratijs gratis datis, & gratum facientibus cumulatiſſimè adornata. *Antonius Pocq. ſerm.* 4. *de Concept. B. V.*

Arca puriſſima, atque tutiſſima, quę ſola immaculatum ſuſcepit. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Aſſumpt. B. Virg.*

Arca virtutibus plena. *Idem ibidem.*

Arca vitæ. *S. Vincent. Ferrerius ſer.* 2. *de Aſſumptione B. Virg.*

Arca fœderis, diuinis manibus fabricata. *D. Laur. Iuſtinian. in ſerm. de Natiu. B. M. V.*

Arca myſtica. *Idem ibidem.*

Arca teſtamenti veriſſima, quæ auro veſtita mundiſſimo, virtutum gemmis ornata, ac imputribilibus lignis ſpiritualiter facta, teſtamenti tabulas, frondentem Virgam, & ſuauiſſimum in ſe manna continuit. Hæc enim omnia in Chriſto, imò hæc omnia Chriſtus, qui virginalis pudicitiæ habitauit in vtero. *Idem ibidem.*

Arca Dei ad Hebr. 9. intra ſe continens totam legem, in duabus tabulis ſolidis Dei digito ſcriptam, hoc eſt, in duabus naturis filij ſui,

quarum primam accepit à matre, ſecundam à tota Sanctiſſima Trinitate. *D. Bernardin. Senenſ. Tom. 2. ſer. 51.*

Arca myſtica, quæ quando eleuata fuit ad cæleſtia Regna, Dæmonis potentia imminuta eſt, & diſſipata; cum eleuaretur Arca, dicebat Moyſes: Surge Domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te à facie tua. Numer. 10. *Idem Tom. 3. ſerm. de Aſſumpt. B. Virg.*

Arca Noe, in qua ſaluatum eſt vniuerſum ſemen generationis electæ, quam multiplicatę aquę gratiarum, eleuarunt in ſublime à terra, id eſt, ab omni terrenitate, & amore infecto Gen. 7. *Idem ibidem.*

Arca ſanctificationis Domini: Arca, quia ſicut arca dicitur ab arcendo, eo quod arceat, & prohibeat viſum, ſic, & Beata Virgo arcuit per nouem menſes Filium Dei in vtero ſuo ſanctificationis, quia eam ſanctificauit, maximè, quando nouem menſibus in vtero eius permanſit. *Idem ibidem.*

Arca ſanctificationis ſuper omnes creaturas in gratia ſublimata. *Idem ibidem.*

Arca deaurata intus, & foris, quia plena charitate. *D. Anton. in Sum. part. 4. tit. 15. c. 14.*

Arca, in qua eſt Virga poteſtatis, & Dominij. *Idem ibidem.*

Arca, in qua Theſaurus eſt miſericordiæ, virginitatis, & ſapientię. *Idem ibidem.*

Arca in tabernaculo Eccleſiæ triumphantis, in qua fuerunt, & ſunt manna dulcedinis gratiæ, & pietatis, Virga poteſtatis, & tabulæ ſapientię clariratis. *Idem par. 4. tit. 7. c. 2. §. 5.*

Arca Noe, ex qua euadit diluuium infernale, qui in ea permanere inuenitur per deuotionem. *Idem in Sum. 3. par. tit. 31. cap. 3.*

Arca, quam Dauid, id eſt, Dominus Ieſus reduxit in Hieruſalem in Aſſumptione, cum ingenti gaudio. 2. Reg. 6. *Idem in Sum. par. 4. tit. 15. cap. 45. Aſſompt. B. M.*

Arca Theſaurorum. *Idem in Sum. par. 4. tit. 15. cap. 14.*

Arca virrutum. *Idem in Summa part. 4. tit. 25. cap. 29.*

Arca aurata intus, & foris, quia plena charitate. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 3. de Nominatione Mariæ.*

Arca Deifera à diluuio peccati originalis immunis. *Idem in Officio Conception. B. Virgin. Mariæ.*

Arca Dei prſeruata à diluuio originalis peccati. *Idem in ſuo Mariali ſerm. 5. de Concept. B. Mariæ.*

Arca de lignis imputribilibus facta, id eſt, ab omni peccatorum putredine preſeruata. *Idem ibidem.*

Arca dolorum corporis boni Ieſu. *Idem ſerm. in Compaſſione B. Mariæ.*

Arca fœderis inter Deum, & homines. *Idem in Mariali ſerm. 6. de Concept. B. M.*

Arca, in qua Noe, id eſt, vera quies, ſcilicet Filius Dei requieuit. *Idem ſerm. 8. de Annunciat. B. Mariæ.*

Arca, in qua non fuerunt recondirę tabulæ legis, ſed ipſe Legislator Deus. *Idem in Mariali ſerm. 5. de Concept. B. M.*

Arca in tabernaculo Eccleſiæ, ſiue cordis noſtri venerabiliter, & cum deuotione maxima recondenda, & conſeruanda. *Idem ſer. 3. de Nominat. Mariæ.*

Arca Noe compoſita, ad genus humanum liberandum. *Idem ſer. 1. de Natiu. B. Mariæ.*

Arca ſacratiſſima. *Idem ſerm. 2. de Aſſumptione B. Mariæ.*

Arca ſalutis.. *Idem in Mariali ſer. 6. de Concept. B. Mariæ.*

Arca ſanctificata. *Idem ſerm. 1. de Aſſumptione B. Mariæ.*

Arca ſanctiſſima, præſtans nobis in periculis magnum auxilium, in dubijs bonum conſilium, in aduerſitatibus magnum ſolatium, & nobis impetrans diuinam benedictionem. *Idem in Mariali ſerm. 3. de Conceptione Beatæ Mariæ.*

Arca ſpiritualis. *Idem ſerm. 1. de Aſſumpt. B. M.*

Arca teſtamenti, in qua omnes theſauros ſuos omnipotens Deus collocauit. *Idem ſerm. 3. de Nominat. Mariæ.*

Arca theſaurorum Dei, ſcilicet miſericordiæ, Sapientiæ, Potentiæ. *Idem ibidem.*

Arca Virginalis, nobilior, & dignior Arca fœderis. *Idem ſer. 1. de Aſſumpt. B. M.*

Arca, id eſt, la Met, in qua ponitur panis paruulorum; ſicut enim fit in domibus mediocrium, quod paruuli, quando habent famem vadunt capere panem in la Met, ſimiliter, ſi tu vis panem, vade ad Beatam Virginem. *Philipp. de Greue. ſerm. 218. in Pſalm. 103.*

Arca noui, & ſalutaris teſtamenti. *Io: Trith. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Arca pietatis Reuerendiſſima. *Idem orat. 6. in Conuentu Abbatum habita.*

Arca ſempiterni teſtamenti gratię. *Idem lib. 3. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto.*

Arca ſupernæ dulcedinis aurea. *Idem de Mirac B. Virg. prope Dittelbach. lib. 1. cap. 10.*

Arca verę ſaluris ęternæ. *Idem ibidem.*

Arca Dei. *Maurit. de Villa Prebata ſer. 5. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Arca Eccleſię in taberuaculo cordis noſtri venerabiliter, & cum deuotione maxima recolenda, & conſeruanda, *Idem ibidem ſer. 3.*

Arca in, qua fuerunt reconditi omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, & omnium virtutum. *Idem ibidem ſerm. 5.*

Arca in templum cæleſte, cum indicibilibus tripudijs, & inbilationibus deducta. *Idem ibidem. ſerm. 16.*

Arca Noe, de lignis leuigatis propter manſuetudinem, & bitumine linita propter charitatem. *Idem ibidem ſerm. 3.*

Arca teſtamenti, à qua magna habemus auxilia. *Idem ibidem ſerm. 12.*

Arca theſaurorum. *Idem ibidem ſerm. 14.*

Arca, ex qua, per quam, & propter quam Deus reſponſa dat, & dona largitur hominibus. *Ioan. Picus lib. 3. in Cant. cap. vltim.*

Arca, in qua Dominus verum manna, tabulæ teſtamenti, & virga directionis nouem menſium intercapedine latitauit. *Idem ibidem.*

Arca animata diuini, humanique fœderis, manna continens ſalutiferum, materia imputribili, manu cœleſtis Architecti ad vnguem fabricata, & ab initio ſui eſſe, & immaculatæ Conceptionis tota animo, & corpore, virtutum ſplendoribus illuſtrata, mira grariarum varietate decorata, ſanctarum cogitationum floribus, ac cœleſtium deſideriorũ odoramentis pęrornata, iugi, atque vigilanti cuſtodia conſtantiæ ſuæ candorem, puritatem mentis, & cordis ſui munditiam conſeruans. *Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Virgin.*

Arca cœleſtis ſapientiæ fulgore intus, & foris deaurata, ac diuinæ luſpirationis irradiata ſplendore, pretioſum noſtræ redemptionis pignus in ſe continens, ante quam corruit Dagon trunco capite, & abſciſſis manibus, id eſt ſublatis à cultu eius Regibus terræ, & Principibus, qui conuenerunt in vnum aduerſus Dñm, & aduerſus Chriſtũ eius. *Idem ibidẽ.*

Arca Deifera, per Arcam Noe olim præfigurata, à diſcrimine periculoſo Cataclíſmi peccatorum prorſus libera, vniuerſos montes, Patriarchas loquor, Prophetas, & Apoſtolos, vitæ ſanctitate longè poſt tergà relinquẽs; quę in ſui ſacratiſſimi cõceptus exordio portatur in ſublime puritatis, nec immerſa eſt, veluti montes prælibati, voragine originalis diluuij, ſed immunitate contagionis illius eam præuenit diuinitus gratia cœleſtis. *Idem ibidem.*

Arca ſalutaris, diuinum portans balſamum, in qua delectabiliter audita eſt vox dilectionis, vox laudis, & gratiæ, conſolationis, & lætitiæ, vox pietatis, & miſericordiæ, vox caſtiſſimæ turturis, & innocentiſſimæ columbæ, quæ diuinum mulcet auditum, non voracis vulturis pretioſum ſanguinem animarum ſitientis. *Idem ibidem.*

Arca ſalutifera ſpiritualis ſanctificationis, quæ à parentibus carnis materiam, non originalis culpæ fœtorem ſeminaliter accepit, gratia Dei effectum maculæ originalis præpedieute, & in fluxum ſecundæ cauſę ſuſpendente. *Idem ibidem.*

Arca ſanctificationis, à qua exit virtus iuſtificationis, quæ purgat animam ab immunditijs, ita vt, quicumque tetigerit eam, ſanctificetur. *Idem ibidem.*

Arca ſpiritalis, animata, incorruptibilis, manu cæleſtis Architecti, ne dicam Moyſis, formata, in qua reconditum eſt verum manna, Chriſtus ſcilicet, panis viuus, qui de Cælo deſcendit. *Idem ibidem.*

Arca ſpiritalis, aurea atque Deifera, cæleſtis Architecti manu fabricata, in qua non intrauit Lupus rapax, ſed Agnus Dei mitiſſimus, non coruus niger quęrens cadauera, ſed ſimplex, & alba columba, ſuauia exibens oſcula, neque draco tortuoſus mortifera fundens venena, ſed Arcangelus Gabriel cæleſtia ferens nuntia, & dicens ei: Aue gratia plena. *Idem ibidem.*

Arca Deifera grandi theſauro referta. S. *Thomas de Villanoua ſerm. 1. de Annunt. B. Virg.*

Arca Deifera ſuper Cherubim lu cælo locata. *Idem ſerm. 3. de Aſſumpt. B. Virg.*

Arca Dei. *Ludou. Bloſ. Endologia 3. ad B. Virg.*

Arca legalis dolciſſimum manna continẽs. *Idem in Endologia 2. ad B. Virginem.*

Arca fœderis auro puriſſimo contecta. *Rob. Bellarm. in Conc. de Natiuit. B. Virginis.*

Arca fœderis, quam elegit Dominus in habitationem ſibi. *Idem Conc. de Aſſumpt.* B. *Virg.*

ARCANVM totius perfectionis. Io. *Trithem. lib. 1. de Mir. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

ARCANGELA inter Arcangelos. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. Virg.*

ARCANGELVS. *Anaſtaſius Sinaita libr. 7. Anagog. Contemplat. in Hexameron.*

Arcangelus in Dei generatione. *Albertus Magn. ſuper Miſſus eſt. cap. 193.*

ARCHIATRA cæleſtis, corpora inficientem ſępiſſimè à ſuis clientibus contagionem propuiſans, & diuina nobis antidota cælitus adminiſtrans, quibus omne peccati toxicum expurgemus, perpetuaque diuinæ filij ſui gratię ſanitate corroborati, in omni bono perſeuerantes, ad ſummi boni poſſeſſionem feliciter pertingamus. *Fride. Fornerus lib. 5. cap. 4. Palmæ triumphalis.*

ARCHIDVCISSA Auguſtiſſima cæli, & terræ. *Idem ibidem cap. vltim. Palmæ triumphalis.*

ARCHIMARTYR, quam Athletæ Chriſti fortiſſimi in cælo glorificant. *Dion. Carth. lib. 4. de Præc. Mariæ artic. 4.*

ARCHITECTRIX exquiſitiſſima humilitatis, & modeſtiæ. *Ioan. Picus lib. 2. in Cantic. cap. 3.*

ARCHITRICLINIVM ſummæ diuinitatis. Io. *Trith. de Mirac. B. V. prope Dittelbach lib. 1. c. 10.*

Architriclinium ſanctæ Triuitatis. *Idem lib. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

ARCVS in Nubibus in ſignum iuſtificationis, quia iuſtificati aſcendunt per B. Virginem ad æternam gloriam. *Idiota de B. Virgin. Part. 14. Contempl. 54.*

Arcus in Nubibus in ſignum iuſtificationis, *Gen. 9.* quia iuſtificati per eam aſcendunt. *Rich. à S. Laur. de Land. Virgin. lib. 6.*

Arcus cœleſtis, quantum ad incarnationem Verbi. Arcus enim eſt ex radijs ſolis, & humida nube, ſicut dicit Gloſa ſuper Geneſ. quod factum eſt in incarnatione, quando Sol iuſtitiæ, qui eſt ſplẽdor Patris ingreſſurus Ægyptum, id eſt, venturus in mundum, aſcendit ſuper nubem leuem. *Iſai. 19.* id eſt, ſibi vniuit mundiſſimam carnem, ſine pondore peccati,

quod factum eſt in vtero virginali, & ſic factus eſt quaſi quidã Arcus, qui fit in die pluuiæ. *Idem de Laud. Virg. lib.5.*

Arcus, de quo dicitur *Eccleſ.* 43. Vide Arcum, & benedic, qui fecit illum; valde enim ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo; reſplendet enim duobus coloribus, quorum vterque alteri eſt ad decorem; habet enim viroré aquæ, quæ Mater eſt multorum animantium: habet, & rubborem ignis, qui virgo eſt, quia nullum alterum parit. His duobus coloribus B. Virgo velut Arcus cœli ſpecioſa refulget: de hoc Arcu dicitur ad Noe: Ponam Arcum meum in nubibus cœli, & recordabor fœderis mei, quod pepigi tecum; ipſa enim in cœleſtibus aſſumpta eſt, vt recordetur Dominus miſericordiæ, quam humano generi repromiſit. *Ioan. Hailgrin. in cap.7. Cantic. Canticorum.*

Arcus dulcis, & amabilis. *D. Bonauent. in Laud. B. Virgin. Mariæ.*

Arcus fortis. *Idem ibidem.*

Arcus in nubibus cœli. *Idem ibidem.*

Arcus inſuperabilis. *Idem ibidem.*

Arcus patens cœli portis. *Idem ibidem.*

Arcus potens. *Idem ibidem.*

Arcus poſitus in nubibus cœli in ſignum fœderis, inter cœlum, & terram. *Albert. Magnus in Biblia Mar. ſup. libr. Eccleſiaſtic.*

Arcus cœleſtis, habens colorem rubeum charitatis, hyacinthinum puritatis, cæruleum cõpaſſionis, viridem virtutis, & gratię. *Iacob de Vorag. in Marial ſerm. 12. A.*

Arcus cœleſtis habens duo cornua, ſcilicet gratiam, & miſericordiam, & iſta teneus ſdueꝛſus nos, quia iuſtis dat gratiam, peccatoribus autem miſericordiam. *Idem ibidem.*

Arcus cœleſtis, ſine corda ſeueritatis, quia tota iuſtiſſima, & ſine ſagitta comminationis, & timoris, quia tota dulciſſima. *Idem ibidem.*

Arcus cœleſtis, nam ſicut nobis non apparet Arcus cœleſtis, niſi quaſi ſemicirculus: ſic nos qui ſumus in hoc mundo, medietatem gratiarũ Mariæ non videmus, cum tamen illi, qui ſunt in cœlo totam videant, & ideo coram eis non deſcribitur Arcus, quaſi ſemicirculus, ſed vt circulus integer, & perfectus; vnde dicit *Apoc.* 4. Ioannes eius Paranymphus, quod Iris erat in conſpectu ſedis Dei, *Ern. Prag. in Marialí cap. 14.*

Arcus, intra quem alius Arcus apparauit, nempe Dei filius, dum hic in eius vtero incarnatus eſt. *Idem ibidem.*

Arcus nobis à Deo datus, vt ſtet in cõſpectu tius, ſicut Arcus cœleſtis ſemper eſt; in oppoſito ſolis, vt cum iratus fuerit videat Arcum, & miſericordiæ recordetur. *Idem ibidem*

Arcus poſitus à Deo in nubibus, id eſt, ſeminanter in lumbis Abrahæ, & Sanctis Patribus, & quoties obduxerit nubibus cœlum, vt indè oſtendat iram ſuam, ipſa appareat vultui Dei, pro nobis aduocata diligens, & reſtis in cœlo fidelis. *Idem ibidem.*

Arcus, quem videre, id eſt, conſiderare debemus, & benedicere ei, qui fecit illum Eccl. 43. *Idem ibidem.*

Arcus, qui girauit cœlum in circuitu gloriæ ſuæ Eccl. 43. quando circumdedit Deum gremio veri ſui. *Idem ibidem.*

Arcus ſpecioſus, quia circularis, figura enim circularis figurarum omniũ eſt ſpecioſiſſima, quia ibi non eſt niſi vna linea ordinatè progrediens ab eodem in idem: ſic & vita glorioſæ virginis ſimpliciſſima fuit, ſine angulo, ſine ruga, ſemper continuè proficiens, & progrediens de virtute in virtutem, cum omni humilitate ſeipſam magis magiſque incuruans, vſque in finem, id eſt, ad ſummam perfectionem; nihil enim perfectus eſt circulo. *Idem ibidem.*

Arcus cæleſtis ad habitatores mundi ſe inclinans, tangens bonos, & malos oratione ſua; Bonos, vt in his, quæ ſancta Eccleſia præcipit ſtabiles efficiantur; malos, nt in malitia ſua proceſſum habeant, vt fiant deteriores. *D. Birgitta lib.3. Reuelat. cap.10.*

Arcus ad fœdus perpetuum ſtabiliendum, & firmandum inter Deum, & homines. *Barth. de Piſis lib.1. de Laud. Virg. fruct.10.*

Arcus deſolatis. *Idem ibidem fructu 8.*

Arcus per peccatorum paeem, quam impetrat. *Idem lib.1. de Laud. Virg. fructu 2.*

Arcus, quia facit peccatorum pacem ad Deum. *Idem ibidem fructu 8.*

Arcus fœderis ſempiterni poſitus in nubibus cęli, vt non interficiatur omnis caro. Geneſ. 9. *D. Bern. Senenſis tom.3. ſerm.1. de Nom. M.*

Arcus apparens in conſpectu Dei, cum Deus peccatis hominum diluuio minatur flagellorum terram ſubuertere, vt recordatus fœderis ſui, repropitietur iiſdem, ne diſſipet mundũ. *D. Anton. in ſum. part.4. tit.15. cap.44.*

Arcus cæleſtis, cauſatus in cælo Eccleſiæ ex reuerberatione diuini amoris in nubem roridam, in ipſam plenam rore cæleſtis gratiæ, habens colorem cæruleum, flexibilis miſericordię, hyacinthinum contemplationis, rubicundum gratiæ, ex qua funditur ſanguis rubeus, ſi expedit. *Idem ibidem cap.38.*

Arcus cæleſtis, tunc apparens in nubibus, id eſt, inter ſanctos coram Deo ad intercedendum, cum Deus propter peccata hominum minatur immittere diluuium diuerſorum flagellorum, vt recordatus miſericordiæ ſuę ſubtrahat ſe à flagellis immittendis, commonitus ex Arcuiſto. *Idem ibidem.*

Arcus cæleſtis, habens colorem rubeum charitatis, cæruleum compaſſionis, hyacinthinum contemplationis, viridem virginitatis. *Bern. de Buſt. ſerm.2. de Aſſimilat. B.M.*

Arcus cæleſtis, quia nubes lucida per fulgidam conuerſationem, concaua per humilitatem, aquoſa per compaſſionem, & pietatem. *Idem ibidem.*

Arcus cæleſtis, ſine corda indignationis, quia

tota

tota mitiſſima, & ſine ſagitta comminationis, quia tota dulciſſima. *Idem ibidem.*

Arcus fœderis perpetui. *Idem ſerm. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Arcus fœderis ſempiterni, poſitus in nubibus cæli, vt non interficiatur omnis caro. *Idem ſerm. 6. de Nominat. Mariæ.*

Arcus refulgens inter nebulas gloriæ. Eccleſ. 10. *Idem ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Mar.*

Arcus cæleſtis, habens colorem igneum feruentis charitatis, hyacinthinum nitentis ſanctitatis, cęruleum tenerę pietatis, viridem virentis virginitatis. *Manrit. de Villa Probata. ſerm. 25. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Arcus cæli poſitus in nubibus cęli, vt non interficiatur omnis caro. Geneſ. 9. *Idem ibidem. ſerm. 5.*

Arcus, qui generatur in nube lucida, concaua, & aquoſa ex reflexione radij ſolaris; fuit enim nubes in quantum fuit à terrenis eleuata per cæleſtium contemplationem, lucida per fulgidam conuerſationem, concaua per humilitatem, aquoſa per compaſſionem, & pietatem. *Idem ibidem ſer. 25.*

Arcus, qui habuit colorem rubeum, quia inflammata igne diuini amoris, habuit colorem cęruleum per compaſſionem, habuit hyacinthinum, quia ſemper fuit in cęleſtibus conuerſata, habuit viridem, quia ſemper fuit in conuerſatione viridis, & amœna. *Idem ibidem.*

Arcus refulgens inter nebula gloriæ Eccleſ. 50. *Idem ibidem.*

Arcus ſine corda indignationis, quia tota mitiſſima, habens duo cornua, id eſt, gratiam, & miſericordiam pro iuſtis, & peccatoribus, & ſemper dicens filio illud Ioel. 2. Parce Domine, parce populo tuo. *Idem ibidem.*

ARDOR ſuperni amoris. *Bernardin. de Buſt. in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M.*

AREA Gedeonis ficca. Iudic. 6. in qua vellus madefactum eſt, ideſt, virginitas fœcundata rore gratiæ cęleſtis, ſuperueniẽte in ea Spiritu ſancto, & Chriſto in ſimilitudinem roris deſcendente in eam. *Richar. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 8.*

Area, quia ſi in Area ſeparantur grana à paleis, exemplo, merito, & adiutorio Mariæ ſeparantur vitia à virtutibus. *Idem ibidem.*

Area Gedeonis arida, quia Virgo intacta, & inuiolata ſemper fuit. *D. Anton. in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 5.*

Area Gedeonis diuinitatis plena. Iudic. 6. *Idem ibidem.*

AREOLA Dei, de qua flos ille ſpecioſus præ filijs Paradiſi electus eſt; ſuper quem requieuit ſpiritus Domini. *D. Bernard. in Deprecatione ad Virg. Mariam.*

Areola ſanctorum aromatum à cæleſti conſita. Pigmentario, virtutum omnium ſpecioſis floribus delectabiliter vernans. *Idem ibidem.*

Areola Aromatis à Deo vnicè dilecta, non quia Ioſeph eam, vel contactus virilis exarauerit, ſed quia ordinator charitatis ſpiritus plenitudine gratiarum conſeuerit. *Petrus Cellenſis ſer. 1. de Natiu. Domini.*

Areola, ad, quam venire debemus, in ſpe ſancta, in fide recta, in charitate perfecta, in caſtimonia integra. *Idem ibidem.*

Areola, non quia ſpinas produxerat, id eſt, productiones mali deſiderij; non quia tribulos, id eſt, anxietates cuiuslibet malignitatis; nõ quia fœnum, id eſt, ſæcularis proſperitatis; nõ quia ſtipulam, id eſt, defectum ſancti propoſiti, non quia ſalices de torrente, id eſt, infœcunda ſtudia occupationum mundanarum; non denique quia aliquid plebeij, aut forenſis mercimonij; ſed quia flos campi, ſed quia lilium conuallium, ſed quia vua paſſa, ſed quia aromaticæ ſpecies, ſed quia ſiſtula, & cinamomum, ſed quia myrrha, & caſſia, ſed quia quod incomparabile, ſi attendas ad pretium mirabile, ſi ad viſum inueſtigabile, ſi ad myſterium palpabile, ſi ad vſum dulce, ſi ad guſtum efficax, ſi ad officium ſunt emiſſiones eius. *Idem ibidem.*

Areola dilecti. *Philipp. Abbas lib. 6. in Cant. Canticor. cap. 3.*

Areola aromatum de terra optima, in optimo loco ſita, optimè præparata, & optimis ſeminibus, ſiue aromatibus conſita. *Ern. Prag. in Mariali cap. 63.*

Areola beata, quam Ille magnus agricola cum magna vigilia ſibi præparauit, & affauit, & ſibimet elegit, & prælegit. *Idem ibidem.*

Areola, quæ quibus ſeminibus, quibuſque aromatibus conſita fuerit, ipſe ſolus nouit, qui nouit differentias virgultorum, virtutes radicum, & cogitationes hominum. Sapientię 7. Vapor enim virtutis armatum ex areola iſta aſcendentis non modo myrrhæ, aut thuris, aut balſami comparatur odoribus, ſed vniuerſi pulueris pigmentarij fragrantiæ, ac ſuauitati. *Idem ibidem.*

Areola doctrinæ. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 8.*

Areola aromatum irrigata, ſicut Paradiſus deliciarum. *D. Anton. in ſum. par. 4. tit. 15. c. 22.*

Areola, in qua factus eſt, & genitus ille Propheta magnus, de quo clamabat turba: Propheta magnus ſurrexit in nobis. Luc. 7. *Idem ibidem.*

ARGVMENTVM præueniens futuræ gratiæ in mundum. *D. Bonauent. in Eccleſiæ Hierarchia par. 4. circa finem.*

Argumentum certum gratiæ Domini. *Iacobus Monachus orat. de Natiu. B. V.*

ARIDA ab aridicate, quia deſiccata igne Spiritus ſancti, & filio ſuo, qui ignis conſumens, eſt, ab omni humore noxio, & carnali, nec in ea aquæ terrenarum concupiſcentiarum locum habuerunt, quia cæleſtium contemplatio, terrena deſideria in ea ex toto exſiccauit. *Rich. à S. Laur. de Laud Virg. lib. 8.*

Ari-

Arida, de qua dicitur Pſalm.94. Aridam, id eſt, Mariam, fundauerũt manus eius, id eſt, Chriſti; manus eius, id eſt, dona gratiarum fundauerunt in profundo humilitatis. *Idem ibidem.*

ARITHMETICA. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 145.*

ARMA valida fidelium Regum, ſeu Imperatorum, per quæ bellorum frangunt audaces impetus, & conſequuntur trophæa victoriæ. *Georg. Nicomed. in orat. de Exitu SS. Domine noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in tẽplo.*

Arma noſtra. S. *Ioſeph Hymn. in Menæis Græcorum.*

Arma, vi omnis belli potentiora, nobis à Deo præſtita. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B.V.*

Arma nobis diuinitus collata, quibus contra vitia pugnare oportet. *Io: Trith. lib. 1. de Mirac. B.V. in Vrticeto cap. 10.*

ARMARIVM vitæ. *Chryſippus in ſerm. de S. Maria Deip.*

Armarium ſingularum, atque vniuerſarum virtutum. *Idiota de Beata Virgin. part. 14. Contemplat. 48.*

Armarium ſcripturarum ſacrarum. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virgin. lib. 12.*

Armarium diuinæ ſapientiæ. *Bernard. de Buſt. ſer. 5. de Paſſurit. B. Mariæ.*

Armarium dolorum corporis boni Ieſu. *Idem ſerm. de Compaſſione B. Mariæ.*

Armarium omnium diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. *Idem in Mariali ſerm. 2. de Coronatione B. Mariæ.*

Armarium plenum omnium virtutum, & bonorum morum. *Idem ſerm. 5. de Natiuitate B. Mariæ.*

Armarium diuinæ ſapientiæ continens illum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. *Maurit. de Villa Probata ſerm. 24. Corona noua B.M.*

Armarium omnium diuitiarum, & ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, & hominum. *Idem ibidem ſermon. 33.*

Armarium, quod Deus conſtruxit, vt in eo ſederet ipſe Meſſias ad oſtendendam gloriam maieſtatis ſuæ cunctis mortalibus. *Petrus Gal. lib. 7. de Arcan. cap. 3.*

ARMATVRA noſtra. S. *German. Conſtant. orat. 2. in Præſent. Beatæ Virgin.*

Armatura infracta, quam hoſtibus obtendunt fideles, S. *Ioan. Damaſc. in Canone de Sanctiſſima Trinitate.*

Armatura noſtra inſuperabilis repellens à nobis ſpiritualium hoſtium acies. *Idem in Paraclet. B. Virgin.*

Armatura inexpugnabilis. *Theodor. Laſcb. Imp. in Pæm. B. Virgin.*

Armatura inſuperabilis, ſpiritualium hoſtium phalanges repellens ab ijs, qui cum fide, & affectu eam canunt. *Idem in Cant. ad Sanctiſſimam Deiparam.*

Armatura ſalutis. *Idem in Pæm. B. Virg.*

Armatura noſtra inuiolabilis, *Iacobus Monach. in Mariali orat. 2.*

Armatura validiſſima fidelium Regum, per quã hoſtium inſolentiam, atque audaciam conterunt, & victoriæ trophæa conſequuntur. *Idem in Mariali orat. 6.*

AROMA ex ſpiritualis paradiſi integritate profectum. *S. Ioan. Damaſc. orat. 4. de Natiuitate B. Virg.*

Aroma quodlibet bona opinione. *Hugo de S. Victore ſerm. in Natiuit. B. Mariæ Virg. qui eſt in ordine 34.*

ARPHAXAD ſuorum deuotorum ſalutatione. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fruct. 4.*

ARRHA firma ſalutis. S. *Io: Damaſc. Orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Arrha noſtræ redemptionis, quæ paternę prænaricationis delictum abluit, reparauit innocentiam, placauit iram diſtricti Iudicis, aperuit portam cæli, & captiuis contulit libertatem. *Abſalon Abbas in ſerm. de Natiuitate B. Virgin.*

ARRHABO illius gratiæ, quæ hominum generi à Deo indulgenda erat. *Theophylact. in orat. de Præſent. B. Virg.*

Arrhabo diuinæ libertatis. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 2.*

Arrhabo gaudij. *Idem ibidem.*

ARVVM germinans fertilitatem miſericordiarum. *Andr. Cret. orat. 2. in Annunciat.*

Aruum inaratum Cæleſtis panis. S. *Io: Damaſcen. orat. 2. de Aſſumpt. ſiue Dormit. B. Mariæ.*

ARX tuta. S. *Germanus orat. 2. in Dormit. Beatæ Virgin.*

Arx inuiolabilis ad eam recurrentium S. *Io: Damaſc. in Paracl. B. Virgin.*

Arx Synâ ſanctior, quam non fumus, non caligo, non procella, non terrorem incutiens ignis contigit, verum illuminandi vim habens Spiritus ſancti ſplendor; illic enim Dei verbum, tamquam Dei ſpiritum legem ſaxeis tabulis inſcribebat; hic autem ex Spiritu ſancto, ac virginis ſanguine verbum ipſummet incarnatum eſt, ſeque naturæ noſtræ conceſſit. *Idem orat. 1. de Natiu. B.M.*

Arx virginea, quam ſatanicus cuneus nullo modo ſubuertit. S. *Proclus in orat. 6. de Laud. B. Virgin.*

Arx noſtra. S. *Ioſeph. Hymn. in Pentecoſt. Græcorum.*

Arx religioſorum, nocturna repellens ſpectra mali genij, qui lumina ſimulat. *Io: Geom. in B. Virgin. Hymn. 4.*

Arx tuta, vndique munitione vallata, atq; præſidio munita, nullis omnino hoſtium inſidijs patens. *Matthæus Cantacuzen. in cap. 4. Cant. Canticorum.*

Arx Sion. *Maurit. de Villa Probata ſerm. 28. Coronæ nouæ B. Mar. & Robert. Bellarm. in Concione de Aſſumpt. B. Virg.*

ASA habens terram arentem, id eſt, carnem ab omni humore concupiſcentiæ deſiccatam, & terram

terram auſtralem, id eſt, animam afflatu Spiritus ſancti inflammatam. Ioſ. 15. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 3. Q.*

Aſa ſpiritualiter, qui interpretatur attollens ſe; virtutibus enim, quotidie magis eleuabatur in Deum. *D. Anton. in Summa part. 4. tit. 15. cap. 6.*

ASCENSIO noſtra in cælum. *Anaſtaſ. Antioch. orat. 1. in Annunc. B.V.*

ASCENSVS omnium. *D. Ephrem in ſer. de Laud. B. Mariæ Virg.*

Aſcenſus purpureus in ferculo Salomonis. *Arnol. Carnot. Tract. de illis verbis Domini: Mulier ecce filius tuus.*

ASIVS, lapis pretioſus, & candidus, phthiſim curans deficientis animæ, & ſanans podagram tumentis ſuperbiæ. Io: *Trith. lib. 1. de Miracul. B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

ASPECTVS, de quo ſcriptum Ezech. 42. Vidi aſpectum illius in circuitu, velut aſpectum arcus, cum fuerit in nube, in die pluuiæ, ita erat extenſio ſplendoris per gyrum, hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini. *German. Conſtant. ſerm. in Natiu. B. Virg.*

ASPERSORIVM repletum aqnis gratiæ Spiritus ſancti, quod apprehendit Ieſus Chriſtus Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, quia in Beata Virgine ſemen Abrahæ apprehendit, & prædicta aqua aſperſorium implés, populum vndique aſperſit, ſicut promiſerat: Effundam ſuper vos aquam mundam, quia de plenitudine eius omnes accepimus, *Idiota de B. Virg. par. 14. contempl. 46.*

Aſperſorium aquæ benedictæ, id eſt, gratię Spiritus ſancti, quod Ieſus Sacerdos magnus ſecundum ordinem Melchiſedech, apprehendit, quia in ipſa ſemen Abrahæ apprehendit. Hebr. 2. & ipſum aſperſorium aqua prædicta replens, vnde dicta eſt gratia plena, populum vndique aſperſit ſicut promiſerat. Ezechiel. 36. Effundam ſuper vos aquam mundam, ab effectu ſcilicet, quia de plenitudine eius omnes accepimus. Io. 1. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 12.*

ASTIPVLATIO nobilitatis noſtræ inſolubiliter glorioſa, & gloriæ æternitate confecta. *D. Hildeph. libro de Virginitate S. Mariæ c. 12. & vltimo.*

ASTRONOMA. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 144.*

ASTRVM ſolis imagine ſplendidum. S. *Io: Damaſc. in Menæit Græcor. die 15. Ianuarij.*

Aſtrum inocciduum, quod mundo magnum ſolem attulit. S. *Ioſeph Hymn. Cant. in Hymn. Acatiſtus.*

Aſtrum occidentis mundi luminis conſpicui. *Anſelm. in Hymno 2. B. Dei Genitricis.*

Aſtrum ſplendidiſſimum ſupra omnia aſtra. *D. Bonau. in Speculo B. Virg. cap. 9.*

Aſtrum per influentiam. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 2.*

Aſtrum prærutilans. Io: *Mauburn. in Roſeto exercit. ſpiritual. in 5. de modo Roſaria dicendi.*

ASYLVM firmum. *Auonym. in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio communis ſupplicationis.*

Aſylum noſtrum aduerſus hoſtes. *idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcor. de eleuatione Panis panagia nuncupat.*

Aſylum noſtrum manifeſtum. *idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcor. in officio magni, & Angelici habitus.*

Aſylum omnium ad ſe recurrentium. *idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcor. in officio funereo in Sacerdotem vita functum.*

Aſylum ſecurum. *Idem in Euthologio, ſeu Rituali Græcorum in officio in peſtilentialis morbi periculo.*

Aſylum frequens peccatorum, *S. Germ. orat. 2. in Dormit. B.V.*

Aſylum omnium fidelium. *S. Ioſeph Hymn. in Menæis Græcor.*

Aſylum tutiſſimum eorum, qui peccant. *Idem in Pentecoſt. Græcor.*

Aſylum tutum peccantis. *Ioan. Mauburn. in Roſeto Exercit. ſpiritual. in 5. de modo Roſaria dicendi.*

Aſylum vnicum noſtrum. *S. Thomas de Villanoua Concione 3. de Natiu. B. V.*

Aſylum tutiſſimum omnium, quos tentatio, calamitas, aut perſecutio aliqua vrget. *Ludou. Bloſius in Canone vitæ ſpiritualis cap. 18.*

ATHLETA Dei. *Philipp. Abbas lib. 5. in Cant. Canticor. cap. 12.*

ATRIVM Dei. *D. Bernard. ſerm. 3. ſuper Salue Regina.*

Atrium, quia ſicut in Atrio ſepeliuntur mortui, & per ipſum intratur in templum, ita in cuſtodia B. Virginis illi Beati mortui, qui in Domino moriuntur, ſepeliuntur à tumultu rerum, & à curis mundi, & ipſa mediante introitus eſt in cælum. *Ern. Prag. in Mariali cap. 120.*

Atrium in ſuſceptione. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laude Virg. fructu 2.*

Atrium Dei ſplendidum, & excellentiſſimum. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 5. de Nominatione Mariæ.*

Atrium Dei. *Maurit. de Villa Probata ſer. 6. Coronæ nouæ B. M.*

Atrium ſplendidum, & excellentiſſimum, cum in eo nouem menſes habitauerit Deus. *Idem ibidem.*

ATTRACTRIX peccatorum. Iob. 6. Ieſus dixit turbis: Nemo venit ad me niſi Pater meus, qui miſit me, traxerit eum; ſed numquid non veniunt ad te, quos Maria tua traxit ad te? vtique omnis, quem trahit mater ad eum, impoſſibile eſt, vt intereat, vt dicit Anſelmus. *Albert. Magn. in Bibl. Mar. ſuper Euangel. Ioann.*

AVCTOR caſtitatis. *D. Petr. Damian. lib. 2. Epiſtolar. Epiſtola 14.*

AVCTRIX ſalutis. *D. Hieron. in Epiſtola, ſiue ſer. de*

*de Aſſumpt. B.V. Mariæ Tom. 9.*

Auctrix meriti. *D. Auguſt. in ſerm. de Aſſumpt. Beatæ Virg. Mar. Tom. 10. & ſerm. 2. de Annunc.*

Auctrix Virginum. *D. Iſidor. lib. 2. de Eccleſ. offic. cap. 17.*

Auctrix naſcendi Deo. *D. Ildeph. lib. de Virginis S. Mar. cap. 8.*

Auctrix, quę dum authorem ſuum concepit; excelſum nobis Redemptorem oſtendit in ſæculo. *idem ſerm. de Natiu. B. M.*

Auctris immaculata regenerationis noſtræ. *Georg. Nicomed. orat. 1. de Præſent. B.V.*

Auctrix ſanctificationis aquæ. *idem in orat. 3. de Concept. B. Virg.*

Auctrix virtutum. *D. Fulbert. Carnot. ſerm. 3. de Natiuit. Virg.*

Auctrix nouæ creaturę. *Guibertus Abbas lib. de Laud. B.M. cap. 6.*

Auctrix virtutum. *D. Bern. ſerm. 1. ſuper Salue Regina.*

Auctrix integritatis. *Cęſarius Ciſtercienſ. homil. de Nomine Mariæ.*

Auctrix vitę. *Idem lib. de Mirac. B. Mariæ (qui eſt 7. inter libros illuſtrium miraculorum) c. 52.*

Auctrix lætitiæ. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B. Virgin.*

Auctris noſtræ regenerationis. *Idem ibidem.*

Auctrix filij ſui. *D. Bernardin. Senenſ. Tom. 1. ſermone 61.*

AVDITIO ambigua infidelium. *Andreas Cretenſ. orat. 2. in Annunciat.*

Auditio noua in terris, ipſa enim ſola ſemper Virgo, tamquam Dei Mater parit, & Virgo eſt. *Idem Can. in 7. Machab.*

Auditio horrore plena. S. *Ioſeph Hymn. Can. in Hymn. Acatiſton.*

Auditio dulciſſima. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 3.*

Auditio venerabili horrore plena, cuius vnius ſonus vbique auditur. *idem in Mariali orat. 6.*

AVERRVNCATIO malorum. *Ioan. Geometra ſerm. in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

AVGVSTA, cuius magnalia omnia ſunt admiranda: Natiuitas admirabilis, ordo vitæ nouus, conceptio peregrina, partus ſupernaturalis; Deus enim hæc operatus eſt. *Andr. Cretenſ. in Can. de Nat Beatæ Virgin.*

Auguſta mater, virgo cælis ſublimior, atque omni re creata. *idem in Canon. de Annunciat. B. Virgin.*

Auguſta expandens compaſſionem, & benignitatem ſuam ſuper ſeruos ſuos. S. *Io. Damaſc. in Paracl. B. Virg.*

Auguſta. S. *Ioſeph. Hymn. Canone in Depoſit. veſtis SS. Deiparæ.*

Auguſta, ad quam intermiſſis omnibus intermedijs ſanctis appellare licet, ſi quis grauatur à Diabolo, à Tyranno, à Carne ſua. *Iacobus de Voragin. ſermon. 2. pro Sabb. 4. hebdom. 40.*

Auguſta cæli, ratione propinquitatis cum Deo Imperatore cęleſti, ratione dignitatis, poteſtatis, & auctoritatis. *idem in Mariali ſerm. 17. A.*

Auguſta. *Theodor. Laſcbus in Can. ad Sanctiſſimam Deiparam.*

Auguſta, ad quam debent omnes tribulati recurrere, quia ipſa neminem ſpernit, ſed benigniſſimè recipit, & ſemper reſidet, & exſpectat ad ſe venientes. *Bernardin. de Buſt. ſer. 3. de Nominat. Mariæ. Et Maurit. de Villa Probata ſer. 3. Coronæ nonæ B.M.*

Auguſta ſereniſſima. *Idem ibidem.*

Auguſta totius Orbis. *Idem ibidem.*

AVIA noſtra, quia Mater Patris noſtri, pluſquam mater nos ipſos diligens: dicitur enim vulgariter, quod auia tenerè diligit plus quam mater. *Ern. Prag. in Mar. cap. 122.*

AVIS volans ſuper pennas ventorum in cœlo contemplationis. *Albert. Magn. ſuper miſſus eſt cap. 160.*

Auis paradiſi, modo in paradiſo omnes audientes lætificans cantu ſuo. *Ern. Prag. in Mariali cap. 135.*

Auis maxima, quæ non continuit alas, quouſq; peruenire apud Deum. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 22.*

AVLA virginalis, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus in terris habitare conrentus fuit. *D. Athanaſ. ſerm. in Deſcript. SS. Deiparæ.*

Aula cæleſtis *S. Ambroſ. lib. 1. Epiſtolarum epiſt. 7. ad Syriacum.*

Aula cæleſtium ſacramentorum. *Idem de inſtit. Virgin. cap. 7.*

Aula regalis. *Idem in Epiſt. ad Eccl. Vercellen. D. Aug. ſerm. 14. de Natiuit. Domini, D. Ildeph. ſer. 5. de Aſſumpt. B.M. & S. Odilo in ſerm. de Aſſumpt. B. Virg.*

Aula regalis, quæ non fuit viro ſubdita, ſed ſoli Deo. *Idem de Inſtit. Virg. cap. 12.*

Aula Regis æterni. *Idem in Epiſt. ad Thoph. D. Auguſt. in lib. de Aſſumpt. B.M.V. D. Petr. Dam. Orat. ad Deum filium, & D. Anſelm. in Medit. B. Virgin.*

Aula Dei. *D. Auguſt. in libro de Aſſumpt. B. Mariæ Virg. Venantius Fortunat. Elegia in Laudib. S.M. Virg. & Maur. de Villa Probata ſer. 12. Coronæ nouæ. B. Mariæ.*

Aula virginea pudicitiæ, quam Spiritus ſanctus ingrediens talem Chriſtum hominem factum ex ea fecit procederc, qui perdita reſtauraret, & omnium delicta relaxaret. *D. Eleuther. ſer. de Incarnatione Domini.*

Aula regis virtutum, pudoris nitore clariſſima. *D. Ildephonſ. in libro de Virginitat. S. Mariæ cap. 2.*

Aula virginalis, in qua fecunditas regnat, & virginitas. *Idem ſermon. 5. de Aſſumptione B. Mariæ.*

Aula Regia, parata vniuerſorum Regi. *S. Ioan. Damaſc. in orat. 4. de Natiuit. B. Virg.*

Aula pudoris inuiolata. *Ratrannus Corbeienſis in opuſc. de Partu B. Virg. cap. 11.*

Aula ſpecioſa cæleſtis Regis. *D. Petr. Damian.*

in

*in Carminibus de Aſſumptione B.Mariæ.*

Aula Regi clauſa. *Idem ibidem.*

Aula ſuperni Regis. *idem in Carminibus de Aſſumptione B.Mariæ.*

Aula placens virginalis. *D.Anſelm.Cant.in Pſalterio B.Virginis. par.1.*

Aula peccatorum propitiatori. *Idem in lib. ſiue Tractatu de Conceptione Virg.*

Aula,quam omnium Creator Deus corporaliter inhabitauit. *Idem in libro de Excellentia Virgin. Mariæ cap.3.*

Aula vniuerſalis propitiationis. *Idem in lib. ſiue Tractatu de Conceptione Virg.*

Aula Regia, in qua Deus, qui omnia ante creauerat, ſe ipſum creauit. *Goffridus Abbas ſer. in omni feſtiuitate B.Mariæ.*

Aula Regalis ſanctę Eccleſię. *Rupert.Abb. lib.2. Comment.in Eſai. cap.31.*

Aula Chriſti ſpecioſiſſima. *D.Bern. in Lamentat. Virg. Mariæ.*

Aula. *S.Petrus Mauritius Cluniacenſ. proſa in honorem matris Domini.*

Aula Regis propter gloriam. *Petr.Bleſ.ſer.38.*

Aula ſummi Regis,de qua videtur ſenſiſſe Poeta, vbi dixit: Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis. *Rirbard.à S.Lauren.de Laud.Virgin. lib. 10.*

Aula Dei ſingulariter tam corpore, quam anima. *D.Bonauent.in Speculo B.V.cap.8.*

Aula ſolis. *Idem in Pſalterio minori B. Virginis Quinquagen. 2.*

Aula ſummæ Trinitatis. *Idem in Pſalterio minori B.Virgin. Quinquagen.1.*

Aula, in qua Ioſeph comedit cum fratribus ſuis. Geneſ.45. Auditum eſt, & celebri ſermone vulgatum in AulaRegis:Venerunt fratres Ioſeph: frarres enim veri Ioſeph hìc primò per naturæ coniunctionem ad Ioſeph Dei filium venerunr. *Albertus Magnus in Poſtillis ſuper cap. 11. Lur.*

Aula, in qua Princeps totius Iſrael ſedit cum Principibus populi ſui,&Regem ſe exhibuit. Ezech.44.Princeps ſedebit in ea,vt comedat panem coram Domino,refectione gratię,qua gratificauit hominē ſaturaturus.*Idem ibidem.*

Aula,in qua 4. Reg.7. nunciatum eſt illud bonum nuncium, quod inimicus populi Dei, oppreſſor antiquus, potentia Dei fugatus ſit, & liberatus Dei populus ab obſidione illius. *Idem ibidem.*

Aula Regia, in qua Regi ſummo diſcubitus præparatur. *Idem ibidem.*

Aula verè Regia, quia alta, ampla, munda, libera, turrita, copioſa, patens omnibus, plena gaudijs, ordinata miniſtris. *Ern. Prag. in Mariali cap.96.*

Aula Dei per mentis dedicationem. *Barthol. de Piſis lib.1.de Laud.Virg.fructu 8.*

Aula per reconciliationem. *Idem lib.1.de Laude Virg. fructu.8.*

Aula Regia, Imperatori Cæleſti præparata. *Bernard.de Buſt.in ſuo Mariali ſerm.8. de Concept. B. Mariæ.*

Aula virginalis,cuius virtutum inſignia, miraculaque donorum, quibus à ſuperna gratia præclarè nimis fuit adornata, lingua non ſufficit mortalium explicare. *Claud. Rapinas Celeſtin.ſerm.1.de Concept.B.Virg.*

Aula diuinæ pulchritudinis. *Io: Trith. lib.1. de Mirac.B.Virg.in Vrticeto cap.6.*

Aula dulcedinis æternæ. *Idem de Mirac. B.Virg. prope Dittelbach lib.1. cap.10.*

Aula magnifica Imperatoris æterni.*Ludou. Bloſius in Endologia 1. ad B. Virg.*

AVRA lætitiæ totius Orbis prænuncia.S.*Io:Damaſc.orat.de Natiu.B.Mariæ.*

Aura,de qua dicit Eliphath.Iob.4.Vocem quaſi auræ lenis audiui;Maria ſiquidem dicitur aura propter refrigerium gratię,quam infundit diligentibus ſe; lenis propter multitudinem benignitatis ſuæ. *Richard.à S.Laur. de Laud. Virgin. lib.7.*

Aura contra Diaboli ignitam tentationem.*Barthol.de Piſis lib.1.de Laud.Virg.fructu 2.*

Aura ſuauis leniter ſpirans, vt facilius aſcendamus. *Iſidor. Theſſalonit. orat. de Aſſumptione B. Mariæ.*

AVRIS, quia ſicut aures in homine non mouentur, niſi moto capite, ita Maria ſolum mota eſt ad ea, quæ Deus voluit. *Richard. à S. Laur.de Laud.Virg.lib.5.*

AVRORA rutilans noui diluculi. *D. Hieron. in Epiſtola,ſiue ſerm.de Aſſumpt. B.M.V. ad Paulum, & Euſtochium.*

Aurora in vitę huius nocte virginitatis radijs circumfulgens,cum ortum Solis iuſtitiæ prænunciaret, qui mentibus lumen apportat. S. Io: *Damaſc.in Menæis Græcor.die 11.Ianuar.*

Aurora ſolis. *D. Althelmus lib. de Laud. Virginitatis cap.22.*

Aurora emicans, qua ſola Solem Chriſtum attulit. *S. Ioſeph Hymn. in Canone in Arbatiſt.*

Aurora pulcherrima, quæ à viſceribus ſuis eduxit illuminationem, & Deum omnium, qui idololatrię noctem ſplendoribus innocciduis imminuit, ac mundum illuminauit. *idem in Menæis Græcorum.*

Aurora ſolem in vlnis ferens, nobis in nocte ſedentibus exorta. *Idem in Triodio Græc.*

Aurora Solis intelligibilis iuſtitię, per quem ex ignorantiæ tenebris ſumus eruti. *Idem ibid.*

Aurora, ab auro dicta, quia fuit aurum mundum virgineę puritatis, aurum ignitum feruentiſſimæ charitatis, & aurum optimum ſapientiæ, & bonitatis. *Idiota de B.Virg.par.14. contemplat. 18.*

Aurora alba ab albedine dicta, quia tota candida eſt, & fuit interius, & exterius per ſanctimoniam carnis, & ſpiritus, *Idem ibidem.*

Aurora, id eſt, aura rorans, nam precibus, & meritis eius ſanctiſſimis, percipimus auroram, id eſt refrigerium, & rorem gratię contrà incentiuum vitiorum. *Idem ibidem.*

Aurora, id eſt, aurea hora, quia adduxit ætatem auream,id eſt,tempus miſericordię. *Idem ibidem.*

Aurora, quaſi auium hora, quia ſicut tunc aues incipiunt garrire, & modulari; ſic etiam per Beatam Virginem incipiunt fideles, & eius deuoti canere laudes Deo, & ipſa facit etiam obmuteſcere aues nocturnas, id eſt, dæmones, & malos, ac obſtinatos peccatores, quia per ipſam obſtrictum eſt os loquentium iniqua. *Idem ibidem.*

Aurora, quaſi aura roris, quia in conceptu eius deſcendit in eam Filius Dei, quaſi Ros. *Idem ibidem.*

Aurora, quia ſicut aurora noctem finit, & diem inchoat, ſic Beata Virgo fuit finis legis, & inchoatio gratię. *Idem ibidem.*

Aurora, quia ſicut impoſſibile eſt de tenebris noctis venire ad lucem diei, niſi mediante aurora, ſic impoſſibile eſt de tenebris vitiorum venire ad lucem gratię, niſi mediante Maria. *Idem ibidem.*

Aurora ſplendida, atque lucens, quia ſicut aurora, quæ eſt media inter noctem & diem, fugat tenebras, & lumen demonſtrat, ſic Beata Virgo, in ſua ſanctiſſima Natiuitate, inter noctem vitiorum, & diem virtutum fugando vitia, diem virtutum, ſcilicet filium ſuum benedictum de proximo in ſe venturum indicauit. *Idem de Beata Virgine parte 3. Contemplatione 7.*

Aurora terminans noctem infidelitatis, & diem, ideſt, lucem fidei adducens. *Idem de B. Virg. par. 14. Contempl. 1.*

Aurora, quę noctem expulit ſempiternam, & diem de terra ſuæ virginitatis exortum, terris infudit. *D. Petr. Damian. ſerm. de Aſſumpt. B. Virgin. Mariæ.*

Aurora, quam ille non vidit, qui vidit omne ſublime, & orat B. Iob, vt ei multa ſuppreſſione claudatur, dicens: non videat ortum ſurgentis auroræ. *Idem ibidem.*

Aurora, quam ſequitur, imò de qua naſcitur Sol iuſtitiæ, ſolius ſolis claritate ſuccumbens. *Idem. ibidem.*

Aurora, quia finis noctis, & lucis initium. *Idem ibidem.*

Aurora veri pręuia luminis, quæ natiuitate ſua mane clariſſimum ſerenauit. *Idem ibidem.*

Aurora clariſſima, quæ ſuo magnifico iubare precedentium patrum charitatem minorauit. *Hugo de S. Victore ſerm. 34. in Natiuit. vel Aſſumptione B. M. V.*

Aurora conſurgens. *Idem lib. 4. de Propriet. & Epithetis rerum cap. 2.*

Aurora, quia precedentis temporis, quod quaſi nox fuerat, finis extitit, & vera lucis gratiæ, ſoliſque iuſtitiæ, qui ex ipſa progenitus eſt, prænuntrix, & antelucanum ſydus fuit. *Idem ſerm. de Natiuit. vel Aſſumpt. B. M. Virg. qui eſt 34.*

Aurora ſplendifica. *Idem ibidem.*

Aurora veræ lucis præuentione. *Idem ibidem.*

Aurora prænuncia diei ſempiterni. *Rup. Abbas lib. 6. Comment. in Cant. Canticor.*

Aurora vera. *Idem ibidem.*

Aurora felix, felicis diei nuncia. *D. Bern. in Deprecat. ad Virginem Mariam.*

Aurora lucida, & rubicunda; lucida cognitione veritatis, rubicunda amore virtutis. *Idem ſerm. 4. ſuper Salue Regina.*

Aurora valde rutilans, quę veri ſolis ſplendorem ſanctitatis iubare præcurrit. *Idem in Deprecatione ad B. Virg.*

Aurora ſolis prævia. *Petrus Mauritius Cluniacenſis preſa in honorem Matris Domini Tom. 12. Bibliothecæ PP.*

Aurora rutilans in ortu. *Adam de Perſ. in Mariali fragm. 2.*

Aurora, in qua dies gratię cæpit, nox vero infidelitatis, & ignorantiæ finem fecit. *Idem ibidem.*

Aurora conſurgens in natiuitate. *Petrus Abbas Cellenſis lib. 6. Epiſtolarum Epiſtola vltima.*

Aurora nobis caligantibus elucens. *Philipp. Abbas lib. 5. in Cantic. cap. 10.*

Aurora noſtra, quę viſitat nos oppreſſos tenebris profundioribus, & vmbra denſiore, quibus dum maieſtate manus quaſi terrorem incutit, repentinum illis diſparentibus iubar nobis inuehit matutinum. *Idem ibidem.*

Aurora rutilans, quæ diem venturum annunciauit dicens: Magnificat anima mea Dominum. *Garnerius Lingon. ſerm. 3. de Natiuit. Beatæ Virginis.*

Aurora conſurgens, ſicut enim aurorę claritas nũquam minuitur à primo ortu ſuo, ſed ſemper creſcit, ità Beata Virgo ſicut ſancta, & ſine peccato nata eſt, ità ſemper ſancta, & ſine peccato permanſit, & ſemper in ſanctitate profecit, & claritate. *Heliand. Ciſtercien. ſer. 1. de Aſſumpt. B. M. V.*

Aurora verè, in qua finitę ſũt tenebræ, & inchoata lux, finiuit noctem, & diẽ inchoauit, eo ipſo quod ſolem iuſtitiæ generauit. *Guilelm. Parnns in cap. 6. Cantic.*

Aurora, ad quam reſpicere debet, qui ad diluculum pœnitentiæ ſurgit, vt ipſa per filium cor eius ad ſanctificationem illuminet. *Innocent. Papa 3. ſer. 2. de Aſſumpt. B. V.*

Aurora, quę fugatis tenebris lumen mundo oſtendit, id eſt, deſtructis vitijs Saluatorem ſæculo protulit. *Idem ibidem.*

Aurora de tenebris, id eſt, de peccatrice maſſa conſurgens, de qua proceſſit Sol Iuſtitiæ, eos, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedebant, illuminare. *Honorius Auguſtodunenſis in ſigillo B. Mariæ.*

Aurora noſtra, in qua nox humanæ fragilitatis fuit lucida per gratiã, & dies diuinę gratiæ quodammodo obſcuratus fuit per fragilem naturam. *Abſalon Abb. ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Virgin.*

Aurora noſtra, quæ medio quodam noctis, & diei exorta ex confinio, cum terra mortis, & peccati caligine mundum inuoluente, ante ſolis ortum, ideſt, Chriſti adnentum, mundo

do apparuit, vt paulatim crescente lumine, nox auroram, aurora vero solem produceret, qui exortus non solum ea, quæ in cælo sunt, sed &, quæ in terra lumine claritatis illustraret. *Idem ibidem.*

Aurora, quæ lucem ijs, qui in tenebris versantur, adduxit. *Theodor. Lasch. Imperator in Can. ad SS. Deiperam.*

Aurora, quia si Aurora dicitur, quasi Aura rorans, Mariæ precibus, meritis eius percipimus auram, id est refrigerium, & rorem gratiæ contrà incentiua vitiorum. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib 7.*

Aurora, quia si Aurora dicitur, quasi auium hora; tunc enim aues incipiunt modulari voces suas, & excitant ad cantum, & laudem creatoris: viri enim spirituales, qui sunt aues mundi, & Angeli, qui sunt Aues cœli concorditer Mariam laudant. *Idem ibidem.*

Aurora, quia si Aurora dicitur, quasi auium ora aperiens: Maria auium, id est, animarum fidelium volantium pennis virtutum, quarú conuersatio in supernis, ora aperit ad laudes suas, & filij, & ad gratiarum actionem iugiter Domino persoluendam de beneficijs incarnationis, & passionis suæ. *Idem ibidem*

Aurora, quia si Aurora dicitur, quasi hora rotis, in Mariæ conceptu descendit in eam Filius Dei, quasi Ros. *Idem ibidem.*

Aurora, quia si Aurora diuidit lucem à tenebris, Maria suis orationibus, & exemplis prædestinatos separat à vitijs. *Idem ibidem.*

Aurora, quia si Aurora est prima claritas diei: Maria fuit initium diei gratiæ, quæ scilicet, dies incepit à sanctificatione eius, ideò dicitur Aurora consurgens in plenam claritatem diei. *Idem ibidem.*

Aurora, quia si Aurora fugat fures, Maria fugat fures illos, de quibus dicitur *Iob.* 34. Si subito apparuerit Aurora, arbitrantur vmbram mortis, nempe Dæmones, qui furantur thesauros bonæ operationis, & vitium quodlibet, quod furatur thesaurú virtutis sibi oppositæ. *Idem ibidem.*

Aurora, quia si Aurora gallicè dicitur alba ab albedine: Maria fuit tota candida intus, & exterius, per sanctimoniam carnis, & spiritus, *Idem ibidem.*

Aurora, quia si Aurora iuxta Isid. dicitur, quasi Aurea hora, Maria adduxit ætatem auream, idest, tempus gratiæ, vnde ei conuenit, quod dicitur de Saturno: Aurea per cuncta disponens sæcula terras. *Idem ibidem.*

Aurora, quia si Aurora latinè dicitur ab auro, hoc est, à splendore, secundum Isidorum, Maria fuit tota fulgida intus, & exterius, & in se habuit tripliciter aurum, nempè aurum mundum virgineæ puritatis, aurum ignitum feruentissimæ charitatis, & aurum optimum sapientiæ. *Idem ibidem.*

Aurora, quia si Aurora noctē finit, & diē inchoat; Maria fuit finis legis, & inchoatio gratiæ, Nox enim quædam longa admodum ab Eua fluxit ad Mariam, quā finiuit ipsa Maria in ortu suo, & fuit illa nox solitaria, nec laude digna *Iob.* 3. quæ licet obscura, suis tamen vigilijs, quasi à quibusdam fulgoribus distinguebatur. Item terminauit Maria noctē triplicem, scilicet noctem legis, quę erat obscura figuris; noctem ignorantiæ, & noctem culpæ: inchoauit autem lucem noui testamenti contra noctem legis, illum peperit, qui manifestauit veritatem contra noctem ignorantiæ, lucem gratię contra noctem culpæ adduxit. *Idem ibidm.*

Aurora, quia sicut Aurora consurgens, singulis rebus reddit colores proprios; quia de nocte omnia quasi vnius coloris sunt: Nox enim, vt dicit Augustinus, quodammodo auferz oculos Mundo, Aurora restituit: ita Maria sua natiuitate omnia meliorauit, & facta est quasi forma, & modulus totius bonitatis. *Idē ibidem.*

Aurora, quia sicut Aurora de tenebris videtur procedere, & postmodum quasi pariendo producere solem, ità B. Virgo processit ex antiquis Patribus, qui in tenebris peccatorum, & in caligine ignorantiæ, & sub vmbra legis erant, & ipsa velut Aurora nobis peperit verum solem. *Idem ibidem.*

Aurora, quia sicut Aurora existentibus iuxta mare, citius apparet, quam existentibus inter montes; ita Maria iuxta est his, qui tribulato sunt corde, per infusionem gratiæ, & misericordiæ: per mare enim amaritudo pœnitentiæ, ac tribulationū figuratur. *Idē ibidē.*

Aurora, quia sicut Aurora illucescente colligebatur manna à filijs Israel in deserto. Exod. 5. ita Maria intercedēte in deserto huius mūdi impetratur cælestis gratiæ refectio, & ipsa purificante nos per pœnitentiam, quæ signatur per desertū, dignè sumimus corpus Christi. *Idem ibidem.*

Aurora, quia sicut Aurora media est inter noctem, & diem; ita Maria inter filium, & peccatorem, *Idem ibidem.*

Aurora, quia sicut Aurora nascitur de tenebris, ita Maria orta est de Synagoga, quia sicut spina Rosam, gennit Iudea Mariam. *Idem ibid.*

Aurora, quia sicut Aurora nocturnas aues conuertit in fugam; ita Maria mediante filio, cunctas hæreses interemit, & per eam obstructum est os loquentium iniqua. *Idem ibidem.*

Aurora, quia sicut Aurora ortum solis præuenit ortu suo, licet illuminetur à sole post eam resurgente; ita Maria præcessit sua natiuitate humanam Christi natiuitatem, sed à diuinitate totum susceptt splendorem, vndè 2. Reg. 23. Sicut lux Auroræ oriente Sole mane absq; nubibus rutilat. *Idem ibidem.*

Aurora, quia, sicut Aurora releuat infirmitates corporales; ita Maria languores animarum; nam ante ortum ipsius per Euam totus infirmabatur mundus. *Idem ibidem.*

Aurora, quia sicut Aurora rorem adducit, quo ter-

terrę nascentia nutriuntur: ita Maria attulit rorem totius spiritualis fœcunditatis, & vniuersæ benedictionis, quo nutritur, & coalescit omne spirituale bonum. *Idem ibidem.*

Aurora, quia sicut Aurora solem anteuenit; sic Maria imaginem filij sui nascituri ex ea, nobis in virtutibus quasi præsentauit. *Idem ibidem.*

Aurora, quia sicut Aurora terminum ponit sopori, tunc enim surgunt Operarij, Viatores, & Peregrini, inducit principium operi, & indicium est sereni: per Mariam data est gratia meritorie operandi: patefacta est via Paradisi, datur facultas ad supernam Hierusalem reuertendi, cum ante eam omnes descenderent in Babyloniam inferni. *Idem ibidem.*

Aurora, quia sicut in ortu Auroræ, flores prius clausi expandunt folia sua; ita Sancti, qui quasi flores prius erant in horto clausi, Maria nascente, aperti, & expansi sunt; ipsa siquidem fuit quasi primum lilium, per votum Virginitatis, Filius suus, quasi prima Rosa noui testamenti, per passionem Crucis: Ideo dicit ipsa filio. Innocentes, & recti adhæserunt mihi, quia sustinui te Psal. 24. Ideo etiam virginibus dicitur. *Eccl. 39.* Frondete flores quasi lilium, id est, ad Mariæ exemplum. *Idē ibid.*

Aurora, quia sicut impossibile est de tenebris noctis venire ad lucem, nisi mediante Aurora, ita impossibile est de tenebris viciorum venire ad lucem gratię, & virtutum, nisi mediante intercessione Mariæ. *Idem ibidem.*

Aurora, quia sicut in ortu Auroræ quodammodo nox lucida, & dies videtur obscura, ita Maria nascente, quasi quædam Aurora surrexit, & humana fragilitas in ea lucida fuit per gratiā, & dies æternus, id est, Christus obscuratus est in ea per humanitatem assumptā, cui dicitur Isaiæ 45. Verè tu es Deus abscónditus, scilicet sub nubilo nostrę carnis *Idē ibid.*

Aurora rutilans, quia sicut Aurora rutilans est signum pluuiæ, ità per Mariam habuit mundus plenitudinem gratiæ. *Idem ibidem.*

Aurora terminans noctem infidelitatis, & diem, id est, lucem fidei adducens. *Idem de Laude B. Virgin. libr. 6.*

Aurora, de qua Angelus ad Iacob. *Genes. 32.* Dimitte me: iam enim Aurora ascendit, siquidem per Iacob luctantem cum Angelo sācti Patres designantur, qui luctantes cum Deo precibus, & lacrymis extorquere, & obtinere à Domino Incarnationem filij sui, tali instantia, velut quadam victoria nitebantur: sed eorum cætui respondetur à Domino: Dimitte me, iam enim ascendit Aurora, ac si diceretur: cesset autem iam instantia vestri luctaminis, quia iam ascendit Aurora, iam lux nascitur, videlicet B. Virgo, quæ nobis pariet verum solem. *Ioannes Hailgrinus in cap. 6. Cant. Canticorum.*

Aurora, quæ de tenebris Synagogæ exorta Christum peperit verum solem. *Idem ibidem.*

Aurora consurgens, quia in ortu suo non cecidit in peccatum, nullinsque peccati obnoxia fuit, sicut nos miseri, qui filij iræ nascimur. *Hugo Carensis in cap. 6. Cantic. Canticorum.*

Aurora, in cuius ortu vincitur Angelus à Iacob, id est, aduentus Filij Dei in carnem ab Angelo magni consilij Deo Patre sanctorum Patrum precibus impetratur. *Idem ibidem.*

Aurora media inter noctem humani generis, & lucem claritatis æternæ. *Idem ibidem.*

Aurora, in ortus sui diluculo infecta murice verecundię cum humilitatis venusto pallore. *D. Amedus Homil. 2. de Laud. Virgin.*

Aurora, Auibus cœli, id est, Angelis grata. *D. Bonau. in Speculo B. Virg. cap. 11.*

Aurora consurgens in rutilante virginitate. *Idē in Speculo B. Virgin. cap. 9.*

Aurora felix propter felicem absessum culpę in sua sanctificatione. *Idem ibidem.*

Aurora felix propter felicem eius locum in gloria. *Idem ibidem.*

Aurora felix propter felicem eius progressionem in luce gratiæ. *Idem ibidem.*

Aurora felix propter felicem ortum Solis iustitię. *Idem ibidem.*

Aurora, in qua Angelicam benedictionem consequutus est homo. *Idem ibidem.*

Aurora mundi à Sole æterno singulariter præparata progrediens, eiusdemque solis ortum mirabiliter irradiata præueniens. *Idem ibidē.*

Aurora nostra, quæ sublimiter locata in cœlo locum tenet vicinissimū soli æterno. *Idē ibid.*

Aurora perpetuę lucis. *Idem in Lytanijs Psalterij B. Virginis.*

Aurora refrigeratiua, quia virginitate sua carnis ardorem refrigerauit. *Idem in Speculo B. Virginis cap. 11.*

Aurora solem æternum, solem Iustitię præueniēs. *Idem ibidem.*

Aurora solem omnibus luminibus luminosiorem, id est, Iesum Christum clarissima irradiatione præueniens. *Idem in speculo B. V. c. 9.*

Aurora suauissima. *Idem ibidem cap. 11.*

Aurora veri Solis. *Idem in Psalterio minori B. V. Quinquagena 2.*

Aurora consurgens, ex qua ortus est Sol Iustitię, & sanitas in pennis eius. Malach. 4. *Albert. Magn. in Postillis super cap. 1. Matthæi.*

Aurora consurgens in opere. *Idem sup. c. 11. Luc.*

Aurora consurgens, quę quatenus per natiuitatem surrexit, & nos secum resurgere fecit, & ad surgendum excitauit. *Idem super Missus est, cap. 164.*

Aurora consurgens, quę solem concepit supernum. *Idem in Postillis super cap. 1. Luc.*

Aurora illuminationis. *Idem in Biblia Mariæ super lib. Genes.*

Aurora infirmis peccatoribus carissima, atque gratissima. *Idem serm. 2. in Assumpt. B. M.*

Aurora, nullis denegans lumen gratię, & misericordię. *Idem in Biblia Mariæ sup. lib. Iob.*

Aurora, quę de se sola solem produxit, qui omnia illuminabilia illuminauit. *Idem super Missus est, cap. 53.*

Au-

Aurora terrens Dæmones. Iob. 24. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*

Aurora à peccatoribus expellens noctem culpę. *Iacob. de Vorag. ſerm. 2. pro Sabb. 4. hebdomadæ* 40.

Aurora peccatoribus, quia eis dat radium ſuæ miſericordiæ. *Idem ibidem,*

Aurora peccatores à tenebris peccatorum purgans lumine ſuæ gratiæ. *Idem in Mar. ſer. 8. P.*

Aurora, quæ tenebras, id eſt, opera tenebrarum expellens lucem adduxit gratiæ. *Idem in Mariali ſerm. 18. A.*

Aurora valde rutilans, quæ de ſe ipſa ſolem illum produxit, & mundo parturiuit, qui illuminat omnia. *Ægidius Columna in Expoſit. in Salutat. Angelic.*

Aurora cæleſtis, quia ſicut Aurora ſolem ſuper terram lucentem mundo inducit, ſic Virgo Maria ſolē iuſtitiæ mundo parit, & quia ſicut Aurora ſolem antecedit, ſed ipſa tamen à ſolis virtute procedit; ſic Virgo veri luminis præuia, id eſt ſolis iuſtitiæ eſt prænuncia, ſed tamen ab ipſo ſpirituali gratia eſt illuminata. *Alanus Inſulenſis in cap. 6. Cant.*

Aurora conſurgens, id eſt, tota ſimul ſurgens, quia tota fuit ſancta & corpore, & ſpiritu ſplendens. *Idem ibidem.*

Aurora rutilans. *S. Methildis lib. 1. Gratiæ Spiritualis cap.* 45.

Aurora, quemadmodum enim lumine ſolis accedente, noctur næ recedunt tenebræ; ſic ad puræ Virginis ſplendorem peccati receſſerunt tenebræ. *Matth. Cantacuzenus in cap. 6. Cant. Canticorum.*

Aurora conſurgens. Io: *Taulerus in Tract. de* 10. *Cæcitatibus cap.* 11,

Aurora conſurgens, cuius roſeus elegantiſſimi vultus aſpectus, æternæ ſapientiæ, purpureo ornatus ſanguine, ceu gemma pretioſiſſima fuit. *Henric. Suſo in cap. de Matris Dei ineffabi li dolore, & compaſſione, quod eſt* 17. *Dialog. ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Aurora in claritate totius virtutis conſurgens. *D. Brigitta in Reuelationibus extrauagantibus cap.* 50.

Aurora, per quam Deus, qui ſoli aſſimilatur, ſuum calorem, id eſt, ſuam charitatem manifeſtius oſtendit. *Eadem in ſerm. Angelico de Excellentia Virg. cap.* 11.

Aurora procedens cum ſerenitate, & radians ſuper omnes cælos, cuius lux, & ſerenitas excellit omnes Angelos. *Eadem lib.* 1. *Reuelat. cap.* 50.

Aurora, quam ſol verus Ieſus Chriſtus illuminauit. *Eadem lib.* 4. *Reuelat. cap.* 11.

Aurora veri ſolis nuncia, & productiua. *Eadem ibidem.*

Aurora dans ſolem iuſtitiæ. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de Laud. Virg. fructu* 8.

Aurora per illuminationem. *Idem lib.* 1. *de Laud. Virg. fructu* 2.

Aurora ſurgens, cuius ortum non vidit nox culpæ originalis. *Ant. Pocq. ſerm.* 3. *de Conceptione B. Virgin.*

Aurora conſurgens glorioſa. *D. Laur. Iuſtin. libr. de Caſto connubio Verbi, & Animæ cap.* 9.

Aurora rutilans, quæ ſolis iuſtitiæ irradiata fulgore, placidum in ſe aſpicientibus præbet affectum. *Idem in ſerm. Natiu. M. Virg.*

Aurora conſurgens in ſanctitate. *D. Bernardin. Senenſ. Tom.* 3. *ſerm. de Aſſumpt. B. Virg.*

Aurora, quæ tenebras horrendę mortis, originalis infectionis, & carnalis ſocietatis humani generis, ac totius gloriæ ſenſibilis mundi effugauit. *Idem Tom.* 2. *ſerm.* 15.

Aurora, cuius ortum nox culpę originalis non vidit. Iob. 3. *D. Antonin. in ſumma TP. tit.* 8. *cap.* 2.

Aurora rutilans dilectione. *Idem in ſumma par.* 4. *tit.* 15. *cap.* 45.

Aurora conſurgens, id eſt, ab infantia, qua vti ratione incepit celerrimè, incomparabiliterq; proficiens, & Chriſtum (qui eſt verus dies animarum ſanctarum) præcedens, atque ad ipſum perducens. *Dionyſ. Carthuſ. in Cantica artic.* 21.

Aurora conſurgens, quæ verum lumen orbi inuehere inobtenebrabilemque diem parere, parata à Deo fuit, & prælecta. *Idem lib.* 1. *de Præc. Mariæ art.* 25.

Aurora pulcherrima, quæ ex vtero ſuę venerandę, ac ſanctę matris egreſſa, conſurrexit ab imis ad ſumma, & Chriſtum, qui ſplendidiſſimus dies eſt animarum fidelium, parumper præceſſit, ſicque progrediebatur à via ad Patriam, à fide ad ſpeciem, ab infantia ad adoleſcentiam, nobilemque ætatem celeberrimè incomparabiliterque proficiens in omni ſapientia, & virtute, in omni ſupernaturali charitate, ac illuſtratione interna, atque inflammatione diuina. *Idem lib.* 1. *de Laudib. Virgin. initio.*

Aurora, quę totum orbem illuminauit. *Paulus de Heredia in Tractatu de Concept. B. V.*

Aurora benedicta. *Bernardin. de Buſtis ſerm.* 2. *de Aſſimilatione B. Mar.*

Aurora, cui conchæ marinæ, id eſt, animæ deuotę, ſe per affectum deuotionis aperientes, rorem gratię ſuperne ſuſcipiunt, per quem margaritas candidas, id eſt, affectiones puriſſimas concipiunt. *Idem ibidem.*

Aurora, diuinæ gratiæ rorem nobis abundanter infundens. *Idem ibidem.*

Aurora expellens tenebras culpæ à ſeruis ſuis, & illis dans lucem gratiæ. *Idem ſerm.* 2. *de Nominatione Mariæ.*

Aurora flores clauſos, id eſt, mentes humilium aperiens ad benè agendum, vt odorem boni exempli vndique circumfundant. *Idem ſerm.* 2. *de Aſſimilatione B. Mariæ.*

Aurora fulgentiſſima. *Idem ibidem.*

Aurora infundens internę dulcedinis gratiam his, qui tribulato ſunt corde. *Idem ibidem*

Aurora, in qua ortus eſt Lucifer gratiæ diuinę. *Idem ibidem.*

Auro-

Aurora media inter noctem, & diem, id eſt, mediatrix inter Deum, & homines. *Idem ibidem.*

Aurora miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Aurora omnia noctis vitiorum tenebroſa opera, & cunctas tenebras peccatorum à nobis expellens, & lucem diuinæ gratiæ nobis adducens. *Idem ibidem.*

Aurora, per quam infirmi recipiunt animi, & corporis ſanitatem. *Idem ibidem*

Aurora, quæ à lumine diuinę gratiæ incipiens, nullis vnquam eſt peccatorum tenebris obſcurata, ſed ſemper in virtutum omnium claritate ſuccreſcens, tandem cum ſole iuſtitiæ dulciſſimo Filio ſuo in cæleſti gloria mirandis circumdata fulgoribus eſt coniuncta. *Idem in Mariali ſer. 5. de Concept. B. Mariæ.*

Aurora, quę aues, id eſt, deuotas mentes in altum per contemplationem volantes excitat ad Dei laudem. *Idem ſerm. 2. de Aſſimilatione B. Mariæ.*

Aurora refulgens, Dæmones non ſolum in fugam conuertens, ſed etiam in profundum inferni demergens. *Idem ibidem.*

Aurora rutilans, dans peccatoribus radium ſuæ miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Aurora rutilans, nobis impetrans lumen diuinę cognitionis, & inſpirationis. *Idem ibidem.*

Aurora virginalis. *Idem ibidem.*

Aurora rutilans, quæ nocti quidem vicina, nocturnis tamen peccatorum nequaquam potuit tenebris obſcurari, quæ per Solis Iuſtitię mirabilem ſplendorem reuerberari promeruit, nè quandocumque peccati originalis macula polluerętur, ſed ab ipſo conceptionis initio, quæ natiuitas in vtero nuncupatur, integra ſemper, & ab omni labe liberrima conſeruaretur ſupra legem communem Sanctorum, quos generalis deturpat maledicto parentum culpa primorum, ſicut ſcriptum eſt; Obtenebrentur Stellæ caligine eius, expectet lucem, & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ; Licet enim ſancti, qui per Stellas ſignantur, obtenebratione peccati originalis caligauerunt, lucem tamen (quæ Chriſtus eſt) peccatum non attigit, nec auroram vidit naſcentem; naſcentem dico natiuitate, quæ in vtero eſt, quam ſupra diximus Conceptionem; ortus enim auroræ principium eſt ſui eſſe. *Claudius Rapinas Cęleſtin. ſerm. 1. de Conceptione B. Virgin.*

Aurora incipientibus. *Philippus de Greve ſerm. 190. in Pſalmo 88.*

Aurora intellectualis luminis. *Io: Trith. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrtiteo cap. 6.*

Aurora matutini luminis. *Idem de Mir. B. Virgin. prope Dittelbach lib. 1. cap. 10.*

Aurora aues contemplationis excitans ad Dei laudem. *Maurit. de Villa Probata ſer. 32. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Aurora benedicta, qua radiante fugit Diabolus ad latibulum ſuum. *Idem ibidem.*

Aurora conſurgens, per quam beſtię infernales expulſę ſunt ad latibula ſua. *Idem ibidem.*

Aurora, depreſſos & marcidos animos, per męrorem erigens per Spiritus ſancti conſolationem. *Idem ibidem.*

Aurora expellens à nobis tenebras peccati, & introducens diuinę gratię lucem. *Idem ibid.*

Aurora fulgentiſſima. *Idem ibidem.*

Aurora in qua finitę ſunt tenebrę, quibus totum humanum genus tenebratur, propter peccatum primorum parentum. *Idem ſer. 31. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Aurora, in qua ortus eſt Lucifer diuinæ gratię. *Idem ſer. 32. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Aurora iuſtorum, & peccatorum. *Idem ſerm. 31. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Aurora latrones, id eſt dæmones fugans. *Idem ſerm. 32. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Aurora miſericordię. *Idem ibidem.*

Aurora, quæ flores clauſos, id eſt mentes humilium aperit ad bene agendum, vt odorem boni exempli vndique circumfundant. *Idem ibidem.*

Aurora, quæ Solem Iuſtitię Chriſtum, non ſolum præmonſtrauit, quin imò in ſuum uterum traxit, & nobis peperit. *Idem ibidem.*

Aurora, quia ſicut aurora eſt media inter noctem, & diem, ſic ipſa eſt mediatrix inter Deũ, & hominem. *Idem ibidem.*

Aurora rutilans, dans peccatoribus radium ſuę miſericordię. *Idem ibidem.*

Aurora ſplendoris, in qua carnem aſſumpſit Dei filius, qui eſt lumen luminum, & omnis ſplendoris ſplendor. *Idem ſerm. 31. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Aurora viuentium. *Idem ſerm. 32. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Aurora de qua, Cant. 6. Quę eſt iſta, quę progreditur, quaſi aurora conſurgens; quemadmodum enim aurora diei claritatem inchoat, ità certè gloriosa mater Meſſiæ veniens totum mundum illuminare cœpit. *Petrus Gal. lib. 7. de Arcan. cap. 5.*

Aurora, in ſua conceptione ab omni labe prorſus aliena, quę Luciferum Chriſti, Ioannem, & ipſum iuſtitię ſolem progrediendo præcurrens, abiiſſe noctem indicauit, & ſalutis diem excuſſis impietatis tenebris aduentaſſe. *Ioan. Picus lib. 3. in Cantic. cap. 5.*

Aurora, quę ſolem mundo edidit. *Idem lib. 2. in Cantic. cap. 2.*

Aurora rutilans, totius bonitatis, ſapientię, & ſanctitatis, miſericordię, & amoris medians inter diem, & noctem, hoc eſt, inter Deum, & homines: quorum nequaquam poteſt obliuiſci, cum ſit mater eorum, ſicut mater ſummi Iudicis, & interuentrix peccatorum, & mater miſericordię, tota plena bonitate, tota plena poteſtate, tota plena virtute, tota plena gratiarum, tota plena charitate. *Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Virg.*

Aurora vniuerſis, quoniam ex ea ortus eſt Sol iuſtitię, miſericordia, & veritas, vera beni-

gni-

gaitas, & recreatio totius humanæ creaturę & in ea finitę ſunt tenebrę, quibus totum genus humanum inuoluebatur pro delictis primorum Parentum. *Idem ibidem.*

Aurora fulgida, rubicunda, purpurea, lęta, non obtenebrata, non obnubilata, non maculata, ſicut alij filij Adam, quę mundo in nativitate apparuit. *S. Thom. de Villanoua conc. 3. de Natiuit. B. Virgin.*

Aurora conſurgens, quia mater Chriſti iuſtitię Solis exiſtens, & noſtrę ſalutis exordiū, & media inter legem, & gratiam, hoc eſt, inter noctem, & diem fuit. *Robert. Bellarm. in Concione de Natiu. B. Virgin.*

Aurora valde rutilans, quę nō tenebris circumdata peccatorum, ſed gratię ſplendore illuſtris orbi terrarum illuxit. *idem ibidem.*

AVRVM Euilat. *S. Proclus in orat. 6. de Laud. B. Virginis.*

Aurum minimè adulterinum. *S. Ioan. Damaſc. or. 2 de Aſſumpt. ſiue Domir. B. Mariæ.*

Aurum purum putum in ſęculi conflatorio, igne ſpiritus probata, nec malitię vſquam ruga deformis; quo ex auro tum candelabrum, tum menſa, tum reliqua omnia legis ritu aurea allegoricè non ambiguo ſignificatu dea, ex auro ſumpta, ac multiplici nuncupatione celebri exponuntur. *Idem orat. 4. de Natiuit. B. Virgin.*

Aurum ignitum feruentiſſimę charitatis. *Idiota de B. Virg. par. 14. contemplat. 18.*

Aurum mundum virgineę puritatis. *Idem ibidem.*

Aurum optimum ſapientię, & bonitatis. *Idem ibidem.*

Aurum clarum per cęleſtem ſapientiam, quia clara eſt, & nunquam marceſcet ſapientia. Sap. 7. *Richard. à Laurent. de Laudib. Virgin. libr. 10.*

Aurum, de quo fabricatum eſt artificio Spiritus ſancti vas illud admirabile, opus excelſi, in quo filius Dei comedit fauum ſuum cum melle ſuo, bibit vinum ſuum, cum lacte ſuo. *Idem de Laud. Virg. lib. 4.*

Aurum purum per immunitatem peccati; ſicut enim aurum ſordes non colligit ex immundo loco, ſi ibi ponatur: ſic nec Maria, quę nata eſt ex Iudęis, quia ſicut ſpina roſam genuit, Iudęa Mariam; vnde, & ſecundum hoc ſoli comparatur, quem nulla immunditia poſſit aliquatenus inquinare. *Idem de Laudib. Virgin. lib. 10.*

Aurum fulgidum, per exemplum, quo non ſolum homines, ſed & Angelos irradiauit, vel fulgidum, & coruſcans per virtutem miraculorum. *Idem ibidem.*

Aurum imputribile per luxuriam, quoad carnem, per inuidiam, quo ad mentem, & quia corpus eius non fuit reſolutum in quatuor elementa. *Idem ibidem.*

Aurum in fornace probatum, id eſt, in filij paſſione; in hanc enim fornacem Beata Virgo pura intrauit, exiuit purior, ſicut Pueri in Fornace Babylonica. Dan. 3. *Idem ibidem.*

Aurum, in quo tanquam theca collocatus eſt Jeſus gemma pretioſiſſima. *Idem ibidem,*

Aurum medicinale, valens contra lepram, & melancholiam, id eſt, contra triplicem concupiſcentiam, quæ notatur in lepra, & mundanam fatuitatem, quæ in melancholia. *Idem ibidem.*

Aurum percuſſionibus dilatatū, quod apparuit in filio patiente, quando dixit: Pater ignoſce illis &c. quod & matrem feciſſe pium eſt credere; tunc enim filius latroni petenti memoriam ſui, promiſit Paradiſum; ideò verè potuit dicere patri filius, & mater filio: Intribulatione dilataſti mihi. Pſalm. 4. *Idem ibidem.*

Aurum percuſſum, nec murmurans ſicut æs, ob patientiam in filij paſſione, quia coram tondentibus, & percutientibus ſe, in filio, obmutuit, & non aperuit os ſuum: quale enim ſe exhibuit agnus, id eſt, filius, talem ſe exhibuit mater agni. *Idem ibidem.*

Aurum ponderoſiſſimum per timoroſam humilitatem, & auream grauitatem, quod apparuit in angelica ſalutatione, quando ad promiſſum Angeli nō ſe mouit à propoſito ſuo, & ſtatu, dicens: Quomodo fiet iſtud, & nominans ſe Ancillam: vel quia pręponderat omni Sancto abundantia chariſmatum, quia non ad menſuram datus eſt ei Spiritus ſanctus, ſed totum datum eſt ei, quidquid dari potuit puræ creaturæ. *Idem ibidem.*

Aurum pretioſum, cuius pretium Chriſtus; vndè Prouerbiorum in fine: Procul, & de vltimis finibus cœli cœlorum pretiumeius. *Idem ibid.*

Aurum, quia ſicut aurum in ſole poſitum flammeſcit, & rutilat, & ſcintillas videtur emittere; ità Maria in ſole poſita per vnionem carnis, quam de ipſa Sol Iuſtitiæ accepit, flammeſcebat per ardorem deſiderij cęleſtis, ſcintillabat per rutilantiam gratię multiplicis, refulgebat per bona opera, & exempla. *Idem ibidem.*

Aurum, quia ſicut aurum viſum confortat, & vitam prolongat; ita Maria viſum mentis cōfortat, cum ſit ſol ille, de quo dicitur Eccl. 11. Dulce lumen, & deleſtabile eſt oculis videre ſolem, vitamque, ſcilicet, gratiæ, & gloriæ, & miraculosè aliquibus vitam naturę prolongat; vndè dicitur Eccl. 24. In me omnis ſpes vitę. *Idem ibidem.*

Aurum rarum, & ideo pretioſum: nam ipſa eſt vnica virgo, & mater, vnde dicitur Virgo ſingularis, & ſola mater innupta, & ideò procul & de vltimis finibus pretium eius. *Idem ibidem.*

Aurum rubicundum per verecundiam virginalem, pulchritudinem naturalem, & patientiam ſingularem, intenſiſſimam charitatem; & ſicut aurum quātò rubicundius, tantò metius eſt: ità Maria quantò in his, & alijs virtuti-

tutibus præcellebat omni Sancto, pretioſior erat coram Deo. *Idem ibidem.*

Aurum ſolidum per mentis conſtantiàm in bono, quod apparuit in filij paſſione; vbi nec irritauit aliquem, nec potuit irritari, aut prouocari ad iram; ſimiliter in filij ſepultura, quandò nunquam deſperauit, neque dubitauit de eius reſurrectione, ſicut fecerunt diſcipuli. *Idem ibidem.*

Aurum tractabile, & ductile, per obedientiam, quæ notatur ibi: Ecce Ancilla Domini, quaſi diceret; quidquid ei placuerit faciat de Ancilla ſua. *Idem ibidem.*

Aurum, in quo collocata eſt illa gemma gratiſſima, quę fuit expectatio totius generis humani pręſtolantis eius aduentum. *Ern. Prag. in Marial. cap. 14.*

Aurum, quia ſi aurum pręcellit fulgore: Maria in gratioſitate interiori coram Deo, & exteriori coram omnibus: & ſi aurum pręcellit pretioſitate, Maria in ſapientia, quæ pretioſior eſt cunctis opibus, excellit. *Idem ibid.*

Aurum, quia ſicut aurum inferiora metalla, quibus aſſociatur, clarificat, & emundat, & pretioſa efficit: ita Maria quocunq; ingreditur, totam domum, & ſocietatem lętificat & emundat, ſicut apparuit quandò intrauit domum Zaccarię, & ſalutauit Eliſabeth. *Idem ibidem.*

Aurum, quia ſicut aurum, inter omnia metalla, excellit in pondere, vndè & ima petit, & vt dicitur, inter omnia metalla profundius in terra generatur, ità Maria inter omnes creaturas excelluit humilitate. *Idem ibidem.*

Aurum, quia ſicut aurũ ſolidum eſt, à quo nihil decidere poteſt, & purũ in fornace non diminuitur, ſed rectificatur, & humectatur, & quod eſt mirabile, plus ponderat purum, eiecta palea, quã fecerat prius cum tota palea: ſic Marię in tota vita nihil vnquam deperijt, ſed ſemper in augumento gratiarum profecit, & quãto purior per munditiam, tanto ponderoſior extitit per humilitatem. *Idem ibidem.*

Aurum, quia ſicut nullum metallum ita eſt obediens artifici ſicut aurum: ità nec aliquis ſanctorum ſic per omnia, tota vita ſua fuit obediens ſummo artifici, vt Maria. *Idem ibid.*

Aurum, quia ſicut nullum metallum poteſt ſatiſtinere perfectè ignem examinationis, præter aurum; ſic in paſſione Domini, quæ rectè fuit ignis examinationis, omnes corrupti ſunt, præter Mariam. *Idem ibidem.*

Aurum virtute, & bonitate præcellens, confortans oculum intellectus, frigiditatem ſtomachi, id eſt, deſiderij, & appetitus naturalis excitans: tremorem cordis, & puſillanimitatem auferens, patientibus ſyncopem, ideſt, recidiuum in peccata frequentius ſubueniens, fœtorem oris, id eſt, vitium detractionis amouens, Elephantiam, id eſt, luxuriam curans. *Idem ibidem.*

Autum pretioſum omnibus tribulationibus percuſſum in paſſione filij. *D. Birgitta lib. 1. Reuelat. cap. 20.*

Aurum: quia pretioſior cunctis. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laude Virg. fructu 8.*

Aurum, quia ſicut aurum in viſceribus terræ non corrumpitur, ſed potius perficitur, ſic Beata Virgo in viſceribus matris non fuit aliqua macula peccati originalis corrupta, ſed potius à ſancto ſpiritu præſeruata. *Ioan. de Meppis in Tract. de Immacul. Concep. pag. 86.*

AVSPEX ſpiritualium epularum, conuiuas ſuos voluptatis tortente paſcens. *S. Io: Damaſc. or. 3. de Natiuit. B. Mariæ.*

AVXILIATRIX feruens in præſenti vitæ curſu, hoſtiles quoſcumque impetus à nobis euertens, & in via ſalutis nos cõſtituens. *S. Ephrem. in orat. ad SS. Dei Genitricem,*

Auxiliatrix pia periclitantium. *Idem in ſerm. de Laud. B. Mariæ Virg.*

Auxiliatrix precibus. *D. Hieron. in Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. M. V. ad Paulum, & Euſtochium.*

Auxiliatrix in omnibus. *D. Ildephonſ. ſerm. 4. de Aſſumpt. B. M.*

Auxiliatrix anguſtiatorum. *Anonymus in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio funereo in Sacerdotem vita functum.*

Auxiliatrix graniter iactatorum. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio pro infirmis à ſpiritibus immundis obſeſſis.*

Auxiliatrix illibata. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio magni, & Angelici habitus.*

Auxiliatrix ſola hominum. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio in peſtilentialis morbi periculo.*

Auxiliatrix feruens, & ſollicita in noſtris tentationibus. *S. Io: Damaſc. in Parael. B. V.*

Auxiliatrix noſtra in rebus aduerſis, redimens nos à malis, quæ ex Dæmonum violentia inuadunt nos. *Idem ibidem.*

Auxiliatrix noſtra, nos ſemper liberans ab omni tribulatione. *Idem ibidem.*

Auxiliatrix recurrentibus ad ſe. *Idem ibidem.*

Auxiliatrix eorum, qui periculis vrgentur. *S. Ioſeph Hymn. in Triodio Græcor.*

Auxiliatrix vnica peccatorum. *Idem ibidem.*

Auxiliatrix cælitis contra doloſitates Diaboli. *S. Anſelm. Cantuar. in orat. ad B. V.*

Auxiliatrix potentiſſima accurrens, medijs caſtris ſe opponens, & vmbraculum ſuper caput peccatoris in die belli faciens, quando Draco rufus habens iram magnam malignitatis ſuæ, agmen aduerſus peccatorem congerit aperta perſequutione, vel occulta tentatione. *Petrus Cellenſis ſerm. 2. in Annunciat.*

Auxiliatrix inſuperabilis in bello. *Theod. Laſcb. Imp. in Can. ad Sanctiſs. Deipar.*

Auxiliatrix impotentium. *D. Bonau. in Speculo B. Virg. cap. 8.*

Auxiliatrix ſalutis noſtræ. *Idem in Pſalterio Beatæ Virginis.*

Auxiliatrix fortis, ad quam per veram pœnitentiam

tiam modo confugere debemus, vt per ipſam protectionem in die iudicij contrà omnes noſtros aduerſarios habeamus. *Albert. Mag. ſerm. 2. in Aſſumpt. B. M.*

Auxiliatrix fortis fidelium contra Dæmones, & ſeptiformem turmam vitiorum dimicantium. *Idem ibidem.*

Auxiliatrix pia. *D. Bernardin. Senenſis de 7. verbis B. virginis.*

Auxiliatrix in omni calamitate. *Bernardin. de Buſtis in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M.*

Auxiliatrix noſtra. *Idem in ſerm. 1. de Nominat. Mariæ.*

Auxiliatrix noſtræ iuſtificationis. *Idem ibidem.*

AVXILIVM oppreſſorum. *D. Ephrem. in orat. ad SS. Deiparam.*

Auxilium preſentiſſimum recurrentiumad illam. *Idem in orat. ad SS. Dei Genitricem.*

Auxilium cęcorum. *S. Sabba in Menæis Græcor. die 28. Ianuarij.*

Auxilium ſemper paratum eorum, qui affliguntur. *Eutychian. in vita S. Theophili apud Surium Tom. 1. die 4. Februarij.*

Auxilium terræ. *Venant. Fortunatus Elegia in Laud. S. M. V. & Matris Domini.*

Auxilium fidelium. *Andr. Cret. Can. in S. Andr. Apoſtol. Anonymus in Euchologio, ſeu Ritual. Græcor. in officio pro infirmis à ſpiritibus immundis obſeſſis, & S. Ioſeph. in Can. Paraclet. in SS. Deiparam.*

Auxilium cunctorum. *Anonymus in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio Aquæ benedictæ minoris.*

Auxilium omnium. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum de eleuatione Panis Panagiæ nuncupati, D. Theod. Studites in Can. qui canebatur in erectione ſanctarum Imaginum, & S. Ioſeph in Menæis Græcor.*

Auxilium ſtabile. *S. German. orat. 2. in Dorm. B. V.*

Auxilium delinquentium. *S. Io: Damaſc. in Can. Græcorum ſono 1.*

Auxilium eorum, qui ſtant. *Idem in Paracl. B. V.*

Auxilium fortiſſimum fidelium, liberans nos à ſeductione Draconis fraudolenti, qui nos infeſto petit bello, ac perdere feſtinat. *Idem ibid.*

Auxilium hominum promptum. *Idem Ibidem.*

Auxilium infirmitatis noſtræ. *Idem ibidem.*

Auxilium in periculis. *Idem ibidem.*

Auxilium mundi validum. *Idem ibidem.*

Auxilium omnium, adiuuans nos periclitantes, manumque nobis porrigens, & ad portum ſalutis dirigens nos. *Idem ibidem.*

Auxilium noſtrum beneuolentiæ, plenam conſolationem nobis præbendo. *Idem ibidem.*

Auxilium noſtrum in hora horribilis exitus noſtri, & animæ à corpore ſeparationis. *Idem ibidem.*

Auxilium noſtrum, ne abſorbeat nos perditionis profundum. *Idem ibidem.*

Auxilium omnium, eripiens nos à periculis, neque deſpiciens nos. *Idem ibidem.*

Auxilium peccatorum. *Idem ibidem, & S. Ioſeph Hymn. in Menæis Græc.*

Auxilium promptum, ac paratum Chriſtianorum. *Idem ibidem.*

Auxilium validum eorum, qui ad eam recurrunt. *Idem ibidem.*

Auxilium validum in noſtris neceſſitatibus. *Idem ibidem.*

Auxilium validum miſerorum. *Idem ibidem.*

Auxilium eorum, qui illam cum fide deprecantur. *S. Ioſeph. Hymn. Can. in Acathiſton.*

Auxilium eorum, qui in tribulatione verſantur. *Idem in Menæis Græcor.*

Auxilium firmiſſimum fidelium apud Deum. *Idem in Triodio Græcorum.*

Auxilium firmum in rebus omnibus. *Idem ibid.*

Auxilium hominum promptum, & paratum. *Idem in Menæis Græcorum.*

Auxilium laborantium. *Idem ibidem.*

Auxilium validiſſimum fidelium. *Idem ibid.*

Auxilium validum recurrentium ad ſe. *Idem ibidem.*

Auxilium vnicum generis humani. *Idem in Paracletica Græcorum.*

Anxilium paratiſſimum ad moleſtiarum leuamen. *Leo Imperator in orat. de Aſſumpt. B. V.*

Auxilium noſtrum in neceſſitatibus noſtris. *S. Anſelm. in Medit. de B. Virg.*

Auxilium peccatoribus, vt conuertantur, ne pereant. *Goffridus Abbas ſerm. in omni Feſtiuitate B. Mariæ.*

Auxilium infirmorum. *Adam Præmoſtrat. lib. 1. ſerm. 40. Theod. Laſch. Imp. poem. B. Virgin. & D. Birgitta lib. 4. Reuelat. cap. 19.*

Auxilium in opportunitate ſeruis ſuis. *Adam de Perſ. in Mariali fragm. 2.*

Auxilium potentiſſimæ interceſſionis. *Helinand. Ciſterc. ſerm. 1. in Natiu. B. Virg.*

Auxilium feſtinum in morbis. *Theod. Laſch. Imp. in poem. B. Virg.*

Auxilium noſtrum, liberans nos ab ignorantia, & obliuionis ſocordia. *Idem in Can. ad Sanctiſs. Deiparam.*

Auxilium indigentium. *D. Birgitta in orat. 1. Reuelat.*

Auxilium proficientibus. *Barthol. de Piſis libr. 1. de Laud. Virg. fructu 10.*

Auxilium periclitanti. *D. Laur. Iuſtinian. in libr. de Caſto Connubio Verbi, & Animę cap. 9.*

Auxilium omnibus eam inuocantibus à Deo poſitum. *Guliel. Vinc. ſer. de Concept. B. V.*

AZOR indigentibus, auxilij conceſſione. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. B. Virg. fructu 4.*

# LIBER SECVNDVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera B.

BACVLVS Cæcorum. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 28. Ianuarij.*

Baculus senectutis. *Enthychianus in vita Theophili.*

Baculus eorum, qui manu ducuntur. *S. German. Constan. orat. 3.*

Baculus noster. *S. Ioan. Damascen. in Paracl. B. Virgin.*

Baculus imbecillium. *Io: Epist. Aretin. in Tract. de Dormit. SS. V. M.*

Baculus, quo mundus debilis sustentatur. *Adam de Pers. in Marial. fragm. 3.*

Baculus, quo vsus est Pastor bonus, dum quæreret ouem, quę errauerat, inuentamq; suis imponeret humeris, vt reportaret ad gregem. *Idem serm. in Annunc. B. V.*

Baculus per rectitudinem, iustum deducens, & perducens ad Patriam. *Idem ibidem.*

Baculus sustentationis, per quem sustentatur iustus ne cadat. *Idem ibidem.*

Baculus pauperum, & miserorum. *D. Bonauent. in Psalterio B. Virginis.*

Baculus, per quem in via huius sæculi sustentamur, ne deficiamus. *Albert. Magn. serm. 3. in Rogationibus.*

Baculus debiles sustentans, & regens. *Iacob. de Voragine serm. 3: de Annunc. B. V.*

Baculus senectutis, & debilitatis Prophetarum. *Idem serm. 6. de Assumpt. B. V.*

Baculus senectutis Patriarcharum. *Bernard. de Busti serm. 2. de Assumpt. B. M.*

BAIVLA illius, qui portat vniuersa. *Amphiloch. in orat. de Occursu Domini nostri Iesu Christi.*

Baiula Dei. *S. German. in suo Mar. frag. 15.*

Baiula Mundi. *D. Anton. in summ. part. 4. tit. 15. cap. 29.*

BAIVLATRIX gloriæ. *Bernard. de Bust. ser. 3. de Assimilat. B. M.*

BALASIVS Lapis roseo colore, siue purpureo virtuosus, & nobilis, faciens inter dissidentes placentem Deo concordiam, vanas auferens cogitationes, & extinguens luxuriam, vinetum animę Deum amantis custodiens à fulmine Diaboli, & conscientias peccato vulneratas restituens sanitati. *Io: Trithem. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap. 7.*

BALSAMVM. *D. Bernard. ser. 3. sup. Salue Regina.*

Balsamum aromatizans, quæ suæ charitatis odorem longè diffudit, ad superna scilicet per perfectum desiderium, & ad inferiora per perfectam misericordiam, & compassionem peccatorum. *Idiota de B. Virgine par. 14. Contemplat. 48.*

Balsamum aromatizans. *D. Anselm. in Hymno I. B. Dei Genitr. & Maurit. de Villa Probata ser. 26. Coronæ nonæ B. M.*

Balsamum non mistum per sinceram opinionem. *Hugo de S. Victore serm. in quolibet Festo B. M. qui est in ordine 55.*

Balsamum, quia sicut odor Balsami omnes excedit odores, ità Mariæ charitas omnium Sanctorum vniuersas virtutes, & more Balsami suæ charitatis odorem longè extendit: ad superna scilicet per perfectum desiderium æternorum; ad inferiora per perfectam misericordiam, & compassionem peccatorum. *Idem ibidem.*

Balsamum pretiosum, quod aromatizans odorem dedit, cum suauem animarum odorem Christum mundo genuit, qui nos ad suum Regnum chrismate signat, & nos sua templa effectos ipse Rex, & Sacerdos in Reges consecrat. *Honorius Augustodunensis in sigillo B. Mariæ.*

Balsamum non mistum, sed purissimum, quia nullam habuit contrarietatis admixtionem, nam per eam, & in ea facta est exclusio totius maledictionis, quam Eua induxit in mundum: vndè dictum est: Aue, & per ipsam, & in ipsam venit plenitudo totius benedictionis; vnde dicta est: gratia plena, & de plenitudine ista omnes accipimus Io: 2. Et si non accipimus, non stat per ipsam, sed per nos. *Rich. à S. Laur. de Laud. V. lib. 12.*

Balsamum, quia sicut Balsamum facit corpus mortuum, si indè perungatur, videri quasi viuum,

viuum, & nulla putredine permittit illud corrumpi, ita Maria facit per peccatum mortuos in ſpem venię reſpirare odore ſuæ miſericordiæ, virtutum, & exemplorum; dicitque: Quaſi Balſamum non mixtum odor meus, quaſi diceret: quamcumque virtutem habeat Balſamum purum, & merum ad conſeruandum corpus, habet odor meus ad animam viuificandam, & conſeruandam à putredine vitiorum. Perducit etiam amatores, & ſeruientes ſuos ad gloriam reſurrectionis, quæ incorruptibilitatem veram tribuit corporibus mortuis. *Idem ibid.*

Balſamum non mixtum, quia non dilexit mel carnalis delectationis, quia conſecrauit integerrimam Virginitatem, nec habuit tantum oleum exterioris nitoris, ſed dilexit interiorem ſanctitatem. *Iacob. de Voragine ſer. 1. B.*

Balſamum verum, & purum. *Idem ibid.*

Balſamum, quia ſicut locus in quo creſcit arbor Balſami, vt ait Auicennas, dicitur oculus Solis, ità in quocumque corde amor Beatę Virginis plantatur, & creſcit, illud reſpicit in bonum iugiter oculum verè Solis non pro dignitate loci, vel cordis, ſed pro dilectione Virginis, vel arboris. *Ern. Prag. in Mariali cap. 65.*

Balſamum conſcientiæ. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 2.*

Balſamum, quia ſicut Balſamum aromatica arbor valde ſuauis, regia, rara, & plurimum pretioſa, vim habet calefaciendi, & confortandi, ſic B. Virgo vnica eſt, & præſtantiſſima regia ſtirpe progenita, & ſuauiſſimè deuotarum mentium recreatiua, gratiam confortationis, ac dilectionis feruorem, ſuis procurans deuotis. *Dion. Carth. in c. 24. Eccl.*

Balſamum, cuius odore, id eſt bona fama repletus eſt mundus. *Bern. de Buſt. in Mar. ſer. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Balſamum fructus, ac liquoris pretioſiſſimi. *Idem ibidem.*

Balſamum, in quo omnia virtuoſa, & odorifera exiterunt. *Idem ibidem.*

Balſamum non mixtum, quia cum ea commixtum non fuit originale peccatum. *Idem ibidem.*

Balſamum non mixtum, quia nunquam dilexit mel carnalis delectationis, ſed ſeruauit ſemper integerrimam Virginitatem, nec habuit tantum oleum exterioris nitoris, ſed dilexit interiorem ſanctitatem: Balſamum enim melle, & oleo falſificatur, atque corrumpitur. *Idem ibidem.*

Balſamum puriſſimum, atq; impermixtiſſimum, nulla putredine, atque fœtore originalis peccati contaminatum: *Idem ibidem.*

Balſamum verum, & purum. *Idem ibidem.*

Balſamum conſeruans animas humilium à putredine vitiorum. *Io: Trithem. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

BAPTISMA generale peccatorum, *Alber. Mag. in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Ioan.*

BASILICA, quia habitatio Regis cæleſtis, qui de ipſa dicit in Pſalmo 131. Hęc requies mea in ſæculum ſæculi; hic habitabo, quoniam elegi eam: dicit enim Iſidorus, quod antiquitus regiæ habitationes dicebantur Baſilicę. *Rich. à S. Laur. de Laud. V. lib. 10.*

Baſilica veri Aſſueri. *Idem de Laud. Virg. lib. 2.*

BASIS habens indelebilem characterem. S. Io: *Chryſoſt. orat. 7. in SS. Deip. in eius Mar.*

Baſis Iacob. *Idem orat. in Natiu. B. V.*

Baſis, quæ ante mundialem Dei imaginem tulit, & inconcuſſa perſeuerauit. *Idem orat. citata in* SS. *Deiparam,*

Baſis Sanctificationis. *S. Idelph. de Virginitate S. Mariæ cap. 10.*

Baſis ſacra. S. *German. Conſtan. orat. 1. in Præſentat. B. Virgin.*

Baſis Dei. S. *Ioan. Damaſcen. Can. in Annunc. Deipar.*

Baſis noſtra. *Idem in Paracl. B V.*

Baſis firma. *Theod. Laſc. Imp. in Can. ad* SS. *Deip.*

Baſis Martyrum, & Sanctorum. *Idem ibidem.*

Baſis humani generis. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

Baſis Myſterij Incarnationis. *Em. Pal. Imper. in orat. de Dormit. Virg.*

BEATIFICATRIX omnium Sanctorum. *D. Auſelm. in Homil. de Virg. Concept.*

BEATITVDO vera. *D. Bonauent. in Pſalt. Lytanijs B. virg.*

BELLATRIX egregia. *D. Bernar. in Deprocatione, & Laude ad Virg.* M.

Bellatrix egregia ſanctæzeli ſui lancea. *D. Bonau. in Speculo B. Virg. cap. 9.*

BENEDICTIO humani generis. *D. Georg. Nicomed. orat. 1. in Concept. Deip.*

Benedictio naturæ. *Idem orat. 2. in Conceptione Deiparæ.*

Benedictio ſuorum Parentum. *Idem orat. 1. in Concept. Deiparæ.*

Benedictio maledictorum. S. *German. orat. 2. in Dorm. B. Virgin.*

Benedictio mundi. S. *Ioan. Damaſcen. orat. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Benedictio prima mulierum. *D. Bonauent. in Lytanijs B. Virg. Pſalterij.*

Benedictio humani generis. *Iacobus Monach. in Mariali orat. 6.*

BENEPLACITVM Dei; complacuit enim Deo, & Patri, noſtri generis operari ſalutem. *Matthæus Cantac. in cap. 6. Cant. Cantic.*

BERYLLVS, quia ſi Beryllus gemma amorem coniugum reconciliat; Maria inter caruem, & ſanguinem, quæ ſibi inuicem aduerſantur. *Ern. Prag. in Mariali cap. 42.*

Beryllus lapis lucidiſſimus, purgatam vitijs mentem Solis veri radio incendens, & illunans, ſpirtualis coniugij amorem, inter Deum, & animam conſeruans, pura deuotione ſeruientem ſibi reddens alacrem, prægnantibus ſanctis cogitationibus ferens opem, turpia huius

huius mundi auferens ſomnia, & pœnitentis animæ in gaudium mutans ſuſpiria. Io:*Trith. lib.1.de Mirac. B.Virg.in Vrticeto cap.7.*

BETHANIA,ad quam venit Chriſtus. *D.Anton. de Padua ſerm.in Domin.in Ramis Palmar.*

Bethania, de qua Chriſtus venit in Betphage, quæ interpretatur, domus buccæ; ad hoc enim carnem accepit à Virgine, vt veniret ad prædicationem; bucca enim eſt prædicatio. *Idem ibidem.*

Bethania, quę eſt domus obedientiæ;vocienim Angeli obediuit. *Idem ibidem.*

Bethania, quæ obedientia, ſeu domus obedientiæ interpretatur, nam ipſa ſe obtulit promptam, & obtemperantem diuinæ voluntati in incarnatione diuini Verbi. *Mauritius de Villaprobata ſerm. 5. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

BETHEL noua, in qua columna eſt naturæ humanæ Deitate perunctæ, ex qua ad cæleſtem ſublimitatem euectus eſt, quaſi ex oliuis ipſius filius. S. Io: *Damaſcen .orat 3. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Bethel, id eſt, domus Dei, in qua habitauit filius Dei. *Honorius Auguſtodun. in ſigillo* B. *Mariæ.*

Bethel, id eſt Domus Dei in Filij conceptione. *Ern. Prag. in Mariali cap.30.*

BETHLEEM ſpiritalis, quæ panis vitę ſummæ ſpiritalis domus, & oppoſitione, & naturæ dicta ſimul,& facta eſt; nam in ea habitans, eo, quo ipſe nouit, modo, & cum noſtræ maſſa inconfuſè commixtus, totum ſibi fermentauit Adam, vt vitalis, cæleſtiſque fieret panis. S.*Germ.Conſt.ſerm.in Natiu.B.V.*

Bethleem, quod interpretatur domus panis, vel domus refectionis, vbi ipſa peperit panem viuum, qui de cælo deſcendit, quo reficimur in Altari, & qui noſtra erit refectio in æternitate;in hac enim Ciuitate inuentus eſt panis vitę, quem nobis attulit de cælo, quem quæſierunt, & inuenerunt paſtores, dicentes Luc.2. Tranſeamus vſque Bethleem, id eſt, B. Virginem. *Rich.à* S. *Lauren. de Laud. Virgin. lib.* 10.

Bethleem Ciuitas Dei ſummi, ex qua egreſſus eſt Dux,qui regit Populum Iſrael. *Ern. Prag. in Mariali cap.*104.

BETHSABEE, quæ impetrauit ſuis precibus à Dauide Regnum Iſrael pro filio ſuo. 3.Reg. 1. impetrat enim ſuis ſanctiſſimis precibus à vero Dauid, id eſt, à Deo,pro filijs, id eſt, imitatoribus ſuis Regnum Iſrael, ſcilicet viſionis diuinæ, *Idiota de Beata Virg par. 16. contemplat. 7.*

Bethſabee, id eſt, Puteus ſalutaris, quæ peperit Chriſtum, id eſt, ſufficientiam omnium, quæ precibus impetrat à vero Dauid, id eſt, Deo Patre, filijs ſuis, id eſt, imitatoribus, Regnum Iſrael, id eſt, viſionis æternæ, ſicut legitur. 3. Reg.1. quod illa Bethſabee impetrauit Salomoni filio ſuo regnum. *Rich. à S.Laur,de Laud. Virg.lib.2.*

Bethſabee ſpiritalis, quam Chriſtus de ſolario paternæ maieſtatis adamauit, & eius decorem concupiſcens, ſibi ineffabili matrimonio copulauit. *Idem de Laud.Virg.lib.9.*

Bethſabee loquens prudenter, humiliter, inſtanter, & perſeueranter Regi magno, forti, & glorioſo pro Adonia, id eſt, pro peccatore miſero egeno, & deſperato. 3.Reg.2. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper libr. 3. Regum.*

Bethſabee, quæ tunc venit ad filium, quando aſſumpta eſt in cœlum; tunc enim filius venit in occurſum eius, ipſamque adorauit,id eſt, adorationem dignam demonſtrauit, eamque in throno glorioſo ad ſuam dexteram ſublimauit. 3. Reg. 2. *Idem ſerm. 1. in Epiphania Domini.*

Bethſabee in ſublimatione.*Barthol.de Piſis lib.1. de Laud.Virg. fructu* 2.

Bethſabee figuratiuè, quæ interpretatur Puteus ſeptimus, propter plenitudinem omnium gratiarum, quæ ſuis precibus petijt, & obtinuit à Dauid regnum ſuum dari filio ſuo Salomoni. 2. Reg. 15. *D.Anton.in ſumma par.4. tit. 15. cap.2.*

Bethſabee mente, & corpore pulcherrima,quam Dauid, qui interpretatur manu fortis, id eſt, Deus fortiſſimus, & omnipotens,lauantem, ſe non à maculis, quæ nullæ erant,ſed ſcripturis inſiſtentem, ac magis, ac magis ſe purificantem, per opera, ſcilicet virtutum,quotidie magis Deo ſe appropinquantem, videns oculo approbationis, & miſerationis, tactus pulchritudine tantarum virtutum, miſſo Angelo nuncio, vt aſſiſteret in conceptu filij, ipſa aſſentiente concepit Saluatorem mundi. 2. Reg. 11. *Idem ibidem cap. 20. quod eſt de Gratia Priuilegior.ſingularium B.Mariæ.*

BIBLIOTHECA, id eſt, locus vbi reponuntur libri, in ea enim repoſiti fuerunt omnes libri veteris Teſtamenti, & Euangeliorum, quorum omnium plenam habuit notitiam. *Rich. à S.Laur.de Laud.Virg.lib.*10.

BONITAS ſingularis ad cunctos. *Petrus Cellenſis ſer. 6. de Aduentu.*

BONVM humani generis. *D. Greg. Nazianz.in Tragœdia de Domino patiente.*

Bonum virginale. *D. Anſelm. in Pſalt. B.Virg. part.* 2.

BOOZ noſtra protectione. *Barth. de Piſis lib.1. de Laud. Virg. fructu* 4.

BOTRVS Abrahamiticus. *Iacob. Niſibenſis in Cantic. in laudem B.Virg.*

Botrus facilis ad portandum. *Coſm.Veſtitor orat. in SS. Ioachim, & Annam Dei Genitricis Parentes.*

BRACHIVM noſtræ defenſionis contra Diabolum. S. *Anſelm.in orat. ad B.V.*

BVXVS, de qua promittit Dominus Eccleſiæ ſuæ. Iſaiæ 60. Gloria Libani ad te veniet, Abies,& Buxus: Si enim Buxus eſt arbor breuis ſtaturę, ſemper virens, intenſi palloris,

dura

dura, & fortis, rupibus inhærens, denſa in folijs, culta ab auibus, & comam in hyeme non deponens. Maria fuit ſtaturę breuis per humilitatem, & paupertatem: ſemper virens per virginitatem, quæ eſt viror ingenitus, vel per immarceſcibilem ſanctitatem: intenſi palloris per intenſam carnis mortificationem, quæ facit pallere, vel per intenſam dilectionem, vnde palleat omnis amans: dura, & fortis ad tribulationes ſuſtinendas cum filio; rupibus inhærens, id eſt, mentes diligens firmatas in bono: denſa in folijs ob multiplicem intelligentiam, quæ elicitur ex verbis ipſius poſitis in Euangelio; culta ab auibus, id eſt, contemplatiuis, qui ſunt aues Paradiſi, & comam, id eſt, virtutes ſuas in hyeme tribulationis non deponens. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 12.*

Buxus ſoliditate perennis glorię. *Barthol. de Piſis lib. 2. de Laud. Virg.*

BYSSVS cõtorta, alta nimirum ſanctorum mente circumuoluens, nullaque molliti e contrarijs illecebris cedens; quomodo enim, inquit, erit mihi hoc, quoniam virum non cognoſco? S. *Ioan. Damaſc. orat. 4. de Natiu. B. Virginis.*

LIBER

# LIBER TERTIVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera C.

AINAM diuinę gratiæ adeptione. *Barth. de Piſi libr. 1. de Laud. B. Virg. fructu 4.*

Cainam Domini poſſeſſione. *Idem ibidem.*

CALAMVS. *D. Bern. ſerm. 3 ſuper Salue Regina.*

Calamus, qui in manu dextera tenebatur, nam verbis vita, & opera concordabant, & à ſiniſtro ad dexteram ducebat lineam, quia quidquid loquebatur ad humiliationem ſui, ad honorem Dei, ad ædificationem proximi, & ſic ad æternitatem, quæ ſignatur per dexteram, referebat omnia verba ſua. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib 4.*

Calamus Spiritus ſancti, quia ſicut calamus non ſcribit, quod vult, ſed quod ſcribens vult, ità Maria ea verba proferebat, quæ Spiritus ſanctus in corde eius ſcribebat, & ei dictabat. *Idem ibidem.*

Calamus Spiritus ſancti velociter ſcribẽtis, quia quam citò reſpondit. Ecce Ancilla Domini, fiat mihi. Scripſit hic Calamus ductu Spiritus ſancti in humana carne, velut in Schedula: Verbum caro factum; velocius autem ſcripſit cæteris mulieribus vniuerſis, quarum fœtus non formantur niſi longo rrmporis interuallo *Idem ibidem.*

Calamus Spiritus ſancti velociter ſcribentis, quia Spiritus ſanctus, cuius gratia neſcit tarda rerum molimina, citò, & ſubitò docuit Mariam reſpondere, & loqui. *Idem ibidem.*

Calamus Spiritus ſancti, vacuus ſinterius per humilitatem, planus exterius, & ſine ſcrupulis per honeſtam conuerſationem, acutus per ſubtilitatem, ſciſſus per amotionem omnis ſuperflui, quia nihil loquuta eſt in Euangelio, quod non faceret ad rem, fiſſus per diſcretionem verborum, & plenus encauſto gratiæ, quę difuſa erat in labijs ipſius. *Idem. ibidem.*

Calamus menſuræ, aureus, per quem fit diſtributio illius terræ viuentiũ in funiculo diſtributionis. *Ern. Prag. in Mariali cap. 45.*

CALATHVS ferens manna, dulcedinrm præbens ſenſibus piorum. *Anonym. in hymno ad B. Virginem apud Nomenclatorem Marianum*

CALCATRIX blanditiarum mundi. *Ioan. Picus lib. 2. in Cantic. cap. 6.*

CALCEDONIVS ſpiritualis. *Bernardin. de Buſtis, in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. Mariæ.*

Calcedonius multis diues virtutibus, illuſiones Dæmonũ phantaſticas pellens, ſimul & melancholiæ nocentis animæ triſtitiam, conferens amatori ſuo, in omni certamine, & litigio contra quosliber inimicos victoriam, vires augens Deo ſeruientis animæ, raucedinemque prohibens immundi cordis, & laudis vocem clarificans diuinę. *Ioan. Tritbem. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vriceto cap. 7.*

Calcedonius ratione colorationis, quia Calcedonius colore pallido eſt coloratus; pallor autem conuenit timenti, quià timentes palleſcunt, quod autem B. Virgo habuerit pallorem timẽtis, pater *Eccleſ.* 24. vbi ipſa appellatur mater timoris. *Maurit. de Villa probata ſerm. 9. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Calcedonius ratione generationis; Calcedonius enim, vt dicit Iſidorus, ſuperno imbre generatur, & ſimiliter Beata Virgo fuit generata ſuperno imbre, id eſt, diuina gratia cooperante, ſcilicet per miraculum ex parentibus ſterilibus. *Idem ibidem.*

Calcedonius, ratione inuentionis; nam vt ait Iſidorus, Calcedonius ad repercuſſum lunę pleuæ inuenitur, quaſi enim plenitudo lunæ, id eſt plenitudo gratię fuit, quando Beata Virgo nata eſt, & mater Saluatoris inurnta. *Idem ibidem.*

Calcedonius, ratione vigoris; quia, vt dicitur in libro de proprietate rerum, iſte lapis valet ad vincendas cauſas, & ſculpturæ reſiſtit; nam tantæ ſoliditatis eſt, vt nõ ſit ſuſceptiuus inciſionis; & ſimiliter Beara Virgo nullius impreſſionis carnalis, ſeu corruptionis fuit ſuſceptiua, quia Virgo ante partum, in partu, & poſt prtum extitit, & advocando pro nobis apud Deum nos vincere in omni cauſa facit. *Idem ibidem.*

Ca-

CALIX in manu Domini vini meri plenus mixto, id eſt, homine Deo. *Petrus Cellenſ. Serm. 2. in Annunciation.*

Calix nectar orbi propinans. *D. Bonau. in Pſalt. minori B. Virg. Quinquagena 3.*

CAMERA ſanctæ humanitatis Chriſti; Ipſa enim Dei filium ſecundum carnem concepit, & in vtero ſuo mundiſſimo nouem menſibus baiulauit. *Albert. Magn. Serm. 2. in Aannunc. B. Mariæ Virginis.*

Camera Dei, propter incarnationem Verbi in ventre eius *Ern. Prag. in Mariali cap. 4.*

Camera Filij Dei. *S. Vincent. Ferrerius Ser. 3. de Natiuitate B. Virg.*

Camera, in qua Filius Dei nouem menſibus habitauit. *Idem ſerm. 1. de Natiuit. B. Virg.*

Camera Regis ornatiſſima. *Idem ibidem.*

Camera Spiritus ſancti. *Idem Ser. 3. de Conceptione B. Mariæ.*

CAMERARIA Filij Dei. *Iacob. de Vorag. Serm. 2. pro Sabbato S. bebdom. 40. qui eſt de B. Virg.*

CAMINVS amoris ſole pulchrior. *S. Anſelmus Lucenſis ſuper Salue.*

Caminus, qui dicitur à eaumate ſecundum Iſidorum; Charitas enim cæterorum ſanctorum. fuit quaſi igniculus vel ignis; ſed Mariæ charitas, vt Caminus. Vnde *Iſaiæ 31.* Viuit Dominus, cuius ignis eſt in Sion, id eſt in anima ſancta & Caminus in Ieruſalem, ſcilicet in Maria. *Rich à S. Laur. de Laud. Virg. lib. X.*

CAMOENA beatis mentibus apta, longè ſuperans mentem, animumque hominum. *Ioan. Geom. in B. Virg. Hymno 3.*

CAMPVS gratię, inquo granum diuini Verbi ſeminatur, ſpicam fœcundam diuiuæ ſcientiæ germinauit. *S. Ioannes Chryſoſtomus orat. 7. in SS. Deiparam.*

Campus, qui non aratus, nec ſertus. *S. Hildeph. Serm. 6 de Aſſump. B. Mariæ.*

Campus, quem nullus coniugi vomer excidit ſponte germinans ex humilitatis profundo. *Guilbertus Abbas in lib. de Laud. B. Mariæ cap. 8.*

Campus, nec ſulcatus vomere, nec defoſſus ſarculo, nec ſimo impinguatus, nec manu hominis ſeminatus; venuſtatus tamen nihilominus nobili illo flore, ſuper quem cõſtat requieſcere ſpiritum Domini. *D. Bernard. Serm. 47. in Cantic. Canticorum.*

Campus, cuius grata planities flore cæleſti decoratur. *Philipp. Abbas lib. 2. in Cantica Canticorum cap. 18.*

Campus floris æterni; ſicut enim Campus nulli propriè hominum aſſignatur, neſcit cultoris manum, non rupta ſuperficie ſeminatur, ſed ſole animatus, perfuſus cæleſti pluuia, ſiue rore intepeſcit, & germinat, & proceſſu temporis congruo ridet flore; ſic in Virgine nullus hominum, non carnale commercium operatur, ſed carne integra, deſcendente, vt in vellus pluuia ſpirituali; fœcundatur, & germinat, decore gaudet florido, vel niuali. *Idẽ ibidẽ.*

Campus, quem non læſit cupidus Arator, manus ruſtica non arauit, nõ extulit tumor noxius, ſed diffuſa humilitas complanauit; cuius flos eſt Chriſtus, non utique procedens humano ſtudio, non cultura, ſed cœleſti editus munere, incomparabili præditus genitura. *Idem ibidem.*

Campus, videlicet, inarata terra à viro intacta, vel humilis. *Honorius Auguſtodun. in figillo B. Mariæ.*

Campus, cuius ſe eſſe florem Dominus gloriatur. *Cant. 2.* Ego flos Campi. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virgin. lib. 8.*

Campus, in quo creuit fœnum Dominicæ carnis, quia omnis caro fœnum: fœnum videlicet, quod Maria producit iumentis; quo etiam ſaluat homines, & iumenta, id eſt, rationabiliter viuentes, & ſuorum deferentes onera mandatorum. *Idem ibidem.*

Campus propter florigeram amœnitatem virginitatis, communitatem pietatis, ſpecioſitatem charitatis, agricolationem diuinæ ſtudioſitatis, & fœcunditatem maternitatis; ibi enim creuit frumenti illius pretioſum granum, quo paſcuntur aues & animalia, Angeli ſcilicet, & fideles ſimplices in Sacramento Altaris, quaſi in vno præſepio. *Idem ibidem.*

Campus, quia ſi Campus eſt communis locus paſquæ; in vita, & exemplis Mariæ reficiuntur, & pingueſcunt fideles animæ. *Idẽ ibidem.*

Campus Dei, quia filium ſuum generauit, tamquam florem amenum; ſicut enim flos oritur de Campo, ſine Campi foſſione; ſic Chriſtus de Virgine naſcitur ſine eius corruptione. *Iacob de Voragine in Mariali Serm. 4. P.*

Campus germinans. *D. Laurent. Iuſtinian. in lib. de Caſto Connubio Verbi, & Animæ cap. 9.*

Campus Dei, de quo ſine foſſione, id eſt ſine corruptione ortus eſt flos amœnus, nempè Chriſtus. *Bernard. de Buſtis Serm. 5. de Partu-uitione B. Mariæ.*

CANALIS, per quem fons diuinæ gratiæ ad vniuerſitatem humani generis redundauit. *Abſalon Abbas Ser. 5. de Aduentu Domini. & Idiota de B. Virg. part. 5. Contempl. 5.*

Canalis, per quem diuina gratia ad vniuerſitatem humani generis redũdauit. *Rich. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 1.*

Canalis, per quem vina gratiarum influunt in cellarium mentis noſtræ, & in Eccleſiã Catholicam, quæ eſt cellarium Domini. *Idiota de Laud. Virg. lib. 10.*

Canalis, quia ſi Canalis dicitur ab eo, quod ſit caua in modum Cannæ, quæ quando fit lignea, quandoq; lapidea: Maria fuit lignea per fœcunditatem; lignorum enim eſt ferre fructum; lapidea per propoſiti firmitatem; concaua per humilitatem, clauſa inferius contemptu temporalium, aperta ſuperius deſiderio cœleſtium, collocata in ſuperioribus domus, id eſt Eccleſia ad ſuſcipiendas aquas bonorum optimorũ, quę deſcendunt à Patre luminum. Iacob. 1. ad refundendum eas in

cet-

terra, id eſt, ad humiles. *Idem de Laud.Virg. libro 9.*

Canalis ad nos fluenta traducens gratiarũ. *Albertus Magnus in Poſtillis ſuper cap.1.Lucæ.*

Canalis gratiæ *Idem ibidem.*

CANCELLARIA Dei, cui commiſit Deus dare miſericordiam, & gratiam. *Iacob de Voragine Serm. 2. pro Sabbato 4. hebdomadæ. 40. qui eſt de B. Virgine.*

Cancellaria Dei in cœleſti curia, ad quam ſpectat dare litteras puræ gratię, & miſericordię. *Idem in Mariali Serm.1.C.*

Cancellaria Dei, quam debemus ſæpe inuocare. *Idem Serm. 1. pro Sabbato 4. hebdomodæ 40. qui eſt de B. Virgin.*

Cancellaria in cœleſti Curia dans litteras puræ gratiæ, & miſericordiæ. *Bernardin. de Buſtis Serm.2. de Coronatione B. Mariæ.*

Cancellaria in cœleſti Curia, ad quam ſpectat dare litteras puræ miſericordiæ, & gratiæ. *Maurit.de Villa Probata Serm. 26. Coronæ nouæ B.Mariæ.*

CANDELA benedicta, & ſanctificata, in qua ſunt cera virginitatis in carne lychnus puritatis in mente, & lumen claritatis in conuerſatione. *Iacob de Vorag.in Mariali Serm.2.C.*

Candela ſpiritualis habens ceram mollem, & ductilem humilitatis, lychnum album puritatis lumen ardens claritatis. *D. Anton. in ſumma part. 4.Tit. 15.quod eſt de Purificat.B.Virg.*

Candela ſpiritalis, in qua fuit ſuper lumen fidei deitatis Chriſti tempore paſſionis. *Idem in ſumma part.4.Tit.15.cap. 4 t. quod eſt de dolore maximo B.Mariæ in paſſione filij.*

Candela habens ceram mollem, & ductilem humilitatis, lychnium album puritatis, lumen ardens charitatis. *Bernardin. de Buſtis ſerm.2. de Purificatione.*

CANDELABRVM *D. Bernardin. Serm. 3. ſuper Salue Regina, & D. Antonius de Padua Serm. in Dominic. 2. poſt. Epiphaniam.*

Candelabrum tetrarchici luminis, per quam eſt æterna claritas manifeſtata. *D.Petrus Apoſtolus apud Coſmam Veſtitorem, & Pelbartum in Stellario lib 10.part.3 art.1.*

Candelabrum à Moyſe Dei inſpectore viſum. *D. Athanaſius orat. de Purificat.B. Virg.*

Candelabrum aureum Zachariæ, quod ſplendidam lucernam relucentem in cœlo, & in terra Chriſtum geſtauit. *D. Epiphan. in ſerm. de Laud. Virg.*

Candelabrum virgineum, de quo per Prophetam Deus iuquit: Illum producam cornu Dauid, parauí lucernam Chriſto meo. *Idem ibid.*

Candelabrum virgineũ, quod ab altiſſimo throno accepit ſeruandũ ignem vnum inexringuibilem, conſubſtantialem, & ad illuſtrandum terram reſplenduit. *Idem ibidem.*

Candelabrum virgineum, quod illuſtrauit tenebris inuolutos, *Idem ibidem.*

Candelabrum virgineum, quod ignem, & oleum in ſeparabile ad illuminandũ intulit. *Idẽ ibidẽ*

Candelabrum virgineum repellens tenebras, & lucem ſplendere faciens. *Idem ibidem.*

Candelabrum aureum ſolis exorientis. S. *Proclus in orat 6. quæ eſt de Laud.B.Virg.*

Candelabrum ſeptem lychnorum, quod auream lucernam portat. *Idem ibidem.*

Candelabrum, quia immateriale lumen, hoc eſt Deum geſtauit incarnatum. *Idem in Oratione 2. quæ eſt de incarnat. Domini in B. Virg.*

Candelabrum ſpirituale, quiá ſicut Candelabrũ non eſt lucis cauſa, ſed lucis vehiculum, irà etiam Virgo non eſt ipſa Deus, ſed Dei templum. *Idem ibidem.*

Candelabrum totum aureum Zacchar. 4. quiá etiam poſt partum Virgo permanſit. *Idẽ ibidẽ*

Candelabrum pulchrum Verbi capiendo lucernam. *Venantius Fortunatus Elegia in Laud. B. Mariæ Virginis, & Matris Domini.*

Candelabrum aureum ā Zaccaria rerum diuinarum inſpectore eximio, viſum, ſeptem lucernis, & ſeptem infuſorijs, id eſt ſeptem Spiritus ſancti muneribus exornarum. *Andreas Cret.orat.1. in Annunt.B. Virg.*

Candelabrum emicans *Idem orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Candelabrum lampadibus ſplendens. *Idem in magno Can.*

Candelabrum in ſpiritu inauratum, cuius lucerna mundi fines illuminat, per quod aſcenderunt ſeptem dona Spiritus, & mundum terrenum illuminarunt. *Gregorius Nicomed in orat. de exitu Dominæ noſtræ Dei Parentis, quando fuit oblata in templo.*

Candelabrum auriforme, ſeptem luminibus ardens, è non occidente luce lumen recipiens, & caſtitatis oleo pingue, & in tenebris culparum exęcatis iubar orientale diffundens. S. *Germ. Conſtant. orat 1.in Præſent.B.Virg.*

Candelabrum lucernæ domus mundialis. *Idem in ſuo Mariali fragmeu. 16.*

Candelabrum ſeptem lucernarum, ſeptem calamorum, hoc eſt ſeptem donorum, ſeptem emunctorijs Spiritus effulgens. *Idem Serm. in Natiuitate B. Virg.*

Candelabrum, aureum virginitatis vas, ac firmum cuius lychnum gratia Spiritus, oleumq; quod ex illibata carne eius aſſumptum eſt ſanctum corpus; ex quibus Chriſtus lumen neſciens occaſum, quæ nimirum ſedentibus in tenebris, ac vmbra mortis ſempiternā vitā accendit. S. *Io.Damaſc.orat.4.de Natiuit.B.V.*

Candelabrum rationale, & animatum, & diuinitus illuminatum antiquo tabernaculo pretioſius. *Idem orat.3.de Natiuit.B.Virg.*

Candelabrum diuinũ ſuſtinens lucem. *Theophanus Niceus in Menæis Grægorij die 20. Ianuarij*

Candelabrum luminis. *Idem hymno in Annunciatione ſanctiſſimę Deiparæ.*

Candelabrum auro coruſcum diuinitatis lampadẽ circumferens, ex quo tanquā lucernæ diſcipuli accenſi ſunt, qui vniuerſam terram illuminauerunt. S. *Ioſeph. Hymnog. in ſuo Mariali.*

CAN-

Candelabrum diuinæ lucis. *Idem ibidem.*

Candelabrum luciferum, diuinum ſplendorem in vtero geſtans, luce ſua itradians animas omnium, qui eam collaudant. *Idem ibidem.*

Candelabrum illuminatiuum diuinã ferens lucernam, quod illuminat omnes fines terræ. *Idem ibidem.*

Candelabrum intellectuale diuinam lampadem Chriſtum geſtans, per quem omnes illuminati ſumus. *Idem ibidem.*

Candelabrum intellectuale ferens lampadem diuinam, quæ illuminauit eos, qui pluribus malorum tenebris, prius erant obſcuri. *Idem ibidem.*

Candelabrum intellectuale, verè habens lucernam, illuminationem, & propitiationem animarum noſtrarum. *Idem ibidem.*

Candelabrum intelligibile, habens lucernam Chriſtum Dominum ineffabili luce nos omnes perfundentem. *Idem ibidem.*

Candelabrum luminoſum, quod lucem ijs, qui in ignorantiæ tenebris morabantur, coruſcantem ferebat. *Idem ibidem.*

Candelabrum myſticum, verè circumferens illam lampadem, quæ ob ſummam ſuam bonitatem eos illuminauit, qui ignorantiæ nocte antè detinebantur, *Idem ibidem.*

Candelabrum refulgens, quod ſpiritualem lucernam Chriſtum tulit, per quem nos, qui in malorum tenebris iacebamus, illuminati ſumus. *Idem ibidem.*

Candelabrum ſeptem luminibus ornatum, habens ignem diuinæ ſcientiæ, qui lucem præbet ijs, qui in ignorantiæ tenebris periclitantur. *Idem ibidem.*

Candelabrum ſpirituale, quod lucem ſuſcepit inacceſſibilem, omnium fidelium animas illuminauit, & peccati tenebras eliminauit. *Idem ibidem.*

Candelabrum totum aureum. *Idem ibidem.*

Candelabrum venerabile illuminans animas noſtras. *Idem ibidem.*

Candelabrum luminis triadici. Io: *Epiſcop. Aretinus in Tract. de Dormit. SS. V. M.*

Candelabrum, ex quo ſplendor Patris eluceſcens, cum Mundum genitori in templum dedicaſſet, eundem ſuæ cognitionis lumine colluſtranit. *Leo Imperat. in orat. de Annunc. B. Virgin.*

Candelabrum perpetuo lumine colluſtratum, tenebras pellens, liberanſque à morte peccati, & totum mundum floribus, quos producit, benè olentem efficiens. *Idem in orat. de Aſſumpt. B. Virg.*

Candelabrum in medio mundi. *S. Anſelmus in Medit. B. Virg. & Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Candelabrum aureum. *Theodorus Laſcb. Imp. in poem. B. Virgin.*

Candelabrum aureum, quia ſicut aurum In igne purgatur; in fornace probatur, malleis extenditur, & in formam Candelabri producitur, & ſic inſtrumentum ignis, & luminis efficitur: ita B. Virgo per ignem Spiritus ſancti purgabatur in ſanctificatione, probabatur in Filij paſſione, vndè dicit Patri, vel Filio: Igne me examinaſti. Pſalm. 16. ſed nihil de ſcoria inuentum eſt in ea, quia nec paſſionem Filij impediuit, nec crucifixoribus maledixit, ſed exemplo Filij, vt verè creditur, pro eis interceſſit. Item quaſi quibuſdam malleis extendebatur multiplci tribulatione, & in Candelabrum ſic figurabatur, nam ardebat igne charitatis, & lucebat operibus eximię charitatis. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 4.*

Candelabrum illuminationis in Eccleſia. Zacchar. 4. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſup. Zachariam Prophetam.*

Candelabrum Dei ductile per obedientiam, de auro mundiſſimo per charitatem, cuius haſtile fuit intentio eius recta, & lilia fuerunt eius verba humilia. Exod. 25. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 6. L.*

Candelabrum ex auro in ſpiritu factum, cuius lampas terrarum orbis fines illuminat, per quod ſeptem ſpiritus chariſmata accendit, quæ tetræ proximum orbem luce perfuderũt. *Iacobus Monachus in Marial orat. 3.*

Candelabrum ſublime, quod lampadem Chriſtum geſtauit. *Idem in Marial orat. 2.*

Candelabrum totum aureum, cuius lampas Ieſus, de quo. Iſai. 72. Saluator eius vt lampas accendatur. *Ern. Prag. in Mariali cap. 118.*

Candelabrum Doctoribus. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu. 8.*

Candelabrum per cæleſtis curiæ illuminationem. *Idem lib. 1. de Laud. Virg. fructu 2.*

Candelabrum per exemplaritatem. *Idem lib. 1. de Laud. Virg. fructu 6.*

Candelabrum Dei, ductile per obedientiam, de auro puriſſimo per charitatem perfectam, cuius haſtile fuit eius intentio recta, & lilia fuerunt eius verba humilia. Exod. 25. *Bernard. de Buſt. ſerm. 1. de Aſſimilat. B. M.*

Candelabrum Dei ductile per obedientiam de auro puriſſimo per charitatem perfectam, cuius haſtile fuit eius intentio recta, & lilia fuerunt eius verba humilia, quæ omnia procedebant ex ipſa. *Maurit. de Villaprobata ſer. 2. Coronæ nouę B. M.*

CANDIDATIO, quia nigros peccatores, qui diuinam peccando amiſerunt ſimilitudiuem, impetrando eis à filio gratiam compunctionis, miſericorditer candidat, & dealbat; quod præuiderat. Iſai. 1. quando talibus promittebat dicens: Si fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 12.*

CANDOR lucis æternæ, quia per B. Virginem videbitur lux æterna. id eſt Filius eius benedictus, quem ipſa peperit lucem veram, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Idiota de B. Virgine par. 1. contemplat. 5.*

Candor æternæ claritatis. *Philipp. Abbas tom. 2.*

*Moralitat. in Cant. Cantic.*

Candor lucis æternæ. Sap. 6. Quia per eam videbitur lux æterna, id eſt, Pater, & Filius, vt ei conueniat illud. Pſalm. 35. In lumine tuo videbimus lumen; in lumine tuo, id eſt, in Filio, qui te illuminauit, vel quem tu peperiſti lucem veram. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virgin. lib. 5.*

Candor lucis æternæ. *Albert. Magn. super Miſſus eſt cap. 192. D. Bernardin. Senen. tom. 1. ſer. 16. qui eſt de ſuperadmirabili gratia, & gloria B. V. Matris Dei, & Mauritius de Villa Probatæ ſerm. 24. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Candor innocentiæ. *D. Laur. Iuſtin. de Triumph. Chriſti Agone cap. 7.*

Candor lucidus. Io: *Trith. lib. 3. de Miracul. B. V. in vrticeto.*

Candor puriſſimus oculorum meorum. *Ioan. à Ieſu Maria tom. 2. oper. ſuorum pag. 64. Tract. Theolog. myſt.*

CANON diſciplinæ omnibus. *Ioan. Picus lib. 3. Cantic. cap. 7.*

CANTATRIX noſtra. *Ioannes Gerſon. Tract. 4. ſuper Magnif.*

Cantatrix peritiſſima, atque exercitatiſſima. *Idem Tract. in Magnif.*

Cantatrix alma. *D. Ant. in ſumm. part. 4. tit. 15. cap. 28. quod eſt de Cantico B. M. Virg.*

Cantatrix noſtra. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. c. 29. quod eſt de eod. Cantic. B. M.*

CANTICVM Cherubim, ac Seraphim. *D. Ephrem. in ſerm. de Laud. B. M. Virg.*

Canticum Angelorum. S. Io: *Damaſcenus in Triod. Græcorum.*

Canticum incorporeorum. *Idem in Octoec. Græcorum.*

Canticum lætitiæ. *D. Anſelm. in Hymno 1. B. Dei Genitricis.*

CANTILENA ſuauis. *Beatus Ioſeph Steinnel. opuſc. 4.*

CANTVS, de quo ſe iactat tota beata cohors. *Io: Geom. in B. Virg. Hymno 2.*

CAPITANEA Nuptarum. *D. Bernard. Senen. tom. 4. ſerm. 36. qui eſt de amore honeſtante.*

CAPREA, cui duo hinnuli gemelli virginitatis, & fœcunditatis. *Rupertus Abb. lib. 3. Comment. in Cantic. Canticor.*

Caprea per montes exiliens, id eſt, cæleſtibus, & ſupernis animo intendens. *Ideemibidem.*

Caprea, cui hinnulus vnus mediator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus *Gulielmus Paruus in cap. 4. Cantic.*

Caprea, quia acutè vidit intentione contemplationis, & velociter cucurrit alacritate ſanctæ actionis. *Idem ibidem.*

CAPSA diuina eius, quod à Deo ſumptum eſt, tabernaculi. *Andreas Cretenſis orat. 3. de Dormit. B. Virgin.*

Capſa diuinæ gemmæ. *Iſychius ſerm. 2. de Laud. Virgin.*

CAPTIVATRIX Dei. *D. Anton. in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 44. quod eſt de eadem Aſſumpt.*

CAPVT dogmatum Chriſti. *Andr. Creten. or. 2. de Annunciat.*

Caput, quod Prophetæ vaticinando clamore prædicarunt. *Idem orat. 3. de Dormit. B. V.*

Caput fœminarum Virginum. *D. Iſidor. lib. 2. de Eccleſ. Offic. cap. 17.*

Caput Virginum D. *Hildephonſ. ſerm. 4. de Aſſumptione B. M.*

Caput noſtrum. *Idem ſerm. 1. de Natiu. B. V.*

Caput generis ſui. *Rich. à S. Laurentio de Laud. Virgin. lib. 6.*

Caput Eccleſiæ collum iungens corpori. *Hugo Carenſis in cap. 1. Lucæ.*

Caput fœminarum ſecundum dignitatem. *Alb. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Euang. Lucæ.*

Caput, capiens omnes ſpiritus intelligentiæ, omnes gradus gloriæ, omnes modos indulgentiæ. D. *Anton. in ſumma par. 4. tit. 15. c. 22. quod eſt de cauſis, ob quas Deus fuit cum Maria.*

Caput fœminarum, quia quicquid boni fuit in fœminis, ipſa habuit, & in ſummo gradu, & aliquod bonum habuit, quod nulla alia habuit. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 23. quod eſt de quadruplici benedictione B. Virg.*

Caput miſericordiæ *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 22. quod eſt de cauſis, ob quas Deus fuit cum Maria.*

Caput quodammodo noſtræ ſalutis, quæ caput nutriens ſalutare, caput antiqui Serpentis contriuit. *Idem ibidem.*

CARBO benedictus, qui Chriſtum benedictum flammam produxit. D. *Bonauentura in Speculo B. Virginis cap. 13.*

CARBVNCVLVS, quia ſi carbunculus gemma noctis tenebras illuminat: Maria dicit: Inſpiciam omnes dormientes, illuminabo omnes ſperantes in Domino. Eccl. 24. *Etm. Prag. in Mariali cap. 42.*

Carbunculus internaliter nos illuſtrans. *Bartbol. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 8.*

Carbunculus ſpiritualis, nobis peccatoribus lucens in nocte huius vitæ, & mittes ad intellectus noſtri oculos, radios ſuos nos illuminantes. *Bernardin. de Buſt. in ſuo Mariali ſer. 2. de Coronat. B. M.*

Carbunculus, quia ſicut Carbunculum fecit à principio Opifex rerum omnium in tanto claritatis radioſo lumine, vt non ſolum ſibi lucem præbeat, ſed omnia, quæ tenebroſa ſunt loca, ſuę lucis claritate repleat, lætificans omnium oculos, ne tenebris obſcurentur: ità claritatis donator dilectiſſimam Matrem ſuam à principio eius eſſe, non minus ornauit, & honorauit, ità vt vulla in Virgine à principio ſui fuerit obſcuritas, ſed claritas pleua, atque perfecta. Io. *de Meppis in Tract. de Con. pag. 91.*

Carbunculus lucens in tenebris mundi claritatis æternæ. Io: *Trith. lib. 1. de Miraculis B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Carbunculus nobis peccatoribus lucens in nocte huius vitę, mittens ad oculos noſtri intel-

lectus

ſectus radios nos illuminantes; Carbunculus enim gemma lucet, vt Carbo ignitus, & lucet in tenebris adeo, vt flammas ad oculos vibret, vt ignis. *Maurit. de Villa Probata, ſerm. 8. Coronæ nouæ Mariæ.*

CARDO cęli, id eſt, totius Eccleſię, quam ſua excellentiſſima claritate portat, & dirigit. *Ern. Prag. in Mariali cap. 8.*

CARMELVS, qui interpretatur ſcientia circumciſionis, vel ſciens circumciſionem; Corde enim, & auribus, cunctiſque ſenſibus ſpiritualiter circumciſa in gignendo Filium, non viro, ſed Deo ſoli, placuit indiuiſa. *Philipp. Abb. lib. 6. in Cantic. Canticor. cap. 22.*

Carmelus, propter eminentiam contemplationis, & diuinæ ſcientiæ, & propter pinguedinem gratiarum, ex quibus fructus multiplex bonorum operum; quia Carmelus mons eſt altus, & pinguis, & ratione interpretationis, quia prudenter circumcidit à ſe omne illicitum, tam à carne ſua, quam à ſpiritu ſuo. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 5.*

CARMEN incorporeorum. S. *Io: Damaſc. in Cantic. Eccleſiaſt. Græcorum ſono 1.*

CARNEOLVS, lapis diuino rubens amore, cuncta Dæmonum pellens maleficia, peccatricis animę fortiter ſiſtens menſtrua, diabolica ſoluens phantaſmata, & corda hominum in timore Domini faciens eſſe tranquilla. *Io: Trithem. lib. 1. de Miraculis B. Virginis in Vriceto cap. 7.*

CARO noſtra. S. *Iacobus Maior Apoſtolus apud B. Amadeum Raptu 8.*

Caro propria Domini. *Goffridus Abbas ſerm. in omni Feſtiuitate B. Mariæ.*

Caro Prophetarum. *Iacob. de Voragine ſerm. 6. de Aſſumpt. B. Virgin.*

Caro carens terreſtri macula. *Ioan. Hondem, in Hymn. de Aſſumpt.*

Caro Patriarcharum. *Idem ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

CASA, quam per oſtium fidei ſperatus quondam Dominator intrauit. *D. Auguſt. ſerm. 17. de Natiuit. Domini, qui eſt 21. de tempore.*

Caſa Helios, id eſt domus veri Solis iuſtitiæ, in qua nouem menſibus corporaliter habitauit. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 7.*

Caſa, id eſt, parua domus propter paupertatem & humilitatem. *Idem ibidem.*

Caſa alta, quia eius ſtatus, eſt ſuper omnem ſtatum pure creaturæ. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 4. de Aſſimilatione B. M.*

Caſa alta, quia in alto cacumine virtutum ſublimata. *Idem ibidem.*

Caſa alta. *Maur. de Villa Probata ſerm. 5. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

CASTELLVM à fortitudine ratione maximæ charitatis, quę fuit in B. Virgine: ideò ſcribitur, quod fortis eſt, vt mors dilectio. *Idiota de B. Virg. par. 4. 4. contempl. 55.*

Caſtellum fundatum ſupra firmam petram, quæ eſt Chriſtus. *Idem de B. V. par. 14. contempl. 17.*

Caſtellum ipſi Chriſto, in quo ipſe ſe recepit propugnator veniens ad ſaluandum nos, & ad debellandum hoſtem, qui cuſtudiebat atrium ſuum, in cuius caſtelli ingreſſum apprehendit arma, & ſcutum, id eſt animam, & carnem, vt contra Diabolum exurgeret nobis in adiutorium. *Idem de B, V. par. 14. contempl. 55.*

Caſtellum propter humilitatem, quia Caſtellum dicitur à caſto diminutiuè, in quo humilitas deſignatur, & licet Virgo Beatiſſima Caſtrum eſſe dicatur, magis tamen Caſtellum appellatur propter humilitatem, quia virtus humilitatis fuit ei ſpecialiſſimum, potentiſſimum, & fortiſſimum monumentum. *Idem ibidem.*

Caſtellum propter vteri virginalis diuerſorum anguſtiſſimum contrà impetum inimici tyranni, muniti ſſimi, & fundatum ſuper firmam petram, quæ eſt Chriſtus. *Idem ibidem,*

Caſtellum, quia caſta, & humilis eſt in charitate fundata, & firmata. *Idem ibidem.*

Caſtellum caſtiſſimum, in quod intrauit Ieſus per portam fidei. *Rodulphus Ardens homil. 2. in Aſſumpt. B. M.*

Caſtellum, introitu Ieſu non violatum; Ieſus enim ſaluat non violat. *Idem ibidem.*

Caſtellum quoddam, id eſt, ſingulare, quia quamuis cæterę Virgines poſſint eſſe mundæ, & caſtæ, tamen nulla poteſt eſſe ſimilis, & virgo, & mater, quod etſi concedamus poſſe fieri, nulla tamen alia poteſt eſſe mater filij Dei, quia ſicut eſt vnicus vnico Patri, ità eſt vnicus vnicæ Matri. *Idem ibidem.*

Caſtellum à virginitate mentis, & corporis, quaſi muro vndiq; vallatum, & nullus vnquam libidini fuerit ad illud acceſſus. *S. Anſelm. in homil. in Euang. ſecundum Lucam: Intrauit Ieſus in quoddam Caſtellum.*

Caſtellum habens turrim humilitatis, ad repellendam omnem ſuperbiam à muro virginitatis. *Idem ibidem.*

Caſtellum Ieſu ingreſſu non violatum, Ieſus enim ſaluat non violat, confracta conſolidat, non confringit ſolida. *Idem ibidem.*

Caſtellum, in quod intrauit Ieſus per portam fidei: quia enim credidit perfecta ſunt à Domino ea, quæ ab Angelo dicta ſunt, ſicut ad eam ait Eliſabeth. *Idem ibidem.*

Caſtellum quoddam, id eſt ſingulare, quamuis enim, & multæ aliæ murum virginitatis habeant, & turrim virginitatis, id eſt virgines ſint, & humiles, tamen ſalua virginitate matres eſſe ſnon poſſunt, neque filios generare, quod iſta ſola fecit. *Idem ibidem.*

Caſtellum ſingulare, quia ſingulariter, & mater fuit, & virgo, quod nulla alia eſſe potuit, vel poterit. *Idem ibidem.*

Caſtellum ſingulare, quia vnicum Dei filium genuit, qui ſicut eſt vnicus vnico Patri, ità vnicus vnicæ Matri. *Idem ibidem.*

Caſtellum, in quod intrauit Ieſus habens turrim humilitatis, & murum virginitatis. *D.*

*Bernard. Abbas ſerm. 4. ſuper Salue Regina.*

Caſtellum ſingnlare, in quod intrauit Ieſus, cuius vallum humilitas, cuius murus virginitas, cuius turris charitas. *B. Aelredus Abbas ſerm. 1. in Aſſumpt. B. V.*

Caſtellum ſingulare, quod Pater conſtituit, quod Spiritus ſanctus ſanctificauit, quod Filius intrauit, quod tota Trinitas, quaſi ſingulare ſibi hoſpitium elegit. *Idem ibidem.*

Caſtellum, in quod intrauit Ieſus, cum deſcendit in vterũ Virginis; vere enim virgo Caſtellum, quia & turrim habuit humilitatis, & murum caſtitatis: quæ duo ſeſe alterutrum defendentia, verè Virginem cõmendant. Fuit enim in ea, & humilis virginitas, & virginalis humilitas. *Serlo Abbas ſerm. 5. de Aſſumptione Beatæ Virginis.*

Caſtellum, antonomaſticè, Ieſu, in quo vere habitabat Martha in ſollicitudine adminiſtrationis, Maria vero in feruore dilectionis, vel deſiderio amoris. *Garnerius Lingon. ſer. 2, in Aſſumpt. B. Mariæ.*

Caſtellum fundatum ſupra firmam petram. *Idem ibidem.*

Caſtellum incorruptum. *Idem ibidem.*

Caſtellum inexpugnabile. *Idem ibidem, & Cæſarius Ciſtercienſis hom. in Aſſumpt. B. M.*

Caſtellum omni virtutum munitione vallatum. *Idem ſer. 1. de Dedicat. Eccleſiæ.*

Caſtellum quot virtutibus, tot ciuibus plenum, cuius ſemper clauſa fuit porta, nec patuit niſi ſoli Principi. *Idem ſerm. 2. de Aſſump. B. V.*

Caſtellum, in quod intrauit Ieſus, quando Verbum Caro factum eſt, & habitauit in nobis. *Innocentius Papa 3. ſerm. 1. de Aſſump. B. V.*

Caſtellum ſpirituale, cuius murus exterior eſt virginitas corporis, turris interior eſt humilitas cordis. *Idem ibidem.*

Caſtellum iugi Angelorum cuſtodia vndiq; munitum, in quo turris alta, videlicet, humilitas pertingens vſque ad cœli culmina, vnde dicitur: Reſpexit Dominus humilitatem Ancillæ ſuæ: & murus exterius, ſcilicet, eius caſtitas fuit, quæ cæteris virtutibus interius munimen præbuit. *Honorius Auguſtodunenſis in ſigillo B. Mariæ.*

Caſtellum, quod Dominus intrauit, quando in vtero eius humanam naturam ſibi copulauit. *Idem ibidem.*

Caſtellum quoddam (quoddam enim ſolenius dicere de ea re, quam nolumus exprimere, aut nequimus) quia à nemine excogitari, nè dum exprimi poteſt, quid magnificentię exterius, quid pretij intrò habeat, quæ Dei Mater eſt. *Guibertus Abbas in lib. de Laud. Beatæ Mariæ cap. 7.*

Caſtellum, ad quod, ſi quis fide plena, mentęque deuota confugerit, ab hoſtium incurſu ſecurus erit. *Cæſarius Ciſtercienſis homilia in Aſſump. B. Mariæ.*

Caſtellum anguſtum, & amplum, erat enim anguſta per virtutem voluntariæ paupertatis; ſed diffuſa valde latitudine charitatis. *Idem ibidem.*

Caſtellum, in quo, & ex quo Deus arma ſumpſit ad debellandas aereas poteſtates. *Idem ibidem.*

Caſtellum nobile, & ſingulare, in quod Ieſus Chriſtus Dei filius per incarnationis myſterium, pro ſalute humani generis intrauit; in quo & verus, Deus & homo nouem menſibus habitauit. *Idem ibidem.*

Caſtellum paruum, & immenſum, paruum virtute humilitatis, immenſum plenitudine gratiarum. *Idem ibidem.*

Caſtellum profundum, & altum; profundum ſigillo virginitatis, altum priuilegio ſanctitatis, nec non prærogatiua dignitatis. *Idem ibidem.*

Caſtellum, quod Dominus intrare dignatus eſt per ſacramentum incarnationis. *Idem ibidem.*

Caſtellum, quod Dominus per gloriam aſſumptionis de valle lachrymarum tranſtulit in montem cœlorũ, exaltans illud ſuper Choros, omnemque altitudinem Angelorum. *Idem ibidem.*

Caſtellum ſublime, & munitum, omnibus ad ipſum confugere volentibus patens, & nulli ingreſſum ſuum denegans. *Idem ibidem.*

Caſtellum virginale, in quod Deus intrauit per duplicem portam, videlicet, cordis, & corporis. *Idem ibidem.*

Caſtellum immobile, quod intrauit Ieſus, principem huius mundi, & armatum fortem debellaturus. *Abſalon Abbas ſerm. 2. de Aſſump. B. Virgin.*

Caſtellum, in quo Chriſtus tabernaculum ſuum poſuit, contra Diabolum pugnaturus, cum ex eius ſubſtantia carnem glorioſam aſſumpſit, in qua Diabolum expugnauit. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 11.*

Caſtellum, in quod intrauit Ieſus, qui interpretatur Saluator, vel ſalus, vel ſalutaris, id eſt, medicus, aut ſalutare, id eſt, medicina: quia ad hoc venit in ſanctam Virginem in ſua incarnatione, vt populum ſuum ſaluum faceret à peccatis eorum, ſicut dicitur. Matth. 5. & eſſet ſalus populi, ſicut dicit: Salus populi ego ſum, & quaſi medicus ſanaret mundum languidum, in quo à planta pedis vſq; ad verticem non erat ſanitas. Iſai. 1. & de ſingulis membris ſuis, veluti ex herbis medicinalibus, cum diſtemperamento liquoris ſanguinis ſui in mortariolo omnimodę tribulationis, patienter perpeſſæ, ſingula faceret emplaſtra ſingulis noſtris morbis. *Idem ibid.*

Caſtellum, propter vteri virginalis diuerſorium anguſtiſſimum, contra impetus inimicæ tyrannidis minutiſſimum, fundatum ſuper firmam petram, quæ eſt Chriſtus. *Idem ibidem.*

Caſtellum, quia caſta, & humilis, & in charitate fundata, & firmata. *Idem ibidem.*

Caſtellum, quo ad nos, quia omnibus impugna-

gnatis à triplici concupiſcentia, vel ab hoſte multiplici, fidele eſt, & inexpugnabile refugium, ſi ad eam confugerint ſapienter. *Idem ibidem.*

Caſtellum, quod intrauit Ieſus ſicut radius ſolaris feneſtram vitream, ſicut lux ſolis oculum ſanum, quem non excæcat, ſed magis illuminat, ſicut verbum aurem, ſicut vox locum concluſum, ſicut facies intrat ſpeculum. *Idem ibidem.*

Caſtellum, quod virginitas corporis, & mentis, quaſi murus vallauit vndique, vt nullus vnquam eſſet libidini acceſſus, nec ſenſus eius aliqua corrumperetur illecebra, & quia virginitatem, cum libido non poſſit, ſolet impugnare ſuperbia: fuit in eodem B. Virginis caſtro turris humilitatis, quæ à muro virginitatis omnem repellebat ſuperbiam, & quia humilitatem, cum ſuperbia non poſſit, ſolet impugnare libido; murus virginitatis à turre humilitatis omnem repellebat libidinem; itaque hæc duo, murus, videlicet virginitatis, & turris humilitatis ab alterutro muniuntur, vt nunquam in humili Virgine fuerit, aut ſuperba virginitas, aut humilitas inquinata, ſed ſemper in ea permanſerit, & humilis virginitas, & virginea humilitas. *Idem ibidem.*

Caſtellum Chriſti, in quod ipſe ſe recepit, Propugnator veniens ad ſaluandum. Iſai. 63. & ad depellendum fortem, qui cuſtodiebat atrium ſuum. Luc. 11. *Idem ibidem.*

Caſtellum, de quo dictum eſt Matth. 21. Ite in Caſtellum, quod contra vos eſt, & inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea, cum enim filius Dei vellet aſſumere trabeam humanitatis in tabernaculo Virginis, præcepit Angelis, vt eam cuſtodirent ab omni illecebra carnis, dicens illis: Ite ad Caſtellum, ite ad Virginem, cuſtodiendo; ite ad Virginem, conſulendo: ite ad Virginem, comitando: hæc Virgo conſequenter dicitur etiam Caſtellum. Eua autem prima mulier antea Caſtrum etiam fuit, quia naturalibus, & gratuitis donis munita, ſed poſtmodum adinſtar viliſſimi oppidi redacta, imò Villa abſoleta facta, patens omni hoſti, Carni, Mundo, & Dæmoni: ſicque genus humanum deſolatum plane manſit, vſque dum Rex Regum in ſole tabernaculum poſuit, id eſt de Virgine Caſtellum confirmauit, quando Virgo per aduentum Spiritus ſancti ità roborata fuit, vt hoſti ad eam non pateret introitus: neque vacat à ratione, quod dicitur: quod contra vos eſt: humana enim natura, ante incarnationem, angelicæ fuit naturæ contraria. In hoc Caſtello erant Aſina, & pullus ligati, id eſt, ſenſualitas, & ſenſualitatis motus primitiui, qui ex ſe non erant bono obnoxij, ſed per Angelorum miniſterium ad bonum ſoluti ſunt, & poſtquam Chriſtus per incarnationem aduenit, ſuper aſinam, & pullum ſedit, quia tam ſenſualitas, quam primitiuus eius motus ei obediuit. *Alan. Inſul. in ſerm. de Annunc. B. V.*

Caſtellum, quod intrauit Chriſtus pugnaturus contra diabolum, ſed intrauit per auream portam, ianuis clauſis, quia neque in ingreſſu, neque in egreſſu fractum eſt in ea ſigillum virginitatis. *Idem ibidem.*

Caſtellum, quod in terra ſtat quaſi refugium hominum. *Hugo Carenſis in cap. 24. Eccleſiaſt.*

Caſtellum, cui non deeſt inſtructio militum defendentium, millia enim millium ei miniſtrât, & decies centena millia aſſiſtunt ei. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Caſtellum, cuius Rex Chriſtus. *Idem ibidem.*

Caſtellum, cuius ſitus eſt in Monte ſancto, ad quem nulla machina pertingit inimici; cuius foſſatus humilitas, cuius muri virtutes, cuius turres eleuationes contemplationis, cuius abundantia nullius boni defectus; ibi enim panis vitæ, qui de cœlo deſcendit, ibi adeps frumenti ſatiantis, ibi ſal ſapientiæ, ibi fons aquæ ſalientis in vitam æternam, ibi carnes Agni immaculati, ibi veſtis decoris, & honeſtatis, ibi ignis charitatis, ibi hortus concluſus voluptatis, ibi aura flatus Sancti Spiritus, cuius defendentes milites, omnia agmina Angelorum. *Idem ibidem.*

Caſtellum diminutiuo nomine, propter nimiam eius humilitatem. *Idem ibidem.*

Caſtellum, in quod intrauit Ieſus introitu mirabili, dignitate ſingulari, & munitione inuincibili præparatum. *Idem ibidem.*

Caſtellum, in quod veniens Dominus maieſtatis, in ſpecie peregrini, apud nos primum ſuſceptus eſt. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Caſtellum turritum, firmiſſimum, atque fortiſſimum. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 10. Luc.*

Caſtellum, in quo fuerunt caſtra exercitus Angelorum excubantium, & cuſtodientium portas, & turres, id eſt, ſenſus exteriores, & virtutes animæ interiores, ſicut ſolent facere excubiæ vigilantes in caſtris. *Bernard. Prag. in Mariali cap. 4.*

Caſtellum laudabile ex nomine, venerabile ex opifice, mirabile ex ſchemate, amabile ex officio, terribile ex habitatore. *Idem in Mariali cap. 90.*

Caſtellum altiſſimum, à quo Saluator noſter traxit originem ſecundum carnem. *Bernard. de Buſt. ſerm. 4. de Aſſimilat. B. M.*

Caſtellum, caſtitate decoratum, humilitate munitum, excellentia ſublimatum, obedientia ditatum, munitione repletum, in quod intrauit Ieſus, id eſt Saluator noſter, vt omnibus præſidium faceret, & nos ab inimicis protegeret, ac liberaret. *Idem ibidem.*

Caſtellum, cuius architector Deus. *Idem ibidem.*

Caſtellum, ex quo Deus ſecretè amicis ſuis adiutorium præbuit. *Idem ibidem.*

Caſtellum ratione humilitatis, & ſublimitatis. *Idem ibidem.*

Caſtellum ratione ſuæ nitidæ virginitatis. *Idem ibidem.*

Ca-

Caſtellum altiſſimum. *Maurit. de Villaprobata ſer. 5. Coronæ nouæ B.M.*

Caſtellum caſtitate decoratum, humilitate munitum, excellentia ſublimatum, obedientia ditatum, munitione repletum, in quod intranit Ieſus, id eſt, Saluator noſter, vt omnibus præſidium faceret, & nos ab inimicis protegeret, ac liberaret. *Idem ibidem.*

Caſtellum, ex quo Deus ſecretè amicis ſuis adiutorium præbuit. *Idem ibidem.*

Caſtellum, id eſt, caſa alta ex dignitate procuratoris, quia Architector huius caſtelli fuit ipſe Deus, qui fundauit ipſam B. Virginem altam cum ſit Altiſſimus. *Idem ibidem.*

Caſtellum in deſerto. *Idem ibidem.*

Caſtellum, quaſi alta caſa ex alto ædificio virtutum, in quo eſt ſublimata. *Idem ibidem.*

Caſtellum ratione expugnationis; nam Filius Dei venit in Mariam, vt aſſumeret arma humanitatis, quibus armis indutus, nouem menſibus in ipſa Virgine occultè permanſit, vt ſic expugnaret inimicum humani generis. *Idem ibidem.*

Caſtellum, ratione humilitatis, quia dicitur caſtellum diminutiuum de caſtro, & ipſa de ſe ſemper parua ſentiebat. *Idem ibidem.*

Caſtellum ratione ſublimitatis, quaſi alta caſa, quia eius ſtatus eſt ſuper omnem ſtatum puræ creaturæ. *Idem ibidem,*

Caſtellum ſpeciale Ieſu. *Idem ibidem.*

Caſtellum, cuius nunquam, vel vnam pinnam Dæmon potuit obtinere. *S. Thom. de Villanoua in Concione 1. de Aſſumpt. B.V.*

Caſtellum fortiſſimum. *Idem ibidem.*

Caſtellum non ſolum inuincibile, ſed etiam inexpugnabile; licet enim ab hoſte perſecutionē paſſa ſit, non tamen tentationem à carne, ſicut ſcriptum eſt, non tetigit eam Abimelech. Geneſ. 20. *Idem ibidem.*

Caſtellum, quo nullum fortius, firmius, pulchrius. *Idem ibidem.*

CASTRA Dei, quæ mota ſunt à tabernaculis cedar ad materiæ expertia, & rediuiua tabernacula, quando è terra abijt in cœlum. *Andr. Cretenſ. orat. 3. de Dormit. B.V.*

Caſtra Dei. *D. Bernard. in Deprecat. & Laude elegantiſſima ad Virginem Mariam.*

Caſtra Dei contra inimicos. Geneſ. 32. *Maurit. de Villaprobata ſer. 28. Coronæ nouæ B.M.*

CASTRVM quoad nos, quia omnibus impugnatis à triplici concupiſcentia, vel ab hoſte multiplici fidele, & inexpugnabile refugium eſt, ſi ad eam refugitur ſapienter. *Idiota de B. Virg. par. 14. contempl. 55.*

Caſtrum cuſtodibus munitum, vt pote quam Gabriel, cæterique Angeli, ac ſancti homines, vt Ioſeph, & Ioannes Euangeliſta, ſanctiſſimè cuſtodierunt. *Rodulphus Ardens ſer. 2 in Aſſumpt. B.M.*

Caſtrum neceſſarijs repletum, vtpote, in qua fecit ſibi cellarium panis vita, & aqua ſapientiæ. *Idem ibidem.*

Caſtrum, propugnaculis vallatum, vt abſtinentia contra ingluuiem, caſtitate contra luxuriam, munificentia contra auaritiam, patientia contra iram, humilitate contra ſuperbiam. *Idem ibidem.*

Caſtrum ſecuritate. *Hugo de Sancto Victore ſerm. in Natiuit. vel Aſſumpt. Beatæ Mariæ Virgin. qui eſt in ordine 34.*

Caſtrum, cuius murus in circuitu, id eſt, corpus, fuit adamantinus, eo quod vitioſis motibus neque impelli, neq; frangi poſſet. *Cæſarius Ciſtercienſis homil. in Aſſump. B.M.*

Caſtrum, cuius turris, id eſt anima, fuit ſublimiſſima meritorum prærogatiua in contemplationis gratia vſque in cælum, imò ſupra Choros Angelorum erecta. *Idem ibidem.*

Caſtrum, in cuius defenſioſiem quicumq; confugiet, fiet in eo, quod dicit. Pſalm. 90. Cadent à larere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, tibi autem non appropinqnabit. *Albert. Magn. in Paſſillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Caſtrum omninò inexpugnabile. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Prouerbior.*

CATERVA, in quam non plura flumina in vnum confluunt, ſed omnia intrant gratiarum genera. *Ern. Prag. in Mar. c. 24.*

CATHEDRA Regis glorioſiſſima, ac celeberrima. S. *Ioannes Damaſc. in Can. SS. Deip.*

Cathedra Regis. *Andreas Cretenſis in orat. 2. in Annunciat.*

Cathedra non inferior cathedra cherubica. *Iſychius ſerm. 2. de Laud. Virg.*

Cathedra ſacra, in qua qui erat pleniſſimus, non euacuans immaculatum ſinum Patris, à quo natus erat, tamquam infans ſedit. *S. Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Cathedra lucidiſſima Regis cæleſtis, in qua ille incarnatus ſponte requieuit, & abſtulit multam laſſitudinem noſtram, atque hominem in paterno throno, quemadmodum ſibi placuit, collocauit. *Idem in ſuo Mariali.*

Cathedra Regis ſummi, vnde cæleſtis ſapientiæ edicta proponit, exempla virtutum oſtendit, mundi ſapientiam fatuam reddit. *Adam de Perſ. in Mariali frag. 3.*

Cathedra colorata, & quaſi depicta virtutum omnium colore multiplici, ſcilicet minio charitatis, viridi fidei, immarceſſibili ſynopide patientiæ ſingularis, hyacintino contemplationis, vel etiam paupertatis, cuius eſt Regnum cœlorum. Matth. 5, vel etiam dici poteſt, quod quaſi depicta, & rubricata eſt in ſanguine Dominicæ paſſionis, cuius compaſſio eidem proMartyrio computatur. *Rich. à S. Laur. in Laud. Virg. lib. 10.*

Cathedra, de qua ſecundo Regum 23. Dauid ſedet in cathedra ſapientiſſimus Princeps inter tres: ſedens enim in hac cathedra Chriſtus, eſt ſapientiſſimus, quia ipſe eſt ſapientia Patris, & inter tres dicitur ſedere, quia ipſe vna eſt ex tribus increatis perſonis æqualis Patri, & Spiritui ſancto, ſed ipſe ſolus ſedet

det in cathedra, quia ſolus incarnatus eſt in Virgine gloriosa. *Idem ibidem.*

Cathedrá, in qua ſummus Magiſter in incarnatione reſedit, quando præcepta, & conſilia vitæ æternæ veniebat docere in mundo; cathedra ſiquidem doctorum eſt. *Idem ibidem.*

Cathedra igne lucidior. *Iacobus Monachus in Mariali. orat. 6.*

Cathedra Spiritus ſancti. *Io: Trith. lib. 1. de Miraculis B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

CAVERNA, ad quam attendere debemus, vt quod nobis ipſa contulit agnoſcentes, ingratitudinis vitio non arguamur. *Garner. Lingon ſerm. 2. de Purific. Virg.*

Cauerna laci, cui attendere debent, vt refugij latebras inueniant in mala aliqua ſuggeſtione, qui parent diabolicæ voluntati. *Idem ibidem.*

Cauerna laci, quia quamuis eſſet exrta mundum per gratiam, & deuotionem, de mundo tamen erat per naturam. *Idem ibidem.*

CAVLA rationalium pecudum. *Andr. Cret. or. 2 in Annunciat.*

Cauſa ouium rationalium. *Anonym. in Hymn. ad B.V. apud Nomencl. Marianum.*

CAVSA ſecunda rerum ſacrarum in nouo teſtamento. *S. Petrus, & cum eo Apoſtoli Domini ex reuelatione facta B. Alano in Apologia pro Roſario B. Virg. cap. 15.*

Cauſa ſalutis ſibi, & vniuerſo generi humano. *D. Ireneus lib. 3. aduerſus hæreſes c. 33.*

Cauſa vitæ, per quam genita eſt nobis vita, & filius Dei acceſſit in mundum. *D. Epiphan. lib. 3. aduerſus hereſes hæreſi 78.*

Cauſa reconciliationis humani generis cum Deo. *S. Ioan. Chryſoſtomus in Canone S. Eliæ Prophetæ.*

Cauſa obtentæ puritatis. *S. Sabba in Men. Græcorum die 5, Ianuarij.*

Cauſa reſurgendi poſt Chriſtum Adamo cadenti. *Idem in Menæis Græcor. die 12. Ianuarij.*

Cauſa bonorum præſtantium. *S. Roman. Diaconus in Menæis Græcor. die 15. Ianuarij.*

Cauſa congemina vitæ. *Andreas Cretenſis orat. 3. de Aſſumptione B. V.*

Cauſa Dæmoni omnium malorum. *Chryſippus in ſerm. de S. Maria Deipara, qui extat tom. 6. Bibliothecæ magnæ veter. PP. par. 2.*

Cauſa plenitudinis incarnationis. *D. Hildephons. in lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 12.*

Cauſa fæcundæ largitatis bonorum. *Greg. Nicomed. orat. 1. in Concept. Deiparæ,*

Cauſa nobis lætitiæ præſentis, & futuræ. *Idem orat. 3. de Concept. Deiparæ.*

Cauſa plenitudinis lætitiæ hominum. *Idem in orat. in S. Mariæ aſſiſtentiam in ſepulchro.*

Cauſa reformationis noſtræ, per quam vitiata in nobis Dei imago ad ſuum redijt decorem, *Idem orat. 1. de Præſentat. B. V.*

Cauſa gaudij cæleſtis. *S. German. in ſuo Mariali fragm. 15.*

Cauſa noſtræ ſalutis. *Idem orat. 1. in Præſentat. B. Virg. & S. Io. Hymn, in ſuo Mariali.*

Cauſa familiaritatis humano generi cum Deo. *S. Ioan. Damaſc. Can. in Natiu. B. V.*

Cauſa libertatis noſtræ, vna cum filio, qui dedit ſemetipſum pretium redemptionis pro nobis. *Idem in Can. Decollat. S. Io: Baptiſtæ.*

Cauſa, vt omnium cauſa naturam noſtram aſſumeret. *Idem Can. in Natiuit. B. Virg.*

Cauſa bonorum omnium. *S. Io: Damaſc. orat. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ, & Io: Geometra ſerm. in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

Cauſa lætitiæ in domo Domini. *Idem orat. 2. de Aſſumptione, ſiue Dormitione B. M.*

Cauſa noſtræ cum Deo reconciliationis. *Idem in Canone de S. Trinitate tom. 4. Bibliothec. PP. Edition. 2.*

Cauſa noſtræ ſalutis, diuinæque redemptionis, cuius interceſſionibus ſaluamur. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Cauſa reformationis hominum. *Idem ibidem.*

Cauſa ſalutis mortalium. *Idem ibidem.*

Cauſa bonorum omnium, quippè quæ rerum omnium cauſam verbum, ſcilicet, ſupra mentis, Verbique conceptum peperit. *S. Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Cauſa deificationis noſtræ. *Idem. ibidem.*

Cauſa diuinæ incarnationis. *Idem ibidem.*

Cauſa gaudij noſtri. *Idem ibidem.*

Cauſa, qua Dei filius ſimilis factus eſt nobis. *Idem ibidem.*

Cauſa reformationis primorum Parentum. *Idem ibidem.*

Cauſa reparationis noſtræ. *Idem ibidem.*

Cauſa ſalutis omnium. *Idem ibidem.*

Cauſa benedictionis noſtræ, ſicut Eua cauſa fuit maledictionis. *Idiota de Beata Virg. par. 1. contemplatione 3.*

Cauſa præcipua humanæ ſalutis poſt Deum. S. *Odilo in ſer. de Aſſumpt. B. M. V.*

Cauſa communis inſtaurationis in humana natura. *Leo Imperat. in orat. de Aſſumpt. B. V.*

Cauſa ſupplantationis Dæmonis. *Idem in orat. de Natiuit. B. Virg.*

Cauſa generalis reconciliationis. S. *Anſelm. in orat. ad B. Virg.*

Cauſa efficialis noſtrarum felicitatum. *Guibert. Abbas in lib. de Laud. B. M. cap. 6.*

Cauſa rerum. *D. Bernar. ſer. 2. in die Pentecoſtes.*

Cauſa lætitiæ mundi. *Theodor. Laſch. Imperat. in Cantic. ad ſanctiſſimam Deiparam.*

Cauſa longæuitatis æternæ. *Idem in orat. de Annunciat. B. Virginis.*

Cauſa benedictionis. *Rich. à S. Lauren. de Laud. Virgin. lib. 4.*

Cauſa ſalutis generis humani. *Idem de Laud. Virgin. lib. 2.*

Cauſa indulgentiæ hominis. *D. Bonauent. in Laude Beatiſſimæ Vig. Mariæ.*

Cauſa beatitudinis Beatorum. *Albert. Magnus in Poſtillis ſuper cap. 1. Luc.*

Cauſa corporalis generationis Dei. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 217.*

Cauſa efficiens noſtræ regenerationis poſt Deũ, & ſub Deo, & cum Deo, quia ipſa illum nobis genuit, qui nos omnes regenerauit, & vt ipſum gigneret, ſuis virtutibus de congruo promeruit. *Idem ſuper Miſſus eſt c.184.*

Cauſa, & origo Dei ſecundum id, quod natum eſt. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.150.*

Cauſa, & principium omnium aliorum ſanctorum, ſumma virginitatis puritate, peccati immunitate, peccandi impoſſibilitate, virginitatem habens cum fœcunditate. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.34.*

Cauſa finalis noſtræ regenerationis, quia totum opus redemptionis poſt Deum, in ipſius gloriam, & honorem ordinatum fuit. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.184.*

Cauſa formalis noſtræ regenerationis, quia omnibus luce ſuæ deiformiſſimę conuerſationis fuit ſpeculum, & exemplum reuerſionis à tenebris, & directionis, & conuerſionis ad contuitum primæ lucis. *Idem ibidem.*

Cauſa gaudij, & lætitiæ omnibus viatoribus, & comprehenſoribus. *Idem ſup. Miſſus eſt c.121.*

Cauſa noſtræ redemptionis *Idem ſerm. 1. in Annunciat. B.M. Virgin.*

Cauſa omnibus ſaluādi. *Idem ſup. Miſſus eſt c.39*

Cauſa omnis gratiæ in humanum genus transferendæ, & ſecundum ſtatum viæ, & ſecundum ſtatum patriæ. *Idem ſup. Miſſus eſt c.61.*

Cauſa omnium benedictionum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.216.*

Cauſa, propter quam peccatores laudant Deum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Proph. Iſaiam.*

Cauſa totius miſericordiæ, continens totam miſericordiam, & releuans omnem miſeriã. *Idem ſuper Miſſus cap.194.*

Cauſa totius miſericordiæ, quia cauſa filij, à quo omne bonum, & omnis miſericordia. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.112.*

Cauſa vitæ ęternę omnibus nobis. *Idem ſuper miſſus eſt cap. 293.*

Cauſa communis gaudij. *Iacobus Monachus in Mariali orat.2.*

Cauſa exultationis terræ; ea enim terra lætabunda gloriatur, ea decoratur, atque anguſtior fit, tamquam proprio germine emundatur ab humanis inquinamentis, eam ſuprà dorſum ſuum geſtans ſanctificatur immaculatis, & pretioſis greſſibus eius, perfunditur odore ſuauiſſimo ab vngento eius puritatis per eam confidentior, ac liberior euadit vna cum rerum omnium ſerie, atque ordine. *Idem in Mariali orat. 2.*

Cauſa finis eorum, quæ demonſtrata fuerant. *Idem in Mariali orat. 2.*

Cauſa gaudij. *Idem in Mariali orat.6.*

Cauſa humanitatis Dei, per quam ſpe ſubleuati propriam paruipendimus humilitatem. *Idem in Mariali orat.1.*

Cauſa reformationis noſtræ; per quam illud, quod iuxtà Dei Imaginem factum inutile euaſerat, ad proprium redijt decorem, & maſſa noſtra vetuſta renouata eſt. *Idem in Mariali orat. 6.*

Cauſa ſacræ pacis. *Matthæus Cantacuzenus in cap.6. Cantic. Canticorum.*

Cauſa ſalutis totius orbis. *Idem in cap.4. Cantic. Canticorum.*

Cauſa principalis, poſt Dominum, gloriæ omnium ſanctorum. *Ern. Prag. in Mar. c.126.*

Cauſa cunctis ſummæ vtilitatis. *Iſidorus Theſſalonicenſis in orat. de Præſentat. B.V.*

Cauſa generationis inferiorum omnium. *Idem in orat. de Natiuit. B.V.*

Cauſa reductionis creaturarum in meliorem ſtatum. *Idem ibidem,*

Cauſa verę omnibus vitæ, & cuiuſuis alterius boni. *Idem orat. de Aſſumpt. B.M.*

Cauſa totius boni. *S. Vincentius Ferrerius ſerm. de Concept. B. Mariæ.*

Cauſa aliquo modo gloriæ Angelorum. *D. Anton. in ſumma par.4. tit. 15. cap. 14. quod eſt de Nomine Virg. M.*

Cauſa Dei, quia Mater Dei: Mater enim eſt cauſa, & origo filij. *Idem in ſum. par. 1. tit. 15 cap. 20. quod eſt de gratia priuilegiorum ſingularium B. Mariæ.*

Cauſa Dei ſecundum id, quod natum eſt. *Idem ibidem.*

Cauſa efficiens noſtræ recreationis, ſcilicet, in eſſe gratię generationis poſt Deũ, & ſub Deo, & cum Deo, quia ipſa Mater nobis genuit, qui nos omnes recreauit, ſiue regenerauit virtualiter per paſſionem ſuam, virtutem gratiæ conferentem Sacramentis, & vt ipſum filium ſuum gigneret, ſuis virtutibus de congruo promeruit. *Idem ibidem.*

Cauſa filij, qui eſt cauſa totius boni. *Idem in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 24. quod eſt de benedictione Beatæ Virg. apud omnem generationem.*

Cauſa finalis noſtræ recreationis, quia totum opus redemptionis poſt Deum in ipſius gloriam, & honorem ordinatũ fuit. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 20. quod eſt de gratia Priuilegiorum ſingularium B. Mariæ.*

Cauſa finis, & affinis omnium generationum ab initio, & ante ſæcula creata, hoc eſt prædeſtinata. *Ioannes Gerſon Tract. 5. ſup. Magnif.*

Cauſa formalis noſtræ recreationis, quia omnibus ſuę deiformiſſimæ conuerſationis ſpeculum, & exemplum eſt reuerſionis à tenebris, directionis, & conuerſionis ad intuitum primę lucis. *Idem ibidem.*

Cauſa Ieſu, quia mater eius. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 14. quod eſt de Nomine Virginis Mariæ.*

Cauſa materialis noſtræ recreationis, quia de puriſſimis ſanguinibus eius factus eſt recreator noſter Ieſus. *Idem in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 20. quod eſt de gratia Priuilegiorum ſingularium B. Mariæ.*

Cauſa omnis benedictionis. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 25. quod eſt de triplici fructu Benedictæ Mariæ Virginis.*

Cau-

Cauſa omnis gratiæ. *Idē in ſum. p. 4. tit. 15. c. 15. quod eſt de plenitudine omnis gratię in M.V.*

Cauſa prima reparationis noſtræ, generando Filium ſecundum Adam, per quem omnes mortui à principio viuificantur. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 10. quod eſt de miſſione Filij Dei ad Mariam.*

Cauſa totius miſericordiæ, continens totam miſericordiam, & releuans omnem miſeriam. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 20. quod eſt de gratia priuilegiorum ſingularium B.M.*

Cauſa perpetuæ virginitatis. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 8. de Annunc. B.M.*

Cauſa omnibus ſaluandi. *Idem ſerm. 4. de Natiuitate B. Mariæ.*

Cauſa efficiens noſtræ reparationis, & illuminationis, quoniam reparatorem, & illuminatorem omnium noſtrum ipſa concepit, ac peperit nobis, & rurſus: quoniam precibus ſuis, ac meritis, veniam, gratiam, ac ſalutem nobis procurat. *Dionyſius Carthuſ. lib. 2. de Laud. Virg. art. 24.*

Cauſa exemplaris noſtræ reparationis, quoniam luce gratiæ ſuę, & ſuarum ſplendore virtutum, atque ēxemplo ſuæ conuerſationis ſanctiſſimæ, præbet omnibus nobis formam viuendi, & viam redeundi à tenebris ad ſalutem. *Idem libr. 2. de Laude Virginis artic. 24.*

Cauſa finalis noſtræ reparationis, quoniam ſalus noſtra principaliter ordinatur ad gloriam Chriſti, deinde aliquo modo ad gloriam ſuę Matris, quemadmodum profectus, & ſalus ſubditorum bonorum ad ſuorum gloriam prælatorum, prout Theſſalonicen. ſcribit Apoſtolus: Quæ eſt ſpes noſtra, & corona gloriæ, non ne vos in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti? &c. *Idem ibidem.*

Cauſa formalis noſtræ reparationis, quoniam luce gratię ſuæ, & ſuarum ſplendore virtutum, atque exemplo ſuæ conuerſationis ſanctiſſimæ, præbet omnibus bonis formam viuendi, & redeundi à tenebris ad ſalutem. *Idem ibid.*

Cauſa materialis noſtrę reparationis, quia ex eius puriſſimis ſanguinibus ſumptum, & formatum eſt corpus Saluatoris. *Idem ibidem.*

Cauſa reparatiua cunctorum, ſicut Creator omnipotens cauſa eſt productiua vniuerſorum; ideò ſicut ſuper eſſentiali, & incomprehenſibili Deo probatur ratione ſuæ cauſalitatis conuenire omnium rerum creatarum perfectio excellentiſſimo modo: ſic Mariæ digniſſimę demonſtratur in eſſe omnis fœminarum, ac virginum virtuoſitas perfectio, ſapientia, & honeſtas, per modum tam eminentem, vt eius comparatione, reliqnę virgines, ac fœminę quantumlibet virtuoſę, ſanctæ, & perfectę conſiſtant, & occumbere, ac deficere videantur. *Idem lib. 1. de Laud. Virg. art. 4.*

Cauſa Deificationis per mediationem humanæ naturę, quæ dignitas eſt ſublimitatis infinitę. *Maur. de Villaprobata ſer. 27. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Cauſa gaudij, & lętitię, omnibus viatoribus, & comprehenſoribus. *Idem ſer. 32. Coronæ nouæ B. Marię.*

Cauſa Adę. *Paulus de Heredia in Tract. de Conceptione B. Virgin.*

Cauſa omnium rerum poſt Deum. *Idem ibidem.*

CEDRVS in Libano radicibus firmata, quæ vt paradiſus Domini dedit ſuauitatem odoris. *S. Ioan. Chryſoſt. orat. 7. in SS. Deip.*

Cedrus, quia ſi cedrus arbor eſt medulloſa, Beata Virgo ſimiliter fuit medulloſa per pinguedinem charitatis, & vbertatem pietatis. *Idiota de B.V. par. 14. contempl. 45.*

Cedrus, quia ſi Cedrus arbor eſt proceta, & eminentiſſima ſuper omnes arbores, & dicitur Rex arborum, B. Virgo Mater Dei facta fuit, nec prius ſimilem habuit, nec in futurum habebit. Hęc eſt enim ſingularis gloria eius, & excellens prærogatiua. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus eſt arbor annoſa, Maria, licet in exordio noui teſtamenti, & in conceptu benedicti Filij ſui, fuerit iuuēcula, tamen in figuris veteris teſtamenti, & prophetijs, quaſi ſenex fuit, & annoſa. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus eſt imputribilis, Beata Virgo ſiue corruptione concepit, & ideò excellit omnes mulieres, ſicut Cedrus omnes arbores. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus eſt pręcipui odoris, ſimiliter B. Virgo fuit odorifera, nam ſuauitas odoris eius non ſolum Mundum circūquaq; perfundit, ſed etiam totam ſupernam Ciuitatem aſperſit, vſque ad nares Domini, perueniens vſque ad illum, qui in ſinu Patris expectauerat, & deſiderauerat hunc odorem, quia in aliquo Angelorum talem non poterat inuenire. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus fuit materia Templi cōſtructi, Beata Virgo materia Templi fuit, ſcilicet corporis Dominici de putiſſimo ſanguine ſuo fabricati, manu ſapientię Dei, & operatione Spiritus ſancti, in quo ſcilicet Templo habitauit diuinitatis plenitudo corporaliter. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus magnas, & profundas habet radices, & profundiſſimè radicatur, Beata Virgo magnas radices habuit, id eſt, parentes, de quibus orta eſt ſecundum carnem, ſcilicet Abraham, Ieſſe, & cęteros, qui magni fuerunt in Populo, & coram Deo: radices etiam eius ſpirituales fuerunt excellentiſſimæ virtutes, quas omnes habuit in ſuperlatiuo; radix enim humilitatis eius ſic in profundo radicata eſt, quod in immenſum creuerit, ſcilicet vſque ad conceptionem Filij Dei, qui erat in ſinu Patris. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus odore, & ſucco fugat, & extinguit Serpentes; odor, & ſuccus virtutum, gratiarum, & orationum B. Virginis fugant Dęmones, & prędam auferunt ab eis, id eſt peccatores, quos ducunt captiuos peccatis, & vitijs; ſuccus enim eſt pietas Beatę Virginis,

nis, quam nobis tribuit omni die. *Idem ibidem.*

Cedrus exaltata, quia inuiolata ſemper exiſtens, & primum per gratiam, & poſtmodum per gloriam præ omnibus creaturis ſe ſublimatã vidit. *Hugo de Sancto Victore ſerm. in Aſſumptione Beatæ Mariæ, qui eſt 47.*

Cedrus proferens Libanum. *Richardus à Sancto Victore Expoſit. in Cant. Cantic. cap. 39.*

Cedrus, quę creuit in Libano, id eſt Chriſto, & dum Chriſtum ipſa genuit, quaſi Libanum Cedrus produxit, & mons proceſſit ex arbore, cum Deus prodijt ex homine. *Idem Ibidem.*

Cedrus exaltata in Libano, hoc eſt in Iudaico populo, cultu Dei, & ſacra Scriptura candidato, odore, & decore ſanctitatis tranſcendens omnium merita. *Honorius Auguſtodunenſis in Sigillo B. M.*

Cedrus, nam ſi Cedrus odore ſerpentes fugat, Maria thuris ſui genitura, & odore nominis ſui ſerpentes ſpirituales, & Dęmones effugauit. *Rich. à S. Laur. de Laud. V. lib. 12.*

Cedrus, quia ſi Cedrus arbor procera, & eminentiſſima ſuper omnes arbores; vnde, & à quibuſdam dicitur: Rex arborum, Maria cœli Regina Sanctis ſupereminet. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus dicitur arbor annoſa, Maria licet in exordio noui teſtamenti, & in conceptu Filij fuerit iuuencula, tamen in figuris veteris teſtamenti, & in Prophetis quaſi ſenex erat, & annoſa; vndè ſignatur per cisternam veterem. Gen. 37. Quia in eam miſſus eſt verus Ioſeph in incarnatione. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus eſt arbor immarceſcibilis, Maria ſemper manſit incorrupta, & ſine marcore vitij, vel peccati. *Idem ibid.*

Cedrus, quia ſi Cedrus eſt arbor imputribilis, Maria fuit imputribilis per virginitatem, quæ carnem præſeruat à putredine, & corruptione; vnde virginitas ſignatur per myrrhã; peccatum enim luxurię principaliter appellatur putredo in Scriptura per Ioel. 1. Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus eſt arbor medulloſa, vndè Ezech. 17. Aquila grandis tulit medullam Cedri &c. Maria eſt medulloſa per pinguedinem charitatis, & vbertatem pietatis. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus eſt prępcipui odoris, Maria eſt prępcipuę famę, & opinionis, quia iugiter laudata ab vtraque Eccleſia, & tamen maior eſt omni laude, & in laude eius omnis lingua balbutit. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus iugiter creſcit, ſicut dicunt quidam, cum aliæ arbores habeant determinatum crementum, id eſt, terminum, vel finem ſui crementi; laudabilis memoria Marię continuum ſuſcipit incrementum, quia ſicut dicitur. Eccl. 39. Non recedet memoria eius, & nomen eius requiretur à generatione in generationem. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus libenter creſcit prope aquas, Num. 24. Maria ſpiritualiter creſcit prope aquas Scripturarum, & gratiarum Spiritus ſancti.

Cedrus, quia ſi Cedrus magnas, & altas habet radices, & profundiſſimè radicatur: vnde poteſt creſcere tã in immenſum, Maria habuit radices excellentiſſimarum virtutum in ſuperlatiuo, & quia per humilitatem, tam in profundo radicata eſt in eis, ideo tam in immenſum excreuit, ſcilicet vſque ad conceptionem Filij Dei. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus materia fuit Templi, Maria materia fuit corporis Dominici, quod tamquam de puriſſimo eius ſanguine fabricatum eſt manu ſapientię Dei, & operatione Spiritus ſancti. *Idem ibidem.*

Cedrus, quia ſi Cedrus odore, & ſucco fugat, & extinguit ſerpentes, B. Marię odore vniuerſis chariſmatibus delibutę, fugiunt Dęmones, & prędam ſuam relinquunt, ideſt peccatores, quos fuerant deprędati: Eius et iam ſuccus, id eſt, pietas eius in familiaribus ſuis, velut quoſdam ſerpentes, prauas extinguit concupiſcentias. *Idem ibidem.*

Cedrus imputribilis, quia ſine verme fomitis, virginitate ſemper virens, Serpentes, id eſt Dęmones ſuo odore fugans: magnas, & altas habens radices, nempè Abraham, & Dauid, ex quibus fuit orta ſuper omnes arbores, id eſt omnes mulieres: alta, cuius odor totam reſperſit Eccleſiam, imò vſque ad cœlum veniens deduxit in terrenis Filium Dei. *Hugo Carenſis in cap. 24. Eccleſiaſt.*

Cedrus exaltata. *D. Bonauent. in Pſalterio minori B. Virg. Quinquagena 1.*

Cedrus Libani, alta per cęleſtium contemplationem, imputribilis per omnimodam incorruptionem, odorifera per repletionem omnium virtutum, & chariſmatum, & ſemper virens, quia plãtata iuxtà aquas omnium gratiarum. *Iacobus de Voragine in Mariali ſerm. 4. C.*

Cedrus maritima, parua per humilitatem, fructuoſa per fęcunditatem, & odorifera per ſanctitatem. *Idem ibidem.*

Cedrus Libani, quia ſicut Cedrus Libani, quantum in auras extollit verticem, tantum radicem ad ima demergit, ità Beata Virgo quantum magis, magiſque exaltabatur exterius, tantum ſemetipſam magis, ac magis humiliabat interius. *Ern. Prag. in Mar. cap. 46.*

Cedrus ſublimis de cuius medulla, id eſt, de cuius ſanctiſſima portione, & de vertice ramorum eius, id eſt de puriſſimis ſanguinibus eius ſumpſit Deus, & diſtinxit tenerum, id eſt Chriſtum parnulum, de eius vtero diuiſit, & plantauit, viuendo ſuper montem excelſum Chriſtum. Ezech. 17. *Idem ibidem.*

Cedrus contemplationis. *Barthol. de Piſis. lib. 1. de Laud. B. V. fructu 2.*

Ce-

Cedrus puritate ſinceriſſima. *Idem libr. 1. de Laud. Virgin. fructu 8.*

Cedrus exaltata in Libano: quia ſicut Cedrus in Libano eſt altior omni arbore, ita Virgo ſublimior eſt omni Angelo; Libanus enim interpretatur candidatio, & apertè ſignificat Angelorum ſtatum, qui ſemper fuerunt candidi puritate, & ſine peccato. *D. Anton. in ſumma 3. par. tit. 31. c. 3: quod eſt de Virg. Maria per modum doctrinæ.*

Cedrus alta Libani. *Bernardin. de Buſt. in Mariali ſerm. 6. de Concept. B. M.*

Cedrus alta per contemplationem cæleſtium, imputribilis per omnimodam incorruptionem, odorifera per repletionem omnium virtutum, & chariſmatum, ſemper virens, quia plantata ſuper aquas omnium gratiarū. *Idem ſerm. 1. de Aſſimilat. B. M.*

Cedrus Dei, in cœli Libano exaltata, vmbra ſuæ virtutis fugans ſerpentem, id eſt Diabolum. *Idem ſer. 2. de Aſſimilat. B. M.*

Cedrus libani odore ſuo fugans Dęmonum ſerpentes, & interficiens vermes prauarum cogitationum. *Idem ſermone 1. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Cedrus, quia ſicut arbor, quæ dicitur Cedrus in Libano eleuatur creſcendo in altum, & dulciter redolet, imputribiliſque conſiſtit; ſic Beata Virgo à populo Chriſti fideli præ cunctis puris creaturis deuotè honoratur, ſublimiter colitur dulię cultu, & cunctis eſt dulcis, atque ab omni corruptione culpæ, & reprehenſibilitatis penitus aliena. *Dion. Carth. in cap. 24. Eccleſiaſt.*

Cedrus, quia ſicut Cedri reſina languidos ſanat, ità B. Virginis gratia, oratio, conſolario curat ægrotantia corda. *Idem ibidem.*

Cedrus Libani. *Io: Trithem. lib. 1. de Miraculis B. Virgin. in Vrticeto cap. 6.*

Cedrus ob virginitatem. *Philipp. de Greue. ſerm. 328. in Pſalmum 148.*

Cedrus alta per cæleſtium contemplationem. *Mauritius de Villaprobata ſerm. 20. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Cedrus imputribilis per omnimodam incorruptionem. *Idem ibidem.*

Cedrus odorifera, per repletionem omnium virtutum, & chariſmatum. *Idem ibidem.*

Cedrus ſemper virens, quia plantata ſuper aquas omnium gratiarum. *Idem ibidem.*

Cedrus ſublimis. Ezech. 17. *Idem ſer. 19. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

CELEBRITAS, in qua cœlorum adaperta regia, in qua ciues adſcripti terrigenæ, gaudio ſubſultant. *S. Ioann. Damaſc. orat. 4. de Natiuit. B. Virgin.*

CELLA penaria vitæ. *Andreas Cretenſ. orat. 3. de Dormit. B. Virgin.*

Cella aromatum. *Rudulph. Ardens homil. 2. in Natiuit. Beatæ Mariæ. & Petrus Bleſ. ſermone 33.*

Cella aromatica, *Hugo de S. Victore lib. 3. Eruditionum Theolog. ex miſcellaneor. 2. tit. 125.*

Cella Aromatum, à diuino medico erecta, vt apud eam, & per eam recipiat ſanitatem ægrotus. *Adam de Perſenia ſerm. in Annunc. B. Virgin.*

Cella Aromatum cuius verba fragrantia ſuper omnia aromata, quia in nulla Virgine Spiritus ſanctus tanta immiſit ſpiracula virtutum, quibus odoratus Dominus odorem ſuauitatis, & angelica impleantur thuribula, noſtraque incenſoria. *Petrus Cellenſis ſer. 6. de Aduentu.*

Cella benedicta, paradiſo iucundior, cęlo ſublimior, Angelis beatior, quæ pandit ſinum, aperuit oſtium, reſolute peſſulum feſtinanti, venienti, & currenti ad noſtrum ſuffragium, ad naufragantis ſubſidium, ad deſperantis remedium. *Idem ſerm. 7. in Annunciat.*

Cella vinaria, & aromatica, quam replicatis apud Patrem vnicus Filius regalibus ornamentis, quibus inſignitus ſplendor parernæ gloriæ in ſplendoribus ſanctorum ante Luciferum genitus irradiabat, à regalibus ſedibus deſcendens, ſe ipſum exinaniendo intrauit. *Idem ibidem.*

Cella virginalis. *Idem ibidem.*

Cella aromatica, quę multum delitiarum ſibi comparauit ex eo, quod Chriſtus toto tempore corporaliter, & ſecundum diuinitatem inhabitauit eam. Si enim aromaticum quid ad modicum detineatur in vaſe, ſtatim ipſum vas redditur aromaticum, quidni Beata Virgo omnem patientiam redoleat, quæ omnibus impleta eſt vnguętis, omnibus aromaticis ſpeciebus, quibus ſanata eſt infirmitas generis humani? *Rich. à S. Laurentio de Laude Virginis lib. 10.*

Cella omnium aromatum, quæ ſunt caſtitas, pietas, & huiuſmodi, omnes deliciæ, locus omnis voluptatis. *Idem ibidem.*

Cella pigmentaria, plena vnguentis per Chriſti, quiinterpretatur vnctus præſentiam. *Idem ibidem.*

Cella, quæ dicitur à celando, quia celauit, & occultauit nouem menſibus Filium Dei, vnde dicitur. Iſai. 45. Vere tu es Deus abſconditus. *Idem ibidem.*

Cella ſingularis, quia ſingulariter Virgo, & Mater, ſingularis Chriſti habitatio nouem menſibus, qui forma eſt, & exemplum totius perfectæ religionis: in cellis enim ſolebant antiqui religioſi ſingulariter habitare, ſicut adhuc patet in Carrhuſienſibus, qui habitant ſingulares in ſingulis cellis. *Idem ibidem.*

Cella vinaria continens tot genera vinorum, quot virtutum, quibus ſeruos ſuos reficit copioſè, dicens illis. Cant. 5. Bibite, & inebriamini chariſſimi.

Cella vinaria, cuius gratia congruè comparatur vino, quia quos repler facit audaces, fortes, obliuioſos, & inſenſibiles, & huiuſmodi. *Idem ibidem.*

Cella vinaria propter ſpiritualium bonorum copiam, quæ ideo dicuntur vina, quia reficiunt, iucundant, & inebriant. *Idem ibid.*

Cella vinaria, quæ cæleſtis Ieruſalem omnes lętificat manſiones, & omnia cæli replet cellaria, & de plenitudine eius accipiunt cęlicolæ vniuerſi, & quanto bibunt copioſius, tanto ſitiunt amplius; vnde & ipſa videtur dicere. Eccleſ. 24. Qui bibunt me, adhuc ſitiunt. *Idem ibidem.*

Cella Dei. *D. Bonauentura in Pſalterio minori B.V. Quinquagena 2.*

Cella munda Deitatis. *Idem in Laud. B. Virg. Mariæ.*

Cella aromatum, id eſt gratiarum, in qua, & ipſa aromata creſcunt, & conſeruantur. *Albert. Magnus in Poſtillis ſuper cap. 1. Matthæi.*

Cella mundiſſima, longè, lateque gratiſſimum odorem diffundens. *Ludouic. Bloſius in Endolog. 1. ad B. Virg.*

CELLARIA totius Trinitatis, quæ de vino Spiritus ſancti dat, & propinat cui vult, & quantum vult. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper libr. Canticorum.*

Cellaria eodem cibo nos paſcens, quo ſe, & eodem potu nos reficiens, quo ſe ipſam. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſer. 5. C.*

Cellaria Spiritus ſancti, de cella vinaria, id eſt, de abundantia Spiritus ſancti propinans vinum illis, qui ſunt in via ad aliqualem ſatietatem, & illis, qui ſunt in patria ad ebrietatem. *Idem ibidem.*

Cellaria, vinum Spiritus ſancti nobis abunde propinans. *Idem ibidem.*

Cellaria Dei introducta à Deo in cellam vinariam, id eſt in Spiritus ſancti abundantiam, *Bernardin. de Buſt. ſerm. de Nominat. Mariæ.*

Cellaria diuina abundanter, & copioſè propinans, & effundens vinum Spiritus ſancti. *Idem ibidem.*

Cellaria eodem cibo nos paſcens, quo, & ſe, & eodem potu nos reficiens, quo & ſe ipſam. *Idem ibidem.*

CELLARIVM dulce, dulcis vini. *D. Bernard. in orat. Rhytmic. ad D. Ieſum Chriſtum, eiuſque Matrem Intemeratam Virginem.*

Cellarium plenum vino cæleſtium doctrinarum. *Iacob. de Voragine in Mariali ſer. 10.*

Cellarium ſpirituale; ſicut enim in cellario reponuntur ſeruanda, ſic apud gloriоſam Virginem ſunt ſecreta ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. *Alanus Inſul. in cap. 1. Cantic.*

Cellarium, cuius Cellarius fuit Ioannes, vndè & optima, atque fortiſſima vina, quæ ipſe Eccleſiæ monſtrauit, Euangelium ſcilicet, Epiſtolas, & Apocalypſim. *Ern. Frag. in Mariali cap. 103.*

Cellarium immiſſione conſolationum. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 8.*

Cellarium præmiorum. *Idem lib. 1. de Laud. Virgin. fructu 2.*

Cellarium plenum vino cæleſtium doctrinarum *Bernardinus de Buſtis ſerm. 1. de Aſſimilatione Beatæ Mariæ.*

Cellarium humilitatis, *Maurit. de Villaprobata ſerm. 4. Corona nouæ B.M.*

CELLAVINARIA liquore prædita cæleſti, nectar cæleſte propinans. *Alanus Inſul. in Anticland. lib. 5.*

CELLARIA cellerariorum Dei. *Ioannes Gerſon Tract. 9. ſuper Magnif.*

CELLVLA continens in ſe occultatum mel cæleſte, ſcilicet Chriſtum, qui dulcis eſt refectio Angelorum, quæ videlicet, mel propinauit mundo famelico, quando peperit Saluatorem. *Rich. à S. Laur. de Laud. V. lib. 10.*

CENTRVM mundi, qui ex omni parte mundi omnes habent ad eam recurrere in omnibus ſuis neceſſitatibus, ſicut omnes circumferentię recurrunt ad centrum. *Rich. à S. Laur. de Laude Virgin. lib. 8.*

Centrum cœli, quia ad ipſam reſpiciunt omnes, tamquam ad mediatricem. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

CENTVRIO myſticè, quia veraciter poteſt dicere, nam & ego homo ſum, licet ſuper Angelos exaltata, habens ſub me milites, id eſt Angelos omnes, & dico huic, vade, & vadit, ad liberandum, conſolandum, & tranſferendum ſocios de terra, & vadit obedienter, & alij veni, & venit. *Albert. Magnus in Biblia Mariæ ſuper Euang. Matthæi.*

CERAVNIVS lapis, amatorem ſuum præſeruans, ne lædatur ab elatione fulminis, cuſtodienſque ſibi deuotum, ne mergatur in aquam tentationis peruerſæ. *Ioan. Trithb. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap. 7.*

CERTITVDO rerum ſperatarum. *Georgius Nicomed. orat. de Concept. Deiparæ.*

CERVA clariſſima, cuius gratiſſimus hinnulus Chriſtus Dominus. *Petrus Cellenſis ſermon. in Vigilia Natiuitatis Domini.*

Cerua gratiſſima, quæ gratiſſimum hinnulum inter vbera ſua vino puriſſimæ, & ſinceriſſimæ conuerſationis illectum, & attractum collocauit, & præ vini dulcedine pauperem factum oculis noſtris oppoſuit. *Idem ſerm. 2. in Annunc.*

Cerua chariſſima, cuius ſpiritualia vbera inebriare nos debent omni tępore. *Gulielmus Paruus in cap. 7. Cant.*

Cerua chariſſima, de qua natus eſt hinnulus gratiſſimus Dominus Ieſus. *Idem ibidem.*

Cerua chariſſima magnorum planè nobiliumq; ceruorū filia, ſcilicet, Dauid, Abraham. *Idē ibid.*

Cerua chariſſima, in cuius amore delectari iugiter debemus Prou. 5. quatenus ipſius amore falſam mundi delectationem deſpicere, & noſtræ carnis concupiſcentiam valeamus conculcare. *D. Antonius de Padua ſerm. in Dominica 3. Quadrageſimæ.*

Cerua chariſſima, quæ in diuerſorio hinnulum gratiſſimum, quià gratis ex grato tempore datum nobis paruulum Filium peperit. *Idē ibid.*

Cerua Dei chariſſima in delitijs, ideſt vitæ æternæ

næ præmijs. *Idem ibidem.*

Cerua toti mundo chariſſima , cuius vbera inebriare nos debent omni tempore . Prou. 5. vt omnium temporalium obliti, tamquam ebrij ad ea , quæ ante nos fuerunt , & ſunt , nos extendamus. *Idem ibidem.*

Cerua noſtra chara in operũ bonorum multiplicatione, charior in virtutum bonarum acquiſitione , ſed chariſſima in affectionum omniũ eleuatione. *Ern. Prag. in Mariali cap. 79.*

Cerua noſtra chara propter ſuã propriam honeſtatẽ, charior propter vberum ſuorum largitatẽ, chariſſima propter himnuli ſui gratiſſimam ſocietatem. *Idem ibidem.*

Cerua per cęleſtium deguſtationem. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 2.*

Cerua , quiã velox eſt ad ſuccurrendum inuocantibus. *Idem lib. 1. de Laud. Virg. fructu 8.*

CERVICAL omniũ virtutum , in quo Filius Dei dormit Marc. 4. erat ipſe in puppi ſuper Ceruical dormiens in Maria , quiã talem alibi requiem non inuenit . *Albert. Magnus in Biblia Mariæ ſuper Euangelium Marci.*

CESSATIO condemnationis Euæ. *Theoph. Nicænus hymn. in Annunc. SS. Deiparæ in appendic. Bibliothecæ PP.*

CHARACTER incontaminatus puritatis. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de Laud. B. Virg.*

CHARIS charitum grata. *Ioan. Geometra in B. Virg. Him. 1.*

Charis blanda, plena fauis, nulli grauis. *B. Ioſeph. Steimuel Opuſc. 4.*

Charis chara Chriſti , ſupra modum amabilis. *Idem ibidem.*

Charis blanda , nulli grauis . *Ioannes. Gerſon. in Ioſephina.*

CHARITAS tota , ſicut enim ferrum miſſum in ignem totus efficitur ignis , ſic ipſa charitate ſuccenſa tota facta eſt charitas. *Iacob de Voragine in Mariali ſerm. 5. A.*

Charitas, quia tota charitate ſuccẽſa, & cõbuſta. *Maurit. de Villaprob. ſerm. 2. Coron. nouæ B. M.*

CHARTA diuiniſſima. *D. Epiphan. in ſerm. de Laud. B. M. Virg.*

Charta puriſſima , ſeu Tomus mundiſſimus , in quo verbum ſine ſcriptis impreſſum , ſcidit fraudis chyrographum. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS. Domine noſtræ Dei Parentis , quando fuit oblata in templo.*

Charta mundiſſima, mentaliter Chriſti ſanguine aſperſa *Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Charta nitidiſſima pergamena, quæ non habuit carnoſitatem peccati originalis , nec acquoſitatem , ſeu humiditatem peccati actualis mortalis , nec pilofitatem, ſeu ſuperfluitatem peccati venialis. *Idem ſerm. 2. de Natiuit. B. M.*

Charta puriſſima , in qua fuerunt ſcripta ſeptem dona Spiritus ſancti. *Idem ſerm. 2. de Aſſimilatione B. Mariæ.*

Charta ſcriptoria Spiritus ſancti. *Idem ibidem.*

Charta pergamena puriſſima, in qua , & de qua ſcriptum eſt verbum æternum. *S. Thom. de Villa noua in Concione 1. de Natiuit. B. Virg.*

CHELIDONIVS , lapis virtuoſiſſimus ( licet in quantitate humanæ conditionis ab his, qui dignitatem eius non intelligunt videatur minimus) inſanos, & vitiorum maculis lunaticos rationis vſui reſtituens , in conſuetudine peccandi ſepultos , quaſi ex diuturna infirmitate ad ſanitatem mentis reducens. *Io. Trith. libr. 1. de Mirac. B. Virg. in Vticeto cap. 7.*

CHERVBIM gloriæ. *S. Germ. Conſtan. ſerm. in Natiuit. B. Virg.*

Cherubim mens igne accenſa , ſeu oculis diuinis longe ſenſis abundans , ac multiplici luce gratias euibrans , cuius munere ad homines lumen tranſmittitur, quod; neſcit occaſum. *D. Ioan. Damaſc. orat. 4. de Natiuit. B. Virg.*

Cherubim propter plenitudinem ſcientiæ , quæ data eſt ei , ſuper quam ſedit Chriſtus iuxtà illud Pſalm 79. Qui ſedet ſuper Cherubim. *Rich. à S. Laur. de Laud. B. Virg. libr. 10*

Cherubim in omnium ſecretorum ſecretiſſima cognitione. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt c. 193.*

Cherubim ratione ſapientiæ. *Barth. de Piſis de Laud. B. Virg. fructu 2.*

CHERVBINA alta , ſuprema , & incomparabilis. *Bernardin. de Buſtis in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. Virgin. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 7. Coronæ nouæ B. M.*

CHRISTOTOCOS *D. Hieronym. in Epiſtola ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. Mar. ad Paulã, & ad Euſtoc.*

Chriſtotocos virgo ex Spiritu ſancto , & virtute Altiſſimi obumbrata . *Albin. Flac. libr. 3. de S. Trinitate cap. 14.*

CHRYSOLITVS , quia ſi Chryſolitus gemma Dæmones exterret , Maria terrori eſt Dæmonibus, vt caſtrorum acies ordinata. *Ern. Prag. in Mariali cap. 24.*

Chryſolitus lapis , reſplendens , aureus, incantationibus reſiſtens Dæmonum , & febres pellens omnium male in conſcientia torquentiũ cogitationum. *Ioan. Trith. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vticeto cap. 7.*

CHRYSOPRASSVS, quia ſi Chryſopraſſus gemma die latet , & obſcurus eſt, nocte ſe oſtendit , & lucet ; Maria in aduerſis maximè ſe oſtendit. *Ern. Prag. in Mariali cap. 24.*

Chryſopraſſus boni operis, fructu viridis , auaritiam pellens, viſumque clarificans, & in omnibus exercitijs virtutum perſeuerantiæ aſſiduitatem præſentans. *Ioan. Trithem. lib. de Mirac. B. Virg. in Vticeto cap. 7.*

CIBATRIX famelicarum animarum. *Albertus Magn. in Biblia Mar. ſuper libr. Iob.*

CIBVS æternæ vitæ. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 5.*

Cibus delectabilis. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 3. de Aſſimilat. B. Mariæ, & Maurit. de Villaprobata in ſerm. 2. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Cibus humanæ mentis. *Bernardin. de Buſtis in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. Mariæ.*

CIDARA Pontificis aurea, cui ſacrum Dei nomen-

men in ſculptum eſt. *S. Thom. de Villanoua in Concione 2. de Aſſump. B. Virg.*

CIMELIVM nitidum, ac pretioſum Virginitatis. *Anonymus in Menæis Græcor. die 30 Maij.*

Cimelium ſupremum, ac mundiſſimum, in quo theſauri gratiæ repoſiti fuerunt, in quo œconomiæ opes ineffabili ratione repoſitæ, in quo noſtræ ſalutis fuerunt condita pignora. *Georgius Nicomed. orat. 1. de Præſentat. B. M.*

Cimelium ſupremum, ac mundiſſimum, in quo gratiæ theſauri repoſiti fuerunt, in quo ſaluris recondita pignora, in quo Incarnationis diuitiæ arcana, ac mirabili ratione depoſitæ. *Iacob. Monachus orat. de Natiuit. B. Virg.*

CINAMOMVM. *D. Bernardus ſerm. 3. ſuper Salue Regina.*

Cinamomum, nempe aroma ex ſpiritualis Paradiſi integritate profectum, cuius odor dulcis dicenti in Cantico: Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum, cum arborum fructibus, calamus, & Cinamomum cum vniuerſis lignis Libani. *S. Ioan. Damaſc. oratione 4. de Natiuit. B. Virgin.*

Cinamomum pœnitentibus, cum eis remedium vitæ Ieſum profudit; Eſt enim Cinamomum arbor aromatica cinerei coloris, & ſignificat pœnitentes. *Honor. Auguſtodun. in ſigillo B. M.*

Cinamomum innocentibus, cum de immaculato vtero Largitorem innocentiæ edidit. Cinamomum enim dicitur immaculati, & ſignatur innocentis. *Idem ibidem.*

Cinamomum aromatizans, quia vbique diffundit odorem pietatis, miſericordiæ ſuæ, & omnium virtutum ſuarum. *Rich. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 12.*

Cinamomum, quia ſi arbor Cinamomi creſcit in peregrinis, & longinquis regionibus, nempe in India, & Æthiopia: vſque ad remotiſſimas regiones habetur veneratio Virginis glorioſæ, ſicut ipſa dicit. Luc. 1. Beatam me dicent omnes generationes; Maria enim ab illis, qui fuerunt flagitioſi peccatores, honoratur, & per miſericordiam vult ab ipſis honorari. *Idem ibidem*

Cinamomum, quia ſi Cinamomum eſt arbor duorum cubitorum, duo ſunt cubiti, quibus Mariæ dignitas menſuratur, ſcilicet virginitas, & fœcunditas; ideo dicitur Eccl. 26. Gratia ſuper gratiam &c. gratia fœcunditatis ſuper gratiam virginitatis. *Idem ibidem.*

Cinamomum, quia ſi Cinamomum eſt arbor medicinalis, ex Maria ſumpta eſt caro Chriſti, quâ curatum eſt genus humanum; vndè ſuper illud Hebr. 7. vbi dicitur, quod Leui decimatus eſt per Abraham, dicit Gloſſa, quod Chriſtus non traxit ex Matre feruorem vulneris, ſed materiam medicaminis. *Idē ibidē.*

Cinamomum, quia ſi cortex Cinamomi eſt intenſæ dulcedinis, Mariæ conuerſatio quandiu fuit in ſæculo, dulcis fuit ad imitandum, & adhuc dulciſſima ad recolendum. *Idem ibidem*

Cinamomum, quia ſi cortex Cinamomi, quanto graciliot, & tenuior, tantò dulcior, carior, & odoratior: Maria quanto gracilior per humilitatem, & tenuior per abſtinẽtiam, & paupertatem, tantò Deo gratioſior per meritum, & mundo odoratior per exemplum. *Idem ibid.*

Cinamomum, quia ſi cortex Cinamomi, quo plus atteritur, maiorẽ emittit odoris fragrantiam: Maria, quanto magis afflicta eſt in Filio, maioris odoris fragrantia vtramque Eccleſiã pigmentauit, quia ſic facta eſt non ſolum Martyr, ſed plus quam Martyr. *Idem ibidẽ.*

Cinamomum, quia ſi cortex Cinamomi vinum pigmentat, Maria pigmentat vinum prædicationis, vinum etiam compunctionis, & lachrymarum, nam per eam ſperant rei ad miſericordiam Filij peruenire. *Idem ibidem.*

Cinamomnm, quia ſi Cinamomum tenuiſſimas, & ſubtiles dicitur habere virgulas, & ſurſum tendentes, quæ quaſi in ſe ipſas replicantur; Maria habuit cogitationes ſuper omnes alios ſanctos ſpirituales, ſublimes, & ſubtiles ad Deũ tendentes: virgulę autẽ iſtę in ſe ipſas replicabantur, quia Marię cogitatus per ſui diſcuſſionem ad ſe ipſam reciprocabantur, vndè dixit: Ecce Ancilla &c. Ecce replicatio. Item Luc. 2. Maria conſeruabat omnia conferens in corde ſuo: Ecce virgarũ collectio. *Idẽ ibid.*

Cinamomum, quia ſi Cinamomum vulnera conſolidat, Maria eſt ſolidatio ſpiritualium vulnerum, ſpes, ſecuritas, & venia peccatorum. *Idem ibidem*

Cinamomum, quia ſi cortex Cinamomi ad calorem ſolis à ſtipite ſeparatur: Maria ob amorem Solis iuſtitiæ ab amore ſuæ carnis, quæ ſignatur per ſtipitem, imo omnis carnis ſeparata eſt; vnde non caro, ſed anima appellatur Prou. 25. *Idem ibidem.*

Cinamomum, quia ſi cortex Cinamomi confectiones, quibus admiſcetur, reddit ſapidas: non eſt ſermo, qui non ſit dulcior, ſi in ipſo fiat mentio de Maria. Vnde Eccl. 49. In omni ore quaſi mel dulcorabitur eius memoria. *Idẽ ibid.*

Cinamomum calidum per feruorem, & charitatem in anima, ſiccum per temperantiam in carne, & aromaticum per munditiam, & puritatem. *Iacob de Vorag. in Mariali ſerm. 7. C.*

Cinamomum laudabile, & bonum, id eſt non ſubalbidum per vanam gloriam, nec nigrum per alicuius peccati maculam, ſed ſubrufum per charitatem ſuccenſam. *Idem ibidem.*

Cinamomum multiplicis virtutis, ſanãs vulnera labiorum, id eſt peccata cogitationum, & locutionum. *Idem ibidem.*

Cinamomum, noſtrum inflamans deſiderium, & acuens appetitum. *Idem ibidem.*

Cinamomum, odore ſuæ ſanctitatis confortans virturem motiuam, dum eam allicit ad benè operandum, confortans virtutem affectiuam, dum eam inflammat ad diligendum, confortans virtutem intellectiuam, dum eam illuminat ad cognoſcendum. *Idem ibidem.*

Cinamomum per humilitatẽ valde ſubtile. *Idem ibidem.*

Cina-

Cinamomum, quia calida per amoris feruorem, ſic ea per diſciplinæ rigotem, aromatizans per ſanctæ opinionis odorem, tantum, vt memoria eius in omni ore benè maſticata, quaſi mel dulcoretur, & ipſum os reddat aromaticum ſua gratia, & virtute; vnde cogitare de illa ſenſus eſt conſumatus. *Ern. Prag. in Mariali cap. 64.*

Cinamomum, quia ſicut Ciuamomum corticẽ habet cinereum, ita B. Virgo habitum amauit humilem. *Idem ibidem.*

Cinamomũ, quia ſicur ex bonitate Cinamomi, ut dicit Auicennas, eſt, vt vincat omnem odorem, ne ſentiatur prꝛeter ſuũ: vnde eius vſus crebrior eſt in condimentis, & galentinis; ita ex bonitate B. Virginis eſt, quod ſi ſtudes, aut legis, ſi conferas, aut doces, nihil palato ſapidius lectoris, doctoris, & auditoris, quam ſermo de ea factus, qui quidem vbicumque emerſerit, erit quaſi condimentum omnium, quæ dicuntur. *Idem ibidem.*

Cinamomum patientiæ. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 2.*

Cinamomum, quia quemadmodum Cinamomum dulcis ſaporis eſt, & confortatiuam vim habet, & contra indigeſtionem, debilitatemq; ſtomachi valet: ſic B. Virgo amantibus eam dulcis eſt, & eos confortat, vt animarum ſuarum digerant cibum, ſintque animalia ruminantia munda, meditando ea, quæ Dei ſunt, die ac nocte, & ſuauitate famæ, charitatatis, & pietatis dulcedine, ſapientiæ quoq, fragrantia ſemper ac ſuos cultores reficit. *Dion. Carth. in cap. 24. Eccleſiaſt.*

Cinamomum aromatizans. *Bernardin. de Buſtis in ſerm. 6. de Concept. B. Mariæ.*

Cinamomum inflãmans noſtrum deſiderium, & acuens appetitum in bono. *Idem ſerm. 1. de Aſſimilatione B. Mariæ.*

Cinamomum multiplicis virtutis. *Idem ibidem.*

Cinamomum odore ſuæ ſanctitatis confortans virtutes noſtras. *Idem ibidem.*

Cinamomum dulcedinis. *Ioan. Trith. lib. 1. de Miraculis B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

CIRCVMAMICTVS breuis eius, qui continet vniuerſa. *Ioan. Epiſcopus Aretinus in Tractatu de Dormitione SS. Virg. Mariæ*

CIRCVMDATRIX viri in vtero ſuo. *D. Hieronymus in Epiſt. ſine ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg. ad Paulam, & Euſtochium.*

CIRCVMSCRIPTIO eius, qui circumſcribi nõ poteſt. *S. Methodius in Homil. in feſto Purificationis B. Virg.*

CISTERNA bethlehemitica vitæ refocillatrix, à Dauide deſiderata, ex qua immortalitatis poculum cunctis emanauit. *S. Methodius orat. in Hypa.*

Ciſterna myſtica, & ſpiritualis, quæ aquam illam, quæ numquam deficit vtero compræhenſam, in lucem dedit. *S. Sophronius oratione in Chriſti Natalitia.*

Ciſterna, quæ aquam viuã, quæ vitam dat mundo, effudit. *Idem ibidem.*

Ciſterna, quam cum aqua ſua bifariam Rex Dauid videre deſiderabat, intensèquæ geſtiebat ſpiritualibus nimirum, & corporeis oculis; illis quidem, vt illuſtriſſimus Propheta, his vero, vt conſumatiſſimus iuſtus; vndè hoc deſiderio intus ardens aiebat: O ſi quis mihi daret potum aquæ de Ciſterna, quæ eſt in Bethlehem iuxta portam. *Idem ibidem.*

Ciſternam Bethlehem 2. Reg. 23. iuxtà portam, quia omnes tranſeuntes vult quantum in ſe eſt ſatiare, vnde clamat Eccl. 24. Tranſite ad me omnes: huius autem Ciſternæ aqua, eſt Chriſtus Dominus, qui eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Ioan. 4. *Richard. à S. Laur. de Laude Virg. lib. 1.*

Ciſterna nobis recipiens ſtillicidia gratiarum, quæ deſcendunt à Patre luminum, & nobis ea diſtribuens vnicuique ſecundum propriam virtutem, id eſt humilitatis capacitatem. *Idem. de Laud. Virg. lib. 11.*

Ciſterna ſita ad portam Bethlehem 2. Reg. 23. quia omnes tranſeuntes vult quantum in ſe eſt, ſatiare; vnde clamat: Tranſite ad me omnes; eiuſque potum deſiderauit Dauid. *Idem de Laud. Virginis lib 9.*

Ciſterna vetus in ſolitudine, in quo occultatus eſt verus Ioſeph, Geneſ. 37. Licet enim Maria Iuuencula eſſet ætate, vetus tamen erat in figuris, & benè in ſolitudine, quia ſemper dilexit ſolitudinem; vndè Gabriel ipſam clauſam in thalamo benè firmato, ſolam creditur inueniſſe. *Idem ibidem.*

Ciſterna, à qua fluit refectio peccatoribus. *Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt cap. 197.*

Ciſterna Berhlehem, cuius aquæ potum deſideraui Dauid. *Idem ibidem.*

Ciſterna, cuius aquà Chriſtus, qui eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam. *Idem ibidem.*

Ciſterna gratiæ 1. Reg. 24. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. 2. Reg.*

Ciſterna iuxta portam, quia vult omnes ſatiare; vnde clamat Eccl. 24. Tranſite ad me omnes. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 197.*

Ciſterna indeficiens totius miſericordiæ. *Ioan. Trith. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Ciſterna ſalutis rectiſſimæ, quia per eius partum virgineum ſalus mundi reſtauratur. *Idem de Miraculis B. Virg. prope Dittelbach lib. 1. cap. 10.*

CITHARA animata, quam Gabriel dulci modulamine perſonauit in Annunciatione. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de Laud. B. Virg.*

Cithara Regis ſonans. *S. Thomas de Villanoua in Concione de Viſitat. B. Virg.*

CIVIS Sanctorum. *D. Bernard. ſerm. in Natiuit. Virg. de Aquæductu.*

CIVITAS animata, de qua dicebat Propheta: Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei. *D. Gregorius Tanmaturg. ſerm. 3. in Annuneiat. B. Virg.*

Ciuitas filij Ieſſe. *Iacobus Niſibenſis in Cantic. in Laud. B. Virg.*

Ciuitas animata, de qua dixit Propheta pſalm. 86. Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei. *S. Ioann.*

*Ioan.Chryſoſt.de Annunc.B.Virg.*

Ciuitas Regis magni. *Idem orat. in Nat.B.Virg.*

Ciuitas ſinu ſuo Regem complectens.*Idem orat. 7. in SS.Deip.*

Ciuitas nullo modo à Dæmone direpta. *S. Proclus in orat.6.quæ eſt de Laud. B.V.*

Ciuitas Dei, quæ tota fuit Dei, & nullius niſi Dei, quia nihil in ea habuit pars aduerſa; ideo dicit ipſa Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi; ideo etiam dilectus toties vocat eã ſuam in Canticis,dicens:Amica mea, columba mea, ſpecioſa mea, & huiuſmodi.*Idē ibid.*

Ciuitas Dei, quia ſola digna tanto Rege, tanto Pontifice,tãto fundatore,tanto inhabitatore, & huiuſmodi; ideo dicitur in Pſalm. 47. Magnus Dominus,& laudabilis nimis in Ciuitate Dei noſtri. *Idem ibidem.*

Ciuitas, de qua non ſolum glorioſa dicta ſunt. Pſalm. 86.ſed & dicuntur quotidie, & dicentur vſque in æternum.*Idem de Laud.Virg.lib.4.*

Ciuitas habens murum magnum,&altum Apoc. 21.nempe Chriſtũ defenſorem Matris:magnũ apud homines ſecundum humanitatem,altum apud Patrem ſecundũ diuinitatẽ, vel magnũ incompræhenſibilitate, & æternitate, altum ſapientia, & poteſtate, maieſtatis ſublimitate, & humanitatis exaltatione. *Idem de Laud.Virginis lib.11.*

Ciuitas,in qua concluſus eſt Saluator per Incarnationis myſterium, & ipſe eam concluſit, vt murus, per defenſionis miniſterium. *Idem ibidem.*

Ciuitas in quadro poſita Apoc.21.cuius quadratura fuit Fides,Spes,Charitas, & operatio bona, vel quatuor virtutes cardinales, nempe Iuſtitia, Fortitudo, Temperantia, & Prudentia. *Idem ibidem.*

Ciuitas munita à Spiritu ſancto omni gratia, & virtute Pſalm. 30.*Idem de Laud. Virg.lib.2.*

Ciuitas munita, habens quaſi murum ſeptemplicem, ſcilicet ſeptem dona Spiritus ſancti contra ſeptem criminalia.*Idem de Laud.Virginis libr.11.*

Ciuitas, quæ benè dicitur ciuium vnitas,quia, nec ibi caro cõcupiſcebat aduerſus ſpiritum, nec ſpiritus aduerſus carnem,nec aliquid rebellionis, aut contradictionis in corpore eius, vel anima, cum eſſet etiam arca Noe, in qua omnia animalia, id eſt, motus ſenſualitatis, fuerunt pacifica, & ideo ſummus Habitator ibi pacificè hoſpitatus eſt, & ibi in pace factus eſt locus eius. Pſalm. 75. *Idem ibidem.*

Ciuitas, quæ dicitur quaſi ciuium vnitas,id eſt ſenſualitatis, & rationis plena concordia, cuius ciues fuerunt ſanctæ cogitationes, deuotæ affectiones, feruentia deſideria,& huiuſmodi,quæ omnia tendebant ad illud vnum, quod eſt neceſſarium. Luc.10, & regebantur conſilio Spiritus ſancti, quia ciues conſilio ſunt regendi, & aduerſarij fugandi,& fugiendi. *Idem ibidem.*

Ciuitas Regis magni, Chriſti ſcilicet, qui eſt Rex Regum, & Dominus Dominantium. *Idem ibidem.*

Ciuitas refugij, ad quam confugere debet peccator. Sicut enim quondam Deus, vt dicitur. Num.35. Separauit ciuitates, ſeu vrbes refugij, ad quas confugerent,qui nolentes homicidium perpetrarent, ſic nunc miſericordia Domini refugium miſericordiæ prouidit, etiam voluntarijs homicidis. *D.Anton.de Padua ſerm.in Dom.3. Quadrageſimæ.*

Ciuitas Dei,cuius fundamenta in montibus ſanctis, id eſt in Patriarchis,& Regibus, ex quibus originem traxit,de qua multa glorioſa per Prophetas dicta ſunt. *Hugo Carenſis in Pſalm. 86.*

Ciuitas, in qua habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, & in qua fuit ciuium vnitas, id eſt ſenſualitatis, & rationis plena concordia. *Idem in Pſalm.45.*

Ciuitas in virtutibus fundata, cuius artifex, & conditor Deus. *Idem in Pſalm.86.*

Ciuitas refugij. *Idem in Pſalm.23.*

Ciuitas, in qua Deus habitauit, & quam fluminis impetus, id eſt, Spiritus S. lætificauit. *S. Thom.Aquin.in Pſalm.45.*

Ciuitas altitudinis. *Albert.Magn.in Biblia Mar. ſuper Hierem. Proph.*

Ciuitas Dei ſanctiſſima, & opulentiſſima.*Idem in Biblia Mar. ſuper lib.1. Regum.*

Ciuitas fidelitatis noſtræ. *Idem in Biblia Mar. ſuper Prophet.Iſaiam.*

Ciuitas fundata ſuper humilitatem, murata per caſtitatem, turrita per charitatem, dicata per paupertatem, cuſtodita per diſcretionem, libera peccatorum immunitate, pacificata tentationum victoria, ornata diuino officio per elegantiam morum, ædificata in refugiũ peccatorum, populoſa virtute, omnium donorũ gratuitorum irrigua miſeratione abundans, in altiſſimo ſita per excellentiam priuilegiorum. *Idem ibidem.*

Ciuitas in excelſum, & in refugium nobis poſita. Matth. 5. Non poteſt ciuitas abſcondi, id eſt Maria cælari,ſupra montem poſita, id eſt, virtutum, & gratiarum. *Idem in Biblia Mar. ſuper Euangel.Matth.*

Ciuitas in filij ſui incarnatione illuminata. Iſai. 60. *Idem in Biblia Mar.ſup.Iſaiam Proph.*

Ciuitas in qua omnis Ciuitas cæleſtialis habitauit. *Idem in Toſtatis ſup.cap.10.Luc.*

Ciuitas iuſti, id eſt Chriſti. *Idem in Bibl. Mar. ſuper Prophet. Iſaiam.*

Ciuitas munita in natura, in gratia, in gloria. Ierem. 8. *Idem in Biblia Mar. ſuper Ieremiam Prophetam.*

Ciuitas opulenta. *Idem in Biblia Mar.ſuper Prophetam Iſaiam.*

Ciuitas refugij, ad quam fugere debet,qui effugere cupit mortem. Ioſue 20.*Idem in Biblia Mar. ſuper lib. Ioſue.*

Ciuitas ſaluationis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ierem. Proph.*

Ci-

Ciuitas ſanctificata. *Idem in Biblia Mar. ſup. lib. Eccleſiaſtici.*

Ciuitas ſatietatis. *Idem in Biblia Mar. ſup. lib. 1. Regum.*

Ciuitas, in qua fuit ciuium vnitas, id eſt cogitationum in ipſum Deum vnitarum. *Iacob. de Voragine ſerm. 5. de Annunc. B. Virg.*

Ciuitas, in qua fuit omnium virtutum vnitas, nõ indigens ſole, id eſt Angelica illuminatione: neque luna, id eſt, inſtructione humana, cum eam illuminet claritas Dei, & lucerna eius ſit Agnus. Apoc. 21. *Idem in Mar. ſer. 6.* P.

Ciuitas ſupra montem poſita, omnibus ſuam miſericordiam exhibens. *Idem ſerm. 6. de Aſſumpt. B. Virgin.*

Ciuitas, in qua eſt hortus concluſus, hortus ſignatus, hortus irriguus, hortus arboribus conſitus, herbis venuſtatus, floribus ornatus, id eſt, mens Virginis, in qua velut in horto cęleſti, moreshoneſti in ſimilitudinẽ arborum, fructus bonorum operum pariunt, bonæ cogitationes in exemplum herbarum, virorem interne deuotionis emittunt, virtutes in exemplar florum, odorem bonæ opinionis producunt. *Idem ibidem.*

Ciuitas, in qua fuerunt ciues, motus rationales, à quibus diſcretione armatis ſeruata eſt ipſa ciuitas, ne in eam Dęmonis graſſaretur hoſtilitas. *Idem ibidem.*

Ciuitas, in qua imperauit rationis auctoritas, ſeruiuit carnalitas. *Idem ibidem.*

Ciuitas, in qua murus fuit conſtantia, cœmentum temperantia, fortitudo propugnaculum, prudentia vallum, orientalis porta fides, per quam Sol iuſtitiæ in ea illuxit: meridiana porta charitas, per quam in ea Spiritus ſancti ardor incaluit: ſeptentrionalis porta virginitas, per quam in ea concupiſcentia carnalis extincta eſt: occidentalis porta humilitas, per quam in ea mundanæ tentationes propulſatæ ſunt. *Idem ibidem.*

Ciuitas, quam conſtruxit Rex Regum, vt habitaret cum filijs hominum. *Idem ibidem.*

Ciuitas, quam fluuius gratiæ ſic præter affluit, quod in eam continuè refluat; ſic muniens ciuitatem, quod non timeat incurſum hoſtilem, de quo fluuio dicitur Pſalm. 43. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. *Idem ibidem.*

Ciuitas inquaſſabilis. *Iacobus Monachus in Marialí orat. 6.*

Ciuitas Dei, quam maximè glorioſam oſtendunt eius amœnitas, ſecuritas, atque iucunditas, cuius glorioſa, quæ de illa tota penè Scripturæ pagina pronunciat nobis, innumerabilia ſunt ſimul, & incomprehenſibilia. *Ern. Prag. in Mariali cap. 89.*

Ciuitas intitulata. *Idem in Mar. cap. 39.*

Ciuitas nominata. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei per aſſiduam Dei in ipſa ſpecialem habitationem. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. B. Virgin. fructu 2.*

Ciuitas miſerorum. *Idem ibidem.*

Ciuitas, quia refugium noſtrum. *Idem lib. 1. de Laud. Virgin. fructu 8.*

Ciuitas, in qua omnes electi myſticè continentur, in qua duodecim Apoſtolorum nomina ponuntur duodecim pretioſorum lapidum fundamenta, & duodecim margaritæ, ex quibus fiunt duodecim portæ, quæ deſignant Patriarchas, qui omni lapide pretioſo ornati ſunt, & per quos fides venturi Filij Dei, meritis Beatæ Virginis ad poſteros pertranſiuit. *D. Bernardin. Senenſis Tom. 3. ſerm. de Aſſumpt. B. Virgin.*

Ciuitas Deo parata virtutibus, vt ſua poſſeſſio. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. c. 3.*

Ciuitas Dauid ab Altiſſimo fundata, & inhabitata. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. c. 2.*

Ciuitas ab Altiſſimo fundata. *D. Auguſtin. Enarratione in Pſalm. 142.*

Ciuitas Dei antiqua, de qua dicitur: Glorioſa dicta ſunt Ciuitas Dei. Pſalm. 86. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei initium habens ab Abel. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei noſtri. *Idem ſer. 4. de Natiuitate Domini, qui eſt 18. de tempore.*

Ciuitas Domini virtutum. *Idem ibidem.*

Ciuitas animata, & regia. *S. Sabba in Menæis Græcor. die 14. Auguſti.*

Ciuitas inconcuſſa. *Idem in Menæis Græcorum die 17. Ianuarij.*

Ciuitas ſuperna, mœnibus duodenis incincta. *Idem in Menæis Græcor. die 30. Ianuarij.*

Ciuitas Dei animata, in qua contineri ſibi complacuit: ſuperiora enim minimè relinquens, in ea habitauit tamquam imber ſuper terram, & reformauit nos in vtero eius. *Andr. Cretenſ. Can. in Sabatum Sanctum.*

Ciuitas Dei, quæ ex porta vteri exitum habet, introitum vero nõ nouit in vtero: Solus enim Plaſmator per eam tranſiens, nouam ſemitam ingreſſus eſt. *Idem in Can. de Natiu. B. V.*

Ciuitas Regis magni, *Idem orat. 3. de Dormit. B. Virgin.*

Ciuitas animata Regis Chriſti. *Anonym. in Menæis Græcorum die 24. Martij, & S. Germ. orat. in Zonam Deiparæ.*

Ciuitas Dei animata, quæ eius impulſu lætatur in æternum. *Georgius Nicomed. in orat. de Exitu SS. Dominæ noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Ciuitas Dei animata. *Idem orat. in Annunc. B. V. & S. Ioſeph Hymog. in Marieli.*

Ciuitas, de qua ſcriptum: Glorioſa dicta ſunt de te Ciuitas Dei: Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei: Deus in medio eius non commouebitur. *Idem ſerm. in Natiu. B. V.*

Ciuitas glorioſa, in qua qui verè eſt Rex Regum, & Dominus Dominantium habitauit, vel potius, in qua plenitudo totius diuinitatis habitauit corporaliter. *Idem orat. in Zonam Deiparæ.*

Ciuitas Regis magni, non domorum excellentia, & altitudine excitatorum ędificiorum, ſed diuinarum, & ſublimium virtutum magnitudine, & puritate omnibus antecellens. *Idem ibidem.*

Ciuitas ſacra magni Regis Dei, cuius in turribus ipſe Deus cognoſcitur, mediuſque pertranſit inconcuſſam ſeruans, gentes commouens, & Reges proſternens, vt adorent gloriam ipſius. *Idem orat. 1. de Præſent. B.V.*

Ciuitas animata Dei viuentis, de qua dicta ſunt glorioſa. S. *Ioan. Damaſc. in Menæis Græcor. die 27. Ianuar.*

Ciuitas Dei animata ad ſupernam Hieruſalem in ſua Aſſumptione deducta. *Idem orat. 3. de Aſſumpt. B.Virg.*

Ciuitas Dei electa. *Idem in Paracl. B.V.*

Ciuitas Dei, quæ verè, ac modo naturam, & eſſentiam ſuperante, illud omni eſſentia præſtantius Dei Verbum, ac Deum citrà vllam circumſcriptionem ſuſcepit. *Idem orat. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Ciuitas Dei, quam lætificant fluminis impetus, ſancti, inquam, ſpiritus gratiarum fluctus. *Idem in orat. 1. de Natiu. B.Virg.*

Ciuitas Regis magni, cuius ingentes ſanè, & admirabiles omnibus, tum linguis, tum mentibus narrationes ſunt. *Idem orat. 4. de Natiuit. B. Virgin.*

Ciuitas viua Domini, ac Dei virtutum. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. ſine Dormit. B.M.*

Ciuitas animata Chriſti Dei viuentis. *Idem in Can. SS. Deipar.*

Ciuitas animata æterni Regis, de qua glorioſa dicta ſunt. *Idem in Officiec. Græcorum.*

Ciuitas animata, ob quam exultarunt vniuerſæ ciuitates Iudeæ. *Idem orat. in Annunc. B.V.*

Ciuitas Dei Regis magni, de qua glorioſa dicta ſunt. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei à Prophetis meritò pronunciata, ex qua ortus eſt ipſemet Creator. *D. Theodor. Studites in Canone qui canebatur in erectione ſanctarum Imaginum.*

Ciuitas Dei, de qua glorioſa dicta ſunt. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei inuiolata. *Idem ibidem.*

Ciuitas glorioſa Regis. *Idem ibidem.*

Ciuitas omnium Regis, de qua manifeſtè glorioſa, & digna auditu dicta ſunt. *Idem ibid.*

Ciuitas Regis cęlorum, de qua dicta ſunt glorioſa. *Idem ibidem.*

Ciuitas beatiſſima. *Idiota de B. Virg. par. 14. contemplat. 36.*

Ciuitas, cuius ciues fuerunt ſanctæ cogitationes, deuotæ affectiones, ſeruentia deſideria, & huiuſmodi ciues regebantur conſilio Spiritus ſancti, quia ciues ſunt conſilio regendi. *Idem ibidem.*

Ciuitas cuius foſſatum fuit profundum paupertate, timore, & humilitate, vacuum proſperitate mundana, dilatatum charitate, ſuperius latum deſiderij extenſione, ciuitatem circumensi forti defenſione, nam tale foſſatum non timet incurſiones Diaboli. *Idem ibidem.*

Ciuitas, cuius murus defenſionis fuit Chriſtus, quia ſi Dominus in circuitu populi ſui multo fortius in circuitu matris ſuę, cuius murus cuſtoditionis fuerunt Angeli, quia Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te, & cuius etiam murus fuit omnimoda virtus, quia virtutes muri ſunt cuſtodientes animam, & munientes eam. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei, cuius fundamenta fuerunt in montibus ſanctis, id eſt, in Patriarchis, Prophetis, & Regibus, de quibus Beata Virgo originem traxit: fundamentum etiam eius fuit ipſe Chriſtus Lapis angularis, qui eam ſuſtentauit in gratia, & virtute. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei, cuius murus fuit prudentia contrà luxuriam, ſobrietas contrà gulam, panpertas contrà auaritiam, fortitudo contrà acediam, benignitas contrà iram, charitas contrà inuidiam, & humilitas contrà ſuperbiam. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei, de qua glorioſa dicta ſunt, & quam beatam dicunt omnes generationes. *Idem ibidem.*

Ciuitas iucunda ſupra montem poſita ad illuminandum nos. *Idem ibidem.*

Ciuitas, quę dicitur quaſi ciuium vnitas, fuit enim in Beata Virgine ciuium vnitas, quia caro non concupiſcebat aduerſus ſpiritum, nec ſpiritus aduerſus carnem, nec aliquid rebellionis, aut contradictionis fuit in corpore eius, vel anima, & ideò ſummus habitator in ea pacificè eſt hoſpitatus, & ibi factus eſt in pace locus eius. *Idem ibidem.*

Ciuitas refugij ſaluos faciens peccatores ſibi obedientes reuertendo ad eam, quibus ipſa dicit humiliter, & benigna. Eccleſ. 24. Qui audit me non confundetur. *Idem de B. Virgin. par. 16. contempl. 111.*

Ciuitas refugij ſuſcipiens nos errantes, cuſtodiens nos tremantes, & ſaluans nos ad eum redeuntes. *Idem de B.V. par. 14. contempl. 36.*

Ciuitas ſancta digna Deo. *Idem ibidem.*

Ciuitas ſecura, in qua, qui habitat, & viuit, beatus, quia in ea eſt pax, pietas, & boniras, virtus, lux, honeſtas, gaudium, lætitia, dulcedo, amor, concordia, & nulla indigentia. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei ſanctificata. *Radulph. Ard. homil. 1. in Aſſumpt. Beatæ Mariæ.*

Ciuitas Dei, de qua dicta ſunt glorioſa. *D. Petr. Damian. homil. in Natiu. B.V.M.*

Ciuitas cæleſtis, cuius Deus ſecunditas. *D. Anſelm. in Pſalterio B.Virg. par. 2.*

Ciuitas ſummi boni. *Idem in libro, ſive tractatu de Conceptione Virg.*

Ciuitas Dei, quam virginitas mentis, & corporis, quaſi murus ita ex omni parte vallauit, vt nullus vnquam libidinis acceſſus adeſſet, & omnis inimicus à ſuæ virginitatis corruptione deeſſet. *D. Bruno Carthuſ. ſerm. 1. de Laud. B.M.*

Ci-

Ciuitas, de qua iure glorioſa, & magnalia dicuntur, non ſolum ab hodiernis, ſed etiam ab antiquis Paſtoribus, & Angelis. *Idem ibidem.*

Ciuitas, quam Chriſtus, qui eſt in altiſſimis, per hoc quod Deus eſt, ante omnia tempora fundauit, id eſt Matrem creauit, & vt homo in fine temporum natus eſt in ea, ſumendo carnem ex ea. *Idem ibidem.*

Ciuitas, ad quam confluunt, qui in omnis criminis labyrinthum præruptius ruunt. Iſtic alienigenæ ſunt, qui Regno Cœlorum vim faciunt, factique piè violenti diripiunt. Iſthic Tyrus, qui repellunt omne pondus, & circumſtans ſe peccatum; vndè & Tyrus interpretatur anguſtia. Hic populus Æthiopum nigri videlicet ſuligine peccatorum. Quicquid eſt peccati immanius, ad huius benedictæ tutiorem omni ciuitate ſinum ſe immergit procliuis. *Guib. Abb. in lib. de B.M. c. 13.*

Ciuitas Dei, de qua dicitur Pſalm. 82. Glorioſa dicta ſunt de te, in qua natus eſt homo, cum eam fundaueris Altiſſimus. Et quicquid glorioſius dici de ea potuit, quam quod vniuerſam Regni cœlorum gloriam intra ſe cõtinuit; Et quis eſt mons ciuitatis, niſi filius virginitatis? Hæc fundatur exultatione vniuerſæ terræ, quia poſt Spiritum ſanctum in Matrem ſuſcitatur, qui eſt oleum totius Eccleſiaſticæ lætitiæ. *Idem ibidem.*

Ciuitas, in qua, qui per affectum non habitant, nullius momenti habent vitas, quæ quoque lætantium omnium eſt, quia quicumq; ad illam pijſſimam præcordialiter ſe ingerit, gaudioſæ ſpei exors non eſt. *Idem ibidem.*

Ciuitas, quam condidit, & in qua natus eſt Dominus ſicut ſcriptum eſt: Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam Altiſſimus. *Rupert. Abbas lib. 4. Comment. in Cant. Canticor.*

Ciuitas Dei Genitrix. *D. Bernadus in Deprecat. & Laude elegantiſs. ad V. Mariam.*

Ciuitas Dei, de qua glorioſa dicta non eſſent, ſi noſtræ infirmitati ſimilia dicerentur, quę magis pudenda, quam glorioſa dici poſſunt. *Petrus Comeſt. in ſer. de Concept. B.V.*

Ciuitas, quæ ab ipſo fundamenti primordio prę cæteris aliquod dignitatis ſortita eſt priuilegium, cum ſecretorum Dei, myſteriorumque cæleſtium in ſe ſuſceptura eſſet arcanum. *Idem ibidem.*

Ciuitas Regis magni, cuius muros Dominus fortis, & potens depinxit, fundamenta iecit, locauit mœnia. *Idem ibidem.*

Ciuitas propter fortitudinem, quam fundauit Altiſſimus. *Petr. Bleſ. ſerm. 38.*

Ciuitas Dei, quam è throno gratiæ procedens fluminis impetus lætificauit, ſic in ea extinguens libidinoſum ardorem, vt conſeruaret inauditam ſæculis fœcunditatem. *Petrus Cellenſis ſerm. 2. in Annunc.*

Ciuitas Regis magni. *Philipp. Abbas lib. 1. in Cantic. Canticor. cap. 7.*

Ciuitas Dei, cuius fundamenta in montibus ſanctis, id eſt, in Patriarchis, Regibus, & Prophetis, ex quibus originem traxit ſicut pater ex genealogia Chriſti. Matth. 1. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virgi lib. 18.*

Ciuitas Dei, de qua hæc ſunt, quæ dicuntur glorioſa. Pſalm. 86. ſcilicet, quod Altiſſimus in quantum Deus fundauit eam prius, & poſt eius fundationem natus eſt in ea, in quantum homo; ideò cum loquitur Propheta de fundatione, ponit præteritum, ſcilicet fundauit eam Altiſſimus: cum ſubiungit de natiuitate in vtero, ponit præſens tempus, ſcilicet homo natus eſt in ea: ad oſtendendum, quod poſtquam eam fundauerat, vt Deus homo natus eſt in ea, quod eſſet impoſſibile in puro homine; nuſquam enim auditum eſt, quod Architectus prius domum fabricauerit, & poſtea in eadem domo naſceretur, ſed ſolus Chriſtus hoc fecit. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei, de qua dicta ſunt glorioſa. Pſal. 76. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 3.*

Ciuitas Dei, in qua natus eſt homo Deus. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 2. quod Virgo Maria eſt Mater noſtra quadrupliciter.*

Ciuitas Dei per excellentiam, quia eam Deus perfectiſſimè poſſedit. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 3.*

Ciuitas Dei, quam fundauit Altiſſimus, & in ipſa nouem menſibus habitauit. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 2.*

Ciuitas Dei, quam lætificauit fluminis impetus feruentis, id eſt, ſapientia. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 3.*

Ciuitas Dei, quia Deus corporaliter, id eſt ſecundum corpus aſſumptum habitauit in ea. Pſalm. 47. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, id eſt, Dei filius Ieſus Chriſtus in ciuitate Dei noſtri, id eſt, B. Virginis ad habitandum per nouem menſes continuè. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei, quia Deus eam fundauit. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei, quia poſſedit eam Deus, & continuè poſſidet quietè, & ſub perfecta obedientia. *Idem ibidem.*

Ciuitas deſcendens de cœlo, vt à Deo ædificata, & data in ciuitatem refugij peccatoribus. *Idem ibidem.*

Ciuitas illa, de qua Ioann. in Apoc. 21. Vidi Ciuitatem ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cœlo à Deo paratam, vt ſponſam ornatam. *Idem ibidem.*

Ciuitas illa mirabilis, figurata, quam vidit Ezechiel in vltima viſione, in qua Dominus ſolus introibat, & egrediebatur. *Idem ibidem.*

Ciuitas per excellentiam. *Idem ibidem.*

Ciuitas poſita ſuper montem, id eſt ſuper alram perfectionem virtutum, quæ non poteſt abſcondi. *Idem ibidem.*

Ciuitas propriè propter plenam vnionem, pro-

pter congruam prouiſionem, propter rectam gubernationem. *Idem ibidem.*

Ciuitas ſancta, quia munda Deo dedicata, & firmata. *Idem ibidem.*

Ciuitas ſanctificata, in qua diuina requieuit ſapientia. Eccleſ. 24. *Idem ibidem.*

Ciuitas à Deo ædificata, & data in ciuitatem refugij peccatoribus. *Bernardin. de Buſt. ſer. 4. de Aſſimilatione B. Mariæ.*

Ciuitas benedicta Dei noſtri. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei cæleſtis ædificata ex margaritis. *Idem in ſuo Mariali ſerm. 6. de Concep. B. M.*

Ciuitas Dei inclyta. *Idem ſerm. 4. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Ciuitas Dei, quia continuè poſſedit eam Deus, & ſemper poſſidebit. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei, quia Deus per corporalem ſubſtantiam ab ea aſſumptam habitauit in illa. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei ſacratiſſima, cuius habitatio optima. 4. Reg. 2. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei ſancta. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei viua, numquam à Diabolo Dei inimico per peccatum poſſeſſa, cuius fundamẽta in montibus ſanctis, ſcilicet in monte innocentiæ, & puritatis, in monte iuſtitiæ originalis, & in monte diuinæ gratiæ præſeruantis. *Idem ibidem.*

Ciuitas fortiſſima muro roborata inexpugnabili. *Idem ibidem,*

Ciuitas fulgentiſſima. *Idem ibidem.*

Ciuitas gloriosa. *Idem ibidem.*

Ciuitas lata nimis, id eſt valde Num. 7. *Idem ibidem.*

Ciuitas munita. *Idem ibidem, & Maurit. de Villaprobata ſer. 3. Coronæ nouæ B. M.*

Ciuitas omnium virtutum. *Idem Bernardin. ſer. 5. de Nominatione Mariæ.*

Ciuitas per excellentiam. *Idem ſerm. 4. de Aſſimilatione B. Mariæ.*

Ciuitas ſupra montem poſita, viſcera, & ſinum miſericordiæ ſuæ omnibus aperiens. *Idem ſerm. 2. de Aſſump. B. M.*

Ciuitas Dei, quam lætificauit fluminis impetus, id eſt diuinorum chariſmatum abundans copia. *Claudius Rapin. Cæleſtin. ſer. 2. de Conceptione B. Virgin.*

Ciuitas Dei ſanctiſſima, Spiritus ſancti artificio, vbique fabricata, pulcherrima, Deo digniſſima, fortiſſima, ſplendidiſſima, beatiſſima, toto orbe fulgẽtiſſima, & omnium virtutum, & gratiarum ornatiſſima, atq; Paradiſo Dei omnium ſimillima. *Idem ibidem.*

Ciuitas honoris, & gratiæ, deliciarumque, & diuitiarum ſpiritualium. *Idem ibidem.*

Ciuitas paradiſiaca, in cuius medio in primo inſtanti ſui eſſe, habitauit Deus immobiliter per gratiam gratificantem, imò poſtea natus eſt in ea, tanquam homo. *Idem ibidem.*

Ciuitas regia, & opulenta, cuius ciues manſueti, amabiles, pacifici, quam venerabilem, ſplendidam, commendabilem, & Deo, Angelis, & hominibus gratam, nec non, & aduerſarijs terribilem fecerunt omnis magnitudo mentis ornatus, & cordis humilitas, ſanctitas, deuotio, & ſapientia, vt in ea habitaret plenitudo diuinitatis corporaliter, ciuiuſq; ſpiritualium, videlicet, rationis intellectus, cogitationis, diſcretionis, voluntatis, & aliarum id genus partium corporis, & animæ ſumma pax, concordia, concors, & perfecta omnium habitantium vnitas. *Idem ibidem.*

Ciuitas ſancta, quam fundauit, non homo, nec Angelus, ſed Altiſſimus, & in ipſo ſuæ creationis initio puram, & ſpeciosam conſeruauit, ac virtutum omnium floribus, gratiarumque, & meritorum gemmis vndique adornauit, vt eam virginem caſtam exhiberet Chriſto ex toti mundo naſcituro, cui habitatio diuinitus præparabatur, quemadmodum olim prædixerat Vates eximius diuinorum ſecretorum conſcius dicens: Nunquid Syon dicet, corde credendo, & ore confitendo: Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam Altiſſimus? *Idem ibidem.*

Ciuitas virginalis Dei ſanctiſſima (cuius Opifex Deus, & Architectus fuit) in qua ratio Deo immediatè ſubiecta, viteſque inferiores (vtpote irafcibilis, concupiſcibilis, viſus, auditus, guſtus, tactus & olfactus) rationi. *Idem ibidem.*

Ciuitas virginalis fortiſſima, & inexpugnabilis, atque terribilis hoſtibus, vt caſtrorum acies ordinata, ad quam ſe conferant, neceſſe eſt, quicumque implacabilium inimicorum crudelitatem deſiderant euadere, quemadmodum tempore belli confugiunt homines ad loca opulenta, & munitiones tutiſſimas. *Idem ibidem.*

Ciuitas virginalis, quam Spiritus Paraclitus, vna cum Patre, & Filio ædificans, ac diuinam conferens habitationem gratiarum ſuarum ex vndanti flumine, vndique circumdedit, irrigauit, lætificauit, quatenus in ea primo requieſceret ſpiritu, deinde in carne ſimul ac diuinitate, ab ea numquam diſceſſurus, nec humanitatem relinquens, nec diuinitatem. *Idem ibidem.*

Ciuitas pacis, & concordiæ, in qua triticum abundat nunquam deficientis alimoniæ. *Io: Trith. lib. 1. Mirac. de B. Virg. in Vticeto cap. 6.*

Ciuitas à Deo ædificata, & data in refugium peccatorum. *Maurit. de Villaprobata ſer. 30. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Ciuitas bene foſſata per humilitatem. *Idem ibidem.*

Ciuitas cuius Rex, & Pontifex Chriſtus. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei, de qua multa gloriosa dicta ſunt. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei, quam lætificat fluminis impetus. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei, quia ſemper à Deo poſſeſſa fuit quietè. *Idem ibidem.*

Ci-

Ciuitas Dei ſacratiſſima, in qua omnes habitare debemus per deuotionem. *Idem ibidem.*

Ciuitas Dei ſancta. *Idem ibidem.*

Ciuitas, in qua omnes ciues, id eſt, cogitationes, fuerunt vnitæ in vnam fidem. *Idem. ſer. 24. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Ciuitas maxima charitatis amplitudine, quæ omnes amplectitur. *Idem ſerm. 30. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Ciuitas munda, Deo dicata & firma. *Idem ibid.*

Ciuitas opulenta virtutum, & gratiarum abundantia. *Idem ibidem.*

Ciuitas ornatiſſima. *Idem ibidem.*

Ciuitas parata Deo virtutibus, & vt ſponſa ornata omni gratia. *Idem ibidem*

Ciuitas ſummi Dei fundata in virtutibus. *Idem ſer. 30. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Ciuitas ſancta. *Robert. Bellarmin. in Couc. de Natiuitate B. Virgin.*

CLARITVDO veris. *D. Bonauent. in Pſalter. minori B. Virg. Quinquagena 1.*

CLAVIGERA Cellariorum Regis pacifici. *Io: Gerſon Tract. 9. ſuper Magnif.*

Clauigera gratiarum. *Maurit. de Villa probat. ſerm. 29. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

CLAVIGERARIA Cellariorum Regis pacifici. *Bernardin. de Buſt. ſer. 2. de Viſit. B. M.*

CLAVIS Regni cælestis, ſiue Cœlorum, & Regni Chriſti. *D. Philipp. ſerm. de Laud. B. Mariæ Virgin.*

Clauis Regni Chriſti. *Andr. Creten. orat. 2. in Annunciat.*

Clauis Regiæ Chriſti. *Anonymus Græcus in Hymno ad B. Virgin. apud Nomencl. Marianum P. Theophili Raynaudi.*

Clauis gemmata Paradiſi ianuam reſerans. *Ludouic. Bloſius in Endologia 2. ad B. V.*

CLAVSTRVM virginale, omni ex parte purum, atq; impollutum, in quo diuinus Theſaurus repoſitus fuit. *D. Athan. ſer. in Deſcription. SS. Deiparentis.*

Clauſtrum pudoris diuino ſpiritui complacitum. *D. Leo ſer. 2. de Natiuit. Domini.*

Clauſtrum Dei. *Rodulph. Ardens homil. 1. in Aſſumpt. B. Mariæ.*

Clauſtrum pudoris. *Philipp. Abbas lib. 5. in Cantic. Canticor. cap. 2.*

Clauſtrum humanitatis Filij Dei, in quo, vt dicitur. Ioann. 1. Verbum Caro factum eſt, & habitauit in nobis, in quo Deus Angelorum factus eſt frater peccatorum. *Albert. Magn. in Biblia Mar. ſuper Euang. Ioann.*

Clauſtrum magnæ ſanctitatis, in quo, qui eſt Dei ſapientia, & ſanctus ſanctorum aſſumpſit pauperrimum, & aſperrimum Religionis habitum, carnem noſtram. Vnde ſicut multum ſolet gaudere totus conuentus alicuius Domus, quando aliquis magnus, & prætotens induit apud eos habitum, & efficitur frater eorum; ità multum debemus gaudere omnes, quia ipſe Filius ſummi Regis, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ad Phil. 2. Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, & habitu inuentus eſt vt homo, in Beatæ Virginis Clauſtro. *Ern. Prag. in Mariali cap. 110.*

CLAVSVLA felix totius expectationis, & deſiderij, ac poſtulationis aduentus Filij Dei, in qua ſicut in cono, id eſt angulo, omnia deſideria præcedentium Electorum, atq; Sanctorum conſumata, & terminata fuerunt. *D. Bernardin. Senenſis Tom. 2. ſer. 51. qui eſt de Feſtiuitatibus B. Virg. & maximè Conceptione, Natiuitate, & Annunciatione.*

Clauſula felix omnium prophetiarum. *Io: Mauburnus in Roſario de gloria Virg. membro 6.*

CLEMENTIA clemens ſummę bonitatis. *D. Bonauent. in Expoſitione ſuper Salue Regina.*

CLIBANVS intellectualis, qui ignem, & panem vitæ calidum mundo in vſum attulit, de quo Saluator mundi Chriſtus ait: Accipite, comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur, in remiſſionem peccatorum. *D. Epiphan. in ſer. de Laud. Virg.*

Clibanus, quem Moyſes, quando Deus ad Abraham diſpoſuit ſeminis teſtamentũ, commẽdauit; ait enim Gen. 5. Quia veniente ſole ad occaſum ſignificauit finem mundi, flamma facta eſt, & ecce apparuit Clibanus ardens. Et quid eſt hoc, addidit, & fumigans, & tranſiuit per medium diuiſionum, in die illa pepigit Dominus fœdus cum Abraham: quando enim cælestis ignis, Spiritus videlicet, ex Clibano veteri Dei Genitricis venit, vt totas accenderet mundi partes, tunc teſtamentum Deus Abraham, id eſt, gentibus diſpoſuit; Abraham enim Pater gentium nominatur. *Iſichius lib. 1. in Leuiticum cap. 2. ad illa verba. Cum autem obtuleris ſacrificium coctum in Clibano.*

Clibanus, quia & panes, ignemque deſuper Clibanus ſuſcipit, ſicut ipſa deſuper vitę panem, Dei videlicet Verbum in ſuo vtero, ignemque ſuſcepit præſentiæ Spiritus; Spiritus enim inquit, ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. *Idem ibidem.*

Clibanus animatus, ac cælestis in terra fabricatus, in quo Plaſtes ille, ac Conditor noſtrę maſſæ primitias diuino excoquens igne, ac zizania ſuperſeminata comburens, totam ſibi mundam maſſam in panes efformauit. *Photius Conſtantinopolit. orat. in Sanctæ Mariæ Natiuit.*

Clibanus ab igne Spiritus ſancti illuſtratus, & confirmatus. *Petrus Abbas Cellenſis in lib. de panibus cap. 21.*

Clibanus ad panem præparandum. *Idem ibid.*

Clibanus ad panem ſuſcipiendum, vel concipiendum, non conſumendum, vel vtendum; ignem enim vrentem nunquam admiſit, quæ carnis concupiſcentiam non ſenſit: ignem fumantem non ſuſcepit, quæ non concepit iniquitatem: ignem conſumantem non no-

uit

uit,quæ rorem de cælis in corde, & ventre pleniſſimè accepit. *Idem ibidem.*

Clibanus ad victum exurientium. *Idem ibidem.*

Clibanus ad vitæ ſubſtentationem. *Idem ibidem.*

Clibanus à quo nouus panis proceſſit. *Idem ibidem.*

Clibanus à Spiritu ſancto inflammatus. *Idem ibidem.*

Clibanus, cui aſtitit Ioſeph flammam grauidati vteri videns, ſed ignem impręgnantis, cuiuſmodi ſit, non intelligens. Panem quis intromiſerit obſtuptuit, cum ſigna virginitatis, vndique clauſa, & immutilata, ſollicitè ſatagens reperit. *Idem ibidem.*

Clibanus cum carbonibus virtutum. *Idem ibid.*

Clibanus ignitus *Idem ibidem.*

Clibanus, in quo coctus eſt panis Angelorum. *Idem ibidem.*

Clibanus, in quo recaleſcimus. *Idem ibidem.*

Clibanus libidinis ardore non ardens. *Idem ibidem.*

Clibanus non vili ſtemmate, neque more conſuetudinario fabricatus, quatenus in plenitudine temporis, panis, qui dat vitam mundo, de cælo deſcendens, pro dignitate ſua congruum inueniret locum, vbi poſſet opportunè carnem aſſumendo decoqui. *Idem ibid.*

Clibanus prorſus dignè conuerſando. *Idem ibidem.*

Clibanus ſpiritum ſuſcipiendo. *Idem ibid.*

Clibanus, qui primo ignem, id eſt Spiritum ſanctum, deindè panem vitæ, id eſt Filium Dei ſuſcepit, vel ſimul & ſemel, & ignem ſuſcepit, & panem, id eſt Chriſtum, qui ignis conſumens eſt. Deut. 4. & qui panis eſt vivus de cælo deſcendens. Ioan. 4. Decoctus autem fuit hic panis igne charitatis ipſius, & hoc nouem menſibus, & in natiuitate eductus eſt de Clibano, vndè Filius dicit Patri: Tu es, qui extraxiſti me de ventre? Pſalm. 21. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib.* 10.

Clibanus, quia ſi Clibanus domuncula eſt, ſiue vas quoddam extra luteum, intus flammeum, magnæ vtilitatis, ſed multę virtutis; ita Maria exterius coram mundo abiecta fuit, & humilis, interius coram Deo pretioſa, & amabilis, ſicut illa, quam igne Spiritus ſancti totaliter incanduerat. *Ern. prag. in Mar. c.* 104.

Clibanus, quia ſicut Clibanus omni populo vitæ miniſtrat panem: ità Maria toti Eccleſiæ panem illum, qui de cælo deſcendit, Ioan. 16. & ſufficit, omnibus miniſtrauit. *Idem ibid.*

Clibanus compaſſione. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de Laud. Virgin. fructu* 8.

CLYPEVS noſter. S. *Ioann. Damaſcen. in Paracl. Beatæ Virgin.*

Clypeus defenſione. *Hugo de S. Victore ſerm. in Natiu. vel Aſſump. B. M. V. qui eſt in ordine* 34.

Clypeus aureus, protegens fideles Eccleſiæ, in quem reſultit Sol diuinitatis, & montes, id eſt Angeli, & iuſti reſplenduerunt ab eo. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib.* 10.

Clypeus defenſionis, quantum ad nos, & interfectionis quantum ad Dæmones. Ioſue 8. *Albertus Magn. in Biblia Mariæ ſup. lib. Ioſue.*

Clypeus, quem verus Ioſue, id eſt, Dei Filius eleuauit in Annunciatione ipſam in matrem aſſumendo, & in Aſſumptione ſecum in throno collocando. *Idem ibidem.*

Clypeus pro hominum defenſione ſublimatus. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de Laud. V. fructu.* 8.

Clypeus aureus. 1. Matth. 1. *Maur. de Villaprobata ſerm.* 9. *Coronæ nouæ B. Mariæ.*

COADIVTRIX Martyrum. S. *Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Coadiutrix ſeruorum ſuorum. *Idem ibidem.*

Coadiutrix fideliſſima filio ſuo benedicto ad mundi redemptionem, quando ei de carne ſua virginali tunicam texuit, quam pro ſalute omnium Deo Patri ſacrificium in cruce obtulit in odorem ſuauitatis. *Idiota de B. V. par.* 14. *Contempl.* 2.

Coadiutrix deuota ad mundi redemptionem, vt ſicut non fuit dolor, ſicut dolor ille, quem ſuſtinuit filius pro mundi redemptione, ſic non eſſet dolor, ſicut dolor ille, quem ipſa protulit in corde pro eadem cauſa. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virg.* 3.

Coadiutrix fideliſſima filio ſuo in mundi redemptione. *Idem de Laud. Virg. lib.* 6.

COAGMENTATIO malè diſiunctorum. *S. German. Conſtant. in orat.* 2. *in Præſent. B. V.*

COCCVS bis tinctus amore gemino erga Deũ, & proximum. *Philippus Abbas lib.* 6. *in Cant. Canticor. cap.* 13.

Coccus mundiſſimus, in ſe gerens ruborem purificatum Spiritu Sancto, & concipiens margaritam pretioſam Filium Dei. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap.* 11. *Luc.*

COCHLEA, quæ naturaliter, id eſt verè, & realiter peperit pretioſam margaritam, nempè Chriſtum. *D. Ephrem Syrus in tract. de Mærgarita pretioſa.*

Cochlea, quæ ſine ſemine concepit, & cæleſte, pretioſiſſimumque peperit Margaritum Chriſtum Dominum noſtrum. *Ioann. Eub. orat. in Concep. Sanctæ Dei Genitricis.*

Cochlea templi; figurata eſt enim per Cochleam templi, per quam aſcendebatur in medium cœnaculum, & à medio in tertium, ſicut legitur. 3. Reg. 6. Eſt autem cochlea ſecundum Iſidorum, alta, & rotunda turris, dicta Cochlea, quaſi Ciclea, eo quod in ea tanquam per circulum, orbemque conſcendatur: apud nos autem dicitur Cochlea rotunda, turricula adhærens alicui angulo magnæ turris, vel parietis Eccleſiæ, ſeu alicuius magnę domus, & talis Cochlea arcta, & plena gradibus, & innitens quaſi columnæ erectæ, cui etiam columnæ innituntur per Cochleam aſcendentes. Hæc autem Cochlea fuit B. Virgo, quaſi rotunda ad minus interius per appetitum cæleſtium, habens multos gradus diuerſarum virtutum, quia de virtute in virtutem conti-

nuè

nuè procedebat, habens quaſi columnam, cui innitebatur, id eſt, Chriſtum, cui inniti debent volentes procedere de bono in melius per exempla Mariæ. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virgin. lib.* 10.

Cochlea, ſeu conchula, quæ ſe aperuit Angelo per conſenſum, vt rotem cæleſtem Spiritus ſancti reciperet, & Margaritam, id eſt Chriſtum intra viſcera conciperet. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm.* 3. *M.*

Cochlea, ſiue conchula, quæ ſe aperuit, vt rorem cæleſtem reciperet, & Margaritam, id eſt, Chriſtum intra ſua viſcera conciperet; nam ſe aperuit, quando Angelico nuncio conſenſum præbuit, vt ſupta eam ros Spiritus ſancti deſcenderet, ac illam fecundaret. *Bernardinus de Buſt. ſerm.* 1. *de Nominat. M.*

CODEX verè viuus Verbi Patris tacitè in ea ſcripti viuifico ſpiritus calamo. *Andr. Creten. orat.* 3. *de Dormit. B. Virgin.*

Codex animatus puriſſimuſque Dei, ac Verbi. in quo ſine vocis ſono, ſine ſcriptura ipſum Dei Verbum inſcriptum, quotidie legitur. *S. Germ. Conſtant. ſerm. in Natiuit. B. V.*

Codex recentiſſimus, puriſſimus, & nulla ſorde inquinatus. *Idem orat.* 1. *in Præſent. B. V.*

Codex, in quo filius Syrach, id eſt, Dei Patris, ſcripſit doctrinam ſapientiæ intrinſecus, & diſciplinæ forinſecus. *Ern. Prag. in Mar. c.* 85.

COELVM. *D. Bernar. ſer.* 3. *ſup. Salue Regina.*

Cœlum ſecundum. *S. Matth. in Liturgia Æthiopum, & S. Io: Chryſoſt. orat. in Natiu. B. M.*

Cœlum capax, ad Deum, qui nunquam alioqui capi poteſt, recipiendum. *S. Methodius in homilia Feſti Purificat. B. Virg.*

Cœlum alterum in terra. *D. Gregor. Thaumaturg. ſerm.* 3. *in Annunc. B. M. V. & Ioan. Chryſoſt. orat. de Annunc. B. V.*

Cœlum ſecundum nunquam coinquinatum. *D. Athanaſ. ſerm. in Deſcript. SS. Deip.*

Cœlum diuinitatis, coruſcantem in cælo, & in terra ſolem habens Chriſtum. *D. Epiphan. in ſerm. de Laud. Virg.*

Cœlum ſplendidum in cælis, incomprehenſum continens Deum, Cherubicum Thronum diuinitatis fulgore ſuperans. *Idem ibidem.*

Cœlum ſplendidum, radium habens lucidis facibus coruſcantem, vtpote Solem Chriſtum. *Idem ibidem.*

Cœlum illuſtre, quæ Deum, qui cœlis capi non poteſt, in ſe cœpit, vt ille non arctaretur. *Idem hom. in Chriſti Natal. apud Combef. Tom.* 1. *ſuæ Bibl.*

Cœlum terreſtre, illo maius, quod in mundi creatione factum eſt: illud enim verbo ſine contentione portatur; hoc partu Domini, inexplicabili modo illuſtratur; illud profert ſolem ſenſibilem, hoc ſolem intelligibilem, cum ſplendore emiſit: pro lucifero oſtendit eum, qui eſt ante luciferum: pro luna vterum virgineum: pro ſtellis ventris puritatem; pro nubibus corporeum amictum. *Idem orat.* 7. *in SS. Deiparam.*

Cœlum virtutibus coruſcans, maius eo, quod eſt in rerum natura. *Idem ibidem.*

Cœlum, in quod Pater æternus miſit Vnigenitum. *S. Procl. in orat.* 8. *quæ eſt de Transfigur. Domini.*

Cœlum cælo altius. *D. Auguſt. in ſer. de Aſſumpt. Beatæ Virgin.*

Cœlum, ex quo Sol Iuſtitiæ ortus eſt. *S. Sabbas in Menæis Græcor. die* 6. *Ianuar. Iacob. Monachus in Mariali orat.* 5. *& S. Ioſeph. Hymn. in ſuo Mariali.*

Cœlum ſapiens, quod cæleſtem ſapientiam comprehendit. *S. Sabbas ibidem die* 23. *April.*

Cœlum Dei, multis luminibus coruſcum, lucem ſole priorem emittens. *Andr. Cretenſis Can. in ſanctæ Lumina.*

Cœlum eius, qui terram fecit, & cælos. *Idem orat.* 1. *de Dormit. B. Virg.*

Cœlum, in quo Sol gloriæ ſplendet. *Idem orat. in Annunciat. B. Virg.*

Cœlum latiſſimè patens. *Idem orat.* 1. *de Dormit. B. Virgin.*

Cœlum nouum, ex quo ſalutis ſtella Ieſus, dator luminis, orta eſt. *Idem Can. in Concep. B. V.*

Cœlum præcellens. *Idem orat.* 1. *de Dormit. B. V.*

Cœlum Solis Iuſtitiæ. *Iſychius ſerm.* 2. *de Laud. Virgin.*

Cœlum à Deo in terra productum, ex quo idem Deus, tanquam ſol nobis caligine preſſis, illuxit. *Anonymus in Menæis Græcor. die* 4. *Ianuar.*

Cœlum in terra ab Anna genitum. *Idem in Menæis Græcor. die* 25. *Iulij.*

Cœlum, quod enixum eſt Artificem cæli. *Idem ibidem die* 25. *Iulij.*

Cœlum cælo excellentius, re verà luminoſiſſimũ, & ſpatioſiſſimum, quod ſolem fert non occidentem, ſed mundo ſine occaſu orientem: quod non ſtellis ornatum videtur, ſed facibus ſpiritualibus decoratur. *Georg. Nicomed. in orat. de Concep. Deiparæ.*

Cœlum cælo ſplendidius, & capacius, in vtero Annæ formatum, per quod in cæleſtem aſcribimur manſionem. *Idem ibidem.*

Cœlum cælo ſuperius, non viſibilibus ſtellis, ſed ſpiritualium luminum accenſione varium. *Idem orat.* 3. *de Concept. B. V.*

Cœlum capax Dei altiſſimi, eo quòd illum ſinu ſuo capaci geſtauerit. *S. Germ. Conſtant. orat.* 1. *in Dormit. B. Virgin.*

Cœlum Dei. *Idem in Mariali frag.* 4. *& Rupertus Abbas lib.* 5. *Commentar. in Cant. Cantic.*

Cœlum enarrans gloriam Dei. *S. German. orat.* 1. *in Præſent. B. Virg.*

Cœlum, de quo ſcriptum Pſalm. 32. De cælo reſpexit Dominus, vidit omnes filios hominum & Pſalm. 113. Cælum cæli Domino. *Idem ſer. in Natiuit. B. Virgin.*

Cœlum ſupra octauum, & ſi quod vlterius octauo cælum dici poteſt. *Idem or.* 2. *in Dorm. B. V.*

Cœlum terreſtre in terra cæleſti, quæ nulli eſt corruptioni obnoxia, collocatum. *Coſm. Hieroſol. in Menæis Græcor. die* 15. *Auguſti.*

Cœlum animatum, quod diuina cælorum tabernacula

nacula dignè ſuſcepetunt. S. *Ioan. Damaſcen. Can. in Dormit. B. Virg.*

Cœlum animatum Regis omnium. *Idem ibidem.*

Cœlum Diuinitatis. *Idem in Triod. Græcor.*

Cœlum terreſtre in cæleſti, & incomparabili terra collocatum. *Idem Can. 1. in Dorm. B. V.*

Cœlum animatum, ab eo, qui cælum extendit, elaboratum, ex quo Deus cælo inter medias eenebras degentibus, tamquã Sol oriens prodijt, & in quo diuinitatis ignis habitauit. *S. Io: Damaſc. in Menæis Græcor. die 22. Ianuar.*

Cœlum animatum, in quo Rex omnium ſedit. *Idem ibidem die 15. Auguſti.*

Cœlum cælis, incomparabili præcellentię modo ſuperius, Etenim is, qui cælorum Architectus, & Conſeruator eſt, in ea à ſe ipſo ſine ſemine infans effectus eſt. *Idem orat. 2. de Aſſumptione, ſiue Dormit. B. Mariæ.*

Cœlum cælo diuinius, nam qui in cælo ſolem effecit, ex hoc iuſtitiæ Sol ortus eſt. *Idem or. 1. de Natiuit. B. M. V.*

Cœlum Deitatis. *Idem in Cantic. Eccleſiaſt. Græcorum ſono 1.*

Cœlum in terra Factoris cæli, & terræ. *Idem Paracl. B. V. & S. Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Cœlum loco mundum ambiente nobilius, habitaculum virtutum fulgoribus, ceu ſtellis coruſcans, ex qua ortus Sol Iuſtitiæ ſalutis, quę numquam occidat, diem, hominibus condidit. *S. Io: Damaſc. orat. 4. de Natiu. B. V.*

Cœlum nouum, de quo diem feſtum ſplendidè agit rerum natura. *Idem ibidem.*

Cœlum nouum, factum, vt in eo Deus propenſiori conſilio reformaturus humanum genus caperetur, qui capi nuſquam poteſt. *Idem ibidem.*

Cœlum, quod ex inuiolabilibus penitiſſimiſq; virginitatis theſaurisSolem iuſtitię prętendit. *Idem ibidem.*

Cœlum, quod ex terrena natura in terra ille condidit, qui olim firmamentum ex aquis fixerat, atque in altum extulerat. *Idem orat. 1. de Natiuit. B. M. V.*

Cœlum terreſtre, ad ſupercæleſtem terram in ſua Aſſumptione translatum. *Idem orat. 1. de Aſſumptione B. Virg.*

Cœlum viuum, Cœlis ipſis latius. *Idem orat. de Natiuitate B. Mariæ Virg.*

Cœlum viuum, in cœleſtia tabernacula introductum. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. ſiue Dormitione B. Mariæ Virg.*

Cœlum nouum, ex inueterata terra à Creatore factum. *Ioan. Eub. orat. in Concept. S. Dei Genitr.*

Cœlum, per quod terreſtres euadunt cœleſtes. *Idem ibidem.*

Cœlum animatum. *S. Ioſeph Hymn. in ſuo Marial.*

Cœlum Cœlo ſublimius, quod nobis Solem iuſtitiæ protulit, & profundas ignorantiæ tenebras eliminauit. *Idem ibidem.*

Cœlum in terra, ex quo Deus hominibus apparuit. *Idem ibidem.*

Cœlum in terra, ex quo is, qui voluntate ſua Cœlum extendit, illis, qui in tenebris verſabantur, ortus eſt. *Idem ibidem.*

Cœlum nouum, Deo iucundiſſimum, in quo inhabitans ſecundum carnem ſuprà Cœlos extulit homines, & deificauit omnes bonitate ſua. *Idem ibidem.*

Cœlum ſublime Dei Regis omnium. *Idẽ ibidem.*

Cœlum terreſtre, cœleſte Verbum ventre concipiens, quod in terra conuerſatum eſt. *Idẽ ibid.*

Cœlum, vtpote Chriſti Thronus, & eiuſdem magnum Palatium. *Idem ibidem*

Cœlum Iuſtitiæ ſolem præcedens. *Photius Conſtantinopol. orat. in Natiuit. S. Mariæ*

Cœlũ à cęlando, quia ſicue in Cœlo arcana Dei celantur, ſic ipſa in ſua pudicitia virginali cuſtodiens ſecreta Chriſti, quæ nouerat, nulli deuulgare volebat, ſed ipſum quando vellet deuulgare ſeuerenter expectabat. *Idioea de B. Virg. parte 14. Contemplat. XI.*

Cœlum, quia ſicut Cœlum calidiſſimum eſt, cum ſit igneę naturę, ſic ipſa per vehemẽtiam charitatis, & abundantiam ſpiritus tota facta eſt ignea, ex quo clauſit illum in vtero ſuo virginali, qui eſt illuminans, & calefaciens. *Idem ibidem*

Cœlum, quia ſicut Cœlum decoratum eſt, & ornatum vniuerſitate luminarium, ſic ipſa decorata eſt, & ornata vniuerſitate gratiarum, & virtutum, per quas illuminat intelectus fidelium, & inflãmat eorum affectus. *Idẽ ibid.*

Cœlum, quia ſicue Cœlum eſt altiſſimum, ſic ipſa altiſſima fuit per mundi contemptum, quia quidquid terrenum eſt longe deſeruit, & bonis ſupercœleſtibus ſublimiter adhæſit. *Idem ibidem.*

Cœlum, quia ſicut Cœlum eſt extenſum, & dilatatum, ſic ipſa eſt extenſa, & dilatata per miſericordiæ immenſitatem, & beneficiorum largitionem, quia omnibus omnia facta eſt, vt quantum in ea eſt lucrifaciat vniuerſos. *Idem ibidem.*

Cœlum, quia ſicut Cœlum pacificum eſt (fines namque eius poſuit Deus pacem) ſic ipſa pacifica fuit, & nullus motus ſenſualitatis repugnans rationi, turbauit pacem eius, & ideo in pace factus eſt locus eius, *Idem ibidem*

Cœlum, quia ſicut Cœlum ſolidum eſt, ſic ipſa ſolida fuit per mentis conſtantiam, & fidei firmitatem. *Idem. ibidem.*

Cœlum animatum, omniũ ſimiliter curam gerẽs, beneficentiæ ſuæ guttas diſtillãs, arentiſq; vitæ noſtræ conſtitucionem, cuius peccatum cauſa irrigans. *Leo Imperator in orat. de Aſſumptione B. Virg.*

Cœlum Cœlo honoratius. *Idem ibidem.*

Cœlum exultans, & ſine flatibus vllis, affectus expers, mœſtitiaque carens. *Ioan. Geometra in B. Virg. Hymno 2.*

Cœlum homines luſtrans, & redueens Solis, qui carnem ex ea habuie, lumina conſpicua: *Idem ibidem.*

Cœlum ſtillans ſacra, & ampla fluenta, quibus mun-

mundus gaudet, & omne genus. *Idem ibidē*

Cœlum verſicolor, iridis inſtar amœnas virtutum formas, florigeraſque ferens. *Idem ibidem.*

Cœlum, in quo nouem menſibus tota Diuinitatis plenitudo permanſit. *D. Petrus Damian. ſerm. 1. de S. Ioan. Apoſtol. & Euang.*

Cœlum Cœli. *D. Anſelmus in Hymno 1. B. Dei Genit. Philippus Abbas libr. 1. Cant. Cantic. Ern. Prag. in Mariali cap. 2. Et Iſidor. Theſſalonic. orat. de Annunc. B. Virg.*

Cœlum, quod totius gratiæ auctorem beato aluo continuit. *Guib. Abb. in lib. de Laud. B. Mariæ cap. 5*

Cœlum, de quo fuerat præſcriptum: Et ianuas Cœli apernit, & pluit illis manna ad manducandum. *Idem lib. 1. Commentar. in Matthæum*

Cœlum innumeris virtutum ſyderibus adornatū, quorum fulgor varius moleſtas mitigat tenebras huius vitæ, dum ad ſcientiam reuocat errores multitudinis imperitæ. *Idem ibidem*

Cœlum ampliſſimis donis abundans. *Philippus Abb. lib. 1. in Cant. Cantic. cap. 18.*

Cœlum inſtar pellis per obedientiam extenſum. *Idem ibidem.*

Cœlum mirabile, quod miro modo protulit ſolum Solem, qui ſic vigilantibus diem format cum ſua præſentia, noſtrum illuſtrat aerē & perfundit, ſic noctem incutit ſomnolentis, cum interpoſita mole terrenorum peccaminum ſe abſcondit. *Idem ibidem*

Cœlum, quod illud magnum protulit luminare, quod mundo langueſcenti remedium plenius contulit ſalutare, quod quia ſolus Deus eſt, nec ei poteſt alius coæquari, dignè Sol appellatus eſt quodam priuilegio ſingulari. *Idem ibidem*

Cœlum, quod lunam protulit, quæ nocte caligantibus eluceret, cum Eccleſiam exaltauit, vt ſe cunctis lucidam exiberet, cum forma, & doctrina ſanctos Apoſtolos erudiuit, quorum conuerſatio, lumen neceſſarium terrarum habitatoribus impertiuit. *Idem ibidem.*

Cœlum, de quo inſtitia proſpexit. *Helinand. Ciſter. ſerm. 1. de Natiuit. Domini.*

Cœlum per ſublimitatem vitæ, per munditiam, & puritatem corporis, & animæ, per ſerenitatem conſcientiæ, per duo magna luminaria, id eſt, magna exempla vtriuſque vitæ actiuæ ſcilicet, & contemplatiuæ. *Idem ibidem.*

Cœlum ſtellatum tot ſyderibus, quot illuſtratum virtutibus, quot gratiarum dotibus picturatum. *Idem ibidem.*

Cœlum ſydereum virtutum ſplendoribus variè adornatum. *Theod. Laſc. in Cant. ad SS. Deip.*

Cœlum altiſſimum, & per mundi contemptum longè à terra eleuatum; ipſa enim quidquid terrenum eſt longè ſub ſe deſeruit, & bonis ſupercœleſtibus ſublimiter adhæſit. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 7.*

Cœlum calidiſſimum, igneæque naturæ per vehementiam charitatis, & abundantiam Spiritus ſancti. *Idem ibidem.*

Cœlum continens arcana Dei, id eſt, virtutes ſoli Deo cognitas, quarum vniuerſitatem in ſe continuit; vel continens arcana Dei, id eſt, Filium adhuc ignotum mundo, & abſconditum per incarnationem. *Idem ibidem.*

Cœlum, cuius motus vniformis, & ſtabilis in bono, nam B. Virgo ſecundum beneplacitum diuinæ voluntatis continuò mouebatur per obedientiam regularem, cuius regula voluntas diuina: motus etiam eius velox, imperceptibilis, quia vita eius erat abſcondita cum Chriſto in Deo Coloſ. 3. motus etiam eius cōtra planetas erraticos, quia Marię cogitatus, & opera malignis omnibus, tam ſcilicet peruerſis hominibus, hoc eſt, hæreticis, quam poteſtatibus aereis contraria, quos appellat Iudas, ſydera errantia, quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æteruum. *Idem ibidem.*

Cœlum Deo habitatore honoratum, quod dicitur de ea Iſai. 66. Cœlum ſedes mea, & Pſalm. 101. Dominus in Cœlo parauit ſedem ſuam. *Idem ibidem.*

Cœlum, de quo Eccleſ. 43. Species Cœli gloria ſtellarum; eius enim ſpecies fuit humilitas, quam Dominus concupiuit Pſal. 44. gloria vero ſtellarum fuit ornatus cæterarum virtutum, quarum humilitas theca eſt, & repoſitorium. *Idem de Laud. Virg. lib. 4.*

Cœlum, de quo Pſalm. 103. Extendens Cœlum, ſicut pellem; ſicut enim pellis totum animal tegit, ambit, continet, & inuoluit totum corpus animalis: & ſicut Cœlum totum corpus mundi complectitur, & includit; ſic etiam Maria dilectores ſuos tegit, & operit veſtimentis virtutum. *Idem de Laud. Virg. lib. 1.*

Cœlum dilatatum per charitatem, & dilectionē amicorum, & inimicorum; dilatatum etiam per miſericordiæ immenſitatem, cum non ſit, qui ſe abſcondat à calore eius; & per beneficiorum multitudinem, quia omnibus omnia facta eſt, vt quantum in ſe eſt lucrifaciat vniuerſos. *Idem ibidem.*

Cœlum extenſum Pſalm. 103. per dilatationem nominis eius, vſque ad terminos orbis terræ, quia beatam eam dicunt omnes generationes, iuxta illud Cant. 1. Oleum effuſum nomen tuum, ideo adoleſcentulę dilexerunt te nimis. *Idem ibidem.*

Cœlum, id eſt, Caſa helios, hoc eſt, Domus Solis, per fœcunditatem ventris ſui, repletionemque vteri, vel caſtigationem in vtero. *Idem de Laud. Virgin. lib. 5.*

Cœlum, id eſt, caſa helios, id eſt, domus veri Solis iuſtitiæ, in qua nouem menſibus corporaliter habitauit. *Idem de Laud. V. lib. 7.*

Cœlum micans per diffuſionem exemplorum, nam vita eius inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias. *Idem ibidem.*

Cœlum, non ſolum capax, quantum cælum, ſed in ſe continens ipſum cælum: vnde benè dicit. Eccl. 24. Gyrum cæli circuiui ſola. Gyrum cæli, id eſt, illum, qui claudit omnia,

Chriſtum ſcilicet, qui eſt gyrus ingyrabilis, circuiui gremio vteri mei, ſola, id eſt, ſine conſortio virili. *Idem ibidem.*

Cœlum orbiculare rotundum, & perfectionis circulo congyratum, ob apetitum, & deſiderium æternitatis; cum figura ſphærica deſignetur æternitas. *Idem. ibidem.*

Cœlum ordinatiſſimum: vnde Dominus ad Iob. 38. Numquid noſtri ordinem cæli, id eſt, Marię? quaſi diceretur, non tu, ſed ego ſolus, ordinata ſiquidem fuit in cogitatu, in aſpectu, in auditu, in olfactu, in guſtu, in inceſſu, in omni motu, & greſſu, & huiuſmodi. *Idem ibidem.*

Cœlum per gratiam. *Idem ibidem.*

Cœlum pulcherrimum, eo quod luminoſiſſimè, ideſt, ornatum, & decoratum vniuerſitate luminarium, Eccl. 43. Species cæli, id eſt Marię, gloria ſtellarum, id eſt, ſplendor, & fulgor virtutum, vel vniuerſitas gratiarum. *Idem ibidem.*

Cœlum, quia ſi Cælum eſt habitatio Angelorum, Maria eſt ſpiritualis, imò & corporalis habitatio ſingularum illarum virtutum, quæ ſpecialiter ſolent attribui Angelis, quæ ſunt, charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, modeſtia, continentia, caſtitas. Galat. 3. *Idem ibidem.*

Cœlum, quia ſi Cælum eſt mundi moderamen, ità Maria eſt moderamen hominum mundanorum per ſubuentionem orationum. *Idem ibidem.*

Cœlum, quia ſi Cælum eſt primarium opus Dei. Vndè Geneſ. 1. In principio creauit Deus cælum; Maria eſt primarium opus Dei dignitate, & præfiguratione: vnde ipſa dicitur Prouerb. 8. ſecundum aliam litteram: Dominus creauit me in initio viarum ſuarum. Eccleſ. 24. Primogenita ante omnem creaturam. Ibid. 26. Ab initio, & ante ſæcula creata ſum. *Idem ibidem.*

Cœlum, quia ſi Cælum non recipit diſſimilia, Maria numquam diſſimilia recepit, id eſt, vitia cum virtutibus, quia nihil inquinatum incurrebat in illam. Sap. 7. *Idem ibidem.*

Cœlum, quia ſicut à Cælo, tam ros, quam pluuia deſcendunt ad terram; à Beata Virgo habemus rorem gratiæ, & pluuiam ſanæ doctrinæ: vel rorem, & pluuiam multiplicis refrigerij contra feruorem vitiorum, & multiplicem fœcundationem ad benè operandum. *Idem ibidem.*

Cœlum, quia ſicut Cælum habet aquas ſuper ſe, vt dicitur in Pſalmo: Maria habuit de ſurſum abundantiam gratiarum, vel copiam lachrymarum in Filij paſſione, vel potius irriguum ſuperius poſt Chriſti Aſcenſionem, ex deſiderio veniendi ad eum, cum plorans ei diceret: Trahe me poſt te. Cantic. 1. *Idem ibidem.*

Cœlum, quia ſicut Cœlum, licet ſemper voluatur, nunquam tamen laſſatur; ſic Maria currens ad brauium, nunquam tædio eſt affecta, quia exemplo Filij exultauit, vt gigas ad currendam viam mandatorum Dei. *Idem ibidem.*

Cœlum, quo ad animam: vndè dicitur Ierem. 23. Cælum, & terram, id eſt, animam, & corpus Mariæ ego impleo; prius autem dicit cælum, quam terram, quia prius concepit eum Virgo in mente per fidem, & dilectionem, quam in ventre per naturę vnionem. *Idem ibidem.*

Cœlum, quod dicitur à cęlando, quia nobis cęlat arcana Dei; nam Beata Virgo diuina myſteria reprobis prudenter cęlauit, ſed ea Euangeliſtis dilucidè manifeſtauit. *Idem ibidem.*

Cœlum Sapphirinum, ob cæleſtem contemplationem. *Idem ibidem.*

Cœlum Sole iuſtitiæ illuſtratum; vndè & appellatur mulier amicta ſole. Apoc. 12.

Cœlum ſolidatum per mentis conſtantiam, & fidei firmitatem. Iob. 37. *Idem ibidem.*

Cœlum ſplendidiſſimum per diffuſionem exemplorum; nam vita eius inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias. *Idem ibidem.*

Cœlum ſubtiliſſimum per intelligentiam diuinorum. *Idem ibidem.*

Cœlum ſummè pacificum, cuius fines poſuit Deus pacem; nam acceſſum non habuit ad eam inimicus. *Idem ibidem,*

Cœlum tota, quod diſſimilia non recipit, ſcilicet, vitia cum virtutibus, de quo cœlo dicitur in Pſalm. 102. Dominus in cælo, id eſt, in Beata Virgine, parauit ſedem ſuam miniſterio Spiritus ſancti. *Idem de Laud. Virgin. lib. 3.*

Cœlum volubile, quando Saluatore concepto ſtatim viſitauit Eliſabeth. Luc. 1. Quando etiam tempore profeſſionis de Nazareth venit in Bethlehem imminente iam partu. Luc. 2. Et quando nato Filio ipſum deportauit ad templum. Luc. 2. Et paulo poſt ipſum tranſtulit in Ægyptum à facie Herodis fugiens diſpenſatiuè. Matth. 2. & poſt, annos quatuor, ſicut dicit Beda, defuncto Herode, cum ipſo redijt in terram Iſrael. Matth. 2. Filium etiam poſtea ſequebatur euangelizantem per vicos, & caſtella, & ei aſtitit Crucifixo. Ioan. 19. *Idem de Laud. Virg. libr. 7.*

Cœlum aqueum per frigidiſſimam caſtitatem, non ſolum carnis, ſed mentis, & omnium ſenſuum corporis. *D. Bonau. ſerm. 1. de Beata Virgine Maria.*

Cœlum aureum per vtriuſque hominis puritatem omnimodum. *Idem ibidem.*

Cœlum, cuius altitudinem ſolus Deus dimenſus eſt. *Idem in Speculo B. Virg. cap. 5.*

Cœlum diuinum tantis donis adornatum, vt numeranti ad numerandum ſemper reſtet. *Idem ſerm. 1. de B. V. M.*

Cœlum igneum per ardentiſſimam charitatem. *Idem ibidem.*

Cœ-

Cœlum, in quo Deus nouo modo resedit. *Idem in lib. de Ecclesiast. Hierarch. par. 4. circa finem.*

Cœlum, quia cælesti puritate, cælesti claritate, cælestibus alijs virtutibus abundauit, *Idem in Speculo B. Virg. cap. 5.*

Cœlum sydereum per patientiæ firmitatem, & gratiarum omnium copiositatem. *Idem ser. 1. de Beata Virgine Maria.*

Cœlum spirituale, summum intellectuale. *Idem in Psalt. minori B. Virg. Quinquagena 3.*

Cœlum stelliferum per omnium donorum, & gratiarum Dei copiositatem. *Idem serm. 1. de Beata Virgine Maria.*

Cœlum vniformiter semper motum, per patientiæ firmitatem. *Idem ibidem,*

Cœlum ditationis, vnde omnia meliora proueniunt. Deuteron. 28. *Albert. Magn. in Biblia super lib. Deuteron.*

Cœlum Empyreum, quia sicut Cœlum Empyreum, quam citò factum est, statim dispositum est, ordinatum est, quod non alij cæli, sic & ipsa in gratia, & sanctificatione. *Idem in Biblia Mar. super lib. Genes.*

Cœlum, & terra, quia cælestem, & terrestrem simul duxit vitam, angelicam, & humanam conuersationem habuit. *Idem sup. Missus est cap. 160.*

Cœlum, & terra, quia purissima virginitate, & fœcundissima maternitate Virgo, & Mater simul fuit. *Idem ibidem.*

Cœlum, à quo percipimus omnia Dei dona. *Iacob. de Voragine in Mariali serm. 6. C.*

Cœlum chrystallinum ratione materiæ, efficaciæ, & formæ. *Idem ibidem. Ern. Prag. in Mar. cap. 3. & Bernardin. de Busti. serm. 2. de Assump. B. Mariæ.*

Cœlum, cuius motor est ille, de quo dicitur in Psalmo; Verbo Domini cæli firmati sunt. *Idem ibidem. & D. Bonauent. serm. 1. de Beatæ Virgin. Maria.*

Cœlum Empyreum propter ineffabilem claritatem, propter capacitatem, & sublimitatem. *Idem ibidem.*

Cœlum mellifluum spirituale, quod dulcedinem protulit Paradisi. *Idem ser. 3. in vigilia Natiuit. Domini.*

Cœlum, quod lumen fidei, & gratiæ nunquam amisit. *Idem in Mariali ser. 10. L.*

Cœlum, quod mouetur ad Deum per feruentem amorem. *Idem in Mariali serm. 6. C.*

Cœlum, quod mouetur ad Filium pro nobis orando, ad Angelos ipsos in nostrum ministerium dirigendo, ad ipsos Beatos, vt pro nobis orent exhortando. *Idem ibidem.*

Cœlum sua virtute omnia sydera quotidie secum circumducens, id est, omnes sanctos ad intercedendum secum adducens. *Idem ibid.*

Cœlum sydereum per ornatum, morum, & effectum. *Idem ibidem.*

Cœlum, terram, id est, Ecclesiam totam illustrans luminaribus suorum exemplorum inebrians imbribus, id est, donis Spiritus sancti, multiplicans in fructibus, id est, in operibus bonis, & locupletans in virtutibus pretiosis. *Idem ibidem.*

Cœlum cælis ipsis latius, ac spatiosius. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6*

Cœlum cælo isto magis gloriosum, magisque spatiosum. *Idem in Mariali orat. 2.*

Cœlum cælo superius, per quod cælestibus thesauris perfruimur. *Idem in Mar. orat. 5.*

Cœlum, omninò cælo ipso lucidius, ac latius, quod mundo non solem occidentem, sed inocciduum iustitiæ Solem præbet, quod non astris visibilibus, sed intelligibilibus facibus exornatur. *Idem in Mariali orat. 1.*

Cœlum sublimissimum, atque animatum, illum, qui extendit cælum, sicut pellem, & sicut tentorium illum circumagit incarnatum ineffabiliter constringens. *Idem in Mar. orat. 5.*

Cœlum supercæleste. *Idem in Mar. orat. 1.*

Cœlum supermundanum, cuius intellectualibus terra irradiatur fulgoribus. *Idem in Mariali orat. 1.*

Cœlum Dei in spiritu suo. *Ioan. Tauler. serm. in festo Annunc. B. Virg.*

Cœlum solem tenens. *Ioan. Hondemius hymn. 1. de Partu Virgin.*

Cœlum Empyreum; sicut enim non potest locus maioris capacitatis cogitari, quam Empyreum, ità nec creatura maioris charitatis, quam Maria. *Idem ibidem. Nisique intelligendus de puris.*

Cœlum extensum sicut pellis, quia quando Spiritus sanctus superuenit in ipsam, in tantum dilatata est, & tantam lætitudinem cordis dedit ei Dominus, quod merito comparatur firmamento, & dicitur Orbis terræ. *Idem in Mariali cap. 4.*

Cœlum, quia sicut Cæli officium est conseruare res inferiores in esse naturæ, ita Mariæ propriè officium est conseruare nos in esse gratiæ. *Idem in Mariali cap. 3.*

Cœlum, quia sicut omne datum optimum bonorum temporalium desursum est, descendens à Patre luminum, mediantibus Cælo istos, & suis luminaribus; ità omne donum perfectum bonorum spiritualium ab eodem patre descendit ad nos, mediante Maria; & sicut cælum illud materiale illustrat terram suis luminaribus, fœcundat eam nubibus, & imbribus, multiplicat eam in fructibus, & generationibus, locupletat in auro, argento, & pretiosis lapidibus; ita Maria totâ Ecclesiam illustrat exemplis, inebriat charismatibus, multiplicat in bonis operibus, locupletat in virtutibus pretiosis, maximè autem corda humilium, qui recumbunt in nouissimo loco, quasi in infimo terræ. *Idem in Mar. c. 4.*

Cœlum Empyreum, quia Dei susceptit Verbum. *Barthol. de Pisis lib. 1. de Laud. V. fructu 8.*

Cœlum Empyreum ratione susceptionis diuinalis. *Idem lib. 1. de Laud. Virg. fructu 2.*

Cœlum in principio reparationis à Deo conditum. *Idem ibid.*

Cœlum ſtellis, id eſt, virtutibus innumeris fœcundatum. *Idem lib.1.de Laud.Virg.fructu* 10.

Cœlum, & cælorum, fœtus. *Iſidorus Theſſalon. in orat.de Natiuit.B.Virg.*

Cœlum è cælo,licet parentes eius è luto fuerint, & ex Adæ propagine. *Idem ibidem.*

Cœlum cæli Domino, id eſt,ad inhabitandum. *S. Vinc.Ferrerius ſer.de Expectat.Partus B.V.*

Cœlum quoad animam totam cæleſtem, pleñam claritate, & ſyderibus virtutum. *D.Antoninus in ſumma par.4.tit.15.cap.22. quod eſt de cauſis,ob quas Deus fuit cum Maria.*

Cœlum Chryſtallinum factum de aquis, quę ſuper cælos ſunt in modum chryſtalli; ſolidatæ aquæ enim ſunt cogitationes, & affectiones humanæ, quæ in nobis ſunt fluxibiles,ſed in Beata Virgine fuerunt ſolidæ, id eſt,in bono confirmatæ. *Bernardinus de Buſtis ſerm.3.de Natiuit. B. Mariæ,*

Cœlum, cuius altitudinem, & excellentiam non poteſt humanus animus perſcrutari. *Idem ſerm. 3. de Natiuit. B.Virg.*

Cœlum, cuius motor eſt Deus. Aggei 2. *Idem ibidem.*

Cœlum, cuius ſpecies gloria ſtellarum, id eſt, gloriosa varietas virtutum. Eccleſ. 44. *Idem ibidem.*

Cœlum Empyreum propter ineffabilem claritatem, ſicut enim illud cœlum eſt luciditſimum, ità ipſa tota lucet, & ſplendoribus plena eſt. *Idem ibidem.*

Cœlum illud,de quo inquit Deus. Iſai. 66. Cœlum mihi ſedes eſt. *Idem ibidem.*

Cœlum pulcherrimũ, de quo egreſſus eſt Deus. Vnde canit Dauid. Pſalm.18. A'ſummo cælo egreſſio eius: & Apoſtolus 1. ad Cor.15. Secundus homo de cęlo cæleſtis. *Idem ibid.*

Cœlum, quód à Deo motum, mouetur ad Dei per ferentem amorem, mouetur ad nos per compaſſionem,mouetur ad Filium ipſum pro nobis exorando, mouetur ad Angelos ipſos ad noſtrum miniſterium dirigendo, mouetur ad Beatos illos, vt pro nobis orent exortando. *Idem ibidem.*

Cœlum ſydereum, omnes inferiores cælos ſecum quotidie circumducens, id eſt, omnes ſanctos ad intercedendum pro nobis ſecum adducens. *Idem ibidem.*

Cœlum ſydereũ ornatum diuerſitate ſtellarum, id eſt, varietate virtutum. *Idem ibidem,& Iacobus de Voragine in Mar.ſerm.6. C.*

Cœlum ſydereum totam Eccleſię terram ſuorum exemplorum luminaribus illuſtrans, fœcundans Spiritus ſancti bonis,fructificare faciens operibus, & locupletans virtutibus pretioſis. *Idem ibidem.*

Cœlum clarum,& altum, diſtans à terra,& ſtans in ſumma altitudine pacis, vbi nullus tumultus, nulla perturbatio,nullus clamor,Solem continens iuſtitiæ. *Claud.Rap.Cæleſt.ſer.2.de Concept. B. Virgin.*

Cœlum, de quo pluit nobis Dominus pluuiam temporaneam, qua noſter fœcundetur affectus, & lucem gratiſſimam, qua illuminetur intellectus, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, *Philip. de Greve ſer.129.in Pſal.64*

Cœlum, cuius catharactas Dominus clauſit, dum copioſum illum imbrem lachrymarum, qui propter illum in ſepulchro iacentem, à virgineis oculis manare non ceſſabat, reſuſcitans repreſſit. *Robert.Bellarm.in Conc. de Reſurrect. Domini.*

Cœlum denſis dolorum nubibus in paſſione Filij obductum. *Idem ibidem.*

COENACVLVM, quia mater miſericordiæ ſuos protegendo, & mater gratiæ ſuos reficiendo. *Ern.Prag.in Mariali cap.102.*

Cœnaculum per requiem. *Bathol.de Piſis lib. 1. de Laud.Virg.fructu 2.*

Cœnaculum recreatione. *Idem libr. 1. de Laud. Virgin.fructu 8.*

COENOBIVM magnæ nobilitatis, magnæ libertatis, magnæ facultatis, magnæ ſanctitatis, magnæ charitatis, magnæ hoſpitalitatis, & magnæ religioſitatis. *Ern. prag. in Mariali cap. 110.*

COGNITIO ſplendida gratiæ. *Andr. Cretenſis orat. 2. in Annunc.*

Cognitio luciditſima. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 5.*

COHABITATRIX domeſtica, & familiariſſima Filij ſui. *Dionyſ. Carthuſ. de Laudib, Virg. libr. 3. art. 3.*

Cohabitatrix continua, ac diuturna Dei. *Idem lib.1.de Laud. Virg.art.31.*

COHÆRES Chriſti. *Philipp.Abbas lib.4.in Cautic. Canticor.cap.21.*

Cohęres Filij in Regno. *Honor.Auguſtodun. in Sigillo B.Mariæ.*

Cohæres Filij ſui, idem enim Regnum, & eandem hęreditatem participat cum filio ſuo. *Albert.Magn.ſerm.3.in Aſſumpt.B.M.*

COLLECTRIX malè conſonantium. *S.Germ.in orat.2. de Præſentat.B.Virg.*

COLLEGIVM Sanctitatis. *S. Petrus Chryſolog. ſerm.146.*

COLLIS, eligens de ſe niſi humilia non ſentire. *Philip. Abbas lib.4. in Cantic. Cauticor. cap. 16.*

Collis humilitate. *Idem ibidem.*

Collis thuris, eo quod famam bonam ſpargat, tam præſentibus, quam futuris, & accenſa carbonibus, æſtuſque violentia, vel amoris attollatur in cumulum, Deoque ſacrificium det odoris. *Idem ibidem.*

Collis thuris,id eſt,confeſſoribus, qui ſunt thus, celſitudo. *Honorius Auguſtodunen. in Sigillo B. Mariæ.*

Collis reſpectu ſolius Filij, qui maior eſt ea, ſicut mons maior Colle. *Ricb. à S. Lauren. de Laud. Virginis lib.8.*

Collis thuris, quia ſuauem Deo orationum odorem offerebat, & ſe ipſam per ſanctarum meditationum ſtudia gratum Deo ſacrificium

cium præſtabat. *Alanus de Inſul. in cap.4. Cantic.*

Collis Thuris, Dei, nimirum immolati. *Matthæus Cantacuzen.in cap.4. Cant.Cantic.*

Collis thuris, orationum ſuarum thymiamata, meditationum ſuarum fragrantiam, charitatis ſuæ incenſum, pietatis ſuæ dulcedinem, imò ſe totam Deo in holocauſtum pleniſſimè offerendo, quem collem Sponſus ipſius vberum gratioſè, ac deliciosè acceſſit, & in medio eius demoratus eſt, eius dulcedine delectatus. *Dion.Carthuſ.in Cant.art.15.*

COLLVM Eccleſiæ propter coniunctionem Diuinitatis, quæ per caput, & humanitatis, quæ per corpus ſignificatur, quia in eius vtero virginali facta eſt coniunctio diuinæ, & humanæ naturæ, & vnitum genus humanum Chriſto capiti ſuo, vt in natura humana ſimus vnum cum eo. *Idiota de B. Virgin. par.1. contemplat. 13.*

Collum, quia ſicut Collum coniungit caput corpori, ſic Beata Virgo coniungit Chriſtum, qui eſt caput Eccleſiæ, quæ eſt corpus, ſcilicet corporaliter Chriſtum gignendo, & ſpiritualiter ipſum peccatoribus reconciliando; & quia ſicut collum vniuerſis membris poſt caput ſupereminet in corpore, ſic Beata Virgo poſt Chriſtum, qui caput eſt noſtrum, excellentiſſimum eſt Eccleſiæ membrum. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſicut Collum eſt rigidum, & rotundum, & caput ſupportat, ſic Beata Virgo nunquam inclinata fuit per peccatum, ſed ſemper recta fuit, quia cælos attingebat ſtans in terra, per contemplationem cæleſtium, & quaſi rotunda per æternorum deſiderium, & nouem menſibus portauit ſuo vtero Chriſtum caput noſtrum. *Idem ibidem,*

Collum, quia ſicut per Collum interior aer emittitur, exterior verò intus attrahitur, ſic per Beatam Virginem peccatorum deuotio Deo præſentatur, & ab ipſo peccatoribus miſericordia redonatur, & quia ſicut ſaliua ab ipſo capite, mediante Collo in corpus trahitur, ſic per B. Virginem humano generi à Deo Trinitate gratię, gratia impetratur, & quia ſicut collo mediãte, deſcendit in corpus quidquid eſt ei neceſſarium, cibi, potus, potionis, medicinæ, & huiuſmodi, ſic per Beatam Virginem deſcendit Filius Dei, qui vera eſt medicina, cuius caro, & ſanguis verè eſt cibus, & potus, & denique, quia ſicut collo verba proferuntur, ſic Beata Virgo pro nobis bonum loquitur in conſpectu Dei, quoniam noſtra eſt aduocata, & precibus ſuis benè ſonantibus diſiunctos à filio ſuo benedicto per peccatum, quoties pœnitemus reconiungit, nec fraudare eam vult vnigenitus filius eius voluntate labiorum ſuorum. *Idem ibidem.*

Collum, per quod exijt ad nos verbum Dei. *Rudulphus Ardens homil.2.in Aſſump.B.M.*

Collum, quia Chriſto capiti ſic inuenitur ſubeſſe, vt non ſit dubium, reliquo eam corpori ſupereſſe, & ipſa inter caput, & corpus, videtur locum medium obtinere, nec ad ſponſum Filij ſponſi poſſunt niſi matre media pertinere. Præſente ipſa nobis ſponſa bonum eſt adhærere, abſente verò non poſſunt membra capiti cohærere, nobis longè infrà poſitis per ipſam Dei Filius condeſcendit, ad quem niſi per ipſam noſtra infirmitas non aſcendit. *Philippus Abbas libr.2. in Cantic. Canticorum cap. 7.*

Collum congruens Chriſto capiti, quod portat omnia verbo virtutis ſuæ, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur. *Helinand, Ciſtercienſ.ſerm.de aſſumpt.B.M.*

Collum turri eburneæ corporatum propter altitudinem, rectitudinem, grauitatem: in cuius altitudine ſublimitas voti, & celſitudo meriti: in fortitudine firmitas propoſita, & ſecuritas humani refugij: in rectitudine deſiderij ſanctitas, & intentionis puritas: in grauitate annis morum maturitas deſignatur. *Idem ibidem.*

Collum Eccleſiæ propter coniunctionem diuinitatis, quæ per caput, & humanitatis, quæ figuratur per corpus, quia in eius vtero facta eſt coniunctio diuinę, & humanæ naturæ. *Rich. à S. Lauren.de Laud.Virg.lib.1.*

Collum Eccleſię, Chriſti capiti aureo corpus ſuum iungens, quod eſt Eccleſia, & hoc dupliciter; nam Chriſtũ genuit Deum, & hominem, qui eſt noſtrum caput, vt noſter fieret Emanuel, & quantum in ſe eſt, nos peccando diſiunctos ab eo, ſuis orationibus eidem iterum reconiungit. *Idem de Laud. Virginis libr. 2.*

Collum planum per iuſtitiæ æquitatem, lene per manſuetudinem, pulchrum per vitę honeſtatem, & candidum per omnimodam puritatem. *Idem de Laud.Virg.lib.5.*

Collum, quia ſi per Collũ ſaliua à capite in corpus trahitur, per Mariam gratia à Deo humano generi impetratur, qua homo interior vngitur, & delinitur. Iob. 7. Vſque quò non parcis mihi, vt glutiam ſaliuam meam, id eſt, vt ſapore tuę dulcedinis in contemplatione delectes. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſi Collum duplici humero ſupportatur: Maria portanda eſt à fidelibus Eccleſiæ, vnde de ipſa dicit Eccl. 6. Subijce humerum tuum, & porta illam, hoc eſt, actus tuos ſuppone magiſterio eius, ſubijce per humilitatem, & obedientiam, porta per fortitudinem, & patientiam. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſi Collum quandoque flectitur: Maria flexibilis quoad Deum per obedientiam, & humilitatem, quoad nos per pietatem. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſi Collum vniuerſis membris poſt caput ſupereminet in corpore: Maria poſt Chriſtum, qui caput noſtrum eſt, excellentiſſimum membrum Eccleſiæ. *Idem ibidem.*

Collum,

Collum, quia ſicut Collo interior aer emittitur, & exterior attrahitur, ſic per Mariam noſtra deuotio Deo præſentatur, & Dei miſericordia, & gratia nobis redonatur. *Idem ibid.*

Collum, quia ſicut Collo mediante, deſcendit in corpus quidquid eſt ei neceſſarium, cibi, potus, potionis, medicinæ, & huiuſmodi; ita per Mariam deſcendit ad nos Filius Dei, qui vera eſt medicina, cuius Caro, & Sanguis verè cibus, & potus, quia per Mariam panem Angelorum manducauit homo in Sacramento Altaris. *Idem de Laud. Virg. lib. 2.*

Collum, quia ſicut Collo verba proferuntur, ita Maria bonum pro nobis loquitur in conſpectu Dei, quoniam noſtra eſt Aduocata; nec fraudare eam vult, nec poteſt Vnigenitus ſuus voluntate labiorum ſuorum. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſi Collo verba proferuntur; Maria cum in conſpectu Dei noſtra ſit Aduocata, bonum pro nobis loquitur, & precibus ſuis benè ſonantibus diſiunctos nos à filio per peccatum, quoties pœnitemus, reconiungit eidem. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſi Collo verbum emittitur, ex Maria Verbum Patris incarnatũ nobis apparuit; & per eam nobis à Patre tranſmiſſa vera ſalus. Io: 1. Verbum Caro factum eſt, & vidimus gloriam eius &c. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſi Collum coniungit caput corpori, Maria Chriſtum Eccleſiæ, cuius ipſe eſt caput, & ipſa corpus, & hoc dupliciter, ſcilicet corporaliter Chriſtum gignendo, & ſpiritualiter ipſum peccatoribus reconciliando. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſi Collum dicitur quaſi columna, quia rigidum eſt, & rotundum, & caput ſupportat, quaſi columna capitellum; Maria nunquam fuit inclinata per peccatum, ſed ſemper erecta, quia Cælos attingebat, ſtans in terra, & hoc per contemplationem cæleſtium, & quaſi rotunda per deſiderium æternorum, & nouem menſibus tulit in vtero Chriſtum caput noſtrum, cui videtur dicere illud. Pſalm. 24. Innocentes, & recti adhæſerunt mihi, quia ſuſtinui te, id eſt, ſurſum tenui te ſuper omnia diligendo te. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſicut corpus niſi Collo adhæreat, non poteſt capiti adhærere: ſic qui Mariæ non adhæret vera dilectione, non poteſt viri Chriſto, qui caput eſt Sanctę Eccleſię. *Idem de Laud. Virgin. lib. 5.*

Collum, quia ſicut mediante Collo deſcendit in corpus, quidquid ei eſt neceſſarium cibi, potus, & potiones, medicinæ, & huiuſmodi, ſic Maria mediante, venit ad nos Chriſtus, qui eſt medicina animarum noſtrarum, & cuius Caro, & Sanguis verè cibus eſt, & potus. Io. 6. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſicut mediante Collo formantur verba humana, ſic Maria coram Filio noſtra eſt aduocata. *Idem. ibidem.*

Collum, quia ſicut per Collum interior aer emittitur, exterior vero intus attrahitur; ita per Mariam deuotio noſtra Deo præſentatur, & ab ipſa nobis miſericordia redonatur. *Idem de Laud. Virg. lib. 2.*

Collum, quia ſicuti ſaliua ab ipſo capite mediante Collo in corpus trahitur, ita per Mariam humano generi à Deo Trinitate gratia impetratur. *Idem ibidem.*

Collum, per quod totum corpus Eccleſiæ vnitur capiti Chriſti. *Albertus Magnus ſerm. 2. in Aſſumpt. B. Mariæ.*

Collum propter compaſſionem, & pietatem; ſicut enim Collum de facili flectitur, ſic, & ipſa de facili ad compaſſionem mouetur. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 9. C.*

Collum propter eloquentię gratioſitatem; ſicut enim in Collo formantur verba, ſic, & ipſa in conſpectu Dei pro nobis loquitur bona verba. *Idem ibidem.*

Collum propter eminentiam, & dignitatem; ſicut enim poſt caput Collum præeminet omnibus alijs membris, ſic ipſa poſt Chriſtum præeminet omnibus ſanctis. *Idem ibidem.*

Collum, propter reſpirationem, & inſpirationem; ſicut enim à Collo aer interior emittitur, ſic per ipſam Deo noſtra deuotio præſentatur: & ſicut exterior aer per Collum ad corpus trahitur, ſic per ipſam nobis omnis gloria inſpiratur. *Idem ibidem.*

Collum, propter ſubminiſtrationem; ſicut enim à capite mediante Collo in corpus deſcendunt omnia nutrimenta, ſic & à Chriſto per Virginem in nos veniunt omnia Dei dona. *Idem ibidem.*

Collum, propter ſuſtentationem; ſicut enim caput Collum ſuſtentat, ſic, & illa nos omnes ſuſtentat. *Idem ibidem.*

Collum, ratione coniunctionis, quia ſicut Collum coniungit caput corpori, ſic ipſa coniungit Chriſtum, qui eſt caput Eccleſię, quę eſt corpus ſuum. *Idem ibidem.*

Collum ratione mediationis, quia ſicut Collum eſt medium inter caput, & corpus, ſic, & ipſa eſt mediatrix inter Deum, & nos. *Idem ibidem.*

Collum ratione rectitudinis, ſicut enim Collum eſt rectum, ſic & ipſa in omnibus, quæ agebat, rectam intentionem habet. *Idem ibidem.*

Collum corporis Chriſti, quod eſt Eccleſia. *Ern. Prag. in Mariali cap. 82.*

Collum, cuius ornatus eſt perfectio operum, plenitudo virtutum, illuminatio ſenſuum, ordinatio cogitationum. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſicut Collum via eſt cibi, potus, halitus, neruorum, & vocis, ita Maria mediante, deſcendit ad nos à capite noſtro caro Chriſti, quæ eſt vere cibus, ſanguis Chriſti, qui eſt verè potus, vel potus verbum Dei: nam & Euangelium Dei maximè de myſterio ſanctę Incarnationis ipſis Euangeliſtis, ipſa creditur miniſtraſſe: ipſa quoq; mediãte, & procurante

datur

datur multis multoties Spiritus vitæ, ſine quo, nec ad horã viuere poteſt corpus, & nerui, qui oſſa per totũ corpus ad inuicẽ coniungunt, nempe vincula charitatis, quæ virtutes inuicem connectunt. *Idem ibidem.*

Collum, quia ſicut ſitus Colli in corpore ſuper cætera membra eſt, & ſupra caput: ità Maria ſub capite noſtro Deo, per omnia eſt, vt Ancilla, & ſupra membra corporis Eccleſiæ, vt Regina. *Idem ibidem.*

Collum per ſupportationem. *Barth.de Piſis lib. 1.de Laud.Virg.fructu 2.*

Collum Eccleſię firmiſſimum, & candidum, tamquam turris eburnea, & ſuauiſſimum quaſi vinum, connectens Eccleſiæ membra ſuo capiti Chriſto filio ſuo, vitales hauſtus prima ſuſcipiens, & refluens, aſpirãs, & reſpirans in Eccleſiæ corpus vniuerſum. *Ioan. Gerſon. tract. 9.ſuper Magnific.*

Collum capitis noſtri, per quod omnia ſpiritualia dona corporis eius myſtico communicantur; nam omnium gratiarum, quæ humano generi deſcendunt, ſicut Deus generalis eſt dator, & Chriſtus mediator, ſic per gloriоſam Virginẽ generaliter diſpenſantur. *D.Bernardin.Senen. to. 2.ſerm.10.qui eſt de obſeruantia Sabbati.*

Collum, per quod à capite Chriſti, vitales ſpiritus gratiarum in eius corpus myſticũ transfũduntur. *Idem tomo 1. ſerm.61. qui eſt de ſuperadmirabili gratia, & gloria B. Virg. Matris Dei.*

Collum, per quod omnis influxus diuinæ gratiæ, fluens à Chriſto capite in myſticum corpus, pertranſit ad corporis membra, ſicut Salomon Cantic. 7. teſtatus eſt de Chriſto, predicens: Collum tuum, quod eſt VirgoBeata, ſicut turris eburnea. *Idem tom.1. ſermone. 52. qui eſt de ſalutat. Angelica.*

Collum transfundens gratiam corpori Eccleſiæ. *Idem. tom. 2. ſerm.51. qui eſt de Feſtiuitatibus B.Virg. & maxime Concept. Natiuit. & Annunc.*

Collum, per quod à capite Spiritus S. in nos gratiæ deſcendunt. *Bernardin. de Buſtis. ſermone 8. de Annunciatione B. Mariæ.*

Collum, quod caput corpori, id eſt Chriſtum Eccleſiæ vniuit. *Idem ſerm.2. de Aſſimil. B.M.*

Collum, per quod à capite, ſcilicet, à Spiritu ſancto, in nos gratiæ deſcendunt. *Mauritius de Villa probata ſerm. 18. Coronæ nouæ B.M.*

Collum, per quod Eccleſiæ membra, influentiã gratiarum à Chriſto capite recipiunt. *Idem. ſerm. 33. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Collum, per quod vitales ſpiritus gratiarum, in nos transfunduntur. *Idem ſerm. 15. Coronæ nouæ B. Virg.*

Collum, per quod à capite Chriſto, vitales ſpiritus transfunduntur in membra corporis myſtici. *Petrus Bardus ſermone 5. de Concept. Beatæ Virg.*

Collum corporis Eccleſiæ; ipſa enim capiti proxima, ipſa corpus cum capite iungit, per ipſam cœleſtes capitis influxus in membra deſcendunt. *Robert. Bellarmin. in Concione de Natiuit. B. Virg.*

Collum Eccleſiæ ornatiſſimum. *Idem ibidem.*

Collum Eccleſiæ, per quod à Chriſto capite omnia munera, omnes gratiæ, omnes cœleſtes influxus in Eccleſiæ corpus deſcendunt. *Idem. ibidem*

Collum omni gratia, & gloria ornatũ. *Idẽ ibidem*

COLVMBA. *D. Bernard. ſerm.3. ſuper Sal. Regina.*

Columba vnica, & ſine felle. *S. Andreas Apoſtol. ſerm. in tranſitu B. Virg. apud Amadeum rapt. 8.*

Columba ſpecioſa, quę illius ſpeciẽ Columbæ, ac ſimplicitatem demonſtrabat, quæ ſuper Dñm venit. *D. Hieron. in Epiſtola ſine ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg. ad Paulam, & Euſtochium.*

Columba in templo Domini purè ſegregata. *D. Ioannes Chryſoſt. orat. 7. in SS. Deiparam.*

Columba ſimplex. *S. Proculus in orat. 6. quæ eſt de Laud. B. Virginis.*

Columba dealbata, & innocens. *S. Amphil. Sydæ Epiſcopus orat. in SS. Deiparam.*

Columba Filij ſui. *D. Auguſt. in ſerm. de Aſſumpt. B. Virginis Mariæ tom. 10.*

Columba vnica pulchritudinis incorruptę. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 24 Martij.*

Columba caſta. *Andreas Cretenſ. Can. in Concept. Beatæ Virginis.*

Columba impolluta. *Hyſichius ſerm. 2. de Laud. V.*

Columba Spiritus ſancti. *D. Ildephonſ. ſerm. 6. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Columba irreprehenſibilis, quæ malitiæ aucupẽ deuitauit, eius machinamentis facta ſublimior. *Georg. Nicomed. orat. 1. de Præſent. B. Virg.*

Columba, cuius pennæ deargentatæ, & poſteriora eius in pallore auri ſantiſſimi, & illuminantis Spiritus fulgore radiantia, quæ ramum nobis oliuæ attulit intelligibilis diluuij finem. *S. German. Conſtant. orat. 1. in Præſent. B. Virg.*

Columba noſtra rationalis, puriſſimaquæ ob diuinum animæ ſplendorẽ niue candidior, quæ diluuio ſpirituali iam effluente, mundo ſeſe exhibuit, vnde ait Sponſus Cant. 2. Veni Columba mea, quoniam ecce hyems tranſiit, imber abijt. *Idem orat. in Annunc. B. Virg.*

Columba vnicè dilecta, non ſolum, quia tota omnino ad ſpiritus rationes ficta, & quaſi transformata in ſpiritum; verum etiam, quia homiuibus erroris hyemem iam ceſſantem oſtendit, atque vnctum oleo lætitiæ præ partícibus ſuis mundo protulit. *Idem ibidem.*

Columba electa, quæ mentem habuit pennis inauratis ſpectabilem. *S. Ioan. Damaſ. in Menæis Græcorum die 22. Ianuarij.*

Columba ſacratiſſima. *Idẽ orat. de Aſſumpt. B. M.*

Columba puriſſima, quæ in Sancta ſanctorum intrauit. *Ioan. Eubeus orat. in Concept. Sanctæ Dei Genitricis.*

Columba inter ſexaginta Reginas, quæ propter perenne puritatis priuilegium, obſidem ſeculi, Monarcham mundi, Rectorem Poli, Redemptorem ſoli, Arcangelo pronunciante, Paracleto obrumbrante, præcordijs tripudiantibus, feli-

feliciter ſuſcipere meruit. *D. Althelmus in lib. de Laudibus Virg. cap. 22.*

Columba aurea, quæ ſpiritualis diluuij ceſſationem adduxit. *S. Ioſeph. in ſuo Mariali.*

Columba caſtiſſima. *Idem ibidem.*

Columba, quæ miſericordem peperit. *Idē Ibid.*

Columba ſemper virgo. *Idem ibidem.*

Columba ſine felle. *Franc. Abb. lib. 6. de gratia Dei*

Columba Dei. *Hugo de S. Vict. ſerm. de Aſſumpt. B. M. V. & Matthæus Cantacuzenus in cap. 2. Cant. Canticorum.*

Columba ſimplicitate. *Idem ſerm. in Natiuit. vel Aſſumpt. B. M. Virg. qui eſt in ordin. 34.*

Columba Dei per charitatem. *Rupertus Abb. lib. 5. Comment. in Cant. Cant.*

Columba dilecti. *Idē lib. 2. Comment. in Cant. Cant.*

Columba gemitum pro cantu habens, illi enim gemere dulce fuit, eo quod præ cunctis mortalibus mente vulnerata eſſet. *Idem libr. 3. Comment. in Cant. Cant.*

Columba gemituoſa, intenta in foraminibus petræ, ideſt, in vulneribus Filij canendo gemens gemendo canens. *Idem lib. 2. Comment. in Cant. Canticorum.*

Columba grana candidiora colligens, quatenus conferens in corde ſuo teſtimonia de ſcriptu. ris, creditum ſibi conſeruabat ſecretum Dei. *Idem lib. 3. Comment. in Cant. Cant.*

Columba iuxta fluenta reſidens ſcripturarum, cui numquam aduentus ſpiritualis Accipitris eſſe improuiſus, aut illam conſequi, imò nec ei appropinquare potuit. *Idem ibidem.*

Columba nidificans in petris, nam in ſolitudine fidei permanentis euaſit ſerpentis antiqui venena. *Idem ibidem,*

Columba pullos alienos nutriens, nam nos, qui eramus alieni ſecundum carnem ageuere eius, viuimus meritis eius. *Idem ibidem.*

Columba ſine felle; nihil enim vnquam habuit inuidiæ, nihil odij, quod familiare eſt rapacibus coruis. *Idem ibidem.*

Columba verè, quia gratia pleua. *Idem lib. 5. Comment. in Cant. Cantic.*

Columba electa inter animas omniū hominum, qui ſaluantur, *Pſellus in cap. 6. Cant.*

Columba, cuius duæ pennę ſunt humilitas, & virginitas. *Adam de Pers. in Mariali fragm. 3.*

Columba, cuius ſimplicitatis antidoto venenati ſerpentis detegitur aſtutia multiformis. *Idem ibidem.*

Columba, in qua manet Spiritus ſanctus ad emūdationem impietatis. *Idem ibidem.*

Columba pulchra, & dives, deargentata in pennis, in poſterioribus deaurata: in pennis ſonat argentum, & lucet: indorſo ſplendet aurum, & pallor. Lux argenti refertur ad gratiā, ſonus ad doctrinam, ſplendor auri ad ſapientiam, pallor ad patienciam. Pallor qui eſt inditium vultus afflicti deſignat patientiam in aduerſis exhibitam ex amore Dei. Ergo, & gratię plenitudo, & doctrinæ rectitudo ſunt in pēnis columbæ, id eſt, in virtutibus Mariæ, fulgor cœleſtis ſapientiæ, & pallor patientiæ ſunt in dorſo Columbæ, hoc eſt in extremo actionis virgineæ. *Idem ibidem.*

Columba, ad quam verus Salomon domeſtica familiaritate, & omni creaturæ inexperta dulcedine iucundatur, dum in eius viſceribus per ſuam ſapientiam, humanam ſatuitatem ad columbinam reuocet ſimplicitatem, cum ſale cœleſtis ſapientiæ redintegrat naturæ noſtrę corruptionem. *Petrus Cellenſis ſermone 6. de Aſſumptione B. Virginis.*

Columba, cuius pennæ deargentatæ niue dealbabuntur in Selmon. Pennæ ſunt actio, & virginalis contemplatio, quæ dealbabuntur per caſtitatem, niue, ideſt incomparabiliter, in Selmon, quod interpetratur vmbra, ideſt in Verbi conceptione, Spiritus ſancti obumbratione. *Idem ibidem.*

Columba Dei, dilectione, electione, conceptione, generatione. *Idem ibidem.*

Columba obumbratione Spiritus ſancti, qui ſuper Dominum apparuit in colombæ ſpecie. *Idem ibidem.*

Columba, quæ in natiuitate fuit candida, vt lac, in conuerſatione, & profeſſione caſtitatis, vt luna, in corruptione, vt nix, deinde iam cæleſtis facta in partu, vt luna, in aſſumptione, vt ſol, fiuè, vt caſtrorum acies ordinata. *Idē ibidem.*

Columba, quę paſcitur in menſa Dei, cubat in meridie in lectulo Salomonis, reſidet in ferculo, dormit in thalamo, deambulat in horto, potat in cella, honoratur in Cœlo corona aurea cum filio ſuo Ieſu Chriſto Domino noſtro. *Idem ibidem.*

Columba Specioſa volitans ſuper riuos aquarum, vt ſe aſpiciat, & ſtatum ſuum recognoſcat, vel ut hoſtem inſidiantem ſetibus ſuis caueat, aut certè, vt de proximo habeat balneum confeſſionis, & fontem deuotionis. *Idem ſerm. 3. de Aſſumpt. B. Virg.*

Columba vna integritatis incorruptione, in toto geuere humano non habens ſimilem, & in angelica puritate, & dignitate propter diuinam generationem non habens æqualem. *Idem ſerm. 6. de Aſſumpt. B. Virg.*

Columba vna veri Salomonis, nempè Chriſti, ſiue ob naturam, quam de ea ſuſcepit, ſiue ob virginitatem, in qua diuinæ, & humanæ naturæ matrimonium coniunxit. *Idem ibidem.*

Columba alienos pullos nutriens: in huius namque vitæ ſolo animum retinet tam ſerenum, vt & exteris, & indignis clementer ſubuenire non putet alienum; imo quibuſque indigentibus, vt Iudæis, ſic Gentilibus, & ſermonibus vtilem dat doctrinam, & pari beneuolentia oſtendit moribus diſciplinam. *Philip. Abbas lib. 6. in Cant. Cantic. cap. 8.*

Columba ſelle carens, ex quo enim eam Angelus Gabriel ſalutauit, ex quo ſanctus ei Spiritus ſuper veniens obumbrauit, nullam Deo, vel actuum, vel affectuum amaritudinem propinauit,

nauit, ſed mellitam morum dulcedinem fauo ſuauius diſtillauit. *Idem ibidem.*

Columba grana eligens meliora, quia dum curam, vel ſtudium adhibet in ſcripturis, non ſolum quæuis vtilia præponit omnibus nociturís, ſed perſpicaci oculo in bonis eligit meliora, amplectens auidius quęcumq; ſponſo nouerit gratiora. *Idem ibidem.*

Columba in cauernis maceriæ, & in petræ foraminibus, non tam gemens, quam ſecuro munimine lætabunda. *Idem libro. 3. in Cant. Canticorum cap.* 12.

Columba in petræ foraminibus, id eſt, in Chriſti vulneribus nidificans, pullos ordinans, & diſponens. *Idem lib. 3. in Cant. Cantic. cap.* 11.

Columba, libenter in petra nidificans, quia in fide firma, quicquid præualet, operatur, cuius operatio petroſo fidei munimine ſolidatur, fides ſuperueniens vndarum diluuio non turbatur, ventoſa rabie non fatiſcit, timoris malleo non quaſſatur. *Idem lib. 6. in Cant. Cantic. cap.* 8.

Columba pro cantu gemens, ob deſiderium futurorum bonorum. *Idem ibidem.*

Columba, quæ ſupra petram, vel potius in petræ foraminibus conſtituta, rapaces vitat impetus, ab inſidijs manet tuta. *Idem lib. 3. in Cant. Cantic. cap.* 11.

Columba roſtro non lacerans; quibuslibet enim iniuriam facientibus vicem meritam non rependit, ſed in omni grauamine patientiam inflexibilem ſic oſtendit, vt etiam cum videret vnicum tradi Filium, traditum crucifigi, conuerti malleț impios, quam eos iuxtà meritum ſic affligi. *Idem lib. 6. in Cant. Cantic. c.* 8.

Columba ſecus fluenta libentèr habitans; diligenter enim fluentis incumbit ſcripturatum, amplexatur codices, vinit iuxtà monita Prophetarum, diuinis aſſiduè lectionibus eſt intenta, vacat ſtudio ſpirituali, curis exterioribus non detenta. *Idem ibidem.*

Columba Sponſi cœleſtis, propter æternorum abſentiam, gemens incomparabiliter, & ſuſpirans. *Idem lib. 3. in Cant. cap.* 7.

Columba Sponſi cęleſtis, ſpe futurorum hilaris, eiſdemque nondum plenè præſentibus gemebunda. *Idem lib. 5. in Cant. Cantic. cap.* 7.

Columba Dei, cui Deus ſingularis pullus fuit. *Gulielmus Paruus in cap. 6. Cantic.*

Columba Dei per fœcunditatem, & ſingularis partus nouitatem. *Idem ibidem.*

Columba propter fœcunditatem, cuius pullus ſingularis fuit Chriſtus. *Idem in cap. 2. Cantic.*

Columba propter virginitatẽ formoſa. *Idẽ ibid.*

Columba de Arca Noè egreſſa, ideſt de Eccleſia orta, quæ ramum oliuæ tempore diluuij in illam retulit, quia aquis vitiorum mundum inuoluentibus, Chriſtum de ſe incarnatum in Eccleſia effudit, qui ramus benè virentis oliuæ, quæ ſignum pacis, & concordiæ eſſe dicitur; quià Chriſtus pacificauit ea, quæ in cœlo ſunt, & in terra, ſoluens medium parietem inimicitiarum in carne ſua. *Abſalon Abbas ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*

Columba Chriſti Spiritu ſancto plena. *Honorius Auguſtod. in ſigillo. B. Mariæ.*

Columba in foraminibus petræ, ideſt, in vulneribus Saluatoris. *Idem ibidem.*

Columba, in quã transfudit Deus Spiritus ſancti Chriſmata. *Idem ibidem.*

Columba, quæ ſerenitatem attulit. *Theodorus Laſcb. Imperator in Can. ad Sanctiſſ. Deiparam.*

Columba veneranda. *Idem ibidem.*

Columba per lenitatem manſuetudinis. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib.* 5.

Columba, quæ ceſſante diluuio ramum oliuæ in ore ſuo detulit ad Noè in Arcam, Deum humano generi reconciliatum demoſtrans. *Idem de Laud. Virg. lib.* 12.

Columba, quę inter omnes aues ſola oſculũ nouit; Maria enim fecit oſculũ nouum inter omnes creaturas, ſcilicet inter cœlum, & inter terram, inter diuinam naturam, & humanam, inter virginitatem, & fœcunditatem, inter cor humanum, & fidem, inter Deum, & hominẽ, Iudęum, & Gentilem, quæ omnia maximè diſcordabant, & facto illo oſculo, quod petebat Cant. 1. dicẽs: Oſculetur me oſculo oris ſui, omnia inuicem ſunt obſculata. *Idem de Laud. B. Virginis lib.* 5.

Columba Chriſti gratia plena. *Ioan. Hailgrinus in cap. 5. Cant. Cantic.*

Columba Dei ſimplex, non inuida, ſancto Spiritu illuſtrata *Idem in cap.* 2. *Cant. Cantic.*

Columba Chriſti per vnionem. *D. Amedeus Homil. 6. de Laud. Virginis.*

Columba dulciſſima, & candidiſſima carens omni felle. *D. Bonau. in expoſit. ſup. Salue Regina, & Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 6. de Concept. B. Mariæ.*

Columba fideliſſima Noè, quæ inter ſummum Noè, & mundum, diluuio ſpirituali ſubinerſum, mediatrix extitit fideliſſima. *Idem D. Bonauent. in Speculo B. Virg. cap.* 8.

Columba fœcundiſſima, quia illum nobis genuit, qui melior eſt omnibus his, qui vnqam nati fuerunt, vel adhuc naſcentur in terra. *Albert. Magn. ſerm. 1. in. Purific. B. Mariæ.*

Columba generoſa. *Idem ibidem.*

Columba pacis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper libr. Geneſis.*

Columba prudens, quia cauens inſidias infernalis Accipitris in Nazareth habitauit. Nazareth flos, vel ſanctitas interpetratur, & certè in flore ſanctitatis commorantem, Diabolus nulla perſuaſione poterat attingere. *Idem. ſer. 1. in Purific. B. Mariæ.*

Columba ſimplex, quia ſimplicitatem ſuam cõmendabilem in hoc oſtendit, quod omni tranſitoria delectatione contempta, ſolum illud cœleſte granum elegit, quod erat in ſinu Patris, per quod ipſa etiam implera fuit omni bono. *Idem ibidem.*

Columba innocentiſſima, quæ portauit ad Arcam ramum virentis olinæ in ore ſuo, quo indica-

dicabat hominem Deo reconciliatum. *Iacob de Voragine in Mariali ſerm.2.O.*

Columba non habens fel amaritudinis, & tota plena dulcedine pietatis. *Idē in Mar. ſer. 2.V.*

Columba,quæ non nidificauit,nec nidum cordis ſui poſuit in terra, ideſt in terrena cupiditate, nec in arbore ſublimis elationis, ſed in foramine petræ,ideſt in Filij ſui vulneribus, & paſſione. *Idem in Mariali ſerm.10.C.*

Columba, quoad nidum, quoad cibum, quoad gemitum, quoad volatum, & quoad ſimplicem contitum commendabilis. *Idem ibid.*

Columba Dei per dilectionem Chriſti. *Alanus de Inſul.in cap.2.Cant.*

Columba Dei per ſimplicitatem. *Idem ibidem.*

Columba Dei ſpeciali ſimplicitate. *Idem in cap. 6.Canticorum.*

Columba in oculis nil habens iniquitatis, ſed omnia pura, omnia decore compoſita. *Idem in cap.1.Cant.Cantic.Salomonis.*

Columba ob magnam eius partus fœcunditatē. *Idem cap.4 Cant.Canticor.*

Colūba vnigeniti Filij Dei. *Idē in c.5. Cant.Cant.*

Columba Dei innoxia. *Iacobus Monachus in Marieli orat.5.*

Columba immaculata innocentiæ alis in templo circumuolitans, & virtutum collectione myſteriorum nidū conſtruens. *Idē in Mar. orat.3.*

Columba intacta in templi aditis circumuolitans, quæ malitiæ aucupem declinauit, ipſius dolis,ac fraudibus ſublimior effecta. *Idē ibid.*

Columba noſtra perfecta, quia ei ſoli perfectē datæ ſunt omnes pennæ deargentatæ,ſcilicet pudicitia triformis, pax vniuerſalis,modeſtia irreprehenſibilis, & quia ſola fuit per omnia pleniſſima Spiritu ſancto,docibilis,conſentiēs Angelis, plena miſericordiæ fontalis, incogitationibus, locutionibus, & operationibus ſtateram moderaminis, & indiei recti libram tenens. *Ern.Prag. in Mariali cap.78.*

Columba noſtra propriē pacifica, quæ pacem omnibus impetrauit, Cant.8. *Idem ibidem.*

Columba,quæ in aſſumptione ſua reuerſa eſt ad Arcam ciuitatis ſupernæ, cum ramo oliuæ virentibus ſolijs,ideſt corpore glorificato, quod eſt ſignum pacis, & fœderis inter nos, & Deum noſtrum. Gen.8. *Idem ibidem.*

Columba, quæ ſola fœminarum omnium, Columbarum proprietates optimas ſpiritualiter omnes habuit. *Idem ibidem.*

Columba Chriſti, vna electa, atque perfecta, quæ ſola ſine exēplo,& virginalis, & vidualis, & coniugalis pudicitiæ gratiam meruit obtinere. *Idem ibidem.*

Columba per operationem, *Idem ibidem.& Barthol.de Piſis lib.1.de Laud Virg.fructu 2.*

Columba tranquillitate. *Idē lib.1.de Laud.Virg. fructu.8.*

Columba immaculata. *D.Laurent. Iuſtinian. in lib. de Caſto connubio Verbi, & animæ cap.9. Andr. Creten. in Can. de Natiuit. B.Virg.& S. Ioſeph.Hymn.in ſuo Mariali.*

Columba ſponſi ſpecioſa, ſuauis,dilecta, atque amabilis. *Idem D. Laur. de Trimphali Chriſti Agone cap.18.*

Columba in foraminibus petræ,in cauerna maceriæ, quia quamdiù vixit dilatato intuitu, & ſpatioſo volatu per foramina paſſionum corporis Ieſu Chriſti, & per cauernam vulneris lateralis ſemper in eius doloribus gemuit, & continuò lamentauit. *D.Bern.Senenſ.tom.1. ſer. 61.qui eſt de ſuperadmirabili gratia, & gloria B.Virg.*

Columba propter puritatem. *D. Anton. in Sum. part.4. tit.15. cap. 12. quod eſt de miſſione Filij Dei ad Mariam.*

Columba ſine felle peccati dealbata, nine candidior,meritorum ſplendoribus Spiritus ſancti fœcundata, muneribus electa, & prælecta ex omnibus. *Idem in Sum.part.4. tit.15. c.24. quod eſt de benedictione B. M. Virg. apud omnem generationem.*

Columba Dei familiariſſima, quæ nec minimæ culpæ vnquam maculam incurrit. *Dion.Carth. in Cant.art.18.*

Columba Dei pudiciſſima, fœcundiſſima, gemitu pio ſummè repleta in ſæculo iſto, & ab omni felle alieniſſima. *Idem in Cant. art.21.*

Columba innocentiſſima, & ſimpliciſſima, quæ inſtar Columbæ extitit ſpecioſa, quia illius Columbæ ſpeciem, ac ſimplicitatem prænoſtrauit, quæ ſuper Dominum venit,docuitque Ioannem. *Idem lib.4. de Laud.Virg. art.12.*

Columba, in qua nunquam fuit radix amaritudinis, felleaue auſteritas, ſed ſimplicitas ſapientialis inuiolata. *Idem in Cant. art.8.*

Columba pudiciſſima in foraminibus petræ, ideſt in viribus,ſeù potentijs animæ ſuæ in omni gratia ſolidatæ,conſtantiſſimæ, & firmatę: puta intellectu, ac voluntate, quæ ſunt ſpiritualia foramina, per quæ anima intellectualiter cernit Deum, & cupit. *Idem ibidem.*

Columba Verbi æterni in foraminibus petræ, ideſt in intellectu, ac voluntate, quia per fidem, & ſapientiam ſui intellectus, atque per ſpem, & charitatem ſuæ voluntatis placuit ſponſo cœlesti potiſſimè. *Idem ibidem.*

Columba carens felle amaritudinis, & tota plena dulcedine pietatis. *Idem ſerm. 5. de Parturitione B.M.Virg.*

Columba diuina. *Idem ſerm.2. de Aſſimil.B.M.*

Columba in foraminibus petræ, ideſt, in vulneribus Filij ſui nidificans. *Idem ibidem.*

Columba innocentiſſima. *Idem ſerm.1.de Aſſimilatione B.M.V.*

Columba, propter ſimplicitatem, & puram intentionem,ſuper riuos aquarum, propter gratiæ plenitudinem, lacte ſota,propter maximā puritatem.Cantic.5. *Idem ibidem.*

Columba puriſſima in nullo penitus maculata. *Idem in Mariali ſerm.6.de Concept. B.V.M. D. Epiphan. ſerm.de Laud.Virg.& Iacobus Monachus in Mariali orat.3.*

Columba carens felle peccati originalis. *Paulus de*

*de Heredia in Tractat. de Concept. B. Virg.*

Columba munda à peccato originali. *Idem ibid.*

Columba prudentiſſimę ſimplicitatis. *Io. Tritb. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

Colnmba diuina, candidiſſima, quæ à ſuperno Rege miſſa veniens ad nos, portauit nobis priuilegium noſtræ reparationis, & ſalutis. *Maurit. de Villa probata ſerm. 17. Coronę nouæ B. M.*

Columbā innocentiſſima, quæ peperit in arca Noè ramum oliuæ, per hoc indicans Deum eſſe homini reconciliatum. *Idem ibid. ſer. 22.*

Columba, quæ grano delicatiſſimo veſcitur, quia circa Chriſti diuinitatem pleniſſimè delectatur. *Idem ibidem. ſerm. 17.*

Columba, quæ habuit gemitum compaſſionis in paſſione Chriſti. *Idem ibidem.*

Columba, quæ nidum ſuum, ideſt cor ſuum poſuit in foraminibus petræ, ideſt in vulneribus Filij ſui. Cantic. 2. *Idem ibidem.*

Columba, quæ nobis portauit oliuam virentem pacis, & reconciliationis. *Idem ibidem.*

Columba, quæ portauit ramum oliuæ in ore ſuo, dum Deum nobis reconciliauit. *Idem ibidem, ſerm. 5.*

Columba mundiſſima abſque felle peccati originalis. *Petr. Gal. lib. 7. de Arcan. cap. 5. Et Iacobus Monachus in Mariali orat. 3.*

Columba Dei per Spititum ſanctum in eam ſuperuenientem. *Ioan. Picus lib. 2. in Cant. cap. 3*

Columba Dei, quæ ſimplicitatem columbinam, mititatem, & humilitatem, quæ donorum Spiritus ſancti plenitudinem, & eius chariſmatum omnium abundantiam commodè exprimere ſuffecit; tantam enim horum omnium copiam diuinitus accepit, vt illa propemodum non ad menſuram aſſecuta videatur. *Id. lib. 3. in Cantic. cap. 5.*

Columba originali felle minimè fermentata. *Idem lib. 1. in Cantic. cap. 15.*

Columba vnicè Vnigeniti. *Idem lib. 3. in Cantic. cap. 6.*

Columba Dei vna, quia vnica diligens, vnicè dilecta, vna (inquam) ab æterno electa, & ante mundi cōſtitutionem ſacris myſterijs prę-ordinata, & ab omni inquinamento ſceleris cœlitus prę-ſeruata, ipſa enim tota ſancta, tota munda, tota clara, vt in ea nihil ſit pœnitus, niſi ſanctitas, puritas, dilectio, claritas, ſimplicitas, & bonitas: niuem ſuperans albedine, chriſtallum puritate, & ſolem ipſum meridianum, naturali fulgore: mundum illuſtrans vniuerſum, & iugiter abſque deliquio cunctos illuminans, ſanans, purificans, qui ex ea ſanctitatem, puritatem, gratiam, & veniam, vera, & ſincera intentione percipere deſiderant. *Dionyſ. Faber. tract. 1. de Concept. B. Virg.*

Columba celer per montium culmina peruolans in viſitatione. *S. Thom. de Villanoua in Conc. de Natiu. B. Virg.*

Columba caſtiſſima, cuius gemitus Spiritui ſancto modis omnibus placet. *Ludou. Eloſius in Endologia 3. ad B. Virginem.*

COLVMNA. *D. Bernard. ſer. 3. ſuper Saluc Reg.*

Columna ignea ducens eos, qui ſunt in tenebris. *Andr. Cretenſ. orat. 2. in Annunciat.*

Columna virginitatis. *Idem ibidem.*

Columna viuifica, non carnalem per lucem deducens Iſraelem, qui fugatur, ſed ſpiritalem, qui deducitur ad inetrantem lucem cognitionis diuinis illuminans facibus. *Idem orat. 3. de Dormitione B. Virg.*

Colnmna viua. *Anonymus in Enchologio, ſeu Rituali Græcorum in Canone funereo pro mulieribus defunctis.*

Columna ignis præfulgens, nos, qui in vitæ huius ſolitudine cum viarum erroribus luctanmur, proficientes antecedens, vſque dum ad cæleſtem hæreditatem pertingamus. *Theoph. Nicenus in Menæis Græcorum 23. Febru.*

Columna ignea, qnæ humanum genus in ſupernam vitam introduxit. *S. Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Columna ignis, non tantum diuinum circumferens ignem, verum etiam contra ſpiritualem Pharaonem diuinum, nouumque populum circumuallans. *Ioann. Geometra ſerm. in Annunciat. SS. Dei Genitricis.*

Columna rectitudine. *Hugo de S. Victore in Nat. vel Aſſumpt. B. M. V.*

Columna firmata in Sion, ideſt, in Eccleſia, ſuper cuius laudabilem vitam tota Eccleſia inititur ſulta. *Honorius Auguſtodun. in Sigillo B. Mariæ.*

Columna lucis ignea, ac ſolaris. *Theod. Laſch. Imp. in Can. ad SS. Deiparam.*

Columna noſtræ infirmitatis. *Rich. à S. Laurent. de Laude Virg. lib. 6.*

Columna nubis Eccleſ. 24. imbecilla Chriſti membra ſuſtentando, & his, qui exuruntur, caumate obumbrando. *Idem de Laude V. lib. 7*

Columna nubis in die, ideſt, in proſperitate, & ignis in noctis aduerſitate. *Idem ibid.*

Columna noſtram ſuſtentans fragilitatem. *Dln. Anton. de Padua ſerm. in Domin. 5. poſt Trinit.*

Columna nubis, in qua, qui in altiſſimis habitat, apud Patrum ſuum ſtatuit Thronum. *Idem ibidem.*

Columna, qnæ prę-ceſſit, & protexit filios Iſrael per deſertum, ita ſtabilis, vt nec ab ipſis peccatoribus recedat. *Hugo Carenſis in caput 24. Eccleſiaſtici.*

Columna ignis illuminans nos, imò illuminans mundum multis miſericordiæ ſuę beneficijs. *D. Bouau. in Speculo B. V. cap. 3.*

Columna luminoſa. *Idem ibidem.*

Columna nubis proregens nos ab æſtu diuinæ indignationis, & ab æſtu diabolicę tentationis. *Idem ibidem.*

Columna immobilis, quę moriente Chriſto, omnibus in fide vacillantibus, ſola perſtitit in fide. *Albert. Magn. ſerm. 3. in Aſſumpt. B. M. V.*

Columna immobilis, quæ omnes tribulationes in multa patientia ſuſtinuit lenitate. *Idem ſer. 2. in*

2. *in Annunciatione Beatæ Mariæ Virgin.*

Columna nubis, populum in terram promiſſionis introducens. *Idem ſuper Miſſus eſt c.220.*

Columna totius Eccleſiæ per fidem. *Idem in Poſtillis ſuper caput 1. Lucæ.*

Columna immobilis ſuper quam innixus eſt totus mundus. *Iacob de Vorag. ſerm. 3. de Annunciat. B. Virg.*

Columna nos ſuſtentans. *Idem in Mariali ſer. 9. & Bernardin. de Buſtis ſer. 2. de Aſſimil. B. M.*

Columna Columnarum, dicitur namque Prou. 9. Sapientia ædificauit ſibi domum, cæleſtem videlicet manſionem, excidit columnas ſeptem, ideſt, ordines columnarum, qui ſunt ſeptem ordines Beatorum, nempè Columnæ argenteæ Angelorum, Columnæ aureæ Apoſtolorum, Columnæ ferreæ Martyrum, Columnæ Æneæ Confeſſorum, Columnæ lignææ cedrinæ Virginum &c. *Ern. Prag. in Mar. c.119.*

Columna fortiſſima, quę toto illo Sabbato ſancto totam Eccleſiam, alijs columnis concuſſis fideliter ſupportauit, ideò meritò ipſa die Sabbati ſibi vendicat, ſicut, & Filius eius in diem reſurrectionis. *Idem ibidem.*

Columna nubis aromaticæ, ex vniuerſis pulueris pigmentarij, aſcendens, & vapore ſuauitatis totam habitationem cęli replens. *Idem ibid.*

Columna nubis, propter fortitudinem, & propter velocitatem proficiendi. *Idem in Mar. c.45*

Columna præcipua, & nobiliſſima Eccleſiæ. *Id. in Mariali cap.119.*

Columna, quę tempore paſſionis, quando omnes Diſcipuli Chriſti, qui videbantur Columnæ eſſe, relicto eo fugerunt, ſtetit iuxtà aliam Columnam, ideſt, iuxtà Crucem. *Idem ibidem.*

Columna ſecundi Adę; fuit enim ipſa mulier fortis, & Columna, & ita amica fidelis; vt in ea confideret, & requieſceret vir in ſua reconciliatione. *Idem ibidem.*

Columna verè alta in fide, erecta in ſpe, fundata, & radicata in charitate, recta in intentione, excelſa in conuerſatione, ſupportans infortitudine. *Idem ibidem.*

Columna vnica, in ſe indiuiſa, & ab alijs valdè in omni gratia, & dignitate, & vtilitate diuiſa: ignis propter feruorem amoris ad Deum, & nubis per gratiam charitatis ad proximum, per quam ſicut olim per columnam maxima beneficia fecit Deus Filijs Iſrael exeuntibus de Ægypto, & errantibus in deſerto, ita nunc idem Deus maxima bona facit exeuntibus de peccato, & peregrinantibus in hoc mundo. *Idem ibidem.*

Columna igne charitatis, & miſericordiæ Filios Iſrael illuminans, ideſt, Chriſticolas in preſenti miſericordię beneficijs. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 8.*

Columna in ea ſperantium. *Idem ibidem.*

Columna martyribus. *Idem ibidem.*

Columna nubis, ardorem dolorum refrigerans Adamo, & Euę. *S. Vincent. Ferrer. ſerm. de Concept. V. M.*

Columna, ſupra quam conſtructus eſt mundus; nam ſi Deus ante creationem Adę peccatori non ſtatuiſſet Immaculatam Virginem Redemptricem futuri peccati incarnatione, & paſſione Filij ſui, mundum non creaſſet. *Paulus de Heredia in Tract. de Concept. B. V.*

Columna, ſupra quam mundus ſuſtentatur. *Idem ibidem.*

Columna ignis, quam miſit Deus, vt nos accenderet, & igne ſuę exemplaritatis illuſtraret, & in terram promiſſam perduceret. Exod. 13. *Bernard. de Buſtis ſer. 2. de Aſſumpt. B. M.*

Columna omnis poteſtatis. *Idem in Mariali ſer. 2. de Coronatione* B. M.

Columna peccatorum. *Maurit. de Villa probata ſerm. 12. Coronæ nouæ* B. M.

Columna mundi. *S. Thom. de Villanoua in Conc. 2 de Aſſumpt. B. V.*

COMES per mare currentium. *Ioan. Geom. in B. Virg. Hymn. 4.*

Comes indiuidua Ieſu, adeo vt nec procella perſecutionis, nec horrore ſupplicij à conſectatu filij, & magiſtri potuerit abſterreri. *Guerric. Abbas ſerm. 4. de Aſſumpt. B. M.*

Comes indiuidua Saluatoris. *D. Bernard. ſerm. de B. M. cuius initium Aue Maria.*

Comes præclara humilitatis. *Guilielmus Parvus in cap. 6. Cantic.*

Comes noſtra. *S. Dem. in Comp. con. de Salut. Ang.*

Comes iucunda ad confabulandum, humilis ad miniſtrandum, diues ad exhibendum, potens ad protegendum, ſapiens ad inſtruendum, & miſericors ad ſupportandum. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 2.*

Comes facundus, pro vehiculo, in noſtra peregrinatione, cuius non habet amaritudinem conuerſatio, nec tædium conuictus, ſed lętitiam, & gaudium: dulci namque refouet ſermone, quos duplex afficit tędium vię prolixioris, affectiones ſanctas, deuotas meditationes, ſincera deſideria, & caſtas ingerens cogitationes ſuis precibus, & meritis. *Anton. Tocg. ſerm. 8. de Concept. B. Virg.*

Comes indiuidua Filij ſui in paupertate, in itineribus, in perſecutionibus, in doloribus, in anguſtijs. *Robert. Bellarm. Concione 1. ſuper Miſſus eſt.*

COMMARTYR Chriſti. *Guliel. Parvus in cap. 3. Cantic.*

COMMIGRATIO à morte. *S. German. Conſtant. orat. 2. de Aſſumpt B. Virg.*

COMMILITO adiutrix, & inſuperabilis. *Nicetas Coriates lib. 5. apud Nomencl. Marian.*

COMMINATRIX omnium lædentium ſeruos, & ancillas Filij ſui: Iudith. 16. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſup. lib. Iudith.*

COMMORATIO Filij Dei mundum intrantis. *Andr. Cret. in Menæis Græcor. die 1. Auguſti. ode 8. de SS. Machabæis.*

COMMVNICATIO, quam omnes deſiderant. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 5.*

COMMVTATIO ſterilitatis, quę bonorum omnium

nium carentiam à mundo abſtulit, & miraculum manifeſtè oſtendit Chriſtum cum hominibus conuerſantem. *S. Ioann. Damaſc. Can. in Natiuit. B. Virg.*

Commutatio tribulatorum ſaluans animam tribulatam. *Theod. Laſcb. Imperat. in Can. ad SS. Deiparam.*

COMPARATRIX vitæ æternæ. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

COMPARENTALIS Patri æterno, eundem cum illo filium habens, quod eſt dignitas quodammodo infinita. *Dionyſ. Carth. lib. 1. de Laud. Virg. art. 4.*

Comparentalis ſimillima Patri æterno, cum eundem conceperit, pepererit, & indefectibiliter habeat Filium, quem Pater æternus; quem enim Pater genuit ab æterno ſine Matre, ipſa optima Virgo genuit in tempore abſque Patre, ideſt viro ad eius fæcunditatem non concurrente. *Idem ibidem art. 15.*

Comparentalis æterni Patris; eundem enim Filium produxit in tempore abſque Patre, quē ille ante luciferum genuerat, & ab æterno ſine Matre. *Io. Mauburn. in Roſario de Præconijs B. Virg. membro 1.*

COMPARTICEPS diuinæ miſericordię. *Ioan. Picus lib. 2. in Cant. cap. 13.*

COMPENDIVM eorum, quæ clamarunt Prophetarum Chori. *Andr. Cret. orat. 3. de Dormition. B. Virg.*

Compendium vitæ. *Adam. de Perſ. in Mariali fragm. 2.*

Compendium itineris noſtri, quia per eius medium citius peruenitur ad portam ſalutis. *Bernard. de Buſt. ſer. 2. de Aſſimil. B. M.*

COMPLEMENTVM luculentiſſimum omnis prophetię. *S. Germ. Conſt. ſerm. in Natinit. B. Virgin.*

Complementum poſtFilium omnium, quæ facta ſunt, & quę futura ſunt. *Rich. à S. Lauren. de Laud. Virg. lib. 2.*

Complementum bonorum, quę expectabantur. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

Complementum diuinorum oraculorum. *Idem in Mariali orat. 2.*

Complementum Prophetarum, quod ex Sanctis Ioachim, & Anna nobis aduenit. *Idē ibid.*

COMPLEXIO eius, qui cætera complectitur. *S. Method. homil. in feſto Purific. B. V.*

COMPOSITIO maximi, infinitique pretij virtutum omnimodę caſtimonię vnguenta perſpirans. *S. Ioan. Damaſcen. orat. 4. de Natinit. B. Virgin.*

Compoſitio inimicitiarum. *Io: Geometr. in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

COMPREHENSIO cuncta continentis, & comprehendentis. *S. Method. homil. in feſto Purificat. B. Virgin.*

Comprehenſio incomprehenſibilis, per quam Sancta Trinitas per vniuerſum orbem glorificatur, & adoratur: per quam Cœlum exultat: per quam Angeli, & Archangeli lætantur; per quam Dęmones fugantur: per quam Diabolus tentator cœlo decidit: per quam prolapſum plaſma in Cœlum recipitur: per quam vniuerſa creatura Idolorum veſania detenta ad cognitionem veritatis venit: per quam ſanctum contingit baptiſma credentibus: per quam oleum eſt exultationis: per quā per totum orbē fundatæ ſunt Eccleſiæ: per quā gentes ducuntur ad pœnitentiam: per quam Vnigenitus Dei Filius ijs, qui in tenebris, & vmbra mortis ſedebant, lux reſplenduit: per quam Prophetę prænunciarunt: per quam Apoſtoli ſalutem gentibus prædicauerunt: per quam mortui excitantur: per quam Reges regnant. *D. Cyrill. homil. 6. dicta Epheſi contra Neſtorium.*

COMPREHENSOR ſecundum quid in hac vita. *D. Anton in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 20.*

COMPRODVCTRIX viſibilium, & inuiſibilium ad hanc pulchritudinem creaturarum. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Annunc. B. V.*

CONCAVSA, ex qua, & per quam, Deus noſter factus eſt frater noſter, creator noſter factus eſt noſter Saluator, iudex noſter factus eſt noſter aduocatus, & Dominus ſcientiarum factus eſt Magiſter noſter, ac legiſlator, & Dominus Angelorum inter homines conuerſari dignatus eſt. *Dion. Carth. lib. 1. de Laud. Virg. art. 9.*

Concauſa prima illuminationis mundi cum Filio. *Idem lib. 2. de Trec. Maria art. 5.*

CONCEPTACVLVM miraculorum. *S. Greg. Thaum. orat. 2. de Annunc. B. V.*

Conceptaculum incorruptum, & illuſtre Sacroſanctę Trinitatis Patris, Filij, & Spiritus ſancti. *Anonym. in Menæis Græcorum die 25. Ianuarij.*

Conceptaculum Dei, quod eſt, vel cælis ipſis latius. *D. Georg. Nicomed. orat. de Exitu SS. Dominæ noſtræ Deiparentis quando fuit oblata in templo.*

Conceptaculum luminis, ex quo ſalutis radij orbi vniuerſo illuxerunt. *Idem orat. 1. de Præſentat. B. Virgin.*

Conceptaculum Dei. *S. Io: Damaſc. orat. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Conceptaculum non actionis dumtaxat, ac potentię diuinæ, verum eſſentiæ, ratione ipſiuſmet perſonæ Filij, ac Dei. *Idem orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Conceptaculum illius, qui fundauit montes, hortumque paradiſi plantauit. *Ioan. Eub. orat. in Concept. S. Genitricis.*

Conceptaculum luminis, ex quo ſalutis radij orbi terrarum illuxerunt. *Iacobus Monachus orat. de Natiuit. B. Virg.*

CONCEPTRIX omnipotentis Filij Dei. *S. Petr. Cluniac. lib. 3. Epiſtolar. epiſt. vltima Tom. 12. Biblioth. PP. p. 2.*

CONCHA, genitrix pretioſiſſimæ margaritæ, nempè Chriſti. *D. Athanaſ. in quæſtionib. variis quæſt. 119.*

Con-

Concha in mundi mare genita, quæ cœlitus ex diuinitatis fulgetra in vtero cõcepit, & Chriſtum ingentis pretij vnionem peperit, ex qua Rex glorię carnis purpura conueſtitus, ad captiuos ſe conferens, remiſſionem, ac veniam prædicauit. S. Io: *Damaſcen. orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Concha animata, quę purpura ſui ſanguinis impollura rubicundam, ac puniceo colore ſplendentem tunicam Regi omnium effecit, & Adami nuditatem cooperuit. *S. Ioan. Damaſcen. in Can. SS. Deip.*

Concha, quę viua manens, de intaminato ſanguine ſuo rubrum, & inſtar purpurę lucens, paludamentum pro rerum omnium Rege tinxit, & ſimul per illud nuditatem Adami operuit. *Idem in Menæis Græc. die 27. Ianuarij.*

Concha, quæ diuinam margaritam protulit. S. *Ioſeph Hymni in ſuo Mariali.*

Concha myſtica, quæ à ſaxo non abſcinditur margaritifero, quod ex diuinitus illuminato fulgetro ei adhæſit, *Simeon Metaphraſt. orat. in Lamentat. Deiparæ. Virg. Mariæ.*

Concha, quam Gedeon, id eſt Chriſtus impleuit rore expreſſo de vellere, & de illa plenitudine, quam contulit, omnes accepimus gratiam pro gratia. *Idiota de Beata Virg. par. 14. contemplat. 18.*

Concha marina, ex qua vere vnio natus fulgore ex dio, & purpureo latice. *Ioann. Geom. in B. Virgin. Hymn. 1.*

Concha margaritifera. *Hugo de S. Victore lib. 2. de Beſtijs, & alijs rebus cap. 35.*

Concha Gedeonis rore plena; Deus enim totam aream rigaturus, prius rore vellus infudit, & ipſum mundum redempturus in Mariam mundi pretium contulit vniuerſum: tanta ſiquidem gratia repleta eſt, quæ plenum gratiæ, & veritatis paritura erat, vt de plenitudine eius omnes poſſemus accipere. *Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Concha Gedeonis rore plena. *Balduin. Deuon. in Tract. de Salutat. Angelica.*

Concha marina, quæ de rore cæleſti vnionem genuit, quando de virtute Spiritus Sancti, Chriſtum Dei vnigenitum concepit. *Cæſarius Ciſtercien. homilia in Feſto SS. Catharinæ, & Luciæ.*

Concha marina, ſecundum figuram Gedeonis, rore cæleſtis gratiæ plena. *Idem ibidem.*

Concha, quam Gedeon expreſſo vellere rore impleuit. Indic. 6. quia Chriſtus Mariam repleuit gratia, quam retraxit à Synagoga. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 9.*

Concha, quam Gedeon, id eſt, Chriſtus impleuit rore expreſſo de vellere, & de illa plenitudine, quam contulit Matri, omnes accipimus gratiam pro gratia. Io: 1. adhuc, & ipſa non ceſſat corda concaua per humilitatem rore gratiæ adimplere. *Idem de Laud. Virgin. lib. 1.*

Concha deſignata. 2. Paralip. 4. per decem conchas, quas fecit Salomon in templo, vt omnia holocauſta, quæ offerenda erant, abluerentur in eis. *Idem de Laud. Virg. lib. 9.*

Concha rorida Gedeonis cæleſtis. *D. Bonauen. in Laud. Beatiſſ. Virg. Mariæ.*

Concha gratiæ. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Concha humore gratiæ adimpleta. *Idem ſer. 1. in Dominic. infra octauam Natiu. Domni.*

Concha marina, nobilis, in qua inuenta fuit pretioſa illa Margarita, quam rebus corpore, & anima comparare debemus, videlicet dulcis Ieſus Chriſtus. *Idem in ſerm. de S. Margaræ Virgine.*

Concha Dei. *D. Anton. in ſumma par. 3. tit. 15. cap. 22.*

Concha quæ ſe aperuit Angelo conſenſum prębendo, vt rorem cæleſtem reciperet, & margaritam, id eſt, Chriſtum intra ſua viſcera conciperet. *Maurit. de Villa probata ſer. 22. Coronæ Nouæ B. Mariæ.*

Concha electa melliſluum amoris adipem ſtillans. *Ludouic. Bloſius in Endolog. 2. ad B. V.*

CONCHILIVM, cæleſtem illam margaritam nobis recludens, qua ab auita ægeſtate noſtra liberati ſumus. *Leo Imperat. in orat. de Annuneiat. B. V.*

CONCILIATIO alienatorum. *S. Germ. orat. 2. in Dormitione B. Virg.*

CONCILIATRIX efficaciſſima totius orbis terrarum. *D. Ephrem in ſerm. de Laud. B. Mariæ Virgin.*

Conciliatrix bonorum, quam cõditore dignam donauit nobis diuina prouidentia: non quæ ad obedientiam incirer, ſed quæ ad obſequendum ductrix exiſtat: non quæ fructum lætiferum porrigat, ſed quæ panem vitalem præbeat: non quæ animo facile laſciuiat, ſed quæ robuſto ſenſu exiſtat: non mollem cogitatione, ſed mente firmam. *Theodor. Ancyr. orat. 1. in B. Virginem.*

Conciliatrix ſanctitudinis, ac puritatis vniuerſitati creatorum. *Leontius orat. in Occurſu Domini ſiue in Purific. B. Mariæ V.*

Conciliatrix vitæ. *Andr. Cretenſis, orat. 2. de Dormitione B. Virgin. & S. Io: Damaſc. in Octoec. Græcorum.*

Conciliatrix pacis animarum noſtrarum. *Anonym. in Euchelog. ſeu Rituali Græcor. in officio funereo in Sacerdotem vita functum.*

Conciliatrix æternorum bonorum. *Georg. Nicomed. Archiep. orat. 2. in Concept. Deiparæ.*

Conciliatrix magnorum beneficiorum. *Idem in orat. de Exitu Sanctiſi. Dominæ noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Conciliatris voluptatis animi. *Idem orat. 1. in Concept. Deip.*

Conciliatrix benedictionis. *S. German. in ſuo Mariali fragm. 4.*

Conciliatrix bonorum omnium à cunctis agnita. *Idem orat. 2. in Dormit. B. Virg. S. Io: Damaſcenus orat. de Aſſump. B. M. & S. Ioſeh Hymn. in ſuo Mariali.*

Con-

Conciliatrix eorum, qui malè diſſentiunt. *Idem orat. 2. de Repræſentat. B. Virg.*

Conciliatrix gaudij noſtri per partum ſuum, nos gaudij futuri dignos efficiens patrocinio ſuo. S. *Io: Damaſc. in Paracl. B. V.*

Conciliatrix nobis lætitiæ, & gaudij æterni. *Idem ibidem.*

Conciliatrix nobis vitæ æternæ interceſſionibus ſuis. *Idem ibidem, & in Oct. Deip. Græc.*

Conciliatrix bonorum ſupernaturalium habitatoribus terræ. *Idem in Oct. Deip. Græc.*

Concliatrix primæuę beatitudinis humano generi. *Idem Can. in Natiu. B. Virg.*

Conciliatrix ſola mortalibus in terra verſantibus bonorum ſupernaturalium. *Idem Can. in Encom. S. Reſur. Chriſti.*

Conciliatrix diſſidentium re ipſa probata; per illam ſiquidem contubernales Angelorum in cęlis homines ſunt. S. *Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Conciliatrix vnica gaudij hominibus, quia maledictionem exterminauit, & gratia ſua primorum parentum mærorem protulit. *Idem ibidem.*

Conciliatrix nobis eius vitæ, quę ſermone, ductuque rationis agitur. *Theophilactus in orat. de Præſentat. B. Virg.*

Conciliatrix Verbi de Verbo, quod in eius ſacratiſſimo vtero caro factum eſt, locuturis. *Arnold. Carnot. in tract. de Laudib. Mariæ Tom. 12. Bibliothec. PP.*

Conciliatrix pacis. *Matth. Cantacuzen. in cap. 6. Cantic. Canticorum.*

Conciliatrix gaudij. *Iacobus Monachus orat. de Natiuit. B. Virgin.*

Conciliatrix ineffabilium bonorum, & beneficiorum mentis captum ſuperans. *Idem in Mariali orat. 6.*

Conciliatrix lætitię ex Sanctis Ioachim, & Anna exorta. *Idem in Mariali. orat. 3.*

Conciliatrix lętitię præſentis, & futurę. *Idem in Mariali orat. 1. & Gregor. Niceomed. orat. 1. de Præſent. B. Virg.*

Conciliatrix præcipuarum diuitiarum. *Idem in Mariali orat. 2.*

Conciliatrix regenerationis noſtrę. *Idem ibid.*

Conciliatrix noſtra apud Filium. Io: *Thauler. in tract. de Decem cęcitatibus cap. 11. & D. Ephrem. in Threnis, ſiue Lamentat. SS. Virg. Mariæ ſuper Paſſione Domini.*

Conciliatrix inter nos, & ęternam ſapientiam. *Henric. Suſo in cap. 16. Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Conciliatrix noſtra apud dulciſſimum Filium ſuum. *Idem ibidem.*

Conciliatrix optatiſſima veniæ, gratięque. *Ludouic. Bloſius in Endologia 1. ad B. V.*

Conciliatrix ſalutis. *Idem in Canone vitæ ſpiritualis cap. 18. & D. Io: Damaſc. in Paracl.*

CONCILIVM diuinitatis. *S. Io: Damaſc. in Paraclet. Græcorum.*

CONCLAVE nuptiale, editum ei, qui tempeſtatibus tempeſtates, annoſque annis commiſcet. S. *Io: Damaſc. in orat. 4. de Natiu. B. V.*

Conclaue ſolis abditi, qui creauit, & deſtruxit luminaria magna fortiſſimè. *Idem in Cantic. Eccleſiaſtic. Græcor. ſono 1.*

Conclaue Verbi. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 1. Luc.*

CONCORDATRIX terrenorum cum cœleſtibus. *D. Eleutherius ſer. de Annunc. V. B.*

CONCVLCATRIX triumphaliſſima omnium Dei hoſtium inſuperabilis ſtrenuitatis. *D. Bernardin. Senenſ. Tom. 3. ſer. 3. de Aſſump. B. Virg. D. Dionyſ. Carth. lib. 4. de Laud. Virg. art. 9. & Bernard. de Buſt. ſer. 2. de Aſſump. B. M.*

CONCVRSVS in vnum eorum, quæ diſſita erant. *Theod. Laſch Imperator in Cant. ad SS. Deiparam.*

CONDECORATRIX naturæ. *Rupert. Abbas lib. 6. Comment. in Cant. Cancicor.*

CONDIMENTVM omni virtute conſtans. S. Io: *Damaſc. orat. 4. de Natiu. B. Virg.*

Condimentum virtutum omnibus iuſtis. *Honorius Auguſtodun. in Sigillo B. M.*

Condimentum naturę. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 3.*

CONDISPENSATRIX fidelis diuinę miſericordiæ. Io. *Picus lib. 2. in Cantic. cap. 43.*

CONDITIO pręclara noſtrę ingenuitatis. *D. Idephonſ. in lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 12. & vltim.*

CONDITRIX Dei infantis. S. *Proclus in orat. 6. quæ eſt de Laud. B. Virg.*

CONFIDENTIA eorum, qui lapſi ſunt. *Iacob. Monachus in Mariali. orat. 6.*

Confidentia ſperata. *Idem ibidem.*

Confidentia deſperatis, & deſolatis. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fruct. 10.*

Confidentia deſolatis. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 3. de Natiuit. B. Mariæ.*

Confidentia vnica mortalium poſt Deum. Io: *Trithem. in orat. ad Virg. quæ incipit, Aue Sole ſplendidior.*

CONFINIVM vtriuſque legis. *Dion. Carth. lib. 3. de Præc. Mariæ art. 26.*

CONFIRMATIO eorum, qui ſtant. *S. Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Confirmatio iuſtorum. *Adam Præmonſtratenſis lib. 1. ſerm. 40.*

CONFIRMATRIX noſtra in omni veritate. *D. Hieron. in Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg. ad Paulum, & Euſtochium.*

CONFORMATRIX varietatis, & decoris ante contexti pepli vniuerſi huius mundi. *Iſidorus Theſſalon. orat. de Annunciat. B. Virg.*

CONFORTATIO bonorum. *D. Birgitta in ſerm. Angelico de Excellentia B. M. V. cap. 19.*

Confortatio deſperatorum. *Bernardin. de Buſt. in ſuo Mariali ſer. 2. de Coronat. B. M.*

CONFORTATRIX Martyrum. *D. Birgitta in ſer. angelico de excellentia Virg. cap. 19.*

Confortatrix Religioſorum. *D. Anton. in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 6.*

CON-

CONFVGIVM Chriſtianorum. S. *Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Confugium noſtrum. *Theod. Laſcb. Imperat. in poem. B. Virgin.*

Confugium periclitantium. *D. Laurent. Iuſtinian. in ſerm. de Annunciat. B. Mariæ Virg.*

CONGREGATIO gratiarum, non tranſitoria, ſed perpetua. *Albertus Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 160.*

Congregatio omnium gratiarum. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 2. M.*

CONGREGATRIX errantium. *D. Bonauent. in Cantic. Pſalterij B. Virg.*

CONIVGATA ſine corruptione. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 8. de Annunc. B. M.*

CONIVNCTIO eorum, quę erant malè diſiuncta. *S. German. in orat. 2. de Præſent. B. V.*

CONIVNCTRIX iam olim diſiunctorum. *S. German. orat. 2. de Præſent. B. Virg.*

CONIVX S. Ioſephi, non ex coniugij communicatione, ſed ex diuinorum myſteriorum diſpenſatione. *S. Ioan. Chryſoſt. orat. 3. de Annunciat. B. Virgin.*

Coniux Sancti Ioſephi, ſed virili iugo non iugata, Idem *orat. 7. in Sanctiſs. Deiparam.*

Coniux Ioſeph, in qua Deus fecit mirabilia. *D. Auguſtin. ſerm. 14. de Natiuit. Domini, qui eſt 18. de tempore.*

Coniux aſſumpta, & Virgo. *D. Ildephonſ. in libr. de Virginit. S. Mariæ cap. 1.*

Coniux credita, & Virgo. *Idem ibidem.*

Coniux dicta, & Virgo. *Idem ibidem.*

Coniux deifica S. Ioſeph, *Idiota de B. V. par. 12, contemplat. 1.*

Coniux vera. *Hugo de S. Victore lib. de Perpetua Virginitate S. Mariæ.*

Coniux Patris ſpirituum ab æterno prędeſtinata, vt communem cum illo haberet filium, & eſſet Mater Filij Dei. *Helinandus Ciſterc. ſerm. 1. de Aſſumpt. B. M. Virg.*

Coniux Dei perpetua. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 31. Coronæ Nouæ B. M.*

Coniux magni Tonantis. *Iuſtus Lypſius in Carmine ad Patronam Virg. pro Panegyricis Marianis Martyni Delrij.*

CONNEXIO innominabilis ſpiritualis purpuræ Verbi. *Andr. Cretenſ. orat. de Dormit. B. V.*

CONSCIA ſuperni conſilij. *D. Leo ſerm. 1. de Natiuit. Domini.*

Conſcia ſummi Sacramenti in terris occulti. *Venant. Fortunatus Elegia in Laud. S. M. V.*

Conſcia voluntatis Filij ſui. *Rupert. Abbas lib. 2 Comment. in Ioan.*

Conſcia diuini ſecreti. *Arnold. Carnot. in tract. de Laud. Mariæ Tom. 12. Biblioth. PP.*

Conſcia diuinę veritatis. *Philippus Abbas lib. 1. in Cant. Canticor. cap. 7.*

Conſcia ſecreti ſpiritualis Sponſi cęleſtis. *Idem lib. 2. in Cant. Canticor. cap. 5.*

Conſcia ſecretorum Sponſi cęleſtis. *Idem libr. 3. in Cantic. cap. 7.*

Conſcia diuinorum ſecretorum. *Ioan. Hailgrinus in cap. 2. Cantic. Canticor.*

Conſcia optimè myſteriorum omnium. *Ioann. Picus lib. 2. in Cantic. cap. 3.*

Conſcia omnium ſecretorum Chriſti. *S. Tho. de Villanoua Conc. 2. de Aſſumpt. B. V.*

CONSECVTIO oblectationis, ac ſolatij Sancti Pauli Apoſtoli; quamquam enim Chriſtum in carne Paulus non viderit, Mariam videns in corpore, quæ corpus incorporeo induendum miniſtrauerat, ſic animo afficiebatur, ac oblectabatur, ac ſi Chriſtus videret. *S. German. Conſtant. orat. 3. de Aſſump. B. V.*

CONSECVTRIX gratiæ obediendo. *D. Auguſt. orat. de Quinque Hæreſibus cap. 5.*

CONSERTIO hominum ad Deum. *Anaſtaſ. Antiochen. orat. 2. in Annunc. B. V.*

CONSERVATIO mundi, *Anonym. Gracus in Hymno ad B. Virg. apud Buteonem, & Nomencl.*

CONSERVATRIX verborum Domini in corde ſuo: ea per contemplatiuæ officium conferens, *Honorius Auguſtodun. in Sygillo Beatæ Mariæ.*

Conſeruatrix orbis. *Cæſarius Ciſterc. lib. 7. de Mirac. B. Mariæ cap. 1.*

Conſeruatrix iuſtorum. *Albertus. Magnus ſuper Miſſus eſt cap. 226. & Mauritius de Villaprobata ſermon. 17.*

Conſeruatrix gratiarum diuinarum, *Bernardin. de Buſt. ſerm. 2. de Aſſimilat. B. M.*

Conſeruatrix famæ ſuorum gloriosæ. *Ioan. Trithem. lib. 1. de Mirac. B. V. in Verticeto. cap. 6.*

Conſeruatrix gratiarum diuinarum. *Maurit. de Villaprobata ſer. 19. Coronæ nouæ B. M.*

Conſiliatrix inſipientium. *D. Bonauent. in Speculo B. Virgin. cap. 8.*

Conſiliatrix vniuerſalis. *Albert. Magn. ſup. Miſſus eſt cap. 100.*

CONSILIVM ineffabile, & quod planè cognoſci non poteſt, eius, quæ eſt ante principium curationis hominum. *Andr. Creten. orat. 3. de Dormit. B. Virgin.*

Conſilium Verbi. *D. Hildeph. ſer. 3. de Aſſump. B. Mariæ.*

Conſilium occultum Sophiæ genitoris. *Io: Geometr. in B. Virg. Hymn. 2.*

Conſilium noſtrum in neceſſitatibus noſtris. *S. Anſelmus in Meditat. B. Virg.*

Conſilium præcipuum peccatoribus, vt pœniteant. *Goffridus Abbas in ſerm. in omni Feſtiuitate B. Mariæ.*

Conſilium ſanum Apoſtolorum. *D. Birgitta in oratione 1. Reuelation.*

CONSISTORIVM ſupremi Iudicis. *Io: Mauburn. in Roſeto Exercitat. Spiritual. tit. 21. c. 6.*

CONSOCIA ſuper glorioſiſſimæ Trinitatis. *Dionyſius Carth. de Laud. Virg. lib. 3. art. 3.*

CONSOLATIO mœſtorum. *D. Ephrem. ſerm. de Laud. B. M. Virg. in Med. B. Virg.* S. *Io: Damaſc. in Cantic. Eccleſiaſt. Græcor. ſono 2.* S. *Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.* S. *Anſelmus in Meditat. B. V. Franciſcus Abbas lib. 6. de Gratia Dei, & Thomas à Kempis in Soliloquijs cap. 24.*

Conſolatio mundi. *Idem D. Ephrem ibidem.*

Con-

Conſolatio exulantium. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 28. Ianuarij.*

Conſolatio animæ noſtræ, ad quam confugere debemus. *S. Io: Damaſcen. in Paracl. B. V.*

Conſolatio animæ noſtræ dolentis. *Idem ibidem.*

Conſolatio hominum. *Idem ibidem.*

Conſolatio lugentium. *Idem ibidem.*

Conſolatio noſtra diuina. *Idem in Paracl. B. V. D. Bonauentura in Pſalterio B. Virg. & D. Birgitta in Orat. 4. Reuelat.*

Conſolatio noſtra in tribulationibus. *S. Io: Damaſcenus ibidem.*

Conſolatio fortis eorum, qui in tribulatione verſantur. *S. Ioſeph. Hymn. in ſuo Mariali.*

Conſolatio triſtium. *Idem ibidem.*

Conſolatio valida. *Idem ibidem.*

Conſolatio viuorum, & mortuorum. *Idem ibid.*

Conſolatio in dolore, *Adam de Perſ. in Mariali fragm. 2.*

Conſolatio afflictorum. *D. Bonauentura in Litanijs Pſalterij B. Virg.*

Conſolatio pia miſerorum. *Idem in Pſalterij Litanijs B. Virg.*

Conſolatio dolentium. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

Conſolatio eorum, qui in triſtitia verſantur. *Idem in Mariali orat. 6.*

Conſolatio amicorum Dei. *D. Birgitta in orat. 1. Reuelat.*

Conſolatio eorum, qui ſunt in purgatorio. *Eadem lib. 1. Reuelat. cap. 16.*

Conſolatio omnium. *Eadem in Serm. Angelico de excellentia Virg. cap. 4.*

Conſolatio peccatorum. *Eadem lib. 4. Reuelation. cap. 11.*

Conſolatio noſtra poſt Deum ſuprema. *Henr. Suſon. cap. 20. Dialogi ſapientiæ.*

Conſolatio vnica, & ſingularis poſt Deum omnium peccatorum. *Idem in orat. ad Virg. Matrem, cuius initium: O Vnica,*

Conſolatio noſtra incomparabilis. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Conſolatio deuotorum. *D. Bernardin. Senen. Tomo 1. Sermone 61.*

Conſolatio deſperatorum. *Bernardin. de Buſt. ſer. 2. in Mariali de Coronat. B. Mariæ.*

Conſolatio deſolatorum. *Maurit. de Villaprobata ſer. 25. Coronæ Nouæ B. M.*

CONSOLATRIX noſtra, quę mærores ſedauit, & oppreſſorum moleſtias leniuit, cunctaſq; oppreſſiones ſuſtulit. *D. Ephrem in ſermone de Laud. B. Mariæ Virgin.*

Conſolatrix ſanctiſſima. *Idem ibidem.*

Conſolatrix Dei cum hominibus. *D. Eleutherius ſerm. in Feſtum Annunc. B. Virg.*

Conſolatrix beniginſſima. *Franco Abbas. lib. 6. de Gratia Dei.*

Conſolatrix nati Dei. *Petrus Cluniac. Proſa in honorem Matris Domini.*

Conſolatrix peccatorum. *Innocens Papa 3. in hymno de B. Virg. Maria.*

Conſolatrix tribulatorum. *Cæſarius Ciſtercienſ. lib. 7. de Mirac. B. M. cap. 1.*

Conſolatrix hominum, qui ſunt in ruina. *D. Bonauent. in Expoſit. ſuper Salue Regina.*

Conſolatio viuorum, & mortuorum. *S. Methildis lib. 1. Gratiæ Spiritualis. cap. 54.*

Conſolatrix vnica ſingularis, & fideliſſima peccatorum. *Henric. Suſ. in c. 16. Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Conſolatrix Deitatis. *D. Birgitta lib. 1. Reuel. c. 5.*

Conſolatrix ſuorum parentum, & aliorum. *Bartholom. de Piſis lib. 3. de Laud. V. fructu 8.*

Conſolatrix pauperum. *Thom. à Kempis in 3. par. ſermonum ſer. 2. & Io: Trith. lib. 3. de Miraculis B. Virg. in Vtriceto.*

Conſolatrix afflictorum. *Bernardin. de Buſt. ſer. 1. de Natiuit.* B. Mariæ.

Conſolatrix deſperantis animæ. B. *Caſimirus Poloniæ Princeps in hymno de B. Virg.*

Conſolatrix in Chriſto gementium. *Io. Trith. in orat. ad V. quæ incipit:* Aue Sole ſplendidior.

Conſolatrix pientiſſima infirmorum. *Idem ibidem lib. 1. cap. 6.*

Conſolatrix piiſſima miſerorum. *Idem ibidem lib. 1. cap. 8.*

Conſolatrix prompta triſtium. *Idem ibidem c. 9.*

Conſolatrix promptiſſima afflictorum, *idem ibidem libr. 3.*

Conſolatrix viuentium. *Idem ibidem lib. 1. c. 5.*

Conſolatrix vna gementium. *Idem ibidem.*

Conſolatrix vera viduarum. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 28. Coronæ nouæ* B. M.

Conſolatrix miſerorum. *Dionyſ. Fab. Tract. de Conception.* B. *Virgin.*

Conſolatrix cordium. *Ludouic. Bloſius in Endologia 2. ad* B. *Virg.*

Conſolatrix non ſolum perfectorum, ſed etiam imperfectorum. *Idē in ſpeculo Spirituali c. 12.*

Conſolatrix noſtra. *Idem in orat. quadam ad D. Virg. quæ extat in eius Scriniolo ſpirituali.*

Conſolatrix mœrentium. *Helinand. Ciſtere. ſer. 1. in Natiuit.* B. *Virgin. & Albertus Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*

CONSORS Virginum Chriſti. *D. Auguſt. ſer. 12. Natiuit. Domini, qui eſt 16. de tempore.*

Conſors viſionis veræ pacis. *Honorius Auguſtodun. in Sigillo* B. *Mariæ.*

Conſors Regni diuini. *Martin. de Magiſtris in Expoſit. ſuper. Cantic. Salue Regina.*

Conſors ſumma ſuperbeatiſſimæ Trinitatis. *Dion. Carth. lib. 2. de Laud. Virg. art. 9.*

Conſors Regni Dei. *Maurit. de Villaprobata ſermone 31. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Conſors Patris cœleſtis, *Ioan. Picus lib. 1. in Cantic. cap. 12.*

CONSPERSIO noua diuinæ reformationis. *S. Ioan. Damaſcen. in Orat. 4. de Natiu. B. V.*

CONSVMATIO eorum, qui virtutem colunt. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Concept. Deip. quæ græce* M. *S. extat in cod. Vatic. N. 436.*

Conſumatio noſtræ pacis. *Adam de Perſennia ſerm. 1. in Pætu B. Virg.*

Conſumatio culpæ originalis. *D. Bonauentura in libro de Eccleſiaſt. Hierarchia par. 4. circa finem.*

Conſumatio, & perfectio totius creatæ naturæ; omnes enim naturas, & mundi perfectiones, vltima ſua perfectione Virgo ſacra compleuit per partum ſuum. *D. Bernard. Senenſis Tomo 1. ſer. 61. qui eſt de ſuperadmirabili gratia, & gloria B. Virgin.*

Conſumatio ſanctitatis. *Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Conſumatio vniuerſi. *Idem ibidem, & Maurit. de Villa probata ſer. 25. Coronæ nouæ B. M.*

CONTEMPERATIO rerum non contemperandarum. *Ioan. Geometra ſer. in Annunc. Sanctiſs. Dei Genitricis.*

CONTEMPLATIO Angelorum cogitatu maior. *S. German. Conſtant. orat. 2. de Aſſump. B. V.*

CONTEMPLATRIX perfectior in ſomno, quã vnquam fuerit aliquis in vigilia. *D. Bernardin. Senen. Tom. 2. ſer. 15.*

Contemplatrix diuinorum Filij mirabilium, Deiformiumque operationum. *Dion. Carth. lib. 2. de Præcat. Mariæ art. 6.*

Contemplatrix perſpicaciſſima, profundiſſima, delicioſiſſima ſuperſublimis Trinitatis. *Idem lib. 4. de Laud. Virg. art. 9.*

Contemplatrix profundiſſima Dei, & proprietatum ipſius. *Idem lib. 3. de Laud. Virgin. art. 2.*

CONTRITIO omnimoda mortis. *Theod. Laſcb. Imperator in poem. B. Virg.*

CONTVBERNALIS Euangeliſtæ Ioannis. *Nonnus in Paraphraſi S. ſecundum Ioannem Euangelij Tom. 6. Bibliothec. magnæ veterum Patrum.*

Contubernalis Dei perpetua, etiam cum adhuc eam detineret hic mundus. S. *German. in or. 2. in Dormit. B. Virg. & S. Io. Damaſc. or. 2. de Aſſumpt. ſiue Dormit. B. Mariæ.*

CONTVS contritionis Diaboli. *Albert. Magn. in Biblia Maria ſuper lib. Geneſis.*

CONVALLIS liliorum, id eſt, diuinarum virtutum. *D. Athanaſ. orat. in Domini occurſum, ſen in Purific. B. M. V.*

Conuallis tabernaculorum, de qua dicit Chriſtus Pſalm. 59. Conuallem tabernaculorum metibor; ipſa enim Conuallis eſt per duplicem humilitatem tabernaculorum, quia in ipſa habitare debent militantes, & peregrini, iuxtà quod ei dicitur: ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te. Pſalm. 86. hanc autem conuallem Chriſtus metitur, quia ſolus Chriſtus penſare ſufficit, & metiri magnitudinem, & quantitatem matris ſuæ. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virgin. lib. 8.*

Conuallis, quia inter duos montes, virginitatis, ſcilicet, & maternitatis, humilitatem cuſtodiuit. *Ern. Prag. in Mariali c. 37.*

Conuallis ob humilitatem. *Bernar. de Buſt. ſer. 4. de Virtutibus B. M.*

CONVENTVS matrum. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Concept. Deiparæ.*

Conuentus nuptialis ei inſtitutus, qui tempora, & annos temperat horis. *S. Ioan. Damaſcen. orat. 4. de Natiuit. B. Virg.*

CONVERSIO peccatorum ad Deum. *S. Joſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

CONVIVA menſæ Dei. *D. Bonauent. in Pſalterio minori B. Virg. quinquagena 3.*

CONVIVATOR illuſtris, incomparabilis dulcedinis conuiuium exhibens. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

CONVIVIVM vitæ figuratum. *Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunc.*

COOPERATRIX diuinæ diſpenſationis. *Balduin. Dinion. in Tract. de Salutat. Angelica.*

Cooperatrix noſtræ ſalutis *D. Bernardin. Senenſ. ſer. 1. de Conſenſu Virginali.*

Cooperatrix redemptionis, ſiue incarnationis. *Idem ibidem.*

Cooperatrix voluntaria, atque prompta myſterij incarnationis. *Idem ibidem.*

Cooperatrix præcipua noſtræ ſalutis: ideo voluit Deus, vt ſua fideliſſima compaſſione vehementiſſima, ac materna mereretur copioſe exaudiri pro multis, & illis obtinere fructum Dominicæ paſſionis, qui eidem paſſioni ſunt facti ingrati. *Dion. Carth. lib. 3. de Laud. Virg. art. 26.*

Cooperatio præpotens noſtræ ſalutis, ac gratiæ, per quam confidimus adiuuari, atque ſaluari. *Idem in cap. 24. Eccl.*

Cooperatrix reparationis humanæ, cui Regnum miſericordiæ commiſſum eſt. *Idem in Cantic. artic. 5.*

Cooperatrix ſumma illuminationis mundi cum Filio. *Idem lib. 2. de Præc. Mariæ art. 5.*

Cooperatrix Filio ſuo in redemptione humana, & ruinæ Angelorum reparatione. *Claud. Rapin. Cæleſtin.*

Cooperatio Spiritus ſancti. *Marcus Vigerius in Decachordo Chriſtiano lib. 1. cap. 21.*

COORNATRIX varietatis, & decoris antecontexti pepli vniuerſi huius mundi. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Annunc. B. Virg.*

COPIA bonorum ex ſterili, ſine inuidia efloreſcens. *Iacobus Monachus in Mar. orat. 1.*

COPVLA tremenda hominibus cum Deo, per quam terrenis coniuncta cæleſtia. S. *Io: Damaſc. orat. 4. de Natiu. B. Virg.*

Copula Dei, & hominis. *Bernard. de Buſt. ſerm. 1. de Nominat. Mariæ.*

COPVLATIO olim diffidentium. *S. Germ. Conſtant. orat. 2. in Præſent. B. Virg.*

COR Eccleſiæ, quod eructauit verbum bonum. *Iſychius ad illud Pſalm. 44. Eructauit cor meum verbum bonum.*

Cor, in quo fidelium vita Chriſtus habitauit. *Idem ibidem.*

Cor concepte Deitatis luce præfulgens. S. *Petrus Cluniac. lib. 3. Epiſtolar. Epiſt. vltima.*

Cor noſtrum. S. *Anſelm, Lucenſ. ſup. Aue Maria.*

Cor ornatum. *D. Bonauent. in Pſalterio minori B. Virgin. Quinquagena 5.*

Cor, ex quo particula corporis Chriſti ſumpta eſt, & ſuper carbones impoſita, id eſt, fidelibus accenſis amoris igne donata. Tob. 6. *Albertus Magn. ſerm. 21. de Euchariſtia.*

Cor, ex quo vita procedit. *Idem ibidem.*

Cor

Cor Piſcis magni, id eſt, gentis Iudæorum. Tob. 6. *Idem ibidem.*

Cor, quia nobiliſſimum membrum gentis ſuæ. *Idem ibidem.*

Cor noſtrum, quia ſicuti in corde eſt propria ſedes ſpiritus vitalis, & ex ipſo vita procedit, vt dicitur Prouerb. 4. & ex ipſo vita dependet: ita & B. Virgini tota die dicimus, quod ipſa eſt vita dulcedo, & ſpes noſtra; ipſa eſt quaſi fons vitæ, de cuius plenitudine accipimus omnes. Chriſtus enim caput, Maria vero cor noſtrum. *Ern. prag. in Mariali cap. 83.*

Cor noſtrum, quia ſicut ſitus cordis vt dicit Ariſtoteles, in loco nobiliori naturaliter eſt, ſicut in medio corporis: ita Maria ipſa quoque eſt quaſi lignum vitæ in medio Paradiſi, & ſine acceptatione perſonarum omnibus ſe exponit. *Idem ibidem.*

Cor paratum per promptitudinem, ſimplex per ſimplicitatem, cereum per tractabilitatē, docile per docilitatem, immaculatum, quia ſine nota culpæ, purum, quia ſine vlla rubigine, rectum per puritatem intentionis, carneū per teneritudinem, magnum magna contemnendo, altum cæleſtia appetendo, latum omnes diligendo, abundans multa experiendo, ſapiens per prouidentiam, firmum per patientiam, ſtabile per perſeuerantiam, vnum curas fugiendo, optimum optima eligendo, perfectum Deo per omnia adhærendo. *Idem ibidem.*

Cor, quia ſicut Cor habet ad cætera membra imperium, dignitatem, prouidentiam, influētiam, & conformitatem: ita, & Maria ad Eccleſiam; vndè ipſa eſt cor noſtrum: Iſaiæ 40. Loquimini ad cor Hieruſalem; ipſa enim habet imperium ſuper nos, quia Domina imperatrix, & ſemper auguſta, ipſa totius corporis Eccleſiæ curam gerit, tamquam materfamilias, ipſa influit nobis omnia bona, quia aquæductus, ipſa quoque caro, & ſoror noſtra, per omnia nobis conformis, & ſimilis in natura. *Idem ibidem.*

Cor, quia ſicut Cor reddit ſubiectum ſuum ſimpliciter tale, quale ipſum eſt; nam cuius cor bonum, ipſe ſimpliciter bonus; cuius cor ſapiens, ipſe ſimpliciter ſapiens, & ſimilia; ita ſi Maria fuerit à Deo viſceribus noſtris inſerta, vt eam diligamus veriſſimè ſicut cor noſtrum, vt ſit nobis cum ipſa cor noſtrum, & anima noſtra, & ipſa nos enutriet in timore caſto, beatitudine, & lætitia; vndè ſi volumus vitam diligere, & dies videre bonos, ipſam nobis inuiſceremus, eius gratiam omni cuſtodia, ſicut cor noſtrum cuſtodiamus, curam noſtram, atque cuſtodiam, imperium quoque, ac magiſterium totaliter ipſi committamus. *Idem ibidem.*

Cor, quia ſicut Cor, vt dicit Philoſophus, eſt fons, & principium ſanguinis; ita Maria eſt principium illius ſanguinis, qui vere eſt potus, & ad omnia membra corporis Eccleſiæ deriuatur. *Idem ibidem.*

Cor, quia ſicut nihil eſt in mundo, quod nobis poſſit eſſe intimius corde noſtro: ita poſt Deum nihil eſt in mundo, quod ita diligamus intimè, dulciter, verè, & fortiter totis viſceribus, vt Mariam. *Idem ibidem.*

Cor, quia ſicut ſolum Cor corruptionem non ſentit, ita ad ſingularem prærogatiuam Mariæ pertinet, quod ſola inter cætera Eccleſiæ membra inuenta eſt ſemper incorruptibilis, Virgo ante ortum, Virgo poſt ortum, Virgo ante partum, Virgo poſt partum, & in æternum mente, & corpore permanens Virgo. *Idem ibidem.*

Cor ſponſi, vel ſponſæ, id eſt, Chriſti, vel Eccleſiæ, quod pro toto corpore vigilauit in Sabatho ſancto, quando Chriſtus in ſepulchro dormiebat, & tunc, etiam, cæteris membris Eccleſiæ deficientibus, in ea ſola, tanquam in corde, remanſit vita corporis, *Idem ibidem*

Cor vnum cum Filio ſuo. *D. Birgitta lib. 1. Reuelation. cap. 8.*

Cor per dilectionem. *Barthol. de Piſis libr. 1. de Laud. Virgin. fructu 2.*

Cor quia viuificat ſua gratia peccatores. *Idem lib. 1. de Laud. Virg. fructu 8.*

Cor vnum nobiſcum ex dilectionis obligatione. *Ioan. Gerſon. Tract. 5. ſuper Magnif.*

CORALLVS, cor confortans, dando ſpem æternæ ſalutis. *Bernard. de Buſt. ſer. 1. de Coronat. B. V.*

Corallus, lapis rubicundus, atque pulcherrimus, omnem ſedans fluxum peccati, & animę ſanguinis, malignorum ſpirituum fugans impetum fulminis, conſcientiæ inuocantis confortans ſtomachum, & debilem, nauſealemque ad amorem boni operis prouocans appetitum. *Fo. Tritbem. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vticeto cap. 7.*

CORNV ſalutis, quod Dominus miſertus Populi ſui, erexit nobis in Domo Dauid pueri ſui. *Andr. Cretenſ. orat. de Natuit. B. V.*

Cornu, in quo vnctionis oleum. *S. Germ. Conſtant. ſerm. in Natiu. B. Virg.*

Cornu virtutis, de Domo Dauid nobis erectum, per quod contritum eſt Dynaſtarum nequitiæ cornu. *Leo Imperator in orat. de Nat. B. V.*

Cornu Samuelis, id eſt Chriſti, quod ipſe Chriſtus impleuit ſe ipſo, & omni gratia in incarnatione, & vnxit indè Reges, & Sacerdotes, & Filios Dei. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper librum 1. Regum.*

Cornu vnctionis, ex quo vnguntur homines ad dignitatem, ad ſanctitatem, ad venuſtatem. 1. Reg. 16. *Idem ibidem.*

CORNVCOPIA bonorum noſtrorum. *Anonym. in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in Canone pro pueris vita functis.*

CORONA. *D. Bernardus ſerm. 3. ſuper Salue Regina, & Venantius Fortunatus Elegia in Laud. S. Mar. Virgin.*

Corona immarceſcibilis Virginitatis. *S. Method. homil.*

*homil.in Feſto Purificat.B.Virg.*

Corona regia pretioſiſſimum habens lapidem, & gemmis ſimilem Chriſtum. *S. Epiph. ſerm. de Laud. Virg.*

Corona cœtus Hierarcharum, omnium Sanctorum, ac Virginum, ob immenſum ſplendorem, atque fulgorem inacceſſa. *D.Ebprem.in ſerm. de Laud.* B. *Mariæ Virg.*

Corona Sanctorum. *Idem ibidem.*

Corona virginitatis. *D.Cyrillus homilia 6.Epheſi dicta contra Neſtorium.*

Corona continentiæ. *Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunciat.*

Corona pretioſa Regum piorum. *Idem orat.2.in Annunciat.*

Corona glorię, quam circumquaque geſtant ij, qui rerum ſumma potiuntur. *Georg. Nicom. orat.3. de Præſentat.B.Virg.*

Corona parentum Ioachim, & Annæ. *Idem ibidem.*

Corona Matrum. *Idem in orat.3. de Concept.B. V.& Iacob.Monach.in Mar.orat.1.*

Corona gratiarum. *S. Germa.Conſtant. ſerm.in Natinit. B.Virgin.*

Corona Angelorum. *S.Io.Damaſc. in Can. Sanctiſs. Deip.*

Corona Athletarum. *S.Ioſeph Hymn.in ſuoMar.*

Corona diuina Martyrum glorioſiſſimorum. *S.Ioſeph Hymn.in ſuo Mariali.*

Corona illuſtriſſima Apoſtolorum, ac Martyrum. *Idem ibidem.*

Corona immortalis Martyrum glorioſiſſimorum, *Idem ibidem. & Andreas Cretenſis in Encomio de Zona B.V.*

Corona anni benignitatis Domini. *D.Bonauen. in Speculo B.Virg.cap.12.*

Corona noſtra. *Idem in Speculo B.V. cap.12.*

Corona omnium ſanctorum Dei; corona enim ſuper caput poni ſolet, & Maria quaſi ſuper capita omnium ſanctorum locata eſt, exaltata ſuper omnes choros Angelorum. *Idem ibidem.*

Corona ſub corona, id eſt ſubFilio, qui eſt ſumma ſanctorum Corona. *Idem ibidem.*

Corona humanitatis. *Iacobus Monachus in Mariali orat.6.*

Corona triumphanti. *Ern.Prag.in Mar.c.39.*

Corona honoris Dei, per quam Deo ſummus honor prouenit. *D.Birgitta in ſerm. angelic.de excellentia Virgin. cap.6.*

Corona iuſtorum. *Bernardin.de Buſt.in ſuo Mariali ſerm.1.de Coronat.B.Mariæ.*

Corona mulierum. *S.Thom.de Villanoua Concione 1. de Aſſumptione B. Virgin.*

CORONAMENTVM Martyrum plenè diuinum. *Anonym.in Menæis Græcor. die 13. Iulij Ode 9.*

CORONARIA certantium. *Anonym.in hymn. ad B. Virg.*

CORONATRIX omnium Sanctorum, quia cauſa omnibus extitit coronandi, Chriſtum gignendo. *Alb.Magn.ſuper Miſſus eſt c.103.*

Coronatrix vniuerſi. *Paulus de Heredia in Tract. de Concept.B. Virg.*

CORONIDES Prophetarum *Euthymius Eccomio in adorationem Venerandæ Zonæ SS.Deiparæ,& Faſtiarum Domini.*

Coronides pleniſſima imaginum, atque ſignorum veteris legis. *Anonym.in Menæis Græcorum die 25. Iunij.*

CORONIS omnium Sanctorum. *Andreas Cretenſis in Encomio de Zona B.Virgin.*

CoronisOraculorum diuinorum. *Idem orat.3.de Dormitione B.Virg.*

Coronis expectationis noſtræ, tam certa, vt falli non poſſimus. *Anonym. in Menæis Græcorum die 16. Martij.*

CORREPTIO Euæ primogenitricis ſuæ, cum vitæ Auctorem mundo peperit. *S.Ioan.Damaſcenus in Octoec.Græcorum.*

Correptio primæ Matris. *S.Ioan. Chryſoſt.in Canone S. Eliæ Prophetæ.*

Correptio hominum. *Andreas Cretenſis or.2. in Annunciatione.*

Correptio primigenæ Matris Euæ; etenim per partum eius, ea, quæ ceciderat excitata, atque erecta eſt. *S. Ioan.Damaſcen. orat. 1. de Natinitate B. Mariæ.*

Correptio Adæ. *S.Ineph hymn.in ſuo Mar.*

Correptio errati Euę. *Leo Imperator in orat.de Natiuitate B. Virgin.*

Correptio errantium. *D.Birgitta in ſerm.angelico de Excellentia B.Virgin.cap.19.*

CORTINA totius munditiæ, precibus, meritis, & exemplis precedens, & trahens poſt ſe omnes cortinas tabernaculi, id eſt Eccleſię Dei. Exod. 26. & 36. *Richardus à S. Laurentio de Laude Virgin. lib.1.*

Cortina Tabernaculi, ex quatuor coloribus contexta, id eſt, ex quatuor ordinibus Virginum, Martyrum, Confeſſorum, & Apoſtolorum, qui omnes eam circumdant, venerantur, & laudant. *Iacobus de Voragine in Mariali ſerm. 1.*

CORVVS, qui eſt auis, diligenter ſibi incorporans cadauera: nam B. Virgo, quæ propter cadauerioſos peccatores, factam ſe recolit Matrem Dei, de ipſis à Diabolo rapiendis, & Eccleſiæ incorporandis, cuius ipſa eſt collum, quo mediante deſcendunt in ventrem cibaria, iugiter creditur cogitare. *Richa. à S. Laurentio de Laud. Virg. lib.5.*

COSAN in Filij ſui paſſione. *Bartholom.de Piſis lib.1. de Laud.Virgin. fructu 4.*

CRABATES ſpiritualis, ſuper Crabatem chryſtallini fuſci coloris lapidem, debitum ſibi hominem cæleſti donans eloquio, honorem, benevolentiam, & hilaritatem ſerenę mentis prębens cum gaudio, hydropiſim curans auaritię, ab omnibus prędeſeruans caſibus naturę deprauatę. *Ioan. Trithem. lib. 1. de Mirac. B. Virgin. in Vrticeto cap.7.*

CRATER omnino indeprecabilis. *Andr. Cretenſis orat.3.de Dormit.B.Virgin.*

Cra-

Crater ſapientiæ, quæ non poteſt exinaniri. *Idem ibidem.*

Crater plurimum lætificans. *S. German. Conſtant. orat. 1. in Præſent. B. Virg.*

Crater, cuius pocula cœlum ſapiunt, & Spiritum ſanctum, quid enim aliud ſaperet plena gratia niſi gratiam? obumbrata, & impinguata Spiritu ſancto, niſi ſpiritum rectum, niſi Spiritum ſanctum, niſi ſpiritum principalem? *Petrus Cellenſis ſerm. 2. in Annunc.*

Crater, cuius pocula ſunt alba, nigra, & ſanguinea; quid enim caſta, niſi album vinum, quid humilis, niſi nigrum; quid amans, niſi rubrum vinum potat, & propinat? *Idem ibidem.*

Crater, cuius pocula vaſorum capacitatem excedunt, & pretium ſuperant. Quid enim auarus ineſtimabiles diuitias pugillo recludet, cum miſericordia nec meritum attendat, nec modum? Se ipſam enim gratia, & miſericordia extingueret, ſi modum, & meritum accipientis non vinceret, non haberet pretium, vnde procedit omne meritum Ieſus Filius Virginis. *Idem ibidem.*

Crater nunquam indigens poculis, quia B. Virgo nunquam vel excuſat ſe de inopia, vel abſtinet ſuccurrere præ auaritia. *Idem ibidem.*

Crater nunquam indigens poculis, quia irrigata de plenitudine, plena gratia, inundatione riuulorum ſuorum Angelicas virtutes inebriauit, diuitesimpleuit, pauperibus abſq; argento, & abſque vlla commutatione pocula indulſit, *Idem ibidem.*

Crater plenus vino diuinitatis, diuinis potionibus aptus. *Idem ibidem.*

Crater, quem Deus miro modo ſuis circulis incluſit creando Virginem Sanctam, Sanctiorem operando, Sanctiſſimamque ſemper conſeruando. *Idem ibidem.*

Crater, quem manus tornatiles aureæ plenę hyacinthis tornauerunt, & formauerunt, vnde in Pſalm 118. loquitur: Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu. Vere totum in circuitu, quia tornatilis conſumatione legis in æmulatione Angelicæ puritatis, in dilatatione cordis eatenus, vt contineat Deum, quem non capiunt cæli cælorum. *Idem ibidem.*

Crater tornatilis nunquam indigens poculis, quia Domina noſtra gratia plena, humanis noſtris defectibus compatiens, apothecas ſuas nunquam claudit, nunquam miſeris patrocinari deſiſtit, nunquam vota humilium ſpernit, nunquam cultum ſupplicantis à propitiatorio pro peccatis populi chriſtiani deflectit, *Idem ibidem.*

Crater tornatilis, quia in omnibus Deo complacuit, in omnibus diuinis mandatis obediuit, in omnibus irreprehenſibilis fuit. *Idem ibidem.*

Crater tornatilis, quia iuxta primam tornationem, id eſt creationem, caſtitatem habuit, & ſupra conſuetudinem thoro immaculato Virgo, & Mater Deum hominem genuit. *Idem ibidem.*

Crater inexhauſtus vitæ fidelium ſempiternæ, *Theodorus Laſch Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Crater concauus per humilitatem, ſphericus per ſupernæ mercedis intentionem, capax vini, & omnis liquoris, id eſt, omnis gratiæ: de materia pretioſa, quia in vtero ſanctificata, & ſanguine filij redempta: clauſus inferius contemptu temporalium, apertus ſuperius appetitu cæleſtium, *Richar. à S. Laur. de Laud. Virgin.*

Crater gemmis ornatus, aſpectu delicioſus, & in ſummo patulus ad recipiendos liquores, & refundendos gratiarum, & donorum. *Idem de Laud. Virgin. lib. 10.*

Crater grauis, aurea grauitate, non plumbea; habuit enim vas iſtud iuſtum pondus, ſcilicet, charitatem, & animi conſtantiam, per quam nunquam leui motu diffidebat, ſed maturè ſe ſemper trahebat. *Idem ibidem.*

Crater honorificè coopertus, ne ſcilicet in eo decidant aliquę immunditiæ. Num. 19. Vas, quod non habuit operculum, & ligaturam deſuper immundum erit; iſtud operculum fuit in Beata Virgine cuſtodia quinque ſenſuum, qui ſunt in capite, quia nunquam fatuè reſpexit, vel delectabiliter malum audiuit, vel verbum malum protulit, vel illicitum, & huiuſmodi. *Idem ibidem.*

Crater in igne formatus, nam propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos Deus, fabricatus eſt Deus Pater auroram, & ſolem; Pſalm. 73. id eſt, Mariam, & Chriſtum hominem. *Idem ibidem.*

Crater in medio ſtrictus, id eſt in corde per paupertatem, & humilitatem; infra clauſus, nihil terrenum appetendo per deſiderium; pede latus, id eſt, charitatiuo affectu dicens cum Dauid Pſalm. 118. Ambulabam in latitudine, ſcilicet, charitatis. *Idem ibidem.*

Crater multis modis pretioſus, quia de pretioſa materia, ſcilicet auro, argento, & lapidibus pretioſis: propter hoc dicitur vas ornatum omni lapide pretioſo, id eſt, omnimoda virtute; pretioſior enim eſt cunctis opibus. Prou. 8. quia procul, & de vltimis finibus pretium eius. Item pretioſus in forma, pretioſus in valore. Iob 28. Neſcit homo pretium eius. *Idem ibidem.*

Crater potans nos vino multiplici, & nunquam indigens poculis, quia filius eius, qui eſt vitis vera, ei ſubminiſtrat dona gratiarum; & ſufficientia eius, quæ eſt ex Deo, & in illos redundat, & in illos influit, qui bonæ operationis manu Craterem hunc apprehendunt, & quaſi ori apponunt, eius magnalia deuotè prędicando, & eius laudes dulciter decantando. *Idem de Laud. Virg. lib. 5.*

Crater, qui lacte virgineo, quod habebat in ſe proprietates vini, potauit Filium, & inebriauit,

uit, vt noſtrorum peccaminum ipſum faceret obliuiſci, *Idem de Laud.Virg.lib.2.*

Crater recipiens quemcumque liquorem, ſcilicet vinum deuotionis, lac benignitatis, oleum miſericordiæ, mel diuinitatis in incarnatione, aquam lachrymarum in filij paſſione, & huiuſmodi, & propter hoc dicitur nunquam indigens poculis. Cant. 7. & omnes liquores quos à Deo ſuſcipit, largè propinat hominibus *Idem de Laud.Virg.lib.10.*

Crater ſonorus propter tinnitum laudis diuinę, & gratiarum actionis de ſibi impenſis beneficijs. *Idem ibidem.*

Crater tornatilis, quia ſicut crater tornatilis, ſi liquore plenus ſit, aliquo tactu leuiſſimo fundit ipſum liquorem: ita Maria plena gratia, refundit gratiam quoties tangitur pia prece. *Idem de Laud.Virg.lib.2.*

Crater, vas ſciliceț potatorium, integer per virginitatem, ſolidus per fortitudinem, & conſtantiam animi in bono, tenuis per paupertatem, concauus per humilitatem, rotundus per omnimodam perfectionem, fabrè compoſitus, id eſt ſubtiliter, & artificioſè, quia opus ſapientiæ Dei, vel Spiritus ſancti, qui eſt omnium artifex. Sap.7. *Idem de Laud.Virgin. lib.* 10.

Crater Dei ſemper effluens, & nunquam indigens poculis, quia ſemper plena, & ſuper plena. *Iacob. de Vorag.in Marial.ſer.17.C.*

Crater deſpicientibus amorem mundi, & deſiderantibus amorem Dei dans poculum, id eſt vinum Spiritus ſancti, quod generat internam iucunditatem. *Idem ibidem.*

Crater, in quantum fuit vas Dei plenum gratia, & Spiritu ſancto. *Idem ibidem.*

Crater, in quo poſitus fuit ſanguis Chriſti. Exod. 24. *Idem ibidem.*

Crater nunquam indigens poculis, quia quantumcumque nobis gratiam Dei effundat, nunquam tamen deficit, ſed amplius creſcit, ſi amplius creſcere poſſet. *Idem ibidem.*

Crater plenus vino diuinæ gratiæ. *Idem ibidem.*

Crater tornatilis, in quantum ſemper infundit vinum Spiritus ſancti, & in quantum circum circa ſemper inuadit, vt inueniat cui infundat, & eſt nunquam indigens poculis, quia nunquam euacuatur, ſed ſemper plenus inuenitur. *Idem in Marialiſer.5.C.*

Crater tornatilis propter capacitatem, nam intra viſcera ſuæ pietatis recipit omnia remedia, & auxilia noſtræ ſalutis. *Idem in Marialiſerm.17. C.*

Crater tornatilis propter interminabilitatem, quia eius miſericordia nullo modo claudituꝛ, nec finitur, ſed à principio vſque in finem vitæ noſtræ, eius miſericordia nos comitatur. *Idem ibidem.*

Crater tornatilis, quia habet motum facilem, & curſum velocem. Quamuis enim alij Sancti de facili moueantur ad noſtrum auxilium, ipſa tamen omnibus ſanctis mouetur facilius ad nos, & ad nos velociter currit. *Idem ibidem.*

Crater, vinum Spiritus ſancti nobis infundens. *Idem ſerm.2. pro Sabbath. 3.hebdomad.40.*

Crater nunquam indigens poculis, id eſt plenus poculis, quia in mundo propinat vinum dilectionis, vinum ſalutis, vinum lętitię, poculum vitæ. *Alanus de Inſul.in c.7. Cantic.*

Crater qui mundo lætitiæ vinum propinauit, de quo dicitur: Calix meus inebrians quam prę clarus eſt. Pſalm.22.& alibi: Vinum lætificat cor hominis. Pſalm.103. *Idem ibidem.*

Crater tornatilis, quia ſi torno facilius operamur, B. Virgo ſine omni difficultate, ſine omni illecebra, ſine omnis carnis anguſtia concepit, & peperit. *Idem ibidem.*

Crater tornatilis, in quantum circum circa ſemper vadit, vt inueniat cui infundat. Cantic.5. *Bernard.de Aſſ.ſerm.1.de Nominat. Mariæ.*

CRATERA, & eſt Cratera vas habens duas anſas, ſuos inebrians amatores cæleſtis potus abundantia, & deuotione, quibus dicit Cant. 5. Bibite, & inebriamini chariſſimi. *Rich. à S.Laur.de Laud. Virg.lib.10.*

CREATVRA Creatori deſponſata. *S.Io. Chryſoſt. orat. de Annunciat.B.Virg.*

Creatura portans Creatorem. *S.Proclus in or. 5. quæ eſt in S.Paſcha, & S. Ioan.Euangel.*

Creatura, de qua Creator omnium eſt procreatus. *Auguſtin.ſerm.5.de Natiuitate Domini, qui eſt 9.de tempore.*

Creatura genitrix Creatoris. *Idem ſerm. 20. ad Fratres in Eremo.*

Creatura, quæ edidit Creatorem. *Idem in ſer.de Aſſumpt.B.Mariæ Virg.Tom.10.*

Creatura ſui Factoris Creatrix. *Idem ſerm.2. de Symbolo ad Catbecumen.cap.5.*

Creatura ſui Creatoris. *S.Petr.Chryſol.Pſal.143.*

Creatura, quæ Creatorem ſuum terris edidit. *D.Eleutherius ſer.de Incarnatione Domini.*

Creatura noua, decentique ratione, nouum Auctori hoſpitium præparatum. *Idem orat. de Natiuit. B. Mariæ.*

Creatura pariens Creatorem. *D.Ildephonſ.ſer.1. in Natiuit.* B. *Mariæ.*

Creatura noua eius, qui nequit capi. *S. Io: Damaſcen. in orat.4. de Natiu.B.Virg.*

Creatura, de qua Creator pro ſalute noſtra ortus eſt. *Goffrid.Abbas ſermone 4. de Natiuitate Domini.*

Creatura nobilis. *D.Bernard.in Meditat deuotiſs. ſuper Salue Regina.*

Creatura Creatorem generans. *Innocen. Papa 3. ſerm.2. in Natiuit. Domini.*

Creatura perfecta in ſummo inter puras creaturas. *D. Bonaventura ſermon. 2. de Beata Virgin. Maria.*

Creatura pauper, pura, deuota, diuina, magiſque cæleſtis, quam terreſtris. *Ioan. Thaulerus ſerm.in Feſto Annunc. B.V.*

Creatura pura, in qua illa omnium artifex Dei Sapientia exercitauit, & fecit ſpiritualiter, quic-

quicquid excogitari poteſt in omni opere, ex auro, argento, ære, & marmore, & gemmis, & diuerſitate lignorum, opere gemmario, carpentario, polimitario, & plumario, ſicut legitur de Beſeleel. Exod. 31. 35. & de Haiam. 2. Paral. 2. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 84.

Creatura, cui Deus gratiam conceſſit præ cæteris. *D. Birgitta lib.* 1. *Reuelat. cap.* 42.

Creatura admirabiliſſima. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Natiuit. B. Virg.*

Creatura noua. *Idem in orat. de Præſentatione B. Virg.*

Creatura nouitate iucundiſſima. *Idem orat. de Aſſumptione B. Mariæ.*

Creatura nobilior omnibus creaturis, quæ in humana natura fuerint, aut poſſint, aut potuerint generari. *D. Bernard. Senenſis in ſer. de S. Ioſepho.*

Creatura nobilis, propter quam Deus ſaluauit parentes primos de prima eorum tranſgreſſione, Noë de diluuio circumdante, Abraham de cæde Regis Chodorlomor, Iſach de Iſmaele, Iacob de Eſaù, Iudaicum populum de Ægypto, & de impia Pharaonis manu, de mari rubro, de vitulo in deſerto, de manibus diuerſorum Regum, & Tyrannorum, ſcilicet Nabuchodonoſor, de captiuitate Babyloniæ, & Aſſyriorum, Dauid de Leone, & Vrſo, de Goliat, de Saule. *Idem Tomo* 1. *ſer.* 61. *qui eſt de ſuperadmirabili gratiæ, & gloria* B. *Virg. Mariæ Matris Dei.*

Creatura admirabilis. *Dionyſ. Carth. lib.* 1. *de Laud. Virgin. art.* 18.

Creatura beatiſſima à nobis glorificanda, in cuius manu eſt ſalus noſtra, per quam ad æternæ beatitudinis reducimur fontem, atque ad lucem miſerationum Dei perducimur, quæ nos dilectiſſimo, ac vnico Filio ſuo, verò Deo, Domino, ac Iudici, Saluatori, Creatori noſtro, potentiſſima eſt reconciliare, vnire, ac ſemper tueri in ipſo. *Idem de Laud. B. Virg. lib.* 1. *art.* 1.

Creatura felicitiſſima. *Idem lib.* 1. *de Laud. Virgin. artic.* 18.

Creatura ſpiritualiſſima. *Idem libr.* 4. *de Laud. Virg. artic.* 18.

Creatura vnica, ab homine, & muliere concepta, facta abſque peccato originali. *Paulus de Heredia in Tract. de Concept. B. Virg.*

Creatura prima in genere humano, in cauſa, excellentia, & dignitate. *Petr. Gal. lib.* 7. *de Arcan. cap.* 4.

CROCVS. *D Bernardin. ſerm.* 3. *ſuper Salue Regina.*

Crocus, qui habet crines aureos; verè enim cogitationes Beatæ Virginis fuerunt aureæ, quia dependentes, & ortum habentes à capite aureo Deitatis, & charitatiuè patientes, ſapientes, & obedientes, quæ omnia notantur in auro. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib.* 5.

Crocus, quia ſi Crocus cibos nobilium colorat, & ſapidos reddit: Maria cibos illorum, qui faciunt voluntatem Dei Patris, ſicut dicitur in Euangelio, quorum cibi verba Domini, colorat, & inſignit, & ſapidiores reddit. *Idem de Laud. Virg. lib.* 12.

Crocus, quia ſi Crocus crines habet gramineos, longos, graciles, & aureos: Maria habuit crines, id eſt cogitationes virentes fide, quia gramen ſolet virere; habuit gracilitatem paupertatis, longitudinem longanimitatis, perſeuerantiæ, aureum colorem ſapientiæ de diuinis. *Idem ibidem.*

Crocus, quia ſi Crocus habet florem ſpecioſiſſimum, aureum, rubeumque decorum, & pretioſum, fragrantem, & odoris optimi: Maria habuit Chriſtum, florem aureum, quoad Deitatem, rubeum, quoad ſanguinis effuſionem, decorum, quoad vtramque naturam, odoris præcipui, vnde ſe comparat balſamo, myrrhæ, & cinamomo. *Idem ibidem.*

CRVCIFERA Ieſu, quæ crucem paſſionis Vnici ſui ſemper mente tulit. *Io. Mauburn. in Roſeto Exercit. Spiritual. tit.* 21. *cap.* 6.

CRVCIFIXA cum Chriſto in hora Conceptionis, nam ab inſtanti Conceptionis, fuit in Chriſti anima totus actus internus, quo Deo pro omnibus ſatisfecit, & quoad omnem pœnam, & mortem Deo placitam, vel exactam, ſe promptiſſimè expoſuit in ſuo velle interno. In ſignum autem, quod Crucifixa Crucifixum concepit, ordinauit ſumma Sapientia Dei, quod eodem die Chriſtum concepit, quo etiam fuit paſſus. *D. Bernard. Senenſis ſer.* 2. *de Conſenſu Virginali.*

Crucifixa mente Deo Crucifixo præ nimio deſiderio amoris. *Io. Trithem. lib.* 1. *de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap.* 10.

CRVX Domini; eſtendens enim ſanctas vulnas, Dominum portauit. *D. Epiphanius in ſerm. de Laud. Virg.*

Crux ſibi ipſi per affectum maternum, ſtando erecta iuxtà Filij crucem. *Gulielmus Parvus in cap.* 7. *Cantic.*

Crux Domini, nam ſicut arbor triumphalis Crucis Dominicæ terribilis eſt maliguis Spiritibus, ita B. Virgo merito ſuæ rectitudinis malignos Spiritus terret, atque expellit: & ſicut ſignum Crucis armatura ſpecialis eſt contra Diabolum, ita inuocatio nominis Beatiſſimæ Virginis, quod eſt Maria. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virginis lib.* 5.

Crux ſpiritualis; ſicut enim arbor triumphalis Dominicæ Crucis terribilis eſt maliguis Spiritibus, ſic Beata Virgo merito ſuæ rectitudinis malignos Spiritus terret, atque expellit. *Ioan. Hailgrinus in cap.* 7. *Cantic. Canticor.*

Crux ſpiritualis malignos Spiritus terrens, atque expellens. *Maurit. de Villaprobata ſerm.* 33. *Coronæ nouæ B. Mariæ.*

CRYSTALLVS, quia ſicut Cryſtallus rore humectata, & ſoli ſubiecta incorrupta parit iuniculum,

culum,ſic Beata Virgo Spiritus ſancti made-facta,ſaluo flore virginitatis,peperit Chriſtũ lumen Eccleſiæ. *Idiota de B. Virg. part. 14. contemplat.34.*

Cryſtallus merito purificata, & præparata, vt eſſet vas purum, atque puriſſimum ad continendum, non paruas reliquias ſancti cuiuſdã, ſed ipſum corpus ſanctiſſimum Saluatoris, in quo habitauit plenitudo Diuinitatis corporaliter, vnde Iſai. 12. Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael. *Ern. Prag. in Mariali cap. 49.*

Cryſtallus,quia ſi Cryſtallus gemma in partu cum melle vbera lacte replet; Maria ſimiliter viſcera pietate. *Idem in Mariali cap.42.*

Cryſtallus, quia ſicut Cryſtallus puriſſima ex aquis fluidis per multos annos, nimio frigore gelu conſtricta dureſcit in lapidem: Eccl.43 Frigidus Ventus, Aquilo flauit, & gelau it Cryſtallus ab aqua: ità Beata Virgo licet eſſet puriſſima, tamen quodadmmodo per liberum arbitrium fluida per ſuam ſanctificationem, ità eſt ſolidata, vt Cryſtallo meritò debeat comparari,propter frigiditatẽ caſtitatis,propter perſpicuitatem puritatis, propter ſoliditatem ſanctitatis. *Idem in Mariali cap.94.*

Cryſtallus, in qua relucet ſplendor Sanctitatis. *Bernard.de Buſtis ſerm.2.de Aſſumpt.B. Mariæ.*

Cryſtallus lucidiſſima, peccatorum mala depellens ſomnia, faſcinatorum ſoluens cuncta phantaſmata, mentes pœnitentiæ laboribus deditas, ad verum iuſtitiæ ſolem dirigens, ex cuius miſerationum radijs ignem in eis diuini amoris accendit. *Ioan.Trith.lib.1.de Mirac. B.Virg. in Vrticeto cap.7.*

CVBICVLVM diuinæ Incarnationis. *D.Gregor. Thaumat. ſerm.3.in Annunc.B.Mariæ.Virg.*

Cubiculum nuptiale Natinitatis Dei ſecundum carnem. *S.Ioan. Chryſoſt.orat.de Annunc. B.V.*

Cubiculum Regis. *D.Auguſtin.ſerm.14.de. Natiuit.Domini,qui eſt 18.de tempore.*

Cubiculum Dei. *D. Bernardus ſerm.3. ſuper Salue Regina.*

Cubiculum Filij Dei. *Adam præmonſtraten.l.1.ſer. 40.& Petrus Cellenſis ſerm.7. de Aſſumpt.B.V.*

Cubiculum, quia ſingulariter quieſcit in ea, qui vnicus, & vnicè natus eſt ex ea. *Idem ſerm.5. in Natiuit.Domini.*

Cubiculum Regis gloriæ, quod non eſt mirum, ſi ipſe Rex gloriæ delicijs cœleſtibus aſſuetus ſupellectili meliori, & molliori ſtrauit, & valida munitione circumuallauit, vt eſſet hortus concluſus, ſonſignatus; cum videamus inſenſatas auiculas, vndecumque congerere mollia,& nido vtilia deferre,vt quaſi domum ſibi faciant vbi pullos reponant. *Idem ſerm. 3.de Aſſumpt.B.Mariæ Virg.*

Cubiculum Sponſi ſecretum. *Albert.Magn.ſer.1. in Annunc.B.M.V.*

CVBILE Domini. *Chriſippus in ſerm.de S.Maria, qui extat Tom. 6. Bibliothec. magnæ veterum Patruum parte 2.*

Cubile humilitatis. *Maurit.de Villap obata ſerm. 4. Coronæ nouæ B.Mariæ.*

CVLMVS larga pietate redundans. *Albert.Mag. in Biblia Mariana ſuper lib.Geneſis*

CVLTRIX iuſtitiæ. *Helinand.Ciſtercien. ſerm.1.in Natiuit.B.Virg.*

Culcrix prima virginitatis, ac potius religioſitatis. *S.Mechtild.lib.1. gratiæ ſpiritualis c.40.*

Culcrix mitiſſima internæ quietis. *Lud.Bloſius in Endologia 3.ad B.Virginem.*

CVMVLVS miſericordiæ,ad quem tota ſollicitudine debet recurrere miſeria noſtra. *D. Bernardus ſerm. 4.de Aſſumpt.B.Mariæ & S. Laurent. Iuſtinianus in Ligno vitæ de Spe cap.5.*

Cumulus tritici, quia ipſa cœleſtem panem nobis peperit, de quo, quicumque comederit non morietur. *Matthæus Cantacuzenus in cap. 7.Cant. Cantic.*

Cumulus tritici, ſingulis diebus fideles replens abundè ſupernaturali illo pane, qui abſolutè ab illa emanauit. *Idem ibidem.*

Cumulus tritici;vallatus lilijs,ideſt, vndiq;diuinis munita dogmatibus,doctrinisque Chriſti, qui carnem ex ipſa ſumpſit. *Idem ibidem.*

CVRA mundi. *Andr. Cretenſis Can. in Concept. B.Mar.*

CVRATIO dolorum partus Euæ. *Iacob. Monachus in Mariali orat.2.*

Curatio dolorum primæ parentis. *Iacob.Monach. orat.de Natiuit.B.Virg.*

CVRRVS formæ ignea. *S.Sabba in Menæis Græcorum die 8.Iulij.*

Currus Dei, decies mille millibus multiplicatus, quæ millia locupletum aduxit ad eum carne tectum. *Andr. Cret. orat.3.de Dormit.B.Virg.*

Currus ſanctiſſimus eius,qui eſt ſupra Cherubin. *Idem orat.in Annunc.*

Currus regalis, quo vectum Verbum cum carne in terram aducnit. *Georgius Nicomed.orat. de Præſent.B.Virg.*

CurrusDei multiplex eorum,qui diuinæ gratiæ copijs afſtuunt. *S.Ioan.Damaſc.orat.1.de Natiuit.B.Virginis.*

Currus lucifer. *S.Ioſeph Hymn.9.in ſuo Mariali.*

Currus ſolis ſpiritualis. *Idem ibidem.*

CurrusVerbi Dei ignea luce nitẽs. *Idem ibidem, & Matthæus Cantacuz.in cap.1.Cant. Cantic.*

Currus Regis ſuperni. *Ioan. Geometra in B.Virgin. Hymn.3.*

Currus viuus,& clariſſimus. Thesbitæ virtutum rapidis cõcitus quadrijugis. *Id.in B.V.Hym.1.*

Currus flammeus,ac lucidiſſimus. *Iacob.Monac. in Mariali orat.5.*

Currus illius,qui millibus Augelorum multiplicem Currum ſuperemi net. *Id.in Mar. orat.6.*

Currus Chriſti de peccato regnantis. *Matthæus Cantacuz.in cap.1.Cant.Cantic.Salom.*

Currus ignis. *D.Cathar. Senenſ.in XI.ſuarum orationum, quam habuit Romæ in die Annunc. B. Virg.anno 1379.*

Currus Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, inſtar Cherubin. *Claud.Rap.Cœleſt.ſerm.2.de Concep. B.Virginis.*

Cur-

Currus igneus, cuius ſola ſpecies leuauit Eliam in paradiſum. *Arnold. Boſtius lib. de Patron. & Patrocinio Deiparæ Virg. in ſibi dicatũ Carmeli ord. cap. 5. §. 1*

Currus Dei virgineus. *S. Thom. de Villanoua in Conc. de Viſitat. B. Virg.*

Currus Dauidicus. *S. Ioan. Damaſ. Cant. in SS. V.*

Currus multorum nominum multis millibus multiplex ineffabiliter Cherubim ſublimior, & Seraphim eminentior. *Idem ibidem.*

Currus Verbi rationalis, & animatus. *Idē Can. in SS. Deip.*

Currus omni mente ſuperior. *Idem Can. in SS. Apoſt. Petrum, & Paulum.*

CVSTODIA populi. *Anonym. in Can. ad SS. Deiparam, qui extat in Rituali Græcor. pag. 813.*

Cuſtodia tuta vitæ noſtræ. *Idē in Eucologio, ſeu Rituali Græcor. in officio communis ſupplicationis*

Cuſtodia noſtra in tẽrationibus. *S. Ioan. Damaſ. in Paracl: B. V. & S. Ioſeph. Hymn. in ſuo Mar.*

Cuſtodia noſtra tutiſſima. S. *Io. Damaſc. in Paracletico B. Virg.*

Cuſtodia ſeruorum ſuorum. *Idem ibidem.*

Cuſtodia omnium. S. *Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Cuſtodia Religionis. *Petrus Blef: ſerm. 38.*

Cuſtodia animarum noſtrarum. *Theod. Laſt. Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Cuſtodia legum Chriſti. *Idem ibidem.*

Cuſtodia diuerſarum vinearum, idẽſt Eccleſiarũ ex gentibus. *Alanus de Inſul. in cap. 1. Cant.*

Cuſtodia iuſtorum. *S. Thom. à Villanoua Conc. de Natiuit. B. Virg.*

CVSTODIARIVM ineffabilium iudiciorũ Dei theſauri *Ioan. Epiſc. Aret. in Tract. de Dormit. SS. Virg. Maria.*

CVSTOS morum ſuorum. *S. Ambroſ. lib. 2. de V.*

Cuſtos ſui ipſius. *Idem ibidem.*

Cuſtos eorum, qui grauibus paſſionum procellis in pelago vitæ aſſiduè immaniter iactãtur. *S. Ioan. Damaſ. in Paracl: B. Virg.*

Cuſtos totius vitæ noſtræ, à Dæmonibus nos liberans in hora mortis. *Idem ibidem.*

Cuſtos noſtra in tentationibus. *S. Ioſeph. Hymn. in ſuo Mariali.*

Cuſtos hominum, quia cuſtodit omnes fideles chriſtianos. *Idiota de B. Virg. part: 16. Contempl. 10. Richard. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 2. & D. Bonau. in Laud. 3. Virg. Mariæ.*

Cuſtos Altaris, & Templi Dei. *D. Anſelm. in opuſc. de forma, & moribus B. Mariæ.*

Cuſtos fideliſſima ſui pudoris. *Franc. Abbas lib. 6. de gratia Dei.*

Cuſtos gentium. *Rupert. Abbas lib. 1. Commentar. in Cant. Cantic.*

Cuſtos vnica Domini. *Idem ibidem.*

Cuſtos animi Sponſi cœleſtis. *Philip. Abbas lib. 2. in Cant. Cantic. cap. 3.*

Cuſtos Eccleſiæ. *Idem Tom. 6. moralitatum in Cant. Cantic.*

Cuſtos fida ſecretorum Dei. *Idem lib. 5. in Cant. Cantic. cap. 7.*

Cuſtos neceſſaria vinearum, ideſt animarum noſtrarum. *Idem lib. 1. in Cant. Cantic. cap 22.*

Cuſtos vineæ Domini Sabaoth, ideſt Eccleſiæ. *Idem Tom. 6. moralitatum in Cant. Cantic.*

Cuſtos vinearum, noſtras ponens vites in ordine, ſepiens maceria, putans, fodiens, & omni diligentia nos cuſtodiens. *Idem lib. 1. in Cantic. Canticorum cap. 22.*

Cuſtos Religioſorum. *Theod. Laſcb. Imperator in Cant. ad SS. Deiparam.*

Cuſtos ſolitariorum. *Idem ibidem.*

Cuſtos animi diuini. *Ioan. Hailgrinus in cap. 2. Cant. Canticor.*

Cuſtos noſtra. *Idem in Pſalterio minori B. Virg. quinquagen. 2.*

Cuſtos ſingularis, & vniuerſalis hominum. Angeli enim cuſtodiunt ſingulos homines, ipſa verò cuſtodit vniuerſaliter ſingulos, & ſingulariter vniuerſos. *Albert. Magnus ſuper Miſſus eſt cap. 191.*

Cuſtos ineffabilium myſteriorum. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

Cuſtos perpetua totius vitæ noſtræ. *Henric. Suſo in orat. ad Mar. Virg cuius initium Horum omnũ*

Cuſtos paruulorum. *Ern. Prag. in Mariali cap. 141.*

Cuſtos ſingularis vniuerſorum. *D. Anton. in ſumma parte 4. tit. 15. cap. 44.*

Cuſtos vniuerſalis ſingulorum. *Idem ibidem.*

Cuſtos protegens totius vitæ Religioſorum. *Thom à Kempis in 3. part. ſerm. 2.*

Cuſtos diligentiſſima interiorum ſuorum, quamuis peccare non poterat, ad vehementius proficiendum. *Dion. Carth. in Cant. art. 21.*

Cuſtos diligentiſſima proprij cordis ad proficiendum in omni bono. *Idē in cap. 32. Prouerb.*

Cuſtos efficaciſſima totius Eccleſiæ. *Idem lib. 2. de Laud. Virgin. artic. 26.*

Cuſtos fidelisſima totius Eccleſiæ. *Idem ibidem.*

Cuſtos totius militantis Eccleſiæ à Filio ſuo adorando conſtituta, cui decuit plurima reuelari de ſtatu, proceſſu, eueutu eiuſdem Eccleſiæ militantis, vt ex illorum præcognitione magis procuraret, ac tueretur bonum illius Eccleſiæ. *Idem lib. 2. de Laud. V. art. 18.*

Cuſtos vinearum Eccleſiæ, ex gentibus congregatæ. *Idem in Cant. art. 5.*

Cuſtos omnium mortalium. *Io: Trith. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto cap. 7.*

Cuſtos ſublimis, & petuigil vineæ, id eſt, animæ noſtræ. *Ioan. Picus lib. 1. in Cantic. c. 10.*

CYATHVS vas potatorium, quod alio nomine dicitur Cimba, quæ eſt nauis, cuius ſimilitudine fiunt quædã uaſcula argentea ad deportandum incenſum. Maria namque vt Cyathus potat nos vino multiplici, vt Nauis ſeruos ſuos deducit in portum voluntatis eorum, & vt Vaſculum orationes noſtras coram Domino repræſentat. *Rich. à S. Laurent. de Laud. Virgin. lib. 10.*

CYPRESSVS. *D. Bernard. ſer. 3. ſup. Salue Regina.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus arbor eſt medicinalis, & medetur corporibus: ſimiliter Beata

Virgo medicinalis eſt, quia genuit ſalutem animarum fidelium, ſcilicet Ieſum Chriſtum, qui eſt medicina vulnérum noſtrorum, quia ipſe intima charitate motus, languores noſtros tulit ſuper lignum Crucis. *Idiota de B. Virg. par. 14. contemplat. 47.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus durum habet fructum: fructus Beatæ Virginis, nempè Chriſtus eſt durus in Sacramento indignè recipientibus, quia tales ipſum ſumunt ad iudicium, & condemnationem. *Idem ibidem.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus eſt arbor recta: Beata Virgo recta fuit, non declinando ad dexteram proſperitatis, neque ad ſiniſtram aduerſitatis: recta etiam fuit, quia nunquam inclinata fuit per amorem mundanum, vel aliquod peccatum: recta inſuper fuit per pauperiatem, quæ eſt rectitudo animæ, quia diuitiæ faciunt hominem tortuoſum. *Idem ibidem.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus fluxum ſanguinis reſtringit: B. Virgo fluxum vitiorum, & peccatorum clementer reſtrinxit, & reſtringit quotidie interceſſionibus, & orationibus ſuis ſanctiſſimis. *Idem ibidem.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus membra mollia indurat, & confirmat: B. Virgo corda mollia ad peccandum, indurat, & couſortat, ne peccent: ideò clamamus quotidie ad eam: Succurre miſeris, iuua puſillanimes. *Idem ibidem.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus nullo impulſu, nulla vetuſtate comam deponit: Beata Virgo nullo impulſu alicuius tentationis comam, quæ ornet caput, id eſt, virtutes ornantes animam depoſuit, ſed totum Chriſto capiti ſuo attribuit, quia eam non extulit felicitas, nec depreſſit afflictio. *Idem ibidem.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus proprietatis eſt calida: Beata Virgo eſt complexione calida per dilectionẽ, quia Filium ſuum benedictum cordialiter diligit, & creaturas propter eum. *Idem ibidem.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus ramos ſuos colligit per rotundum, & eleuat ſurſum: Beata Virgo ramos ſuarum virtutum, & gratiarum non diſperſit hinc inde per vanitatem, ſed ad ſuum ſublime, quod eſt Deus colligere voluit. *Idem ibidem.*

Cypreſſus exaltata in monte Sion, quia dum in mundo viueret, cunctis, quæ mundi ſunt, potenter ſubactis, virtutum gradibus ad cæleſtia fortiter ſcandens, diuinitatis gloriam præ cunctis Eccleſiæ fidelibus ſpeculabatur, & nunc eam præ cunctis ſpiritibus cæleſtibus contemplatur. *Hugo de S. Victore ſer. in Aſſumpt. B. M. V. qui eſt in ordine 47.*

Cypreſſus in monte Sion, id eſt, in vera ſpecula, ſcilicet Eccleſia, cuius mens cum ſemel aruit, ſicut ficus, nunquam reuiruit de mundi gaudijs, ideo prædicatione antefertur omnibus pro Chriſto mortificandis. *Honor. Auguſtodun. in Sigillo B. Mariæ.*

Cypreſſus exaltata in monte Sion, id eſt in eminentia vtriuſque Eccleſiæ militantis, & triumphantis, quia Beatam illam dicunt omnes generationes Angelorum, & hominum. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 12.*

Cypreſſus, quia ſi arbor Cypreſſi ad multos vſus eſt neceſſaria; inde enim ſunt tabulæ ad ſcribendum, manubria cultellorum ad ſecãdum, & huiuſmodi: Maria nobis in diuerſis neceſſitatibus auxiliatur, & prodeſt, nam ipſa omnibus omnia facta eſt, vt quantum in ſe eſt lucrifaciat vniuerſos. 1. Cor. 9. *Idem ibid.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſi folia, fructus, & frondes, medicinalia ſunt; Mariæ verba, opera, & exempla ſunt in medicinam per exemplum ſapientiæ eius, ſunt in cibum, in Filij Sacramento, ſunt etiam in vmbram, & protectionem, quoad frondes, in quibus habet venuſtatem per exemplorum honeſtatem. *Idem ibidem.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus dicitur ex eo, quod ramos à rotundo in acutum colligens, velut conum facit in ſummo: Maria ramos virtutum ſuarum, non per vanitatem diſpergebat, ſed ad vnum ſublime, quod eſt Deus, colligebat, iuxtà illud. Eccl. 30. Contine, & congrega cor tuum in Sanctitate. *Idem ibid.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus eſt arbor medicinalis, & medetur corporibus: Maria medicinalis eſt, quia genuit ſalutem animarum fidelium, Chriſtum ſcilicet, medicum vulnerum noſtrorum. *Idem ibidem.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus eſt arbor recta; Maria recta eſt per dilectionem, vndè recti diligunt te. Cant. 1. Recta eſt, quia nunquam inclinata per amorem mundialium, vel aliquod peccatum, vel recta per pauperiatem, quæ eſt rectitudo animæ, quam diuitiæ faciunt tortuoſam. *Idem ibidem.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus fluxum ſanguinis reſtringit: Maria Cypreſſus eſt animæ Emoroiſſæ, quia deſiccat venas mortis. Ozeæ 13. *Idem ibidem.*

Cypreſſus, quia ſi Cypreſſus, nullo impulſu, nulla vetuſtate comam deponit: Maria nunquã depoſuit virtutes, quibus ornauit Chriſtum caput ſuum, ei totum attribuendo, cum dicit; Fecit mihi magna, qui potens eſt; ipſam enim nec extulit fælicitas, nec depreſſit afflictio. *Idem ibidem.*

Cypreſſus per miſericordiam flexibilis, & per dilectionem rectiſſima. *Hugo Cavenſis in c. 24. Eccleſiaſtici.*

Cypreſſus odorifera, ſolida, & virtuoſa. *Iacob. de Voragine in Mariali ſer. 8. C.*

Cypreſſus ob honeſtatis decorem, ſanctitatis odorem, & fortitudinis vigorem commendanda. *Ern. Prag. in Mariali cap. 47.*

Cypreſſus trifera, quia tripliciter nobis fructum miniſtrat, temporalem, ſpiritualem, & cæleſtem. *Idem ibidem.*

Cypreſſus conuerſationis. *Barthol. de Piſis lib. 1.*

de

*de Laud. Virginis fructu* 2.

Cypreſſus, quia fama celebris. *Idem libr.* 1. *de Laud. Virgin fructu* 8.

Cypreſſus ſe attollens. *D. Laurent. Iuſtinian. in lib. de Caſto Connubio Verbi, & animæ c.* 9.

Cypreſſus exaltata in monte Sion, quia ſicut in monte Sion Cypreſſus odorifera ſuper alias arbores aſcendit: ita Maria ſuper omnes Prophetas; Sion enim interpretatur ſpeculatio, & ſignificat altum ſtatum Prophetarum. *D. Antonin. in ſumma* 3. *par. tit.* 31. *cap.* 3.

Cypreſſus; ſicut enim arbor Cypreſſi ſolidiſſima, nulli oneri cedit, & in monte Sion ſublimiter eminet; ſic B. Virgo in populo Chriſtiano robuſtiſſima manet, nec vlli vitio vnquam ceſſit, nulli tentationi ſuccubuit, multiplicem confortationem eidem populo meritis ſuis, ac precibus impetrauit. *Dion. Carth. in cap.* 24. *Eccleſiaſt.*

Cypreſſus odorifera, odore ſuæ ſanctitatis expellens ſerpentes, id eſt Diabolicas tentationes, & vermes, id eſt malas cogitationes, conſcientiam corrodentes. *Bernardin. de Buſt. ſer.* 1. *de Aſſimilatione B. Mariæ.*

Cypreſſus odorifera, quia fuit ab omni humore mundani amoris penitus exſiccata, quia fuit igni Spiritus ſancti appoſita, imò tota in ignem amoris conuerſa, quia fuit Soli diuino expoſita, imò ipſa fuit ipſo Sole tota veſtita; lignum enim Cypreſſi exſiccatum magis redolet, quàm viride, & igne appoſitum multum redolet. *Idem ibidem.*

Cypreſſus ſolida, nullo pondere tribulationis à ſua rectitudine incuruata. *Idem ibidem.*

Cypreſſus virtuoſa. *Idem ibidem.*

Cypreſſus incorruptibilis. *Io: Tritbem. lib.* 1. *de Mirac. B. Virg. in Vtricto cap.* 6.

# LIBER QVARTVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera D.



ABIR reuera ſacrum, in quo diuini ſanctæ Eccleſię myſtagogi iudicis tenet ſedem, diuinarum reuelationum futura prædixerũt. *S. German. in orat. de Natiuit. B. Virg.*

DALILA dilecta, in cuius gremio Sampſon ille potentiſſimus, nempè Deus, infirmatus, ligatus, & tonſus recubuit. S. *Tho. à Villanova Conc. 4. in Natali Domini.*

Dalila ſacra, quæ fortiſſimum abligauit, & omnipotentem Deum noſtris commodis infirmauit, læta, & iucunda de Sampſone triumphans. *Idem ibidem.*

DAMNATRIX mortis, *Goffridus Abbas in orat. ad Matrem Domini.*

DANIEL, ad quam Abacuc, qui interpretatur luctator fortis, id eſt, Ieſus, qui luctum geſſit cum Diabolo non inanem, cum prandio bono diuinitatis, Angelos, & homines reficientis miſſus eſt, id eſt, incarnatus ex ea Angelo nunciante. Daniel enim, qui interpretatur cauſa Dei, caſtiſſimus, ſepientiſſimus, contemplationi deditus, ſignificat Virginem Mariam, totam vtilem, nihil fœminum in moribus habentem, caſtiſſimam, ſapientiſſimam, & contemplatiuam, quæ benè dicitur cauſa Dei, quia Mater Dei. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 20.*

DAPIFERA delitiarum Dei. *B. Bonauent. in Litaniis Pſalterij B. Virg.*

DATRIX diuinæ bonitatis. *Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunc.*

Datrix omnium bonorum. *Io. Epiſc. Aretinus in Tract. de Dormit. SS. Virg. Mariæ.*

Datrix multorum munerum, & opulentorum donorum Regibus, & Sacerdotibus, diuitibus, & pauperibus, iure ſuo viuentibus, & monaſticam vitam colentibus, Ducibus, & Imperatoribus, dominantibus, & ſeruientibus, Principatibus, & præſidentibus, ægrotantibus, & rectè valentibus, omnibus, modo, hoc, modo illud petentibus. *Theod. Laſch Imperator in orat. de Ammne. B. Virg.*

Datrix vitæ. *D. Bonau. in Pſalterio minori B. Virg. Quinquagena 3.*

Datrix largiſſima gratiarum. *Alber. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*

Datrix noſtra, dans omnia, quæ honeſtè, & iuſtè dari poſſunt. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangelium Matthæi.*

Datrix omnis dandi, dedit enim Deo mundum, Deum mundo, hominibus cælum. *D. Anton. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 44.*

Datrix gloriæ. *Bernardin. de Buſt. ſer. 3. de Aſſimilatione B. Mariæ Virg.*

DAVID Diaboli totali ſuperatione. *Bartbol. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 4.*

Dauid figuratiuè; Dauid enim interpretatur pulcher aſpectu, & de Virgine ait Spiritus ſanctus. Cantic. 4. Tota pulchra es amica mea. *D. Anton. in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 6.*

DEA. *D. Bonauent. in Pſalterio minori B. V. Quinquagena 1. & Iuſt. Lyp. de Virg. Aſpricolli c. 1.*

Dea ornata æternitatis pallio. *D. Greg. Nazianz. in tragœdia de Chriſto patiente.*

Dea Dearum, nam ſi Deos ſacra eloquia vocant non tantum ſupercelestes Eſſentias, ſed & apud nos amantiſſimos Dei, & mirabiles viros ex *Dionyſ. de diu. Nom.* cur non Dea, & Dea Dearum Virgo Dei amantiſſima, & mirabiliſſima? *Alb. Magn. ſuper Miſſus eſt c. 194.*

Dea miſericordię. *Idem ibidem.*

Dea amoris. *Ern. Prag. in Mariali cap. 7.*

Dea Deiformitate actuum. *Idem in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 44.*

Dea facta per gratiam, cui ſubditus fuit humilis Deus. *Idem in ſum. 3. par. tit. 31. cap. 3.*

Dea Dearum. *D. Bernardin. Senenſ. Tom. 1. ſer. 16. qui eſt de ſuper admirabili gratia, & gloria B. V. Bernardin. de Buſtis ſerm. 5. de Nominatione B. Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſer. 26. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Dea peccatorum, vel Dœmonum. *Idem ibidem.*

Dea Eccleſiæ vniuerſalis. *Idem ibidem.*

Dea Dearum *Bernard. Sen. Tom. 16. de ſuper admirabili gratia, & gloria B. V. Bernard. de Buſt. ſer. de Nom. B. M. & Maur. de Villaprob. ſer. 26. Coronæ nouæ B. M.*

Dea

Dea non immerito, cum ſancti in ſcriptura vocentur Dij. *Lodon. Bloſius in Canone vitæ ſpiritualis cap.* 18.

DEBBORA noſtra, quæ ſurrexit per natiuitatem in mundo apparendo, vel per aſſumptionem in cælum aſcendendo. *Albert. Magn. in Biblia Mar. ſuper. lib. Iudicum.*

DEBELLATRIX omnis peccati. *Petrus Abbas Cæleſtinus lib. 6. Epiſtolar. Epiſtol. vltim.*

Debellatrix hæreſeon. *Frideric. Fornerus in Epiſt. dedicatoria Palmæ triumphalis.*

DEBITRIX ſapientibus, & inſipientibus facta copioſiſſima charitate. *D. Bernard. ſerm. de B. Virg. ſuper illud Apocalipſ. Signum magnum*

DECLARATIO occultorum, & profundorum diuinæ incomprehenſibiliratis. *Andr. Creteuſ. orat. 3. de Dormit. B. Virg. M.*

Declaratio arcanorum. *Georg. Nicomed. in or. 3. de Præſentat. B. Virg.*

Declaratio Prophetarum. *Petr. Bleſ. ſer. 38.*

Declaratio abſconditorum myſteriorum. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 6.*

DECLINATORIVM ſpecialiſſimum Filij Dei. *D. Bernard. Seneuſ. Tom. 2. ſer. 51.*

DECOR Iacob. *S. German. orat. in Annunciat. B. Virg. M.*

Decor venerandorum Sanctorum Angelorum. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl. B. Virg.*

Decor Angelorum. *S. Ioſeph hymn. in ſuo Mar.*

Decor fidelium. *Idem ibidem.*

Decor Iacob, *Idem ibidem.*

Decor puniceus Hyacinthi, quo alma notantur libertatis ſymbola, nulla necis. *Ioan. Geom. in B. Virg. hymn. 2.*

Decor domui Domini impoſitus. *Theophilactus in orat. de Præſent. B. Virg.*

Decor virginalis, quem verbum Patris induit, cum de fonte caſtitatis, noſtra carne ſe præcinxit. *S. Anſelm. in Pſalterio B. V. par. 2.*

Decor Regni Chriſti. *Theodor. Laſch. Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Decor virginalis conſeruans nos à malis. *B. Ioſeph Steinfelt. opuſculo 4.*

Decor omnis Eccleſiæ. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 1. Luc.*

Decor Carmeli, per Carmelum commendatur à Salomone pulcherrima mulierum, cum ait: Quam pulchra es, & quam decora chariſſima! Capur tuum, vt Carmelus. *Ioan. de Bachone Tract. de inſtitutione ord. Carmeli ad honorem Virginis Deiparæ cap. 1.*

Decor humani generis. *Iacob. Monach. orat. de Natiuitate B. Virg.*

Decor virginalis perpetuò inuiolatus. *Ioan. de Malinis in ſpeculo hiſtoriali cap. 1.*

Decor virginitatis ſemper incorruptus. *Idem ibidem, & S. Laurentius Iuſtinian. de Triumph. Chriſti Agone cap. 7.*

Decor orbis vniuerſi. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Præſentat. B. V. M.*

Decor ſanctæ Eccleſiæ. *D. Bernard. Seneu. Tom. 1. ſer. 16. qui eſt de ſuperadmirabili gratia, & gloria, Virg. Matris Dei, & Maur. de Villaprobata ſer. 25. Coronæ nouæ B. M.*

Decor totius creaturæ. *Dionyſ. Carth. lib. 2. de Laud. Virg. art. 7.*

Decor omnium cœlorum. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſer. 2. de Coronat. B. M. V.*

Decor Carmeli Mariæ datur, cum quidquid fuit vnquam in Carmelo decoris, illi totum tribuitur; ſed nihil vnquam fuit ibi maioris decoris, quam Elias, & alij prophetæ, & eorum ſequaces ibidem religioſiſſimè viuentes &c. cui principaliter debent attribui. *Ioan. Hildeſheimenſis in defenſorio Ord. Camel. c. 13.*

Decor totius curiæ cæleſtis. *Idem ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ V.*

Decor Carmeli datus eſt ei: vt decor conchæ eſt pulchritudo margaritæ, ſic decor nudum Carmeli, ſed vt cuiuslibet loci eſt cœtus inſignium perſonarum talem locum inhabitantium; nec enim propter locum gentem, ſed propter gentem locum elegit Deus. Igitur vt Propheta Dei fidelis inueniretur. *Decor Carmeli datus eſt ei*, ſcilicet cæpta in Carmelo Religio, ſeruata quoque diutine cum deriuatis ex eo monaſterijs innumeris inſigniũ vtriuſque ſexus perſonarum, atque ſic merito gloriosa Virgo Carmelum ſibi datum cum omni decore illius vindicat ſibi. *Ioan. Palconyd. lib. 2. Faſciculi tripartiti Hiſtoriar. Ordin. Carmel. cap. 8.*

Decor venerandæ maturitatis. *Ioan. Picus lib. 1. in Cantic. cap. 10.*

Decor cæleſtis domus Dei. *Ioan. à Ieſu Maria Tomo 2. Oper. ſuor. in Tract. Theol. Myſt. pag. 67.*

Decor animæ meæ, ſpes & firmamentum meum in terra morientium, quibus flagro deſideriſs tenendi te, & condendi in ſecreto thalamo cordis mei. *Idem ibidem. pag. 63.*

DECVRSVS aquarum, non ſtagnum, quia in ea nulla ſubſiſtit illuuies. *Guib. Abb. in Tract. contra Iudæos lib. 3. cap. 7.*

DECVS Aaron. *D. Ephrem. in ſerm. de Laud. Beatæ Mariæ Virg.*

Decus Eccleſiæ noſtræ. *S. Ioan. Chryſoſt. orat. in Nipap.*

Decus illibatæ Virginitatis. S. *Proclus in orat. 1. de Laud. V. M. Sergius relatus à Caniſio lib. 1. de Deipara cap. 11. & à Coccio Tom. 1. pag. 307. in orat. de Natiuit. Virg. & Ioan. Picus libr. 1. in Cantic. cap. 2.*

Decus non vulgare generis vniuerſi muliebris. *S. Proclus in grat. 1. de Laud. V. M.*

Decus pudicitiæ. S. *Petr. Chryſ. ſer. 146.*

Decus excellens. *Venant. Fortunatus Elegia in Laudem SS. M. V. & Matris Domini.*

Decus caſtitatis. S. *Andreas Cretenſis in Natiuit. B. Virgin.*

Decus omnium Prophetarum, & Patriarcharum. *Idem orat. 1. in Annunc. B. Virg.*

Decus Sanctorum. *Idem Can. in Sanct. Andr. Apoſtolum.*

Decus mulierum. *D. Hildephonſ. ſer. 4. de Aſſump. B. Ma-*

*B. Mariæ. Franciſcus Abbas lib. 6. de Gratia Dei, & D. Dionyſius Carth. lib. 1. de Laud. B. V. art. 4.*

Decus virgineum ſingulare in mundo. *Idem in lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 10. Anonymus in Euchologio, ſeu Rituali Græcor. de Eleuatione panis Panagia nuncupati, & D. Bernard. in orat. vbi mit. ad Dominum Ieſum Chriſtum, eiuſque Matrem intemeratam virginem.*

Decus virginitatis in Iudæorum cognitione repertum. *Idem in libr. de Virginit. S. M. c. 4.*

Decus illuſtriſſimum creatorum. *Georg. Nicom. orat. 2. in Concep. Deiparæ.*

Decus naturæ noſtræ. *Idem in orat. 3. de Concept. Deiparæ, quæ Græce M. S. Extat. in cod. Vatic. num. 436. Ioannes Geom. in B. Virginis hymno 3. Iacob. Monach. in Mar. orat. 64 & Emanuel Paleol. Imp. in Tract. de Dormit. Virg.*

Decus, quod nobis tribuit fiduciam, & honorem. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Concept. Deiparæ.*

Decus virginum. *Idem ibidem. Mauritius Rothom. in orat. ad B. V. Franc. Abbas lib. 6. de Gratia Dei. B. Aelredus Abbas ſerm. in Annunc. B. Virg. Petrus Bleſ. ſer. 33. D. Bonauent. in Laud. B. V. M. Io. Trithem. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap. 6. Mauritius de Villaprob. ſer. 23. Coronæ nouæ B. M. & Robertus Bellarm. Conc. de Natiuit. B. Virgin.*

Decus naturæ muliebris. *S. German. orat. in Annunciat. B. Virg.*

Decus eximium humani generis. *S. Io. Damaſc. orat. 1. de Natiu. B. M. V. Iacob. Monach. in Mariali orat. 2. & Robert. Bellarmin. Conc. 3. in Dominic. 1.*

Decus intactum virginitatis, quę immaculatum Verbum peperit, ex qua virginitas mundum breuiari eluxit. *S. Ioan. Damaſc. orat. 4. de Natiuitate B. Virg.*

Decus omnis creaturæ. *Idem orat. 1. in Aſſumpt. B. Mariæ.*

Decus parentum. *Idem. orat. 1. de Natiu. B. M.*

Decus ſingulare à mortalibus ambitioſè deſideratum. *Idem in Menæis Græc. die 27. Ianuar.*

Decus verum mortalium. *Idem in Cantic. Græcorum Sono 1.*

Decus amabile cunctorum mortalium. *Ioan. Euchaita in Menæis Græcor. die 30. Ianuarij.*

Decus Angelorum. *S. Ioſeph in Hymn. in ſuo Mar.*

Decus diuinum Athletarum, quæ Chriſtum de eorum pulchritudine peperit. *Idem ibidem.*

Decus illuſtriſſimum Apoſtolorum. *Idem ibidem.*

Decus illuſtriſſimum Martyrum triumphãtium. *Idem ibidem.*

Decus iucundum, ac venerabile Prophetarum. *Idem ibidem. & D. Ephrem in ſer. de Laud. B. Mariæ Virg.*

Decus ingens vtriuſque mundi. *Io. Geometra in B. Virg. Hymn. 4.*

Decus maiorum, de quo ſe iactat tota beatæ cohors. *Idem in B. Virg. Hymn. 2.*

Decus prudentum Virginum. *D. Fulbert. Carnot. enſ. ſer. 3. de Natiuit. B. V.*

Decus ſpeciale, vel ſingulare Orbis. *Idem ibid.*

Decus bonorum Angelorum. *D. Anſelm. in hymno 2. B. Dei Genitricis.*

Decus mundi. *Idem in Med. B. V. D. Bernar. ſer. 3. ſuper Salue Regina. D. Bonauent. in Pſalt. minori B. Virg. Quinquag. 1. B. Caſimirus Poloniæ Princeps in hymno de B. V. & Robertus Bellarminus Conc. 1. ſuper Miſſus eſt.*

Decus puritatis. *D. Anſelm. in orat. ad Beatam V.*

Decus Paradiſi. *D. Bernard. in Lamentat. V. M.*

Decus primum hominum, & Angelorum poſt Deum. *Balduin. Decon. in Tract. de Salut. Angel.*

Decus Matrum. *Theod. Laſch. Imp. in præm. B. V.*

Decus diſciplinæ. *D. Bonauent. in Pſalter. minori B. Virg. Quinquagena. 2.*

Decus excellentiæ. *Idem in Laud. B. V. M.*

Decus puellarum. *Idem in Pſalt. minori B. Virg. Quinquagena 2.*

Decus rerum. *Idem ibidem.*

Decus virginale. *Idem in Lytaniis Pſalt B. V.*

Decus ordinis ſacerdotalis, *Idem ibidem.*

Decus pulcherrimum rerum pulchrarum. *Idem ibidem.*

Decus eximium rubentium roſarum, & candidorum liliorum. *Henric. Suſo c. 16. Dialogi Sapientiæ, & miniſtri eius.*

Decus hominum. *D. Laur. Juſtin. ſer. de Natiuitate B. M. Vig.*

Decus illuſtriſſimum ſpei mortalium. *Martin. de Magiſtris in Expoſitione ſuper Canticum Salue Regina.*

Decus ſanctiſſimum humani generis. *Idem ibidem.*

Decus omnium fœminarum. *Dionyſ. Carth. in Cant. art. 24. & B. Caſimir. Poloniæ Princeps in hymno de B. Virg.*

Decus omnium creaturarum. *Idem in Cant. art. 8*

Decus Altiſſimi. *Ioan. Manburnus in Roſeto Exercit. Spiritual. tit. 15. cap. 6.*

Decus virginum, & lilium caſtitatis, virginum fœminei ſexus primiceria ſimul, & vexillifera. *Arnold. Boſtius lib. de Patron. & Patrocin. B. V. Mariæ indicatum ſibi Carmeli Ord. c. 3.*

Decus fœminarum, & omnium gloria mulierum Maria, naturam ſuam ſuperdulciſſimam ſingulari gratia ſuperabũdantiſſimè ſibi collata, ad pietatis vſque perduxit. *Idem ibidem cap. 4. §. 5.*

Decus populi ſui, laus cognationis ſuæ, progenie ſua longè ſuperior, ac felicior. *Arnold. Boſtius cap. 4. §. 2. lib. mox citati.*

Decus iuſtitiæ. *Io: Trithem. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

Decus cæli ingens. *Dion. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Virgin.*

Decus eximium Abraham, Iſaac, & Iacob Patrum ſuorum. *Ludou. Bloſius in Endologia 1. ad B. Virgin.*

Decus inclytum cæli. *Juſtus Lypſius in Carmine ad Patronam Virginem pro Panegyricis Marianis Martini Del Rio.*

DEDICATIO requiei ęternæ. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 1.*

DE-

DEFENSATRIX noſtri auxilij. *S. Georg. Nicomed. in orat. de Exitu SS. Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Defenſatrix fida ſibi famulantium. *Cæſar. Cisterc. lib. 7. de Mirac. B. Mariæ cap. 7.*

Defenſatrix noſtra ad Dæmones. *D. Bonauent. in Speculo B. Virgin. cap. 9.*

Defenſatrix peccatorum. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper librum Ioſue.*

Defenſatrix noſtra ab omnibus hoſtibus. *D. Bernardin. Senenſis ſerm. de Purific. B. Virg.*

Defenſatrix humilium. *Io. Trithem. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Verticeto in Præfatione lib. 1.*

DEFENSIO mulieris primæ. *D. Gregor. Nyſſenus orat. in Chriſti Natiuit.*

Defenſio firma eorum, qui manè ad eam vigilant, quæ ſemper ſuis vlnis fouet Chriſtianos. *Euthychianus in vita S. Theophyli.*

Defenſio generis Chriſtianorum, quæ ſemper intercedit pro peccatoribus. *Idem ibidem.*

Defenſio generis. *Idem ibidem.*

Defenſio ipſam laudantium. *Andreas Cretenſis in magno Can.*

Defenſio ſedula eorum, qui ſpes in eam, iactauerunt. *Idem orat. 3. de Aſſumpt. B. Virg.*

Defenſio rationabilis eorum, quibus pudor abſtulit verba. *Georg. Nicomed. orat. 2. in Concept. Deiparæ Virg.*

Defenſio noſtra vehemẽtiſſima. *S. German. orat. in Zon. Deip. Euthych. in vita S. Theophyl. & Theodor. Laſc. Imperator in Poema B. Virg.*

Defenſio animarum noſtrarum. *S. Ioan. Damaſ. in Octoec. Græcorum.*

Defenſio eorum, qui ad eam recurrunt. *Idem Can. in S. Maxim.*

Defenſio fidelium. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl. B. V.*

Defenſio noſtra diuina, firma, potentiſſima, ſaluans nos. *Idem ibidem.*

Defenſio ſeruorum ſuorum. *Idem ibidem.*

Defenſio ſollicita egenorum, atque in ancipiti poſitorum. *Idem ibidem.*

Defenſio ſollicita recurrentium ad ſe. *Idem ibidẽ*

Defenſio ſtabilis miſerorum. *Idem ibidem.*

Defenſio tribulatorum. *Idem ibidem.*

Defenſio vitam afferens. *Idem ibidem.*

Defenſio ad ſe recurrentium. *S. Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Defenſio firma Chriſtianorum. *Idem ibidem & Euthymius Encomio in adorat. venerandæ Zonæ SS. Deiparæ, & Faſciarum Domini.*

Defenſio fortis ſeruorum ſuorum. *Idem S. Ioſeph ibidem.*

Defenſio ſtabilis eorum, qui in tribulatione verſantur. *Idem ibidem.*

Defenſio validiſſima omnium, qui labore premuntur. *Idem ibidem.*

Defenſio afflictorum. *Theodor. Laſch. Imperat. in Poem. B. Virg.*

Defenſio celer, & prompta omnium, qui ſunt in calamitatibus. *Idem ibidem.*

Defenſio in eam confidentium. *Idem in Cantic. ad SS. Deiparam.*

Defenſio nobis omni auxilio denudatis. *Idem in Poem. B. Virg.*

DEIFICATIO mortalium. *Ioan. Geometra ſerm. in Annunc. S. Dei Genetricis.*

DEIFICATRIX mortalium, Deum enim corpore induit, eoſque, qui conſtant; Deos effecit. *S. German. orat. in Annunc. B. Virg.*

Deificatrix humanæ naturæ, cum Deum corpore induit ex virginalibus ſanguinibus ſuis. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl. B. Virg.*

DEIPARA. *S. Petrus Apoſtolus in ſua Liturgia.*

Deipara ſemper Beata, & ōnibus modis irreprehenſa. *S. Iacob. Apoſtol. in Liturgia, ſiue diuina Miſſa.*

Deipara ferens in vlnis noſtrum perfugium. *D. Dionyſ. Alexand. in Epiſt. contra Paul. Samoſetẽs.*

Deipara, & Virgo, per cuius ventrem cunctarum generationum in ſanctificationem ſummatim colligatur plenitudo. *D. Gregor. Thaumaturg. orat. 2. in Annunc. B. Mariæ Virg.*

Deipara, quæ Virgo cum eſſet, peperit Chriſtum, & tamen Virgo permanſit, ſicut Euam genuit Adam cum eſſet Virgo, & rurſus Virgo manſit quemadmodum prius. *D. Athanaſ. in quæſtionibus variis quæſt. 19.*

Deipara caſtiſſima, quæ non ex viri ſemine, ſed ex virtute Spiritus ſancti concepit, neque ſecundum legem, neque ſecundum arcanam legis ſignificationem immunda fuit. *Titus Boſtr. in Comment. ſuper cap. 2. Lucæ.*

Deipara ſacratiſſima ſemper Virgo, Sancta, Sacroſancta. *Idem ibidem.*

Deipara percelebris, ſancta innupta. *D. Epiphan. in ſerm. de Laud. Virg.*

Deipara, quæ Deum Verbum ſuſcepit, & Incarnatum peperit. *Idem ibidem.*

Deipara, quæ Deum verbum in forma ſerui concepit. *Idem ibidem.*

Deipara, quę ſola ſolius Dei Vnigenitum Filium genuit. *Idem ibidem.*

Deipara, quam qui non credit, extra diuinitatem eſt. *D. Greg. Nazian. in Epiſt. prim. ad Celdon.*

Deipara Deum incarnatum enixa. *D. Baſilius Seleuc. orat. in Annunciat. Deiparæ.*

Deipara verè. *Idem ibidem.*

Deipara æquè verè, ac ille verè Deus eſt, qui ortū ex illa traxit, non quod diuinitatis initium ex ea ſumpſerit, ſed quod humanę naturę principia inde hauſerit. *Achatius Melitinenſis Epiſc. in Homil. Epheſi habita contra Neſtorium.*

Deipara Sancta, nuptiarum expers, quæ ex virginalibus lumbis viuificum nobis germen peperit inhumanatum, videlicet, Deum. *D. Cyrillus Homil. 2. in die S. Ioan. Euangeliſt. dicta Epheſi.*

Deipara glorioſiſſima. *Anaſtaſius Synaita lib. 7. Anagog. Contempl. in Hexameron.*

Deipara, cui epitalamium obtulit Dauid. *Chryſippus ſerm. de S. Maria.*

Deipara, & ſemper Virgo. *Idem ibidem. S. Sophron. orat. in Chriſti Natalitia, Philo Epiſc. Carpathior. in Commentar. ſuper Cant. Cantic. & Euthy-*

thymius Eucomio in adoratione Veneranda Zonæ SS. Deiparæ & Faſciarum Domini.

Deipara ſanctiſſima. D. Seuerus Alexandrin. lib. de Ritibus Baptiſmi Tom. 4. Biblioth. PP. edit. 1. & Tom. 7. Biblioth. c. magnæ.

Deipara celebranda. Anonym. in Eucologio, ſeu Rituali Græcor. in Officio aquæ benedictæ minoris.

Deipara ab Anna Prophetiſſa præconizata. Coſmus. Hieroſol. in Theogonia Hymn. 13.

Deipara à Filio magnificata. Idem in Theogoniæ Himno 3.

Deipara benedicta. Idem in Theogonia Hymno. 6.

Deipara, cuius ſpem habens inuiturperabilem, ſeruabitur. Idem ibidem.

Deipara, ex qua Conditor noſter compaſſibile induit corpus noſtrarum liberationem inſcitiarum. Idem in Theogonia Hymn. 3.

Deipara, ex qua Deus proceſſit Carnigerus. Idem in Theogoniæ Hymn. 10.

Deipara, in cuius laude mens etiam cæleſtis caligat. Idem in Theogonia Hymn. 2.

Deipara beatiſſima. S. Ioan. Damaſc. Cant. in Dormitione B. Virg.

Deipara caſtiſſima. Idem ibidem.

Deipara Domina ſola inuenta, pura, perfecta, immaculata. Idem in octoec. Græcor.

Deipara Immaculata, quæ Verbum æternum, ac ſuperdiuinum, incarnatum, ſupernaturaliter peperit. Idem Cant. in S. Iulianum,

Deipara incorrupta. Idem Cantic. in Sanctum Leontium.

Deipara inuiolata, quæ incarnatum, ſempiternum, & ſuperdiuinum Verbum ſupra naturã peperit. Idem in octoec. Græcorum.

Deipara laudibus omnibus celebranda. Idem in Cantic SS. Deiparæ.

Deipara pura, Cherubim ſublimior demonſtrata; in ſuo enim vtero geſtauit illum, qui ab ipſis vehitur. Idem in octoec. Grægorum.

Deipara veneranda, quæ Deum incomprehenſibilem in vtero ſuo continuit. Idem Can. in S. Simeonem Stylit.

Deipara vera ſine ſemine pariens, qui enim ingreſſus eſt eius vterum ſanctificatum, ipſe Deus noſter noſtrum ſubſtantiam accepit, & Deus, & homo ex ea genitus eſt. Idē in octoec. Græcorum.

Deipara vnica. Idem Can. in Dormit. B. Virg.

Deipara, quæ incorruptã Deum verbum procreauit. Idem in Theogonia Hymn. 7.

Deipara ab omni reprehenſione immunis. S. Io. Damaſc. in Paracl. B. Virg.

Deipara benigniſſima. Idem ibidem.

Deipara Domina, Glorioſa, ſemper Virgo, Mater Chriſti Dei. Idem in Carm. de Annunciatione.

Deipara impolluta. Idem in Paracl. B. Virg.

Deipara intemerata, quæ creatorem mortalibus conciliauit. Idem in Canon. de SS. Trinitate

Deipara inuiolata. Idem ibidem.

Deipara omnibus laudibus celebranda. Idem in Paracl. B. Virg.

Deipara propriè caſta. Idem in Canticis Eccleſiaſticis. Græcor. ſono. 2.

Deipara propriè, verèque tremenda hominibus cum Deo copula, per quam terrenis coniuncta cæleſtia, humana Deo, viciſſimque homini rependens diuina. Idem orat. 4. de Natiuit. B. V.

Deipara ſummè laudabilis. Idem in Paracl. B. V.

Deipara vbique celebris. Idem in Canticis Eccleſiaſticis Græcor. ſon. 2.

Deipara nobis cognitiſſima. Theophan. Nicenus. in Menæis. Græcor. die 9. Ianuarij.

Deipara laudatiſſima. Euthym. Encomio in adoration. venerandæ Zonæ SS. Deiparæ, & faſciarum Domini, & S. Io. Damaſ. in Canon. de SS. Trinitate.

Deipara verè, vt quæ peperit ſupereſſentiale Verbum Dei Patris, qui nequit comprehendi. Euthym. Encomio ibidem.

Deipara verè, & propriè, quæ ante ſeculà Deum, qui comprehendi non poteſt, qui refulſit in duabus eſſentijs, & operationibus vna perſona, & nobis in omnibus fuit aſſimilatus præter peccatum, peperit. Idem ibidem.

Deipara verè, & propriè, quæ ineffabili, & ſtupenda ratione in vltimis temporibus continuit Vnigenitum Verbum Patris. Idem ibid.

DELECTAMENTVM naturæ vniuerſæ. Iacob. Monachus in orat. de Natiuit. B. Virg.

Delectamentum, quauis vmbroſa arbore iucundius, & omni florum odore ſuauiſſimo gratius. Iſidorus Theſſalon. in orat. de Præſent. B. Virg.

DELECTATIO omnium terrigenarum. D. Ephrem in ſerm. de Laud. B. Virg.

Delectatio ſumma ipſius Dei. D. Brig. in ſermone Angelico de Excell. SS. Virg. cap. 4.

DELIBATIO maſſæ humani ex Adam generis in Chriſto Deitate donatæ. Andreas Cretenſis orat. de Dormit. SS. Virg.

DELICIÆ Angelorum. S. Ioan. Damaſ. in Can. SS. Deiparæ.

Deliciæ inenarabiles. Iacob. Monach. in Mar. orat. 5.

Deliciæ matris Annæ. Idem in Mariali orat. 2.

Deliciæ æternæ Paradiſi. S. Ioan. Chryſoſt. orat. in Natiuit. B. Virg.

Deliciæ inopum. S. Ioan. Damaſ. in Paracl. B. V.

Deliciæ Paradiſi. Idem in Canticis Græcor.

Deliciæ Regis ſuperni. Io. Geomet. in B. V. Hym. 3.

Deliciæ Dei, ad hoc enim noſtram naturã ex ea ſuſcepit Deus Iacob, vt nobiſcum ſit ſemper, dicens Prouerb. 8. Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum. Si autem deliciæ Dei ſunt eſſe cum filijs hominum, quantę putas deliciæ eius ſunt eſſe cum vnica ſua, quam prælegit in miniſterium tantarum deliciarum? Quod ergo nobiſcum eſt communicans naturæ noſtræ, & communicator gratiæ ſuæ, vt ſimus filij, & hæredes Dei, fratres autem, & cohæredes Ieſu Chriſti, hoc tam magnum donum, tam magnum bonum illi ſinglariter dictum eſt: Dñs tecũ. Balduin. Deu. in tract. de Salut. Angel.

Deliciæ D. Annæ. Iacob Monach. orat de Natiu. B. V.

Deliciæ Dei, nam ſi Deliciæ ſunt eſſe cum filijs hominum, non vtique cum his, qui caro ſunt, in quibus ſpiritus eius nõ permanebit in æternum

nũ, eò quod caro ſint, ſed cũ his, quiin ſpiritu, & veritate Patrem colunt, atq; adorant: quanto magis Dei Delitiæ credendæ ſunt eſſe cum B. Virgine, in qua carnale nil extitit, quæ Deo vnita fuit per fidem, tranſpoſita in ipſum per ſpem, indiſſolubiliterque ei colligata per charitatem. *Dionyſ. Carth. lib. 1. Deprecat. Mariæ artic. 16.*

DELICIVM humani generis, diuinitus datum, quo ingloria mortalium conditio, gloria eſt facta. *S. Io. Damaſ. in Menæis Græcor. die 27. Ian.*

Delicium vitæ. *Theod. Laſch. Imperator in Cant. ad SS. Deiparam.*

Delicium dignum, quod Deo, & Patri ſit cordi. *Matthæus Cantac. in cap. 7. Cant. Cantic.*

DELVBRVM Creatoris, omnium. *Andr. Cret. orat. de Natiu. B. Virg.*

Delubrum Sacrum Chriſti, qui ſolus in aditis, ſanctiſque ſanctorum, ſecundum ordinem Melchiſedech ſacrificauit. *S. German. orat. de Natiuit. B. Virg.*

DEMONSTRATIO rei prodigioſæ, demutatæ, & à communi conſuetudine hominum omnino alienæ. *D. Baſilius in cap. 7. Iſaiæ.*

DEPOSITORIVM totius Trinitatis, in quo peccator quærere debet quicquid in gratia neceſſe habet. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Eccleſiaſtici.*

DEPOSITVM vitæ inexpenſum. *Andr. Cretenſis orat. 2. in Annunc.*

Depoſitum Dei. *Iacob. Monach. in Marial. orat. 4.*

DEPRECATIO damnatorum. S. *German. orat. 2 in Dormitione B. Virg.*

Deprecatio ſemper peruigil. *Idem ibidem.*

Deprecatio offenſionis, quia deprecabilis eſt ſuper offenſionem peccatorum, vel quia pro offenſione hominum Filium deprecatur. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 2.*

DEPRECATRIX pro nobis apud Dominum. S. *Ioan. Damaſc. in Cantic. Eccleſiaſtic. Græcorum ſono 2.*

DEPRESSIO Dæmonum. *Andr. Cretenſ. orat. 2. in Annunc.*

DEPVLSIO ſterilitatis humanę, quandoquidem bonorum ſterilitas, ac velut mutilatio à nobis per Virginem ſubmota eſt. S. *Io: Damaſc. orat. 1. de Natiuit. B. M. Virg.*

Depulſio mœroris. *Iacob. Monach. in Marial. or. 2.*

DESERTVM. *D. Bernard. ſer. 3. ſup. Salue Regina.*

Deſertum refertum, de quo Agnum dominatorem terræ Pater emiſit. *Guarricus Abbas ſer. 2. de Annunc. B. Mariæ Virg.*

Deſertum, à deſerendo, quia deſeruit diuitias, delicias, pompam, & gloriam mundi, omnia eiuſmodi reputans, vt ſtercora, vt lucrifaceret Chriſtũ. Philipp. 3. *Rich. à S. Lau. de Laud. V. l. 8.*

Deſertum, de quo Dominus dicit Iſai. 34. Dedi in deſerto, id eſt, in Maria, viam, id eſt Chriſtum, qui eſt via, veritas, & vita Io: 14. *Idem ibidem.*

Deſertum, quia cor eius longè fuit à ſtrepitu, & tumultu mundi, nec conculcatum fuit frequẽtia terrenarum cogitationum, & curarum: ſed virens permanſit, ac floridum, & omnia germina produxit virtutum, nec ibi audiebatur vox hominis, id eſt, ad hominem pertinentis, ſed ibi canebant turtur, id eſt, Spiritus ſanctus, & alauda laudis diuinæ. *Idem ibidem.*

Deſertum felix. *D. Bonauent. in Speculo B. Virg. cap. 16. & vltim.*

Deſertum ſpecioſum. *Idem ibidem.*

Deſertum, in quo inuenta eſt gratia ſingularis maternitatis prouidentis eum, qui nobis attulit gratiam, & veritatem, iuxta illud Ieremiæ: Inueniet populus gratiam in deſerto. *D. Anton. in ſum. par. 4 tit. 15. cap. 20.*

Deſertum, quia derelicta à peccato, derelicta in templo à parentibus, derelicta à quolibet viro, & incognita, per quam non pertranſiit homo, vt Mater eſſet, & Virgo. *Idem ibidem.*

DESIDERIVM, quod omnes ſitiunt. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 5.*

Deſiderium Patriarcharum. *Bernard. de Buſt. in Mariali ſer. 2. de Coronat. B. M.*

DESTRVCTIO inferni. *S. Ioan. Damaſc. in Can. SS. Deiparæ.*

Deſtructio mortis. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 101.*

Deſtructio tenebrarum. *Maurit. de Villaprobata, ſerm. 31. Coronæ nouæ B. M.*

DESTRVCTRIX peccati. *Nicolaus Monach. in Epiſt. de Concep. B. V. ad Petrum Cellenſem.*

Deſtructrix inferni. *Petrus Fleſ. ſer. 38.*

Deſtructrix vnica tyrannidis Dæmonũ. *Io. Trith. de Mirac. B. V. prope Dittelbach. lib. 1. cap. 10.*

DEVS ex genere meo. *S. Ambr. in lib. de Bono V.*

Deus, quaſi operanti Deo ſuam operam præſtans, vt nobili creaturæ homini dare poſſet ſalutem. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Annunc. B. V.*

DEXTERA Chriſti, ad lapſos omnes erigendos extenſa. *Anonym. in Menæis Græcorum die 24. Maij Ode 8.*

DEXTRISEDIA Chriſti propter Aſſumptionis ſuæ gaudium. *Ioan. Mauburn. in Roſeto Exercit. Spiritual. tit. 21. cap. 6.*

Dextriſedia diuinæ maieſtatis. *Idem in Roſario de Præconijs B. Virg. membro 8.*

DIACONA ſpiritualis ob Verbi diuini conſeruationem, & enarrationem. *D. Anton. in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 16. quod eſt de triplici gratiarum genere in B. Virg.*

DIACONVS quantum ad corporis Domini diſpenſationem. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Prouerbiorum.*

DIADEMA Eccleſiæ. *S. Proclus orat. 6. quæ eſt de Laud. B. Virg.*

Diadema regni manu non factum. *Andr. Cret. orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Diadema pretioſum piorum Regum. *Anonymus Græcus in hymn. ad B. V. apud Nomenclat. Marianum T. Theophili Raynaudi.*

Diadema præclarum, ac pretioſum. *S. Georg.*

*Nicomed.orat.3.de Præſentat.B.V.*

Diadema pulchritudinis, regijs vndique prærogatiuis ornatum, *S.German. Conſtant.ſerm. in Natiuit.* B.*Virg.*

Diadema Angelorum. *S.Ioan.Damaſcen. in Can. SS. Deipar.*

Diadema Chriſti fidelium. *Theodor. Laſcb. Imperator in Can.ad SS. Virg.*

Diadema varié gratum. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 6.*

Diadema aureum, præclariſſimum æternæ ſapientiæ. *Henric.Suſo, cap.15. Dialogi Sapientiæ, & miniſtri eius.*

DIARIVM vnicum creaturæ Domini. *Anonym. Græcus in hymno ad B.Virg.apud Buteonem, & Nomenclatorem Marianum.*

DICTAMEN Apoſtolis de Chriſti actitatis. *Barthol.de Piſis lib.2.de Laud.Virg. fruct.6.*

DIES clariſſima, mundo effulgens, iuſtitiæque Solem producens, per quam odioſus tenebrarum horror depulſus eſt, vniuerſuſque terrarum orbis veritatis puriſſima luce perfuſus. S.*Method.homil.in feſto Purific.* B.*V.*

Dies myſtica, quæ in mundum adduxit Solem præluſtrem, inacceſſum, & nullo vnquam occaſum finiendum. S.*Sabba in Menæis Græcorum die 8. Iulij.*

Dies, de quo Pſalm. 18. Dies diei eructat verbum. *S.German.Conſtant.ſer.in Natiu.B.V.*

Dies, cuius mane quando celebrior inter hominesfieri ſolet ſalutatio, deſignatum eſt, quãdo dictum eſt ei Aue, & ab illa ſalutatione, quaſi inchoauit aurora huius diei coruſcare, & incepit Beata Virgo mundo dieſcere. *Idiota de B.virg.par.14. contempl.10.*

Dies, cuius meridies fuit, quando dicta eſt gratia plena, quia ſicut meridies plenitudinem caloris habet, & lucis: ſic Beata Virgo tunc ſe oſtendit recepiſſe omnem plenitudinem charismatum, quæ animam eius illuminauit per cognitionem, & calefecit per amorem. *Idem ibidem.*

Dies, cuius ſunt horæ duodecim, per quinque & ſeptem diuiſæ, quarum quinque pertinent ad ſenſus eius corporis virginalis, & ſeptem ad mentem eius virginalem propter ſeptem animæ ipſius gratias, quæ de fonte ſpiritus ſeptiformis proceſſerunt riuulo vniformi. *Idem ibidem.*

Dies, cuius veſpere fuit quando dictum eſt ei: Dominus tecum, qui à primis Parentibus receſſerat per peccatum, & ipſa dixit: Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbũ, & ſic per fidem concepit. Vndè ſicut ad veſperam ſol tetris propinquior efficitur, ſic in verbis prædictis, ventris eius virginei hoſpitio miraculosè illabitur. *Idem ibidem.*

Dies, de qua per diem, id eſt Filium eius benedictum, illuminauit Deus omnem hominem venientem in hunc mundum. *Idem ibidem.*

Dies, quia ea naſcente incepit mundo dieſcere tenebroſo. *Idem ibidem.*

Dies vnus, id eſt ſingularis, & ſolus, in quo Creator hominis factus eſt Filius hominis aſſumendo nubilum noſtræ carnis. *Idem ibidem. & Rich.à S.Laur.de Laud.Virg.lib.7.*

Dies beatiſſima, quam fecit ſpecialiter Dominus, in qua exultare, & lætari debemus. *Guib. Abbas lib.de Laud.B.M. cap.6.*

Dies florentiſſima, quæ edidit luminare illud maius, quod & ſe ipſam potiſſimum, & lunam Eccleſiæ, ſtellaſque fidelium, mirabilis intelligentiæ radijs illuminat. *Idem ibidem.*

Dies, per quam dum introitum Sol, id eſt Chriſtus ad nos habuit, ad infinitam diei ipſius claritatem, & ſub ipſa die degentium glorificationem, perpetuæ ſuæ, & noſtræ nobilitatis donatiua circumtulit. *Idem ibidem*

Dies, quæ rutilo Sole, Cœlo, Inferis, Terræque perfunditur, cui piæ compunctionis iubilo gratulari debemus. *Idem ibidem.*

Dies, quæ Solem iuſtitiæ protulit, qui de ſuis munificentijs præclariſſimas dignitatum in Eccleſia horas inſtituit. *Idem ibidem.*

Dies noctis neſcia. *Maurit.Cluniac.proſa in honorem Matris Domini Tom.12.Bibliotb.PP.*

Dies, cui dies, videlicet Angelus, verbum eructauit. *D. Bernard.ſerm.5. ex paruis.*

Dies præclara, cui dies Patris Verbum eructauit. *Idem ſerm.de Natiu.Virg. de Aquæductu.*

Dies propter integritatis virtutem. *Idem ſer. 5. ex paruis.*

Dies rutilans. *Idem ſerm. in Natiuit. Virg. de Aquæductu.*

Dies vnus, id eſt, ſingularis, & ſolus, in quo Creator omnium factus eſt Filius hominis aſſumens nubilum noſtræ carnis. *Richard. à S.Laur.de Laud.Virg. lib.7.*

Dies clara mundi. *B.Joſeph Steinſcl.opuſc.4.*

Diès feſta. *D. Bonauent. in Pſalterio minori B.V. Quinquagena 2.*

Dies completionis operum Domini. *Albert.Magnus in Biblia Mariæ ſuper librum Geneſis.*

Dies cæleſti claritate perfuſa, in qua ſemper lux diuina elfulſit, & nunquam in ea, aliqua tenebra locum habuit. *Iacob.de Vorag.in Mariali ſerm. 2. D.*

Dies perfecta in ſua Aſſumptione. *Idem ſerm. 2. de Natiuit. B. Virg.*

Dies propter claritatem, & ſanctitatem ſuæ vitæ. *Idem in Mariali ſer.11. L.*

Dies cæli, cui nox non ſucceſſit. *Ern. Prag. in Mariali cap. 11.*

Dies, cui dies verbum eructauit, id eſt Deus Pater inſpirando, ſiue oſculando Filium dedit. *Idem ibidem.*

Dies perfectus, in quo nihil vnquam fuit opacum, aut rebelle lumini. *Idem ibidem.*

Dies perfectus, quantum ad plenitudinem gratiæ, habens vigintiquatuor horas, quæ per viginti quatuor ſeniores, qui illam tanquã thronum circũdant. Apoc.4. intelligũtur: iſti enim viginti quatuor ſeniores, ſunt Patres noui, & veteris teſtamenti, qui ſinguli ſingulas accepe-

ceperint gratias, vnuſquiſque ſecundum propriam virtutem: vndè non fuerunt niſi particulæ diei huius, qui omnes complectitur, omnes habuit, *Idem ibidem.*

Dies plena, in qua fuit lux ſeptem dierum, vt dicitur. Iſai. cap. 30. *Idem ibidem.*

Dies, quam fecit Dominus, qui eſt Sol verus, ſeu dies Solis, vel dies Dominicus. *Idem ibidem.*

Dies per ſapientiam. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. Virgin. fructu 2.*

Dies, quia mundum illuminat. *Idem lib. 2. de Laud. Virgin. fructu 8.*

Dies radioſa. *D. Antoninus in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 4.*

Dies ſeprima, cui benedixit Dominus. Geneſ. 1. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 24.*

Dies boni nuncij. 2. Reg. 4. *Bernardin. de Buſtis ſer. 3. de Aſſimilat. B.M. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 2. Coronæ nouæ* B.M.

Dies Domini ſanctus. *Idem ibidem.*

Dies, in cuius poteſtate fuit Sol iuſtitiæ Chriſtus. *Idem ibidem.*

Dies, in qua egreſſi ſumus de Ægypto, ſcilicet peccati, & de domo ſeruitutis, videlicet Diaboli. Exod. 13. *Idem ibidem.*

Dies, in qua ſemper diuina lux affulſit, & nunquam aliqua tenebra locum habuit. *Idem ibidem.*

Dies lucidiſſima, nunquam obſcurata per originale peccatum. *Idem ibidem.*

Dies, quia tota eſt cæleſti claritate perfuſa. Dies enim dicitur à Dyon Græcè, quod eſt clarum latinè, vt dicit Iſidor. in lib. Etymol. *Idem ſer. 3. de Aſſimilat. B.M.V.*

Dies ſalutis. ad Rom. 13. *Idem ibidem, Maurit. de Villaprobata. ſer. 2. Coronæ nouæ B.M.*

Dies ſemper in lumine. *Idem in Mariali ſer. 5. de Concept.* B. *Mariæ.*

Dies diei eructans verbum, loquens filio. *Maurit. de Villaprobata ſer. 2. Coronæ nouæ B.M.*

Dies illa, quæ nunquam habuit noctem delicti, de qua Zachar. 4. Erit dies vna, quæ tota eſt Domino. *Idem ſer. 31. Coronæ nouæ* B.M. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſer. 5. de Concept. B. M.V. & Iacob. de Voragine in Mar. ſer. 2. D.*

Dies lucida. *Idem ſer. 2. Coronæ nouæ B.M.*

Dies ſanctiſſima, de qua Pſalm. 117. Fecit Solem in poteſtatem diei; Sol enim iuſtitiæ Chriſtus in poteſtatem datus eſt ſuæ Genitricis. *Idem ibidem, & Bernardin. de Buſt. ſerm. 3. de Aſſimilatione B.M.*

Dies ſemper in lumine gratiæ, & nunquam in tenebris peccati. *Idem ſerm. 31. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

DIGITVS noſter auricularis, quando aurem cordis noſtri aperit, vt Dei verba audiamus. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſer. 1. M.*

Digitus noſter medicinalis, quando vulnera peccatorum noſtrorum ſanat. *Idem ibidem.*

Digitus noſter medius, quando tanquam mediatrix Deo nos reconciliat. *Idem ibidem.*

Digitus auricularis, quia aurem noſtri cordis aperit vt verba Dei audiamus. *Bernardin. de Buſt. ſer. 4. de Nominat. Mariæ. & Maurit. de Villaprobata ſer. 9. Coronæ nouæ B. M.V.*

Digitus index, quia ſapienter viam, quæ ducit ad Patriam ſupernam, nobis oſtendit, & per illam nos ducit. *Bernard. de Buſt. ibidem.*

Digitus medicinalis, quia vulnera peccatorum noſtrorum ſanat. *Idem ibidem. & Mauritius de Villaprobata ibidem.*

Digitus medius, quia tanquam mediatrix nos Deo reconciliat. *Bernard. de Buſt. ibidem, & Mauritius de Villaprobata ibidem.*

Digitus pollex, quia potenter nos in Ciuitatem cęleſtem introducit. Pollex enim à pollendo dicitur, eo quod præ cæteris polleat virtute, & poteſtate. *Bernard. de Buſt. ibidem.*

Digitus auricularum in manu noſtra, quia aures cordis noſtri aperit, vt verba Dei audiamus. *Mauritius de Villaprobata ſer. 9. Coronæ nouæ B. M. Virg.*

DIGNITAS Regalis generis cęleſtis. *Andr. Creteuſ. orat. 1. de Dormit.*

Dignitas dignitatum. *S. German. Conſtan. orat. 2. in Præſent. B. Virg.*

Dignitas Regia humani generis. *Io. Epiſc. Aretinus in tract. de Dormit. SS. Virg. Mariæ.*

DILATATIO noſtra in tribulationibus. *S. Ioan. Damaſcen. in Paracl. B. Virg.*

DILATATRIX multarum Eccleſiarum in gentibus. *Rupertus Abbas lib. 1. Commentarior. in Cantic. Canticorum.*

DILECTIO omne deſiderium vincens. *Andr. Cretenſis orat. 2. in Annunc.*

DILVCVLVM diei gratiæ, quia vſque ad Mariam durauit nox, quam prima Mater in mundum introduxit. *Richar. à S. Lauren. de Laud. Virg. lib. 7.*

Diluculum, in quo viſitauit Deus hominem. Iob. 7. Viſitas eum diluculo. *Idem ibidem.*

Diluculum proprer claritatem virtutum. *Idem ibidem.*

Diluculum, quia ſicut diluculum coniungit noctem diei, ità Maria peccatores Chriſto. *Idem ibidem.*

Diluculum, quia ſicut diluculum eſt principium diei: ità Maria principium Chriſti, ſecundum humanam naturam, quam aſſumpſit de ea, qui Chriſtus dies eſt æternus ſecundum diuinam. *Idem ibidem.*

Diluculum, quia ſicut lux diluculi ſemper augmentatur, & creſcit, vſque ad perfectam: ità Maria præ exteris ante ſanctificata, quam nata, quotidie ſanctior procedebat; & tandem angelicam ſupergreſſa eſt ſanctitatem. *Idem ibidem.*

Diluculum, quia ſicut Sol oriens quaſi de diluculo, ipſum non obnubilat, ſed illuminat: ità Chriſtus de Virgine naſceus, Matris pudicitiam non læſit, ſed potius inſignuit, quoniam de pura reddit puriorem. *Idem ibid.*

DILVVIVM lucidum aduehens Chriſtum Solem

lem. *Anonymus Græcus hymno ad B.Virg. apud Buteonem, & Nomenclatorem Marianum.*

Diluuium gratiæ. *Ern. Prag. in Mariali c.* 20.

Diluuium, quia plena gratia fuit. *Barthol.de Pisis lib.*1. *de Laud.Virg.fructu* 8.

DIMISSIO noſtra in carceribus. *S.Ioan.Damaſc. in Paracl. B.Virg.*

DIOPTRA perſpectiua, qua ij, qui in triſti peccatorum umbra, tenebris obſiti erant, venientem ortum de cælo cum gloria ſuſcipientes iuſtitiæ Solem, mirabiliter illuſtrati ſunt. *Andr.Cret.orat.*1. *in Annunc. B.Virg.*

Dioptra Prophetarum. *Idem in Encomio de Zona B. Virgin.*

Dioptra multiocula myſterij diuini. *Iacobus Monachus in Mariali orat.*5.

DIPLOIS ſpecie aurea. *Andr.Creten. orat.*3. *de Dormit. Virgin.*

DIRECTIO dubitationis noſtræ. *S.Germ.Conſt. in orat. de Præſentat. B.Virgin.*

Directio omnium. *S.Ioſeph hymn.in ſuo Mariali.*

Directio in biuio deuiantium. *Rich.à S.Laur. de Laud. Virg. lib.* 9.

Directio ignorantibus. *Gulielm. Vinc. ſerm. de Concept. B. Virg.*

DIRECTRIX animæ noſtræ. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Directrix Euangeliſtarum. *Dionyſ.Carth.de Laud. Virg. lib.*4. *art.* 18.

DISCIPVLA legis Spiritu ſãcto delibuta, diuina gratia ve palliolo amicta, animo diuina ſapiens, Deo corde nupta, ſanctitatis ſplendores oculis ſpirans, auribus cantica inſonans lingua in liſſima, labijs fauum ſtillantibus, pulchra greſſibus, moribus pulchrior, ſermone venerabilis, actione venerabilior, manſuera moribus, manſuetior moribus, bona in homínam oculis, Dei obtutibus melior. *Theod. Anagyr. orat.in B. Virg.*

Diſcipula humilitatis, quæ vniuerſos, tam ex gratiæ plenitudine, quam ex donorum magnitudine, ac numeroſitate, præcellit mortales. *D. Laur.Iuſtin. in lib.de Vita Solitaria cap.* 14.

Diſcipula Chriſti docilliima, & obedientiſſima, quæ perfectiſſimè didicit ab eodem, quod dixit: Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde: præſertim quoniam vidit illum, cuius immenſam optimè nouerat maieſtatem, tam humillimè, ac obedienter ſecum, & coram ſe quotidie conuerſantem, cuius exemplaritate, & virtuoſitate ineffabiliter ædificabatur, & accendebatur indeſinenter. *Dion.Carth. de Laud.Virg.lib.*3. *art.* 17.

Diſcipula Chriſti perfectiſſima. *Idem lib.* 3. *de Laud. Virg.*

Diſcipula ſapientiſſima, ac vnica Filij ſui. *Idem de Laud.Virg.lib.*3. *art.*3.

Diſcipula Dei Filij ſui. *S.Tho. de Villanova Conc.* 1. *de Aſſumpt. B. M. Virg.*

Diſcipula Saluatoris præclara, quæ non ad horam, aut per diem, ſicut Magdalena, ſed triginta tribus annis in ſchola illius, ad pedes eius ſedens, audiebat verbum illius, & conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo, cui propter ſingularem, & excellentem conditionem, Cæleſtis Magiſter ad Patrem, vnde venerat, rediturus, ſcholam, & cathedram ſuam reliquit, non quidem, vt oues ſuas regeret, ſicut Petrus, ſed, vt diſcipulos ſuos cæleſti ſapientia, quam ab eo didicerat, erudiret: quoniam, & propter ingenij viuacitatem, & diuturnioris ſcholæ aſſiduitatem, cæteris omnibus condiſcipulis ſapientior, & doctior habebatur. *Idem Concione* 3. *de Aſſumptione B. Virg.*

DISCRETRIX ſpirituum. *Albert.Magn.ſup. Miſſus eſt cap.* 153.

DISCVS, quaſi dans eſcas; Beata enim Virgo eſcas tribuit conuiuis ſuis, hoſque paſcit glorioſo fructu ſuo, qui eſt Chriſtus, quem ſuimmus in Sacramento, qui fructus fructuum dulcis ſuper mel, & fauum, in quo plena eſt, & vera refectio. *Richar.à S. Lauren. de Laud. Virgin. lib.* 10.

DISPENSATRIX gaudij vniuerſæ creaturę. *D. Greg. Thaumaturg. orat.*2. *in Annunc. B. M. V.*

Diſpenſatrix gratiarum diuinarum; nihil enim concedit nobis benedictus Filius eius, quin pertranſeat per manus eius piiſſimas. *Idiota de B.V. par.*9. *contempl.*14.

Diſpenſatrix gratiarum cæleſtium ab æterno ordinata. *D.Bernardin. Senenſis tom.*1. *ſer.*16.

Diſpenſatrix longiſſima donorum, & beneficiorum. *Idem Tom.*3. *ſerm.*3. *de glorioſo Nomine Mariæ.*

Diſpenſatrix omnium gratiarum; à tempore enim, à quo Virgo Mater concepit in vtero Verbum Dei, quandam (vt ſic dicam) iuriſdictionem, ſeu auctoritatem obtinuit in omni Spiritus ſancti proceſſione temporali, ità quod nulla creatura aliquam à Deo obtinuit gratiam, vel virtutem, niſi ſecundum ipſius piæ Matris diſpenſationem. *Idem To.*1. *ſer.*16. *de gratia, & gloria B.V. Matris Dei.*

Diſpenſatrix theſaurorum Filij ſui. *Idem ſerm. de Purif. B.Virg. & Mauritius de Villaprobata ſer.*25. *Coronæ nouæ B.M.*

Diſpenſatrix charitatum Dei. *Bernard.de Buſt. in Mariali ſerm.*2. *de Coronat. B.M.*

Diſpenſatrix Dei. *Idem ſer.*1. *de Nominat. Mar.*

Diſpenſatrix diuinorum bonorum. *Idem ſer.*1. *de Aſſumpt. B.Mariæ.*

Diſpenſatrix donorum Dei. *Idem in Mariali ſer.*2. *de Coronat. B. Mariæ, & Maur.de Villaprobata ſer.*35. *Coronæ nouæ B.M.*

Diſpenſatrix melliſlua, & largiſlua omnium cæleſtium theſaurorum pro ſuæ complacentia voluntatis. *Idem ſer.*2. *de Aſſump. B.Mariæ. S.Bernard. Senenſ. Tom.*3. *de Aſſumpt. B.Virg. & Dion.Carth.lib.*4. *de Laud.Virg.art.*9.

Diſpenſatrix abundantię Spiritus ſancti. *Maurit. de Villaprobata ſer.*28. *Coronæ nouæ B.M.*

Diſpenſatrix gratiarum liberaliſſima. *Ludouic.*

*Blo-*

*Bloſius in Canone vitæ ſpiritualis cap.18.*

Diſpenſatrix cæleſtium bonorum liberaliſſima, & ſuauiſſima, omnium adre ſuſpirantium refrigerium. *Ioan.à Ieſu Maria Tom.3.oper.ſuor. Tract.de amore, cultuque Reg. Cæli 2.par. c.9.*

DISSIPATIO ſterilitatis animarum. *Theodorus Laſch Imperator in Can.ad SS.Deipar.*

DISSIPATRIX maledictionis noſtræ primigeniæ. *S. Ioann. Dam.in MenæisGræcorum die 15. Ianuarij.*

Diſſipatrix turbæ tentationum. *Idem in Paracl. B. Virgin.*

Diſſipatrix hæreſum, & errorum. *Barthol. de Piſis lib.3.de Laud.Virg. fructu 8.*

DISSOLVTIO maledictionis primo parenti inflictę. *S.Ioan.Damaſc.Can.in SS.Apoſtolos Petrum, & Paulum.*

Diſſolutio maledictionis. *S. Ioſeph.hymn.in Mariali, & Theod.Laſc.Imp.in Can.ad SS.Deip.*

Diſſolutio mœroris. *Idem S.Ioſeph ibidem.*

Diſſolutio viuculi maledictionis. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 2.*

DISSOLVTRIX maledictionis primæ matris. *Guarricus Abbas ſerm.1.in Natiu. B.M.*

Diſſolutrix criminum. *Petr.Maurit.Cluniac.proſa alia in honorem Matris Domini.*

Diſſolutrix peccati. *Paulus de Heredia in Tract. de Concept. B Virg.*

DISTRIBVTRIX viuiuerſalis omnium bonitatum. *Albert. Magn. in Biblia Maria ſuper librum Eccleſiaſt.*

Diſtributrix gratiarum diuinarum. *Bernard. de Buſt ſerm.2.de Aſſimil.B.Mariæ. Maurit. de Villaprobata ſer.19.Coronæ nouæ B M. & Albert.Magn.in Biblia Mariæ ſup.lib.3. Regum.*

DIVA pura. *Coſmas Hieroſolym.Thergon.hym.1.*

Diua ſoli. *D.Bonauent. in Pſalterio minori Beatæ Virg. quinquagena 3.*

Diua potens rerum. *Idem ibidem.*

Diua opitulatrix. *Frideric. Forner.in Epiſt. dedicatoria ſuæ Palmæ triumphalis.*

Diua Thaumaturga. *Idem in lib.2. Palmæ trumphalis in fine.*

Diua tutelaris totius Eccleſiæ. *Idem in Epiſt.dedicat. Palmæ triumph.*

Diua adiutrix. *Iuſtus Lypſius in D.Virg. Hallenſi cap. 7.*

Diua diuarum. *Idem ibidem cap.21.*

Diua liberatrix. *Idem ibidem cap.23.*

Diua noſtra. *Idem ibidem cap.25.*

Diua optima. *Idem ibidem cap. 32.*

DIVERSORIVM peccatorum. *D.Ephrem.ſerm. de Laud. B. Mariæ Virg.*

Diuerſorium auguſtum Spiritus ſancti. *Andreas Cretenſ.in menæis Græc.die 1.Aug. de SS. Machabæis.*

Diuerſorium Deo dignum. *Anonym.in Euchologio, ſiue Rituali Græcorum in officio funeris Monachorum.*

Diuerſorium ratione vtens, inſtructum ei, qui incomprehenſus extitit. *S.Ioan.Damaſcen.in orat.4. de Natiuit.B.Virg.*

Diuerſorium hoſpitij, Verbo cõditori paratum. *Idem ibidem.*

Diuerſorium Paracleti. *Theophan.Nicenus in Menæis Græcorum die 17. Ianuarij.*

Diuerſorium Dei peregrinantis. *Guarric. Abbas ſerm.1. de Aſſumptione B.Mariæ.*

Diuerſorium Regis. *Richard.à S.Victore Expoſit. in Cantic.Canticorum cap.22.*

DIVIDVVM, quod non diuiduè, ſed indiſſolubili vinculo humanum genus vnijt Deo. *Andr.Cretenſis orat.3.de Dormit.SS.Virg.*

DIVITIÆ Deitatis, ſeu veritatis. *Origenes Homil. 1. in diuerſos.*

Diuitię Cęlum totum, ac terram implentes. *Andreas Cretenſis orat.1. de Dormit.Deip. V.*

Diuitiæ inauferibiles in ſecula infinita, vberem affluentes copiam. *Georg.Nicomed.orat.3. de Præſentat.B.Virg.*

Diuitię noſtrę paupertatis. *S.German. Conſtant. orat. 2.in Præſentat.B.Virg.*

Diuitiæ pauperum. *S.Io.Damaſc. in Paracl.B.V.*

Diuitiæ noſtræ ſpirituales. *Theodor. Laſch Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Diuitiæ ſuperfluentes, ab ſterili diuæ Annę agro collectæ. *Iacob.Monach.orat.de Natiu.B.V.*

Diuitię copioſiſſimę fertilitatis. *Iacob. Monach. in Mariali orat.3.*

Diuitię, quę nequeunt auferri. *Idem in Mar.or.5.*

Diuitię repoſitæ communis ſalutis. *Idem in Mariali orat. 6.*

Diuitię ſalutis noſtræ. *Idem ibidem.*

Diuitię ſanctiſſimæ, quę ex copioſiſſimis virtutibus emanarunt. *Idem in Mariali orat.1.*

Diuitię ſapientię. *Idem in Mariali orat. 5.*

DOCTRINA ignorantibus. *Bartholom.de Piſis lib.1.de Laud.Virg fructu 10. & Bernard. de Buſtis ſer.3. de Natiuit.B.M.*

Doctrina omnis exemplaritatis poſt Chriſtum. *D.Bernardin.Senenſis tom.2. ſerm.6. qui eſt de fide viua, & mortua.*

Doctrina ſalutaris omnium viuentium ſub Deo rationabiliter. *D.Anton.in ſum. par.4. tit.15. cap. 22.*

DOCTRIX ſapientiæ Dei, docens veram ſapientiam verbis ſuis, & exemplis. *Idiotæ in Contemplat.de V.M.*

Doctrix doctorum, ideſt, Apoſtolorum. *Richar. à S. Laur. de Laud.Virg.lib.5. D.Bonauentura in Cant.Pſalterij B. Virg. & Dionyſius Carth.lib. 4. de Laud. Virg. art.18.*

Doctrix diſciplinæ Dei, cui debetur prædicatorum aureola, facto enim, non verbo prædicauit, imò verbo, nec ſolum creato, ſed increato. *Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt c. 117.*

Doctrix omnium perfectiſſima opere. *Idem ſuper miſſus eſt cap. 214.*

Doctrix ſumma diſciplinæ Dei, quæ doctrinæ præeminentiam in ſummo habuit, & nobis omnia per verbum increatum prædicauit. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.218. & Arnold. Boſtius in Prologo lib. de Patronatu Deip.*

Doctrix Confeſſorum. *D.Birgitta in ſerm. Angelico*

*lico de Excellentia Virg. cap. 19.*

Doctrix præcipua virtutum omnium, totiusque sanctitatis. *D. Ioan. Rusbroch. in Speculo æternæ salutis cap. 4.*

Doctrix fidelissima. *D. Antonin. in summ. par. 4. tit. 15. cap. 15.*

Doctrix Ioannis Euangelistæ. *Idem in summa par. 4. tit. 14. cap. 22.*

Doctrix doctorum summorum, atque primorum nostrorum. *Dion. Carth lib. 4. De prec. B. Virg. art. 11. & Idiota in contemplat. de V. M.*

Doctrix Apostolicę disciplinæ. *Ioan. Mauburnus in Rosario de gloria Virg. membr. 6.*

Doctrix sapientissima disciplinę Dei, Doctorum Ecclesiæ, Apostolorum videlicet, & Euangelistarum magistra prænobilis, quę intenta præ ceteris mugitauit verbo, & operi Dei, sola Saluatoris actuum insignia, melliflua, mirificaque gesta, contra mundum, peccata, & tartarum, specialius vidit, sacratius audiuit, propensius retinuit, Apostolis, aliisque Discipulis diligentius retulit; adeò vt mirarentur omnes in verbis gratiæ, quæque procedebant de ore eius. *Idem ibidem cap. 11. §. 2.*

Doctrix, & Propheta illuminatissima Maria. *Arnold. Bostius lib. de Patron. Deip. Virg. in sibi dicatum Carmeli Ordin. cap. 12. §. 2.*

DOCVMENTVM populi simplicis, & nescientis litteras. *Ern. Prag. in Mariali cap. 44.*

DOMICELLA dominatoris, cuius tuto sub mătello nullus timor est milello, sed timidis latibulum. *B. Ioseph Stcinfel. opusc. 4.*

DOMICILIVM florentissimum castitatis, in quo libens requiescit Deus. *D. Zeno serm. 3. de Natiu. Christi. D. Augustf. ser. 2. de Natiu. Dom. & Anselm. homil. de B. Virg. Concept.*

Domicilium æquinalens, dignumque cæli, & terræ. *D. Gregorius Thaumaturg. orat. 3. in Annunciat. B. Mariæ Virg.*

Domicilium eorum omnium Creatori asseruatum. *Idem ser. 3. in Annunc. B. M. Virg.*

Domicilium Verbi Dei dignum. *Idem ibidem.*

Domicilium virtutis. *Idem orat. 2. in Annunciat. B. Mariæ Virg.*

Domicilium Dei, vbi Deus lumen pudoris perpetuum seruat ingressus, dum sine detrimento integritatis maternæ nascitur sine corruptela conceptus. *D. Gaudentius in tract. 1. de Lectione Euangely.*

Domicilium cęlo præstantius. *Andr. Cretenf. in Annunciat. B. Virg.*

Domicilium diuinum, Creatori admirabiliter præparatum. *Idem orat. de Natiu. B. V. & S. Io: Damasc. orat. 2. de Dormit. B. M.*

Domicilium ornatissimum Dei se nobis inclinantis. *Andr. Cretenf. orat. 3. de Dormit. B.*

Domicilium Spiritus sancti. *Idem Can. in Sab. Sanctum, S. Tho. de Villanova ser. 1. in Annunc. B. Virg. & Robertus Bellarm. Conc. de Natiu. B. V.*

Domicilium eius, qui ante sęcula ex parte nulla fluxione natus est. *S. Georg. Nicomed. Idiomelon. in festum Præsentat. apud Combefis.*

Domicilium delectabile, admirandumq; *S. German. in Mariali fragm. 15.*

Domicilium Deo dignum, ac congruum maiestati. *S. Io: Damasc. in orat. 1. de Natiu. B. V.*

Domicilium omnium virtutum. *Idem lib. 4. de fide Orthodoxa cap. 15. Andr. Cretenf. orat. 1. de Dormit. Virg. & S. Tho. de Villanova in Conc. 1. super Missus est.*

Domicilium spirituale incomprehensibili præparatum. *S. Io: Damasc. orat. 4. de Nat. B. V.*

Domicilium Deitatis. *S. Ioan. Damascen. Can. in S. Chariton.*

Domicilium admirandum, cuius porta cælestis solum Regi aperta. *Ioan. Eub. orat. in Concept. S. Dei Genitricis.*

Domicilium, quod sibi Christus delegit. *Theoctericus in vita S. Nicetæ.*

Domicilium Domini vniuersorum. S. *Ioseph hymn. in suo Mariali.*

Domicilium lucis vniuersa illuminantis. *Idem ibidem.*

Domicilium splendidum omnium Regis. *Idem ibidem.*

Domicilium diuinarum gratiarum. *Theophilact. orat. de Præsentat. B. Virg.*

Domicilium lucis purum, & immaculatum. *Theodor. Lasch Imper. in poemat. B. Virg.*

Domicilium Dei electum. *Matthæus Cătacuzenus in cap. 2. Cantic. Canticor. S. Io: Damasc. in orat. 1. de Natiu. B. Mariæ, & Iacob. Monachus in Mariali orat. 6.*

Domicilium vnigeniti Filij Dei. *Idem Matthæus ibidem, & D. Athanas. orat. in Domini occursum, seu in Purific. B. Virg.*

Domicilium excelsum, ac eleuatum. *Iacob. Monachus orat. de Natiu. B. Virg.*

Domicilium mundissimum Dei incarnati. *Idem ibidem.*

Domicilium nouorum charismatum. *Idem in Mariali orat. 4.*

Domicilium Solis Iustitiæ, *Idem in Mar. or. 3.*

Domicilium vberrimum. *Idem in Mar. orat. 4.*

Domicilium Verbi dignum, Deumque decens. *Niceph. Calist. lib. 1. Hist. Eccles. cap. 7. et Adam Præmonstrat. lib. 1. ser. 40.*

Domicilium summè venerandum totius sacrosanctæ Trinitatis. *Isidor. Thessalon. in orat. de Præsent. B. V. S. Io: Damasc. in Paracl. B. V. Dionys. Cart. lib. 1. de Præcat. Mar. artic. 17. S. Thomas de Villanova serm. 2. in Annunc. B. Virg. & S. Proclus orat. 6.*

Domicilium nouę gratię, à Spiritu sancto præparatum. *D. Bernard. Senens. Tom. 3. serm. 2.*

Domicilium omnis gratiæ. *Idem ser. de 7. verbis Beatæ Virginis.*

Domicilium clementię mellifluæ Maria, quam amare summa virtus est, ab ea amari summa felicitas est. *Arnoldus Bostius cap. 1. §. 2. lib. de Patron. Deipar. Virg. in dictatum sibi Carmeli Ordin.*

Domicilium mansuetudinis. *Io: Trithem. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vticcto cap. 6.*

Do-

Domicilium ſanctę virginitatis. *Idem ibidem,*

Domicilium totius puritatis *Idem Conc. do Purificat. B. Virgin.*

DOMINA noſtra immaculata,& glorioſa. *S. Petrus Apoſtolus in ſua Liturgia.*

Domina noſtra, qua nemo humilior. *Idem in ſerm. habito in tranſitu B. Virg. apud Amadeum raptu 8. S. Andreas Apoſtolus ſerm. in tranſitu B. Virg. apud Amadeum raptu 8. S. Iacob. Maior Apoſtol. apud Amadeum ibidem. S. Thomas Apoſtol. ſer. in tranſita B. Virg. apud Amadeum ibidem. S. Iacobus Minor in ſua Liturgia. S. Matth. Apoſt. in Liturgia Æthiopum. S. Simon Apoſt. ſer. in tranſitu B. Virg. apud Amadeum raptu 8. S. Marcus in Lithurgia. S. Athanaſ. ſer. in Euangel. de SS. Virg, Deipara. Euthychianus in vita S. Theophili. S. Eligius in hom. in feſta Puriſic, S. Mariæ tom. 7. Bibliothecæ Magnæ PP. & tomo 2. edit. 3. S. Gregorius Thauromeniæ Archiepiſc. orat. de Aſſumptione B. Virg. D. Fulbertus Carnotenſis ſer. 2. de Natiuit. Virg. Radulphus Ardens homil. 1. in Natiuit. B. M. Guerricus Abbas ſerm. 4. de aſſumpt. B. M. S. Odilo ſerm. de Aſſumpt. B. M. S. Petrus Damianus lib. 2. Epiſtolar. Epiſt. 14. S. Anſelm. Cant. in orat. de B. V. B. Aelredus Abbas in homilia de puero Ieſu duodeni. Philippus Abbas Tomo 2. Cant. Caaticor. Cæſar Ciſterc. lib. 7. de Mirac. B. M. cap. vleimo. S. Domiaicus in Compend. Coac. de Salut. Angel. S. Bonauentura in Corona B. Virgin. in Canticis Pſalterij ciuſdem, in ſer. 1. de B. Virg. & in Speculo eiuſdem cap. 8. Ioanaes Thauleaus ſerm. de Annaac. B. V. Iſidorus Theſſalonic. oratioaibus de Præſent. & Annanc. Virg. S. Bernardin. Senenſ. Tom. 1. ſer. 52. D. Antoninus in ſam. par. 4. tit. 15. cap. 22. Paulus de Heredia in tractatu de Concep. Virg. & Mauritius de Villaprob. ſer. 24. Coronæ nouæ. B. Mariæ.*

Domina noſtra Cęlorum, & Angelorum. S. *Io: Apoſt. ſerm in tranſita B. Virg. apud Amadeum. rapta 8.*

Domina noſtra benedicta, cuius precibus,& interceſſionibus omnes miſericordiam conſequimur. *S. Iacobus minor in ſua Liturgia.*

Domina noſtra ſanctiſſima, immaculata, glorioſiſſima. *S. Iacobus Minor ia ſua Liturgia. Euthychianus in vita S. Theophili. Aaouymus in Euchelog. in Officio Magni, & angelici habitus. & D. Birgitta lib. 6. Reuelat. cap. 117.*

Domina noſtra, cuius gratia effuſa eſt, in omnes gentes. S. *Philipp. Apoſt. ſerm. in tranſitu B. Virg. apud Amadeum raptu 8.*

Domina, cui dona immenſa à donatore omnium collata. S. *Matth. Apoſt. ſerm. in tranſitu B. V. apud Amadeam rapta 8.*

Domina, quę peperit nobis lumen verum Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. *Idem ibid.*

Domina omnium Angelorum. S. *Lucas Euangeliſta ſerm. in tranſitu B. Virg. apud Amadeam rapta 8. D. Ephrem in ſerm. de Laud. B. Mariæ. D. Auguſtinus ſerm. de Aſſumpt. ciuſdem. D. Fulbertus Carnotenſis ſerm. 3. de Natiuit. V. S. Anſelmus in hymn. 2. Dei Genitricis Franciſcus Abbas lib. 3. de Gratia Dei. Adam de perſen. ia Mariali fragm. 2. Gaillelmus Paruus in cap. 2. Cantic. D. Bonaaentura in Lytanys Pſalterij B. Virg. Albertus Magnus in Biblia Mariæ ſup. lib. Cantic. D. Birgitta ia ſer. de Excellen. Virg. cap. 20. D. Bernardin. Senenſ. tom. 1. ſer. 52. D. Antoninus in ſam. par. 4. tit. 15. cap. 22. & Ioann. Pteus lib. 1. in Cantic. cap. 7.*

Domina noſtra Deipara, & ſemper Virgo, ex qua vnus ſanctæ, & viuificæ Trinitatis, Deus verbum, & Dei filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, propter ſalutem noſtram vltimis diebus humanam naturam aſſumpſit. *D. Athanaſ. in quæſtionibus ad Antiochum q. 136.*

Domina noſtra, viro de familia Dauid deſponſata. *Titus Boſt. in Commentar. ſup. c. 1. Lucæ.*

Domina, & ſpes; peperit enim Dominum, qui eſt ſpes totius mundi, nempe Chriſtum. *D. Epiphan. in ſer. de Laud. Virg.*

Domina cunctis ſublimior. *Idem ibidem.*

Domina Dominarum puriſſima, atque caſtiſſima. *Petras Cellen. ſerm. de Vigilia Natiu. Dom. Albertus Magnus in Biblia Mariæ ſuper Miſſus eſt cap. 194. Iacob. de Voragiac ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Virg. D. Bernard. Senenſ. Tom. 1. ſer. 160. D. Antonin. in ſam. par. 4. tit. 15. cap. 20. & Mauritius de Villaprobata ſerm. 12. Coronæ, nauæ B. Mariæ.*

Domina gratia plena. *D. Ephrem. in ſerm. de Laudibas Virgin.*

Domina noſtra, fœdus, pacemque fidelibus ſuis impetrans, & ſceptrum cunctis impetrans. *Idem ibidem.*

Domina glorioſiſſima, eademque optima, ac præcellentiſſima. *Idem ibidem. Euthychian. in Vita S. Theophili. Iſidorus Theſſalonic. orat. de Annunc. B. M. Bernard. de Buſt. ſer. 5. de Nanin. Mariæ. Paulus de Hæredia in tract. de Concept. B. V. & Arnoldus Boſtius lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto.*

Domina noſtra, quæ Deum, & hominem mundo mirifica, ac glorioſa Conceptione ſua peperit, Deumque verbum hominibus miro modo conciliauit, & rebellem humani noſtri generis naturam cęleſtibus conſociauit. *D. Ephrem. in orat. ad Sanctiſs. Dei Genitricem.*

Domina Princeps. *Idem in ſerm. de Laud. B. Mariæ Virgin.*

Domina omnium verè. *D. Greg. Nazianz. in tragœdia de Chriſto patiente. S. Dion. Areopag. orat. ad B. V. apud S. Birgittam in lib. 4. Reuel. c. 103. Georg. Nicomed. orat. in S. Mariam. S. German. in orat. de præſent. B. V. Rupertus Abbas ſerm. de B. Virg. ſuper illud Apocalypſ. ſignum magnam. Dion. Carth. de Laud. Virg. lib. 3. art. 17. & Mauritius de Villaprobatæ ſerm. 31. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Domina inter Ancillas. *Timoth. Presbyter Hieroſol. in orat. de Prophetæ Simeone Dei ſuſeptore. & Ildeph. de Virg. B. M. cap. 1.*

Domina omnibus ſuperior, quod in mulieribus

vc-

venerandum eſt, oſtendens S. Io. *Chryſoſt. or. 7. in Sanctiſs. Deiparam.*

Domina totius mundi. *Idem ſerm. 20. ad Fratres in Eremo. Anonym. in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio communis ſupplicationis. S. Io: Damaſcenus in Canone de S. Trinit. S. Ioſeph Hymnog. in ſuo Mariali. Theophylact. ſer. de Aſſump. B. M. S. Anſelmus Cant. in lib. de Excellent. V. M. cap. 6. Hugo de S. Victore ſerm. de Aſſumpt. B. V. qui eſt in ordine 43. Petrus Bleſ. ſer. 33. D. Bonauent. in Pſalt. B. V. & ſerm. 2. de B. V. Iacob. Monach. in Mariali orat. 6. Ioann. Thaulerus ſer. de Annunc. B. V. S. Vicent. Ferrerius ſer. 3. de Natiu. V. Io: Gerſon. ſer. de Spiritu S. & Tom. 1. ſer. 6. D. Antonin. in ſum. par. 4 tit. 15. cap. 34. Bernardin. de Buſt. ſerm. 4. de Aſſimil. B. M. Io: Tritbem. de Mirac. B. V. prope Dntelbach. lib. 1. cap. 10. Maurit. de Villaprobata ſer. 25. Coronæ nouæ B. M. Io: Picus lib. 3. in Cant. cap. 5. S. Thomas de Villanoua in Conc. 2. de Natiuit. B. Virg. & Robertus Bellarminus in Conc. 4. ſuper Miſſus eſt.*

Dominam, quam naſci, & vocari Dominam, ipſa ſui germinis fecit, & impetrauit auctoritas. S. *Petrus Chryſ. ſer.* 142.

Domina uulli næuo ſubiecta. S. *Sabba in Menæis Græcor. die 3. Ianuarij.*

Domina nulli vnquam reprehenſioni obnoxia. *Idem ibidem die 1. Ianuarij.*

Domina, quæ omnibus eſt auxilio. *Idem ibidem die 25. Ianuarij.*

Domina noſtra, in qua ſperans, pudore non afficitur. *Idem ibidem.*

Domina immaculata, quæ Deum ſæculorum genuit. *Andr. Cretenſ. Can. in 7. Machab.*

Domina omnium hominum, & capax ipſius Sapientiæ, & Verbi, quod conſiſtit, quod eſt primum, & principale, & cauſa omnium. *Idem orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Domina quia Dominum genuit. *D. Iſidorus lib. 7 Orig. cap. 10.*

Domina intemerata, quæ genuit ſapientiam à ſe ipſa ſubſiſtentem. S. *Sophron. in Menæis Græcorum die 8. Ianuarij. Ioſeph Hymnog. in ſuo Mariali, & Henricus Suſon cap. 17. Dialogi Sapientiæ, & Miniſtri eius.*

Domina noſtra ſacratiſſima, & puriſſima, cuius animam benedictiſſimam, & inculpatiſſimam læta, ſalutarique Annunciatione ingenti gaudio imbuit diuiniſſimus, Angelorumque præſtantiſſimus Gabriel. *S. Sophron. in orat. de Angelorum excellentia.*

Domina mundi, quæ ſingulare commercium mundo præbuit. *S. Hildephonſ. ſer. 7. de Aſſump. Beatæ Mariæ.*

Domina noſtra, cuius virginitatem genita proles, nec introiens, nec exiens læſit, nec concepta, nec nata violauit, nec eam cum hoſpitaretur in illa, triſtauit, nec illam cum egrederetur, incorruptione ptiuauit. *Idem lib. de Virginitate Mariæ cap. 10.*

Domina Regum. *Idem ſer. 4. de Aſſumpt. B. M.*

Domina benigna. *Anonym. in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio Olei ſancti.*

Domina illibata. *Idem ibidem.*

Domina Numinis capax. *Idem in Menæis Græcorum die 24. Martij.*

Domina optima, pura, illibata. *Idem ibidem in officio funereo Virorum ſæcularium.*

Domina ſempet celebranda. *Idem ibidem in officio Olei ſancti.*

Domina vnica orbis terrarum. *Idem in Menæis Græcorum die 25. Ianuarij.*

Domina iuſtiſſima Patriarcharum. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Concept. Deip.*

Domina dolorum partus inexpers. *Nonnus in paraphraſi ſancti ſecundum Ioannem Euangelij Tom. 6. Biblioth. Magnæ Veterum Patrum.*

Domina caſtiſſima, optima, & ſummè miſericors. *S. German. orat. in Zon. Deip.*

Domina exceliſſima ſuper omnem terram. *Idem ibidem.*

Domina mortalium cunctorum. *Idem ibidem.*

Domina vniuerſorum introducens in Cęloruum Reguum confitentes ſibi. *Idem orat. in Annunc. B. Virg. S. Ioſeph Hymnog. in ſuo Mariali. Io: Epiſc. Aretinus in Tract. de Dormit. Sanctiſs. Virg. Leo Imperator orat. de Aſſumpt. B. Virgin. S. Anſel. Lucen. ſuper Salue Regina. S. Anſelmus Cant. in lib. de Concept. B. V. Bernardin. de Buſtis ſerm. 5. de Natinit. B. M. & Maur. de Villaprobata ſerm. 20. Coronæ nouæ B. M.*

Domina, cuius omnipotens eſt auxilium. *Coſmas Hieroſol. in Theogon. hymn. 6.*

Domina ab omni culpa immunis. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. Virg.*

Domina admirabilis, & amatrix hominum, quę hominum amatorem, & redemptorem peperit. *Idem ibidem.*

Domina Auguſta. *Idem ibidem.*

Domina bona, ac ſolius boni Dei Mater. *Idem orat. 1. de Aſſumpt. B. M.*

Domina caſtiſſima, per quam natura hominum ſeruiens peccato, libertatis compos facta eſt. *Idem in Cant. Eccleſ. Græcorum Sono 2.*

Domina, cui multa ſunt nominum millia. *Idem in Can. SS. Deiparæ.*

Domina ex tribu regia exorta, quæ ſola omnium Regem genuit in carne ſupra ordinem naturæ. *Idem Can. in ſanctos Apoſtolos Petrum, & Paulum.*

Domina immaculatiſſima. *Idem in Octoec. Græcorum. S. Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali. S. Gregor. Thaumenitæ Archiep. orat. de Annunc. B. V. & Iſidorus Theſſalon. in orat. de Annunc. B. V.*

Domina mundi bona ſaluans eos, qui ex animo Deiparam illam confitentur. *S. Io: Damaſc. in Octoec. Græcorum.*

Domina omni honore ſuperior. *Idem in Can. SS. Deip.*

Domina puriſſima, quæ peperit hominibus gubernatorem Dominum, inſtabilem, & moleſtum paſſionum noſtrarum tumulum ſedans, & concedens trauquillitatem cordi noſtro.

ſtro. *Idem in Octoëc. Græcor. & S. Ioſeph hymn. ia ſuo Mariali.*

Domina, quæ ſola viri copulam neſciuit, ſola incorrupta fuit, Virgo ſimul & Mater prolem enixa, & nuptialis thalami ignara. *S. Io. Damaſcenus in Can. SS. Deiparæ.*

Domina ſanctiſſima, quæ in neceſſitatibus liberat, & ſollicitè tuetur omnes, qui in tribulatione verſantur. *Idem Can. in S. Anan.*

Domina ſummè laudanda. *Idem Can. in SS. Apoſtol. Petrum, & Paulum.*

Domina caſtiſſima, quæ mortalibus Gubernatorem Dominum peperit. *Idem in Canone de ſancta Trinitate.*

Domina Cherubin ſublimior. *Idem in Paracl. B. Virgin.*

Domina creaturarum, nobis ſub dominio voluptatum carnis, paſſionumque oppreſſis largiens libertatem diuina compaſſione ſua. *Idem ibidem. S. Ioſeph hymn. in ſuo Mar. S. Anſelm. lib. de Excellent. V. M. cap. 12. Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 1. & 2. Alber. Magn. in Biblia Maria ſuper Miſſus eſt cap. 53. & 200. 30. Thauler. ſer. de Annunc. B. Virg. D. Bernardin. Senenſ. Tom. 1. ſerm. 53. & D. Thom. de Villanoua ſerm. 1. de Annunc. B. M.*

Domina decies millenis honorum vocabulis digna. S. *Io: Damaſc. in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

Domina Dei Genitrix, & Virgo. *Idem orat. 1. de Aſſump. B. V. & Theodor. Studites in Can. qui canebatur in erectione SS. Imaginum.*

Domina diuina felicitate beatiſſima. *S. Io: Damaſcenus in Paracl. B. Virg.*

Domina felicitate diuina cumulatiſſima. *Idem ibidem.*

Domina immaculata, maculas omnes maculæ noſtræ, & voluptatum ſordes abluens. *Idem ibidem.*

Domina legatione fungens pro nobis, tanquam immaculata apud Filium, & Deum ſuum. *Idem ibidem.*

Domina mundiſſima, nos rebus carnalibus ſuperiores efficiens. *Idem in Paracl. B. V.*

Domina omnibus laudibus digna. *Idem ibidem.*

Domina omnium intaminatiſſima. *Idem in Menæis Græcorum die 18. Iunij.*

Domina plena viſceribus miſericordiæ. *Idem in Paracl. B. Virgin.*

Domina, quæ vniuerſorum Domini materna auctoritate dominatum facta eſt, cui ſi quis cuncta ancillari dicat, haud longe à ſcopo abierit. *Idem in orat. 4. de Natiu. B. V.*

Domina ſanctiſſima, labores noſtros, & ſuſpiria audiens, & concedens nobis propitiationem, & redemptionem multorum peccatorum noſtrorum. *Idem Paracl. B. V.*

Domina thalami neſcia, quæ incarnatum Verbum peperit. *Idem ibidem.*

Domina vniuerſis honoribus maior. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

Domina à cunctis ſordibus incontaminata, & ſuper omnes inculpatos inculpatiſſima. *Theophan. Nicen. in Menæis Græcorum die 25. Februarij.*

Domina Virgo. *Idem hymno in Annunciatione SS. Deiparæ.*

Domina ab omni labe aliena. *S. Ioſeph hymn. in ſuo Mariali.*

Domina benedicta. *Idem ibidem.*

Domina compaſſione prædita, quæ Saluatorem ſummè compaſſiuum peperit. *Idem ibid.*

Domina Deo chariſſima. *Idem ibidem.*

Domina immunis à thoro maritali, quæ Verbum incarnatum peperit. *Idem ibidem.*

Domina mundiſſima. *Idem ibidem,*

Domina nulli ſanctitate ſecunda. *Idem ibid.*

Domina omni bonitate prædita, quæ Deum omni bonitate plenum in carne peperit. *Idem ibidem.*

Domina omni laude celebranda. *Idem ibid.*

Domina digniſſima omni laude. *D. Amadeus homil. 3. de Laud. V. D. Brigitta in orat. 1. Reuelat. & Mauritius de Villaprobata ſerm. 32. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Domina omni laude ſuperior. *S. Ioſeph hymn. in ſuo Mariali.*

Domina omnium hominum. *Idem ibidem.*

Domina omnium noſtrorum. *Idem ibidem.*

Domina pura, quæ cælos excedit amplitudine. *Idem ibidem.*

Domina, quæ Chriſtum nutu ſuo omnia portantem, in vlnis portauit. *Idem ibidem.*

Domina, quę omnium Dominum peperit. *Idem ibidem.*

Domina, quæ poſt partum remanſit virginali pulchritudine reſplendens. *Idem ibidem.*

Domina, quæ ſine ſemine concepit, & peperit. *Idem ibidem.*

Domina vndequaque puriſſima. *Idem ibid.*

Domina diuiniſſima, & in primis illuſtris. *Simon Metaphraſt. orat. de Ortu, Vita, & Aſſump. B. V.*

Domina vniuerſorum, ea, quæ Filium contingit, omnem ſuperante cognitionis vim ſublimatione, ac neceſſitate. *Nicetas Dauid in homil. de Natiuit. B. Virg.*

Domina vniuerſæ creaturæ poſt Filium ſuum. *Idiota in contemplatione de V. Maria.*

Domina glorioſa ſingulariſſimæ humilitatis. *Idem ibidem par. 6. contemplat. 4.*

Domina in benedicti Filij ſui oblatione, quando ipſum præſentauit in templo, vbi totus conueniebat mundus, quaſi totum mundum volens de ipſo mittere in poſſeſſionem. *Idem ibidem par. 4. Contemplat. 5.*

Domina noſtra digniſſima in omni tempore benedicenda, ſcilicet nocte, & die, in proſperis, & aduerſis, laus eius ſemper verſetur in ore, & corde noſtro. *Idem ibid. par. 16. contemp. 8.*

Domina omnium creaturarum, Creatoris omnium Mater exiſtens. *Idem de B. Virg. par. 4. contemplat. 5.*

Domina, quia nos protegit tãquam turris fortiſſima, & aduerſarios noſtros reprimit, & expu-

expugnat, velut caſtrorum acies ordinata. *Idem ibidem.*

Domina omnium ſanctorum, & noſtra. *Leo Imperator orat. de Aſſump. B.V.*

Domina bonorum omnium vtriuſque mundi, quæ omnibus omnia, quibus, quando, quanta, & qualia vult, largitur. *Io. Geometra ſerm. in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

Domina omnis ordinis, ac nominis non ſolum, quod nunc nominatur, ſed etiam quod imposterum nominabitur. *Idem ibidem.*

Domina diuinarum gratiarum. *Idem ibidem.*

Domina noſtra propitia, & clemens. *Idem ſer. de Natiuit. SS. V. Mariæ.*

Domina materna pietate pro ſeruulis ſollicita. *Radulph. Ardens. Homilia 2. in Annunciat. B.M.*

Domina piiſſima. *Idem Homilia 2. in Annunciat. B. Mariæ. S. Anſelmus Cant. in lib. de Concept. Virg. Mariæ. D. Amadeus in Litanijs Pſalterij B. Virg. D. Birgitta lib. 1. Reuelat. cap. 39. & Mauritius de Villaprob. ſerm. 6. Coronæ nouæ B. Mar.*

Domina angelicarum virtutum. *Guarricus. Abb. ſerm. 2. de Aſſump. B. Mariæ.*

Domina omnium fidelium. *S. Odilo ſerm. de Annunc. B. Mariæ.*

Domina, quia Dominum totius creaturæ ſalua perpetua ſua virginitate concepit, & genuit. *Idem ibidem.*

Domina propitia, audiens, & exaudiens ciues perditos, de ſorte hæreditatis ſuæ, poſt longa exilia, poſt fæua ludibria, poſt multa flagitia reuertentes ad vbera conſolationis ſuæ. *Idem ibidem.*

Domina omnium iuſtorum. *Theophylact. in orat. de Præſent. B. Virg.*

Domina benigniſſima amãs nos amore inuincibili. *Idem ſerm. 1. de Natiuit. B. Virg. S. Io. Damaſ. in Parael. B. Virg. D. Bonauen. in Litanijs Pſalterij B. Mariæ. Henrie. Suſo cap. 16. Dialogi ſapientiæ. & Miniſtri eius, & Maurit. de Villaprob. ſerm. 30. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Domina, non Ancilla, accedens ante illud aureum humanæ reconciliationis Altare, non ſolum rogans, ſed imperans. *S. Petrus Damianus ſerm. 1 de Natiuit. B. Virg. Mariæ.*

Domina, quæ noſtris affectibus ſuauiter indulceſcit, quia magna multitudo dulcedinis eius. Spiritus enim eius ſuper mel dulcis, in qua Dominus cum omni ſua dulcedine ſuperuenit. *Idem ſerm. de Annunt. B. Virg. Mariæ.*

Domina, quæ ſingularem in cordibus noſtris ſibi vindicat Principatum. *Idem ibidem.*

Domina ſunamitis benedicta, & ſuperbenedicta. *Idem ſerm. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Domina dulcis, cuius ſola memoria affectum dulcorat, cuius magnitudinis meditatio mentem eleuat, cuius pulchritudo oculum interiorem exhilarat, cuius amenitatis immenſitas cor meditantis inebriat. *Idem ibidem*

Domina dulciſſima, dulciſſimũ fructum habens, dulciſſimè corda attrahens, dulciſſima bona largiens, dulciſsima quæq; promittens, & dulciſſima corda reddens. *Id. ib. D. Bonau. in Speculo B. V. c. 9. Henrie. Suſo. in c. 10. Dialogi ſapientiæ, & Miniſtri eius, & Maurit. de Villaprobata ſerm. 12. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Domina mira dulcis, & peregrina S. *Anſel. Lucen. in Medit. ſuper Aue Maria.*

Domina, per quam franguntur vincula, ſoluuntur delicta, reperiuntur perdita, renouantur vetera, roborantur infirma, magnificantur minima, exaltantur infima, incepta promouentur, imperfecta perficiuntur, perfecta conſumantur, purgatur cor, refulget mens, & animus inflammatur, liqueſcit pectus, decoratur aſpectus, deſponſatur peregrina, traducitur ſponſa, reſoluitur anima. *Idem ibidem.*

Domina poteſtate, & nos protegendo. *Idem ibid.*

Domina, quæ Deum, & hominem genuit, & hæreticam pranitatem interemit. *Idem ſuper Salue Regina.*

Domina ratione dignitatis, quia Mater Regis, ratione virtutis, quia primigenia Virginum, ratione loci, quia thronus eius eſt ſuper choros Angelorum. *Idem ſuper Aue Maria.*

Domina Regni. *Idem ſuper Salue Regina.*

Domina, ſub cuius regimine debemus militare, eiuſque dominationi nos totaliter committere, vt nos plenariè regat, & guberner. *Idē ibid.*

Domina ſuper omnes Angelorum choros ad Filij dextram tranſcendendo. *Idem ſuper Aue Maria.*

Domina admirabilis ſingulari virginitate. S. *Anſelm. Cant. in. orat. ad B. Virg.*

Domina amabilis ſalutari fœcunditate. *Idem ibid.*

Domina cœleſtis. *Idem in Pſalterio B. V. part. 1.*

Domina Curiæ Cœleſtis. *Idem. lib. de excellentia Virg. Mariæ cap. 7.*

Domina chariſſima. *Idē in dialogo de paſſione Dñi.*

Domina, cuius nihil æquale, nihil comparabile eſt. *Idem in lib. ſiue Tractatu de Concept. Virg.*

Domina clemntiſſima. *Idem ibid. in orat. ad B. V. Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Mariæ, & Maurit. de Villaprob. ſ. 3. Coronę nouæ B. M.*

Domina, cuius beneficijs plenus eſt mundus. S. *Anſelmus Cant. in orat. ad B. Virg.*

Domina, ex qua beatitudinis felicitas, & redemptio nobis venit. *Idem ibidem.*

Domina glorioſa, per quam nos meremur aſcendere ad Deum. *Idem. in Medit. B. Virg.*

Domina iuxta Deum, quem de ſuo vtero Virgo Filium peperit, reſidens, & iure materno cœlo, terræque cum eodem Filio ſuo præſidens. *Idem in lib. de Excellent. Virg. Mariæ, cap. 9.*

Domina magna, cui gratias agit concio læta iuſtorum, ad quam fugit tetra turba reorum. *Idem in orat. ad B. Virg.*

Domina magna, & valde magna. *Idem in Medit. B. Mariæ.*

Domina Mater Domini noſtri. *Idem in orat. B M.*

Domina miſericordiæ, & gratiæ. *Idem in lib. de Excellent. Virg. Mariæ. cap 12.*

Domina omnium intelligibilium, & intellectum tranſcendentium. *Idē lib. ſiue Tract. de Concep. B. Virg.*

Do-

Domina præpotens, & misericors. *Idem in orat. B. Mariæ.*

Domina pia miserationis suæ respectu curãs plagas, & vlcera peccatorũ nostrorum. *Idem ibid.*

Domina rerũ, singula congenitæ dignitati per illam, quam meruit gratiam restituendo, sicut Deus est Dominus omnium, singulis in sua natura propria iuffione constituendo. *Idem lib. de Excellent. Virg. Mariæ. cap. 11.*

Domina sacratissima. *Idem ibidem. cap. 6. & Mauritius de Villaprob. serm. 16. Coronæ nouæ B. M.*

Domina sublimis. *S. Anselm. in Psalt. B. Vir. part. 1.*

Domina summa. *Idẽ lib. de Excellent. Virg. cap. 9.*

Domina venerabilis ineſtimabili sãctitate. *Idem orat. ad B. Virg.*

Domina, quia Dominum mundo edidit. *Zacharias Chrysopol. lib. 1. in vnum ex quatuor cap. 3.*

Domina castissima. *Euthym. Encom. in adorationẽ venerandæ Zonæ SS. Deip. & fasciarum Domini.*

Domina impolluta, cui nihil est impedimento. *Idem ibidem.*

Domina, è cuius sanguinibus carnem assumpsit Deus libera voluntate. *Ioan. Zonara in. Cant. de SS. Virg. contra hæreses.*

Domina benedicta, cui ipse Rex gloriæ principaliter obnoxius, ex propria carnis collatione dignoscitur. *Guibertus Abbas in lib. de Laud. B. Mariæ. cap. 13.*

Domina comunis sæculorum. *Idem ibid. c. 10.*

Domina ineffabilis. *Idem cap. 7.*

Domina puritatis. *Idem in Posl. ad B. V.*

Domina valentissima, cui nulla accedit imporentia. *Idem in Tract. contra Iudæos lib. 1. cap. 1. & Io: Trithem. de Mirac. B. V. in Vrticeto c. 10.*

Domina omnium sanctorum. *Goffridus Abb. ser. in omni festiuitate B. Mariæ.*

Domina dignitate. *Hugo de S. Victore ser. in Natiuit. B. Mariæ Virg. qui est in ordine 34.*

Domina nostra insigni circumdata corona. *Idem lib. 3. Eruditiou. Theologicar. Miscellaneor. 2. tit. 125.*

Domina dulcis, cuius sola memoria affectum dulcorat. *Idem in Meditat. deuotiss. super Salue Regina.*

Domina Israel, bona rectis corde. *Idem serm. 1. super Salue Regina.*

Domina rapiens corda hominum dulcore. *Idem in Meditat. super Salue Regina.*

Domina rerum. *Idem serm. 3. super Salue Regina.*

Domina nostra sine peccato. *Nicolaus Monach. in Epistola de Concep. B. V. ad Petr. Cellensem.*

Domina Angelorum ex Dei gratia; quod enim in se erat, humiliter confitebatur dicens: Ecce Ancilla Domini, & iterum: Respexit humilitatem Ancillæ suæ. *B. Aelred. Abbas serm. 1. in Assumptione B. Virg.*

Domina, cui attribuendum est, quod est optimum. *Richar. à S. Victore in tract. de differentia sacrificij Abrahæ à sacrificio B. M. V.*

Domina Angelorum, quam Angeli gloriantur habere Dominam, cum Angelorum Dominus illam sibi elegerit in Matrem. *Petr. Blef. ser. 33*

Domina cęlorum, fide singulariter fortis, meritis priuilegiata, potestate incomparabilis, gloria singularis. *Idem ser. in Annunc. B. V.*

Domina, penes quam bonorum omnium est nobis reposita plenitudo. *Idem in Mar. frag. 2.*

Domina nostra gloriosissima, super Choros Angelorum exaltata, omni plena, & circumfusa gloria Patris, & Filij, & Spiritus sancti. *Petrus Abbas Cellensis lib. 6. Epistolar. Epist. vlt.*

Domina ad suos. *Petrus Cellen. ser. 6. de Aduen.*

Domina nostra, per quam resloruit caro nostra nouitate Virginei partus, quæ desloruerat per Adam vetustate originalis reatus. *Idem ibid.*

Domina nostra, quæ graria plena omni penetrati se tribuit in manu, & potestate habens thesauros cælestes, & profundum diuitiarum Dei semper penetrans, & erogans, nunquam tamen minuens, aut euacuans, adhuc in carne mortali, mortalium indigentiam nouerat, & portabat, & tamen cellariorum, & horrei cęlestis apothecas pro libitu propinabat, & quibus veller distribuere poterat, *Idem serm. 3. in Annunciatione.*

Domina nostra millies plusquam chariſſima. *Idem ibidem.*

Domina mundi, omnibus, & in omnibus excellens. *Balduin. Denon. in Tract. de Salut. Angelica.*

Domina præpotens, nec minus clemens. *Helinandus Cisterc. serm. 1. in Natiu. B. V.*

Domina Angelorum, & hominum, quia genuit, Creatorem omnium. *Cæsar. Cisterc. homil. de Nominatione Mariæ.*

Domina puella, mirificans in nobis beneficia, & misericordias suas. *Theodorus Lasebus Imperator in poem. B. Virg.*

Domina verè. *Idem in Can. ad SS. Deiparam.*

Domina eorum, qui sibi dominantur. *Richar. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 4.*

Domina Apostolorum. *D. Amadeus homil. 7. de Laud. Virg. Dionys. Carth. de Præcat. Mariæ lib. 1. art. 3. & Maurit. de Villaprob. serm. 32. Coronæ nonæ B. Mariæ.*

Domina clemens, & dulcis. *Amadeus homil. 8. de Laud. B. Virg.*

Domina Cęli, & terræ. *D. Bonau. in Spec. B. V. c. 4. Alb. Magn. in Biblia Mariæ sup. lib. Tobiæ. Henricus Suso in cap. 16. Dialogi Sapientiæ, & Ministri eius. Vinc. Ferrer. serm. 1. de Assump. B. M. Bernard. de Busti. serm. 2. de Assimilat. B. Mariæ, & Io: Trithem. de Miraculis B. Virgin. prope Dittelbach lib. 1. cap. 12.*

Domina dęmonum in inferno. *D. Bonauentura ibidem.*

Domina Domino aptissima, & dignissima. *Idem in Speculo B. Virg. cap. 11.*

Domina Domino chariſſima, & familiariſſima. *Idem ibidem.*

Domina gloriosissima, excelsa super sydera. *Idem in Corona B. Virg.*

Domina hominum in mundo. *Idem in Speculo B. Virgin. cap. 3.*

Domina humillima, quæ Verbum increatum carnem ſumere cepit. *Idem in Pſalterio Beatæ Virgin.*

Domina indeficientiſſima. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap.* 8.

Domina in æternum permanens. *Idem ibidem.*

Domina magna, & laudabilis valdè in Ciuitate Dei Cœli. *Idem in Pſalterio B.V.*

Domina magna dominans creaturis vniuerſis. *Idem in Speculo B. Virg.cap.*3.

Domina miſericordiſſima. *Idem ibidem cap.*8.

Domina noſtra multę miſericordiæ omnibus innocentibus ſe. *Idem in Speculo* B. *Virgin. cap.* 8.

Domina opulentiſſima. *Idem ibidem.*

Domina potentiſſima. *Idem in Speculo B. Virg. cap.* 8.

Domina ſuauis, & verax, patiens nimis, & miſeratione plena. *Idem in Pſalterio B.V.*

Domina ſuauiſſima. *Idem in ſpeculo Beatæ Virginis cap.* 9.

Domina veritatis, & virtutis. *Idem in Pſalterio* B. *Virgin.*

Domina vniuerſalis omnium. *Idem in Speculo B Virg.cap.*8. *& Cæſar Ciſterc.in lib.*7. *de Miraculis B.M.cap.*15.

Domina aduerſitates noſtras comprimens, & ſedans. *Albert Magn.in Poſtillis ſuper c.*1.*Lucæ*

Domina beatiſſima, commendabilis à ſuprema potentia, quam poſt Deum, habet ſuper omnes creaturas. *Idem in Biblia Mariæ Super librum Eſther.*

Domina beatiſſima, quæ ad omnium bonorum ſpiritualium complementum, habuit vniuerſitatem gratiarum gratuitarum, & gratis datarum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 160. *& Mauritius de Villaprob. ſer.*29.*Coronæ nouæ B.M.*

Domina Euangeliſtarum. *Albert. Magnus in Biblia Mariæ ſuper Euangel.Matthæi.*

Domina gentium. *Idem in Biblia Mariæ ſup.Lamentat.Ieremiæ Prophetæ, & Mauril. Rothom. in orat. ad B V.*

Domina gloriosa, quam Deus Pater Filio de corde ſuo ſibi conſubſtantiali genito præparauit in Matrem, in qua Deus Filius corporaliter habitauit: & Spiritus ſanctus ſanctificauit in Matrem eius, de quo ſecundum proceſſionem æternam procedebat. *Alber. Magn. in Poſtillis ſuper cap.*1.*Matthæi.*

Domina maieſtatis in gloria Ieſu Chriſti Filij eius. *Idem in Poſtillis ſuper cap.*10. *Lucæ.*

Domina mundi, quæ omnibus gubernationis ex ſua benignitate exhibet effectum, & ſubſidium defenſionis. *Idem in Poſtillis ſuper cap.*1 *Lucæ.*

Domina omnium bonorum, & Mater. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.*37.

Domina omnium iuſtorum, quibus meretur gratiam. *Idem in Poſtillis ſuper c.*1. *Matthæi.*

Domina omnium Prophetarum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Prophet.Iſaiam. Dion.Carth.lib.*2. *de Laudibus Mariæ Virg.& Petrus Galat.lib.*7. *de Arcan.cap.*17.

Domina omnium, quorum Deus eſt Dominus. *Albertus Magnus in Biblia Mariæ ſuper librum Eccleſiaſtes.*

Domina Prælatorum, cui nihil negatur à ſummo Paſtore Filio. *Idem in Poſtillis ſuper cap.*1. *Lucæ.*

Domina, quia protegit in aduerſis. *Idem ibidem.*

Domina ſalutationis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.* 3. *Regum.*

Domina verè, iure, & propriè omnium, quę ſunt in miſericordia. *Idem ſuper Miſſus eſt.c.*194.

Domina virtutum, quæ ad miniſtrandum pro omnibus ſtat præciuncta iuxta illud Prouerb. vlt. Accinxit fortitudine lumbos ſuos. *Idem in Poſtillis ſuper cap.*10. *Lucæ.*

Domina noſtris bonis non egens, cum bonis omnibus ſit plena. *Egidius Columna Expoſit. in Salutat. Angelic.*

Domina omnium, quia Mater eius, qui omnium Dominus eſt. *Idem ibidem.*

Domina cæli, & mundi, propter Dominum, propter multitudinem ſubditorum, & propter ius Domini acquiſitum. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm.*5. *D.*

Domina formoſa, luminoſa, gratioſa, glorioſa, famoſa, fructuoſa. *Idem ſer.*7. *de Annunciat.* B. *Virg.*

Domina generoſa. *Idem in Mariali ſer.*3. *S.*

Domina virginum. *Idem ſer.*6.*de Aſſumpt. B.V. & Bernard.de Buſt.ſerm.*2.*de Aſſump.B.*M.

Domina primorum Parentum. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit.* B. *Virg.*

Domina rerum vniuerſarum, cui Dominus principatum aſſeruit. *Idem ibidem.*

Domina omnium ab omnibus glorificata. *Iacobus Monach. in Mariali orat.*6.

Domina omnium à Deo conſtituta, & dominationis principatu ſtabilita. *Idem in Mar.or.*2.

Domina, per quam gratiæ nobis collatæ, cogitationis, ac ſermonis, ſuperant captum. *Idem ibidem.*

Domina Mater. *Idiota cap.*20.*Dialogi Sapientię, & Miniſtri eius.*

Domina præſtantiſſima. *Idem in Meditat.deCompaſſ. Virgin. Mariæ.*

Domina reuerenda. *Idem cap.*19.*Dialogi Sapientiæ, & Miniſtri eius.*

Domina beatiſſima, cuius dignitatem, & honorem nulla ratione, nullis verbis quiſquam exprimere ſufficit, cum tantæ ſit dignitatis, vt hæc ſenſus omnes longè tranſcendat. *Idem ſerm. feſti Concept. glorioſæ V.M.*

Domina munda, pura, & ſancta, in qua reſtitutum eſt, quod in Paradiſo perditum fuit, videlicet, imago ad Dei Patris imaginem facta, ſed perdita in Paradiſo. *Idem ſer.in feſto Natiuit.* B. *Virgin.*

Domina chariſſima. *D.Birg.lib.*6.*Reuelat.c.*40.

Domina omnium benedicta, quæ nomina portauit in ſe. *Eadem lib.*4.*Reuelat.cap.*74.

Domina prædulcis *Eadem in ſerm.Angelico de excellentia Virginis cap.*5.

Do-

Domina, quam ante ſæcula ſibi Deus præordinauit in Matrem. *Eadem in ſerm. angelico de Excellentia Virg. cap.* 17.

Domina Regi Deo familiariſſima. *Eadem lib.6. Reuelation.cap.*34.

Domina Angelorum, non enim ſolum inter terrigenas primatum tenet, ſed & ſupra cœligenas, & ſuper hos omnes ſublimis reſidet. *Ern.Prag.in Mariali cap.*141.

Domina, cui à filio, tanquam Matri data eſt omnis poteſtas in cælo, & in terra, & ſubtus terram, vt ei ſicut & filio triplex mundi machina, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum condita flectant genu iam ſubdita. *Idem in Mariali cap.*127.

Domina in capitulo cæleſti omnes ſecum trahens, quemadmodum in capitulis vbi fiunt tractatus, & electiones, aliquis nobilis, & pręporens inter eos, trahit omnes alios poſt ſe, quocumque vult. *Idem in Mariali cap.*4.

Domina, cui in cęlo data eſt poteſtas ſuper Angelos, quia eos ſuperat dignitate: in terra ſuper homines, quia eos liberauit à Diaboli poteſtate: ſubtus terram ſuper Dæmones, quia eos ſuperauit, & damnauit perpetua capriuitate. *Idem in Mariali cap.*127.

Domina, cui in Eccleſia triumphante datus eſt miſericordiæ forus ad reos abſoluendum, cuius dominationis, & miſerationis effectus, ſi quis arenam maris, pluuiæ guttas, & dies ſæculi dinumeret, poterit enarrare. *Idem ibidem.*

Domina in ſe ſperantes magnificans, & exaltans. *Idem in Mariali cap.*119.

Domina bona, præueniens nos conſueta Filij ſui, omniumque denominatoris miſericordia, & liberans nos ab erroribus, interceſſionibus ſuis. *Em. Pal. Imperat.in Can. ad Sanctiſs. Deiparam.*

Domina potens in cęlo, & in terra. *D.Ioann.Rusbroch.in libello de 7.amoris gradibus cap.*8.

Domina comunis, *Iſidor. Theſſalonic.orat. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg.*

Domina ſuper omnia, quę Deus poſſidet, conſtituta. *Idem ibidem.*

Domina viſibilium, & inuiſibilium, excepto Deo. *Idem in orat.de Aſſumpt.B.M.V.*

Domina honore digniſſima. *Idem ſer.de Annunciat. B.Mariæ Virg.*

Domina cęlorum, ſuperans omnes ſanctos in gloria ſempiterna. *D.Bern.Sen. tom.3. ſer.*3.

Domina conſummata, & conſummatiua. *Idem tom.3. ſerm.1.de glorioſo nomine Mariæ.*

Domina gratiæ. *Ioann. Gerſon. tract.4. ſup. Magnificat.*

Domina, per cuius manus Deus ordinauit dare ea, quę dat humanę naturæ. *Idem ſer. de Annunciat. B.V.*

Domina omnium Chriſtianorum. *Idem ſerm. de Spiritu ſancto.*

Domina in eius morte, propter in gloria aſſumptionem. *Idem tom.3. ſerm.*1.*de glorioſo nomine Mariæ.*

Domina mũdi imparticipabilis poteſtatis. *Idem Tom.3. ſerm.de Aſſumpt.B.V.*

Domina omnis creaturæ, quia genuit Creatorem. *Idem Tom.3.ſer.*3.

Domina omnium populorum. *Idem ibidem.*

Domina propter honorem, & reuerentiam coniugalem. *Idem Tom.3.ſerm.*1.

Domina, quia domat dęmonum manus, & poteſtates; ſecundum enim Catholicon, & Papiam, Dominus, vel Domina, dicitur quaſi domans manus. *Idem Tom.3.ſerm.3.*

Domina, quia inimico humani generis dominatur, & minas infert; dicitur enim Dominus, vel Domina, quaſi dans minas ſecundum Papiam. *Idem ibidem.*

Domina, quia pręeſt domui Dei, id eſt, Cœlo empyreo: Dominus enim, vel Domina ſecundum Papiam, dicitur ei, quod domui pręſit. *Idem ibidem.*

Domina cęlorum. *D. Antonin.in ſum.par.4.tit.*15. *c.*45. *Idiota de B.Virg.par.*8. *Contempl.* 20. *& Paulus de Heredia in Tract.de Concept.Virg.*

Domina, cuius eſt cuſtodia, & prouidentia vniuerſalis. *D. Antoninus in ſumma par.*4. *tit.*15. *cap.* 44.

Domina omnium Angelorum ex maternitate Dei. *Idem in ſum.par.4.tit.*15. *cap.*20

Domina omnium, cum Filius eius ſit Dominus vniuerſorum. *Idem in ſum.par.4.tit.*15. *c.*14.

Domina omnium, prælidens volucribus Angelorum, piſcibus Dęmonum in mari amaro pęnarum natantibus, beſtijs hominum mortalium. *Idem in ſum.par.4. tit.*15. *cap.*4.

Domina potentiſſima. *Idem in ſum.par.4. tit.*15. *cap.* 20.

Domina Principatuum. *Idem in ſumma part.* 4. *tit.* 15. *cap.*44.

Domina Regina Cœlorum. *Idem ibidem.*

Domina candidiſſima. *Bernard.de Buſt.ſer.*2.*d. Aſſimilatione B. Mariæ.*

Domina Cœli, & mundi. *Idem ſerm.*2.*de Nominatione B.Mariæ.*

Domina inter Dominationes. *Idem in Mariali ſerm.*2.*de Coronatione B.Mariæ V.*

Domina mundi imperceptibilis poteſtatis. *Idem ſer.*2. *de Aſſump.B.Mariæ.*

Domina mundicentiſſima, atque liberaliſſima. *Idem ſerm.*2.*de Nominat. Mariæ.*

Domina liberaliſſima. *Idem ſermon. de Coronat. Beatæ Mariæ.*

Domina omnium mulierum, imò, & virorum. *Idem ſer.*8. *de Annunc. B.Mariæ.*

Domina Regni, & Imperij diuini. *Idem ſer.*2.*de Coronat. B. Mariæ.*

Domina victorioſiſſima. *Idem in Mariali ſerm.*2. *de Coronat. B. Mariæ.*

Domina amabilis, quam Deus dilexit, cuiuſque ſpeciem concupiuit, in qua aliud prorſus, quam benignitas, atque dulcedo, quam miſericordia, & mititas, quam charitas, & honeſtas inueniri nequit. *Dionyſ.Carth.lib.*8.*de Præcat. Mariæ art.*9.

Do-

Domina cui ſubditus fuit Dominus. *Idem in Cantic. art.* 24.

Domina Deiformis, quia quemadmodum ſupermiſericordiſſimus Deus nullum bonum, quamuis extra charitatem factum deſerit irremuneratum, ſic ipſa nullum obſequium ſibi impenſum relinquit impræmiatum. *Idem de Laud. Virg. M. libr.* 1. *art.* 2.

Domina delectabiliſſima. *Idem lib.* 1. *de Laud. Virg. Mariæ artic.* 18.

Domina feliciſſima. *Idem lib.* 1. *de Laud. Virg. M. art.* 37. *& Maurit. de Villaprobata lib.* 7. *Corona nona Beatæ Mariæ.*

Domina incomparabilis, cuius portio modica à Verbo æterno aſſumpta, ad redimendum rorum genus humanum fuit idonea. *D. Antoninus lib.* 1. *de Laud. Virg. M. art.* 17.

Domina magna, cui veſcenti, Deus Deorum miniſtrauit. *Idem lib.* 1. *de Laud. V. M. art.* 33.

Domina, cuius quanto maior eſt dignitas, & maieſtas, tanto abundantior extat, ac viſceroſior pietas. *Idem lib.* 3. *de Laud. V. M. art.* 20.

Domina omnium ſæculorum, quam nonniſi à mundis, & per virtutem verè nobilibus, caſtitate flagrantibus, morum probitate fulcitis, contemplari, laudari, & honorari iuſtum, condecenſque cenſetur; quemadmodum illuſtres Dominę ſæculi huius, non niſi nobiles, decoros, facetoſque pueros, ac miniſtros ornatos coram ſe ſtare, ac ſibi ſeruire permittunt. *Idem lib.* 1. *de Laud. B. Virg. art.* 2.

Domina præclariſſima. *Idem de Laud. Virg. lib.* 1. *artic.* 1.

Domina præcordialiſſima. *Idem lib.* 1. *de Laud. Virgin. artic.* 3.

Domina ſereniſſima, quæ ſuum in ſe geſtauit Artificem, quæ omnium genuit Creatorem, in qua, & per quam reconciliati ſunt Deus, & homo. *Idem lib.* 1. *de Laud. V. art.* 28.

Domina ſpecioſiſſima, in qua omnes beati indicibiliter iucundantur. *Idem lib.* 4. *de Laud. Virgin. art.* 15.

Domina ſupermundana. *Idem lib.* 1. *de Præcat. Mariæ art.* 24.

Domina ſanctiſſima omnium ſanctorum, in qua Deum laudate debemus. *Idem de Laud. Beatæ Virgin. lib.* 1. *art.* 1.

Domina venerandiſſima. *Idem lib.* 2. *de Laud. B. Virgin. artic.* 18.

Domina vinearum Eccleſiæ, ex gentibus congregatæ. *Idem in Cant. art.* 5.

Domina Dęmonum, à cuius nomine ipſi fugiunt, vt à nomine Ieſu. *Idem ibidem.*

Domina magna, & perfecta. *Idem ibidem.*

Domina magnifica, mater, & altrix, omni cum honorificentia nominanda. *Arnold. Boſſius in Prologo lib. de Patr onatu, & Patrocinio Deip. Virg. in ſibi dicatum Carmeli Ordinem.*

Domina celſiſſima, & Regina colendiſſima, quę fulgidis oculorum radijs, ac fronte ſua auguſta, ſidereaque omnes ſimul cælices pleniſſimè lætificat. *Idem ibidem cap.* 1. 5. 1.

Domina maior. *Io: Trith. lib.* 1. *de Miraculis Beatæ Virgin. in Vriceto.*

Domina cunctis laudibus digniſſima. *Idem ibid.*

Domina clariſſima. *Idem ibidem ſerm.* 5.

Domina eorum, qui ſibi dominantur. *Idem ibidem ſerm.* 6.

Domina nobiliſſima. *Idem ibidem ſerm.* 23.

Domina omnium Dominarum beatiſſima. *Idem ibidem ſerm.* 17.

Domina omnium virtutum, & pulchritudinum, *Idem ibidem ſerm.* 3.

Domina pietatis. *Idem ibidem ſer.* 9.

Domina potentiſſima. *Idem ibidem ſer.* 23.

Domina publica. *Idem ibidem ſerm.* 18.

Domina pulcherrima. *Idem ibidem ſer.* 14.

Domina ſupra naturam. *Idem ibidem ſer.* 18.

Domina ſingulariſſima. *Idem ibidem. ſer.* 25.

Domina victoriоſiſſima, ſancta, magna, pia, miſericordiſſima. *Idem ibidem ſer.* 11.

Domina ſuperior Vniuerſi. *Petrus Galat lib.* 7. *de Arcan. cap.* 13.

Domina deſiderantiſſima. *Ioannes Picus lib.* 1. *in Cant. cap.* 7.

Domina patientiæ, aduerſa quæque ſine ira, & perturbatione, ſereno animo perferens, munita virtute, & impenetrabili clypeo patientiæ, in Chriſto fide, & charitate radicata, & fundata, maiorem patiẽciam habens, quam habere poſſit aliqua creatura. *Dionyſ. Fab. Tractat.* 1. *de Concept. B. Virg.*

Domina præcellentiſſima, quæ ſupra Choros Angelorum reſidet, aſſeſſum Deo proximum ſortita. *Ludou. Bloſ. in Eudologia* 2. *ad B. V.*

Domina vniuerſæ creaturæ poſt Filium ſuum, adeò vt ad eius quoque nomen ſe inflectat omne genu cæleſtium, terreſtrium, atque infernorum. *Idem ibidem.*

DOMINATIO in creaturæ ſuperpoſitione. *Albert. Magn. in biblia Mariæ ſup. lib. Apocalypſis.*

DOMINATRIX immaculata, & benedicta. *D. Baſilius in ſua Liturgia, ſiue Miſſa.*

Dominatrix ſanctiſſima, & intemerata. *Idem ibidem.*

Domiuatrix noſtra. *D. Hildephonſ. lib. de Virginit. S. Mariæ, & D. Birgitta orat.* 4. *Reuelat.*

Dominatrix omnium creaturarum largiens Populo ſuo victoriæ trophæa, hoſteſque Eccleſiæ reconcilians. *S. Io: Damaſc. in Octoec. Græcorum.*

Dominatrix omnium. *S. Ioſeph. Hymn. in Marialí, & D. Antonin. in ſum. par.* 4. *tit.* 15. *c.* 44.

Dominatrix ſæculi. *Idiota de B. Virgine par.* 1. *Contemplat.* 19.

Dominatrix vitæ. *Idem de B. V. par.* 9. *contempl.* 11.

Dominatrix Angelorum. *D. Anſelm. libro. ſiue Tractatu de Concept. Virg. & D. Petrus Cluniac. Proſa in honorem Matris Domini Tom.* 12. *Bibliothec. PP.*

Dominatrix vnica cæli, & terræ. *D. Anſelm. lib. de Excellentia Virg. Mariæ. cap.* 9.

Dominatrix ſæculi. *Richard. à S. Laur. de Laude Virg. lib.* 4.

Do-

Dominatrix plena aduerſantium. *Dionyſ. Carth. in Cantic. art. 21.*

Dominatrix dæmonum à principio ſuæ prodactionis. *Bernardin. de Buſt. in Mariali ſer. 6. de Conceptione B. M.*

DOMVS. *Petrus Mauritius Cluniacen. Proſa in honorem Matris Domini tom. 2. Bibl. PP.*

Domus Dei magna. *D. Dionyſ. Alexandrin. in Epiſtola contra Paul. Samoſaten. S. Method. homil. in feſto Purific. B. V. & D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 12.*

Domus Dei Creatoris omnium propria. *Origenes homil. 1. in diuerſos.*

Domus immaculata Regis cæleſtis ſponſi. *Idem ibidem.*

Domus, quam poſſedit Spiritus Sanctus. *D. Cyprian. ſerm. de Natiuit. Chriſti.*

Domus ſanctiſſima, quæ per vitream aurium feneſtram, radium diuinum, ex Sole iuſtitiæ Patre ſine læſione aliqua recepit, & emiſit; ſicut enim domus circumſepta vndique, quæ habet orientem verſus, vitream, puram, & tenuiſſimam feneſtrellam, oriente Sole, & radijs eius penetrantibus vitrum, & ingredientibus domum, tota colluſtratur, & rurſus tranſeunte Sole, & egredientibus radijs, vitrum non confringitur, ſed tactum ab ingredientibus, & egredientibus repercuſſionibus radiorum ſolarium manet illæſum, ità ſemper Virgo Maria, vt domus quædam circumſepta eſt: Filius & ſermo Dei eſt, vt radius diuinus ex Sole iuſtitiæ Patre deſcendens, qui per vitream feneſtrellam aurium illius ingreſſus, ſanctiſſimam domum eius illuſtrauit, & rurſus, vt idem nouit, euixit, non fædata virginitate illius, minimè quidem. *D. Athanaſ. in quæſtionibus variis.*

Domus, in quâ paratæ ſunt nuptiæ Eccleſiarum Dei, & fœderata terrenis cæleſtia. *D. Hieronym. in Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ Virgin.*

Domus ſubnixa columnis ſeptem, à Dei Filio ædificata. *Idem ibidem.*

Domus illuſtris omnipotentis. *Venantius Fortunatus Elegia in Laud. S. Mariæ Virgin. & Matris Domini.*

Domus virginea, quam Spiritus ſanctus deſideranter inhabitare. *Idem in Elegia de Virginitate, & Iſidorus Theſſalonicen. orat. de Annunc. B. Mariæ.*

Domus, quam ſibi Dei ſapientia ex ſterili Annæ vtero extruxit. *Andreas Cretenſis Can. in Concept. B. Virg.*

Domus Sancta, in qua Deus habitauit. *Idem ibidem.*

Domus Domini, quia in eius ventre per aſſumptam humanitatem Verbi diuinitas iacuit. *D. Gregor. Magn. in lib. 1. Reg. cap. 1.*

Domus à Domino fundata, & aduentu Domini plena, quæ nunciante Angelo, fundatoris ſui cognouit aduentum, & nouum congreſſionis admiratur acceſſum, habitatorem ineſſe ſibi cognoſcit, & qualiter in abditis agat, planè non penetrat, verumtamen animi virtutes parat in officia ſeruitutis, defert Domino debitæ iura conditionis. *D. Hildephonſ. lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 2.*

Domus bona, in qua tota ſimul diuinitas inhabitur Verbi, in qua ſapientia Dei Patris ſeptem ſibi columnas erexit, ſuper quam omnis inniteatur domus, & fabricatur Eccleſia. *Idem ſerm. 3. de Aſſumpt. B. M.*

Domus Dei, cuius pudoris integerrima clauſtra ſunt. *Idem lib. 1. de Virginit. Mariæ cap. 3.*

Domus operis diuini, ad quam Deus veniens, carnis tantummodo veſtem tulit, idem, qui venerat, rediit, ſed aliter quàm inceſſerat, ipſe inde proceſſit. *Idem ibidem.*

Domus, quam Deus ingrediens, non pudoris ſpolia tulit, & egrediens integritate dotauit. *Idem ibidem.*

Domus ſanctitatis planè pura. *Anonym. in Menæis Græcor. die 10. Februarij.*

Domus glorioſa. *Georg. Nicomed. orat. de Exitu SS. Dominæ noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Domus corporalis quietis vnigenito Filio Dei. *S. Germ. Conſt. orat. 1. in Dormit. B. V.*

Domus gloriæ ſpecioſa. *Idem orat. 1. in Præſent. B. Virg.*

Domus ſummæ ſpiritalis panis vitæ. *Idem ſerm. in Natiuit. B. Virg.*

Domus Creatoris omnium. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. Virg.*

Domus Dei diuinis ſplendoribus magnificè lucens, cuius caſtimoniæ ſuperliminare nuſquam tolli poteſt, nempe domus plena gloriæ Domini, præque ignitis Seraphim maiori luce ſpiritus affluens. *Idem orat. 4. de Natiu. B. Mariæ Virg.*

Domus diuina, faciens nos per opera Deo placentia Domos Trinitatis. *Idem in Paracl. B. Virginis.*

Domus Domini puriſſimè compacta. *Idem or. 4. de Natiuit. B. Virg. & D. Hildephonſ. libr. de Virginit. Mariæ cap. 21. & Bernard. de Buſt. ſer. 6. de Concept. B. M.*

Domus hoſpitij Verbo rerum Opifici parata. *S. Io. Damaſc. orat. 4. de Natiuit. B. M.*

Domus odore ſuaui perfuſa, quam diuiniſſimo Patris Verbo inhabitare perplacuit. *Idem in Menæis Græcorum die 24. Iunij.*

Domus Dei animata, quæ Deum in vtero geſtauit montibus cæleſtium virtutum ſublimior. *S. Io: Damaſc. in Octoec. Græcor.*

Domus diuina, & animata cæleſtibus poteſtatibus ſuperior, quæ Dei Filium in vtero portauit. *Idem in Paraclet. Græcor.*

Domus gloriæ. *Idem in Octoec. Græcor.*

Domus, de qua per Salomonem dicitur: Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. *Paulus Diaconus ſerm. 2. de Aſſumpt. apud Ceraſolam Tom. 6.*

Domus virginalis, ſeptem ſuſſulta columnis, quia

qnia ſeptem Spiritûs ſancti donis, Sapientiæ, Intellectus, Conſilij, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis, atque Timoris Domini ditata. *Idem ibidem. S. Petrus Damianus ſerm. 2. de Natiuit. B.V. Mariæ, & D. Bernardus ſer. 2. in Aſſumpt. Beatæ Mariæ.*

Domus, quam ſibi Sapientia ædificauit, vt in ea habitaret, per humanæ naturæ Aſſumptionem. *Idiota in contemplat. de V. Maria.*

Domus ſolida, & fortis à Sapientia ædificata, quæ ſeptem columnis, ideſt ſeptem donis Spiritus ſancti, fortiter, & ſublimiter ſuſtentata, nullo modo vacillare potuit. *Idem ibid.*

Domus continens medicinam, ideſt Chriſtum, contra morbos peccatorum, & arma virtutum contra carnem, mundum, & diabolum: arma ſcilicet humilitatis, contra ſuperbum diabolum, arma paupertatis cõtra cupidum mundum, & arma virginitatis contra lubricam carnem. *Idem de B.V. par. 14. contemp. 32.*

Domus, cuius oſtium fuit mentis obedientia; per hoc enim oſtium intrauit ille verus Rex Salomon Ieſus Chriſtus. *Idem ibidem.*

Domus orationis, de qua dicit benedictus Filius eius: Domus mea domus orationis, ita quia Beata Virgo aſſiduè orat pro populo Chriſtiano. *Idem ibidem.*

Domus, quia ſicut domus eſt defenſio à Caumatibus, ita Beata Virgo protegit à tentationibus diaboli inuiſibilibus, & à pluuijs, ideſt à tentationibus carnis ferè continuò ſpiritum impugnantibus. *Idem ibidem.*

Domus, quam ſibi fecit verus Salomon, ideſt Chriſtus Rex pacificus, quia Sapientia ædificauit ſibi domum. Prou. 8. cuius fundamentum fuit ſuprema paupertas, cuius quadratura fuit timor, quia dictum fuit ei: Ne timeas Maria: deſiderium, quia dixit: Fiat mihi ſecundum verbum tuum: dolor in Filij ſui paſſione, vndè dictum eſt ei: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius: gaudium de benedicti Filij ſui reſurrectione, cuius panis orientalis fuit ſpes æternæ beatitudinis, occidentalis fuit memoria mortis, meridionalis temperãtia in proſperis, aquilonaris patientia in aduerſis, cuius profundum fuit humilitas, longum fidei perſeuerans firmitas, latum charitas, altum ſpei proceritas, & exceſſus contemplationis, cuius tectum fuit patientia contra ærisintemperiem. *Idem ibidem.*

Domus ſolida, & fortis à Deo ſibi ædificata, quæ nullo modo vacillare potuit per peccatum, vt aliæ omnes peccando vacillauerunt. *Idem de B.V irg. par. 3. Contemplat. 1.*

Domus ſpecioſiſſima carentia omnis mali, & ornatu omnis boni, & etiam ornatu omnis virtutis interioris, & omnis bonæ operationis exterioris. *Idem de B.V. par. 14. Contempl. 32.*

Domus ſedentis ſuper Cherubim. *Leo Imperator. in orat. de Præſent. B.V irg.*

Domus Domini, quam decet ſanctitudo, & decor. *Guarricus Abbas ſer. 1. de Aſſump.* B.M.

Domus, in quam deſcendens cæleſtis Rex, habere hoſpitium dignatus eſt. *D. Petrus Damian. ſerm. 2. de Natiu. B.V.* M.

Domus Domini, in qua porta orientalis clauſa ſemper eſſe perhibetur. *Goſſridus Abbas ſer. 4. in Natiu. Domini.*

Domus Domini, quam ipſe dominus fundauit, & homo factus eſt in ea. *Idem ſerm. de Purificat. S. Mariæ.*

Domus ſeptem columnis exciſa. *Hugo de S. Victore lib. 4. de proprietatibus, & epitetis rerum cap. 2.*

Domus ſalutis. *Idem ibidem.*

Domus ab omni inquinamento libera, ſcopas Lazari non egens. *D. Bernardus ſerm. 2. in Aſſump.* B. *Mariæ.*

Domus, in qua Dei Filius carnis habitum ſuſcepit, quem obtulit Deo Patri pro ſalute generis humani. *Idem ſerm. de* B. *Maria, cuius initium eſt: Aue Maria.*

Domus Patris familias cæleſtis. *Idem ibidem.*

Domus, quam fundauit Altiſſimus, & ædificauit ſapientia, in qua plus viguit gratia, quam natura. *Petr. Com. ſer. de Conc. B. Virg.*

Domus, quam fundauit Altiſſimus, ipſe non alius, non vetus Adam, ſed nouus, nouum iacens in ea fundamentum, ſuper quod tam præclarum, tam inſigne ſurgeret ædificium, alioquin ſi veteris ruinæ manſere veſtigia, ſi veteri ſuperædificatum eſt, vetus Adam, & non ipſe fundauit eam Altiſſimus. *Idem ibid.*

Domus, de qua Scribit Salomon Sap. 8. Intrans in domum meam conquieſcam ibi, ac ſi diceret: Hanc elegi in habitationem, quoniam elegi eam. *Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Domus ſapientiæ conſumata. *Idem ibidem. Petrus Abbas Cellenſis lib. 6. Epiſtolar. Epiſtola vltima.*

Domus, quam ſapientia, ideſt Dei Filius ſibi ædificauit, & in qua ſeptem columnas ſpirituales ad decorem, & gloriam, æterna ſtabilitate collocauit, ſcilicet virginitatem, caſtitatem, continentiam, humilitatem, fidem, ſpem, charitatem. *Philip. Abbas Tom. 2. Moralitatum in Cant. ic. Canticor.*

Domus Dei, quæ dum ædificaretur, malleus, & ſecuris non ſunt audita in ea 3. Reg. 6. nam B. Virgo dum ædificata eſt in domum Dei: per totum ſcilicet tempus, quo nutrita eſt Spiritu ſancto ante Conceptionem Domini non ſunt audita in ea humanis auribus, vel angelicis, vel diuinis, malleus, & ſecuris, peccata ſcilicet actionis, & cogitationis. Per malleum enim, quo percutimus, exterius peccatum illegitimatur operis, quo locutio etiam comprehenditur per ſecurim, quæ etiam poſita eſt ad radicem arboris, ideſt ad intentionem cordis: peccatum intelligitur cogitationis, quæ ſemper eſt radix prauę actionis, igitur dum ædificaretur domus Dei Mariæ, ideſt, dum adhuc præpararetur, vt in ea non ſolum ſpiritualiter, ſed etiam corporaliter ha-

habitaret Deus homo in ea, & ex ea factus: non sunt audita in ea malleus, & securis, quia in toto illo spatio, quo ædificata est hęc Virgo in domum sublimissimam, super cœlos omnes collocandam, in ea post primam sanctificationem, quam accepit in vtero Matris suæ, peccatum non fuit nec exterius, nec interius. *Helinand. Cisterc. serm. 1. de Assumpt. B. Mariæ.*

Domus propria Sapientiæ, quam ipsa Sapientia semper agens, semper mundam conseruauit; quis enim sapiens domum sibi ædificans ad habitandum, ab ipso ædificationis initio non velit eam si possit omni carere vitio. *Idē ibid.*

Domus Dei specialis, de qua dicit Propheta: Vidi, & ecce impleuit gloria Domini domum Dei. Ezechiel 42. *Innocent. Papa III. serm. 1. in Dedicatione Ecclesiæ.*

Domus Dei, in qua Christus habitauit: ligna principales eius virtutes, Prudentia, Fortitudo, Temperantia, laquearia, bona eius opera. *Honor. Augustod. in Sigillo B. Mariç.*

Domus, in qua sicut locum omnium nostrum est habitatio. *Cæsarius. Cisterc. Homil. in Assumptione B. Mariæ.*

Domus sapientiæ latissima. *Idem ibidem.*

Domus, cuius decor maximè consistit in carentia omnis mali, & ornatu omnis boni, vel in ornatu omnis virtutis intetiotis, & omnis bonæ operationis exteriotis. *Richard. de S. Laur. de Laud. Virgin. lib. 10.*

Domus Dei, cuius tota est abundantia, quod nostram sufficienter potest replere inopiam, ideo dicit Psalmista in persona Christi: Replebimur in bonis domus tuæ. Psalm. 64. imò tanta est eius totius veri boni abundantia, quod excedit inopiā totius creaturæ. *Idē ibid.*

Domus Dei, quam introimus per fidem & dilectionem in multitudine misericordiæ diuinæ Psalm. 68. In multitudine misericordiæ tuæ, introibo in domum tuam; maxima enim misericordia Dei est, infundere alicui gratiam diligendi Matrem suam. *Idem ibidem.*

Domus diuinæ Maiestatis glorificata, de qua dicit ipse Christus Isaia cap. 60. Domum maiestatis meæ, scilicet, Mariam glorificabo. *Idem de Laud. Virg. lib. 2.*

Domus Domini, de qua fons, ideſt Christus, egressus est per carnalem natiuitatem, & irrigauit sua prædicatione, vel in sua Passione, vbi fudit de suo corpore sanguinem, & aquam, torrentem spinarum, ideſt, conscientias peccatorum, quæ velut torrens, fluunt in Mare mortuum. Ioel. cap. vlt. *Idem de Laud. V. lib. 10.*

Domus Domini impleta fumo, ideſt gratia contemplationis. Isai. 6. *Idem ibidem.*

Domus magna, in qua auctus est sonus suauitatis plenus. Eccl. 50. quia orationes Mariç sunt aromaticæ Filio, & toti Trinitati. *Idem ibidem.*

Domus Maiestatis, quam Dominus ipse glorificauit, vt dicitur Isai. 60. Domum Maiestatis meæ glorificabo, quam, qui cum Domino pro posse suo non glorificat, erit ignobilis. *Idē ibi.*

Domus nouissima, cuius gloria magna erit plus quam primæ Aggęi cap. 2. Prima enim Domus Eua, cuius gloria est, quod manu Domini formata est in Paradiso de substantia Adæ: Mariæ autem gloria in infinitum maior, quia de purissima substantia eius formata est caro Christi, cuius pretio redemptus est mundus, & quod per partum ipsius, per Euam perditus, nobis restitutus est Paradisus. *Idem ibidem.*

Domus orationis actiuè, & passiuè, de qua Dominus dicit Isai. 56. Domus mea, ideſt, Maria, quam Ego nouem mensibus corporaliter inhabitaui, Domus orationis vocabitur cunctis populis, quibus dicit Eccl. Omnis homo ōni hora, ipsam ora &c. actiuè, quia assiduè orat pro populo Christiano, & maximè pro amicis suis exemplo Ieremiæ, de quo 2. Mach. 10. Hic est, qui multum orat pro populo, & pro ciuitate ista. *Idem ibidem.*

Domus, quam desideratus cunctis gentibus, ideſt Christus, gloria repleuit, nempe se ipso. Aggæi 2. quia gloria Patris Filius Sapiens. Prou. 10. *Idem ibidem.*

Domus, quam Dominus ædificauit, non solum sibi, sed nobis, vt ex ea nobis spiritualiter effunderet bonitates, scilicet dona gratiarum, vnguenta virtutum, medicamenta morborum, & huiusmodi, quæ nobis eo propinquior esset, & magis ad manum, quam ipsum Cœlum, de quo nobis effluunt bona naturæ, quia magis indigemus bonis gratiæ, quam bonis naturæ. *Idem ibidem.*

Domus refugij, vt saluos nos faciat, vt habetur in Psalm. 30. *Idem de Laud. Virg. lib. 2.*

Domus saltus Libani 3. Reg. 7. cuius pars inferior appellabatur pigmentaria, quia continebat pigmenta, & aromata Salomonis ad vsum templi, & Domus Regiæ: & Pars superior dicebatur armaria, quia continebat arma ad tuitionem Regis, & decorem Domus; Maria enim continuit medicinam, scilicet Christum contra morbos peccatorum, & arma virtutū contra carnem, & Diabolum. *Idem de Laud. Virg. lib. 10.*

Domus tam solida, & fortis à Deo ædificata, quod nullo modo potuit vacillare, cum omnes aliæ peccando vacillauerint, vndè Rom. 3. Omnes enim peccauerunt. *Idem ibidem.*

Domus veri Solis Iustitiæ, in qua nouem mensibus corporaliter habitauit. *Idem de Laud. Virginis lib. 7.*

Domus obedientiæ, quæ, quia voci Angeli obediit, ideo Dei Filiū suscipere meruit. *D. Antonius de Padua serm. Dominicę Palmarum.*

Domus sapientiæ, cuius bonis replemur, quia ex ea effunduntur nobis dona gratiarum multa, videlicet refectio spiritualis, iucundissima ebrietas, medicamentum sanitatis, protectio contra aduersa, dulcedo spiritualis, qua allicimur, oleum consolationis, refrigerium contra æstus tentationum, victoria, qua coronamur, odor, quo attrahimur. *Hugo Carensis Psalm. 64.*

Domus ſapientiæ, cuius ſeptem columnæ ſunt ſeptem virtutes, quas ponit Iac. cap. 3. Sapientia, quæ deſurſum eſt; primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione. *Idem in cap. 9. Prouerbiorum.*

Domus benedicta, ex qua omniũ proceſſit vita. D. *Bonauent. in ſpeculo B. Virg. cap. 12.*

Domus Dei capax. *Idem ibidem cap. 5.*

Domus Dei cypreſſina. *Idem in Litanijs Pſalterij B. Virginis.*

Domus Dei ſanctiſſima, de qua in Pſalmo dicitur: Domum tuam decet ſanctitudo, Domine. *Idem in ſpeculo B. Virg. cap. 8.*

Domus verè felix. *Idem in ſpeculo B. Virg. cap. 7.*

Domus verè ſingulariter beata. *Idem ibid. cap. 8.*

Domus Dei, de qua Dauid: Inebriabuntur ab vbertate Domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Pſalm. 35. cuius abundantia, plenitudo eſt chariſſimatum, quæ plena gratię, omnibus abundanter vſque ad ebrietatem refundit; & torrens ab ea erumpens impetu magno, pietatis eius fluxus eſt, charitate cogente, impetuoſus, & rapidus omnium ad ſe rapiens deuotionem. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Domus diuinæ habitationis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Iudith.*

Domus fidelitatis noſtræ. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Prophet. Iſaiam.*

Domus figuli, ideſt Dei, in qua fecit Deus opus ſuum ſuper rotam, opus incarnationis, ſe ipſum ponens in rota humanæ volubilitatis. Ierem. 18. *Idem in Biblia Mar. ſuper Ierem. Proph.*

Domus imperatoriæ maieſtatis. *Idem in Bibliam Mariæ ſuper Iſaiam Prophetam.*

Domus, cuius ædificio totum ſtudium ſuæ artis adhibuit Sapientia. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 11. Lucæ.*

Domus, in qua Filius Dei humanitatem profeſſus. factus eſt frater noſter. *Idem in Bibliam Mariæ ſuper Ezechielem Prophetam.*

Domus maieſtatis totius Trinitatis. *Idē in Biblia Mariæ ſuper Iſaiam Prophetam.*

Domus opulenta. Iai. 33. *Idem ibidem.*

Domus ſaltus Libani, quam fecit ſibi Rex Salomon, in qua fuerunt medicina contra vulnera peccatorum, & arma contra Diabolum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 197.*

Domus receptionis, & protectionis fugientium peccatorum, vt fugiens ad eam recipiatur, & protegatur à Diabolo, à peccato, & maximè ab irato Deo. *Idē in Biblia ſuper Iſaiam Proph.*

Domus renouationis humani generis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ieremiam Proph.*

Domus ſaluationis. *Idem ibidem.*

Domus ſanctitudinis, libera ab omni inquinatione. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Iſai. Proph.*

Domus Sapientiæ, habens ſeptem liberalium artium columnas. *Idem ſuper Miſſus eſt c. 135.*

Domus ſatietatis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. 1. Regum.*

Domus totius firmitatis, fundata ſuper firmam petram, ſcilicet Chriſtum. Matth. 7. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangelium Matthei.*

Domus totius plenitudinis, in qua repletur peccator venia, iuſtus gratia, Trinitas gloria, Filij humana perſona ſubſtantia, vt non ſit, qui manu vacua recedat à manu iſta. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Iſaiam Proph.*

Domus totius reformationis, & renouationis, in qua reformatur luxurioſus ad caſtitatem, ſuperbus ad humilitatem, inuidus ad charitatem, cœcus ad lumen, claudus ad greſſum. *Idem ibidem.*

Domus totius ſecuritatis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ierem. Proph.*

Domus à diuina Sapientia depicta, & ornata. *Iac. de Voragine ſerm. 1. de Natiuit. B. Virg.*

Domus ampla, & lucida. *Idem in ſerm. 2. de Nat. B. Virginis.*

Domus Dei, fundata ſuper altitudinem potentiæ Patris, qui eam in bono confirmauit, ſuper altitudinem ſapientiæ Filij, qui eam omni ſapientia illuſtrauit, ſuper altitudinem gratiæ Spiritus ſancti, qui eam in gratia ſtabiliuit. *Idem in Mariali ſerm. 6. D.*

Domus diuini Verbi, & Sapientiæ Dei, ſuffulta columnis ſeptem, ideſt, plenitudine donorum Spiritus ſancti, & omnium virtutum. *Ægidius Columna in Expoſit. in ſalut. Angelica.*

Domus, quam ſibi Sapientia ædificauit, in quã venti peccatorum, & aquæ iniquitatum irruere non potuerunt. *Idem ibidem.*

Domus ſapientiæ, quam ſibi Sapientia ædificauit, in qua ipſa excidit columnas ſeptem, id eſt, quatuor cardinales virtutes, Prudentiã Temperantiam, Fortitudinem, Iuſtitiam, & tres deificas, ideſt Fidem, Spem, Charitatem. *Alan. Inſul. in Dictis, quæ mirabilia nonnunquam. Petrus Damianus lib. 2. Epiſtolar. Epiſt. 14. Petrus Bleſ. ſerm. 38. Ægid. Columna in Expoſit. Salut. Angelic. & Maurit. de Villa probata ſerm. 19. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Domus Dei pulcherrima, altiſſima contemplatione, luminoſiſſima cognitione. *S. Methildis lib. 1. gratiæ ſpiritualis cap. 52.*

Domus, quam Sponſus cęleſtis elegit, & in ſuam adſciuit. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 4.*

Domus Dei, cuius trabes cedri, & lacunaria cypreſſi, propter ſtabilem, ſimulque immutabilem præceptorum ſanctionem. *Matth. Cantacuzenus in cap. 1. Cant. Cantic.*

Domus panis, ideſt Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui de ſe ipſo dixit: Ego ſum panis viuus, qui de Cœlo deſcendi Ioan. 6. *Idem in cap. 4. Cant. Cantic.*

Domus digna diuini luminis. *Ioan. Hondemius in Inuocatione ſanctiſſimæ Deiparæ.*

Domus Dei propter plenitudinem pietatis, celſitudinem nobilitatis, & pulchritudinem ſanctitatis. *Ern. Prag. in Mariali cap. 95.*

Domus Dei, vbi recipiuntur pauperes, & abũdant opera pietatis, ſicut enim in Domo Dei, quando

do dñes eſt, & benè adminiſtrata, omnes ibi lætanter, recipiuntur ſine perſonarum acceptione pauperes, peregrini, infirmi, & vnuſquiſque procuratur iuxtà propriam infirmitatem: ità iuMaria Domo Dei ſpiritualiter omnes recipiuntur, & vnicuique pulſanti aperitur, & qui quærit, inuenit, & qui petit accipit, ſecundum quod ſuæ congruit infirmitati. *Idem ibidem.*

Domus Maieſtatis, in qua ipſe Deus maieſtatis receptus eſt, & tenuit ipſe Rex Regum curiam plenariam. *Idem ibidem.*

Domus Regalis, & ſummæ nobilitatis à Deo Patre fundata, & ædificata, à Dei Sapientia Patris Verbo ordinata, & à Spiritu ſancto dotata. *Idem in Mariali cap.* 110.

Domus Solis, propter inhabitationem Dei in mente eius. *Idem in Mariali cap.* 4.

Domus ſummæ charitatis, in qua omnis, qui petit auxilium, accipit, qui quærit conſilium, inuenit, & pulſanti propter refugium aperitur. *Idem in Mariali cap.* 110.

Domus ſummæ hoſpitalitatis, quia etſi totus mundus ad eam confluat, ſecundum illud Iſai. 2. Et fluent ad eam omnes gentes; ipſa tamen ſemper clamat: Tranſite ad me, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. *Idem ibidem.*

Domus mundiſſima odore virtutum odorifera, & omni pulchritudine ornata. *D. Birgitta in Reuelationibus extraugant. cap.* 50.

Domus Dei per dedicationem. *Barthol. de Piſis lib* 1. *de Land. Virg. fructu* 8.

Domus cedrina, cuius ante temporis plenitudinem non erat tempus ædificandæ, nimirum quæ foret illius implenda gloria, qui dignatus eſt ad nos deſcendere gratia plenus, & veritate. *Anton. Pocq. ſerm.* 5. *de Concept. B. V.*

Domus gloriæ puritatis, & innocentiæ ſingulariter, & inſignita, ac virtutum omnium incomparabilibus diuitijs ſupereminenter cumulata. *Idem ibidem.*

Domus orationis cunctis nationibus, vt cuius mens in Deum ſemper eleuata, affectuoſa quædam fuerit, & feruens oratio, nimirum humanæ ſalutis, & honoris diuini ſancto flagrans deſiderio. *Idem ſerm.* 4. *de Concept. B. V.*

Domus ſeptem columnis ſuffulta, quia gratia ſeptiformi repleta, quam ædificauit in habitationem ſibi æterna Dei ſapientia. *Idem ſerm.* 5. *de Concept. B. Virg.*

Domus aurea illius, quem Cœlum, & terra, licet ampliora ſe ipſis multo fierent, capere non valebãt. *Iſidor. Theſal. orat. de Annun. B. V.*

Domus Dei accomoda. *Idem ibidem.*

Domus ſplendidiſſima Creatoris ad inhabitandum. *Idem in orat. de Præſent. B. Virg.*

Domus diuinæ maieſtatis glorificata. Iſai. 40. *D. Bernard. Senenſis Tom.* 3. *de Aſſumpt. B. Virg.*

Domus Domini, ex Patrum lapidibus conſtructa, polita, & picturata virtutibus, cooperta per totum auro charitatis, tanto glorioſior domo, ſeu templo Salomonis, quanto Filius inhabitator eius eſt plus quam Salomon: tanto glorioſior, quanto eius caro pura eſt dignior petra dura: tanto glorioſior, quanto anima eius excellentior, quam fuerint Sanctorum ſancta: tanto glorioſior, quanto diuina natura præſens eſt potior propitiatorio: tanto glorioſior, quanto Angeli comprehẽſores ſunt meliores, quam illius miniſtri, viatores: tanto glorioſior, quanto victima figurata, ideſt Ieſus gratior eſt figura. *Idem ibidem*

Domus miſericordiæ, quæ excepit Patrem miſericordiarum. *Idẽ in Summ. part.* 4. *tit.* 15. *cap.* 45. *quod eſt de Aſſumptione B. Mariæ.*

Domus Dei permanens in ſanctitate. *Bernardin. de Buſtis ſerm.* 10. *de Sanctitate B. Mariæ.*

Domus Dei ſancta. *Idem in Mariali ſerm.* 6. *de Concept. B. Mariæ. D. Anſel. in Hymno B. Mariæ. D. Bernardus ſerm.* 2. *in Aſſumpt. B. Mariæ, & Mauritius de Villaprobata ſerm.* 6. *Coronæ nonæ B. Mariæ*

Domus diuina. *Bernardin. de Buſtis ſer.* 10. *de Sanctitate B. Mariæ.*

Domus fundata ſuper altitudinem potentiæ Patris, qui eam in bono confirmauit: ſuper altitudinem ſapientiæ Filij, qui eam omni ſapientia illuſtrauit: ſuper altitudinem Spiritus Sancti, qui eam in gratia ſtabiliuit. *Idem ſerm.* 5 *de Nomin. B. Mariæ.*

Domus habens pro fundamento Deum. *Idẽ ibid.*

Domus obedientiæ, quia ſe obtulit promptam, & obtemperantem diuinæ voluntati in incarnatione diuini Verbi. *Idem ſerm.* 4. *de Aſſimilatione B. Mariæ.*

Domus puriſſima. *Idem in Mariali. ſerm.* 6. *de Concept. B. Mariæ.*

Domus ſtabilis. *Idẽ ſerm.* 1. *de Natiuit. V. Mariæ.*

Domus ſupra firmam petram, ideſt, virtutis ſoliditatem ædificata, quæ propter pluuiam, vel ventum, vel inundationem peccati non cecidit Matth. 7. *Idem in Mariali. ſerm.* 8. *de Concept. B. Mariæ.*

Domus præcelſa, quam æterna Sapientia parauit ad opus inſolitæ claritatis, admirandæ dignitatis, dignæque admirationis, ſibique fabricauit ſeptem columnis, cum totius machinæ ſtipulamine robuſto, vel mira artis induſtria exciſis. *Claudius Rapin. Celeſtin. ſer.* 2. *de Concept. B. Virg.*

Domus caſtimoniæ. *Ioan. Trith. de Mirac. B. Virg. prope Dittelbach. lib.* 1. *cap.* 10.

Domus Domini, de qua ſpirituales nobis effuſæ bonitates, dona gratiæ, vnguenta virtutum, medicamenta morborum. *Philip. de Greue ſerm.* 129. *in Pſalm.* 64.

Domus, cuius mirabilis Artifex mirabilis latomus. *Petrus Bandus ſerm.* 6. *de Concept. B. Virg.*

Domus, de qua canitur: Hæc eſt Domus Domini firmiter ædificata, cuius fundamenta in montibus ſanctis. *Idem ibidem.*

Domus, de qua ſcribitur Sap. 9. Sapientia ædificauit ſibi Domum, non qualiſcumque, non vulgaris, ſed digna, & pulcherrima. *Idẽ ibidẽ*

Domus fortiſſima, ab omni fœtore peccati aliena, quam ſibi ædificauit Sanctus ſanctorum. *Idem ſerm. 3. de Concept. B. Virg.*

Domus fundata ſupra potentiam Patris, quare non potuit cadere per infirmitatem: ſupra ſapientiam Filij, quare non potuit cadere per ignorantiam: ſupra clementiam Spiritus ſancti, quare non potuit cadere per malitiam. *Idem ſerm. 6. de Concept. B. Virg.*

Domus glorioſa, in qua diuina Maieſtas, tanquam in ſuo vtero, & vino templo nouem menſibus quieuit. *Idem ibidem.*

Domus Maieſtatis diuinę, quam debemus glorificare, atque laudare, nec non, & pro quacũque procella tribulationis emergente ad illam clamare. *Idem ibidem.*

Domus maternalis, quam ſibi ſapientia ędificauit nunquam polluta, vel peccato contaminata, nec originali, nec actuali, ſed ſanctiſſima ab Architecto ſanctiſſimo ędificata, & creata. *Idem ſerm 3. de Concept. B. Virg.*

Domus Sanctiſſima, quam ſapiens Architectus ipſa diuina Sapientia ędificauit ſibi, ideſt pro vſu ſuo, & maieſtate ſua de eauſa neceſſitatis. *Idem ibidem.*

Domus diuinę Sapientię ſine omni fomite peccati formata. *S. Thom. de Villanoua Conc. 3. de Natiuitate B. Virg.*

Domus Dauid. *Rubert. Bellarm. Conc. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Domus Dei fide fundata, ſpe erecta, charitate perfecta. *Idem ibidem.*

DONARIVM diuinum Deo oblatum. *Andreas Creten. orat. de Natiuit. B. Virg. & S. Gregorius Niſſen. orat. in Chriſti Natiuit.*

Donarium humanę naturę. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſent. B. Virg.*

Donarium reuera pretioſum, atque Angelis venerabile. *Idem orat. 1 de Præſent. B. Virg. & Iacobus Manach. orat. de Natiuit. Virg.*

Donarium intra Sancta ſanctorum illatum, ibiq; depoſitum. *Theophilact. in orat. de Præſent. B. Virgin.*

Donariuni, vita, motuque prędirum, quod SS. Ioachim, & Anna in templo Dominatori addixerunt. *Idem ibidem.*

Donarium pretioſum Deo à S. Anna oblatum. *Iacob. Monachus orat. de Natiuit. B. Virg. & in Mariali orat. 1.*

Donarium nouũ in Sanctis Sanctorum Deo dicatum. *Iacobus Monach. in Mariali orat. 6.*

Donarium peculiare Dei. *Idem ibidem.*

Donarium ſacrum Deo dicatum. *Idem in Mariali orat. 6. & S. German. Conſtantinop. orat. 1. in Præſent. B. Virg.*

Donarium pluſquam ſanctum. *Niceforus Caliſtus lib. 1. Hiſt. Eccleſ. cap. 7.*

Donarium honorabiliſſimum, & diuinum, cuius exprimendę dignitati impar eſt vniuerſa creatura. *Iſidor. Teſſalon. in orat. de Præſ. B. Virgin.*

Donarium ſpecioſiſſimum, diuinumque. *Idem in orat. de Natiuitate B. Virg.*

DONATIO gratiarum cœleſtium, & numerum terreſtrium. *S. Ioann. Damaſcen. in Paracl. B. Virg.*

DONATRIX bonorum, & opum. *S. Ioan. Damaſ. orat. 1 de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Donatrix omnium bonorum. *Erneſt. Prag. in Marial. cap. 22.*

Donatrix pacis. *D. Catharina Senenſis in XI. ſuauiſſima orationum, quam orationem Romæ habuit in die Annunciat. B. Virg. anno 1379.*

Donatrix multorum beneficiorum. *D. Bernardin. Senenſis Tom. 1. ſerm. 52.*

DONVM incomparabile inter mortales. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Concept. Deiparæ.*

Donum, quod nullo poteſt honore, vt par eſt affici. *Idem in orat. de exitu SS. Dom. noſt. quando fuit oblata in templo.*

Donum omnium celeberrimum. *S. Ioan. Damaſ. orat. in occurſum Domini.*

Donum omnium donorum pręſtantiſſimum. *Idē orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Donum cœleſte dignum Deo. *Idem Cantic. in Natiuit. B. Virgin.*

Donum Dei. *Ioan. Eubeus orat. in Conception. S. Deę Genitric.*

Donum Deo à Sanctis, & Anna, & Ioachim oblatum. *Nicetas Dauid homil. de Nat. B. Virg.*

Donum nobis cœlitus prærogatum, omnem naturam benedictione impartiens. *Idem ibidem.*

Donum perfectum, digneque miraudum cœlitus, veniens à Patre luminum. *Idem ibidem.*

Donum Ioachymo, & Annę à Deo datum, quale nemo vnquam ex omni ęternitate accepit. *Leo Imperator in orat. de Natiuit. B. Virg.*

Donum, quod SS. Ioachym, & Anna diuino munere acceperunt, quod & ipſi Deo obtulerunt, eique reddendo, ab illo ſe ipſum nactos oſtẽderunt. *Teophilact. in orat. de Præſent. B. Virg.*

Donum datum à Deo mortalibus ad ſalutem. *Theodor. Laſcb. Imp. in Canon. ad SS. Deiparam.*

Donum incõtaminatum, Deo oblatum. *Niceph. Gregor. orat. in S. Deiparam apud Ceraſolam Tomo 6.*

Donum acceptabile Deo ablatum. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 2.*

Donum ineffabile inter mortales ex prœeminenti lectione proueniens. *Idem in Mariali orat. 1.*

Donum omni dono purius, ac ſublimius, in quo gratię theſauri repoſiti ſunt, in quo ſalutis noſtrę pignora ſunt recondita, in quo diuinę prouidentię ineffabiliter ſitę erant. *Idem in Mariali orat. 2.*

Donum omni pretio pretioſius. *Idem in Mariali orat. 6.*

Donum pretioſiſſimum. *Idem in Mariali orat. 3. & S. Ioſep. Hymon. in ſuo Mariali.*

DORYX fluuius, quia ſicut Doryx ita diduſus eſt, quod omnia obſtacula proſternat, & diſrũpat, ita Beata Virgo diſrumpit, & proſternit omnia obſtacula peccatorum, licet magna ſint valde. *Erneſt. Prag. in Marial cap. 28.*

Doryx,

DORVX, quia medicina peccatorum. *Bartholom. de Pisis lib. 1. de Laud. Virg. fructu. 8.*

DOS Sophiæ. *Ioan. Geometra. in* B. *Virg. Hymn. 1.*

Dos Annæ matris. *D. Fulbertus Carnotensis serm. 3. de Natiuit. Virg.*

DRACONINA peccaminum. *D. Bonau. in expositione super Salue Regina.*

DRACONIVS, lapis perspicuus contra omnes Dæmonũ insultus, famulantibus sibi promptum conferens auxilium, & procul depellens omne prauæ suggestionis venenum. *Ioann. Trithem. lib. 1. de Miracul. B. Virg. in Vrticeto cap. 7.*

DVCISSA nobilissima, illustrissima, generosissima, & clarissima, quia totius generositatis Auctorem suo nobilissimo, ac sacratissimo vtero concepit. *Bernard. de. Bust. serm. 5. de Natiuitate B. Mariæ.*

DVCTRIX belligera Agminum. *Anonymus in Eucologio, seu Rituali Græcorum de elevatione Panis Panagia nuncupati.*

Ductrix Christiani Exercitus. *Idem in Canone ad SS. Deiparam, qui extat in Rituali Græcorum pag. 813. & Ioann. Damasc. in Cant. supp. ad SS. Virg. n.*

Ductrix certa, & secura eorum, qui saluantur. *S. Ioseph. Hymn. in suo Mariali.*

Ductrix fortissima ductorum. *Ioan. Geometra in B. Virg. Hymn. 4.*

Ductrix virginum. *D. Fulbert. Carnot. serm. 3. de Natiuit. Virg.*

Ductrix nostra ad Patriam. *D. Bonauent. in Psalter. B. Virg.*

Ductrix peccatorum cæcorum. *Alber. Mag. in Biblia Mariæ super lib. Iob.*

Ductrix ad terram promissionis. *D. Bernardin. Senens. Tom. 3. serm. 1. de glorioso nomine Mariæ.*

Ductrix omnis fidelis errantis. *Bernardin de Bust. in Mariali. serm. 2. de Coronat. B. Mariæ.*

DVLCEDO, quam Ioachim, & Anna tamquam spirituales montes stillauerunt. S. *Ioan. Damas. orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Dulcedo Angelorum. *S. Ioseph. Hymnogr. in suo Mariali.*

Dulcedo verè, amaritudinem peccatorum impetrando expellens, nobis dulcorem gratiæ acquirens, ad suauitatem patriæ cœlestis contẽplantes introducens, & demum ad ipsam possidendam adducens. S. *Anselm. Lucen. super Salue Regina,*

Dulcedo verè, quæ amaritudinem peccati expellit impetrando gratiam, quæ nobis gratiæ dulcorem acquirit, quę ad suauitatem Patrię cęlestis contemplantes introducit. *Idem ibidem.*

Dulcedo virginalis. *Innocen. Papa 3. in Hymn. de Beatissima Virg. Maria.*

Dulcedo iubilantium. B. *Ioseph. Steinfel. Opuscul. 4.*

Dulcedo nostra, verè dulcis plusquam melle cor nostrum dulcorans, & voluptuoso nectare inebrians. *Idem ibidem. Herman. Contractus in Ant. Salue Regina, D. Bern. in meditat. deuotissima super Salue Regina, D. Brigitta in orat. 4. Reuelationum, & D. Laurent. Iustinian. in Ligno vitæ de Spe cap. 5.*

Dulcedo totius naturę. *Iacob. Monach. in Marial. orat. 2.*

Dulcedo aduersos sanctitudini conatus cohibẽs. *Martin. à Magistris in Expositione. super Cantic. Salue Regina.*

Dulcedo aridis nobis virorem instillans. *Idem ibidem.*

Dulcedo desidetia nostra curta ratione meticus. *Idem ibidem.*

Dulcedo imbecille senium discutiens. *Idem ibidem.*

Dulcedo languorem dissipans. *Idem ibidem.*

Dulcedo mortalium. *Idem ibidem.*

Dulcedo, quæ sublato virturis labore, quicquid agimus, mira iucunditate respergit. *Idem ibidem.*

Dulcedo sacratissima collacrymantium. *Idem ibidem.*

Dulcedo deuotorum. *Bernard. de Bustis. in Mariali serm. 2. de Coronat. B. Mariæ.*

Dulcedo claustralium. *Ioan. Trith. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

DVLCIFICATRIX omnium amaritudinum. Exod. 15. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ sup. lib. Exod.*

DVLCOR pietatis. *D. Bonauentur. in Psalter. B. Virgin.*

DVRCAS, siue turquesia spiritualis, seruũ sibi deditum præseruans a casu, & præcipitio, & interiorem mentis oculum præseruans à peccato. *Ioann. Trithem. lib. 1. de Miracul. B. Virg. in Vrticeto cap. 7.*

DVX vniuersorum. *D. Ephrem. in ser. de Laud. B. Mariæ Virginis.*

Dux prima Cœtus virginei. *Venant. Fortunat. Elegia in Laud. B. Mariæ Virg.*

Dux discipulorum Christi. *Georg. Nicomed. orat. in S. Mariam assistentem Cruci.*

Dux egenis consilijs nostris. *S. Germ. Constantin. orat. 2. in Præsent. B. Virg.*

Dux errantium. *S. Io. Dam. in paracl. B. Virg.*

Dux infallibilis eorum, qui seducti sunt. *Idem ibidem.*

Dux salutifera omnium fidelium. *Idem Can. in S. Albeu.*

Dux animæ nostrę. *S. Ioseph. Hymnogr. in suo Mariali.*

Dux hominibus ad salutis viam. *Idem ibidem.*

Dux infallibilis, atque omni errore carens eorum, qui confidunt in ea. *Idem ibidem.*

Dux infallibilis eorum, qui in tribulatione versantur. *Idem ibidem.*

Dux omnium ostendens semitam salutis. *Idẽ ibid. & Iacob. Monach. in suo Mariali orat. 2.*

Dux vitæ nostræ. *Idem ibidem.*

Dux virtutum. *Ioann. Geometr. serm. in Annuneiat. B. Virgin.*

Dux securitatis peregrinantibus, & perueniẽtibus

ad

ad viam portus ſalutis. *Abſalon. Abbas in ſer. de Natiuit.B. Virg.*

Dux noſtra. *Goffrid.Abbas. in orat. ad Matrem Domini, & Robert. Bellarmin. in Conc. de Natiuit. B. Virg.*

Dux ad virturem deducens. *Theodor.Laſch. Imp. in Cant. ad SS. Virginem.*

Dux Chori virginei,non ceſſansDomino canticũ illud nouum decantare, de quo dicitur Apoc. 14. Nemo poterat dicere canticum. *Ricard.à S. Laurent.de Laud.B.Virg. libr. 10.*

Dux belli noſtri, nos prȩcedens ex officio ſibi à tota Trinitate iuncto,ſine qua non debemus inire bellum. *Albertus Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib.Iudicum.*

Dux in vndis tentationum fluctuantium, per hoc, quod eſt ſtella maris. *Idem in Poſtillis ſuper cap.2. Luc.*

Dux perfectionis. *Idem. ſuper Miſſus eſt cap. 222.*

Dux veritatis. *Iſidor. Theſſalon. in oras.de Aſſump. B.Mariæ.*

Dux viduarum. *D. Bernardin. Seneñſis Tom. 4. ſermon. 36.*

Dux prima virginum. *S. Thom.de Villanoua.ſer. 2.de Annunc.B.Mariæ.& Leander in Regula, & Inſtitut.Virg.*

Dux virginitatis. *Ioan.Picus lib. 1.in Cant. cap.5.*

Dux in periculis, in moleſtijs, & in omni vitæ curſu. *Iuſtus Lypſius in D.Virg. Hellenſi cap.1.*

LIBER

# LIBER QVINTVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera E.

EBVR, quia ſicut Ebur eſt os candidum, ſic B. Virgo fuit candida interius per humilitatem, Innocentiam, & puritatem, & exterius per perfectam caſtitatem. *Idiota de* B. *Virg. part.* 14. *Contempl.* 30.

Ebur, quia ſicut Ebur eſt os durum, ſic B. Virgo dura fuit, quia fuit impenetrabilis omnibus iaculis inimici, & faciem ſuam poſuit, vt petram duriſſimam ad verbera, quæ patiebatur in Benedicto ſuo. *Idem ibidem.*

Ebur, quia ſicut Ebur eſt os ſine carne, ſic B. Virgo fuit ſine carne, ideſt ſine vitioſitate, aut concupiſcentia carnali. *Idem ibidem.*

Ebur, quia ſicut Ebur eſt os ſine pelle, ſic B. Virgo fuit ſine pelle, quia nunquam gloriata fuit in pellibus, ideſt in exterioribus; nam gloriam mundi ſpreuit cum ſuis oblectationibus. *Idem ibidem.*

Ebur, quia ſicut Ebur eſt os ſine pilis, ſic B. Virgo ſine pilis fuit, ideſt ſine ſuperfluitatibus, per quos ſignantur fatui reſpectus, riſus indiſcreti, verba otioſa, tactus illiciti, diſcurſus erronei; fuit etiam ſine pilis, id eſt ſine ſuperfluitate corporali, quia fuit pauperrima. *Idem ibidem.*

Ebur, quia ſicut Ebur eſt ſiccum, ſic B. Virgo fuit ſicca, quia in ſua ſanctificatione, & Spiritus ſancti ſuperuentione, qui ignis eſt, nihil relictum eſt humoris noxij, nihil caloris adulti, nec de ſemine viri, ſed myſtico ſpiramine cõcepit. *Idem ibidem.*

Ebur candidum, ac rubicundum, quod candor lucis æternę, igniſque Spiritus ſancti vniuerſa ſua plenitudine repleuit. *Guaricus Abbas ſer. de Annunc. Virg.*

Ebur frigidum, quod nec à conceptu incaluit. *Idem ibidem.*

Ebur nitidum, placens oculis ętetni Regis. *Idem. ibidem.*

Ebur pretioſum, imo impetiabile virginalis caſtimonię, de quo ſedem facere ſibi delegit, qui ſedet ſuper Cherubim. *Idem ibidem*

Ebur, quia ſicut Ebur eſt os, detracta carne Elepantis, ita B. Virgo in noſtra carne prętet carnem vixit. *Petrus Cellenſis ſerm. 4. de Aſſump.*

Ebur candidum, & lucidum; fuit enim candida interius per innocentiam, & animi puritatem, & exterius per perfectiſſimam caſtitatem, fuirque lucida bonorum exemplorum difuſione confortantium inruentes iuxtà ptæceptum Filij. Matth. 5. dicentis: Lucear lux veſtra corã hominibus. *Richard. à S. Laur. de Laud. Vir. l.* 10.

Ebur durabile, per perſeuerantiam in omni gratia, & virtute, quia non defecit fides eius in paſſione Filij, licęr tunc deficeret omnis ſanctus, propter hoc de ipſa dictum fuerat illud, quod dicitur Prouerb. vult. Non extinguetur in nocte Dominicę ſepulturę lucerna eius, id eſt fides eius. *Idem ibidem.*

Ebur, ex quo fabricauit Spiritus ſanctus Artifex vas illud admirabile, opus excelſi, in quo repoſitum eſt illud ſanctuarium Dominici corporis, de quo Dominus dicit. Leu. 26. Pauete ad Sanctuarium meum. *Idem ibidem.*

Ebur, quod eſt os Elephantis ſine carne, ſine pelle, & ſine pilis: Fuit ſine carne, ideſt ſine vitioſitate carnis humanę, nam in carne vixit prętet carnem: Fuit ſine pelle, quia nunquam gloriata eſt in pellibus, ideſt in huius mundi exterioribus, nam gloriam mundi ſpreuit perfectè humilis: Fuit ſine pilis, ideſt, ſine ſuperfluitatibus tempotalium, cum fuerit pauperrima. *Idem ibidem.*

Ebur rubicundum (Ebur enim ex vetuſtate rubeſcit, vndę Thr. 4. Rubicundiores Ebore antiquo) & hoc ob charitatẽ, & martyrium cordis eius, quod paſſa eſt per charitatem, eoque facta eſt rubicunda. *Idem ibidem.*

Ebur ſuaue, & lene, quando benè circumpolitum eſt competentibus inſtrumentis; nam Mariam non inueniunt ſcrupuloſã deuorè ad eam accedentes, quã Spiritus ſanctus ſtudioſiſſimè expoliuit. *Idem ibidem.*

ECBATANIS ciuitas, cuius portas poſuit Ar-

pha-

phazad in altitudinem turrium, ſicut dicitur Iudith. 1. Arphazad enim interpretatur ſanans, vel ſonans depopulationem, & hic eſt Chriſtus, qui hanc Ciuitatem ædificauit, & ſanauit genus humanum, & ſonuit, ideſt prædicauit depopulationem peccatorum. Mariæ autem eſt Ecbatanis, quia ſi Ecbatanis interpretatur ſolemne mandatum, humilis viri, Maria ſolemniter adimpleuit præcepta Chriſti. *Rich.à S.Laur.de Laud. Virg.lib.XI.*

ECCLESSIA populi Chriſtiani, reos ſanguinis defendens, ſi ad ipſam confugiant. *Rich.à S. Laur. de Laud.Virg.lib.2.*

Eccleſia Dei, quia ſimilis eſt Eccleſiæ Dei in pluribus; ſicut enim Eccleſia Dei Mater eſt Chriſti in membris per gratiam, ſic Virgo Mater eſt Chriſti capitis per humanam naturam: & ſicut Eccleſia eſt ſine macula, & ruga, ira, & Virgo glorioſa: & ſicut Eccleſia in diuerſis perſonis haber vniuerſitatem donorum, ſic Virgo Maria in ſe vniuerſitatem chariſmatum. *Alanus de Inſul. in cap.1. Cantic.*

Eccleſia Dei tempore Paſſionis. *D. Anton.in ſũma Parte 4.tit. 15.cap.43.*

EDEN ſpiritualis, antiqua illa ſanctior, ac diuinior; ſiquidem in illa tetrenus Adam commorabatur, at in hac Dominus cœleſtis. *S.Io-Damaſ.orat.1.de Aſſumpt.B. Mariæ.*

EDVCATRIX Chriſti Educatoris, atque Auctoris totius mundi, *D.Ephrem.in ſerm.de Laud.B. Virg.Mariæ.*

EFFECTRIX Prophetarum: Salutando enim Eliſabeth, repentè prophetiſſam effecit. *Rup. Abbas lib.1.Coment. in Cant. Cantic.*

EFFECTVS Dei præclariſſimus. *Dionyſ.Carth.lib. 1.de Laud.Virg.à 29.*

EFFIGIES beatiſſima priſtinæ pulchritudinis. *Andreas Cretenſis orat.1.de Dormit.B. Virg.*

Effigies virginitatis non ſcripta. S.*Germ.Conſtan. ſerm.in Natiuit. B. Virg.*

EFFVGATRIX latronum velut Autora. *Io.Geſ. ſerm.de Natiuit. B.Virg.*

EFFVGIVM mortis. *S.Germ.orat.2.inDorm.B.V.*

Effugium notum miſerorum. *Iuſtus Lypſ. in D. Virg.Hallens.cap.18.*

ELEAZAR Dei ad ipſam in omnibus condeſcẽſione, & inclinatione. *Barthol.de Piſit lib.1.de Laud. Virg. fruct.4.*

ELECTRVM, de quo ſcriptum Ezech.42. Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum ignis, extrinſecus eius per circuitum. *S.Germ.Conſt. ſerm.in Nat.B.Virg.*

ELEEMOSINARIA Dei, omnibus glorioſior, quia non vt cæteri in membris eius, ſed in ipſomet Deo, & munificentiſſima extitit: & quidem iure materno, naturali, & affectu Deo cuncta debebat Maria, veruntamen fidem, & humilitatem, ſiue charitatem eius pluſquam maternam reſpicienti Deo cuncta pro ſuauiſſimis fnere eleemoſynis, ita vt nulla eleemoſynarũ aromata, quæcumque Deo in eius expendnntur minimis, vnguentis Virg. valeant aliquatenus comparari. *Rupert. Abbas lib. 3. Comment.in Cant.Cantic.*

Eleemoſynaria bona defendens oppreſſos, paſcens famelicos, & veſtiens nudos. *Iacob.de Voragine ſermon. 2.pro Sabbat. S. Hebdom. 40.*

Eleemoſynaria cæli, manus plenas eleemoſynis poſſidens. *Idem ſerm.8.de Aſſumpt. B. Virg.*

Eleemoſynaria Dei, non auara, ſed dona gratiarum dans liberaliter, & vtiliter. *Idem in Mariali ſerm.4.E.*

Eleemoſynaria Dei, omnes enim Eleemoſynas, & gratias, quas Deus de Cœlo in terram mittit, matri ſuæ faciendas committit. *Idem in Mariali ſerm. 4. E.*

Eleemoſynaria liberalis, manus apertas habens, & plenas eas Eleemoſynis poſſidens. *Idẽ ibid.*

Elemoſynaria ſapiens, non omnibus æqualiter, ſed ſecũdum maiorẽ indigentiam pauperum, & ſecundum exigentiam meritorum dans, & diſtribuens dona gratiarum. *Idem ibidem.*

Eleemoſynaria totius Trinitatis; omnes enim Eleemoſynæ, quæ de Cœlo fluunt, per eius manus tranſeunt. *Idem ſerm.2. pro Sabbat.San. Hebdom. 40.*

Eleemoſynaria vtilis, quia Eleemoſynę eius ſunt valde vtiles, & neceſſariæ. *Idem in Mar.ſer.4.E.*

Eleemoſynaria Dei, per quam Deus nobis pauperibus, & exurientibus dedit Panem illum cœleſtem, qui de ſe ipſo dicit. Ioan. 6. Ego ſum panis viuus, qui de Cœlo deſcendi. *Bernardin.de.Buſt.ſer.1.de Nominat. Mariæ.*

Eleemoſynaria Dei non auara, ſed liberalis. *Maurit.de Villaprob.ſerm.28.Coronæ nouæ B.V.*

Eleemoſynaria Dei, per quam nobis pauperibus, & exurientibus dedit Panem illum cœleſtem, qui de cęlo deſcendit. *Idem ibidem.*

Eleemnſynaria reſpectu Filij Dei. *Idem ibidem.*

ELEMENTVM luminoſum diuinæ infinitatis, in cuius pedali vtero comprehenſus infinitus, quique omnium in eo fines continet. S.*Ioan. Damaſ.orat.4. de Natiuit.* B. Virg.

Elementum terræ infimum per ſummam, & profundam humilitatem, calcabile per obedientiam, & ſummam patientiam, ſitibundum per gratię deſiderium. *Rich.à S.Laur. de Laud. Virgi.lib.8.*

Elementum, quod Verbum Dei ſanctificauit, ſed & vim generatiuam ei contulit, & non ſolum generatiuam, vt generaret Filium ſecundum carnem, ſed & regeneratiuam, vt multos filios Deo regeneraret per gratiam. *Ern.Prag.in Mariali cap.29.*

Elementum magnum, & verè viuificum. *Iſidor. Theſſalon.in orat.de Natiuit.Virg.Mariæ*

Elementum magnum, quo Elementa maximè continentur. *Idem orat.de Aſſumpt.B.Mariæ*

Elementum liquidum, quod quacumque ex parte motum, mox ſe diffundit, atque communicat; Maria enim miſericordia, miſerationibuſque exuberans, prece pulſata, repentè ſuccurrit, omnibuſque ſe exaudibilem, ac propitiabilem exhibet. *Dionyſ. Carth.de Præſent. Virg. Mariæ lib.3.art.15.*

ELE-

ELEPHAS, nam ſi Elephas eſt beſtia ſpectabilis, & immenſæ fortitudinis, Maria inter omnes creaturas fuit ſummè mirabilis, & per charitatem, quæ omnia ſuſtinet, immenſæ fortitudinis. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 10.*

Elephas, quia ſi Elephas eſt Draconi inimicus, & valde odit ventum, Maria fuit inimica Serpenti antiquo, qui ſeduxit Euam, vnde in figura Mariæ dictum eſt eidem Serpenti Gen. 3. Inimicitias ponã inter te, & mulierem: & quia humillima, ſemper odit ventum ſuperbiæ, & faſtus mundanos. *Idem ibidem.*

Elephas, quia ſi Elephas eſt naturę frigidiſſimæ, ita vt ſanguinis eius incendium ſerpentini virus dicatur extinguere, Maria ſerpẽtium virus, quod Serpens antiquus, Eua mediante, humanæ naturæ infuderat, per Filium conſumpſit, & extinxit. *Idem ibidem.*

Elephas, quia ſi Elephas inueniens hominem errantem reducit eum ad viam, B Virgo, errantes per deuia errorum ſæpiſſime reducit ad viam fidei, & ad viam, quæ ducit ad vitam, & errantes per deuia vitiorum ſuis orationibus, meritis, & exemplis reducit, quantum in ſe eſt ad virtutes oppoſitas, per quas venitur in Cœlum. *Idem ibidem.*

Elephas, quia ſi Elephas paruam habet linguam, & ſic in ore abſconditam, vt vix aliquoties videatur: Maria panciſſima verba creditur habuiſſe; vndè non niſi ſeptem verba eius in quatuor Euangelijs deſcribuntur. *Idem ibidem.*

Elephas, nam ſi Elephas propter magnitudinem corporis præfert formam montis, vndè & græcè interpretatur mons, B. Virgo propter magnitudinem ſuæ excellentiæ comparatur monti Libano, nam ipſa eſt ille mons, in quo beneplacitum fuit Deo habitare in eo. *Idem ibidem.*

Elephas, quia ſi Elephas turrim ligneam cum multibus porrat, & arma turris ſicuti legitur 1. Machab. 6. totum Catholicæ Eccleſiæ ædificium per preces Mariæ, patrocinia, & exempla ſuſtentatur in gratia, & virtute, quod maximè apparuit in tempore Dominicę ſepulture, quando fidei ipſius tota innixa eſt Eccleſia, cum à fide, & ſpe deficeret omnis Sanctus, vel ad minus aliquantulum titubaret *Idem ibidem.*

Elephas, quia ſi Elephas viſo ſanguine non timet mori, ſed magis acuitur in pręlium, ſicut legitur 1. Machab. 6. B. Virgo viſo ſanguine Filij effuſo in Cruce, mori cum ipſo non timuit, ſed magis optauit, etſi animam pro ipſo non poſuit, expoſuit tamen, & quod potuit fecit. *Idem ibidem.*

Elephas domeſtica per conformitatem morum. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 2. E.*

Elephas ſenſu vigens, & intellectu in cognitione myſteriorum diuinorum. *Idem ibidem.*

Elephas ſeuera Dęmonibus, quando pro nobis contra eos pręliatur. *Idem ibidem.*

Elephas ſpiritualiter obediẽtia excellens. *Id. ibi,* Elephas tota dulcis, & ſuauis, non habens fel alicuius indignationis, vel iracundię. *Idẽ ibid.*

Elephas ſpiritualis. *Bernard. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſimilatione B. Mariæ.*

Elephas ſpiritualiter, quia ſicut Elephas benignus eſt, ac felle caret; tamen ſeuerus, quando ad prelium excitatur; ſic B. Vrgo tota ſuauis, tamen quando excitatur orationibus, efficitur ſeuera aduerſarijs, & Dęmonibus, quando contra eos pro nobis pręliatur, ſicut dicitur Cantic 6. Terribilis, vt caſtrorum acies ordinata. Et quia ſicut inter Elephantem, & Draconẽ eſt perpetua dimicatio, vt inquit Plinius, ſic inter Virginem, & Diabolum. Geneſ. 3. *Mauritius de Villaprobata ſerm. 2. Corona noua B. Mariæ.*

ELIACIM, mente Deo pręſentatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud Virg. fruct. 4.*

Eliacim, prudentię declaratione. *Idem ibidem*

ELICE, & Cynoſura noſtra, quę mare, quę ventos, quę ſidera cuncta, Deumque concihat. *Io. Bapt. Mantuan. Tom. 2. lib. 5. Parthen. Mariana.*

ELIEZER mentis ſanctificatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. B. Virg. fruct. 4.*

ELLYCHNIVM inextinguibile lucis omnes illuminantis, cuius myſticè pabulum eſt oleum vnctionis. *S. German. Conſtan. ſerm. in Natiuit. B. Virg.*

ELIMINATIO deſperationis. *S. Ioan. Damaſ. in Paracl. B. Virg.*

Eliminatio mæroris. *Iacob. Monach. in Mar. or. 2.*

Elimiaatio triſtitiæ. *Idem ibidem.*

ELIVD, glorię perceptione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fruct. 4.*

ELMADAM Filij Dei parturitione. *Idẽ ibid. fru. 4.*

EMANATIO claritatis omnipotentis Dei ſincera, in quam nihil inquinatum incurrit. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 192.*

Emanatio ſincera Dei, ob intentiones ſinceras. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 11. L.*

Emanatio ſincera omnipotentis Dei, vt dicitur Sap. 7. *D. Bernardin. Senen. Tom. 3. ſerm. 1. de glorioſo Nomine Mariæ. Bernardin. de Buſt. ſerm. 6. de Nominat. Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſer. 5. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

EMENDATIO vitæ noſtræ. *S. Io. Damaſ. in Parac. Beatæ Virgin.*

Emendatio Euæ. *Leo Imperat. in orat. de Natiu. B. Virgin.*

EMEMDATRIX noſtrorum vitiorum. *Ioan. Trith. lib. 3. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto.*

EMINENTIA totius naturæ. *Theod. Laſch. Imp. in Cant. ad SS. Deiparam.*

EMPORIVM celebre ſalutaris commercij. *S. Proclus in orat. 1. de Laud. Virg.*

EMVMDATRIX mundi. *S. Ioan. Damaſ. in Parac. B. Mariæ Virg.*

ENHYDROS lapis, ſemper ſeruis, & cultoribus ſibi deuotis à Domino impetratus, & ſtillans miſericordiam; Enhydros enim lapis perpetuo dicitur emittere aquam. *Ioan. Trith. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap. 7.*

ENOS, mundi deſpectione. *Barthol. de Piſis. lib. 1. de Laud. Virg. fructu 4.*

ENS propriè. *Coſm. Hieroſolymit. in Theogoniam Hymno 1.*

ENSIS contra hoſtes. *Theodor. Laſcb. Imperator in Can. ad SS. Deipar.*

EPHOD Sacerdotale, Dei ſignans voluntatem, S. *Proclus in orat. 6.*

Ephod myſticum diuini Sacerdotij, quod gratia dealbans leuitico typicè prætexuit ſemine. *Andr. Cret. orat. de Natiu. B. V.*

EPISCOPA ſpiritualis; habet enim officia Epiſcoporum aliquo modo ſpirituali, quoniam conſecrat templa, & altaria, quæ ad eius honorem fiunt: conſecrat virgines, interius confirmando, & huiuſmodi. *D. Anton in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 16. quod eſt de triplici gratiarum genere in B. Virgine.*

EPISCOPVS, quantum ad ſollicitudinem omnium Eccleſiarum. *Albert. Magn. in Bibliam Mariæ ſuper lib. Prouerb.*

EPVLVM ſplendidiſſimum, nobis propoſitum, æque omnibus paratum, & ad communem lætitiam, ampliſſimamq; gloriam inſtructum. *Georg. Nicomed. in orat. 3. de Concept. Deip.*

EQVITATVS Dei in curribus Pharaonis, quē Deus extinctis hoſtibus, ſuo cúſeruitio liberius affignatum, leui iugo, & ſuaui ceruice voluntaria mancipatum, potens eques auriga doctus, per medium maris duxit, & hinc indè remotis fluctibus ad terram viuentium ſolidam perduxit. *Philip. Abbas lib. 2. in Cantic. Canticorum cap. 15.*

ERECTIO generis lapſi. *Andr. Cret. orat. de Natiuit. B. Virg.*

Erectio naturæ lapſu debilitatę. *S. Germ. Conſt. orat. 1. in Præſent. B. Virg.*

Erectio cadentium, nos grauiter peccatis collapſos manu potentiæ ſuæ erigens. *S. Io. Damaſcen. in Paracl. B. Virginis.*

Erectio eorum, qui ceciderunt. *Idem ibid.* S. *Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali, Ioan. Geometr. ſerm. de Annunc. SS. Dei Genitr. & Adam Præmonſtrat. lib. 1. ſerm. 40.*

Erectio primorum Parentum. *S. Io. Damaſcen. in Paracl. B. V.*

Erectio proſtratorum. *Idem ibidem, & S. Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Erectio diuina cadentium. S. *Ioſeph Hymnograph. in ſuo Mariali.*

Erectio firma, & ſtabilis fidelium. *Idem ibidem.*

Erectio labentium. *Idem ibidem*

Erectio mundi collapſi. *Idem ibidem.*

Erectio vnica deiectorum. *Idem ibidem.*

EREMVS, cuius campi germinauerunt germen odoris. *Guarricus Abbas ſerm. 2. de Annunciat. B. Mariæ Virg.*

Eremus ſolitudinis. *Idem ibidem*

EREPTIO detentorum in limbo. *Idiota in Contemplatione de Virg. Maria, Idiota de B. V. par. 3 contempl. 1. & Maurit. de Villaprob. in ſerm. 2. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

EREPTRIX potens peccatorum, ab ipſis Diaboli faucibus. *D. Fulbert. Carnotenſ. ſerm. 1. de Natiu. Virg. Mariæ.*

Ereptrix peccatorum. *Albertus Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*

Ereptrix generis à gehenna. *Iſidor, Theſſalonic. in orat. de Aſſumpt. B. Mariæ V.*

Ereptrix maximorum peccatorum de manibus Diaboli, quoad corpus, & quoad animam. *D. Anton. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 44.*

ERGASTERIVM cæleſtis diſciplinæ. Io: *Trith. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

EROGATRIX munerum. *D. Bonauent. in Canticis Pſalterij B. Virg.*

ERVDITIO hominum. *Adam de Perſ. in Mariali frag. 3.*

ESCA hami ſpiritualis, in ea ſiquidem hamus diuinitas. *D. Epiphan. in ſerm. de Laud. Virg. & S. Ioan. Chryſ. homil. in Chriſti Natal. apud Cambef. Tom. 1. ſua Bibl.*

Eſca, quæ non exhauritur. *Iacobus Monach. in Mariali orat. 5.*

Eſca à diuina bonitate in mari huius mundi poſita ad capiendas creaturas rationales. *D. Catharina Senenſis in cap. 139. ſuor. Dialog.*

ESTHER Regina, cui dicebatur: Inuoca Dominum, & loquere pro nobis Regi, & libera nos de morte, nam Beata Virgo detinet iram Dei, ne ſtatim vindicet in nos; vndè dicit: Tenui eum, & non dimittam. *Idiota de B. Virg. par. 16. contemplat. 7.*

Eſther Regina, quæ pacem reformauit inter Regem Aſſuerum, & Populum Iudæorum, deſtruens peſſimas Amani cogitationes, quas in mortem Iudeorū fuerat machinatus: vndè canit Eccleſia: Virgo Deum, & hominem genuit, pacem Deus reddidit, in ſe reconcilians ima ſummis. *Idem de B. Virg. par. 8. contemplat. 18.*

Eſther Iudæa magni nominis. *Rich. à S. Victore Expoſitione in Cant. Canticor. cap. 41.*

Eſther, de qua dicitur eiuſdem Eſther cap. 2. quod omnium oculis gratioſa, & amabilis videbatur; fuit enim B. Virgo gratioſa, & amabilis oculis ipſius Dei Trinitatis, qui eius humilitatem reſpexit, & ſpeciem eius deſiderat intueri: fuitque gratioſa, & amabilis oculis Angelorum, & omnium Beatorum, qui in eum ſicut in Filiū deſiderant intueri, & inſuper oculis hominum; creditur enim, quod ferè nullus potuerit eam intueri, quamdiù fuit in mundo, qui eam ſtatim non amaret. *Richar. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 5.*

Eſther formoſa valde, & incredibili pulchritudine, omniumque oculis gratioſa, & amabilis. Eſther cap. 2. Fuit enim Maria formoſa valde per charitatem, quæ eſt forma virtutum, incredibili pulchritudine per inſolitam caſtitatem, omniumque oculis gratioſa, & amabilis per humilitatem, quam reſpexit Deus, quia vbi amor, ibi oculus. *Idem de Laud. Virgin. lib. 4.*

Eſther,

Eſther, quæ adiudicatum morti populum liberauit. *Hugo Carenſis in Pſalm.28.*

Eſther noſtra, quæ tantam gratiam coram Rege æterno impetrauit, quod per hanc non ſolum ipſa ad coronam peruenit, ſed etiam generi humano morti addicto ſubuenit. *D. Bonauent.in Speculo B.Virg.cap.5.*

Eſther Regina, ducta in eius Aſſumptione in cubiculum Regis Aſſueri Regis æterni. *Idem in Speculo B.Virg.cap.6.*

Eſther Regi ſummo feliciter deſpenſata, per gratiam coronata, perenniter Regiam tenens potentiam. *Idem in Laude B.V.M.*

Eſther formoſa per immaculatam virginitatem, incredibilis pulchritudinis per virtutum omnium venuſtatem; omnes ſiquidem virtutes in ea aggregatæ mirabiliter venuſtauerunt eam. *Albert.Magn.ſerm.2. in Annunc. B.Mariæ Virgin.*

Eſther formoſa valde, & decora facie, circumdata varietate virtutum, & incredibili pulchritudine omnium oculis gratioſa, & amabilis; omnibus enim placet. Deo, Angelis, iuſtis, peccatoribus. *Idem in Biblia Marlæ ſuper libr. Eſther.*

Eſther omnium Angelorum, & hominum oculis gratioſa, & amabilis per viſceroſam charitatem. *Idem ſerm.2. in Annunciat. B.Mariæ Virgin.*

Eſther, quæ in Aſſumptione Angelorum comitatu, ad Cubiculum Regis æterni ſolemniter eſt addu&ta, & vt primam gratiam apud Deum inuenerat, ſuper omnes mulieres, id eſt ſuper omnes fideles animas eſt amata, & diademate Regni cœleſtis honorificè coronata. *Idem ibidem.*

Eſther, quam adamauit Rex Aſſuerus, ideſt Chriſtus, pluſquam omnes mulieres, & poſuit Diadema Regni in capite eius, conſortem eam Regni efficiens. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Eſther.*

Eſther formoſa valde, & incredibili pulchritudine, in cuius pulchritudine, quaſi ſtupefacti Angeli exclamant toties: Quæ eſt iſta? *Ern. Prag. in Mariali cap.1.*

Eſther, quæ interpretatur abſcondita; in iſta enim ſunt Theſauri abſconditi, quos pro magno munere Pater Filio ſuo, quem conſtituit hæredem vniuerſorum, promittit ſe daturum dicens. Iſai. 43. Hęc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, id eſt hæredi, & Filio ſuo nato: Dabo theſauros abſconditos, & arcana ſecretorum. *Idem in Mariali cap.105.*

Eſther, quę in ortu ſuo fuit Fons, in progreſſu Fluuius, in Conceptione Filij Lux, in ſua Aſſumptione Sol. *Idem in Mariali cap.5.*

Eſther in Populi liberatione. *Bath.de Piſis lib.1. de Laud.Virg.fructu 2.*

Eſther, ad quam exilijt Rex de Solio, ideſt, Dei Filius de cęlo, ſuſtentans illam vlnis ſuis. Eſther 15. *S.Bernardin.Senenſis Tom.3. ſerm.3. de Glor. Nom.Mariæ.*

Eſther, quæ de Triclinio fęminarum, id eſt de Eccleſia militante adducta eſt per totam militiam cæleſtis exercitus ad Cubiculum Aſſueri, id eſt ſummi Dei. *Idem Tom.3. ſerm. de Aſſumpt. B.Virg.*

Eſther, quam adamauit Rex Deus ſuper omnes mulieres, id eſt ſuper omnes creaturas, & poſuit diadema Regni ſuper caput ſuum, & voluit eam eſſe Reginam. *Idem Tom.1.ſerm.61. qui eſt de ſuperadmirabili gratia, & gloria B. Virgin. Mariæ.*

Eſther deſponſata Aſſuero, ideſt Deo, qui eſt beatitudo Sanctorum; interpretatur enim Aſſuerus Beatitudo. Eſth.8. *D.Anton. in ſum. par.4. tit.15. cap.5.*

Eſther figuratiuè, quę ſua interceſſione liberationem obtinuit à Deo ab oppreſſionibus, perſecutionibus, & tentationibus populi ſui fidelis. *Idem in ſumma par.4.tit.15.c.38.*

Eſther formoſa valde, incredibili pulchritudine, & omnium oculis gratioſa: formoſa, id eſt, in opere per charitatem, quæ eſt forma virtutum: incredibili pulchritudine in corpore per virginitatis inſolitam caſtitatem, & omnium oculis gratioſa per cordis humilitatem. *Idem in ſum.par.4.tit.15.c.20.*

Eſther noſtra, quæ apud cæleſtem Aſſuerum procurat ſalutem Eccleſiæ militantis, & ſententias mortis reuocat ab inimicis à manu Diaboli. *Idem in ſumma 3. par. tit.31. cap.4. quod eſt de multiplici miſericordia, quam accepimus à Deo mediante Virgine Maria.*

Eſther, quæ liberauit ſuis meritis populum Electorum de manibus inimici Dęmonis à morte æterna. Eſther. 8. *Idem in ſumma par.4.tit. 15. cap. 5.*

Eſther noua, quę in ſua Aſſumptione de Triclinio fęminarum, id eſt de militanti Eccleſia adducta eſt per totam militiam cæleſtis exercitus ad cubiculum Sponſi cæleſtis Dei Patris; quoniam omnes Hierarchię cæleſtes viderunt eam aſcendentem, atque delicijs diuinorum amplexuum affluentem, innixam ſuper Dilectum ſuum. *Dion. Carthuſ. lib.4. de Laude Virgini. a.9.*

Eſther noua, quia ſicut olim modica Eſther, ſic Regi potentiſſimo, atque ditiſſimo Aſſuero complacuit, vt poſt eam in omni eius Regno ipſa regnaret, ita æterno, adorandoq; Principi, Regi Regum, ac Domino Dominorum, Deo ſancto, atque excelſo B. Virginem ſe humilem eius Ancillam, incredibili tamen pulchritudine venuſtam ſuperexaltare, ſibique proximam ſtatuere placuit. *Idem libr.4. de Præcat. B.Virg. art.5.*

Eſther altera, apud Regem prò nobis intercedens. *Maurit.de Villaprobata ſerm.16. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Eſther Regina, quę aſſiſtens à dextris epulantis Aſſueri in veſtitu deaurato, virtutum circumdata varietate, ex hoc nunc, & vſq; in ſæculum, dum petit dari ſibi animam ſuam, pro

qua rogat, & Populum ſuum, pro quo obſecrat, exauditur prò ſua reuerentia. *Io. Pieus lib. 2. in Cantic. cap. 14.*

Eſther noſtra, placans iram Domini. *Petr. Barduſ ſerm. 5. de Concept. B. V.*

ESTRON tentationum Diaboli in nobis conſtructione. *Bartbol. de Piſis lib. 1. de Laude Virgin. fructu 4.*

EVA ſecunda, prima nobilior, meliorque in cunctis membris, humoribus, & corporis partibus in vtero feliciſſimæ Annæ incomparabiliter plaſmata, & in omnibus corporis Filij ſui ſimillima. S. *Matthæus Apoſtolus ſerm. in Tranſitu B. V. apud Amadeum Rapt. 8.*

Eua noua, variegata, permanens ad primitias vitæ immortalis omnium viuentium. *D. Athanaſ. ſerm. in Euangel. de SS. Deipara.*

Eua Euæ contraria: Eua enim creata, ſub maledictione facta eſt. Eua creata eſt, & Paradiſi porta clauſa eſt; Sancta Virgo nata eſt, & vniuerſis Paradiſus delitiarum apertus eſt: Eua erecta eſt; & Adam de Paradiſo eiectus eſt; S. Virgo nata eſt, & Latro ingreſſus eſt in illum: Eua edocta eſt ad corruptionem, auribus excepit hoſtis doloſam cædem: S. Virgo nata eſt, & cum audijt vocem Angeli, turbata eſt in ſermone eius. *S. Ioan. Chryſoſt. orat. in Natiuit. B. Virg.*

Eua Euæ oppoſita; ex illa enim mors, ex iſta autem immortalis vita; ex illa mortis fructus, ex iſta fructus viuificus; ex illa deceptio, ex iſta dilectio; ex illa hominum à Deo ſeiunctio, ex iſta Dei, & carnis inexplicabilis complexio; ex illa inferni tenebroſus ſomnus, ex iſta Mundi ſplendens lucerna; ex illa maledictio, ex iſta benedictio; ex illa damnatio, ex iſta indulgentia; ex illa afflictio, ex iſta fides; ex illa lachrymæ, ex iſta fons aquæ viuæ; ex illa ſudores, ex iſta requies; ex illa vetus vulnus, ex iſta vita Trinitatis; ex illa fraternum odium, ex iſta humanitas; ex illa diluuium, ex iſta lauacrum immortalitatis; ex illa Cædes, ex iſta regeneratio; ex illa viuentium neces, ex iſta mortuorum ſuſcitatio; ex illa tribus duodecim dignæ odio, ex iſta duodecim Apoſtoli charitate coniuncti; ex illa mors mundum peruagans, at in iſtam offendens corruit; ex illa caſus, ex iſta autem reſurrectio. *Io. Chryſoſt. homil. in Chriſti Natal. apud Combef. Tom. 1. ſuæ Bibliothecæ.*

Eua altera, quæ non vt prima cæleſtis ſpectaculi capta obturu, leui manu proſtrata iacuit, ſed manibus ſupra cæleſtis tecta Regis, quaſi forti munita valle perſtitit immota: illa lignũ conſpicata in libidinem exarſit, huic nihil id generis nè in mentem quidem venire potuit; illa conſilium facillimè probauit, iſta & aures illico acerrimè clauſit, & obſeruauit; illa ſciſcitantis alloquia eſt complexa, iſta etiam ad nunciantis verba commota; illa arborei cibi amore capta, Deam ſe futuram confingebat, iſta Domini vnione dignata, vt Deum gloria afficeret, ſe compoſuit; illa nullius particeps calamitatis, ſummam ſe acceptaram dignitatem commiſcebatur, iſta diuino gaudio intus concepto, humanæ non oblita eſt imbecillitatis. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de Laude B. Virg.*

Eua noua, quæ virginitatem ſeruando, omne genus ſeminarum ad ſe venientium reſtaurauit. *D. Auguſtin. ſerm. 11. de Natiu. Domini, qui eſt 15. de temp. & D. Fulgent. ſerm. de Laude Mariæ ex Partu Saluatoris.*

Eua ſecunda. *Anaſtaſ. Sinaita lib. 4. Anagog. contemplat. in Hexameron.*

Eua noua, illum deijciens, quem antiqua in altum erexerat. *Chryſippus in ſerm. de S. Mariæ Deipara.*

Eua ſecundum naturam, denipro ſcilicet peccato, licet non Eua ſecundum generandi rationem; quę enim mulier poſſit edere parrum adeò alienum ab omnium opinione? Nulli Coitus inſeruiens corruptioni imprægnata, mater effecta eſt citra ſolutionem virginitatis. *Idem ibidem.*

Eua oppoſita in omnibus Euæ; Eua namque quaſi inimica; Eua quaſi Vipera; Eua quaſi deformis, & ignominioſa. Deo inimica, viro ſuo Vipera, ſibimet confuſa ignominia, inimica per ſuperbiam, quia intus tumuit, Vipera per malitiam, quam ex ſerpente concipiens foris tentata facile ceſſit: ignominioſa per pruritum libidinis, qua ſtatim ſcaturire cœpit, vnde, & nudam ſe cognoſcens ſolio pudenda contexit; Maria autem amica Dei per humilitatem, Columba Dei per charitatem, formoſa Dei per caſtitatem; contra Deum enim non timuit, imò mente humili Altiſſimo complacuit; ſerpenti autem non præbuit, imò inimicitias inter illam, & ſerpentem Deus poſuit: nuditatem libidinis non incurrit, imò Spiritus ſanctus obumbrauit ei. *Rupert. Abb. lib. 2. Comment. in Cant. Canticorum.*

Eua altera, de qua genitus eſt ſecundus Adam. *Rich. à S. Victore lib. 1. Emanuel. cap. 12.*

Eua noſtra, Mater omnium viuentium per gratiam. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper c. 1. Luc.*

Eua altera, quæ totum reduxit cum Filio ſuo quicquid Eua perdiderat, deſtruxeratque, & multo inſuper plus gratiæ diuitiarumq; *Ioan. Thaulerus ſerm. in Feſto Annunc. B. V.*

Eua altera benedicta, quæ in nobis cæleſtem protulit fructum, eumque longè ſuauiſſimum. *Henricus Suſo in cap. 16. Dial. Sapient. & Miniſtri eius.*

Eua contraria Euæ; Eua enim fecit filios ſuos inimicos Dei, Maria nos pacificauit Deo: illa ſuperbiuit contra Dominum ſimilis volens eſſe Deo, iſta ſe profundiſſimè humiliauit, vocans ſe non Matrem Domini, ſicut erat, ſed Ancillam Domini: illa Mater cunctorum viuentium, ſpiritualis interfectrix, hæc cunctorum Mater, ſpiritualis viuificatrix:

trix: illa maledicta multipliciter à Deo, hæc benedicta in Matris vtero. *D. Anton in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 13.*

Eua fecunda. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 10. Corona noua B. Mariæ, & Io. Picus lib. 3. in Cantic. cap. 8.*

Eua noua, quæ nouo Adæ in adiutorium data, ei fidelis adſtitit, fidelis cooperata eſt, & vſq; ad mortem fideliſſimè perſeuerauit. *Io. Picus lib. 2. in Cantic. cap. 13.*

Eua altera, in multis priori contraria; illa enim fructum veritum carpens Paradiſum clauſit, gehennam aperuit, mortem accerſiuit, laboribus, & doloribus, plagis, & vulneribus aditum præbuit: iſta contra, fructum ſalutarem proferens, Paradiſum nobis reſtituit, à gehenna liberauit, mortem extinxit, labores tranſtulit, morbos curauit. *Robert. Bellarmin. Con. 2. ſuper Miſſus eſt.*

EVACVATIO omnis tenebræ ſpiritualis. *D. Bonauent. in lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia p. 4. circa finem.*

EVANGELISTA Dei *D. Ildephonſ. ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

EVICTRIX Serpentis. *S. Petr. Mauritius Cluniac. proſa in honorem Matris Domini Tom. 12. Bibliothecæ PP.*

EVILAT terra auriferax, ex qua ortus eſt carbunculus, & paraſinus, nempè Chriſtus in his lapidibus adumbratus. *S. Prorſus in orat. 6 quæ eſt de Laude Virg.*

EVMATHES lapis, deuotiſſimè ſupplicantibus in neceſſitatibus reuelãs arcanà ſalutaris myſterij; fertur enim Eumathes præſtare ſomnia in modum oraculi. *Io. Tritbem. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vticeto cap. 7.*

EVPHRATES, id eſt frugifera in omni gratiarum repletione, & quantum ad nos largiſſima communicatione. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſis.*

Euphrates, quia ſi Euphrates interpretatur creſcens, Chriſtus tempore gratiæ multiplicauit aquas gratiarum in Virgine, & in illis, qui eam colunt, & diligunt, multiplicat quotidie. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 9.*

Euphrates, quia ſi Euphrates interpretatur frugifer, cum Maria venerunt nobis omnia bona, quia ante eius ortum eramus egeni, vacui, & mendici. *Idem ibidem.*

Euphrates, quia creſcere facit in bono. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 8.*

EXALTATRIX ſeruorum ſuorum. *D. Bonauent. in Litanijs Pſalterij B. V.*

Exaltatrix noſtræ humilitatis. *Alb. Magn. in Biblia Mariæ ſuper librum Geneſis.*

EXCITATIO collapſi generis humani. *S. Ioan. Damaſc. orat. 3. de Natiu. B. V.*

EXCLAMATIO Prophetarum. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B. Virg.*

EXCVLTRIX excellens actiuæ vitæ in Chriſto, omnia namque Euangelij opera impendit ei per actiuę vitæ miniſterij; à puericia namq; proprer nos exulem, & in hoc mundo hoſpitem ſuſcepit in vteri ſui hoſpitium, gemmis virtutum conſpicuum, proprijs vberibus paſcuit eum eſurientem, ſuper genua conſolabatur flentem, infirmum confouit balueis, nudum inuoluit pannis, vagientem faſcijs cinxit, arridenti dulcia oſcula fixit. *Honor. Auguſtodun. in Sigillo B. Mariæ.*

EXCVSATRIX culparum. *D. Bonauent. in Laude B. Virg. Mariæ.*

EXCVSATRIX mulierum, quoad virum; ſi enim dicit vir: Propter te damnor, Mulier poteſt reſpondere: Per me ſaluaris. *D. Tho. Aquinas ſerm. 2. in Annunc. B. M.*

Excuſatrix Chriſtianorum. *D. Bernardin. Senenſis ſerm. de Purificat. B. Virg.*

Excuſatrix omnium peccatorum. *Bernard. de Buſt. in ſerm. de Compaſſione B. M. & B. Ioſeph Steinfeld. Opuſculo 4.*

EXEMPLAR Virginum, in quo licet virginibus ſumere exempla viuendi, cum in eo magiſteria expreſſæ probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere virgines debeant oſtendatur. *S. Ambroſ. in lib. 2. de Virg.*

Exemplar humilitatis. *Idiota de B. Virg. par. 17. contempl. 11. Petrus Bleſ. ſer. 38. Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 2. & Bernard. de Buſt. in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M.*

Exemplar probitatis, & humilitatis, & bonitatis. *Idem de B. Virg. par. 3. contempl. 8.*

Exemplar virtutum viuidum, & eximium, quæ eet ex virtutibus ortum. *Ioan. Germ. in Beata Virg. Hymn. 3.*

Exemplar totius iuſtitiæ. *Guarricus Abbas ſerm. 4 de Purifir. B. Mariæ. & Io. Trith. de Mirac. B. V. prope Dittelbach. lib. 1. cap. 12.*

Exemplar Eccleſiæ Sponſæ Filij Dei filij ſui: Spiritus enim Sanctus, qui in vtero, vel de vtero eius incarnationem operatus eſt Vnigeniti Filij Dei, ipſe de vtero, vel per vterum Eccleſiæ per viuificum lauacrum gratiæ ſuæ multorum operatur regenerationis Filiorum Dei. *Rupert. Abbas lib. 1. de operibus Spiritus ſancti cap. 8.*

Exemplar, ad quod tranſcribendi, & corrigendi ſunt libri conſcientiarum noſtrarum, vidè dictum eſt Moyſi Exodo 25. Inſpice, & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. *Richar. à S. Laurea. de Laud. Virgin. lib. 12.*

Exemplar humilium. *Idem de Laud. Virg. lib. 12.*

Exemplar omnium virtutum. *Idem de Laud. Virgin. lib. 8. Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Lib. Apocal. & Bernardin. de Buſt. ſerm. 5. de Natiuit. B. Mariæ.*

Exemplar virginitatis. *Idem de Laud. Virg. lib. 3. Hugo Carenſis in Pſalm. 18. & Bernard. de Buſt. ſerm. de Aſſimil. B. M.*

Exemplar diuinum. *D. Amadeus hom. 3. de Laud. Virgin.*

Exemplar Confeſſorum. *D. Bonauent. in Cantibus Pſalterij B. Virg.*

Exem-

Exemplar omnibus recreandis. *Alb. Magn. ſuper Miſſus cap. 193.*

Exemplar à Deo in monte monſtratum ijs, qui ſpiritu Dei aguntur, vt illud aſpiciant, & proficiant, & ad eius perfectionem licet à longe nitantur dirigere greſſus ſuos, ſicut illi, qui artem ſcribendi, ſculpendi, aut pingendi addiſcunt, habere ſolent in oculis exemplaria pulcherrima, & imagines formoſiſſimas, quas magis, ac magis de die in diem nituntur, & ſtudent totis conatibus imitari. *Ern. Prag. in Mariali cap. 84.*

Exemplar, in quo Dei perfecta ſunt opera. *Idem ibidem.*

Exemplar legibile, cunctis notiſſimum, & emendatum per omnia, & illi primo exemplari, quantum Creaturæ conditio patitur, & capere prævalet perſimillimum. *Idem ibidem.*

Exemplar veriſſimum, habens omnium virtutum plenitudinem perfectiſſimam, & pleniſſimam, ad quam recurrere debet quicumque aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, vt ambulet de virtute in virtutem, donec videat Deum Deorum in Syon, ideſt in ſpeculo æternitatis, non per ſpeculum in enigmate, aut per exemplar. *Idem ibidem.*

Exemplar totius Eccleſiæ. *Idem in Marial. c. 94.*

Exemplar proficientibus. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 10.*

Exemplar longanimitatis efficaciſſimum. *Ioan. Gerſon. Tract. 9. ſuper Magnific.*

Exemplar pulchritudinis, nobilitatis, boni amoris, & honeſtatis omnibus eam aſpicientibus. *Idem ſerm. de Concept. B. Virg.*

Exemplar, quia informat omnes ſua vita. *Idem ibidem fructu 8.*

Exemplar perfectum. *Henricus de Haſſia in Epiſtola ſui tractatus de Concept. B. M. V.*

Exemplar continentiæ. *D. Laur. Juſtin. in ſerm. de Natiuit. B. Mariæ Virg.*

Exemplar patientiæ. *Idem de Triumph. Chriſti agone cap. 7.*

Exemplar Chriſtianæ vitæ, ad quod ſemper reſpicere debent, qui cum Chriſto regnare volunt. *S. Bernard. Sen. Tom. 2. ſerm. 51. de Feſtiuitate B. Virgin.*

Exemplar omnis ſanctitatis, omnibus recreandis. *D. Anton. in ſumma par. 4. tit. 15. c. 44. Io: Thaulerus ſerm. in Feſto Purificat. B. M. V. & Bernard. de Buſt. in Officio Concep. B. M.*

Exemplar omnis perfectionis. *Guliel. Vinc. ſer. de Concept. B. Virgin. & Ioan. Picus lib. 3. in Cantic. cap. 6.*

Exemplar honeſtatis. *Dionyſ. Carth. de Laud. B. Virgin. lib. 1. art. 2.*

Exemplar ſinceritatis. *Idem ibidem.*

Exemplar innocentiæ. *Idem in Officio Concept.*

Exemplar irreprehenſibile omnis perfectionis. *Idem ſerm. 5. de Natiuit. B. M.*

Exemplar caſtitatis. *Maurit. de Villaprobata ſer. 23. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Exemplar verum omnis paupertatis, *Idem ibidem ſer. 25.*

Exemplar pleniſſimum venerandæ maturitatis. *Io. Picus lib. 1. in Cantic. cap. 10.*

Exemplar abſolutum pudicitiæ, totiuſque ſanctitatis. *Ludou. Bloſius in Endologia 1. ad Beatam Virginem, & in Canone vitæ ſpiritualis cap. 18.*

EXEMPLATRIX omnium rectorum operum. *Barth. de Piſis lib. 3. de Laud. Virg. fructu 8.*

EXEMPLVM perfectum piorum. *D. Greg. Thaumaturg. orat. 2. in Annunc. B. M. V.*

Exemplum caſtitatis omnibus. *S. Hieron. in Epiſtola de Aſſumpt. B. M. V. ad Paulum. & Euſtochium, & Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 4.*

Exemplum perfectionis virginibus. *Idem ibid. & Alb. Mag. ſuper Miſſus eſt cap. 222.*

Exemplum ſpontaneæ paupertatis. *S. Eligius homil. in Feſto Purificat. S. M. V.*

Exemplum perfectæ virginitatis. *D. Ildephonſ. ſerm. 3. de Aſſump. B. M. V. D. Hieron. in Epiſt. de Laud. Virgin. Rupert. Abbas lib. 5. Commen. Cant. Canticor. Honorius Auguſtodun. in Sigillo B. Mariæ, & Bonauent. in Canticis Pſalterij Beatæ Virgin.*

Exemplum non ſolum ſpei, ſed ſanctæ ſpei, quia immobilis cadentibus etiam ſtellis de cœlo, id eſt diſcipulis à fide recedentibus, ipſa ſola remanſit fixa in firmamento, id eſt in Chriſto; non enim extincta fuit in nocte diuinæ paſſionis lucerna eius, id eſt fides. *Idiota de B. V. par. 14. contemplat. 1.*

Exemplum modeſtiæ, ac ſubmiſſionis. *Io. Germ. apud Can. Græc. ſuper Luc.*

Exemplum totius bonitatis priſcis ætatibus, & ſubſequentibus. *D. Fulbert. Carnotenſ. ſerm. 3. de Natiuit. B. Virgin.*

Exemplum cæterarum mulierum, quia cæteris mulieribus viam virginitatis, & omnis virtutis ſuo exemplo demonſtrat. *Rudulph. Ardens hom. 2. in Annunciat. B. Mariæ.*

Exemplum pudicitiæ, & vitæ immaculatæ. *Petrus Bleſenſis in ſerm. de S. Maria Magdalena.*

Exemplum animarum in Deo quærendo, & inueniendo. *Rupert. Abb. lib. 2. Commentariorum in Cantic. Canticor.*

Exemplum aliorum. *D. Bernin. orat. de B. Maria, cuius initium eſt Aue Maria.*

Exemplum noſtrum. *Serlo Abbas ſermon. 1. de Natiuit. B. Virgin.*

Exemplum diſciplinæ *Adam de Perſ. ſer. in Aſſumptione B. Virgin.*

Exemplum virtutis nobis propoſitum ad imitandum. *Idem ibidem, & D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 10.*

Exemplum noſtræ victoriæ. *Helinand. Ciſterc. ſer. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Exemplum ſanctitatis perfectiſſimę. *Idem. ſer. 1. in Natiuit. B. Virgin. D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 16. & Sanct. Anſelm. Lucen. ſuper Salue Regina*

Exemplum Sanctimoniæ omnibus propoſitum. *Idem ſer. 1. de Aſſump. B. M. & Barth. de Piſis lib. 2. de Laud. Virg. fructu 6.*

Exem-

Exemplum fidelium. *Honorius Augustodun. in Sigillo B. Mariæ.*

Exemplum propositum à Deo mulieribus noui testamenti, vt ad eam respiciant. *Idem de Laud. Virg. lib. 2.*

Exemplum spei immobilis; cadentibus enim stellis de cælo, id est, discipulis à fide, ipsa sola remansit fixa in firmamento, id est, Christo, nec extincta est in nocte dominicæ passionis lucerna eius, id est, fides. *Idem de Laud. Virginis lib. 6.*

Exemplum orbis. *D. Bonauent. in Psalterio minori B. Virg. Quinquagena 1.*

Exemplum omnium virtutum, nobis à Deo datum, quia in ea reperis exemplum humilitatis Luc. 2. Ecce Ancilla, & post: Respexit humilitatem Ancillę suæ: Castitatis: Quoniam virum non cognosco: & omnium virtutum, vt satis patet. *S. Thomas Aquin. in Exposit. salutat. Angel.*

Exemplum in ministerio sanctarum viduarum. *Albertus Magn. in Postillis super cap. 2. Luc.*

Exemplum innocentiæ. *Idem super Missus est cap. 184.*

Exemplum omnibus de amaritudine exeuntibus. *Idem in Biblia Mariæ super librum Ecclesiastes.*

Exemplum saluandorum. *Idem in Bilia Mariæ super lib. Canticor.*

Exemplum virtutum omnibus. *Idem super Missus est cap. 96.*

Exemplum charitatis, & amoris Dei, separantis à nobis omnem malitiam, & malâ operationem. *D. Bernar. Senen. Tom. 4. in ser. extraordin. ser. de 7. flammis amoris in B. Virg.*

Exemplum omnium bonorum. *Idem Tom. 1. ser. 61. qui est de superadmirabili gratia, & gloria B. Virg. Matris Dei, & Maurit. de Villaprobata ser. 25. Coronæ nouæ B. M.*

Exemplum omnium virtutum toti Ecclesiæ militanti. *D. Bernard. Senen. tom. 1. ser. 61.*

Exemplum religionis. *Idem de Assump. B. V.*

Exemplum iustis à Deo datum. *Gul. Vinc. serm. de Concept. B. Virg.*

Exemplum vitę, quod Confessores sancti in cælo exaltant. *Dion. Carth. lib. 4. de Præsentat. B. Virgin. art. 4.*

Exemplum omnibus Christianis. *Bernardin. de Busti in serm. 2. de Assimilat. B. M. & Maurit. de Villaprobata ser. 10. Coronæ Nouæ B. M.*

Exemplum omnis honestatis, & bene viuendi in hoc sęculo post Christum. *Bernard. de Busti. ser. 5. de Natiuit. B. Mariæ.*

Exemplum omnium lamentantium mortem Christi. *Idem ser. de Compassione B. M.*

Exemplum totius iustitiæ. B. *Casimirus Poloniæ Princeps in Hymno de B. Virg.*

Exemplum familiare, & quotidianum Virginum sacrarum. *S. Tho. de Villanova Conc. 2. de Annunc. B. Virg.*

Exemplum omnium sæculorum. *Idem ibidem.*

EXERCITVS Dei, similis exercitui illi diuino in curribus Pharaonis submersis, dum in virtute Creatoris aereas omnes potestates deuicit, atque oppressit. *Dionys. Carth. lib. 1. de Præsent. Mariæ art. 37.*

EXHIBITIO veritatis. *Petrus Blesf. ser. 38.*

EXISTIMATIO gentis Christianorum. *S. German. Const. in orat. 2. de Assump. B. V.*

EXITVM mortis. *S. Io: Damasc. in Men. Græcorum die 27. Ianuarij.*

EXORATRIX Filij prò futuris. *D. Eleuther. ser. in Festo Annuciat. B. Virg.*

EXORCISTA, quantum ad Dęmonum expulsionem. *Alb. Magn. in Biblia Mariæ super libr. Prouerb.*

Exorcista spiritualis, habens cum exorcistis Dęmonum expulsionem. *D. Anton. in sum. par. 4. tit. 15. cap. 16. quod est de triplici gratiarum genere in B. Virgine.*

EXORDIVM nostrę salutis. *Andr. Cret. Can. in Nat. S. Io. Præcurs. & Robertus Bellarminus in Conc. de Natiuit. B. V.*

Exordium sublimissimę gloriæ. *Georg. Nicomed. in orat. de Concept. Deipar.*

Exordium totius humanæ salutis. *D. Petr. Damian. hom. in Nat. B. V. Mariæ, & Io. Mauburnus in Rosetis Exercit. spirit. tit. 4. c. 2. memb. 3.*

Exordium nostræ saluationis. *Guarnerius Lingon. serm. 2. de Natiuit. Domini.*

Exordium gaudij sempiterni. *Iacobus Monachus orat. de Natiuit. B. Virg.*

Exordium gaudij perennis. *Idem in Mariali orat. 2.*

EXPECTATIO vniuersorum. *S. German. Const. orat. 2. in Præsent. B. M. V.*

Expectatio gentium. *S. Io: Damascen. in Cantic. Græcorum sono 1.*

Expectatio nostra veneranda. *Idem in Paraclet. B. Virgin.*

Expectatio assidua primorum parentum. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 6.*

Expectatio desiderata humani generis. *Idem ibidem.*

Expectatio verax resurrectionis. *Idem in Mariali orat. 2.*

Expectatio hominum. *Ern. Prag. in Mariali c. 66.*

EXPERRECTIO negligentium. S. Geometras *serm. in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

EXPIATIO peccantium. S. *Ioseph Hymnographus in suo Mariali.*

EXPIAMENTVM animarum nostrarum. *Theophan. Niceuus in Menæis Græcor. die 16. Ianuar.*

EXPIATORIVM eorum, qui assiduè delinquit *S. Ioseph Hymnograph. in Mariali.*

EXPVLSIO Dęmonum. *D. Birgitta lib. 4. Reuelation. cap. 11.*

EXPVLTRIX tenebrarum. *Sergius relatus à Canisio lib. 1. de Deipara cap. 11. & à Coccio Tomo 1. pag. 307. in orat. de Natiu. Virg.*

Expultrix angustiarum. *Theodor. Lasch. Imper. in poemat. B. Virg.*

EXTERMINATIO maledictionis. *Theod. Lasch. Imper. in Cant. ad SS. Deiparam.*

EX-

EXTERINATRIX vnica mœroris. *S. Ioan. Damaſcen. in Paracl. B. Virg.*

EXTIRPATRIX Diabolorum. *Anonymus in Menæis Græcorum die 5. Martij.*

EXTREMITAS diuinitus inſpiratę ſcripturarum veritatis. *S. Germ. Conſtant. ſerm. in Natiuit. B. Virgin.*

EXVLTATIO matrum. *S. Greg. Thaum. orat. 2. de Annunc. B. Virg. S. Proclus in orat. 6. & S. Io: Damaſcen. in Paracl. B. Virg.*

Exultatio ægrotantium. *D. Ephrem. in ſerm. de Laud. B. Mariæ Virg.*

Exultatio olei vnctionis. *Andr. Cret. orat. 3. de Dormit. Virgin.*

Exultatio cunctorum ipſam laudantium. *Anonym. in Menæis Græcor. die 25. Ianuarij.*

EXVLTATIO Parentum Ioachimi, & Annæ. *Georgius Nicomed. orat. 3. de Præſent. B. V.*

Exultatio animæ. S. *Germ. in ſuo Mariali frag. 15: & S. Io. Damaſc. in Paracl. B. V.*

Exultatio glorioſa orthodoxorum. S. *Io. Damaſ. in Octoec. Græcorum.*

Exultatio virginalis, ex qua Deus incarnatus eſt. *Idem ibidem.*

Exultatio mundi. *Idem ibidem.*

Exultatio omnium fidelium. *Idem ibidem.*

Exultatio perennis Prophetarum. *Idem orat. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Exultatio primi Parentis. *Idem in orat. 4. de Natiuitate Beatæ Virginis.*

Exultatio Angelorum. *S. Ioſeph Hymnographus in Mariali. Petrus Bleſ. ſer. 38. & Ern. Prag. in Mariali cap. 66.*

Exultatio Apoſtolorum. *Idem ibidem.*

Exultatio diuina omnium iuſtorum. *Idem ibidem.*

Exultatio Martyrum. *Idem ibidem.*

Exultatio noua Virginum. *D. Bonauent. in Litanijs Pſalterij B. Virgin.*

Exultatio nobis omni auxilio denudatis. *Theodor. Laſch. Imper. in poem. B. Virgin.*

Exultatio noſtra dilectiſſima ſublimibus, ac peregrinis charismatibus affluens. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 3.*

Exultatio noſtra, per quam ab errore liberati, & à duriſſima ſeruitute exempti ſumus. *Idem in Mariali orat. 4.*

Exultatio orbis nominatiſſima. *Idem in Mariali orat. 1.*

Exultatio ordinum cęleſtiũ. *Idem in Mar. or. 2.*

Exultatio perpetua Chriſtianorum. *Idem in Mariali orat. 5. & S. Io. Damaſc. in Can. SS. Deip.*

Exultatio maxima Patris cæleſtis, in cuius argumentum tamquam ſingulariter amatę, ſingularitęr credidit Filium, in ſponſam ſimul eam adſciſcens prędilectam. *Anton. Pocq. ſerm. 5. de Conceptione B. Virgin.*

Exultatio cęli. *Ludon. Bloſ. in Enchirid. 2. ad B. V.*

LIBER

# LIBER SEXTVS
# POLYANTHEAE MARIANAE
## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA
### DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ
### Incipientia à Littera F.

FABRICA Fabricatoris mundi. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap.1. Lucæ.*

FACIES diuinè fulgens, admodumque gratioſa *S. Amphil. Sydæ Epiſcopus orat.in SS.Deipar.*

Facies terræ, quam irriguit ſpiritus, vt de limo tali ille homo fieret, qui conſtitutus eſt in paradiſo, id eſt, in voluntate Patris, cum homo non eſſet, vt operaretur in terra; quia nemo in Virgine eſt operatus, de qua natus eſt Chriſtus. *Ern. Prag. in Mariali cap. 74.*

FACTVRA facti in ea temporaliter, & ſuas proprietates non deponentis. *Andr. Cretenſ. orat. 3. de Dormit.B.Mariæ Virg.*

Factura Dei, in qua ipſe Deus omnium factor, factus eſt, Homo autem, qui factus eſt in ea, ipſe fundauit eam Altiſſimus. *D. Petrus Damian. ferm. de Epiphania Domini.*

FACVLA luminis inoccidui. *Andr.Cret. orat.2. in Annunciatione B. Mariæ Virg.*

FAMA permeans Orbem vniuerſum. *Iſid. Theſſalonic.orat. de Natiuit.B.Mariæ Virg.*

FAMILIARITAS Regni Chriſti Dei. *Theodor. Laſch. Imper. in Can. ad SS.Deiparam.*

FAMVLA Dei. *D. Auguſtin. ſerm.14. de Natiu. Domini,qui eſt 18. de tempore.*

Famula, quæ Dominum generauit. *Idem ſerm. de Aſſumpt. Beatiſſ. V. Mariæ.*

Famula ſui Auctoris intrepida. *Idem ſerm.20.de Natiuit. Domini, & 24.de tempore.*

Famula Filij ſui. *D. Bernardin. Senenſis Tom. 3. ſerm. 2.*

Famula Dei, & totius mundi qua nihil humilius. *D. Ioan.Rusbrech. in Speculo æternæ ſalutis cap.4. & D.Auguſt. ſerm. 14. de Natiuitate Domini.*

Famula beata, cui famulantur omnia. S. *Thom. de Villanoua, Conc.2.de Annunc.B.M.V.*

FASCICVLVS Myrrhæ, & thuris inter vbera ſponſi. *S. Anſelm. in Meditatione de B. V.*

Faſciculus myrrhæ inter vbera Sponſi. *Petrus Bleſ. ſermone 38.*

FASTIGIVM lætitiæ. *S. Proclus orat. 6. quæ eſt de Laud. B. Mariæ Virg.*

Faſtigium omnium Virginum. *D. Ildephonſ.ſer. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg.*

FAVONIVS calamitates noſtras benignitatis ſuæ afflatu emolliens. *Anonymus in Menæis Græcorum die 14. Aprilis.*

FAVTRIX humilium. *Ioan.Trithem. libr.1. de Mirac.B.Virg. in Vrticeto in Præfat.lib.1.*

FAVVS dulcedine. *Hugo de S. Victore ſerm. in Natiuitate, vel Aſſumptione B. Mariæ Virg. qui eſt in ordine 34.*

Fauus mellis, quia ſi Fauus mellis, etiam ſine tactu, vel motu aliquo, tunc diſtillat, quando plus habet mellis, quam capiat theca eius: Maria ad menſuram bonam, & confertam, & cogitatam, & ſuperfluentem, cum accepiſſet in ſinu ſuæ charitatis, & humilitatis de melle cæleſti, quod eſt gratia Dei, illud diſtillauit, quaſi in diuerſas partes, ſupra ad Angelos, qui per partum eius ſunt reintegrati; infrà ad captiuos, qui per ipſam ab inferis ſunt extracti; dextrorſum ad iuſtos, qui donis gratiæ per eam ſunt illuſtrati; ſiniſtrorſum ad iniuſtos, qui per eam ſunt iuſtificati. *Rich.à S.Lauren. de Laud.SS.Virg.lib.4.*

Fauus melleus, cui dicitur Cant.4. Fauus diſtillans labia tua; qui ſi bene compreſſus fuerit tactu labiorum deuotè orantis, du cedinem melleam facilè diſtillabit. *Idem de Laud. Sanctiſſ. Virg. M. lib. 1.*

Fauus melleus: nam ſicut Fauus mellis attactu leniſſimo diſtillat ipſum mel, ità de pleniſſima redundantia dulcedinis Mariæ accipiunt vniuerſi, ſitientes ipſam tangere fide plena, dilectione ſincera, oratione deuota. *Idem ibidem lib.4.*

Fauus mellis. *D. Bonauent. in Pſalterio minori B. Virgin. M. Quinquagena 1.*

Fauus nectar orbi propinans. *Idem ibidem Quinquagena 3.*

Fauus dulcis charitatis. *Bernar. de Buſt.in officio Concept.B.M.V.*

FAX ſuper aurum, & argentum pretioſior, quæ intemeratæ ſuæ Virginitatis ſpecie, & rorantibus fulgoribus illuſtrat vniuerſam terram. *S.Germ.Conſt.orat.1.in Præſent.B.Mariæ Virg.*

Fax inextincta.*Ioan.Geometr.ſerm.in Annunc.SS. Dei Genitr.Mariæ.*

Fax animarum immaculatiſſima. *Theod. Laſchus Imper.in Cant.ad SS.Deiparam Virg.*

Fax mundi ſemper lucens.*Idem ibidem.*

Fax amoris. B.*Ioſeph.Steinfeld.opuſc.4.*

Fax cerea, quę orbem vniuerſum illuminauit. *Nicepho.Greg.orat.in SS.Deiparam apud Cerafolam Tom.6.*

FELICITAS naturæ.*Greg.Nicomed. in orat.1.in Concept.Deiparæ.*

FELICITAS hominum ſummè noua, omnique pręſtans miraculo.*S.Germ.orat.2. in Dorm. B. Mariæ.Virg.*

Felicitas inuiolabilis Chriſtifideliũ.*Theod.Laſch. Imperator in Cant.ad SS.Deiparam.*

Felicitas generis ſui.*Iacob.Monach.in Marial.or.5.*

FENESTRA.S.*Petrus Mauritius Cluniacenſ.Proſa in honorem. SS. Matris Domini.*

Feneſtra mundi.*S. Ioan. Chryſ. ſerm.6.de Aſcenſ. Domini.*

Feneſtra Cœli, per quam Deus verum fudit ſæculis lumen.*D.Auguſtinus ſerm.11. de Natiuit. Domini, qui eſt 15. de tempore.& D.Fulgen.ſer. de Laud.B.Mariæ.ex parte Saluatoris.*

Feneſtra cryſtallina Arcæ Noe; ſicut enim hæc Feneſtra excludebat aquam in quantum feneſtra, & illuminabat Arcã in quantum chriſtallina, ſuſcepta aliunde luce, ſic B. Virgo fuit Feneſtra excludens aquam tribulationis generis humani, in qua erat ante ortum eius, & illuminans mundum tenebroſum luce inacceſſibili ſcilicet benedicto Filio ſuo, qui eſt lux vere illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum.*Idiota de B. Virg. Part. 3.Contempl.5.*

Feneſtra cryſtallina, per quam tranſitum habuit columba, quæ ceſſationem indicauit diluuij, quia B. Virgo cunctis Eccleſiæ fidelibus, quæ arca eſt, attulit ſpem ſalutis. *Idem de B.Virg. Parte 14.Contempl.34.*

Feneſtra cryſtallina, quam fecit ſibi Noe in Arca, quia ſicut cryſtallino rore humectata, & ſoli ſubiecta incorrupta parit igniculum, ſic B.Virgo rore Spiritus ſancti madefacta ſaluo flore virginitatis peperit Chriſtum lumen Eccleſiæ. *Idem ibidem.*

Feneſtra ferens lucem;ſuis enim precibus, meritis, & exemplis educit ab anguſtia, & tenebris peccatorum in latitudinem,& lucem virtutum ſeruiẽtes ſibi,& ſuos amatores.*Idẽ ibid.*

Feneſtra, quia ſicut mediante Feneſtra illuſtratur ſolari iubare domus interior, ſic Virgine aperiente os ſuum ad orandum, pro nobis illuſtrantur conſcienciæ noſtræ glorioſo lumine Saluatoris.*Idem ibidem.*

Feneſtra vitrea illuminans totam Eccleſiam exemplo ſuæ puritatis,quæ notatur in vitro,quia ad inſtar Feneſtræ vitreæ ſine læſione ſuę integritatis ſuſcepit in conceptu, & emiſit in partu Solem iuſtitiæ.*Idem ibidem.*

Feneſtra celſa Poli. *D.Petr. Damian. in Carmin. de Aſſumpt.B.M.V.*

Feneſtra cryſtallina, quia ſicut cryſtallus rore cæli humectata, & ſoli ſubiecta, incorrupta parit igniculum; ſic Maria rore cæleſti madefacta,ſaluo flore peperit Chriſtum lumen Eccleſiæ. *Rich.à S.Laur.de Laud.SS.Virg.lib.10.*

Feneſtra,quæ ſecundum Iſidorum dicitur ex eo, quod fæneret lucem, vel ex eo, quod homo intus poſitus foris videt; vel ex eo, quod domui lucem miniſtret; Maria enim precibus ſuis, meritis,& exemplis, educit ab anguſtia, & tenebris peccatorum in latitudinem,& lucem virtutum ſeruientes ſibi, & ſuos amatores; & ſicut mediante aperitione Feneſtræ illuſtratur ſolari iubare Domus interior; ſic aperiente Maria os ſuum ad orandum pro nobis, illuſtrantur conſcientię noſtrę gratioſo lumine Saluatoris.*Idem ibidem.*

Feneſtra Cœli cryſtallina. *D. Bonauent. in Litanijs Pſalterij B.Virg.& D.Petrus Damian.in Carminibus de Aſſumpt.B.Mariæ.*

Feneſtra cuaſionis, quæ per funiculum, id eſt per Filium ſuum,peccatores, vt euadant dimittit, & iuſtos attrahit. Ioſue 2.*Albertus Mag. in Biblia Mariæ ſuper libr. Ioſue.*

Feneſtra illuminationis, totam domum Eccleſiæ luce diuinitatis illuſtrans. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.4.Regum.*

Feneſtra orientalis, per quam lux intrat, & vitæ 4.Regum 13. *Idem ibidem.*

Feneſtra, perquam lux venit in hunc mundum, & lux, quæ de terra orta eſt, ab ipſa procedens, penetrauit Cœlum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.186.*

Feneſtra Chriſti,per quam Cœlum intramus. *Iacob.de Voreg.in Mariali ſerm. 6.* P.

Feneſtra, per quam Deus ad nos oculo miſericordiæ ſuæ reſpicit. *Idem ſerm.5. de Aſſumpt. B.Virg. Bernardin.de Buſt. ſerm.1. & 5.de Nominat.B.Mariæ,& Maurit.de Villaprobata ſer. 3.Coronæ nouæ. B. Mariæ.*

Feneſtra Arcæ, quia ſicut Feneſtra Arcæ totam illuminabat Arcam; ità vita B. Virginis lucem dedit ſæculo,& cunctas illuſtrauit Eccleſias.Eccl.26.Sicut Sol oriens mundo in Altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum Domus ſuæ, quæ eſt tota Eccleſia militans, & triumphans. *Ero.Prag. in Marialicap.94.*

Feneſtra dilucida, & cryſtallina, propter eius fulgorem, & ſpeciem,& propter ipſius in ſanctitate confirmationem. *Idemibidem.*

Feneſtra vitrea Cœli empyrei, quia ſicut iſte Sol materialis Feneſtram vitream penetrans,templum materiale illuſtrat,ità illa prima lux,quę eſt verè Sol iuſtitiæ in Mariam ſeſe infundens, & penetrans,quemdam radium lucidiſſimum per ipſam ad interiora tranſmittit, exquo tota

ta illa Ciuitas ſuperna iucundiſſimè illuſtratur. *Idem ibidem.*

Feneſtra vitrea, ſeu cryſtallina: nam ſicut Feneſtræ vitreæ in Eccleſiam tranſmittunt lucem, ab Eccleſia repellunt ventos, & procellas, ornant templum; in ipſis enim eſt, quaſi præcipua ſpecioſitas templi, & erudiunt populum per hiſtorias, quas continent; illę enim ſunt libri laicorum; ità Beatiſſima Virgo Maria eſt nobis porta lucis fulgida, & nobis eſt vmbraculum, & ſecuritas à turbine, & à pluuia. Iſai. 4. ideſt, ab inſultu, & tentatione Diaboli. Ipſa eſt ornamentum prę cipuum, ac ſpecioſiſſimum totius Eccleſiæ. Eccleſ. 26. Mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ: ipſa quoq; eſt documentum populi ſimplicis, & neſcientis litteras; vndè iuſiniti ſunt hodie in Eccleſia, qui neſciunt quid ſit inter dexteram, aut ſinixtram, ſed in ipſam totam defixerunt Anchoram ſpei ſuæ, & ipſam venerari, & imitari, vt cumque ſtudent, audientes quod ipſa eſt liber totius Eccleſiæ. *Idem in Mariali cap 94.*

Feneſtra deſperatorum. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. SS. Virg. fruct. 2.*

Feneſtra, quà videtur Deus. *Idem ibidem. fruct. 8.*

Feneſtra clarior cryſtallo, per quam tranſiuit radius ſolaris, ſeu Solis æterni, Filius Dei, intrans ad illuminandum domum huius mundi. *S. Vincen. Ferrerius ſerm. de Annunc. B. Virg.*

Feneſtra luminoſa gratiæ cælestis, quę ſui luminis abundantia, cęleſtia ſimul, & terreſtia perfudit vniuerſa, per quam Deus nos prę ſolito cæpit miſericorditer intueri. *Dionyſ. Carth. lib. 1. de Laud. SS. Virg. art. 9.*

Feneſtra, amœniſſimum proſpectum nobis cum magna claritatis copia prębens. *Bernardin de Buſtis ſerm. 5. de Nominat. B. Mariæ.*

Feneſtra Dei, per quam Deus lumen gratię nobis effudit. *Idem ſerm. 5. de Nominat. B. Mariæ, Iacob. de Voragin. in Mariali ſerm. 6. & Mauritius de Villagrob. ſerm. 3. Corona nona B. Mariæ.*

Feneſtra lucidiſſima, lucem ferens omnium ſaluandorum. *Idem ſerm. 8. in Annunc. B. Mariæ*

Feneſtra Paradiſi. *Idem ſerm. 5. de Nominat. Mariæ*

Feneſtra, per quam æterni Solis lux nobis illuxit. *Idem ſerm. 8. de Annunc. B. Virg.*

Feneſtra cryſtallina, figurata in Arca Noe, illuminans omnem hominem in hunc mundum virtutibus, & exemplis. *Idem ibidem.*

FENESTRARIA Paradiſi, Feneſtram Cœli ſuis deuotis aperiens. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 6. P.*

Feneſtraria, quæ nobis viſcera ſuę miſericordię aperit. *Idem ſerm. 8. in Aſſumpt. B. Mariæ.*

Feneſtraria, deuotis ſuis feneſtram Cœli aperiens. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 5. de Nomin. B. M.*

FERCVLVM virtutis, *S. Proclus in orat. 6. quę eſt de Laud. B. Mariæ. Virg.*

Ferculum, cuius media non tapetibus ex Ægypto, non florum tranſitoria nouitate, ſed melioris longè conſilio ſtrauit Salomon charitate. *Philippus Abbas lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 5.*

Ferculum Salomonis, in quo multa Salomoni fercula deferuntur, & epulanti cibum, qui non perit, ſed qui permanet, apponuntur, per Virginem enim Deo inueniuntur ſanctorum animæ commendari, eiuſque precibus, & meritis ad ſponſi conuiuium ſublimari, quam ſibi ad hoc idem Sponſus volnit præparari, vt per eam mererentur, quæ per ſe non poterant præſentari; Et ſi enim animæ Sanctorum variis virtutibus inſignitæ, & inſtar epularum, ſapore gratiarum, multimodè fiunt conditæ, longè tamen à conuiuio Salomonis, iacent penitus deſtitutæ, ſi non Virginis interuentu, velut menſa offertoria ſunt adiutæ. *Idem ibidem.*

Ferculum ægris, & debilibus neceſsarium: omne enim genus mortalium, tam peccatorum, quam pœnarum morbis ægrotat, & à planta pedis, vſque ad vertieem non eſt in eo ſanitas. Iſai. 1. & omnes indigent fulciri patrocinijs Virginis glorioſæ. *Rich. à S. Laur. de Laude SS. Virginis lib. 10.*

Ferculum fulcitum Regis miniſtris, ideſt, Angelis, qui omnes miniſtri ſunt Saluatoris, ad Hebr. 1. *Idem ibidem.*

Ferculum, in quo qui portatur, eius elevatione elevatur, depreſſione deprimitur; quidquid enim laudis, vel blaſphemiæ in B. Virginem dicitur, vel agitur, in Saluatorem redundat. Vnde Matth. 25. Quod vni ex minimis meis &c. Ipſa enim fuit minima inter omnes, vt omnium maior eſſet. *Idem ibidem.*

Ferculum, in quo, qui portatur, non mouetur motu proprio, ſed mediante Ferculo: nam Dei Filius ſecundum diuinitatem omnino eſt immobilis, ſed mediante motu Ferculi ſui, id eſt, mutabili carne, quam ſumpſit de Virgine, factus eſt mutabilis. *Idem ibidem.*

Ferculum portans Regę omnium Regum Chriſtum, de quo Apoc. 19. dicitur: Rex Regum, & Dominus Dominantium. *Idem ibidem.*

Ferculum, quod fecit ſibi Rex Salomon, ideſt, Chriſtus, per quod deferretur ad notitiam hominum, cum Incarnationi ſuæ B. Virginem præparauit, & eandem ſibi Matrem fecit. *Idem ibidem.*

Ferculum Rege inferius, & miniſtris ſuperius; Maria enim fuit ſuperior Angelis, ſed inferior Chriſto. *Idem ibidem.*

Ferculum Salomonis, cuius aſcenſus purpuratus, quia B. Virgo per Martyrium mentis aſcendit ad Regiam dignitatem; vt ſicut dicitur Regina Virginum, ſic dici debeat Regina Martyrum. *Idem ibidem.*

Ferculum Salomonis, cuius quatuor columnæ argenteæ ſunt B. Virginis dulcis ſonus orationis in precibus ad Deum, ſplendor ſanctitatis ad illuminationem hominum, candor Virginitatis in Matre, & pretioſitas maternitatis in Virgine; argentum enim dulce ſonat, fulget, candet, & pretio valet. *Idem ibidem.*

Ferculum Salomonis, factum de liguis Libani,

quia ſanctitatem B. Virginis compegit Dominus ex odore bonorum operum, & candore virtutum; Libanus enim interpretatur candor, vel thus. *Idem ibidem.*

Ferculum Salomonis, in quo Chriſtus fecit ſibi reclinatorium aureum: nam mentem Virginis perfudit plenitudine ſapientiæ, quæ ſignificatur in auro, & ſic illuſtrauit cognitione diuina, vt meritò dici poſſit, quod caput ſuæ diuinitatis reclinauit in ea. *Idem ibidem.*

Ferculum à Domino factum propter filias Ieruſaleu, ideſt propter ſalutem fidelium animarum. *Ioan. Hailg. in cap. 3. Cant. Cantic.*

Ferculum, quod fecit ſibi Rex Salomon, ideſt, Chriſtus, vt per illud deferretur ad notitiam hominum, cum incarnationi ſuæ B. Virginem præparauit, & eandem ſibi Matrem fecit. *Idem ibidem.*

Ferculum, quod fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani, quia eius ſanctitatem compegit Dominus ex odore bonorum operum, & candore virtutum; interpretatur enim Libanus, thus, candor. *Idem ibidem.*

Ferculum Salomonis, de lignis Libani, ideſt, de membris omni puritate candidiſſimis, quo ad corpus, & altis virtutibus, quoad animam compactum. *Hugo Caren. in cap. 3. Cant. Cant.*

Ferculum Regis Salomonis Cant. 3. *D. Thom. Aquin. ſerm. in Annunc. B. Mariæ ex Epiſtola. S. Germanus Conſtan. ſerm. in Natiuit. B. M. Virg. Richard. à S. Victore Expoſit. in Cant. Cantic. cap. 4. Petrus Bleſ. ſerm. 38. Philippus Abbas libr. 4. in Cant. Cant. cap. 6. Gulielm. Paruus in cap. 3. Cant. & Honorius Auguſtod. in Sigillo B. M.*

Ferculum naturæ, quod fecit ſibi verus Salomon, quod ipſum in mundum tulit, & in mundum circumtulit, quando aſcendit ſuper nubem leuem, & ingreſſus fuit in Ægyptum. *Alber. Magn. ſuper. Miſſus eſt cap. 193.*

Ferculum, ideſt, vas eſcarum, quia porrauit nobis panem cœleſtem. *Iacob. de Vorag. in Martali ſerm. 7. D.*

Ferculum Solis Iuſtitiæ. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B. Virg.*

Ferculum, quod fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani, ideſt, de membris ſanctis, & candidatis: nam Libanus candidatio interpretatur. *Ern. Prag. in Martali cap. 99.*

Ferculum, ideſt ſedes meritorum. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. SS. Virg. fructu 2.*

Ferculum venia. *Idem ibidem. fructu 8.*

Ferculum, quod fecit ſibi Rex Salomon, vt dicitur Cant. 3. de lignis Libani, ideſt de virtutibus: quaſi Patriæ cœleſtis; habuit enim perfectionem virtutum, quaſi ad modum Patriæ. *D. Anton. in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 44.*

Ferculum, Salomonis, ideſt, Saluatoris, in quo fuit Deus mundum reconcilians ſibi, quoniã ipſa non ſolum portauit Vnigenitum Dei in mente per fidem, charitatẽ, ac iugem memoriam, veneratione mque præcipuam iuxta illud Apoſtoli: habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris, ſed etiam in ſuo inuiolatiſſimo vtero tulit cum ex ſe hominem factum. *Dion. Carth. in Cant. artic. 12.*

Ferculum Salomonis, ideſt Chriſti, quod ipſemet Chriſtus, ſecundum, quod Deus eſt, fecit, corpus Beatiſſimæ Virginis per cauſas ſecundas formando, cuius & materiam in exordio produxit ex nihilo, animam quoque feliciſſimam eius per ſe immediate creando, ſpiritualiter etiam fecit hoc ferculum, ſanctificando, ac decorando illud per gratiam copioſam, iuxta quod ſcriptum eſt: Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus. *Idem ibidem.*

Ferculum, quia ad terras deſcendentem Regem Salomonem ſuſcepit, corde deuoto baiulauit in vtero, intulit mundo, geſtauit in gremio, ſed multo felicius poſt reditum eius ad Patrem, fidelibus cordibus, & omnium auribus inuenit, dum orthodoxæ fidei noſtræ primores Apoſtolos, Euangeliſtas, cæteroſque Diſcipulos de ſecretiſſima eius Conceptione, glorioſiſſima Natiuitate, & primæua vitæ priuatæ Conuerſatione inſtruxit. *Io. Picus libr. 2. in Cantic. cap. 8.*

Ferculum virginale, cuius columnæ argenteę, virtutes ſunt cardinales, & aſcenſus purpureus, virtus compaſſionis, ſecundum quam calamitatibus conſulebat humanis. *Idem ibidem.*

FERMENTVM ſanctum, ac Deo gratum, ex quo totius generis humani maſſa fermentatur, & in vnius corporis Chriſti panem euadit, & admirabili ratione coagmentatur. *Andreas Cret. orat. 1. in Annunc. B. Virg.*

Fermentum nouæ creationis Adæ. *S. Germ. orat. 2. in Dormit. B. M. Virg.*

FERTILITAS nunquam non inaperta virginitatis compendio. *S. Ioan. Damaſc. orat. 4. de Natiuit. B. Virg.*

Fertilitas humanæ naturæ. *Iacob. Monach. in Martiali orat. 5.*

FERVLA, quia Diabolum feriuit; ipſa enim Diabolum confudit, contriuit, & deiecit. *Iacob. de Vorag. in Mar. ſerm. 1. G. Bern. de Buſtis ſerm. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 4. Coronæ nouæ B. Virg.*

FESTA numquam meſta. *Ioſeph. Steinfeld. opuſ. 4.*

FESTIVITAS Virginum. *D. Bonauent. in Cantic. Pſalterij B. Virg.*

FESTVM cordis noſtri. B. *Ioſeph. Steinf. opuſ. 4.*

FIBVLA Seraphica myſtici antracis. *Andr. Cret. in orat. de Annunc. B. Virg.*

FICTIRIVM noui ortus. S. *Ampbil. Sydæ Epiſcop. orat. in SS. Deiparam.*

FICVLNEA, quæ æſtatem gratiæ attulit, & depulit hyemem vitiorum. Luc. 21. Videte Ficulneam, ideſt Mariam, cum producit ex ſe fructum, ideſt, Chriſtum, quod factum eſt in natiuitate; ſcitis quoniam prope eſt æſtas gratiæ, nobis per Matrem miſericordiæ fructuoſa. *Albert. Mag. in Biblia Mariæ ſuper Euangelium Lucæ.*

Ficulnea dulcedinis. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu 2.*

Fi-

FICVS fructuoſa, quæ protulit groſſos ſuos, id eſt bona opera. *Honor. Auguſtod. in ſigil. B.V.*

Ficus, de qua dicitur Prouerb. 27. Qui ſeruat Ficum, ideſt, Mariam, quæ propter dulcedinem fructus ſui Ficui comparatur, comedet fructus eius; fructibus enim huius Ficus illi paſcentur, qui ſibi Mariam ſeruauerint, & ſe illi, ideſt, ad honorem illius. *Richard. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 12.*

Ficus, de qua legitur Iudicum. 9. quæ noluit relinquere dulcedinẽ ſuam, & fructus ſuauiſſimos, ideſt, morum ſuauitatem, & contemplationis, vt promoueretur inter ligna, ideſt, pro dominio temporali, uel ſublimitate tranſitoria, Mater, & imitatrix illius, qui fugit in montem, nolens fieri Rex in terra. Ioan. 6. & dixit in paſſione Ioan. 18. Regnum meum non eſt de hoc mundo. *Idem ibidem.*

Ficus habens Ficus valde bonos. Ierem. 24. ſcilicet, pulchram dilectionem, timorem, agnitionem, & ſanctam ſpem, quorum quatuor dicit ſe eſſe Matrem. *Idem ibidem.*

Ficus, qui dicitur à fœcunditate, quia fœcundior eſt cæteris arboribus, nam ſepties in anno dicitur ferre fructum, & altero matureſcente, alter oboritur. Maria enim in omni virtute, & bona operatione, fuit cæteris Sanctis fœcũdior, qui ſunt arbores Paradiſi: fecundiſſima etiam partu, quia ex ſi carnaliter non genuit niſi vnicum Filium, in eo tamen Mater effecta eſt magnæ multitudinis filiorum, quorum ipſe eſt Primogenitus; & ſicut Sara in Iſac Mater effecta eſt totius Populi Iudaici, ità Maria in Chriſto totius Populi Chriſtiani. *Idem ibid.*

Ficus, quia ſi Ficus in cibum ſumpta à Senibus dicitur eorũ rugas diſtendere, Maria ſenibus, ideſt inueteratis in peccatis ſuis, aufert coram Deo ſigna ſuæ vetuſtatis, & ipſam vetuſtatem, & ſpiritualẽ rugoſitatem, de qua dicitur Iob. 16. Rugæ meę teſtimonium dicunt contra me; tollit, inquam, ſi ipſam ſpiritualiter inuiſcerauerint. *Idem ibidem.*

Ficus, quia ſi Ficus pugilibus vtilis eſt ad edendum, quia vires eorum augmentat: Maria ſpiritualibus pugilibus, nempè, contra tria principalia vitia repugnantibus, proficua eſt ad comedendum; ipſam autem comedere eſt amore, & deuotione, ipſam ſpiritualiter reficere; ipſam etiam comedit, qui in eius eloquijs delectatur, dicens illi: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua. Pſalm. 118. & qui virtutes eius, & beneficia, ſæpiſſimè ad mentem reuocans, prorumpit in vocem confeſſionis, & laudis, vt in voce exultationis, & confeſſionis ſit ſonus epulantis Pſalm. 41. *Idem ibidem.*

Ficus, quia ſi Tauri ferociſſimi ad fici ſtipitem religati, ſubito dicuntur manſueſcere, & Maria Tauros, id eſt, ſuperbos, & iracundos, ſi ei dilectione adhæreant, per orationes ſuas, & exempla, humiliari, & manſueſcere facit: imo & omnes, in quantum in ſe eſt, ideo dicit; In me omnis gratia, id eſt, omne id, quod facit gratioſum. Eccleſ. 24. *Idem ibidem.*

Ficus propter dulcedinem ſuæ pietatis, & miſericordiæ. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſer. 11. & Maurit. de Villaprob. ſer. 25. Coronæ nouæ.*

Ficus, cuius natura humilitas, cuius cortex paupertas, cuius virtus gratioſitas, cuius folia benignitas, cuius fructus fœcunditas. *Ern. Trag. in Mariali cap. 52.*

Ficus noſtræ, ſub qua ſedemus, dum in eius protectione, ſua ſana mẽte lętamur. *Idem ibid.*

FIDEIVSSIO, quę pignore dato fit diuinarum reconciliationum. *Andr. Cretenſ. orat. 2. de Dormitione B. Mariæ Virg.*

FIDEIVSSOR noſter. S. *Ioan. Damaſcen. in Paraclet. B. Mariæ Virg.*

Fideiuſſor noſtra, vt conuertamur, & recipiamus confeſſionem peccatorum. *S. Ioſeph Hymnographus in ſuo Mariali.*

FIDES conſtantiſſima Chriſtianorum. *D. Epiphan. in ſerm. de Laud. SS. Virg.*

Fides ſilentij indigentium. *Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunciat.*

Fides eorum, quibus eſt opus ſilentio. *Anonymus Græcus in hymno ad* B.M. *Virg.*

FIDVCIA certantium inuicta. *Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunciat.*

Fiducia mortalium ad Deum. *Idem ibidem.*

Fiducia Chriſtianorum, & peccatorum omniũ. *Anonymus in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio agentis animam.*

Fiducia fidelium. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio communis ſupplicationis.*

Fiducia nuptiarum. *Idiota de Beata Virgine par. 8. contemplat. 20.*

Fiducia noſtra beata, & maxima. *Idem ibidem. S. Anſelmus in orat. ad B. M. Virg. & D. Bernard. ſerm. in Natiuit. Virg. de Aquæductu.*

Fiducia omnium certa, contumelioſè, & violenter oppreſſorum. *Ioan. Trithem. de Miracu. B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Fiducia lapſorum. *Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Fiducia prædmij. *Idem ibidem.*

FIGMENTVM, quod ſuum fictorem fuit circumplexum. *S. Amphil. Sydæ Epiſcop. orat. in SS. Deiparam.*

Figmentum figuli, ſuper omnia vaſa decorum. *Venantius Fortunatus Elegia in Laud. S.M.V.*

Figmentum eius, qui in ea temporaneè fictus, haud quaquam propria æternitate exceſſit. *Andr. Cretenſ. orat. 2. de Dormit. B.M. Virg.*

FIGVRA Matrum, & Virginum, vtraſq; re ipſa ſupergreſſa. *Theodor. Ancyr. orat. in* B. Virg.

FILIA primorũm Parentum, ſancta, immaculata, & perfecta, atque omni bonitate, veritate, ſanctitate, & ſincerirate plena, in qua ſunt reconditi theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. *S. Iacobus minor Apoſtolus ſerm. in Tranſitu B. M. Virg. apud Amadeum Raptu 8.*

Filia vitæ, quæ genuit Verbum viuens, & per ſe ſubſiſtens, increatum, & creatorem. *D. Dion. Alexandr. in Epiſt. contra Paulum Samoſat.*

Filia Dauid, & Domini, ac Dei Dauid Mater.

S. Me-

*S. Method. in hom. in Festo Purificat. B. M. Virg. D. Gregor. Thaumat. orat. 1. in Annunciat. B. M. D. Athanas. serm. in Euang. de SS. Deipar. D. Augustin. ser. 14. de Natiuit. Domini, qui est. 18. de tempore. Theopan. Nicenus hymno in Annunciat. SS. Deipar. in Appendice Biblioth. PP. Leo Imperator in orat. de Assumpt. B. M. D. Anselm. in Psalterio B. M. V. par. 3. Francus Abbas lib. 7. de Gratia Dei, & Matthæus Cantacuzenus cap. 7. Cantic. Canticorum.*

Filia Dauid, ſerenior aere, excelſior cęlo, altior Cherubim, glorioſior Seraphim, & Principibus, & omnibus Poteſtatibus venerabilior. *Iacobus Niſibenſis in Cantico in Laud. B. M. V.*

Filia noſtra, quia ex nobis genita eſt. *D. Athanaſ. ſerm. in Euangel. de SS. Deip. Virg.*

Filia ſanctorum virorum, cuius Parentes fuerunt Ioachim, & Anna. *D. Epiphan. in ſerm. de Laud. SS. Virg. M.*

Filia ſuper omnes mulieres benedicta. *D. Hieron. in Epiſtol. de Natiuit. SS. Virg. Mariæ ad Chromatium, , & Heliodorum Tom. 9.*

Filia Euæ, cum qua ſpiritualis ſerpens verſatus eſt, & contumaciæ libellum abrogauit. *S. Proclus in orat. 4. quæ eſt in diem Natalem Domini.*

Filia Euæ, quæ iniuriam maternæ inobedientiæ obedientia reparauit. *Idem ibidem.*

Filia, & Mater Dei. *Idem ſer. 20. ad Fratres in Eremo, & D. Laurentius Iuſtinianus lib. de Caſto Connubio Verbi. & Animæ cap. 23.*

Filia Dei ſingularis. S. *Sabbas in Menæis Græcorum die 15. Auguſti. Andr. Cret. orat. 2. de Natiuit. B. M. V. S. Germ. Conſtant. ſer. in Nat. B. M. V. S. Ioſeph. Hymnograph. in ſuo Mariali. Euthymius Encomio in adorationem Zonæ SS. Deip. & Faſciarum Domini. D. Bern. ſerm. 3. ſuper Salue Regina. Balduinus Deuon. in tract. de Salut. Angelica. Alber. Magn. ſer. in Dom. 17. poſt Trinitatem. D. Antonin. in ſum. 4. par. tit. 15. cap. 8. Maurit. de villaprob. ſer. 3. Coronæ nouæ B. M. S. Thomas de Villanoua in Conc. 2. de Aſſumpt. B. M. Ludon. Blöſ. in Endologia 3. ad B. M. V. & Robert. Bellarm. Conc. 3. in Dom. 1. Aduentus.*

Filia Dauid, quæ deſponſata Regi magno, Deum Verbum, prout ipſe nouit concepit. *Chryſippus in ſerm. de SS. V. Maria.*

Filia Ieruſalem. *D. Ildephonſ. ſer. 1. de Aſſumpt. B. M. Virg. D. Bernar. ſer. 4. de Laud. SS. V. ſuper Miſſus eſt, & Honorius Auguſtodun. in Sigillo Beatæ Mariæ.*

Filia Dei, de qua ſcriptum. Pſalm. 44. Audi Filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliniſcere populum tuum, & domum Patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum; & de qua legitur Pron. 31. Multæ filiæ fecerunt virtutem, multæ congregauerunt ſibi diuitias, præcellis, & ſupergreſſa es vniuerſas. *S. German. Conſtant. ſerm. in Natiuit. B. V. M.*

Filia Regis, regali maieſtate præcellentiſſima. *Idem orat. in Præſent. B. M. Virg. Nicetas Dauid in hom. de Natiu. B. M. V. Idiota de B. M. Virg. par. 14. contempl. 4. D. Bonauent. in Speculo B. M. V. cap. 8. Alber. Magn. ſer. in Dom. 17. poſt Trinitatem. Io: Hondemius in Inuocat. SS. Deiparæ Virg. D. Birgitta lib. 4. Reuel. cap. 55. Antonius Pocquetus in ſumma par. 3. tit. 31. cap. 3. Claudius Rapinas ſer. 2. de Concept. B. M. V. & Io: Picus lib. 2. in Cant. cap. 7.*

Filia Adami, ac Dei Mater. *S. Io. Damaſc. orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ V.*

Filia Angelis ſuperior, quam caſtiſſimum ratione præditarum turturum par Ioachim, & Anna in lucem extulerunt. *Idem ibidem.*

Filia Dei, quæ Creatorem ſuum in vtero tulit. *Idem in Cantic. Græcorum ſono 1. & orat. 1. de Natiuit. B. M. Virg.*

Filia Deo digna. *Idem ibidem.*

Filia diuinitus data. *Idem orat. 2. de Natiuitate B. Mariæ Virg.*

Filia Ioachim, ex qua Filius natus eſt nobis, & vocatur nomen eius magni conſilij, hoc eſt ſalutis totius mundi Angelus. *Idem orat. 1. de Natiuitate B. Mariæ Virg.*

Filia, quę violati mandati pœnas ſuſtulit. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. ſiue Dormit. B. M. V.*

Filia, qualis, nec antea fuit, nec poſt futura eſt. *Idem orat. 1. de Aſſumpt. B. M. V.*

Filia ſacrificula, cuius puritas deſiderabilis, & ornatus mirabilis, dicenti in Canticis: Quam pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis Filiæ Aminadab. *Idem orat. 4. de Natiu. B. M. V.*

Filia ſanctiſſima, in maternis vlnis conſpicua, rebellibuſque Angelis formidabilis. *Idem orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ V.*

Filia Sanctiſſima Ioachimi, & Annæ, quæ principatus, ac poteſtates fefellit, ac ignea Maligni tela extinxit, quæ in ſpiritus thalamo verſata eſt, atque immaculata, conſeruata in Dei ſponſam. *Idem ibidem.*

Filia ſanctiſſima, quæ materni vberis lacte alebatur, & ab Angelis vndique cingebatur. *Idem ibidem.*

Filia ſemper Virgo, quæ virili opere ad conceptionem minimè opus habuit; ſempiternum enim Patrem Is habet, quem peperit. *Idem ibidem.*

Filia terrena, quę Dei genitricibus vlnis, Creatorem geſtauit. *Idem ibidem.*

Filia Dei ſecundum ſpiritum adoptionis, & ſanctificationis. *Nicetas Dauid in homil. de Natiuitate B. Mariæ Virg.*

Filia, cui Spiritus ſanctus eam familiariter inſtruens, dixit Pſalm. 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere Populum tuum, & Domum Patris tui; audiuit enim, vt poſſet credere ijs, quæ ei dicenda erant ab Angelo, quia fides ex auditu, vidit fragilitatem ſuam ſecundum naturam noſtrā humanam, & ſic ſe ipſam humiliauit in oculis ſuis, & Deum exaltauit, inclinauit aurem ſuam piiſſimam, vt humiliter obediret diuinę voluntati, vt ſic mediante obedientia conciperet Filium Dei per fidem dictorum, & oblita eſt populum ſuum, & Domum Patris

ſui

ſui, quia nec Populum augere prolis multiplicatione, nec domui Patris relinquere curauit hæredem. *Idiota de B.M.Virg.par.14. contemplatione* 4.

Filia Regis Dei Patris per creationem, & gratiam, cuius omnis gloria ab intus, quando Chriſtum geſtabat in ſuo vtero virginali, vel omnis gloria eius ab intus, id eſt conſcientia eius pura; ſi enim gloriam foris quæreret, intus gloriam, quam Rex concupiſceret, non haberet. *Idem ibidem.*

Filia Regis ſecundum carnem, quia de ea ſcribitur: Regali ex progenie Maria. *Idem ibid.*

Filia infans, tantum ſuis parentibus ſanctitate præſtans, atque gratia, quantum intereſt inter Dei in ipſa, inque illis habitationem, ac requiem; nam in illis quidem ſimpliciter, ac communi modo Deus habitabat, iuxtà quod dictum eſt: Inhabitabo in eis, & inambulabo: puellę verò ſubſtantialiter Deus vterum impleuit. *Theophyl.in or.de Præſent. B.M.V.*

Filia paternæ domus oblita, & Regi adducta, cuius pulchritudinis amore inarferat. *Idem ibidem.*

Filia ducens nos ad Patrem. *D. Petrus Damian. ſerm. in Annunc. B.V. Mariæ.*

Filia Regum. *Idem in Carminibus de Aſſumptione B.Mariæ apud Surium Tom.7.*

Filia Ieruſalem, pulchra per internarum decorem virtutum, decora per exemplum virginitatis, quod toti exhibuit mundo: terribilis, vt caſtrorum acies ordinata, ad quam omni virtute circumamictam non audet aliquis hoſtis accedere, vt quæ Spiritus ſancti protegitur adumbratione. *D. Bruno Carthuſ. ſer.1.de Laud. B.Marię.*

Filia Ieruſalem, quia fuit filia viſionis pacis, id eſt, Filia, & Mater illius, qui fecit pacem ijs, qui longe erant à Deo, id eſt, gentilibus, idololatris, & ijs, qui propè, ſcilicet Iudæis, qui propinqui erant per cognitionem legis. *Idem ibidem.*

Filia humilitatis. *Idem ſer.de Aſſumpt.B.M.V.*

Filia nobiliſſima ſuperni Regis. *Idem in ſerm.de Natiuitate B.M.Virg.*

Filia, de qua natus eſt Pater. *Goffridus Abb. ſer. 4. de Natiuitate Domini.*

Filia Dauid, & Abrahæ tam carne, quam fide. *Rupert. Abbas lib.1.Comment.in Matthæum.*

Filia Principis bene calceata, quæ caput ſerpentis contriuit. *Idem lib. 6. Commentar. in Cantic. Canticor.*

Filia Regis, cuius gloria omnis ab intus. *Idem ſerm.2.in Aſſumpt.B.M.V. & Guarricus Abbas ſer.1.de Aſſump.SS.M.V.*

Filia Sion. *D.Bernard. ſer.1. in Annunc. B. Mariæ Virg. Io: Picus lib.1. in Cantic. cap. 10. & Ludouicus Bloſius in Endologia 3. ad B.V.*

Filia Principis, quæ accincta, & calceata mundi gloriam calcabat, & angelicam excellentiam eminebat. *Petrus Cellenſis ſerm.6. de Aduentu.*

Filia cæleſtis Ieruſalem, quæ ſurſum eſt Mater noſtra. *Philip. Abbas Tom. 6. moralitat. in Cantic. Canticorum.*

Filia gratiæ vnica, & ſingularis. *Idem lib.6. in Cantic.Canticorum cap.8.*

Filia lucis lucens, non habens opera tenebrarum. *Idem lib.2,in Cantic.Canticor. cap.10.*

Filia Patris æterni. *Idem lib.4.in Cantic.Canticorum cap.21. D.Laurent.Iuſtinian.ſerm. de Purificat.B.M.Vig. & Bernard.de Buſtis in Mariali ſerm.2.de Coron. B.M.V.*

Filia Principis, cuius greſſus, id eſt, actus non ſuſpenſa claudicatio deturpauit, non puellaris leuitas vagos, & inſtabiles accuſauit; ad infirma, & egena mundi huius elementa morbus aridus non retorſit, exactorque improbus ab eis quicquam tributarium non extorſit; tam pulchræ valetudinis, tam validæ pulchritudinis extiterunt, & in hac pulchritudine tanta conſtantia perſtiterunt, vt magis admiratio, quam enarratio conueniat laudatori, cum non ſolum expreſſio, ſed & prælibatio ſufficere valeat auditori. Quam pulchri ſunt geſſus tui in calceamentis Filia Principis. *Philippus Abbas libr.6. in Cantic. Canticorum cap.15.*

Filia Sponſi cæleſtis. *Idem ibidem.*

Filia Principis Dei excellenter per gratiam adoptionis. *Guillelmus Paruus in c.7.Cantic.*

Filia Principis præclara, quæ Patrum exemplis decentiſſimè calceata inattritis greſſibus ibat de virtute in virtutem, & in æmulando virtutes Patrum, ipſos etiam Patres quorum ſe æmulatricem eſſe gaudebat, præcipua puritate affectuum, & prærogatiua actionum tranſcendebat. *Idem ibidem.*

Filia Principis, id eſt Dauid, qui Princeps in Populo Dei fuiſſe legitur, de cuius ſemine, quia Virgo propagatur, eius filia appellatur. *Honorius Auguſtod. in Sigillo B.M.*

Filia Altiſſimi Regis Patris Cæleſtis. *D. Franciſcus orat.2. ad SS. Virginem Mariam.*

Filia gratiæ, cum omnes alij naſcantur filij iræ. Eph. 2. quod ſignatum eſt in, hoc quod fuit Filia Annæ, quæ gratia interpretatur. *Rich. à S.Lauren.de Laud.SS.Virg. lib.1.*

Filia gratię Dei, quod eſt in hoc, quod fuit Filia Annæ, quæ interpretatur gratia. *Idem de Laud. SS. Virg.lib.6.*

Filia Ieruſalem in Aſſumptione, quando tranſlata eſt ad viſionem pacis æternæ. *Idem ibid.*

Filia Iudæ, qui interpretatur laudans, confitens, & glorificans; nam de perceptis beneficijs Deũ laudauit, & glorificauit, dicens: Magnificat &c. & confeſſa eſt ab eo eſſe quidquid boni perceperat dicẽs: Fecit mihi magna qui potens eſt. *Idem ibidem.*

Filia Patris abſcondita. Eccleſ. 42. illam enim inuenit Angelus clauſam in thalamo. *Idem ibidem.*

Filia Principis, id eſt, Chriſti, ſecundum Deitatem, qui eſt Princeps Regum terræ. Apocal. 1. *Idem ibidem.*

Fi-

Filia, propter paternam ei circà eam ſollicitudinem, & propter paternæ nobilitatis cuſtodiam, ne ab illa degeneraret. *Idem ibid.*

Filia, quam inſtruit Spiritus ſanctus in Pſal.44. Audi filia, & vide, audi, vt ſcholaris, quæ verſaris in ſchola Spiritus ſancti, cuius ſchola eſt fidei, & morum, & bonorum operum. *Idem ibidem.*

Filia Regis Dauid ſecundum carnem, quia regali ex progenie, cuius omnis gloria ab intus in fimbrijs aureis. Pſalm.44. *Idem ibid.*

Filia Summi Regis, id eſt, Dei Patris, per creationem gratiæ, cuius gloria, quod hoſpita, & triclinium totius Trinitatis, cuius gloria teſtimonium conſcientiæ bonæ, cuius omnis gloria ab intus, quando Chriſtum geſtabat in vtero, qui dicit de ea Zachariæ 2. In gloria ero in medio eius. *Idem ibidem,*

Filia Sion, quando Mater facta eſt Saluatoris, qui ſuam in nobis reformauit imaginem per Adam veterem deformatam. *Idem ibidem.*

Filia Tyri, quod interpretatur anguſtia nam in Filij paſſione, cum eius animam gladius Filij pertranſiret, vere poterat dicere cum Suſanna Daniel. 13. Anguſtiæ mihi ſunt vndique *Idem ibidem.*

Filia Principis cincta byſſo caſtitatis, & virginitatis aſtricta balteo. *Ioann. Hailgrin. in .7. Cantic. Canticorum.*

Filia Adonai. *D. Bonauent. in Expoſitione ſuper Salue Regina.*

Filia à ſummo Domino benedicta. *Idem in Speculo B. Mariæ Virg. cap.8.*

Filia Domini, qua nulla nobilior. *Idem ibidem.*

Filia Domini ſingulariter. *Idem ibidem.*

Filia nobiliſſima Domini Patris. *Idem ibidem.*

Filia nobiliſſima nobiliſſimi Regis. *Idem ibidem*

Filia ſummæ æternitatis. *Idem ibidem cap.8.*

Filia Summi Regis, quæ odore præ cæ cuncta lilia. *Idem in Canticis Pſalterij B.M.V.*

Filia Principis, cuius greſſus, id eſt actus, pulchri fuerunt in calceamentis, id eſt, in exemplis ſanctorum Patrum: ipſe nempè ſtudioſè imitabatur virtutes, & exempla præcedentium Patrum, ac in omnibus ſtrenuè exequebatur. *Albertus Magn. ſer. in Dom.7. poſt Trinitatem.*

Filia Principis, quam Deus ſibi plurimum peculiarem elegit, ac diſtinxit ab alijs. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.50.*

Filia ſumma Dei, in eſſe gloriæ, gratiæ, & naturæ, & in perfectiſſima imitatione, habens plenitudinem ſapientiæ, gratiæ, famæ, exemli, patientiæ, immunitatis culpæ. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.211.*

Filia Prophetarum. *Iacobus de Voragine ſerm.6. de Aſſumptione B.M. Virg.*

Filia Principis, enius greſſus pulchri in calceamentis, ſunt nobilitas, virginitas, fœnnditas, nobilitas generis, integritas carnis, & mentis, fœcundiras prolis: cuius calceamenta ſunt affectus, effectus, prnfectus, exceſſus, affectus in meditationibus, effectus in operationibus, profectus, in deſiderijs, exceſſus in gaudijs. *Alanus de Inſul. in c.7. Cantic.*

Filia Principis, Dei videlicet, qui eſt Princeps Principum, & Dominus Dominantium, qui eam ſpecialiter per gratiam genuit, ſpecialiter informauit, ità tamen Dei Filia, quod & eius Mater intacta. *Idem ibidem.*

Filia, quę Matrem ſuam, ſeilicee Euam vitæ peperit. *Idem in Anticlaud. lib.5.*

Filia primorum Parentum. *Iacobus Monachus orat. de Natiuitate B.M.Virg.*

Filia Aminadab. *Matthæus Cantacuzen. in cap.7. Cantic. Canticorum.*

Filia Salomonis. *Idem in cap.1. Cant. Cantic or.*

Filia à Deo data. *Iacob. Monach. in Marial. or.3.*

Filia, cuius res ſunt admirandæ, & peregrinæ, & prętęr expectationem, quæ in ea ſunt. *Idem in Mariali orat. 2.*

Filia Dauid, per generationem generoſa, ſed Filia Dei per adoptionem multo generoſior; Filia autem Ieruſalem, id eſt, Ciuitatis ſupernæ facta per imitationem. *Ern. Prag. in Mariali cap. 128.*

Filia omnium Patriarcharum. *Idem in Mariali cap.140. D. Bonauent. in Speculo B.M.V. cap.2. Dion. Carth. lib.1. de Præcat. B.V.M. Bernard. de Buſtis ſer.2. de Aſſumpt. B.M.V. & Rober. Bellarmin. in Conc. de Natiu. B.M.V.*

Filia primogenita Iob, id eſt Dei, quam vocauit Diem, vt dicitur Iob in fine. *Ern. Prag. in Mariali cap. 11.*

Filia Regia Regis cæleſtis, quæ inſtar Filię Regis Ægypti, qnæ aſſumptum ex aquis infantulum nutriri fecit, & adoptauit in filium. Exod. 2. quemcumque pœnitentem in aquis lachrymarum vagientem vidie, miſerta eius aſſumit, nutriri facit, & in Filij locum adoptat. *Idem in Mariali cap.122.*

Filia Chriſti, imitatione voluntatis eius. *D. Birgitta in Reuelationib. extrauagantib. c.37.*

Filia benignis. *Barth. de Piſis lib.1. de Laud. Virg. fructu 8.*

Filia Dei ſuper omnes chariſſima. *Ioannes Gerſon. Tract.5. ſuper Magnif.*

Filia Sapientiæ. *Idem tract.9. ſuper Magnif.*

Filia Deo reſeruata. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Præſentat. B. Virg. M.*

Filia præſtantiſſima ſuorum Parentum. *Idem in orat. de Natiuitate B.M. Virg.*

Filia prædilecta ęterni Patris. *D. Lauren. Iuſtin. de triumphali Chriſti Agone cap.7.*

Filia prędilecta æterni Patris. *Idem in ſerm. Natiuitat. B. Mariæ Virg.*

Filia ſummi Regis per glorioſam adoptionem. *D. Bernardin. Senenſis Tom.1. ſer.52.*

Filia Principis miſericordię. *Martin. de Magiſtris in Expoſit. ſuper Cantieum Salue Regina.*

Filia adoptiua Regis ęterni. *D. Antonin. in ſumma 3. par. tit.31. cap.5.*

Filia gratię, ſemper in perſona, quamuis natura filia irę. *Anton. Pocq. ſer.10. de Conceptione B. Mariæ Virg.*

Filia

Filia Principis, id eſt, Abrahæ. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 3.*

Filia pulcherrima, honeſtiſſima, & amabilis omnibus. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. c. 6.*

Filia Regis æterni, non ſolum per creationem, ſed & per adoptionem gratiæ ſuper omnes alios ſanctos. *Idem in ſumma par. 3. tit. 31. c. 3.*

Filia chariſſima Spiritus ſancti, quam Spiritus ſanctus ſingulariſſimè viſitauit, gratioſiſſimè adimpleuit, atque præ omnibus liberaliſſimè ſuperimpleuit. *Dionyſ. Carthuſ. lib. 2. de Laud. SS. Virg. art. 26.*

Filia præclariſſima Filij ſui. *Idem de Laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 1. art. 3.*

Filiæ præcordialiſſima Patris æterni. *Idem lib. 2 de Præcat. B. Mariæ Virg. art. 14.*

Filia prædilectiſſima Dei omnipotentis, quam ipſe Deus miſericordiſſimè, paternaliter, & inceſſanter cuſtodiuit, direxit, & protexit in omnibus. *Idem lib. 2. de Præc. B. M. V. art. 18.*

Filia præſtantiſſima Patriarchæ Abrahæ, non tam carnis propagine, quam fidei æquitate: Credidit enim Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam; & Maria Beata, quia credidit, verumtamen pluſquam Abraham hæc. *Idem lib. 3. Deprec. B. V. Mariæ art. 1.*

Filia Principis, id eſt, Vnigeniti, id eſt, Princeps Pacis, ratione creationis, & adoptionis atque æternæ prædeſtinationis, & ſingulariſſimæ prouiſionis: cuius greſſus, id eſt actus, & effectus fuerunt pulcherrimi, quia ſanctiſſimi nulla culpæ admixtione vnquam fuſcati, ſed perfecti, & multę ſupererogationis contentiui. *Idem in Can. art. 24.*

Filia electiſſima æterni Patris. *Ioan. Mauburnus in Roſario de gloria SS. Virg. membro 6.*

Filia lucis æternę. *Bernardin. de Buſtis in officio Conception. B. Mariæ Virg.*

Filia dileCtiſſima Patris æterni. *Claud. Rap. Cæleſtinus ſer. 2. de Concept. B. M. Virg.*

Filia generoſa, & formoſa Dauid Regis, electa à Rege, qui regit, & creauit omnia. B. *Caſimirus Poloniæ Princeps in hymo de B. M. V.*

Filia cęleſtis Imperatoris. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 3. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Filia gratiæ, vitę, & benedictionis. *Ioann. Picus lib. 1. in Cantic. cap. 7.*

Filia Principis omnium Principum. *Idem lib. 3. in Cantic. cap. 7.*

Filia dileCtiſſima Dei Patris, plus habens in occultis ſuis, quam mens capere poſſit, humana lingua proferre, ac calamus ſcribere. *Dionyſ. Fab. tract. 1. de Concept. B. Virg.*

Filia gratię electa. *Ludouicus Bloſius in Endologia 3. ad B. M. Virg.*

Filia Principis, cuius greſſi pulchri ſunt, ſed pulchrior quieta præſentia ſubſiſtentis. *Ioan. à Ieſu Maria Tom. 2. oper. ſuor. tract. de Myſt. Theol. pag. 65.*

Filia Sion, & prudentiſſima Virgo, quę aſſiſtis Filio tuo pro nobis in veſtitu deaurato circundata varietate, & veſtimentorum tuorum fragrantia eſt, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Deus. *Idem ibidem pag. 66.*

Filia Ieruſalem ornata monilibus, quam adamauit Dominus, quę pignoribus amoris tui exhilaras corda deprecantium te, imbue me amore tuo, & ſuper omnia deſiderabilia mundi deſiderabo te. *Idem ibidem.*

Filia Sion formoſa valde, cuius gratiam expetiuit anima mea, iaculare cito ſpicula amoris tui in viſcera mea, & copſige non timore, ſed amore tuo carnes meas, quę didicerunt deſiderare te. *Idem ibidem.*

Filia Abrahæ. *Robert. Bellarmin. in Conc. de Aſſumptione B. Mariæ Virg.*

Filia ſui Filij. *Idem Conc. 11. de Partu B. M. V.*

FILIOLA multorum miraculorum, ac ſeduum. S. Io: *Damaſc. orat. 1. de Natiu. B. M. V.*

Filiola pulcherrima, & ſuauiſſima. *Idem ibidem.*

FIMBRIA, non deaurata, ſed aurea, quia eius cor totum verſum erat in aurum, id eſt, in amorem diuinum. *Bernard. de Buſt. ſerm. 1. de Vita B. Mariæ Virg. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 13. Coronæ nouæ B. M.*

Finis feſtiuitatis noſtræ. *S. Methodius homil. de Purificat. B. Mariæ Virg.*

Finis teſtamentorum, quæ nobis fecit Deus. *Andreas Cretenſis orat. 3. de Dormit. B. M. V*

Finis maledictionis, quæ Æuę iam olim fuerat irrogata. S. *Sophron. orat. in Chriſti Natalitia.*

Finis maledictionis. *S. German. Conſtant. ſer. in Natiuitate B. Mariæ Virg.*

Finis oraculorum, & promiſſorum à Deo nobis datorum. *Idem ibidem.*

Finis ſuſpiriorum noſtrorum. *Idem or. 2. in Præſentatione B. Mariæ Virg.*

Finis dolorum omnium. S. *Ioan. Damaſcen. in Menæis Græcor. die 27. Ianuarij.*

Finis noctis. D. *Petrus Damian. ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg.*

Finis figurarum. *Petrus Bleſ. ſerm. 38.*

Finis damnationis. *Innocentius Papa III. ſer. 2. de Aſſumptione B. Mariæ Virg.*

Finis vitiorum. *Idem ibidem.*

Finis culpæ originalis. *D. Bonauent. in lib. de Eccleſiaſtic. Hierarchia par. 4. circa finem.*

Finis iræ. *Idem in Pſalterio minori B. Mariæ Virg. Quinquagena 1.*

Finis dormitionis, quia fecit finem vitijs, & peccatis. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſer. 2. D.*

Finis promiſſionum ab Oraculis factarum. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 2. & Greg. Nicomed. ora. 1. de Præſent. B. M. V.*

Finis noſter poſt Filium ſuum. *Henric. Suſo c. 20. Dialogi Sapientiæ, & Miniſtri eius.*

Finis malę dormitionis, id eſt peccati. *Bernar. de Buſt. ſerm. 3. de Aſſimilat. B. M. V.*

Finis noctis culpę *Idem ſer. 2. de Aſſimil. B. M. V.*

Finis ineſtimabilis tenebrarum. *Maurit. de Villaprobata ſer. 31. Coronæ nouæ B. M.*

FIRMAMENTVM credentium. *D. Greg. Thaumaturg. orat. 2. in annunciat. B. M. V.*

Firmamentum Eccleſiæ noſtræ *S. Ioan. Chryſoſt. orat. in Hipap.*

Firmamentum gloriæ inæſtimabilis, à Deo conſolidatum, ac diuinarum virtutum ſplendoribus, velut aſtris perornatum, quibus lucem ſuam propagat vſque ad fines vniuerſi. *S. Sabbas in Menæis Græcorum die* 2. *Iulij.*

Firmamentum ſanctorum Martyrum nullo impetu conuellendum. *Idem in Menæis Græcorum die* 11. *Iulij, & S. Ioſeph hym. in ſuo Mar.*

Firmamentum cæli, in quo Deus licet ſemper benedicatur ab omnibus, ſpecialiter benedicitur, ſicut ſcriptum eſt Daniel 3. Benedictus es Domine in firmamẽto cęli; cum enim Dei opera omnia benedicant ei, quoniam nulla tam deſpecta creatura eſt, quæ non aliquo ſingulari beneficio laudem Dei videatur continere, excellentius tamen benedictus eſt in firmamento cæli, id eſt, in Maria, non ſolum quia ipſa cæteris creaturis ſingulariter prȩeminet, verum etiam, quia luminarium ſuorum, id eſt virtutum ornatu multiplici inſtar Firmamenti, miram Dei potentiam in ſe mirabiliter oſtendit, quæ luminaria producta ſunt, non tantum, vt nocte luceant, ſed vt diſtinguant diem, & noctem, id eſt vitia, & virtutes, & illuminent terram, id eſt terrenos, ſicut de Firmamento dicitur. *Idiota de* B. *Maria Virg. par.* 14. *contemplat.* 12.

Firmamentum, quia ſuis amatoribus diuidit aquas ab aquis, id eſt illos, qui prius erant fluxibiles per peccata, & vitia, eleuat à fluxu vitiorum ad deſiderium æternorum, quando ſcilicet de puluere egenum, & pauperem de ſtercore eleuat, pauperem ſpiritu, ſeu humilem, vt ſedeat cum Principibus, id eſt cum Angelis in cæleſtibus. *Idem ibidem.*

Firmamentum firmum fidei. *Andr. Creten. ſ. orat.* 2. *in Annunciatione.*

Firmamentum fidelibus à Chriſto datum, continentiæ nos robore maturè accingens, *Anonymus in Menais Græcorum die* 4. *Martij.*

Firmamentum mundi. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio aquæ benedictæ minor.*

Firmamentum Populi. *Idem in Canone ad Sanctiſſ. Deiparam, qui extat in Rituali Græcorum pagina* 813.

Firmamentum nouum, & ſupremum, cuius altitudinem cæli ipſi collaudant. *S. Georg. Nicomed. orat.* 3. *de Concept. SS. Deiparæ, & Iacobus Monac. in Mariali orat.* 1.

Firmamentum humi inclinatorum. *S. German. Conſtant. orat.* 2. *in Præſent. B. M. Virg.*

Firmamentum animæ noſtrę. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl.* B. *M. Virg.*

Firmamentum cordis noſtri. *Idem ibidem*

Firmamentum eorum, qui in præceps deturbati ſunt, doloſa fraude bellatoris hoſtis per cibum, quem comedit primus Parens. *Idem ibidem.*

Firmamentum fidelium, à tentationibus ſaluans eos, qui ipſam laudibus exornant. *Idem ibid. in S. Teclam Martyrem & S. Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Firmamentum validum ſalutis hominum. *Idem Can. in SS. Deipar.*

Firmamentum hominum piorum. *Idem ibidem.*

Firmamentum Sanctorum. *Idem ibidem.*

Firmamentum, in quo poſuit Deus Solem, & Lunam, Chriſtum, & Eccleſiam, & ſtellas prærogatiuas gratiarum multas. *D. Bernar. ſer.* 3. *ſuper Salue Regina.*

Firmamentum omnibus firmius ſimamentis, diuidens aquas ab aquis; affectus verò æternorum affectibus temporalium. *Idem ibidem.*

Firmamentum animarum noſtrarum. *Theod. Laſcb. Imper. in Can. ad SS. Virg.*

Firmamentum ſolitariorum. *Idem ibidem.*

Firmamentum actiuè, quia familiares ſuos, quãtumcumque fragiles, miſericorditer confirmat in bono, nam ipſa eſt, quæ dat laxo virtutem, & his, qui non ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Iſai. 40. Ideò Eccl. 3. dicitur de ſeruo Mariæ: In tempore caſus ſui inueniet Firmamentum. *Rich. à S. Laurentio de Laud. SS. Virg. lib.* 7.

Firmamentum aliis Dei operibus tripliciter prȩeminens, nempe conditionis ſpecie, quia tota pulchra, & ſine macula: Secundo magnitudine, quia Virgo, & Mater, nec cuiuslibet, ſed Dei: Tertio, & ſublimitate, quia benedicta eſt inter mulieres, & ſuper omnes Angelos, & animas ſanctas, ad dexteram Filij in throno gloriæ collocata. *Idem ibidem.*

Firmamentum à terra per mundi contemptum; ipſa enim eſt illa Regina Auſtri, quæ venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. Luc. 11. *Idem ibidem.*

Firmamentum cæli, id eſt Eccleſiæ. *Idem ibidem.*

Firmamentum, de quo dicitur Pſalm. 18. Opera manuum eius annunciat firmamentum; manus enim; quibus operatus eſt Dominus quæcumque fecit in Virgine, ſapientiæ, & potentię eius: hæc autem opera annuntiauit, & manifeſtauit Apoſtolis, & Euangeliſtis ipſa B. Virgo, quaſi Euangelium, id eſt, bonum nuntium, quia Chriſto aſcendente, magiſtra facta eſt eorumdem, vel aliter ſpecialia Dei opera, de quibus dicit Propheta Pſalm. 142. In factis manuum tuarum meditabar; ſunt opera paſſionis, & noſtræ redemptionis, quæ ipſa annuntiauit, vnde B. Lucas, qui plenius deſcribit Dominicam paſſionem, Euangelium ſuum ab ea dicitur didiciſſe. *Idem ibidem.*

Firmamentum, de quo Pſal. 71. Erit firmamentum in terra in ſummis montium; in terra enim ſunt homines infirmi, quos ipſa firmat in bono: ſunt etiam homines iuſti, in quibus ipſa confirmat virtutes collatas eiſdem: quod autem ſequitur in ſummis montium, hoc de Apoſtolis intellige, qui ſunt ſummi inter mõtes, id eſt inter omnes Sanctos: & cęlo propinquiores, in quibus ipſa poſt Filij aſcenſionem confirmauit ſcientiam nouæ legis; quando de Sion exibit lex noua, & verbum Domini de Ieruſalem. Mich. 4. *Idem ibidem.*

Fir-

Firmamentum, de quo ſpecialiter dictum eſt. Dan. 3. Benedictus es Domine in firmamento cæli; cum enim opera Domini prædicant ei, quia nulla tam deſpecta creatura eſt, quæ non aliquo ſingulari beneficio laudem Dei videatur continere: excellentius tamen benedictus eſt in firmamento cæli, quod eſt Maria: non ſolum quia ipſa ſingulis creaturis ſingulariter præeminet, verum etiam quoniam luminum ſuorum, ideſt virtutum ornatu multiplici inſtar firmamenti, miram potentiam in ſe mirabiliter oſtendit. *Idem ibidem.*

Firmamentum diuidens aquas ab aquis. Gen. 1. ideſt, delicias cæleſtes à delicijs terrenis; nam inſtar firmamenti aquas ſuperiores, id eſt, delicias cæleſtes habuit ſuper ſe per deſiderium: aquas verò, id eſt delicias terrenarum, ſeu carnalium voluptatum habuit ſub ſe per contemptum. *Idem ibidem.*

Firmamentum in ſuis amatoribus, diuidens aquas ab aquis, id eſt, eos, qui prius erant fluxibiles per peccata, & vitia, eleuãs à fluxu vitiorum ad deſiderium æternorum. *Idem ibidem.*

Firmamentum paſſiuè, pro ſui firmitate, quia ſic confirmata eſt in bono, vt nequaquam mortaliter, ſeu venialiter poſſet peccare. *Idem ibidem.*

Firmamentum, quia ſi Firmamentum eſt ſplendidiſſimum, Maria fuit ſplendidiſſima per luminaria virtutum, & ſcientia ſcripturarum. *Idem ibidem.*

Firmamentum, quia ſi Firmamentum in diſpoſitione mundi, nouiſſimum eſt, & ſupremum, Maria nouiſſima, & vltima fuit creaturarum Dei in oculis ſuis per humilitatem, ideò ſuprema facta eſt, & præcellens omnes creaturas per exaltationem, quia qui ſe humiliat exaltabitur. Luc. 14. & qui plus ſe humiliat in oculis ſuis, in Dei conſpectu ampliùs exaltabitur. *Idem ibidem.*

Firmamentum, quia ſi Firmamentum, licet velociſſimè, & continuè voluatur, locum tamen non mutat: Maria, licet continuè moueretur ad bona exercitia, & de virtute in virtutem procederet, locum tamen proprium, id eſt, humilitatem, quæ eſt proprius locus iuſti, non mutauit. *Idem ibidem.*

Firmamentum, quo ad nos, quia ſuos firmat in bono, & in ipſis firmat in bono gratias, & virtutes. *Idem ibidem.*

Firmamentum quo ad ſe, quia firmata in omni virtute, & gratia. *Idem ibidem.*

Firmamentum virtutis, quia dat firmamentum virtutibus, quas ſuis orationibus impetrat ſernis ſuis à Filio, & confirmat eis ipſas virtutes. *Idem de Laud. SS. Virg. lib. 2. & 8.*

Firmamentum forte. *D. Bonauent. in Pſalterio minori* B. M. *V. Quinquagena 2.*

Firmamentum mirabile totius Religionis. *Idem in Pſalterio* B. M. *Virg.*

Firmamentum omnium. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Ieremiam Proph.*

Firmamentum, quod ſecundo die poſitum eſt in medio aquarum, quod habet fixas ſtellas in ſui ornamẽtum, & diuidit aquas ab aquis, habet enim ſtellas duodecim, id eſt, omnium Sanctorũ in capite ſuo: poſita in medio aquarum, id eſt, Sanctorum vię, & Sanctorum Patriæ, diuiſa prius ab vtriſq; exiſtens ſupra communem ſtatum viæ, & infra ſtatum Patriæ communicans, cum vtriuſque: habens cum ſuperioribus virtutum perfectionem, cum inferioribus merendi conditionem; item cum ſuperioribus iucunditatem, ſecuritatem contra caſum, cum inferioribus poſſibilitatem ad meritum. Item cũ ſuperioribus exultationem, cum inferioribus cordis paſſionem. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 160.*

Firmamentum in medio aquarum, quæ ſunt ſuper cœlos, & illarum, quæ ſunt infra cœlos, id eſt, Sanctorum viæ, & Patriæ, nam tamquam media communicauit cum vtriſq; cum ſuperioribus, qui ſunt in Patria, habens omnimodam virtutum perfectionem, cum inferioribus, qui ſunt in mundo, habens merendi conditionem cum ſuperioribus habens ſecuritatem contra caſum, cum inferioribus poſſibilitatem ad meritum: cum ſuperioribus exultationem, cum inferioribus cordis compaſſionem. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 11.*

Firmamentum caſtitatis. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

Firmamentum ſtellis perfuſum. *Idem in Mariali orat. 6.*

Firmamentum cæli, in quo benedictus eſt Dominus. *Ern. Prag. in Mariali cap. 4.*

Firmamentum propter cuſtodiam Angelorum. *Idem ibidem.*

Firmamentum, quia ſtabilis in propoſito. *Barthol. de Piſis, lib. 1. de Laud. SS. Virg. fructu 8.*

Firmamentum ratione ſtabilitatis in bono. *Idem ibidem fructu 2.*

Firmamentum poſitum in medio aquarum, id eſt, in medio Angelorum, & hominum. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 4.*

Firmamentum, quia nata in mundo ſemper firma fuit in Domino. *Idem ibidem.*

Firmamentum in medio aquarum, id eſt, Sanctorum, qui ſunt in via, & qui ſunt in Patria; ipſa enim tamquam media communicauit cum vtriſque, nam cum ſuperioribus, qui ſunt in Patria habuit omnimodam virtutum perfectionem, cum inferioribus vero, qui ſunt in hoc mundo habuit merendi conditionem. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 1. de Nominat. Beatæ Mariæ Virg.*

Firmamentum in medio aquarum, id eſt virginum, & coniugatarum, virgines confirmans in propoſito caſtitatis, & coniugatas in ſtudio bonæ operationis. *Idem in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M. Virg.*

Firmamentum noſtrum, & refugium. *Arnold. Buſtius cap.1. §.1. lib. de patron. & patrocin. Deip.V.M. in Carmeli Ordin.& Theod. Laſch. Imper. in Can. ad SS.Virg.*

Firmamentum vnicum in fide. *Io:Trithem.lib.1. de Mirac.B.V.M. in Vrticeto cap.6.*

Firmamentum virtutis. *Maurit.de Villaprobata ſerm.8. Corona nouæ B.Mariæ.*

Firmamentum in terra. Pſal.71. *S.Tho.de Villanoua Conc.3.de Natiuit.B.M. Virg.*

FIRMITAS ſublimium. *S.Ioan.Damaſcen.in Paraclet. B. M. Virg.*

Firmitas eorum, qui ſtant. *S. Ioſeph. Hymnograph.in Mariali.*

Firmitas Martyrum. *Idem ibidem.*

Firmitas Eccleſiæ militantis. *Albert. Magn. ſer. in Feſto SS. Innocentium.*

FISCELLA bitumine illata intrinſecus, & extrinſecus, prudentia nimirum, ac pietate exornata, in qua ſpiritualis Moyſes myſtico ſeruatur Pharaone, cuius filia gencilis, nempè Eccleſia in virgineis eum vlnis enutriens promiſſionem accipit, recipiendi æternę vitæ mercedem. Exod. 2. *S.Proclus in orat. 6. quæ eſt de Laud.B.M.Virg.*

Fiſcella,in qua venit in Ægyptum huius mundi Dominus. *Hugo de S. Victore lib.4.Erudition. Theologicar. 2. tit. 6.*

Fiſcella ſcirpea, qua Moyſes, id eſt, Saluator circumſcriptus eſt. *Idem lib.2.Erudition.Theologicar.ex Miſcellaneor.2. tit.1.*

Fiſcella valida, intrinſecus omne bonum continens. *Idem lib.4.Erudition. Theologicar.ex Miſcellaneor. 2. tit.6.*

Fiſcella bitumine linita, ac pice, id eſt ornata munditia, ac humilitate; virum enim ſe non cognoſcere aſſeruit, quod perfectæ eſſe caſtitatis nemo ambigit, & Ancillam Domini ſe vocauit, quod magnę, ac profundæ humilitatis eſt. *Adam Præmonſtrat.lib.1. ſer.16.*

Fiſcella pice, ac bitumine linita, quia omnipotenti Deo picem humilitatis in mente, & bitumen obtulit caſtitatis in carne. *Idem ibid.*

Fiſcella abſconſionis, in qua Deus poſuit Infantulum, id eſt, Chriſtum in incarnatione. Exod. 2. *Albertus Magnus in Biblia Mariæ ſuper libr. Exodi.*

Fiſcella ſcirpea. Exod. 2. in qua vagit noſter Moyſes verus Legislator, & Dux, & Liberator Populi, quæ bitumine illita fuit, intus, præſentia Deitatis, extra, continentia perpetuæ caſtitatis, nè alicubi ſubintraret aqua, & rumperet, & ſubmergeretur flumine noxiæ, & illecebroſæ carnalitatis. *Idem in Poſtillis ſuper cap.1. Lucæ.*

FLAMMA, quæ illum cultè in vtero, qui montium vertices ità combuſit, & flamma incorporeas veſtit virtutes. S. *Io. Chryſoſt. orat. 7. in Sanctiſſ.Deipar.Virg.*

Flamma lucens, & ardens, qua luminaria extincta accenduntur, & inaccenſa conualeſcunt; ex eius enim charitate, quæ aſcendit in cor Dei, illumq; ad ſe attrahit, reuiniſcunt, qui in peccatis ſunt mortui, & tepidi, quaſi fumus nigri, in charitate diuina conualeſcunt. *D.Birgitta lib.1.Reuel.cap.50.*

Flamma,in qua apparuit Deus incarnatus. *Bernardin.de Buſtis ſerm.2. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Flamma inter Seraphim. *Idem in Mariali ſer.2. de Coronat. B.Mariæ Virg.*

Flos vitæ immaculatus. *Gregor. Thaumat. orat.1. in Annunc.B.Mariæ Virg.*

FLOSgratiæ,& totius conſolationis. *D.Ephrem. in ſerm.de Laud.B.M.V.*

Flos Campi,de qua ortum eſt pretioſum Lilium conuallium. *D.Auguſtin.ſer.2.de Annunc.SS. Virg.Mariæ. S. Io. Damaſcenus orat.1. de Aſſumptione B.M.V. D.Fulbertus Carnotenſ. ſer. 3. de Natiuit.SS.Virg. D.Bonauent.in ſer.1. de B. Virg. Mariæ & Bernardin. de Buſtis in Marialiſerm.6.*

Flos incorruptionis. *Andr. Cretenſ. ora. 2. in Annunciatione.*

Flos virginitatis à Deo germinans. *Idem Can.in Natiuit. B.V.M. Ioan.Geometra ſer.in Annunciat.SS.Dei Genitricis. Idiota in orat.ad B. M. Virg.D.Bonauent.in Expoſit.ſuper Salue Regina, & Martinus de Magiſtris in Cant. Salue Regina.*

Flos nouus è terra, quem polus arce colat. *Venant.Fortunat. Elegia in Laud.SS. Mariæ. Virg. & Matris Domini.*

Flos immortalitatis odorem afflans ſempiternum, cuius fructus omnibus illum ſumentibus vita eſt, & incorruptio, & perpetua duratio. *S. Georg. Nicomed. in orat.3.de Conceptt. Deiparæ Virg.*

Flos cunctis tinctorum coloribus, omni conſtans virtute condimentum verſicolorius, ex qua flos ſimilis ſimili, materna expreſſione accurata conſurgit, ſuper quem requieſcunt ſeptem ſpiritus, vt ſcriptura dicit. *Idem or.4. de Natiuitate B.M.Virg.*

Flos ex natura humana electus. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

Flos integritatis purpuraſcens,& dulce fragrãs. *Idem ibidem.*

Flos purpurei, aureiq; coloris puritatis ſpirans ſuauiſſimè. *S.Io.Damaſc.in Can.SS.Deip.*

Flos naturæ ſelectus, atque eximius. *Idem ibid. Theodorus Laſchus Imper. in Can. ad SS.Deip. & Emanuel Paleol. Imper. orat. de Dormit. Sanctiſſ. Virg.*

Flos apparens. *Io.Geometra ſerm. in Annunciat. SS. Dei Genitricis.*

Flos apprime tenax, benè olens, & vtrimque conſpicuo ornatu, & dotibus ingenij. *Idem in B.M.Virg. Hymn.2.*

Flos pulchritudine. *Hugo de S.Victore ſerm. in Natiuit.vel Aſſumptione B. M. Virg.qui eſt in ordine 34.*

Flos æternus. *D. Anſelmus in Hymn.1. B. Dei Genitricis Mariæ.*

Flos

Flos concauus per humilitatem: in hac autem concauitate, id eſt merito humilitatis Beatæ Virginis, quam reſpexit Deus, attulit nobis mel diuinitatis; per humilitatem enim, & virginitatem Beata Virgo placuit Domino, ſed per fidem concepit nos, per auram concepit, id eſt per fidem auditorum ab ea, quia fides ex auditu, ideo mel, & lac, ſub lingua eius. *Idiota de B. V. M. par. 14. contempl. 41.*

Flos lenis, & ſuauis ad tangendum lenitate, & manſuetudine, quę maximè patet in aduocatione peccantium; reuocat enim dulciter auerſos à ſe, ſuſcipit hilariter reuertentes ad ſe, & ſemper pro peccatoribus orat libenter, & ſibi ſupplicantibus dat gratiam affluenter. *Idem ibidem.*

Flos leuis peccati immunitate: fuit namque ſine pondere peccati, quod animam deprimit in gehennam, fuit etiam leuis obedientiæ adimpletione. *Idem ibidem.*

Flos mundiſſimus, & odoriferus in virginitate, quoad carnem in humilitate, & deuotione, quoad animam; & in vtroque quoad diuinitatis inhabitationem. *Idem ibidem.*

Flos, qui non viſus ſpargit odorem; licet enim Beata Virgo non videatur in præſenti intuitu corporali, ſpargit tamen odorem gratiarum, & virtutum ſuarum ſuper nos. *Idem ibidem.*

Flos ſpecioſus, id eſt omnimoda ſpecioſitate plenus, qua ſuperlatiuè participat pulchitudinem omnium florum, quia quidquid pulchritudinis habent cęteri Sancti in parte, habet Beata Virgo in toto. *Idem ibidem.*

Flos tempora venuſtans, quia de ea canitur: Cuius vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias, ſcilicet militantem, & triumphantem. *Idem ibidem.*

Flos tenuis in triplici ſubſtantia, ſcilicet corporali per abſtinentiam & carnis maceratione, ſpirituali, ſcilicet in anima per ſummam humilitatem, terrena per voluntariam paupertatem. *Idem ibidem.*

Flos tener per manſuetudinem, per peccatorum compaſſionem, per dilectionem pręcipuam. *Idem ibidem.*

Flos venalis, quæ concepit florem, id eſt benedictum Filium ſuum in tempore florum, hoc eſt in Vere. *Idem ibidem.*

Flos ſuaueolens perpetuæ virginitatis, ad quem Apis, quæ inter lilia paſcitur, & florigeram inhabitat patriam Angelorum, aduenit, eiq; inſedit, & adhæſit. *D. Bernar. ſerm. 2. de Aduentu Domini.*

Flos virginum. *Philipp. Abbas lib. 4. in Cantic. Canticorum cap. 6.*

Flos purificatus irrigationibus ſpiritus. *Idem ibidem.*

Flos æquoſus, id eſt, ſuccoſus, cuius ſuccus, pietas, & compaſſio cordis eius, vel abundantia gratiarum, vel lachrymæ tempore Dominicæ paſſionis, & poſt Filij aſcenſionem. *Richard. à Sancto Laurentio de Laud. Sanctiſs. Virgin. lib. 12.*

Flos aromaticus per ſuaueolentę opinionę, vndè dicitur ei Cant. 1. Curremus in odorem vnguentorum tuorum; cuius odor maximè in tribus conſiſtit, in virginitate quoad carnem, in humilitate, & deuotione quoad animam, in vtraque quoad Deitatis inhabitationem. *Idem ibidem.*

Flos candidus, & lilium, per virginitatem, & innocentiam, & immunitatem peccati. *Idem ibidem.*

Flos caput ornans, quia Maria Chriſtum caput noſtrum veſtiuit, & induit glorioſa humanitate. *Idem ibidem.*

Flos concauus per humilitatem; ſua enim concauitate, ideſt, merito humilitatis ſuę, quam reſpexit Deus, id eſt, approbauit, attulit nobis ipſa mel Diuinitatis. *Idem ibidem*

Flos communis, quia expoſitus omni tempore volenti capere ad delectabiliter intuendum, ad ſuauiter odorandum, ad vtiliter colligendum. *Idem ibidem.*

Flos croceus per ſapientiam, & charitatem, quæ notantur in auro; crocus enim crines habet aureos. *Idem ibidem.*

Flos delicatus, vndè ſignificatur pe Suſannam, quę interpretatur lilium, de qua dicitur Daniel. 13. Quod erat delicata nimis, & pulchra ſpecie. *Idem ibidem.*

Flos hyacinthinus, qui coloris cæleſtis eſt; Mariæ enim conuerſatio in cælis erat, ad Phil. 1. *Idem ibidem.*

Flos inclinis per obedientiam, iuxta doctrinam ſpiritus, qui ei dixerat: Inclina aurem tuam Pſalm. 44. omnes enim flores, vel ferè omnes in partem alteram inclinantur, ſicut patet in lilio, roſa, & viola. *Idem ibidem.*

Flos lazzurinus, qui coloris eſt cęleſtis, per voluntariam paupertatem, quia Regnum cęlorum præmium eſt paupertatis Matth. 5. niſi enim fuerit voluntaria, non eſt cæleſtis coloris, ſed terreni, & ſicut lazzuri color pulcher eſt, & prætioſiſſimus, ſic & paupertas coram Deo. *Idem ibidem.*

Flos lenis, per manſuetudinem, & benignitatem, vnde ei canit Eccleſia: Virgo ſingularis inter omnes mitis; ipſam enim non inueniunt peccatores ſcrupuloſam. *Idem ibidem.*

Flos leuis, ideſt, ſine pondere peccati: vnde, & dicitur nubes leuis. Iſai. 19. leuis etiam per virtutum multitudinem, quæ igneæ naturæ ſunt. *Idem ibidem.*

Flos liuidus, quia mœte compaſſa eſt Filio patiente, vndè dicit Cant. 1. Fuſca ſum, quia decoloraut me Sol, ideſt Filius meus, mortis Eclypſin patiens. *Idem ibidem.*

Flos Matrem glorificans, ideſt herbam, vel arborem, vel terram, de qua naſcitur; Mariæ enim gloria, laus, & honor eſt, & lætitia Matris ſuæ. *Idem ibidem.*

Flos medicinans; in flore enim Mariæ, qui eſt Chri-

Chriſtus, inuenta eſt humani generis medicina, vnde Eccl. 38. Altiſſimus creauit medicinam de terra carnis virgineæ. *Idem ibidem.*

Flos mundus per virginitatem, & omnimodam innocentiam, quia nihil inquinatum incurrit in illum florem. Sap. 7. *Idem ibidem.*

Flos non viſus, ſpargens odorem; licet enim Mariam non videant fideles animę in præſenti intuitu corporali, tamē adoleſcentulæ currunt in odorem ipſius Cant. 1. *Idem ibidem.*

Flos paſcens apes, ideſt, contemplatiuos, & ſibi deuotos, quaſi quadā mellea dulcedine, & eis ceram cum melle miniſtrans, ideſt humanam naturam Chriſti cum melle Deitatis. *Idē ibidē.*

Flos purpureus, vt viola, quia Regi Regum conueniens; purpura enim Regibus conuenit, vel purpureus per martyrium animæ, quia ſanguis, quo ſignatur martyrium, purpurei coloris eſt. *Idem ibidem.*

Flos recreans pulchritudine, & odore caput, id eſt, principale mentis deuotè de ea meditantibus. *Idem ibidem.*

Flos rorificatus; ſuſcepit enim Filium Dei in incarnatione, quaſi rorem melleum, & inde tota facta eſt rorifica, & mellita. *Idem ibidem.*

Flos rubeus, vt roſa per pulchritudinem naturalem, per verecundiam virginalem, per eximiam charitatem, per patientiam ſingularem, & affectum Martyrij. *Idem ibidem.*

Flos ſpecioſus, ideſt, omnimoda ſpecie dilectionis plenus, quia ſuperlatiuè participat pulchritudinis omnium Sanctorum. *Idē ibid.*

Flos ſubtilis, ſicut patet in floribus vitis, & coryli; tam ſubtilis enim fuit eius fœcunda virginitas, quod eam Diabolus non potuit explorare, nec homo comprehendere. *Idē ibid.*

Flos templa venuſtans; de Maria enim canitur: Cuius vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias militantem, ſcilicet, & triumphantem. *Id. ibid.*

Flos tener per manſuetudinem, per pietatem, per peccātium compaſſionem, per dilectionem tenerrimè diligens corpus, & membra Filij ſui, ideſt Eccleſiam, & vniuerſos fideles. *Idem ibid.*

Flos tenuis in triplici ſubſtantia, corporali per temperantiam, & carnis macerationem, ſpirituali, ſcilicet in anima per ſummam humilitatem, terrena per voluntariam paupertatem, vel temporalium, ſi ea vnquam habuit, largam erogationem. *Idem ibidem.*

Flos viridis per virorem fidei, quæ non emarcuit in ea tempore Dominicæ paſſionis, ſicut in omnibus alijs: ideò dicitur de ea Prou. vlt. Non exſtinguetur in nocte Dominicæ paſſionis lucerna eius, id eſt, fides. *Idem ibidem.*

Flos Carmeli. *S. Simon Stock Carm. in orat. ad Deiparam Virg. & Thomas Bradleyus in Tract. de Fundat. Ordin. Carm. cap. 2.*

Flos ætatis. *Idem ibidem.*

Flos Lilij. *Idem ibidem.*

Flos mulierum. *Idem in Pſalterio minori B. M. Quinquagen. 1.*

Flos Regalis. *Idem ibidem.*

Flos vernalis. *Idem in Laude B. Virg.*

Flos Virginalis. *Idem in Litanijs Pſalterij. B. Mar.*

Flos Florum, Florem ſeruans pudicitiæ, quæ nunquam emarcuit. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 1. Luc. Idiota de B. M. Virg. part. 14. Contempl. 41. D. Bonau. in Laud. B. Virg. & D. Brigitta lib. 3. Reuelat. cap. 30.*

Flos multę pulchritudinis, & ſuauitatis in Regno Cœlorum. *Idem ſerm. in Feſto S. Ceciliæ Virg. & Mart.*

Flos Virginum. *Idem in Poſtillis ad cap. 10. Luc. Philippus Abbas lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 6. & D. Thomas de Villanoua ſerm. 1. de Annunc. B. Mariæ Virg.*

Flos, ideſt, florida per virtutum amęnitatem. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 1. M.*

Flos de radice Ieſſe emanans. *Matthæus Cantacuz. in cap. 1. Cant. Cantic.*

Flos, ex quo fructus natus eſt vitę. *Idem in cap. 2. Cant. Cantic.*

Flos benedictionis. *Iacob. Manach. orat. de Natiu. Virgin. Mariæ.*

Flos, ex quo expreſſum fuit pretioſiſſimum vnguentum, & noſtrę formationis ſuauis odor efflauit. *Idem ibidem.*

Flos gaudij, ſuaue olentiam ſpirans, & triſtitiæ noſtræ ſubmouens amaritudinem. *Idem ibid.*

Flos immarceſſibilem efflorens dulcedinem. *Idem ibidem.*

Flos adorabilis toti Cœlo, & mirabilis Sanctorum choro. *Ioan. Hondemius in Hym. de Variis Encomijs Deiparæ Virg.*

Flos incomparabilis, Trinitati ſummæ ſpectabilis. *Idem ibidem.*

Flos omnium. *Idem in Hymno de Excellentia. B. Virg. ſuper omnia.*

Flos, cuius odor fuit dulcedo amoris, & quia amor eius fuit incomparabilis, ideo odor eius fuit inæſtimabilis. *Ern. Prag. in Mar. cap. 74.*

Flos de ſpinis ortus. *Idem ibidem. & D. Bonau. in Pſalt. min. B. Virg. Quinq. 2.*

Flos florum, ob cuius gratiam inæſtimabilem credimus ſapientiam Dei ab æterno Ciuitatem ſuam floris nomine intitulaſſe; Nazareth enim flos interpretatur: merito nāq; ipſa Virgo floris retinet primatum; ipſa enim ſola ſine exemplo edendo fructum, florem non perdidit. *Idem ibidem.*

Flos florum permanens non marceſcens, non decidens, ſed aſcendens: Flos, inquit, de radice eius aſcendit, quod tam de Matre, quam de Filio poteſt intelligi. *Idem ibdem.*

Flos noſter, de quo ſi ſapimus colligere nobis poterimus, & conficere fauum iucundæ habitationis, mel dulciſſimæ refectionis, oleum miſericordiæ, & curationis, & electuarium internæ conſolationis; de ipſis enim floribus conficiunt Medici, & Pigmentarij oleum, & electuarium, & accipiunt Apes, vndè ſibi conſtituunt fauum ad habitandum, & mel ad comedendum. *Idem ibidem.*

Flos flores omnes, id eſt omnes electos, qui ab Adam fuerunt in mundi horto plantati, ex

cel-

cellens in odore bonæ vitæ, & humilitatis, in pulchritudine gratiſſimæ virginitatis. *D. Brigitta lib.1. Reuelat. cap. 32.*

Flos plenus omni dulcedine. *Eadem lib.1 Reuelation. cap. 51.*

Flos, qui creuit in valle, & ſuper omnes montes ſe dilatauit. *Eadem lib.3. Reuelat. cap.30.*

Flos, qui nutriebatur in Nazareth, & in Libanũ ſe diffundebat. *Eadem ibidem.*

Flos omnis innocentiæ - *Bartbol. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fructu. 2.*

Flos gratiſſimi odoris, Cœlis veluti percolatus. *Iſidorus Theſſalon.in orat. de Natiuit.Virgin.* M.

Flos iucundus. *Idem orat.de Aſſumpt.* B. Mariæ

Flos præcipuus naturæ. *Idem orat.de Annunc.* B. *V.*

Flos nitens. *D. Laurent. Iuſtin.in lib.de Caſto Connubio Verbi, & Animæ cap.9.*

Flos Filij. *Ioan. Gerſon.ſerm.de Concept. Virg.* M.

Flos campi, ideſt, horti deliciarum, videlicet, Paradiſi Cœleſtis. *Dionyſ.Carth.in Cant.art.8.*

Flos campi, ideſt. militantis Eccleſiæ in terra peregrinantis, cuius ipſa eſt Mater, Flos Regina, & Aduocata, ſuis orationibus, ac meritis procurans Eccleſię ornamenta virtutum, ac redolentiam meritorum. *Idem ibidem*

Flos, cuiuslibet animę deuotę eam amantis, cuius memoriam nunquam ingreditur fine fructu, & ſine ſuę diffuſione dulcedinis. *Idē ibi.*

Flos incomparabilis. *Idem in Cant. art. 5.*

Flos ſuauiſſimus. *Idem ibidem.*

Flos venuſtiſſimus, ac pulcherrimus Paradiſi cœleſtis. *Idē lib.de Laud.Virgin. artic.15.*

Flos vernantiſſimus, pulcherrimus, ac redolentiſſimus campi, ideſt, ſęculi huius, in quo tamquam loco certaminis ſumus conſtituti, quia militia eſt vita noſtra ſuper terram. *Idem in Cantic.artic. 3.*

Flos roſarum in diebus vernis Eccleſ. 10. *Idem ſerm 1. de Aſſimilat.* B. *Mariæ & Mauritius de Villa Probata ſerm.21. Coronæ nouæ* B. *Virg.*

Flos, & Paradiſus amenus. *Arnold. Boſſius in Prolog.de Patronatu Deiparæ Virg.in ſibi dicatum. Carmeli Ordin.*

Flos cęleſtis pulchritudinis. *Ioan.Trith. lib.1.de Mirac.* B. *Virgin Vrticeto cap. 6.*

Flos conuallium. *Ludouic. Bloſ.in Endol.2. ad. V.*

Flos humani generis. *Rupert. Bellarm. Conc. 1. ſuper Miſſus eſt.*

Flos primus Eccleſię. *Idem Conc.4.ſup.Miſſus eſt.*

FLVENTVM ſemper viuum fidei noſtræ. *Andr. Creten. Cant.in Partum.* B. *Virg.*

Fluentum immortalitatis, quod caſum ſubleuauit pauperis Adę, & ad primum gaudium reduxit. *S. Io.Damaſ. in Octoec. Græcor.*

Fluentum perenne medicaminum nobis emanans. *S. Ioan Damaſ.in Paracl.* B. *Virg.*

Fluentum incorruptionis. S. *Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Fluentum perennepropitiationem exundans, & ſcaturigines exſiccans. *Theod. Laſch. Imper. in Cantic. SS. Deiparæ.*

Fluentum vitę ęternę populis. *Idem ibidem.*

FLVMEN totius bonitatis ex Paradiſo procedens, ineffabilium gratiarum ſuarum copioſiſſima dona omnibus ſeruis ſuis ſemper concedens. S. *Ioan. Damaſ.in. Paracl.* B. *Virg.*

Flumen, de quo dicitur Pſal. 45. Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei; lętificat enim B. Virgo ciuitatem Dei, ideſt vtramque Eccleſiam, & fidelem animam. *Idiota de B. Virg part.14. Contempl.26.*

Flumen Iordanis, in quo Naaman ſepties ſe lauando purgatus eſt à lepra 4. Reg. 5. quia peccatores à lepra peccati curantur, ſi ſepties in Beata Virgine lauentur. Primo ſcilicet ei obſequium imponendo. Secundo nomen eius magnificando. Tertio totã ſpem in ea ponendo poſt Deum. Quarto amicorum eius defectus ſupplendo. Quinto per orationem denotam ſe ei humiliter oſtendendo. Sexto ſua negotia ei commendando. Septimo omnes virtutes optando. *Idem ibidem.*

Flumen Phiſon, quia ſicut Flumen Phiſon habet ortum à Paradiſo, & in arenis eius gemmæ pretioſæ inueniuntur, ſic ſacratiſſima Virgo ortum habuit ab eo, qui eſt Paradiſus deliciarum, & in ea gemmæ pretioſæ inueniuntur, & dona gratiarum, per quarum opera, præmia æterna donantur. *Idem ibidem.*

Flumen, quia ſicut Flumen exiſtentes in mari vehit, ſic Virgo peritiſſima exiſtentes in naui Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ per fidem veram vehit ad portum ſalutis æternæ. *Idem ibidem.*

Flumen, quia ſicut Flumen in ſuo ortu paruum eſt, ſed poſtea multum augmentatur, ſic Virgo inuiolata parua fuit in principio per humilitatem, ſed tandem ſupergreſſa eſt Angelorum dignitatem, nec ex augmento aliquem, qui eſt miſericordia, vnquam mutauit, ſed iugiter defluit, quia in gratia ſancti Spiritus perſeuerans continuo nos irrigat. *Idem ibidē.*

Flumen, quia ſicut flumen loca vicina fœcundat, ſic largiſſima Virgo fœcundat conſcientias ſibi per amorem adhærentes, fœcundat namque eas verbis ſanctarum ſcripturarum, cogitationum, & meditationum, floribus honeſtorum deſideriorum, folijs ſanctorum verborũ, fructibus bonorum operum, virore vernantiũ exemplorum, & ſine iſto flumine omnia areſcunt. *Idem ibidem.*

Flumen ſanctiſſimum, in quo natus eſt ille piſcis vnicus, & ſempiternus Ieſus Chriſtus Filius eius benedictus, qui quaſi piſcis captus eſt in aquis generis humani, hamo noſtræ mortalitatis, vt vitam nobis conferret ſempiternam, in quo inuentus eſt ſtater redemptionis noſtræ. *Idem ibidem.*

Flumen accendens ſitim, hoc eſt deſiderium æternorum, cum ipſa ſit mare, vel ſitim gratiæ, vnde ipſa dicit Eccleſ. 24. Qui bibunt me, adhuc ſitiunt. *Richa. à S. Laurea. de Laud. Virg. lib. 9.*

Flumen, cuius impetus lætificat Ciuitatem Dei. Pſalm. 45. id eſt vtramque Eccleſiam, & fidelem animam. *Idem ibidem.* Flu-

Flumen cuius inſpectio ædit viſum, intellectum ſcilicet ad cognitionem, affectum ad dilectionem. *Idem ibidem.*

Flumen Dei repletum aquis, id eſt charismatibus gratiarum. Pſalm.64. *Idem ibidem.*

Flumen, in quo natus eſt ille piſcis vnicus, ac ſempiternus, ſcilicet, Chriſtus Dominus, qui quaſi piſcis captus eſt in aquis generis humani hamo noſtræ mortalitatis, vt vitam nobis conferret ſempiternam, & in cuius ore inuentus eſt ſtater noſtræ redemptionis. Matth.17. *Idem ibidem.*

Flumen inundatione ſua prata fœcundans, & ſic generans paſcua vberrima, & implens omne animal benedictione, id eſt, bona datione. *Idem ibidem.*

Flumen natantes, & exiſtentes in naui vehens: natant autem illi, qui veterem hominem exuunt cum actibus ſuis, & deſiderijs, velut ſordidos pannos, & ad eius beneplacitum mouent pedes, & manus, id eſt affectus, & opera; portat etiam exiſtentes per veram fidem in naui Eccleſiæ Catholicæ. *Idem ibidem.*

Flumen, neceſſaria ciuitati animæ apportans, & hoc quando Verbum caro factum eſt in ea, qui omnia omnibus factus eſt, vt quantum in ſe eſt, lucrifaciat omnes. 1. Cor. 9. *Idem ibidem.*

Flumen, quia ſi Flumen leuia ſecum trahit, Maria trahit ſecum non oneratos peccatis mortalibus. *Idem ibidem.*

Flumen, quia ſi Flumen loca vicina fœcundat, Maria fœcundat conſcientias ſibi amore adherentes, & hoc herbis ſanctarum cogitationum, & meditationum, floribus honeſtorum deſideriorum, foliis ſanctorum verborum, fructibus bonorum operum, virore vernantium exemplorum. *Idem ibidem.*

Flumen, quia ſi Flumen locum adiacentem munit, Maria piè excubat in circuitu Populi ſui, id eſt Chriſtianorum. *Idem ibidem.*

Flumen, quia ſi Flumen piſces nutrit, & maximè ſquamoſos, & mundos, Maria nutrit iuſtos habentes ſquamas, & pinnulas virturum, quibus dant ſaltus ſuper aquas. *Idem ibidem, & Idiota de B.V. par.14. contempl.26.*

Flumen, quia ſi Flumen ripis ſuis adiacentem conſumit, Maria orationibus ſuis, & exemplis conſumit terrenitatem in cordibus amatorum ſuorum. *Idem ibidem.*

Flumen, quia ſi Flumen ſemper aquam recipit à fonte, Maria à Domino, qui eſt fons aquæ viuæ. Ierem.2. vel à diuina plenitudine, vt nobis de ipſa refundat. *Idem ibidem.*

Flumen ſitim extinguens, ſcilicet ſitim temporalium, exemplo ſuæ paupertatis, & ſic de alijs vitijs. *Idem ibidem.*

Flumen ſordes purificans, beneficio enim iuſtificationis per Chriſtum omnia immunda nobis abſtulit. *Idem ibidem.*

Flumen vacua replens ſi ſint ei propinqua, quia humilibus, qui ſuos defectus attendunt, dat gratiam, cuius eſt Mater. *Idem ibidem.*

Flumen ſapientiæ. *D. Bonauent. in Litanij Pſalterij Beatæ Virg. M.*

Flumen voluptatis, in quo non niſi retibus aureis, id eſt, meditationibus, & ſtudijs amoroſis, piſcatum eſt. *Ern. Prag. in Marial. c.13.*

Flumen bonitatis, Mater gratiæ, miſericordiæ Regina, quæ nocentiſſimos, abominabiles etiam Dæmonum vernaculos, ſi vel ſemel oculos ad eam leuauerint, à ſua gratia non repellit, verum ſinu recipit benigniſſimo, & receptos Filio conciliat creatori. *Arnold. Boſtius cap.4.5.1. lib. de patron. & patrocin. Deip. V.M. in ſibi dicatum Carmeli Ordin.*

Flumen benedictum. *Bernard. de Buſt. ſerm.3. de Aſſimilat. B.M.V.*

Flumen inexauſtæ pietatis. *Io. Tritthem. lib.1. de Mirac. B.V. in Vrticeto cap.6.*

FLVVIVS vitæ perennis, quo effici poſſumus immortales. *Andr. Cretenſ. orat.3. de Dormitione B.M. Virg.*

Fluuius currens, fonte quacumque ex parte clauſo; Mater enim fuit abſque paſſione eorum, quæ mulieribus accidunt; peperit tamquam mulier, non tamen vt mulier corrupta eſt, iuxta legem naturalem geſtauit in vtero, quoniam tempus pariendi præſcriptum expectabat, veruntamen concepit præter legem naturalem. *Iſichius ſer.2. de Laud. SS.V.M.*

Fluuius aromatum ſpiritus plenus. *S. Io. Damaſc. orat.3. de Aſſumpt.*

Fluuius vadens cum impetu, in quantum lætificat Ciuitatem Dei. *Idiota de B. Virg. part.5. contempl.3. Iacob. de Voragine ſerm.5. & Mauric. de Villaprobata ſer.28. Coronæ nouæ B.M.*

Fluuius vitæ inexhauſtus. *Theodorus Laſch. Imper. in poem. B. Virgin. M. & S. Io. Damaſc. orat.3. de Aſſumpt.*

Fluuius inſulas circumiens, illos videlicet, qui tunduntur fluctibus tribulationum, vtilitati omnium ſe exponens: nam voluntas eius eſt omnibus prodeſſe, qui proprium alueum, qui eſt miſericordia, nunquam mutans, iugiter defluit, quia in gratia ſancti Spiritus perſeuerans continuo nos irrigat, niſi per noſmet ſteterit. *Rich. à S. Laurentio de Laud. San. Eliſ. Virg. lib. 9.*

Fluuius, quia ſi fluuius paruus in ortu ſuo, poſtea multum quandoque augumentatur: Maria paruа prius per humilitatem, tandem ſupergreſſa eſt angelicam dignitatem. *Idem ibidem.*

Fluuius gratiæ. *D. Bonau. in Laud. B.V.M.*

Fluuius ſapientialis. *Idem in Litanijs Pſalterij B. Mariæ Virgin.*

Fluuius iucunditatis. *Alber. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſis.*

Fluuius magnus. *Idem in Biblia Mariæ ſuper libr. Ioſue.*

Fluuius medicinalis, curans vulnera vitiorum. *Ern. Prag. in Marial. cap.28.*

Fluuius

Fluuius voluptatis, ex quo accipimus aquam ad peccatorum ablutionem, oleum ad vitiorum curationem, lac ad puritatis, & innocentiæ reparationem, butyrum ad deuotionis pinguedinem, mel ad contemplationis dulcedinem, ignem ad perfecti amoris beatitudinem. *Idem in Mariali cap.* 23.

Fluuius, quia deuotionem impetrat. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de Laud. SS. Virg. fructu* 8.

Fluuius Paradiſi Eccleſiæ, ad irrigandum ligna fructifera Eccleſiæ. *D. Antonin. in ſum.* 3. *par. tit.* 31. *cap.* 3.

Fluuius clementiæ, pulchrior Sole, melleque dulcior. *Arnold. Boſtius cap.* 4. *§.* 1. *lib. de patron. & patrocin. Deip. Virg. in ſibi dicatum Carmeli Ordin. & D. Anſelmus Lucen. ſuper Salue Regina.*

Fluuius cæleſtis. *Bernardin. de Buſt. ſerm.* 3. *de Aſſimilat. B. M. Virg.*

Fluuius fœcundas animas herbis, & floribus ſanctorum deſideriorum. *Idem ibid. ſer.* 12.

Fluuius, in quo gemmæ pretioſiſſimæ inueniuntur. *Idem ibidem.*

Fluuius pietatis. *Idem ibidem ſerm.* 23.

Fluuius aquę viuæ ſplendidæ tanquam Cryſtallum, procedens de ſede Dei, & Agni, multiplicium repletus aquis gratiarum ad mortalium ſalutem. *Io. Picus lib.* 1. *in Cant. c.* 6.

Fluuius Dorix, id eſt generationis medicamentum, non viperarum, aut veprium, ſed virtutum germina ſancta faciens, irrigans, ac Domino incrementum dante multiplicans. *Idem ibidem.*

FODINA vnde prodijt lapis, totam terram tegens à nullo inciſus. *Iſychius ſerm.* 2. *de Laud. Sanctiſſ. Virg.*

FOECVNDITAS beata, quæ pariendo impleuit mundum, hæreditauit cælos, nec amiſit velamina virginitatis. *S. Leander. in Regula, & inſtitutione Virginum edita Moguntiæ ex Typographia Ioan. Albini* 1616.

Fœcunditas infœcundarum. *Iacobus Monachus in Mariali orat.* 1.

Fœcunditas Parentum. *Idem in Mariali orat.* 2.

Fœcunditas ſterilis naturæ. *Idem in Mar. or.* 6.

FOEMINA felix, felicem geſtans vteri ſinuamine fœtum. *Iuuencus in hiſtor. Euangelic. lib.* 1. *& S. Bern. in orat. Rythm. ad Dominum Ieſum.*

Fœmina, quę in ſanctificatione virginitatis manens, fœcunditatis benedictionem poſſedit. *D. Baſilius homil.* 25. *de humana Chriſti generatione.*

Fœmina innupta. *Aurelius Prudentius in Pſychomachia de pugna pudicitiæ, & libidinis.*

Fœmina inuiolabilis, per quam Deus mundi huius intrauit hoſpitium, clauſtrum virginei pudoris naſcendo conſeruans. *D. Gaudent. tract.* 2. *de Lectione Euangelij.*

Fœmina circumdans virum. *D. Auguſtin. ſer.* 5. *de Natiu. Domini, qui eſt de tempore, & D. Bernar. hom.* 2. *de Laud. Virg. ſuper Miſſus eſt.*

Fœmina incorrupta. *Idem in ſer.* 1. *de Natiu. Domini, qui eſt* 5. *de tempore.*

Fœmina inculpabilis. *Idem ſerm.* 17. *de Natiuit. Domini, qui eſt* 21. *de tempore.*

Fœmina intacta. *Idem ſerm.* 7. *de Natiuit. Domini qui eſt* 11. *de tempore.*

Fœmina non ſolum ſpiritu, verum etiam corpore Mater, & Virgo. *Idem in libro de S. Virginitate.*

Fœmina, quæ Authorem gratiæ ſine maſculo concepit, & peperit. *Idem ſerm.* 20. *ad Fratres in Eremo.*

Fœmina, quæ virum neſcieus, Filium portauit. *Idem lib.* 2. *de ſymbolo ad Cathecum. c.* 5.

Fœmina ſupra fœminas benedicta, quæ & Virum non cognouit, & Virum in vtero circumdedit, quæ concubitu carnali non tangitur, & tamen carnea prole de ſpirituali ſemine gratulatur. *Idem ſerm.* 5. *de Natiuit. Domini, qui eſt* 9. *de tempore.*

Fœmina virum ſine viro concipiens. *Idem lib.* 2. *de Symbolo ad Cathecum. cap.* 5.

Fœmina vitæ. *Idem lib.* 3. *de Symbolo ad Cathecum. cap.* 4.

Fœmina, per quam omnes homines vitam meruerunt. *S. Petrus Chryſolog. ſer.* 142.

Fœmina, quæ ſola ſine exemplo placuit Chriſto. *Sedulius lib.* 2. *ſuorum Carmin.*

Fœmina, per quam ſaluati ſumus per primæ mulieris inobedientiam periclitantes. *D. Eleutherius ſerm. de Natali Domini.*

Fœmina mortalia gignens, & diuina ferens, per quam Mediator in orbem prodijt. *Arator Subdiacon. lib.* 1. *Hiſtoriæ Apoſtolicæ.*

Fœmina partus fruge potens, virginitate placens. *Venantius Fortunatus elegia in Laud. Sanctiſſ. Mariæ Virg.*

Fœmina concipiens in ſigno non in vſu: in admiratione, non in coniunctione fœtoſa exiſtens: in nouitate miraculi, non in vetuſtate parienſ coniugali: incorruptione virginea fecundata, non in fœdere nuptiali. *D. Ildephonſ. in lib. de Virginit. S. Mariæ cap.* 3.

Fœmina, quam Filius ità poſt exitum nouit, ſicut ante conceptum inuenit. *Idem ibidem cap.* 10.

Fœmina, quam partus virginem ſeruauit, & generatio virginem habuit. *Idem ibidem.*

Fœmina remoto viro parturiens virum. *Idem ibidem cap.* 8.

Fœmina virginalibus ſimul, & maternis ſeruiens officijs. *Idem ibidem cap.* 3.

Fœmina intelligentiæ vi Angelis ſuperior. *Georg. Nicomed. orat.* 3. *de Præſent. B. M. V.*

Fœmina, vti gloria incomparabilis, itaut ſupplicationem efficacitate ſemotis à materia mentibus omnibus Deique famulis prælata, quæque ab ipſo datore accepit, vt eius preces nunquam in caſſum caderent. *Idem orat. in SS. Martyres Coſmam, & Damianum.*

Fœmina, cuius perſonam diuites plebis ſupplices deprecantur. *S. Io. Damaſc. orat.* 1. *de Natiuitate B. Mariæ Virg.*

Fœmina Dauid Regis Filia, ac Dei omnium

Regis Mater. *Idem ibidem.*

Fœmina Dei Mater. *Idem ibidem.*

Fœmina defiderabilis, ac ter beata. *Idem ibidem.*

Fœmina ſummo Regi Deo tamquam fimbrijs aureis circumamictam virtutum elegantiam offerens Spiritus ſancti gratia coronatam, cuius gloria interna eſt; vt enim fœmineo omnis gloria maritus eſt foris prodiens, ſic Dei Genitricis gloria interna eſt, nimirum, ventris fructus. *Idem ibidem.*

Fœmina Virgo, de qua qui concipi delegit, non niſi naſci de fœmina credi facile quiuiſſet, quoniam de ſexu fragilioris humanitatis, qui delegit exortum nequaquam humanæ natiuitatis modum ſalua virginitatis integritate contenderet. *Ratramnus Corbeienſis in Opuſc. de Partu B. Virg. cap. 1.*

Fœmina, quæ tegmine vteri ſui virginalis circumdedit virum, nempè Chriſtum, qui in ipſo momento ſuæ conceptionis fuit vir perfectus quoad ſapientiam, & virtutem, & etiam quoad lineamenta, & organizationem membrorum. *Idiota de B. M. V. par. 8. contempl. 15.*

Fœmina Angelis mirabilis. S. *Anſelm. in orat. ad B.* M. *Virg.*

Fœmina mirabiliter ſingularis, & ſingulariter mirabilis, per quam elementa renouantur, iuferna remediantur, homines ſaluantur, Angeli redintegrantur. *Idem ibidem.*

Fœmina plena, & ſuperplena gratiæ. *Idem ibidem.*

Fœmina angelicis etiam rationibus ineffabilis, quæ adhuc carnali ſepta pariete, illud incomprehenſibile lumen tulit, quod neque humanus, neque cæleſtis Spiritus, non dicam totum tolerare, ſed etiam peruidere non poſſit. *Guib. Abb. in lib. de Laud. S. Mariæ c. 2.*

Fœmina gloriosa, cui de ingenita maieſtate tantus ſplendor acceſſit, vt eius gloria decorem angelicum exceſſerit. *Idem ibidem.*

Fœmina, quę licet proportionaliter, diuinum quiddam tota eſt. *Idem cap. 13.*

Fœmina habens Filium Deum. *Goffridus Abbas ſerm. de Purificat. S. M. V.*

Fœmina honorabilis, & prædicabilis. *Idem ſer. 4. in Natiuit. Domini.*

Fœmina Virgo. *Idem ſerm. 2. in Natiuit. Domini & D. Bernard. in ſerm. de B. M. cuius initium eſt Aue Maria.*

Fœmina, per quam mundi tenebræ in lucem claruerunt. *Hugo de S. Victore Expoſit. in Cantic. Canticor. cap. 39.*

Fœmina deſideriorum. *Ruper. Abbas lib. 1. Commentariorum in Cantic. Canticor.*

Fœmina armatura omni fortiori inſtructa contra Principes tenebrarum. *D. Bern. in Deprecatione ad Virg. Mariam.*

Fœmina fortis ad bella doctiſſima. *Idem in Deprecat. ad Virg. Mariam.*

Fœmina inæſtimabilis benignitatis. *Idem ibidem.*

Fœmina prudens, & humilis. *Idem homil. 2. de Laud. Virg. Matris ſuper Miſſus eſt.*

Fœmina ſingulariter veneranda, ſuper omnes fœminas adorabilis. *Idem ibidem.*

Fœmina, per quam vita intrauit in orbem terrarum. *D. Amadeus homil. 2. de Laud. Sanctiſs. Virgin. M.*

Fœmina beata. *D. Laur. Iuſtin. de Caſto connubio verbi, & Animæ cap. 7.*

Fœmina Deum pariens. *Idem ſerm. de Purificatione B. Mariæ Virg.*

Fœmina pauper. *Idem in ligno vitæ de Paupertate cap. 4.*

Fœmina ab omnibus, & ſuper omnia benedicta. *D. Bern. Senenſis Tom. 1. ſer. 61.*

Fœmina eleuata ad quandam æqualitatem diuinam, & quandam quaſi infinitatem perfectionum, & gratiarum. *Idem ibidem.*

Fœmina ſuper omnibus benedicta, quæ vnico ſuo partu omnibus generibus rerum ſummam, & vltimam perfectionem adduxit. *Idem ibidem.*

Fœmina beatiſſima, quæ circundedit, id eſt in vtero concepit, & habuit non à viro, ſed à Spiritu ſancto virum, id eſt Ieſum Chriſtum, maſculum, omni gratia, & ſapientia perfectum. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 37. quod eſt de miſſione Filii Dei ad Mariam.*

Fœmina nobilis, & fortis, quę liberè dedit cęlis gloriam, & terris Deum, peperit hominibus pacem, & fidem gentibus, finem dedit vitijs, virtutibus radicem, moribus diſciplinam, & omnium virtutum regulam, & quæcumque ad ſalutem animarum requiruntur, cunctas ſua ſanctitate illuſtrans Eccleſias. *Claud. Rap. Cæleſtin. ſerm. 2. de Conceptione B. Virg.*

Fœmina gloriosa ſuper omnes benedicta. *Mauritius de Villaprobata ſerm. 25. Coronæ nouæ B. Virgin.*

Fœmina mirabilis, in cuius vtero formatum eſt Verbum, quod ſine tempore æternaliter in ſinu Patris tenebatur occultum. S. *Thom. de Villanoua in Conc. 1. de Natiu. B. M. V.*

Fœmina amabilis, pia, prudens, generoſa, elegans, ſuſpicienda. *Ludouic. Bloſius in Endologia 1. ad B. M. Virg.*

Fœmina formoſa, præcellens, ſanctiſſima. *Idem in orat. quadam ad SS. Virg. quæ extat in eius ſcriniolo ſpirituali.*

Fœmina honeſtate admirabilis, & ſapientia ineffabiliter adornata. *Idem in Endologia 3. ad B. Virgin.*

Fœmina mente, & corpore puriſſima. *Idem ibidem.*

Fœmina totius elegantiæ, totiuſque ſanctimoniæ. *Idem in Endologia 2. ad B. V.*

FOENERATRIX carnis Deo, nullius alioquin indigenti. S. *Method. in hom. in Feſto Purificationis B. M. Virg.*

FOETVS gratiæ. *S. Ioan. Damaſcen. orat. 1. de Natiuitate B. M. Virg.*

FOE-

Fœtus promiſſionis. *Idem orat. 2. de Natiuitate* B. *Mariæ Virg.*

Fœtus ſanctiſſimus. *Idem orat.* 1. *de Natiuitate B. Mariæ Virg.*

Fœtus ſterilitatis. *Idem ibidem.*

Fœtus acerba ſententia potior, qui dilargitus eſt ad mundi fines lætitiam. *Leo imperator in orat. de Natiuit. B. Virg.*

Fœtus cœlorum. *Iſidor. Theſſalonic. orat. de Natiuitate B. Mariæ Virg.*

Fœtus creaturarum omnium, Deo conditore digniſſimus. *Idem ibidem.*

Fœtus omni ætate prudentior, ampliorque vniuerſa terra, & cœlo. *Idem ibidem.*

Fœtus ſalutaris, qui Dei digito ineffabilibus gratiarum formis depictus, & exornatus eſt. *Idem ibidem.*

Fœtus ſublimiſſimus omnibus, vno excepto Deo, ſuperior. *Idem ibidem.*

FOMES pietatis. *D. Bonauentura in Laude B. Virg. Mariæ.*

FONS propenſionis Filij erga genus humanum. *S. Methodius in hom. Feſti Purific. B. M. V.*

Fons lucis, qui cunctos in ipſum credentes illuminat. *D. Gregor. Thaumat. orat. 1. in Annunc. B. Mariæ.*

Fons perennis, in quo aqua viua ſcaturiuit, atque produxit Domini in carne aduentum. *Idem orat. 2. in Annunciat. B. M. V.*

Fons præſtantiſſimæ procreationis. *D. Ephrem. in ſerm. ſiue Tractatu de Margarita pretioſa.*

Fons ſpiritualis, ſiue fons Spiritus æterni hominibus. *Idem ibidem.*

Fons ſiguatus, de quo fonte, ille fluuius manat iuxta Ioel, qui irrigat torrentem, vel funium, vel ſpinarum, funium peccatorum, quibus ante alligabantur: ſpinarum, quæ ſuffocant ſementem Patrisfamilias. *D. Hieronym. in Apol. ad Pammach. pro libris aduerſ. Iouinian.*

Fons ſignatus ſigillo totius Trinitatis, ex quo fons vita manat. *Idem in Epiſtol. de Aſſumpt. B. M. V. ad Paulum, & Euſtochium, D. Bruno Carthuſ. ſerm. 1. de Laud. B. M. V. & D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 5.*

Fons perlucidiſſimus viuifici lacticis, S. *Amphyl. Sydæ Epiſc. orat. in S. Deiparam.*

Fons, ex quo vita ſcaturijt, nullo fine ſoluenda. *S. Sabbas in Menæis Græcor. die 3. Ianuarij.*

Fons perennis, ex quo fluunt ad animas noſtras curationes. *Euthichianus in vita S. Theophili.*

Fons habens vitam. *Andr. Cretenſis in Can. de Natiuitate B. M. Virg.*

Fons immortalitatis, qui non poteſt exinaniri. *Idem orat. 3. de Dormit. B. M. V.*

Fons nunquam deficiens diuinorum ſplendorum. *Idem ibidem.*

Fons, qui non poteſt exhauriri diuinarum illuminationum. *Idem ibidem.*

Fons ſcaturiens lucem. *Idem Cant. in Natiuit. S. Io. Præcurſoris.*

Fons ſpiritualis diuinarum prouidentiæ rationum, qua res noſtræ aguntur. *Idem orat. 1. de Dormit. B. Mariæ Virg.*

Fons vitæ perpetuus, quo omnes conſequi poſſumus immortalitatem. *Idem orat. 3. de Dormitione B. M. Virg.*

Fons immortalitatis, ex quo prodijt corruptionis corruptor, & mortis mortificator. *Anaſtaſ. Antiochenus in orat. 1. in Annunciatione B. Mariæ Virg.*

Fons ſignatus, quia flumen vitæ ex ea prodiens, repleuit terram, abſque eo quod ramus nuptialis fontem eius exhauriret. *Iſychius ſer. 2. de Laud. SS. Virgin.*

Fons lucis omnem hominem illuminantis. *Chryſippus ſerm. de S. Mariæ Deipara.*

Fons vitæ æternæ, animam noſtram eſtu cupiditatum exareſcentem per gratiam ſuam viuificans, atque de abundantia ſua adeo diuitem reddens, vt ſalutaribus fluentis manare non deſinat. *S. Sophron. in Menæi Græcor. die 18. Februarij.*

Fons Signatus, quia quando Deus, & homo natus eſt ex ea, fontem pudoris, aut ſanguinis integritatem non violauit. *D. Ildephonſ. lib. de Perpetua Virginitate S. M. Virg.*

Fons immortalis, qui ſolus in Chriſto aquam remiſſionis peccatorum effudit. *Anonymus in Menæis Græcorum die 12. Maij.*

Fons incorruptionis. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio communis ſupplicationis.*

Fons ſanctificationis, quem nemo vnquã exhauriet. *Idem in Menæis Græcorum die 24. Aprilis.*

Fons ſapientiæ, vnde ſapientia diuina omnibus eius cultoribus perfruenda proceſſit. *Idem in Menæis Græcorum die 2. Iulij.*

Fons remediorum congruorum. *Idem in Eucologio, ſeu Rituali Græcorum in officio in peſtilentialis morbi periculo.*

Fons reuera ſignatus, ex quo manant fluenta puriſſima, & irrigant orbem terræ; in quo limi, qui conturbabat, non ſunt deprehenſæ reliquiæ, ex quo procedens fluuius gratiarum, circuit vniuerſam, quæ eſt ſub Sole Religionem. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS. Dom. noſtræ Deiparen. quando fuit oblata in templo.*

Fons vitæ, quæ rorem vitæ ſcaturit, & interitum morti propinat. *Coſmas Hieroſolym. in Menæis Græcorum die 15. Auguſti.*

Fons aquas effundens. S. *Germ. Conſtan. in Præſent. B. Virg. & in Mariali Frag. 5.*

Fons diuinitus ſcaturiens, vnde agnitionis Dei currentia flumina limpidiſſimis, & puriſſimis orthodoxiæ aquis limum exportãt hæreticum. *Idem ibidem.*

Fons aquæ viuæ. *S. Io. Damaſc. orat. 3. de Aſſumpt. B. Virg. Ioſeph Hymn. in Mariali. Coſmas Veſtit. orat. in SS. Ioachim, & Annam Dei Genitricis Parentes. D. Petrus Damianus in Caminibus de Aſſumpt. B. Mariæ apud Surium tom. 7. Philip. Abbas lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 28. Maurit. de Villaprobata ſerm. 27. Coronæ nouæ B. Virgin. Mariæ.*

Fons auriſluus, vitæ æternæ verum nectar cœleſte

profundens. S. Ioan. Damasc. in Menais Græcorũ die 27. Ianuarij.

Fons corporis Domini, quod vitæ initium attulit. Idem orat. 1. de Assumpt. B. Mariæ.

Fons diuinis lymphis scaturiens. Idem orat. 4. de Natiuit. B. Virg.

Fons diuinus, exuberans aqua viuente. Idem in Menais Græc. die 27. Ianuarij

Fons dulcis mannæ. Idem orat. 2. de Assumpt. siue Dormition. B. Virg.

Fons, ex quo emanauit in mundum aqua immortalitatis. Idem in Paracl. B. Virg.

Fons, ex quo vita orta est. Idem orat. 2. de Assump. siue Dormit. B. Virg. & Can. 2. in Dorm. B. Virg.

Fons integritatis. Idem in Men. Græc. die 27. Ian.

Fons iustitiæ. Idem orat. 1. de Assumpt. B. Virgin.

Fons lętitię. Idem orat. de Natiuit. B. Virgin.

Fons medicaminum, ab animarum medico factus, vt nostris animabus mederetur. Idem in Paracl. B. Virg.

Fons minimè effossus aquæ refectionis. Idem orat. 2. de Assumpt. siue Dormit. B. Virgin.

Fons miraculorum. Idem orat. 1. de Natiuit. B. V.

Fons nos refrigerans siti ob peccata laborantes. Idem in Paracl. B. Virgin.

Fons omnis honesti. Idem ibidem.

Fons perennis fluenti. Idem in Can. Græc. sono 1.

Fons perennis veri luminis. Idẽ orat. 1. de Assump. B. Mariæ Virg.

Fons pietatis, extendens palmas manuum suarum, quibus omnibus omnium Dominus tanquam infans gestatus est, propter multitudinem bonitatis: nec derelinquens nos sperantes in eã vigilanti patrocinio suo, atq; immẽsa compassione sua miserans nobis, & parcens animabus nostris. Idem in Paracl. B. Virg.

Fons signatus, incorruptionis origo, quæ Christum vitæ fluentũ nihil lædis virginitatis signaculis edidit; cuius consortio immortalitatem adepti, ad Paradisum nunquam senescentẽ reducimur. Idem orat. 4. in Natiuit. B. M. V.

Fons vius, qui aquam vitæ peperit, irrigans animas nostras peccatorum incendio liquefactas. Idem in Paracl. B. Virg.

Fons vniuerso orbi afferens medicinam. Idem orat. 1. de Natiuit. B. Virg.

Fons aurifluus immortalitatis vero nectare fluens. S. Ioan. Damasc. in Cant. SS. Deiparæ.

Fons benedictionis. Idem ibidem.

Fons castitatis. Idem ibidem.

Fons diuinus, qui aquam vinentem emanauit. Idem ibidem.

Fons dulcedinis. Idem ibidem.

Fons, ex quo mel scatet animatum. Idem ibidem.

Fons lucis omnes illuminans. Idẽ in Offoec. Gręcor. & orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ.

Fons perennis diuinæ incarnationis, exqua vita principium habuit, ac salus omnium. Idem Can. 2. in Dormit. B. Mariæ.

Fons scaturiens medicaminum animas nutrientium ijs, qui fideliter ad eius illustrem protectionem confugiunt. Idem in Offoec. Græcor.

Fons scaturiens omnibus exultationem. Idẽ ibid.

Fons viuus, & copiosissimus, spiritualiter confirmans laudum suarum præcones, festa ei pompa, plausuque obsequentes. Idem Can. 1. in Dormit. B. Virg.

Fons signatus cœlesti gurgite pollens. D. Anthelm. lib. de Laud. Virg. versibus conscripto.

Fons signatus, quia incontaminatus, & incorruptus extitit sanguis, ex quo manauit vnda liquoris. Paschas. Ratber. lib. 2. in S. Matth. Euang.

Fons iugem animabus nostris lætitiam, & exultationem affundens. Theophanes Nicen. in Menæis Græcor. die 17. Ianuarij.

Fons aquam indulgentiæ, & remissionis scaturiens. S. Ioseph. Hymn. in Mariali.

Fons ex parua gutta scaturiens, & abissum salutis pariens. Idem ibidem.

Fons medicaminum. Idem ibidem.

Fons purus, ex quo Christus emanauit irrigans animas nostras omnium passionum æstu adustas. Idem ibidem.

Fons reformationis nostræ. Idem ibidem.

Fons beatissimus, ex quo manane riuuli gratiarum recreantes quoscumque ex eis haurire humiliter aquam gratiæ cupientes. Idiota de B. Virg. part. 14. Contempl. 24.

Fons clementiæ, abluens sordes animarum nostrarum. Idem ibidem.

Fons dulcedinis, ex quo fluunt riuuli gratiarum ad immundum peccatorem. Idem ibidem.

Fons hortorum omnes irrigans hortos, adquem currat fidelis si aridum fuerit eius cor rigari indigens. Idem de B. Maria part. 5. Contempl. 5.

Fons misericordiæ, quia sicut fons per subterraneos meatus semper recipit aquam, & refundit, sic B. Virgo fons, & puteus est aquarum viuentium, quæ à Christo ad eam, & ab ea ad nos peccatores fluunt impetus benignitatis vtriusque. Idem part. 6. Contempl. 14.

Fons misericordiæ irrigans terrã aridam, & siccã cordis nostri. Idem ibid. part. 14. Contempl. 24. Anonymus in Encologio, seu rituali Græc. in officio comunis supplicationis. S. Ioan. Damasc. in Paracl. D. Amadeus Homil. 8. de Laud. B. V. D. Bonau. in Litanijs Psalterij B. V. Iacob. de Vorag. in Mariali serm. 7. & Thomas à Kempis in Soliloquijs cap. 24.

Fons patens amicis, & pœnitentibus per misericordiam, & charitatem, & subministrans plenitudinem gratiarum. Idiota de B. Virg. part. 14. Contempl. 24.

Fons Pietatis erga miseros peccatores, ad quos fluunt misericordiæ eius. Id. de B. Maria part. 1. Contempl. 15. & Francis. Abb. l. 6. de Gratia Dei.

Fons, qui ascendebat de terra irrigans superficiẽ terræ Gen. 2. sicut enim fons ille est abissus aquarum multarum, ex qua fontes, & flumina oriuntur, sic benignissima Virgo, est abissus multarum gratiarum, ex qua peccatores hauriunt gratiam incessanter. Idiota de B. Virg. part. 14. Contempl. 24.

Fons, qui genus humanum aridum humore gra-

gratiæ irriganit plenitudine gratiarum. *Idem ibidem part. 3. Contempl. 5.*

Fons, quia ſicut fons aquam prius latentem in terra manifeſtat, ſic per Beatam Virginem apparuit nobis benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri, qui eſt terra viuentium, & nobis erat Deus abſconditus. *Idem ibidem part. 14. Contempl. 24.*

Fons, quia ſicut fons habet cẽperatam aquã quolibet tempore, ſic piiſſima Virgo temperatam gratiam habet, qua feruorem refrigerat vitiorum, & calefacit corda peccatorum congelata, & ſpem veniæ tribuit deſperatis. *Idẽ ibidẽ.*

Fons, quia ſicut fons modicus longo fluento innoteſcit, ſic clementiſſima Virgo modica fuit per exuberantem humilitatem, ſed longa fluenta eius ſunt maxima copia beneficiorum, quę deriuat, & exhibet omnibus creaturis inuocantibus eam deuotè. *Idem ibidem.*

Fons, quia ſicut fons quantum deſcendit, tantum aſcendere poteſt, ſic humillima Virgo infetius omni creatura deſcendit per humilitatem, & exaltata fuit in conſpectu Dei in ſua Aſſumptione beatiſſima ſuper omnẽ creaturã purã poſt benedictum Filium ſuum. *Id. ibid.*

Fons ſcaturiens ab imò ſurſum lapillos eleuans, ſed non grandes lapides, lapillos eleuans, ſcilicet humiles peccatores, quos eleuat de profundo peccatorum ad ſtatum gratiæ, ſed non eleuans grandes lapides, ideſt obſtinatos peccatores, & grandes ſuperbos in oculis ſuis. *Idem ibidem.*

Fons ſignatus à tota Trinitate, quia Chriſtum ita ſignauit, quod Diabolum, & multos Angelos latuit eius miraculoſa Incarnatio. *Idem ibidem.*

Fons Siloe, cuius aquę fluunt cum ſilentio Iſai. 8. ideſt intermiſſiuè, quia eius beneficia non iugiter fluunt ad quemlibet, ſed quantum ipſa vult, & quando vult. *Idem ibidem.*

Fons, à quo indeſinenter beneficia manant. *Leo Imperator in orat. de Aſſumpt. B. Virg.*

Fons perennis beneficiorum, vndè bonorum omnium effluente copia frangitur impetus. ærumnarum. *Idem ibidem*

Fons libertatis languores ſoluens, fraudeſque Tyranni. Io. *Geometr. in B. Mariæ Hymno. 3.*

Fons virtutum. *Idem ſerm. in Annunc. SS. Dei Geu.*

Fons dogmatũ Chriſti. *D. Anſel. In Hymn. 2. B. V.*

Fons ſignatus ſignaculo Spiritus ſancti. *Rupert. Abbas lib. 4. Coment. Cant. Cantic.*

Fons, ad quem ſitibunda properare debet anima noſtra. *D. Bern. ſerm. 4. in Aſſumpt. B. M. Virgin.*

Fons ſignatus propter virginitatis integritatem. *Petrus Bleſ. ſerm. 83.*

Fons purus, ex quo deriuauit eximius riuus. *Petrus Cellenſ. ſerm. 5. de Annun.*

Fons pietatis, de quo nihil niſi pietas procedit. *Idem ſerm. 1. in Dominic. poſt octauam Epiphan.*

Fons hortorum ſordes leuans peccatorũ, inquinatos purificans, & mortuos viuificans. *S. Petrus Maurit. Cluniac. Proſa in honorem B. Marię.*

Fons conſpicuus, & illimes, ad quem quiſquis vult hortus fieri, & campo ſterili ſe præferre, qui decorem floridum, & fructum vtilem vult proferre, debet ſtudioſius ſe conferre, vel oblatę forte gratis repulſæ contumeliam non conferre. *Philippus Abbas lib. 4. Cant. Canticorum cap. 28.*

Fons, qui à fundendo (vt nonulli aſſerunt) nominatur, eo quod de occultis aquam viuam fundere videatur, & perẽni vena ebulliens vbertate non forenſi viuère, ſed interna, non torrentibus, tanquam lacus, non aquis pluuialibus, vt Ciſterna; Virginis enim non areſcit intelligentia, non æſtu arido ſenſus hębet, ſed interni gratia muneris docetur ineffabiliter, & diteſcit, & mirabili iugitate, ſupra quam dici poteſt, & valeat, hilareſcit. *Idem lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 25.*

Fons ſignaculo munitus, nullos, vel pauciſſimos ad ſecreta ſuæ plenitudinis intromittens. *Idem lib. 4. in Cant. Canticor. cap. 26.*

Fons ſignatus, quia reuelatum ſibi myſteriũ, tãquam ſub ſignaculo diu cælat, vbertatem viuidam minus capacibus non reuelat; fœcunditatis modum, nuptiarum formam, excellentiam cœlibatus, clauſa tenet ſcientia, velut fons ſignatus. *Idem lib. 4. in Cant. Canticorum cap. 25.*

Fons virginalis. *Idem lib. 4. in Cant. Canticorum cap. 21.*

Fons hortorum, ſcilicet congregationum ſanctarum; quot enim habet Eccleſia conuentus ſacros in fide viuentes, partus virginei tot ſunt, & horti. *Adam de Perſ. in ſerm. de Aſſumpt. B. M. Virg.*

Fons ſignatus, quia de plenitudine gratiæ fluenta miſericordiæ fundit, & quia alienum à ſigno fidei non admittit. *Idem ibidem.*

Fons patens, & acceſſibilis ex profuſione, & facilitate miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Fons hortorum, quia non ceſſat irrigare hortum nucum, hortum pomorum, hortum aromatum: Nucum, quia ſuam animam pertranſiuit pladius paſſionis: Pomorum, quando aſcendit in montana cum feſtinatione, & miniſtrauit Eliſabeth: Aromatum, quando conſeruabat omnia verba, quæ de Chriſto dicebantur, conferens in corde ſuo. *Garner. Lingon. ſerm. 2. de Natiuit. B. Virg.*

Fons ſignatus non propter ſolam pudicitiam, ſed propter perfectam ſanctitatis, & iuſtitiæ cuſtodiam, & propter carentiam omnis offenſionis, quà ità cuſtoditum eſt corpus eius, & cor eius omni cuſtodia, vt ex nulla vnquam parte intrare potuerit in eam peccati macula à tempore primæ ſanctificationis. *Helinand. Ciſtercien. ſermon. 1. de Aſſumptione B. M. Virg.*

Fons, de quo ſaluo virginitatis ſigillo riuus emanauit. *Gulielmus Parnus in cap. 4. Cant.*

Fons ſignatus ſigillo virginitatis perpetuæ habente imaginem Sponſi cæleſtis ex impreſſione

ne annuli eius. *Idem ibidem.*

Fons pietatis. *Abſalon Abbas ſerm.2. de Aſſumptione B.M.Virg.*

Fons ſignatus, id eſt Chriſtus paſſione conſecratus. *Honorius Auguſtod. in ſigillo B. M.V. D.Epiphan. in ſer.de Laud.V.M. S.Io.Chryſoſt. orat.7.de Annunc.B.M.V. D.Auguſt. ſerm. de Aſſumpt.B.M.tom.10. D.Iſidorus de Vita, & Morte Sanctor.cap.68. S.Ioſep Hymnog.in Mariali, Hugo de S. Victore lib.4. de Proprietatibus &c. cap.2. Rupert.Abbas lib.4. Comment. in Cant.Cant.Petrus Cellenſis ſer.in Natiuitate Virg.Innocentius Papa III. ſer.2.de Aſſumpt. B.M.V.D.Bonau.in Pſalter.min.B.Virg.Quinquagen.3. D.Laur.Iuſtin.lib. de Caſto Connubio Verbi, & Anima cap.9. Mauritius de Villaprobata ſer.22.Corona nona B.M. & Io: Picus lib. 2. in Cant.cap.14.*

Fons aquarum vitæ perennis. *Theodor. Laſcb. Imper. in Can.ad Sanctiſſ.Deiparam.Virg.*

Fons duleoris. *B.Ioſeph Steinfeld.epiſc. 4.*

Fons, quem qui bibit, non peribit. *Idem ibid.*

Fons, qui non ſiccatur, & ſuauis dum guſtatur, cuius riuus amor viuus, per medullas tranſitiuus, beatus quem inebriat. *Idem ibidem.*

Fons ad loca humilia tranſmittens riuulum ſuum, id eſt, concilians, & largiens humilibus Natum ſuum, vndè Pſalm.103. inter medium montium, vbi eſt concauitas vallium pertranſibunt aquæ, id eſt, beneficia Mariæ. *Richard à S. Laurentio de Laud. Sanctiſſ. Virg. Mariæ lib.9.*

Fons à puellis frequentatus, id eſt ab animabus humilibus, & puris, quod ſonat nomen puellæ. *Idem ibidem.*

Fons aquas ſuas liberaliter largiens; clamat enim cum Filio Iſaiæ 35. Omnes ſitientes per deſiderium venite ad aquas gratiarum mearum. *Idem ibidem.*

Fons aſcendens de terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ. Geneſ. 2. de terra enim aſcendit, quia tota eius vita fuit quidam aſcenſus, & quædam quaſi elongatio à terrenis: irrigat etiam ſuperficiem terræ, id eſt Eccleſiam, & viros iuſtos, qui de abundantia Mariæ hauſerunt omnes, & hauriunt inceſſanter. *Idem ibidem.*

Fons communis, & expoſitus per gratiarum exhibitionem; vnde clamat Iſai 55. Omnes ſitientes venite ad aquas. *Idem ibidem.*

Fons continuum habens fluxum, vnde dicit: Vſque ad futurum ſæculum non deſinam. Eccl. 24. miſeris ſcilicet miſereri, ideò dicitur Iſai. 58. Erit quaſi fons, cuius non deficient aquæ, id eſt miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Fons, de quo dicitur Eſther 10. Fons paruus creuit in fluuium, & in lucem, ſolemq; conuerſus eſt, & in aquas plurimas redundauit, fuit enim B. Virgo fons propter gratiarum abundantiam, paruus propter humilitatis excellentiam, & per hoc creuit in fluuium maximum, quando genuit Chriſtum, qui dicit Eccl. 24. Ego quaſi fluuius dorix, quaſi aqueductus exiui de Paradiſo, & ab iſto flumine deſcendit plenitudo ſanctorum, quaſi quidam riuus, quia de plenitudine eius omnes accepimus Ioann. 1. *Idem de Laud. Sanctiſſ. Virg. Mariæ lib.1.*

Fons, de quo dicitur Ioel in fine: Fons egredietur de Domo Domini, & irrigabit torrentem ſpinarum. Egreſſa enim de Domo Domini, id eſt de B. Anna, vel de antiquis Patribus, vel de tribu Regia, & Sacerdotali, irrigauit gratia, qua impleta eſt, vel riuulo ſuo, id eſt, Chriſto, torrentem ſpinarum, id eſt peccatores, qui ſunt quaſi torrens citò decurrens in mare amaritudinis æternæ, qui bene dicuntur ſpinæ, quia ſe eriguntur per ſuperbiã, lacerant per auaritiam, pungunt per luxuriam; è quibus primos rigat Maria, ne poſſint comburi exemplis humilitatis, ſecundos contemptu temporalitatis, tertios exemplis caſtitatis. *Idem de Laud. SS. Virg. lib.9.*

Fons, de quo dicitur Zach. 13. In die illa nota bili, quæ ſignat tempus gratiæ, erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem, in ablutionem peccatoris quoad viros, & menſtruatæ quoad mulieres; patens ſcilicet per miſericordiam pro amicis, & pœnitentibus. *Idem ibidem.*

Fons facilem præbens hauſtum, prona ad miſericordiam, & abhorrens immiſericordes. *Idem ibidem.*

Fons frigidus in ſe, & alios refrigerans guſtantes ſe; ipſa enim frigida per fomitis extinctionem, refrigerium nobis præſtat contra caumata vitiorum tentantium, ſi tamen guſtauerimus quoniam ſuauis eſt. *Idem ibidem.*

Fons ignem multiplicem extinguens, ignem ſcilicet materialem, ignem tentationum, ignem luxuriæ, auaritiæ, iracundiæ, exemplis virtutum ſuarum, ignem peccatorum, & incendium gehennæ. *Idem de Laud. Virginis lib.9.*

Fons irrigatiuus hortorum, id eſt Eccleſiæ, & conſcientiæ iuſtorum, quos hortos irrigat riuo ſuo, id eſt Filio mediante. *Idem ibidem.*

Fons lauans, & recreans peccatores iuſtos, rigans ad fructificandum, & perfectos potans in deſiderijs ſuis. *Idem ibidem.*

Fons loca vicina viridia reddens virtutibus, florida ſanctis deſiderijs, & fœcunda bonis operibus. *Idem ibidem.*

Fons miſericordiæ, quia ſicut Fons per ſubterraneos meatus ſemper recipit aquam, & ſemper refundit: ſic B.V. aquas gratiarum, quæ à Chriſto ad ipſam, & ab ipſa ad nos fluunt impetu, de libano, id eſt, de candore benignitatis vtriuſque. *Idem ibidem.*

Fons miſericordiæ ſignatus ſigillo iuſtitiæ; ſic enim eius miſericordia exuberat, quod ſemper fluunt ad miſeros miſerationes eius, ſalua tamen iuſtitia. *Idem de Laud. Sanctiſſ. Virg. Mariæ lib. 9.*

Fons

Fons montes deferens, ideſt ſuperbos, quia tumor infuſa repellit. *Idem ibidem.*

Fons nunquam congelatus, cum iugiter fluant miſericordiæ eius. *Idem ibidem.*

Fons perſpicuus, quia illimis; fuit enim perſpicua, quia ſine limo, & fœcibus motuum iniquorum. *Idem ibidem.*

Fons, qui à paruulis pauperibus, ſeruis, & ancillis frequentius hauritur, nempè ab humilibus, & ſuos defectus attendentibus, & pro æterna mercede obedienter ſeruientibus; Ancillæ enim proprium eſt obedire. *Idem ibid.*

Fons, quia ſi ad riuos fontium abluuntur pedes, manus, facies, oculi, & veſtes; per exempla Mariæ abluuntur effectus noſtri, & opera interna, facies, & ipſius mentis intentio, & ornamenta virtutum, quæ quandoque ſqualorem contrahunt ex vicinitate vitiorum. *Idem ibidem.*

Fons, quia ſi Fons aquam prius latentem in terra manifeſtat: per Mariam apparuit nobis benignitas, & humanitas Saluatoris, qui in terra viuentium prius erat Deus abſconditus. Iſai. 45. *Idem ibidem.*

Fons, quia ſi Fons, quantum deſcendit, tantum aſcendere poteſt, Maria inferius omni creatura deſcendens per humilitatem, exaltata eſt in conceptu Dei, & in ſua Aſſumptione ſuper omnem puram creaturam. *Idem ibidem.*

Fons, quia ſi Fons ſcaturiens ab imo ſurſum lapillulos elenat, ſed non lapides grandes, Maria eleuat de profundo peccatorum ad ſtatum gratiæ humiles peccatores, ſed non ſic obſtinatos, & grandes in oculis ſuis, *Idem ibidem.*

Fons, quia ſi Fons ſe ipſum in aquis quaſi euacuat, vt impleat riuum ſuum, Maria ſibi nihil attribuit, ſed totum Deo, vnde dicit: Magnificat anima mea Dominum. Lucæ 1. non me ipſam: item dicens: Fecit mihi magna, qui potens eſt. *Idem ibidem.*

Fons, quia ſi Fons ſemper ſcaturit aquas nouas, Maria nouas gratias, quas ſuſcepit de plenitudine Dei Patris. *Idem ibidem.*

Fons, quia ſi Fons terram irrigat, à qua oritur, & inde tranſit ad aliam irrigandam, Maria irrigauit Matrem Annam, à qua orta eſt, & poſtea Eliſabeth cognatam, & Ioannem cognatulum, non ſolum gratia, & agnitione, ſed etiam ſpiritu prophetiæ, ac deinde de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. *Idem ibidem.*

Fons ſapidus, & dulcis, maximè quatuor generibus hominum, ſcilicet, operarijs, qui ſuorum, & Filij mandatorum iugum trahunt: viatoribus, qui manentem ciuitatem in hoc mundo non habentes, futuram inquirunt: pauperibus, qui defectus proprios attendentes, & diuinam ex hoc iuſtitiam formidantes, Matris miſericordiam mendicant, & expectant: æſtuantibus, qui malo concupiſcentiæ fatigantur. *Idem ibidem.*

Fons ſignatus, cuius ſignaculum, ſeu ſigillum, fuit virginitas, nam ea, quæ ſignantur, ad hoc ſignantur, vt clauſa permaneant: Ideo etiam ipſa dicitur porta clauſa. Ezech. 44. *Idem ibidem.*

Fons ſignatus, ideſt clauſus, quia paucis cognita multitudo miſerationum eius, & abundantia gratiarum, & diuitiarum ſpiritualium magnitudo. *Idem ibidem.*

Fons ſignatus, quia Chriſtum ita ſignauit, quod & Diabolum, & multos Angelos latuit eius incarnatio. *Idem ibidem.*

Fons Siloe, cuius aquæ fluunt cum ſilentio, ideſt cum intermiſſione. Iſai. 8. quia beneficia Mariæ non iugiter fluunt ad quemlibet, ſed quando vult, & quantum vult; Siloe enim fons eſt iuxtà montem Syon, qui non iugiter manat, ſed quandoque ſiſtet, id eſt, non ebullit, vel fluit. *Idem ibidem.*

Fons temperatam habens aquam quolibet tempore: nam feruorem refrigerat vitiorum, & hæſitantium torporem accendit, ſpem veniæ tribuens deſperatis. *Idem ibidem.*

Fons totius noſtræ beatitudinis; quidquid enim beatitudinis ab illo magno mari, id eſt ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum peruenit, totum per eam venam defluxit; & ideo quidquid nobis mittitur de ſupernis, per gratiarum actionem ad eam referendum eſt, per quam mediatricem habemus procul dubio quidquid gratiæ obtinemus. *Idem de Laud. SS. Virg. M. lib. 1.*

Fons vicem ſpeculi ſupplens, & per ſuam puriſſimam limpiditatem reddens imaginem intuenti; eſt enim ſpeculum ſine macula fidelibus animabus, in quod debent iugiter ſpeculari. *Idem in Laud. SS. V. M. lib. 9.*

Fons viuidum habens ortum, nam gratia eius, quæ tepidos fugit, & præſto eſt feruentibus, neſcit tarda rerum molimina. *Idem ibid.*

Fons, de cuius riuo, id eſt Filio, hortus Eccleſiæ irrigatur. *Ioan. Hailgrin. in cap. 4. Cantic. Canticorum.*

Fons ſignatus, id eſt ſigillatus, cuius fontis ſigillum fuit caſtitas virginalis, per quod ſigillum abſq; ruptura proceſſit Chriſtus, tamquam riuus noſtræ ſalutis. *Idem ibidem.*

Fons de loco voluptatis egrediens, à quo exijt fluuius irrigans totum mundum, & à quo bona cuncta procedunt. *Hugo Carenſis in cap. 4. Cant. Canticorum.*

Fons hortorum, id eſt Religioſorum, nam de facili impetrant ab ea aquas gratiarum Religioſi: cæteri autem ſæculares non ita de facili, ſed cum quodam labore, vt aqua de puteo extrahitur, aquam ſcilicet gratiarum. *Idem ibidem.*

Fons miſericordiæ, de quo Ioel cap. vltimo. Fons de Domo Domini egredietur. *Idem ibidem.*

Fons ſignatus, quia in partu, quo Filium Dei edidit, pudoris ſignaculum non amiſit. *Idem ibidem.*

Fons aſcendens in honore ex diuina bonitate, rigans terram charitate Dei creſcens in amore. *D. Bonau. de Laud.* B.*V.*M.

Fons bonitatis. *Idem ibidem.*

Fons plenus auxilij. *Idem in Laud.* B.*V.M.*

Fons nectar orbi propinans. *Idem in Pſalt. minori* B.M.*V. Quinquagena* 3.

Fons rigans mundum nouo rore. *Idem ibid.*

Fons, à quo profluit omne bonum. *Alber. Mag. in Biblia Mariæ ſuper Iſaiam Proph.*

Fons communicantibus. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Zachariam Proph.*

Fons deuotionis aquas adminiſtrans, quibus anima Deum ſitiens refocilletur; quicumq; ergo vult habere deuotas lachrymas, acceleret ad B. Virginem, & percutiat eam virga oris ſui, ideſt, virga attentiſſimę ſupplicationis; & verè ipſa dabit aquas in abundantia; ipſam quippe præfigurat illa petra, quam Moyſes percuſſit, & fluxerunt aquæ largiſſimæ, ſicut legitur in Exodo, & in Numeris. *Idem ſer.* 2. *in Natiu.* B.M.*V.*

Fons, de quo Zach. 13. Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem in ablutione peccati, & menſtruatæ. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 197.

Fons domus Domini irrigans ariditatem peccatorum. Ioel. 3. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ioel. Proph.*

Fons Iacob ſitientes aquis gratiæ refocillans. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euang. Ioannis.*

Fons indeficientis aquæ, per plenitudinem gratiæ ipſius, à quo peccator accipit abſolutionem veniæ, iuſtus autem puritatem gratiæ, tentatus refrigerium temperamenti, deuotus hauſtum dulcem conſolationis conſolantis. *Idem in Poſtillis ſuper cap.* 10. *Lucæ.*

Fons irrigans Paradiſum, id eſt angelicam naturam, & vniuerſam ſupercæleſtem curiam; Angelica quippè natura, quæ eſt Paradiſus deliciarum, per B. Virginem irrigatur; mirabiliter enim diligunt, & amplectuntur, quãtum per ipſam ipſorum ruina reparatur; ecce quidam eminentiores Angeli, qui erant cõſcij ſecretiſſimorum conſiliorum Domini ab ipſa mundi conſtitutione per ipſam irrigabantur, quia de futura eius nariuitate inenarrabiliter gratulabantur: nihil minus etiam vniuerſa beatorum Curia per glorioſam Dei Matrem irrigatur, quia ſpeciali exaltatione, & lætitia, ex ipſius amabili præſentia continuè iucundatur. *Idem ſerm.* 2. *in Natiuitate B. Virg. Mariæ.*

Fous irrigans vniuerſum hortum Eccleſię fluentis virtutum. *Idem ibidem.*

Fons irrigationis peccatorum per peccatum aridorum. *Idem in Biblia M. ſuper lib. Geneſis.*

Fons paruus, qui creuit in flumeu maximum, & in aquas plurimas redundauit. Heſt. 10. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 197.

Fons patens domui Dauid, id eſt omnibus ſitientibus, & habitantibus Ieruſalem in ablutionem peccatorum, & menſtruatæ, id eſt maiorum criminalium peccatorum. *Zæchar.* 13. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Zachariam Prophetam.*

Fons quantum ad communia beneficia, quæ exhibuit omnibus. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 197.

Fons, quia fundit aquam, qui de loco voluptatis æternæ progreditur, irrigans omnem ſuperficiem Paradiſi, hoc eſt Eccleſię. *Idem in Poſtillis ſuper cap.* 1. *Matth.*

Fons, qui de loco voluptatis, id eſt de ſãcta Trinitate per prædeſtinationem ab initio, & ante ſæcula egreſſus eſt. *Idem ſerm.* 2. *in Natiuitate B. Mariæ.*

Fons refrigerans pijs conſolationibus omnes tribulationum, & aduerſitatum æſtum patientes, ſi tamen ex omni corde ipſius imploraueriut ſubſidium, vnde & ipſa figurata eſt per illam columnam nubis, quæ ſicut in Exodo legimus, præcedens filios Iſrael, contrà Solis ardorem obumbrauit caſtra eorum: neceſſarium igitur nobis eſt, vt quemadmodum Ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita & anima noſtra deſideret ad Virginem Beatam. *Idem ibidem.*

Fons ſignatus; Fons enim à fundendo dictus eſt, in quantum eſt Mater Filium profundens; ſignatus autem eſt fons, qui à nullo hauſtus eſt, & ſic eſt Virgo intacta, & illibata. *Idem in Poſtillis ſuper cap.* 11. *Luc.*

Fons ſordida lauans, ipſa quippe per efficaciſſimam interceſſionem ſuam peccatoribus compunctionem infundit, & contritionem, per quam à peccatorum ſuorum ſordibus emundantur. De hoc fonte dicitur. Zach. 13. In illa die erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ieruſalem in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. Per domum Dauid intelligitur ſancta Eccleſia; per habitantes autem in Ieruſalem figurantur omnes fideles, qui ſunt de Regno Eccleſiæ: Beata Virgo Maria patet per miſericordiam, & compaſſionem, vt quicumque Chriſtianus ex intimo cordis ipſam imploraverit, eius meritis, & interceſſione ſuorum peccatorum veniam conſequatur. *Idem ſerm.* 2. *in Natiuitate B. Mariæ.*

Fons apud Deum poſitus. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm.* 7. F.

Fons cæleſtis, terram animæ noſtræ primo germinare faciens herbam, id eſt Dei timorem, qui eſt principium nouæ vitæ, deinde ſpicam, id eſt pœnitentiam aſperam, deindè plenum fructum in ſpica, id eſt charitatem. *Idem ibidem.*

Fons Dei. *Idem in Mariali ſer.* 8. F.

Fons dulcis, & amænus. *Idem in Mar. ſer.* 7. F.

Fons hortorum, in quantum bonos fœcundat in opere bono. *Idem ibidem. Mauritius Rothom. in orat. ad* B.*M.V. Rupertus Abbas lib.* 4. *Comment. Cant. Cantic. D. Bernar. ſerm.* 3. *ſuper*

*Salue*

*Salue Regina, Petrus Bleſ.ſer.83. Gulielm. Parisiens in cap.4. Cant. Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib.1. & Ludou. Bloſius in Endologia 1. ad B. V.*

Fons in ęſtate proſperitatis, dans aquam frigidam, ideſt gratiam refrigerantem, nè mens nimis terrenorum affectibus inardeſcat; in hyeme verò aduerſitatis, dans aquam calidam, id eſt gratiam inflammantem, ne mens aduerſitatibus preſſa, à Dei amore tepeſcat. *Iacob. de Voragine in Mariali ſer. 7. F.*

Fons in flumen conuerſus. *Idem ibidem.*

Fons, in quo lauantur, & mundantur actiui, & contemplatiui, & etiam ipſi peccatores immundi. *Idem ibidem.*

Fons luminoſus, infundens nobis lumen cognitionis diuinę. *Idem ibidem.*

Fous paruus in ſua humilitate, & conuerſatione, qui creuit in flumen maximum in Filj Dei conceptione, & redundauit in aquas plurimas in ſua Aſſumptione; vbi in tantum redundat, quod de eius plenitudine non ceſſat effluere, & illis, qui ſunt foris, id eſt, illis, qui adhuc ſunt in exilio, & illis, qui ſunt in plateis cęleſtis Ieruſalem. *Idem in Mariali ſermone 7. F.*

Fons perpetuus. *Idem ibidem.*

Fons refrigerans ab ęſtu concupiſcentiæ. *Idem ibidem.*

Fons ſignatus, qua nunquam in eius cor ſubintrauit aliquis prauus conſenſus; Deus enim ipſum ſignauit, & clauſit, & ipſe ſolus clauem portauit, cuius theſaurus intus latebat. *Idem in Mariali ſerm. 5. O.*

Fons vitę viuificans à morte lethalis culpę. *Idem in Mariali ſer. 5. F. S. Iacobus in Menæis Græc. die 15. Auguſti, Andreas Cretenſis Can. in Concept. B. V. Anaſtaſius Antiochen. lib. 2. Anagog. Richardus à S. Vict. in Cant. Cant. cap. 42. Iſidorus Theſſalon. orat. de Aſſumpt. B. M. V. Bernardinus de Buſtis ſerm. 3. de Aſſimilat. B. M. V. & Mauritius de Villaprobata ſerm. 22. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Fons expers limi. *Alanus de Inſul. Anticland. lib. 5.*

Fons, in quo ineffabilis miſericordiæ fluentum, in quo gratiarum omnium irriguum, in ſinu ſuæ pietatis recipiens lachrymarum noſtrarum profluuium. *Idem in cap. 4. Cantic.*

Fons ſignatus fidei ſigillo, euangelicæ veritatis ſignaculo, & virginitatis peſſulo, ità vt, nec hæretici, vel dœmones in ea fidem, vel Euangelij veritatem poſſint infirmare. *Idem ibid.*

Fons ob virginitatem ſignatus. *Matth. Cantacuzenus in cap. 4. Cantic. Canticor.*

Fons ſcaturiens aquam immortalitatis, quemadmodum & Saluator dixit: Ego ſum aqua viua. *Idem ibidem*

Fons, quia è ſicca D. Anna petra ſcaturiuit. *Iacob. Monach. orat. de Natiu. B. M. V.*

Fons purus, atque illimis ex quo velut guttæ pluuiæ gratiarum imbres diſtillantes faciem terræ pinguedine fœcundant, & iucunditatis ſpecioſitatem eiu ſdem terræ irrigant. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

Fons exponens, & dans aquam ſuam, ideſt gratiam ſuam ſine perſonarum acceptione, omnibus. Zach. 11. Erit fons patens domui Dauid. *Ern. Prag. in Mariali cap. 31.*

Fons gratiarum, quia omnium fontium gratias habuit. *Idem in Mariali cap. 139.*

Fons hortorum, aquas gratiarum acceptas, vt auara non retinens, ſed largiſſimè erogans. *Idem in Mariali cap. 32.*

Fons hortorum, id eſt, illorum, qui in cælis ſunt, patens, & expoſita, quia ab omnimoda eius gloria ſatiantur ad votum. *Idem ibidem.*

Fons mirabilis, quia ſicuti in mari ſuperioris partis Thyrentis Ciuitatis dicitur fons à fundo maris aſcendere, & duobus, vel tribus cubitis ſuper vndas maris, cum mare tranquillum eſt, dulciſſimus ſalire, ita B. Virgo in mundo fuit, & mundi amaritudinibus impermixta permanſit, & tamquam virgula fumi dulciſſimè per mundum aſcendit. *Idem in Mariali cap. 31.*

Fons paruus ob paupertatem, purus ob ſanctitatem, perſpicuus ob ſinceritatem, & veritatem, tranquillus ob verecundiam, ſilentium, & quietem: frigidus ob caſtitatem, humidus ob humilitatem, dulcis ob manſuetudinem, plenus ob gratiæ plenitudinem, largus ob charitatem, perpetuus ob fidelitatem. *Idem ibidem.*

Fons pulchræ dilectionis. *Idem in Marial. c. 130*

Fons, qui ipſius Solis imaginem, qui eſt Verbum Dei, & Dei Filius, qui eſt imago Dei inuiſibilis, integre concipere, & intra ſe continere meruit, quemadmodum ſpeculum parnus totius Solis, qui octies maior eſt terra, imaginem plenam & retinet, & oſtendit. *Idem in Marial cap. 31.*

Fons largiſluus, de quo miſericordia miſeris fluit. *D. Birgitta lib. 1. Reuelat. cap. 50.*

Fons totius ſanctitatis. *S. Vinc. Ferrer. ſerm. de S. Anna Matre B. Virg. Mariæ.*

Fous hortum ad emũdationem ſimul, & recreationem cum delectatione mirabili mundo datus. *Io: Gerſon. tract. 3. ſuper Magnif.*

Fons omnino plenus gratiæ Dei. *Idem ſer. de Concept. B. Virg. Mariæ.*

Fons bonitatis. *Martin. de Magiſtris in Expoſit. ſuper Cant. Salue Regina.*

Fons bonorum omnium. *Idem ibidem.*

Fons, ex quo oritur illa ſapientia, quæ eſt maior Salomone. *D. Antonin. in ſumma 3. parte tit. 31. cap. 3.*

Fons Paradiſi Eccleſiæ. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 15. quod eſt de plenitudine omnis gratiæ in B. Maria Virg.*

Fons paruus propter humilitatem, propter quã creuit in fluuium maximum, Dominum generando. *Idem ibidem.*

Fons pietatis, ſiuè quantum ad actus diuini cultus, & reuerentiæ, ſiuè quantum ad actum miſe-

miſerationis, & ſubueniendi pauperibus. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 1. §. 2.*

Fons, propter abundantem gratiam, & originem eius, quia ex ea Chriſtus, vnde nobis omnibus miſericordia, & gratia influxit. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 15.*

Fons, qui ſemper emiſit aquas dulciſſimas actionum potabiles, id eſt immitabiles, *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 5.*

Fons ſapientiæ. *Idem in ſumma 3. par. tit. 31. c. 3.*

Fons fluminis glorioſi, qui omnem terram, id eſt totam irrigat, ac perfundit Eccleſiam. *Dionyſ. Carth. de Laud. SS. Virg. lib. 3. art. 19.*

Fons indeficientis communicabilitatis, ex quo riuus ille oritur, qui in quatuor mundi plagas ſe expandit, omne ſæculum rigans, atque venuſtans. *Idem de Præc. Mariæ lib. 1. art. 29.*

Fons ſignatus, ex cuius profluuio mundiſſimus ille riuus, qui ex paterni quoque cordis lumine prodijt emanans, ſiccas mentes irrigat, ſordidas lauat, ſteriles fœcundat, atque ſanctificat. *Idem lib. 1. de Præc. Mariæ art. 17.*

Fons totius gratiæ, gloriæ, ac ſalutis. *Arnold. Boſtius lib. de patron. Deipar. Virgin. in Carm. Ordin. cap. 11. §. 3.*

Fons aquæ ſplendidæ. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſumptione B. M. Virg.*

Fons cæleſtis. *Idem ſer. 3. de Aſſimil. B. M. V.*

Fons diuinarum gratiarum, ſitientibus, & arentibus nobis aquas ſalutares effundens. *Idem in Manuali ſer. 2. de Coronat. B. M. V.*

Fons in æſtate proſperitatis dans aquam frigidam, id eſt, gratiam refrigeratiuam, ne mens nimis inardeſcat terrenorum affectibus; & in hyeme aduerſitatis dans aquam calidam, id eſt gratiam inflammantem, ne mens aduerſitatibus preſſa à Dei amore tepeſcat. *Idem ſerm. 3. de Aſſimilat. B. Mariæ Virg.*

Fons indeficiens diuinæ clementiæ. *Idem in officio Concept. B. Mariæ Virg.*

Fons luminoſus, infundens nobis lumen cognitionis diuinæ. *Idem ſer. 3. de Aſſimil. B. M. V.*

Fons paruus in ſua humili conuerſatione, & reputatione. *Idem. ibidem.*

Fons refrigerans ab æſtu concupiſcentiæ. *Idem ſerm. 3. de Aſſimilat. B. Mariæ Virg.*

Fons ſignatus, & apud Deum poſitus, perpetuus, dulcis, & amœnus. *Idem ibidem.*

Fons totius dulcedinis, & pietatis. *Idem in Manuali ſerm. 5. de Concept. B. M. Virg.*

Fons virginalis. *Idem ſer. 3. de Aſſimil. B. M. V.*

Fons limpidiſſimus, ex quo egreſſus eſt fluuius maximus, id eſt Chriſtus irrigans aquis ſpiritualibus totum mundum, & vniuerſam ſuperficiem terræ. *Claudius Rapin. Cæleſtin. ſer. 2. de Concept. B. Virg.*

Fons ſacratiſſimus, ad quem ſi quis ſordet, aut ægrotat, aut leproſus eſt, vt Naaman veniat, & mundabitur: ad quem ſi quis feruore carnalis, ac mundialis concupiſcentiæ æſtuat ſe conferat, & refrigerabitur: ad quem ſi quis areſcit, aut arida ſiti premitur, acceleret, & bibat, & diuina hauriet ſolatia, quæ auream reddent eius animam: quemadmodum ſi quis auro liqueſacto manuum inijciat, aut digitum, quam primum deauratur. *Idem ibidem.*

Fons ſignatus, quia in partu ſuo Filium ſuum reddidit mundi Saluatorem, pudoris ſignaculum non amiſit, ſed integer in ea ad mortem vſque perſeuerauit. *Idem ibidem.*

Fons ſpiritualis, in quo lauantur animę replentur gratia, & auro ſplendidiores redduntur. *Idem ibidem.*

Fons totius boni, ſalutis, & gratiæ. *Idem ibidem.*

Fons idealis omnis gaudij, Mater Dei ſuperbeatiſſima. *Arnold. Boſtius lib. de patron. & patroc. imio Deipar. Virgin. ſibi dicatum Carmeli Ordin. cap. 1.*

Fons exuberans miſericordiæ cunctis ſibi deuotis. *Idem ibidem. cap. 4.*

Fons dulcedinis, & clementiæ. *Io. Trith. lib. 3. de Mirac. B. Virg. in Vr. iceto.*

Fons indeficiens totius miſericordię. *Idem lib. 1 de Mirac. B. V. in Vrticeta cap. 6.*

Fons inexhauſtæ pietatis. *Idem lib. 3. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto.*

Fons ſalutis rectiſſimè, quia per eius partum virgineum ſalus mundi reſtauratur. *Idem de Mirac. B. V. prope Dittelbach lib. 1. c. 10.*

Fons Sapientiæ. *Idem lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

Fons viuus omnium virtutum. *Idem ibidem.*

Fons bonus, vnde aquæ hauſtę dant nobis refrigerium contra ardorem. *Idem ibidem ſer. 22.*

Fons cæleſtis, in quo omnes debent lauari. *Idem ibidem.*

Fons cęleſtis terram animæ noſtræ germinare faciens virtutibus. *Idem ibidem.*

Fons conſolationis. *Idem ibidem ſer. 24.*

Fons dulcis, & amœnus. *Idem ibidem ſer. 22.*

Fons hortorum, id eſt, bonorum, & deuotorum ſunrũ, in quibus tamquam in hortis ſuut herbæ virentes, & redolentes ſanctarũ virtutum, & deuotarum meditationum, flores mundarum affectionum, arbores diuinarum contemplationum, folia virentia ſanctorum verborum, & fructus bonorum operum. *Idem ibidem.*

Fons humilitatis. *Idem ibidem ſer. 4.*

Fons irrigans. *Idem ibidem ſer. 22.*

Fons luminoſus, quia infundit nobis lumen cognitionis diuinæ. *Idem ibidem.*

Fons mundans, in quo mundantur, & lauantur actiui, & contemplatiui, etiam ipſi peccatores immundi. *Idem ibidem.*

Fons Paradiſi, qui vniuerſam terram irrigat, & fœcundat. *Idem ibidem ſer. 8. Iacobus de Voragine ſer. 6. & Bernadinus de Buſtis ſer. 3. de Aſſimilatione B. M. V.*

Fons paruus in ſua humili conuerſatione, & reputatione. Eſth. 11. qui creuit in fluuium maximum in Filij Dei conceptione. Eſth. 11. *Idem ibidem ſer. 22.*

Fons

Fons perpetuus. *Idem ibidem.*

Fons pietatis, & gratiæ *Idem ibidem ſer.12.S.Io: Damaſc.orat.de Cantic.Græcor.ſono.1.& in Paracl.B.M.V. Nicetas Dauid.in hom.de Natiuit. B.V.Iacob.de Voragine in Mariali ſerm.5.P. Ioan.Gerſon.de Concept. B.V.M.D. Bernardin. Senenſ.tom.4.ſer.7. de ſtammis amoris in B.V. Bernardin.de Buſtis in Mariali ſerm.2. de Coronat. B. Mariæ Virg.*

Fons pius hortorum. *Idem ibidem ſer.31.& Dionyſ.Faber tract.1.de Concept.B.M.V.*

Fons, qui diuiditur in quatuor capita, quia à Virgine benedicta egreſſus eſt Chriſtus, à quo habemus quatuor magna beneficia, ſcilicet creationis, recreationis, iuſtificationis, & glorificationis. *Idem ibidem ſer.22.*

Fons, qui in aquas plurimas redundauit in ſua in cœlum glorioſiſſima aſſumptione. *Idem ibidem.*

Fons, qui vndique emiſit aquas dulciſſimas gratiarum, & emittit in dies. *Idem ibidem.*

Fons refrigerans ab eſtu concupiſcentiæ. *Idem ibidem.*

Fons ſatians ad ſufficientiam. *Idem ibidem.*

Fons virginalis, ſine cuius aqua, id eſt gratia, nec herbę virtutum ſanctarum; nec flores mũdarum affectionum, nec arbores diuinarum contemplationum, poſſunt in hortis, ideſt, in bonis fructificare, aut creſcere. *Idem ibid.*

Fons viuificans. *Idem ibidem.*

Fons ſignatus, qui perpetua puritate ſcatere non deſijt. *Marcus Vigerius in Decachordo Chriſtiano lib.3. cap.7.*

Fons abyſſalis miſericordiæ. *Dionyſ.Fab.tract.2. de Conceptione B.M.V irg.*

Fons facer in fluuium maximum redundans. *Idem in Endologia 2. ad B.M.V irg.*

Fons puritatis. *Idem lib.1.in Cantic.c.10.*

Fons affluentiſſimus, non in quatuor, ſed in centies mille miſericordiarum flumina diuiſus, & totam Eccleſiæ ſuperficiem irrigans, ac fidelium ſeruorum ſuorum animas cumulatiſſimè perfundans, atque ad omne bonum fœcundans. *Frideric. Fornerus lib.7. cap. 20. palmæ triumphalis.*

Fons viuus miſericordię, ad quem animæ cultorum ſuorum, ceruorum à canibus agitatorum inſtar, feſtinant. *Idem ibidem*

Fons inexhauribilis miſericordiæ. *Ioan. à Ieſu Maria tom.4. Oper.ſuorum pag.266.*

Fons ſignatus, ex quo ſcaturijt Chriſtus maior oceano. *Robert.Bellarm. Conc.11. quæ eſt de Natinitate Domini.*

FONTANA pietatis. *Dion.Carth.in 24.Eccleſ.*

FORAMEN, per quod dilectus, id eſt Deus miſit manum ſuam, id eſt Filium ſuum in mundum; humilitate quidem anguſtum, ſed caſtitate lucidum, & ideo illi ſoli peruium. *Honorius Auguſtodun.in Sigillo B.M.V.*

FORCEPS carbunculi illius purgatorij, ſiue Forceps carbunculi purificantis. *S.Methodius hom. Feſti Purific. B. Virg.M.*

Forceps carbonis expiatorij. *Andr.Creteuſ.orat. 1. de Dormit. B.M.V.*

Forceps purgatiuæ prunæ. *Idem ibidem.*

Forceps ſeraphica myſtici carbonis ardentis. *Idem orat.1.in Annunc.B.V.M. Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

Forceps Chriſti tenens carbunculum. *Anaſtaſius Synaita lib.8. Anagog.contemplat in Hexamer.*

Forceps propheticus, qui carbonem ferebat, & labra expurgabat. *Georg.Nicomed. in orat.de Exitu Sanctiſſ.Dom.noſtre Deiparentis.*

Forceps, de quo ſcriptum Iſai.6. Et miſſuus eſt ad me vnus de Seraphim, & in manu eius carbo, quę forcipe tulerat de altari; & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata mundabit. *S.German.Conſtant.ſer.in Natiu. B.M.V.*

Forceps, quæ cæleſtem carbonem in vlnis ferens animæ noſtræ paſſiones comburit, & ab igne terribili; & damnatione, atque à crudeliſſimo dęmonum tormento liberat nos. *S.Io. Damaſcen.in Præcl. B. Virg.M.*

Forceps diuina. *Idem Can. SS. Deip.*

Forceps carbonis diuini, ac lucidi. *S.Ioſeph.hymn. in Mariali.*

Forceps cæleſtem carbonem portans, & frutiçoſas cordis noſtri paſſiones comburens. *Idem ibidem.*

Forceps diuinum carbonem ſuſcipiens, qui non ſolum non combuſſit minima ex parte, ſed potius rore reſperſit incorruptum, diuinumq; vterum eius. *Idem ibidem.*

Forceps flammifera, quam vidit olim Iſaias, cordis noſtri inordinatos affectus comburẽs. *Idem ibidem.*

Forceps flammigera, quæ in vtero ſuſcepit carbonem ſpirtualem, qui paſſiones noſtras comburit. *Idem ibidem.*

Forceps ſpiritualis, ferens diuinum illum carbonem, qui ex ſanguinibus eius corpus accepit ineffabiliter. *Idem ibidem.*

Forceps igniferus, quo arreptus eſt, quem nihil ferre poteſt. *Leo Imperator in orat.de Purific. B. Virgin. Mariæ.*

Forceps, quę carbonem tolerari neſcium complexa eſt, quo à peccati ſordibus, cum labia attingit expurgamur. *Idem in orat.de Aſſumptione B. Virg.*

Forceps ferens carbonem diuinum. *Theod. Lachus Imperator in Can.ad SS. Deiparam.*

Forceps myſtica. *Iacob.Monach. in Mariali or.2.*

Forceps, quæ purgatiuum, atque illuminatiuum carbonem portauit, per quam peccati ignis, qui vniuerſa conſumit compreſſus eſt, per quam in huius carbonis communionem recepti, & à nequitia repurgati ſumus, & in diuinam naturam commorati. *Idem in Mariali oratione 5.*

Forceps Seraphica. *Idem in Mariali orat. 6.*

FORMA decoris, & candoris, cui in terris non eſt æqualis. *D.Baſil,in ſua Liturg.apud Salaz.de Concept. cap.42.*

Forma diſciplinæ Chriſti. *Idem ibidem.*

Forma eximia venuſtatis. S. *Proclus in orat. 6. quæ eſt de Laud.* B.M.V.

Forma ſalutis. *Venant. Fortunatus elegia in laudem* S. *Mariæ Virg.*

Forma egregij magiſterij. *Idem ſerm. 3. de Aſſumptione* B. *Mariæ Virg.*

Forma nõ ſolum Virginum, verum etiam omniũ Eccleſiarum Dei, quantum virginitas, & vita Beatæ Mariæ ſpeculum, & ſpecies fuit totius caſtitatis, & integritas virtutum, decus pudicitiæ, & magiſterium valdè eximium probitatis. *Idem ibidem.*

Forma virginitatis pulchra, ſolem ipſum ſplendoribus ſuperans, S. *Ioan. Damaſcen. orat. 3. de Aſſumpt.* B. *Virg.M.*

Forma animi præſtans, digna Altitonante. *Idem ſerm.in Annunc.SS.Dei Genitricis.*

Forma Eccleſiæ. *Guarricus Abbas ſerm. 2. de Aſſumptione B.M.Virg.*

Forma pudoris, id eſt, verecũdiæ, quæ ſemper eſt comes indiuidua integræ virginitatis, & cõtinentiæ caſtitatis. *S. Odilo in ſer. de Aſſ.* B.M.V.

Forma eruditionis. *Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Forma iuſtitiæ. *Adam de Perſ. ſermone in Aſſumptione* B. *Mariæ Virg.*

Forma actiuorum miniſtrans Eliſabeth parienti. *Rich. à S. Lauren. de Laud. Virg. lib. 7.*

Forma contemplatiuorum colloquens cum Gabriele, & cum Apoſtolis, & cum ſanctis mulieribus in oratione perſeuerans. Actuum 2. *Idem ibidem.*

Forma pœnitentium ſtans iuxtà Filij crucem. *Idem ibidem.*

Forma totius bonitatis, *Idem ibidem.*

Forma morum. *D. Bonauentura in Pſalter. minori* B. *Virg. Quinquagena 1.*

Forma, ad quam æterni Patris imago figuratur; eſt enim Filius imago Dei inuiſibilis, vnde Sap. 7. dicitur, quod eſt ſpeculum ſiue macula Dei Maieſtatis, & imago bonitatis illius; hæc igitur imago figuranda in formam hominis, formaculum accepit vterum Virginis, ſicut ſigillum mundiſſimum in cera imprimitur mundiſſima, & ſic immago Patris facta eſt ad imaginem Matris. *Alber. Mag. in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc.*

Forma cæli, & terræ, rerumquæ omnium crearum. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Natiuitate B. Virg.M.*

Forma humilitatis. *D. Lauren. Iuſtin. in ſerm. Natiuit. SS. Mariæ Virg.*

Forma vniuerſæ munditiæ. *Dionyſ. Carthuſ. de Laud.* B.M. *Virg. lib. 1. art. 2.*

Forma innocentiæ. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. Maria Virg.*

Forma vitæ. *B. Caſimirus Poloniæ Princeps in hymn. de B. Virg.*

Forma bona noui hominis. *Philippus de Greue ſerm. 132. Pſalm. 66.*

Forma integritatis. *Mauritius de Villaprobata ſerm. 23, corona nona B. Mariæ.*

Forma vera omnis paupertatis. *Idem ibid. ſer. 25.*

Forma patientiæ. *Ioan. Picus lib. 2. in Cant. c. 19.*

Forma totius humilitatis. *Idem lib. 1. in Cant. c. 5*

Forma virturis, intuentium oculos rapiens, raptos ſanctæ æmulationis calcaribus animans, & in ſeſe imitationis ſanctos animatorũ igniculos ſemper excitans. *Idem lib. 3. in Cant. c. 7.*

Forma virginitatis. *S. Thom. de Villanoua ſer. 2. de Annunciat. B. Virg.*

Forma Reginæ cæli, quæ in corpore ipſius immortali cernetur, poſt regiam corporis Chriſti ſpeciem iucundiſſimum cuo ſempiterno ſpectaculum exhibebit. *Io: à Ieſu Maria Tom. 3. oper. ſuor. Tractatu de amore, cultuque Reginæ Cæli 1. par. cap. 1.*

FORMOSITAS ab omni decore ſelecta. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

Formoſitas condecens Deo. *Iſidor. Theſſalonic. in orat. de Præſentat.* B.M. *Virg.*

FORMVLA, in qua vaſa Domini, id eſt, fideles figuram recipiunt. *Philipp. de Greue ſerm. 132. in Pſalm. 66.*

FORNAX, in qua viſus eſt quartus in ſimilitudine Dei. Daniel. 3. *Anaſtaſ. Synaita lib. 4. Anagog. Contemplat. in Hexameron.*

Fornax intellectualis, ſunimus enim Deus, qui tres pueros conſeruauit, totum mundum in eius ſacro vtero renouauit. *S. Ioan. Damaſcen. in Canticis Græcorum ſono 1.*

Fornax irrorata ſimul, & ardens. *Ioan. Geometr. ſerm. in Annunciatione SS. Dei Genitricis* M.

Fornax, in qua ineffabiliter opere. Spiritus ſancti artificis fuſum, & liquefactum eſt aurum Deitatis, vt poſſet quaſi diſcurrere in figuras, & modulos noſtræ infirmitatis, qui ſunt fames, ſitis, frigus, cauma, laſſitudo, ægritudo, & mors: & ſic Chriſtus in ſe recipere dignatus eſt characteres noſtræ humanitatis. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg.* M. *lib. 10.*

Fornax incitatione mentium ad Deum. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. SS. Virg. fructu 8.*

Fornax, in qua Spiritus ſanctus totum ignem operationis recluſit, quam vnquam dare diſpoſuit creaturæ rationali. *Bernardin. Senenſ. tom. 3. ſerm. de Aſſumptione B.V.M.*

Fornax amoris Spiritus ſancti, & in qua totum ignem operationis virtuoſę incluſit, & totum quod vnquam dare diſpoſuit creaturę. *Dion. Carth. lib. 4. de Laud. SS. Virg. art. 9. D. Bernard. Senenſ. tom. 7. ſerm. de Aſſump.* B.V.M. *& Bernardin. de Buſtis ſer. 2. de Aſſump.* B.M.V.

Fornax viuifici panis. *Ioan. Mauburn in Roſeto Exercitation. ſpiritualium tit. 21. cap. 6.*

FORTALITIVM fidei inexpugnabile. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 28. Coronæ nonæ* B. M.

FORTITVDO populi. *Anonym. in Cmone ad SS. Deipar. qui extat in Rituali Græcor. pag. 813.*

Fortitudo fidelium. *S. Ioſeph Hymnogr. in Mariali.*

Fortitudo hominum. *Idem ibidem.*

Fortitudo Martyrum. *Idem ibidem, & Robert. Bellarmin. in Conc. de Natiuitate Beatæ Virgin. Mariæ.*

For-

Fortitndo virtutis noſtrę. *Ioan.Epiſc. Aretinus in Tractatu de Dormit. SS. Virg.M.*
Fortitudo deficientium. *D.Bernard. ſerm.1. ſuper Salue Regina.*
Fortitudo pugnantium. *Adam de Perſ. in Mariali fragm. 2.*
Fortitudo defenſionis noſtræ . *Ioan.Mailgrinus in cap. 4. Cantic. Canticorum.*
Fortitudo Martyrum. *D.Bonauent. in Cant.Pſalterij B.Virg. Mariæ.*
Fortitudo noſtra in Domino. *Idem ibidem.* S.German.*orat.2.in Præſent.B.M.V. S.Io.Damaſc.in Paracl. B.M.V.,Theodor. Laſcb. Imper.in Can. ad SS. Deiparam. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 8. Coronæ nouæ B.M.*
Fortitudo fragilium. *Ioan.Tritbem.lib.1. de Miracul.B.M.V. in Vrticeto cap.6.*
Fortitudo iuſtorum. *Petrus Bleſ.ſer.38.*
FOSSATVM vacuatum à terra per contemptum mundanæ proſperitatis , & largam erogationem ſubſtantiæ temporalis: profundum per dimiſſionem timoroſæ humilitatis: dilatatum per amplitudinem eximiæ charitatis: petratum per ſoliditatem patientiæ ſingularis mundiſſimum:per amorem, & votum perpetuæ virginitatis , & aquoſum per inexhauſtam multitudinem pietatis , & abundantiam lachrymarum. *Richard. à S.Lauren.de Laud. SS.Virgin.Mariæ lib.12.*
FRAMEA populi. *Anonym. in Canone ad SS.Deiparam , qui extat in Rituali Græcor.pag.813.*
FRVCTIFICATIO feracitatis , & benedictionis terræ, per quam à ſpinarum damnatione erecti, & à tribulorum aſperitate liberati ſumus. *Iacobus Monachus in Mariali orat.6.*
FRVCTVS à Deo germinans. *Andr. Cret. Can. in Natiuitate B.M.Virgin.*
Fructus fœcundiſſimus Ioachim, & Annæ. *Idem Can. in Concept.B.Virg.*
Fructus generoſus, qui ex infœcundis parentibuſque,ceù irriguis arboribus Ioachim , & Anna germinauit. *Idem orat.de Natiuitate B. Mariæ Virg.*
Fructus illuſtris orationis , quem Deus dedit Sanctæ Annæ, ſicut quondam Annæ germen orationis præbuit Prophetam Samuelem. *Idem in Can.de Natiuit. B.Virg.*
Fructus intemeratus, quem Deus ex S.Annę ſterili radice fecit efflorere. *Idem ibidem.*
Fructus præclarus, & nobilis. *Idem ibidem , & Photius Conſtantinop.in S.M.V.Natiu.*
Fructus virginitatis, quæ creaturæ Altorem,Redemptoremque Ieſum , ſine ſemine genuit. *Idem ibidem.*
Fructus vitalis, quem Ioachim, & Anna mundo germinarunt. *Idem Can.in Natiu.B.V.*
Fructus incorruptionis. *Georg.Nicom.orat. 2.de Conceptione Deipar. Virg.*
Fructus iuſtiſſimus, & iuſtis procreatus. *Idem orat.3. de Conceptione Deip.Virg.*
Fructus multorum laborum, ac intentę orationis ſuorum parentum. *Idem orat.2.in Conceptione Deiparæ, Virg.*
Fructus naturæ inclytus. *Idem ibidem.*
Fructus pietatis, ac victoriæ. *Idem orat.1.in Conceptione Deiparæ Virg.*
Fructus precationis. *Idem ibidem, & S.Ioan.Damaſcen.orat.3. de Natiu.B.M.*
Fructus melle dulcior , terram ſuperuolans ob ſanctitatis incorruptionem; vbi enim eſt ſanctitas, ibi eſt incorruptio. *S.German.Conſtant. orat. in Annunc. B.M.Virg.*
Fructus paritatis , qui de ſterili non prolifica pullulauit. *Idem ſerm.in Natiu.B.M.V.*
Fructus benedictionis. S. Ioan. *Damaſc. orat. 2. de Natiuitate B.M. Virg.*
Fructus, ex quo dulcis Ieſus prodijt , qui totus eſt dulcedo, & totus deſiderabilis. *Idem ibid.*
Fructus gratiæ. *Idem orat.1.de Natiu. B.M.V.*
Fructus ſterili prognatus, ac diuina venuſtate decorus. *Idem orat.4.de Natiu.B.V.*
Fructus vitæ, quem Ioachim, & Anna ſibi ipſis ad iuſtitiam ſeminantes, meſſuerunt. *Idem orat.1. de Natiuit.B.M.V.*
Fructus Annæ, quę bortum vitæ enixa eſt. S. Io: *Damaſc.Can.in Natiuit.B.M.V.*
Fructus credentibus feliciter gentibus gratioſè ex vberis ſterilibus ad lætitiam noſtram à Deo donatus. *Idem ibidem.*
Fructus leuans afflictionem earum , quæ cum afflictione pariunt. *Io.Eub.orat. in Conceptione S. Dei Genitricis.*
Fructus animatus, & viuens. *Nicetas Dauid.in homil. de Natiuit.B.M.V.*
Fructus precum potius ambitu , quam naturę vi editus . *Idem ibidem.*
Fructus à Deo Annæ conceſſus , qui non ſuam modo Matrem , ſed antiquam quoque generis parentem opprobrijs liberauit. *Leo Imperator in oratione de B.Virg.*
Fructus diuino munere conceſſus SS.Ioachim,& Annæ. *Theophil.in orat.de Præſent.B.V.M.*
Fructus iuſtitię, quem Deus dedit D. Annæ ſingulari illum ſubſtantia, multipliciumque diuitiarum æternum. *Iacobus Monachus orat. de Natiuit. B.Virg.Mariæ.*
Fructus ſolus,multis partibus in vniuerſis generationibus beatus. *Idem ibidem.*
Fructus iuſtiſſimus ex iuſtis exhuberans. *Iacob. Monachus in Mariali orat.1.*
Fructus multorum laborum, atque orationum. *Idem ibidem orat.3.*
Fructus pietatis, ac fortitudinis. *Idem ibid.or.1.*
Fructus ſingularis,opulentiſſimus, & ſempiternus iuſtitiæ Dei. *Idem in Mariali orat.2.*
Fructus vbertatis terrę. *Idem ibid. orat.6.*
Fructus vnius illius, qui dedit illum . *Idem ibidem orat. 3.*
Fructus votorum S. Annæ. *Idem ibidem.*
Fructus diuinitus datus . *Nicephorus Caliſtus lib.1. Hiſtor.Eccleſiaſt.cap.7.*
Fructus Annæ , & Ioachim admirabiliſſimus. *Iſidor.Theſſalon.in orat.de Præſent.B.V.M.*
Fructus pulcherrimus, ac præſtantiſſimus. *Idem orat. de Natiuit.* B.V.M.

Fructus honoris. & honeſtatis. S. *Vincen. Ferrerius ſerm. 1. de Natiuit.* B.V.M.

Fructus ſanctificationis. *Idem in ſerm. de S. Anna Matre* SS. *Virg. Mariæ.*

FRVSTVM chartę nouę magnę ex Iſaia. Fruſtum quidem propterea quod ſit Virgo ex ſemine viri, refecta autem ſit à mixtura viri, & & quod refecta ſit à naturali hominum conſuetudine; omnes quippe homines ex ſemine viri gignuntur, Chriſti verò Natiuitas ſecundum naturam quidem ex muliere Virgine Maria incarnationem habuit; præter naturam verò refecta eſt à conſequentia ſecundum humanitatem, velut etiam Iacob de ſe ipſo dicit: Ex germine fili mi prodiſti; & hac de cauſa dicit S. Iſaias Propheta, imò verò Dominus potius ipſi dicit: Accipe tibi Fruſtum chartę, ſpeciem conſuetudinis ſignificans in qua omnia ſcribunt filij hominum, velut etiam in Pſalm. 138. dicit: In librum tuum omnes ſcribentur, dies formabuntur, & nemo in ipſis; libro enim aſſimilauit veterum, & non dixit ſume tibi ipſi chartam, ſed Fruſtum, ob proprietatem præter hominum conſuetudinem: chartę, propter amplitudinem veteri ad hoc vt inſcribatur; nouę, propter nouitatem Virginis, & impolluram virginitatem, & integritatem; magnę, magna enim reuerà eſt Maria, ſancta Virgo coram Domino, & hominibus; quomodo enim non dixerimus hanc magnam, quę incomprehenſibilem concepit, quem cęlum, & terra capere non poteſt. *D. Epiphan. lib. 1. contra hæreſes hæreſ.* 30.

Fruſtum magnum, & nouum magnum propter miraculum: nouum quia Virgo, in quo Spiritus ſanctus ſcripſit ſtylo hominis; homo autem eſt Chriſtus Ieſus mediator Dei, & hominum. *Idem ibidem.*

FRVTEX flammis cinctus. *Ioan. Geometra in B. Virg. hymn.* 2.

FVGA Dęmonum. *D. Laurent. Iuſtinian. in ſerm. de Annunciat. B. Mariæ Virg.*

FVGATRIX antiqui doloris, & luctus. *D. Gregor. Thaumaturg. orat. 2. in Annunc. B.* M.V.

Fugatrix maledictorum. *S. Petrus Maurit. Cluniac. Proſa in honorem Matris Domini Tom. 12. Bibliothec.* PP.

Fugatrix maledictionis. *S. Mechtildes lib. 1. gratię ſpiritualis cap.* 12.

Fugatrix tenebrarum terrę. *D. Birgitta lib. 1. Reuelation. cap.* 50.

FVLCIMENTVM totius contemplationis, atq; aſcenſus ad diuina. *Andr. Cretenſ. orat. 3. de Dormitione B. Mariæ Virg.*

Fulcimentum humi inclinatorum. *S. Germ. Conſtant. orat. 2. in Præſentat. B.* M.V.

Fulcimentum ijs, qui deſcendunt ad mortem. *Idem orat. 1. in Præſentat.* B.M.V.

Fulcimentum fidelium. S. *Ioſeph hymn. in Mariali.*

Fulcimentum Martyrum. *Idem ibidem.*

Fulcimentum Apoſtolorum. *Theodorus Laſchus Imperator in Can. ad ſanctiſſimam Deiparam.*

Fulcimentum immobile. *Iacobus Monachus in Mariali orat.* 6.

FVLCRVM proſperè nauigantibus ad Deum. *Iſidor. Theſſalonic. orat. de Aſſumpt. B.M.V.*

FVLGOR poli *Venant. Fortunatus elegia in Laud. S. Mariæ Virg.*

Fulgor iacentibus in tenebris. *S. Germ. Conſtant. orat. 2. B. Mariæ Virg.*

Fulgor lunaris. *D. Bernar. ſer. 3. ſuper Salue Regina.*

Fulgor ſalutaris mundi. *Robertus Bellarmin. in Conc. de Aſſumptione B.M.V.*

FVLGVR animas illuſtrans. *Andr. Cret. orat. 2. in Annunciat. SS. Virg.*

Fulgur margaritam progignens. *Theodor. Laſch. Imper. in Can. ad ſanctiſſimam Deiparam.*

FVMIGATIO ſpiritualis ſacrorum holocauſtorum. *Andr. Cretenſ. orat. 1. de Dormit. B.V.*

FVMVS, non teter coram diuinis oculis, qualis de camino, ſiue de fumario deficiens aſcendit, & aſcendens deficit; ſed fumus ex aromatibus myrrhæ, & thuris, qualem decet aſcendere de aureo thutibulo ante altare aureum vſq; ad oculos & olfactum Domini. *Rupertus Abbas lib. 3. Comment. in Cant. Cantic.*

Fumus, quia ſi fumus eſt agilis, Maria leui curſu, leui ſaltu tranſiliens omnes vitiorum ſpinas, lutulenta, & foueas tranſilijt: agilit etiã per officioſitatem, quando ſe tranſtulit ad B. Eliſabeth viſitandam: agilis etiam per obedientiam, deferens filium ad templum, & fugiens cum eo in Ægyptum. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. M. lib.* 12.

Fumus, quia ſi fumus eſt calidus, Maria calida fuit per dilectionem, vnde, & dicitur: Virgula fumi, qui de igne procedit, quia deſiderium ex amore venit; ipſa enim ardore Spiritus ſancti accenſa, ſic aſcendendo profecit in gratia, ſic aſcendit in gloria, quod omnem cognitionem humanam excedit. *Idem ibid.*

Fumus, quia ſi Fumus eſt flexibilis, Maria flexibilis fuit per humilitatem, quoad ſe per obedientiam, quoad Deum per compaſſionem, & pietatem quoad proximum. *Idem ibidem.*

Fumus, quia ſi Fumus eſt gracilis, & ſubtilis, Maria talis fuit per innocentiæ puritatem, & ſe ipſam ſemper gracilans per ſummam humilitatem: vndè cum eligeretur in Matrem Domini, ſe obtulit in Ancillam: gracilis etiam per paupertatem, quia omnia temporalia contemnebat, vel ſi ea aliquando habuit, largiter erogabat: gracilis etiam per carnis extenuationem, quia licet nunquam peccauerit, ſemper in pœnitentia mantit; fuit etiam gracilis, quia cæleſtibus extenuata diſciplinis, & ſubtilis in vita contemplatiua. *Idem ibidem.*

Fumus, quia ſi Fumus eſt leuis, Maria fuit ſine ponderoſitate peccati, & ideo ſurſum continuè ferebatur deſiderio æternorum. *Idem ibidem.*

Fumus, quia ſi Fumus eſt obſcurus, Maria obſcura fuit per tribulationum multitudinem,

quas

quas patiebatur amore Filij ſui. Vndè dicit Cant. 1. Nolite conſiderare me, quod fuſcaſim, quia decoloranit me ſol, id eſt Filius meus. *Idem ibidem.*

Fumus, quia ſi fumus liberè alta petit, Maria alta petijt per ſubtilitatem contemplationis, & rectitudinem intentionis; cælos enim attingebat ſtans in terra Sap. 18. *Idem ibidem.*

Fumus, quia ſi Fumus prouocat lachrymas, pia Mariæ recordatio prouocat lachrymas deuotionis, vnde dicunt fideles animæ in Pſalm. 136. Fleuimus, dum recordaremur Syon, id eſt Mariæ. *Idem ibidem.*

Fumus, quia ſi Fumus quanto magis aſcendit, tantò amplius extenuatur, & ſubtiliatur, Maria cum peteretur in Matrem Domini, quod erat ei ſumma dignitas, ſe obtulit in Ancillam, quod erat ſumma humilitas. *Idem ibid.*

FVNDA Dauid. *Hugo Carenſis in c. 24. Eccleſiaſt.*

FVNDAMEN mortalis generis. *Ioan. Geom. in* B. *Virg. hymn.* 1.

FVNDAMENTVM diuinum ineffabilis celſitudinis. *S. German. orat. 2. in Dormit.* B. M. V.

Fundamentum totius Eccleſiæ per fidem. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Fundamentum promiſſorum, quod Sancti Ioachim, & Anna iecerunt. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 2. & Georg. Nicomed. orat. 2. de Præſentat.* B. M. V.

Fundamentum reſurrectionis. *Idem in Mariali orat. 6.*

Fundamentum ædificanti. *Ern. Prag. in Mariali cap. 39.*

Fundamentum myſterij Incarnationis. *Emanuel. Pal. Imper. in orat. de Dormit.* SS. V. *& D. Athanaſ. in Epiſt. ad Epitectum.*

Fundamentum illorum, qui Chriſtum de ea dicunt conceptum, & natum. *Io: Gerſon. Tract. 9 ſuper Magnific.*

Fundamentum noſtræ fidei. *Bernard. de Buſt. in Mariali ſer. 2. de Coronat.* B. M. V.

Fundamentum totius ædificij diuinæ lectionis. *Io: Trithem. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto c. 6.*

Fundamentum totius perfectionis. *Idem de Miraculis B. M. V. prope Dittelbach lib. 1. cap. 10.*

FVNDATRIX prima Religionis ſacræ virginitatis. *S. Thom. à Villanoua ſerm. 2. de Annunciatione B. Virg.*

Fundatrix vnica virgineæ Profeſſionis. *Idem in Conc. 2. de Natiuit.* B. M. V.

# LIBER SEPTIMVS
# POLYANTHEAE MARIANAE
## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA
### DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ
### Incipientia à Littera G.

ALBANVS, per cuiuslibet immũdę cogitationis fugationem; Galbani enim fumigatio ſicut Phyſicorũ libri teſtantur, reptilia fugat, quę turpiũ cogitationũ in humanis cordibus irreptionem aptè ſignificant. *Hugo de S. Victore, ſerm. pro quolibet Feſto B. Mariæ Virg. qui eſt in ordine 55.*

Galbanus miræ virtutis, ſanans vulnera peccatorum, fugans tentationes Dæmonum, inflammans frigidos ad amorem cœleſtium, & alleuians in auaris affectum terrenorum. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 1. G.*

Galbanus, quia nos euacuat ſuis precibus, & gratia à peccatis. *Idem in lib. 1. de Laud. B. Virg. fructu 8.*

Galbanus ſanans vulnera peccatorum, fugans tentationes Dæmonum, inflammans frigidos ad amorem cœleſtium, & alleuians in auaris affectum terrenorum, Galbanum enim ſpecies aromatica (vt dicitur in libro de proprietate herbarum) tantæ eſt virtutis, quod vulnera ſanat, ſerpentes fugat, frigidas paſſiones curat, & morbum caducum alleuiat. *Bernard. de Buſt. ſerm. 1. de Aſſimilat. B. Virg.*

GALLINA, diligenter nos fouens, donec in filios Dei nos generet. *Iacob. de Voragine. in Mariali ſerm. 2. G. Bernard. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſerm. 4. Coronæ nouæ B. Virg.*

Gallina magnanimis, omnes noſtros hoſtes inuadens, & eos à nobis expellens. *Idem ibidem.*

Gallina propter compaſſionem erga Filium, & propter nimiam ſollicitudinem, quam de nobis habet in paſcendo, & cuſtodiendo. *Idem ibidem.*

Gallina pullos ſuos cuſtodiens ſub alis ſuæ pietatis ab inſidijs Dæmonum. *Idem ſerm. 7. de Aſſumptione B. Mariæ Virg.*

Gallina pullos ſuos paſcens cibo doctrinæ, & gloriæ. *Idem in Mariali ſerm. 2. G.*

Gallina ſub alis ſuis nos cuſtodiens, & ab inſidijs Diaboli nos protegens. *Idem ibidem.*

Gallina bona, quæ congregat pullos ſuos ſub alis, vt ibi foueantur, & protegantur Matth. 23. & non ſolum ſuos, ſed alienos, nam & Gallina pullos anatum nutrit, & pauonum. *Ern. Trag. in Mariali. cap. 141.*

Gallina ob compaſſionem, & ſollicitudinem erga pullos, ideſt deuotos ſuos. *Maurit. de Villaprob. ſerm. 4. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Gallina pullos ſuos paſcens cibo gratiæ. *Idē ibid.*

Gallina, quæ pullos ſuos ſub alis ſuis cuſtodit, & ab inſidijs Diaboli protegit. *Idem ibidem.*

GARYOPHILVM mentes confortans Chriſtifidelium. *Ioan. Trith. lib. 1. de Miraculis B. V. in Vriceto cap. 6.*

GAVDIVM noſtrum ineffabile. *S. Method. in Homilia de Purific. B. Mariæ.*

Gaudium mundi *D. Ephrem. in ſerm. de Laud. B. M. Georg. Nicomed. orat. 1. in Concept. Deip. Virg. S. Ioan. Damaſc. Cant. in SS. Deiparam, & D. Petrus Damianus in Caminibus de Aſſumpt. B. M. apud Surium Tom. 7.*

Gaudium mortalium. D. *Gregorius Nazianz. in Tragœdia de Chriſto patiente.*

Gaudium Apoſtolorum. *Andreas Cretenſis in S. Andr. Apoſtol. S. Ioan. Damaſc. in Paracl. B. Vir. & S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Gaudium olei vnctionis. *Andr. Cret. orat. 1. de Dormit. B. Virginis.*

Gaudium terræ. *Anon. in Men. Græc. die 23. Iulij.*

Gaudium certum mundi vniuerſi. *D. Germ. in ſuo Mariali frag. 4.*

Gaudium commune omnium. *Idem orat. in Præſ. B. Mariæ, & Anonymus in Euchologio, ſeu Rituali Græc. de eleuat. Panis Panagia nuncupati.*

Gaudium omnium; Gaudiũ enim vniuerſo mundo peperit, & letitiam, diſſipans meſtitiam peccati. *S. Ioſ. Damaſcenus in Octoec. Græc.*

Gaudium inenarrabile iuſtis. *Idem in orat. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Gaudium mundi Chriſtum hominum exultationem pariendo. *Idem in Paracl. B. Mariæ.*

Gaudium omnium gaudium enim, & veram læti-

lætitiam vniuerſo mundo peperit, diſſipans peccati triſtitiam. *Idem ibidem.*
Gaudium Angelorum, & hominum. *S. Ioſeph. Hymn. in mariali.*
Gaudium tribulatorum. *Idem ibidem.*
Gaudium commune omnium Chriſtifidelium. *Franco Abbas lib. 6. de gratia Dei, & S. Io. Damaſ. in Cant. SS. Deiparæ.*
Gaudium Cœli. D. Bern. *in Lament.* SS. Deiparæ.
Gaudium Eccleſiæ. *Adam de Perſ. ſer. in Aſſumpt. B. Mariæ.*
Gaudium conſternatorum. *Theod. Laſch. Imperat. in Can. ad SS. Deiparam.*
Gaudium noſtrorum in mæroribus. *Id. in Poem. B. Mariæ, & D. Bonau. in Pſalterio B. Virg.*
Gaudium plenum, poſt Deum, omnium Beatorum. *Idem in Canticis Pſalterij. B. Virg.*
Gaudium mæſtorum. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Eſther.*
Gaudium omnium ſanctorum. S. *Mechtild. libr. 1. gratiæ. ſpiritualis cap. 54.*
Gaudium commune humani generis. *Nicephor. Gregoras orat. in* S. Deip. *& Leo Imperat. in orat. de Præſentat. B. Virg.*
Gaudium Angelicum. B. *Ioſeph. Steinfeld. Queſ. 4.*
Gaudium Angelorum in prima eorũ creatione. D. *Birgitta in ſer. Angelico de Excel.* B. M. c. 4.
Gaudium iuſtorum. *Eadem lib. 6. Reuelationum cap. 10. & D. Anſelmus in Pſalt.* B. *Mar. part. 2.*
Gaudium deſiderabiliſſimum deſiderantium ſe. *Iacobus Monach. in Mariali orat. 5.*
Gaudium multiplex. *Idem ibidem.*
Gaudium reuera ipſiſſimum, non modo, quia è cunctis mulieribus ſola effugit damnationẽ ob peccatum, & partum in doloribus, ſed quia Marer etiam extitit ipſiſſimi gaudij. *Emanuel Paleol. Imperat. in orat. de Dorm. B. V.*
Gaudium Angelorum. *Lud. Bloſ. in orat. quadam ad Virg. quæ extat in eius ſcriniolo ſpirituali, & S. Ioan. Damaſc. Can. in S. Alben.*
Gaudium terræ. *Idem in Endelogia 2. ad B. Virg.*
GAZOPHYLACIVM theſauri, quo ſumus decruenti prædonis ſeruitio comparati. *D. Petrus Damianus ſerm. 2. de Natiuit.* B. *Virg.*
Gazophylacium pauperum. *Guarnerius Lingon. ſerm. 3. de Natiuit.* B. *Mariæ.*
Gazophylacium, in quo repoſuit Dominus omnia dona gratiarum, meritorum, & virtutum. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 4.*
Gazophylacium, quod eſt Arca, vbi colliguntur in templo ea, quæ ad indigentiam pauperum, & ædificationem templi mittuntur, nam in Maria, velut in quodam Gazophylacio vtriuſque Eccleſiæ, quidquid boni nobis pauperibus dare diſpoſuit, munificentia diuina congregauit. *Idem de Laud.* B. *Maria lib. X.*
Gazophylacium, in quo, beata verè illa anima, quæ ſua duo minuta in interiorem hominem ſuum recondere poterit; erit enim anima eius cuſtodia, quaſi in faſciculo viuentiũ. *Ern. Prag. in Mariali cap. 105.*
Gazophylacium Regis ſummi, cuius cuſtos fuit ipſe Deus; vndè dignum eſt, vt præcellat cuiquam nobilius, forrius, ſecretius maiori diligentia cuſtoditum, & gazis pretioſioribus plenum. *Idem ibidem.*
Gàzophylacium abundans ſupernæ ſuauitatis. *Ioan. Trith. lib. 1. de Mirac. B. M. in Vrticeto. c. 6.*
Gazophylacium totius puritatis. *Idem de Mirac. B. Mariç. prope Dittelbach. lib. 1. cap. 10.*
Gazophylacium Filij Dei. *Ioan. à Ieſu Maria Tom. 2. oper. ſuor. Tract. de Theol. myſt. pag. 65.*
Gazophylacium virtutum. *Alanus de Inſul. in prologo ſuper Cant. Cantic.*
GEHON, fluuius, de quo legitur: Et aſſiſtens quaſi Gehon in die vindemiæ; Maria enim aſſiſtit Filio patienti. Ioan. 19. quando ſcilcet corpus eius, quaſi vua premebatur in torcularí Crucis, & indè expremebatur muſtum noſtræ redemptionis, quo potamur in Altari. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 9.*
Gehon, ideſt hiatus terræ, quia in ſe ampliauit, & dilatauit per deſiderium ſanctorum. *Alber. Mag. in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſis.*
GEMMA ſuperba Throni, exnperans Portas Syon ſplendore coruſco, ore diem iaculans, radios à fronte ſagittans luminibus rutulis, lumen honore rotans. *Venant. Fortun. eleg. in Laud.* V.
Gemma ſanctimonialium. *Idiota de B. Virg. Part. 8. Contemplat. 20.*
Gemma cœleſtis. *S. Anſel. in orat. ad* B. *Virg.*
Gemma ſingularis, habens ſcripta myſteria in æterni Pontificis rationali poſita. *Idem in Pſalterio B. Virg. parte 3.*
Gemma Confeſſorum. *D. Bonauent. in Expoſition. ſuper Salue Regina.*
Gemma Mulierum. *Idem in Pſalt. minori B. M. V. Quinquagena 1. & Lud. Bloſius in doxologia Rhytmica ad B. M. Virg.*
Gemma pretioſa. *Iacob. de Vorag. ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*
Gemma pretioſa, quæ non alibi, quã in theſauro cœleſti debuit reponi. *Idem in Marial. ſ. 13. A.*
Gemma gemmarum Cœlos ipſos tranſiens. *Io. Hondem. in hymno de variis Encomijs Deiparæ.*
Gemma pretioſiſſima, & vtiliſſima nobis. *Bernar. de Buſtis in Marialí ſerm. 2. de Coronat.* B. *M. & Maurit. de Villaprob. ſerm. 7. Cor. nouæ B. M.*
Gemma decens. *B. Caſimirus Poloniæ Princeps in hymno de B. M. Virg.*
Gemma pudicitiæ. *Io. Trith. de mirac. B. M. Virg. prope Dittelbach. lib. 1. cap. 10.*
Gemma ſuper aurum, & topatium, omnium in cœlo, & in terra pretioſiſſima, cui nulla margaritarum, aut lapidum nobilitas eſt conparanda. *Idem lib. 1. de Miraculis B. Virgin. in Vrticeto cap. 6.*
Gemma vere inæſtimabilis, de theſauro cœleſtis Sapientiæ producta, & totius Triniratis artificio incomparabiliter adornata. *Id. ibid. ſer. 23*
Gemma ſingularis humanæ naturæ. *Idem in Endologia 2. ad Virg. Mar.*
GEMMVLA floris. *D. Althelmus in libro de Laud. Virginitat.*

Gemmula Martyrum. *Ioan. Mabubur. in Roſario de gloria SS. Virg. membr. 6.*

GENERATIO caſta. *Guarric. Abbas ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg.*

GENITRIX Dei, qua nemo maior, & ſublimior. *S. Petrus Apoſtolus in ſerm. habito in tranſitu B. Virg. apud Amadeum Raptu 8.*

Genitrix Domini, & Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. *Idem in ſua Liturgia. S. Simon Apoſtol. ſerm. in tranſitu B. Mariæ apud Amadeum Raptu 8. & S. Matthias Apoſtol. ſerm. ibidem.*

Genitrix inclita Dei noſtri. *D. Paulus Apoſtolus ſerm. in tranſitu B. Virg. apud Amadeum raptu 8. S. Ioan. Apoſtol. ſerm. in tranſitu B. Mariæ apud Amadeum raptu 8. D. Leo ſerm. 1. de Nat. Domini, Iſychius lib. 1. in Leuit. cap. 2. S. Sophron. in orat. in Chriſti Natalitia, & Greg. Nicomed. in orat. de Exitu SS. Dominæ noſtræ. Melito Sard. in libello de tranſitu B. Virg.*

Genitrix Dei noſtri pulchra, et valde decora, cuius pulchritudinem Sol, & Luna, & cuncta Sidera, imò, & omnes virtutes Cœlorum admirantur. *S. Andreas Apoſtol. ſerm. in tranſitu B. Mariæ apud Amadeum raptu 8.*

Genitrix Dei, & Magiſtri noſtri, cuius fauore præditi ab inimicis noſtris ſupplantari non poſſumus. *S. Iacob. minor Apoſtol. ſerm. in tranſ. B. Virg. apud Amadeum raptu 8.*

Genitrix Verbi Diuini. *Idem ibidem S. Io. Damaſ. Can. in Nat. B. Virg. S. Petrus Damianus. de Aſſumpt. B. M. & S. Ildeph. ſer. 1. in Aſſumpt. eiuſd.*

Genitrix Dei ſuper omnes electa, & præelecta. *S. Thomas Apoſtol. ſerm. in tranſ. B. Mariæ apud Amadeum raptu 8.*

Genitrix Dei Deum aſſiduè videns. *S. Bartholom. Apoſtol. ſerm. in tranſ. B. Virg. apud Amad. rap. 8.*

Genitrix Dei, dignioris complexionis, quam Mater carnalis omnium viuentium; iuſtum enim fuit, vt dignor eſſet etiam in corpore omnibus alijs, ex cuius puriſſimo ſanguine, & humore plaſmandum erat digniſſimum corpus Redemptoris omnium. S. *Matthæus Apoſtol. ſer. in tranſ. B. Virg. apud Amad. rapt. 8.*

Genitrix Dei pura, & ſancta. *Idem in Liturgia Æthiopum. Melito Sard. in libello de tranſ. B. V. S. Methodius in hom. Feſt. Purif. B. Mariæ. S. Baſilius in ſua Liturgia, ſiue Miſſa. S. Proclus in orat. 1. de Laud. B. Virg. S. Seuerus Alexand. in lib. de Ritibus Baptiſmi. S. Ildelphonſ. ſer. 7. de Aſſumpt. B. Mariæ. S. Theodorus Studites in Can. in Ereſt. SS. Imaginum. Guarricus Abbas ſerm. 3. de Aſſumpt. B. Virg. D. Anſelmus in hymno 2. B. Dei Genitricis. S. Franciſcus in orat. 1. ad B. V. & S. Laurent. Iuſtinian. in lib. de Caſto Connubio Verbi & animæ cap. 23.*

Genitrix Dei puriſſima. *S. Marcus ſerm. in traſeu B. Virg. apud Amadeum Raptu 8.*

Genitrix, & Ancilla Domini. *Orig. Hom. 1. in diuer.*

Genitrix, & obſtetrix deuotam in puerperio dilectæ ſoboli exibens clientelam, *D. Cyprianus in ſerm. de Natiuit. Chriſti.*

Genitrix Dei, quæ numquam deſiit eſſe virgo. *D. Baſilius. Hom. de humana Chriſti generat. quæ eſt. 25. in ordine reliquiarum.*

Genitrix Dei ſanctiſſima, ſemper Virgo. *D. Ephr. in ſerm. de Laud. Virg. S. Odilo ſerm. de Purific. B. Mariæ. Michael Pſellus in cap. 6. Cant. S. Bonauent. in Speculo B. Virg. cap. 8. & Io. Trith. in lib. 2. de Mirac. B. Mariæ in Vrticeto cap. 1.*

Genitrix Dei beata, quæ præputium impudicitiæ ſciuit à ſe penitus circumcidere, S. *Io. XLIV. Epiſcop. Hieroſolymit. in lib. de Inſtitut. primorum Monachorum cap. 34. D. Hieronym. in Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. Virg. D. Auguſtin. in ſerm. 2. de Annunc. B. Mariæ. S. Ildelphonſ. lib. de Virg. S. Mariæ. Enricus hom. in Feſto Purific. B. Virg. Guarricus Abbas ſerm. 3. de Aſſumpt. B. Virg. D. Anſel. in lib. de Excellen. SS. Virg. Mariæ cap. 11. Hugo de S. Victore ſerm. de Aſſumpt. B. V. qui eſt in ordine 47. Honorius Auguſtod. in Sigillo B. Virg. D. Laur. Iuſtin. de Triumph. Chriſti Agone cap. 23. & Ioan. Picus lib. 2. in Cant. cap. 14.*

Genitrix Dei electa, & præelecta. *Idem ibidem.*

Genitrix Dei glorioſiſſima. *Idem ibidem.*

Genitrix Dei, quia Deum vere genuit Incarnatum. *Idem ibidem.*

Genitrix pretioſiſſima. *Idem ibidem.*

Genitrix Sponſi immortalis. *Idem ibidem.*

Genitrix Dei, cui nihil comparandum eſt in hoc mundo. *S. Proclus in orat. 5. quæ eſt de Laude B. Virgin.*

Genitrix ſola Emanuelis ex eius voluntate. *Idem orat. 5. quæ eſt in Laud. Virg.*

Genitrix, ad cuius vbera pendet Deus. *D. Auguſt. ſerm. 5. de Nat. Domini, qui eſt 9. de tempore.*

Genitrix Domini noſtri, quæ ſalutem edidit mundo. *Idem in ſerm. de Aſſumpt. B. V. Venant. Fortunatus Elegia in Laud. SS. Virg. S. Eligius hom. in Purificat. S. M. D. Laur. Iuſtin. in Ligno vitæ de ſpe cap. 5. & Ioan. Trith. de Mirac. B. V. lib. 1. cap. 9.*

Genitrix Genitoris ſui. *Idem lib. 2. ad Cathecumen. de ſimbolo. cap. 5.*

Genitrix innocentiæ. *Idem. ſerm. 17. de Nat. Domini, qui eſt 21. de tempore.*

Genitrix Regis caſtitatis. *Idem ſerm. 14. de Natiuitate Domini, qui eſt 18. de tempore.*

Genitrix Dominatoris Dei. *S. Petrus Chryſ. ſ. 142.*

Genitrix, quæ ſæculorum genecrauit Auctorem. *Idem ſerm. 146.*

Genitrix vitæ, quæ nobis immaculatis parturitionibus peperit ſalutem. *D. Cyrillus libr. de recta fide ad Reginas poſt initium.*

Genitrix luminis æterni. *S. Sabb. in Menæis Græc. die 15. Auguſti.*

Genitrix, quæ portauit Filium talem in vlnis, qui eſt omnium Deus. *Idem in Menæis Græc. die 6. Ianuarij.*

Genitrix Chori Apoſtolici. *Idem in Menæis Græc. die XI. Iulij.*

Genitrix inuiolata. *D. Fulg. de incarnat. & gratia Ieſu Chriſti cap. 6. D. Ildelphons. in lib. de Virg. S. M. c. 2. Io. Trith. l. 1. de Mirac. V. in vrtic. c. 10.*

Ge-

Genetrix intacta Dei creantis, à Nato formata suo. *Arator Subdiacon. lib. primo Historiæ Apostolicæ.*

Genitrix de fasce leuis, de prole salubris. *Venantius Fortunatus elegia in Laud. Sanctiss. Mariæ Virgin.*

Genitrix, Nato, & sibi Virgo. *Idem ibidem.*

Genitrix transcendens olympum, & super astrigeros ingerit ora Polos. *Idem ibidem.*

Genitrix Virgo superans vim omnem rationis. *Andr. Cret. can. in Nat. B.M.V. D. Augustinus serm. 15. de Natiu. Domini, qui est 19. de tempore, Ioannes Damasc. in Can. Græcor. sono 1. & in Menæis die 1. Ianuarij, & Arnoldus Bostius lib. de patronatu, & patrocinio Deip. V.* M.

Genitrix Dei speciosa, & incontaminata, & sancta. *Anastas. Antiochen. orat. 2. in Annunciat. B. Mariæ Virg.*

Genitrix Dei, cuius Deus memoriam in cœlo, & in terra magnificauit. *D. Seuerus Alexand. in libro de Ritibus baptismi.*

Genitrix Beatissima Domini nostri Iesu Christi. *S. Eligius homil. in Festo Purificat. S. Mariæ Tom. 7. Biblioth. magnæ PP. Tom. 2. edit. 1. D. Bruno Carthus. in ser. de Natiu. B.M.V. D. Petrus Damian. ser. 2. de Natiu. B.V.M. Io. Trith. de Mirac. B. Virgin. lib. 1. cap. 10. & Mauritius de Villaprobata serm. 24. Coronæ nonæ B. M. & serm. 32.*

Genitrix Christi pijssima. *D. Ildephons. ser. 7. de Assumpt. B.M.V. D. Augustinus ser. 17. de Natiuit. Domini, qui est 21. de tempore & Dionys. lib. 1. de Laud. B.M.V. art. 11.*

Genitrix, cuius integritas nascentis exitu interrumpi non potuit. *D. Ildephons. in lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 11.*

Genitrix cum virginalis gloriæ plenitudine. *Idem in lib. 1. de Virginit. S. Mariæ cap. 1.*

Genitrix Dei, cæteris sanctis incomparabilis, magisque admirabilis. *Idem ser. 6. de Assump. B. Mariæ Virg.*

Genitrix Dei pretiosissima. *Idem serm. 2. in Natiuit. B. Mariæ Virg.*

Genitrix Dei propter incarnationem Verbi. *Idem in libro de Virginit. S.M.V. cap. 2.*

Genitrix Factoris mundi. *Idem in lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 1.*

Genitrix Factoris nostri. *Idem in lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 12. & vlt.*

Genitrix Filij Dei, generans simul Deum, & hominem. *Idem in libro de Virginit.* S.M. *cap. 1. S. Petrus Cluniacen. lib. 3. Epistolar. Epist. vltima. Honorius Augustod. in Sigillo* B.M. *Ioannes Rusbroch. lib. de Træcipuis quibusdam virtutibus cap. 9. D. Catharina Senensis in cap. 139. suorum Dialogorum, Dion. Carth. lib. 1. de Laudibus* B.M.V. *art. 11. Thomas à Kempis in Soliloquijs cap. 24. & Io. Trith. lib. 1. de Mirac.* B. *Virg. in* Vrticeto *in Præfatione lib. 1.*

Genitrix gloriosa. *D. Ildephons. ser. 7. de Assump. B.M.V. Honorius Augustod. in Sigillo* B. M.V. *Io. Hailgrin. in cap. Cant. Cantic. & Io. Thauler. sermone festi Annunciationis B. Virg. Mariæ.*

Genitrix integra. *D. Ildephons. in lib. de Virginit. S. Mriæ cap. 1.*

Genitrix speciosissima. *Idem serm. 2. de Natiuitate* B. *Mariæ. V.*

Genitrix Sponsi immortalis. *Idem serm. 1. de Assumptione B.M.V.*

Genitrix immaculata Seruatoris omnium, Creatoris, & Domini dolores nostros portantis. *Idem in Euchologio, seu Rituali Græcorum in officio in pestilentialis morbi periculo.*

Genitrix Dei pura, quam omnes potestates cælorum magnificant. *Cosmas Hierosolymit. in Theogon. hymn. 12. S. Seuerus Alexand. in lib. de Ritibus baptismi S. Ioannes Damasc. in Carm. de Dominc. Pasch. & in Can. Græcor. sono 1. & Io. Trith. de Mirac. B.V. prope Dittelbach lib. 1. cap. 11. & 12.*

Genitrix bona boni Verbi, cor nostrum passionum malitia grauiter affectum faciens bonum. *S. Io. Damasc. in Paracl. B.V.M.*

Genitrix Dei bona, quæ misericordiæ fontem concepit. *Idem in Cantic. Ecclesiastic. Græcorum sono 2.*

Genitrix Dei, encomiorum omnium legem excedens. *Idem orat. 2. de Assumpt. B.M.V.*

Genitrix Dei genuina, quæ sola liberè Natum adire potest. *Idem in Cantis. Ecclesiastic. Græcorum sono 2.*

Genitrix Dei innupta, cuius sacro partu cunctis scaturijt pijs immortalitas. *Idem ibid. & S. Io. Chrys. hom. in Christi Natal.*

Genitrix Dei lucidissima, & misericors. S. *Io. Damasc. in Ecclesiasticis Canticis Græcor. sono 2.*

Genitrix Dei, nõ modo propter Verbi naturam, verum etiam quia humana natura diuina effecta est. *Idem lib. 3. de Orthodoxa fide c. 12.*

Genitrix Dei, per quam mortalium genus redintegratum est, & primigeniæ Matris Euæ mœror in lætitiam mutatus. *Idem orat. 1. de Natiuitate B. Mariæ Virgin.*

Genitrix Dei, quæ incarnatum Verbum Dei peperit. *Idem in Canone de SS. Trinitate.*

Genitrix Dei sancta, non tanquam Deus, sed vt Dei Mater adoranda. *Idem orat. 2. de S. Imaginibus.*

Genitrix Dei sancta, quæ personam genuit in duabus naturis agnitam: Diuinitatis quidem ratione citrà vllum temporis spatium ex Patre genitam, ad extremum autem in tempore ex ipsa incarnatam, ac carne procreatam. *Idem lib. 4. de fide Orthodoxa cap. 7.*

Genitrix Dei vera, quæ sine semine peperit. *Idem in Can. de SS. Trinitate.*

Genitrix Dei verè, ac propriè. *Idem lib. 3. de Fide Orthodoxa cap. 12.*

Genitrix gaudij. *Idem in Paracl. B.M.V.*

Genitrix lucis, lucis sue splendoribus eos, qui eam collaudant lucidos reddens. *Idem ibid. S. Ioseph. hym. in suo Mariali. S. Petrus Damianus lib. 3. Epistolar. Epist. 10. Theodorus Lascbus*

*Imper. in Poema B. Mariæ, & D. Amad. hom. 7. de Laud. B. Virg.*

Genitrix, quam Deus poſt partum diuina potentia caſtam Virginem cuſtodiuit. S. *Io: Damaſc. in Can. Græcorum ſono. 1.*

Genitrix vitæ ducentis ad vitam, in viam nos rectam ſuis auſpicijs transferens, vt qui in deuia, imò calamitatũ dirarum voragines noſtra nos inſipientia præcipitauimus. *Idem in Mæneis Græcorum die 17. Iulij.*

Genitrix diuina. *Io. Euchaita in Mæneis. Græc. die 30 Ianuarij.*

Genitrix Dei celeberrima, incontaminata. *Io. Eubœus orat. in Concept. S. Dei Genitricis.*

Genitrix Dei, nulla prorſus aſperſa maculâ. *Idem ibidem.*

Genitrix, & Germana Filij, *D. Althelm. in lib. de Laud. Virginitatis cap. 22.*

Genitrix ſobolis perennis. *Idem in lib. de Laud. Virginum verſibus conſcript.*

Genitrix Dei, cui data eſt gratia diuina. *Theophan. Nicenus hymn. in Annunc. B. Virgin.*

Genitrix Dei intaminatiſſima. *Idem in Mæneis Græcor. die 17. Ianuar. & Anonymus in Meneis Græcor. die 24. Ianuarij.*

Genitrix lucis, diuina ſua luce illuſtrans cogitationes noſtras, & corda interceſſionibus ſuis perturbationum caliginem diſſipans, & omnes pergratiam participes faciens diei, veſpere carentis. *Idem ibidem.*

Genitrix abſque viro. *Io. Geomet. in B. V-Hym. 1.*

Genitrix temporalis. *Idem ibidem in Hymn. 2.*

Genitrix virtutum, quæ decorant animos. *Idē ibi.*

Genitrix ſui, & omnium Genitoris. *Ambroſ. Anſbert. hom. in Feſto Purific. B. Mariæ.*

Genitrix intemerata Redemptoris noſtri. *Idem ibidem. Io. Rusbroch. lib. de præcipuis quibuſdam virtutibus cap. 10 & Io. Trith. de Mirac. B. Virg. prope Dittalbach. li. 1. cap. 2.*

Genitrix beata Sponſi. *D. Fulbert. Carnotenſ. ſerm. 3. de Nat. SS. Virg.*

Genitrix Dei mirifica. *Idem ibidem.*

Genitrix ſummi Auctoris, & Creatoris. *Idem ibidem. & S. Sophronius in Mæneis Græcor. die 8. Ianuarij.*

Genitrix Dei, ditiſſimorum, ſapientiſſimorum, & fortiſſimorum omnium Regum propagine generata. S. *Odilo ſerm. de Purific. B. Virg.*

Genitrix Dei ſacratiſſima, intemerata, gloriosa. *Petrus Diac. ſerm. in Aſſumpt. B. Virg.*

Genitrix Dei, cuius qui ſibi prouiderit auxilium, ad æterni Iudicis non poterit perire conſpectum. *Idem lib. 2. Epiſtolarum Epiſt. 14.*

Genitrix æterni Solis. *Idem in Pſalt. B. Virg. part. 1.*

Genitrix Ieſu. *Idem in hom. Euangelij ſecundum Lucam: Intrauit Ieſus in quoddam Caſtellum.*

Genitrix Dei, & Domini noſtri, per cuius fœcunditatem captiui, ſumus redempti; per cuius partum de morte æterna ſumus exempti; per cuius prolem perditi, ſumus reſtituti, & de exilio miſeriæ in patriam beatitudinis reducti. *Idem in orat. ad B. Virg.*

Genitrix reconciliationis, & reconciliatorum. *Idem ibidem.*

Genitrix Saluatoris totius mundi. *Franco Abbas lib. 6. de gratia Dei. D. Auguſt. lib. de Aſſumpt. B. Virg. Anonymus in Rituali Græc. in officio aquæ benedictæ. D. Bonau. in Pſalt. B. Virg. Matthæus Cantacuz. in cap. 6. Cant. Cant. & D. Laur. Iuſtinianus in Ligno vitæ de homil. cap. 2. & 3.*

Genitrix vera Dei, & hominis. *D. Bernard. ſerm. de B. Virg. ſuper illud. Apocal. Signum magnum. Petrus Abbas Cellenſis lib. de panibus. cap. 21. Philippus Abbas lib. 1. Cant. Cantic. cap. 14. D. Bernardinus Senen. Tom. 3. ſerm. 2. de glorioſo Nomine Mariæ.*

Genitrix nos gignetis. *S. Petrus Maurit. Cluniacenſ. profa in honorem Matris Domini Tom. 12. Bibliothecæ magnæ.*

Genitrix Imperatoris humilium. *Guilielm. Parvus in cap. 6. Cant.*

Genitrix Dei venerabilis. *Cæſarius Ciſtercienſ. in hom. de SS. Nom. Mariæ.*

Genitrix Dei, quæ nec in carne delectata, nec in carne cruciata, in conceptione virginior, & in partu extitit ſanior. *D. Amadeus hom. 4. de Laud. SS. Mariæ Virg.*

Genitrix piiſſima. *Idem homil. 8. de Laud. B. Virg.*

Genitrix Regis noſtri, optimi meriti, & ſingularis Iuſtitiæ. *Idem homil. 7. de Laud. SS. Virg.*

Genitrix Dei mater, & Virgo Sancta, Sancta, Sancta. *D. Bonau. in Canticis Pſalterij B. Virg.*

Genitrix egregia. *Idem in opuſ. de Compaſ. B. M.*

Genitrix gratiæ, & miſericordiæ. *Albert. Magnus in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc. Guerric. Abbas ſerm. 1. de Purific. B. Virg. & Rich. à S. Laur. de Laud. B. Mariæ lib. 8.*

Genitrix incorrupta, cuius humilitas nobis proponitur in exemplum, cuius virginitas nobis datur in ſpeculum. *Alanus de Inſul. in cap. 1. Cant.*

Genitrix Creatoris, ad cuius votum ſumma quæque dona fidelibus ſuis communicat Deus. *Philotheus in Menæis Græcor. die 16. Iulij*

Genitrix Dei amabiliſſima, longèque chariſſima. *Io. Thauler. in Tract. de 10. Cecitatib. c. 11.*

Genitrix Dei digna. *Idem ibidem.*

Genitrix Dei dilectiſſima. *Idem ſerm. feſt. Annunciat. B. Mariæ Virg.*

Genitrix chariſſima, atque ſuauiſſima Filio Dei. *D. Io. Rusbroch. in libello de 7. amoris gradibus cap. 8.*

Genitrix Dei amantiſſima. *Idem ibidem.*

Genitrix digniſſima. *Idē de Tabernac. Fœder. c. 102.*

Genitrix digniſſima, quam ab omni æternitate vnam ex toto mũdo ſibi Deus elegit. *Idē in libello de 7. amoris gradibus cap. 8.*

Genitrix dulciſſima Domini Ieſu. *Idem in Tract. de fide, & iudicio. & Dionyſ. Carthuſ. lib. 1. de Laud. Virg. Mariæ.*

Genitrix ſemper veneranda Domini Saluatoris *D. Io: Rusbroch. in Regno Deum amantium c. 38.*

Genitrix immaculata munditiæ immundorum. *Amonius Tocqu. ſerm. 9. de Concept. B. Virg.*

Ge-

Genitrix Dei ſupra omnem omnium modum pura. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Natiuit. B. Vir.*

Genitrix Dei, & Domini noſtri. *Idem in Ligno vitæ de ſpe cap. 5.*

Genitrix Chriſtianorum. *D. Bernard. Seuen. ſerm. de Purific. B. Mariæ.*

Genitrix Dei veriſſima, quæ ipſum concepit, peperit, & nutriuit, atq; in aſſũpta natura fideliter aſſociauit. *Id. Tom. 3. ſerm. de Aſſum. B. Vir.*

Genitrix omnis ſanctitatis, in omnia vaſa gratię diffundendæ. *Idem ſerm. de. 7. verbii SS. Virg.*

Genitrix pia omnium electorum, ineſplicabilis pietatis. *Idem Tom. 3. ſer. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Genitrix veritatis. *Idem. Tom. 2. ſerm. 51. qui eſt de feſtiuitatib. B. Virg.*

Genitrix Regum ſpiritualium. *D. Anton. in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 22.*

Genitrix Spiritu ſancto fœcundata. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 5.*

Genitrix amantiſſima Verbi ęterni. *Dionyſ. Carth. lib. de Laud. Virg.*

Genitrix conueniens, & proportionata ab æterno Patre, Vnigenito ſuo prouiſa, ac preparata. *Idem lib. 2. de Præc. SS. Virg. M. 2. 39.*

Genitrix Dei præſtantiſſima, cuius commendatio à deuotis exhibita famulis, & Aneillis eidem Deo ſummopere complacet. *Idẽ de Laud. B. Mariæ lib. 1. art. 12.*

Genitrix Dei vera, & iure, titulo, ac priuilegio maternitatis iſtius, omni perſonę creatæ prælata. *Idem de Laud. B. Virg. lib. 4. art. 1.*

Genitrix dulcedinis ſummæ, ſuauitatiſque vniverſæ. *Idem lib. 1. de Præc. SS. Virg. art. 40.*

Genitrix omnium electorum inexhauſibilis benignitatis. *Idem lib. 4. de Laud. SS. Virg. art. 9.*

Genitrix incoruptionis. *Idem ibidem. cap. 1. §2.*

Genitrix Dei incomparabilis, & præſtantiſſima, ab omnipotente, & ſuper optimo Filio ſuo, præ omni pura creatura honorata, impleta, & glorificata. *Idem ibidem cap. 4.*

Genitrix Nati, & Filia, Mater, & Virgo. *Bapt. Mantuan. lib. 8. de fac. diebus ad diem 15.*

Genitrix Dei innocentiſſima, puriſſima. *Bernard. de Buſtis ſerm. 5. de Nat. B. Maria Virg.*

Genitrix diuinæ Maieſtatis. *Idem in Mariali ſer. 2.*

Genitrix omnium. *Idem in ſerm. de compaſ. B. V.*

Genitrix pia omnium electorum inexplicabilis pietatis. *Idem ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Virg.*

Genitrix alma Vnigeniti Dei Patris, quæ dignũ fuit, decens, vtile, & honeſtum, ac omnino diuinæ Maieſtati conueniens, & congruum, vt talis foret, cui nullum proſus obijci poſſet improperium, nullum dedecus, nulla infamia, nullum opprobrium, nullum vitium, nulla deformitatis maeula, nec vlla imperfectionis oppoſitio; ſed quæ ab omni parte foret beata, omni carens ſuſpicione vitij, tota pulchra, tota Deiformis, & vltra quam dici poſſit, elegantia inſignis: cuius Angelicus aſpectus diuinæ laudis pareret affectum, eſſetque in illa ſapientiæ ſpledoribus circumfuſa, quidquid honoris eſſe poterat, quidquid dignitatis, & meriti, quidquid honoris, & gratiæ, quidquid laudis & gloriæ. *Claud. Rapinas ſerm. 2. de Conceptione B. Mariæ Virg.*

Genitrix felix. *B. Caſimir. Polon. Princeps in hymno de B. Virg.*

Genitrix Dei caſtiſſima. *Idem ibidem.*

Genitrix Dei immaculata. *Idẽ in orat. ad B. Virg. quæ extat in compendio ſpiritualis Exercitij Monachorum. & Io. Picus. lib. 2. in Cant. cap. 16.*

Genitrix Dei innocentiſſima. *Io. Trith. de Mirac. B. Virg. prope Dittelbac lib. 1. cap. 4.*

Genitrix Dei, qua nihil dignius in cœlo, & in terra poſt Deum. *Idem ibidem cap. 2.*

Genitrix Dei ſemper caſtiſſima. *Idẽ de Miracul. B. Mariæ in Vrticeto in præfatione lib. 1.*

Genitrix Dei ter ſancta, quaterquæ beatiſſima. *Idem ibidem. lib. 1. cap. 9.*

Genitrix Dei venerabilis. *Idem lib. 2. de Miraculis Virg. Mariæ in Vrticeto cap 4.*

Genitrix piæ lapidis angularis Ieſu Chriſti. *Idẽ lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap. 7.*

Genitrix Dei innocentiſſima, puriſſima, mundiſſima. *Maurit. de Villaprob. ſerm. 29.*

Genitrix æterni Regis. *Io. Pieus lib. 2. in Cant. c. 2.*

Genitrix capitis noſtri. *Idem lib. 1. in Cant. c. 18.*

Genitrix Dei admiranda, omnique virtute præſtans. *S. Thom. de Villanova ſer. 2. de Annunc.*

Genitrix Dei Altiſſimi, *Ludouic. Bloſ. in Endologia 3. ad Mariam Virg.*

Genitrix ſereniſſima, ſuauiſſimaque Regis Meſſiæ. *Idem ibidem.*

GENVS noſtrum. *s. Iacob Maior Apoſtol. apud Ademum Raptu 8.*

Genus magni Dei, cui Deus ipſemet imputat Genus. *Iuſtus Lipſius in B. V. Halleuſi cap. 1.*

GEOMETRA. *Albert. Mag. ſup. Miſſus eſt c. 146.*

GERMEN iuſtum, de quo Ierem. 33. Et ſuſcitabo Dauid Germen iuſtum. *Venant. Fortunatus Elegia in Laud. S. Mariæ, & D. Bonauent. in Pſal. minori B. Mariæ quinquagena. 1.*

Germen iuſtorum Ioachim, & Annæ. *Serg. in orat. ad B. Virg. relatus à Caniſio lib. 1. de Deipara Virg. cap. 11.*

Germen deprecabile, ac deſiderabile. *Greg. Nicomed. orat. 2. in Concept. Deiparę. Virg.*

Germen nobiliſſimum, & nobili redice enatum. *Idem orat. 3. de Concept. Deiparæ. & Iacob. Monach. in Mariali orat. 2. & 1.*

Germen, ob quod beata eſt Domus Iſrael, quia ex illa pullulauit. *Greg. Nicen. orat. de exitu SS. Dominæ noſtrę, quando fuit oblata in templo.*

Germen optimum à bona radice ortum. *Idem orat. 3. de Præſent. B. Mariæ.*

Germen, quo terra cohoneſtatur, & extollitur. *Idem orat. 3. de Concept. B. Virg.*

Germen virens, intra Sancta ſanctorum à parentibus illatum. *Idem orat. 3. de Preſ. B. Virg.*

Germen Annę. quod piorum lingua ingentibus laudibus afficitur. *S. Io. Damaſ. or. 2. de Nat. V.*

Germen, de quo Catulus leonis, nempè Chriſtus, ratione humanitatis aſcendit. *Idem ibidem.*

Germen diuiniſſimum. *Idẽ orat. 3. de Aſſump. B. V.*

Ger-

Germen ex infructuoſo ſemine natum. *Idem ora. 2. de Natiuit. B. Mariæ.*

Germen Iudæ, perpetuo flore præditum, ex quo Dei Filius mundo ſublimior, & antiquior, ac Patri coæternus carnali modo pullulauit. *Idem ibidem.*

Germen iuſtitiæ. *Idem orat. 1. de Natiu. Virg. Mar.*

Germen promiſſionis, quod D. Anna ex ventre ſterili peperit. *Idem orat. 2. de Natiuit. B. Virg.*

Germen ſtirpis Dauidicæ, Propheticæ, atque Dei Parentis. *Idem in Canticis Græcor. ſono. 1.*

Germen copioſi ſeminis. *Coſmas Veſtitor orat. in SS. Ioachim. & Annam Dei Genitricis Parentes.*

Germen ex radice infęcunda natum, malitiæ ſpinas diuino germine ſuo, quod ſuprà naturam pullulauit, radicitus excidens. *S. Ioſeph Hymnog. in Mariali.*

Germen, cuius odor floris vſque ad mundi terminos diffuſus. *Leo Imperat. orat. de Nat. B. V.*

Germen, cuius beneficio antiquæ arboris emarcuit crimen. *Iacob. Monach. orat. de Nat. Virgin.*

Germen, ex quo lignum vitæ cum carne enatum prodijt, & per quod mors per inobedientiam inducta radicitus extirpata eſt. *Idem ibidem.*

Germen, ex quo lignum vitæ cum carne natum eſt, per quod inobedientiæ mors radicitus extirpata eſt. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 2.*

Germen, per quod plantæ vitium ſublatum eſt. *Idem in Mariali orat. 2.*

Germen pulcherrimũ naturæ. *Idem in Mar. orat. 1.*

Germen vnicum naturæ. *Idem in Mariali orat. 3.*

Germen, quod odore ſui floris mundum exhilarauit vniuerſum, & ſuauiſſimum tulit ſuprà omnem intelligendi, & exprimendi facultatẽ alimentum. *Iſidorus Theſſal. in orat. de Natiuit B. Virg. Mariæ.*

Germen floridum, ac ſpecioſiſſimum. *Idem ibid.*

GERMINATRIX Virginum. *Theodorus Ancyranus Hom. 1. de Natiuit. Saluatoris lecta in concilio Epheſino.*

Germinatrix Ieſu. *Guarricus Abbas ſerm. 3. de Annunc. B. Mariæ.*

Germinatrix fructus. *D. Catharina Senenſ. in XI. oration. quam orationem Romæ habuit in die Annunciat. B. Virg. anno. 1379.*

GERVLA Chriſti. *Io. Mabubum. in Roſeto exercit. ſpiritual. tit. 21. cap. 6.*

GESTATRIX vitæ & lætitiæ mundi. *D. Seuerus Alexand. in lib. de Ritibus Baptiſmi.*

GLACIES lucida, per vitæ ſanctitatem. *Rieb. à S. Laur. de Laud. Virg. Mariæ lib. 7.*

GLADIVS anceps, qui aduerſas hoſtium cohortes diſcindat, eorumque caſtra, velut hominem vnum ſolumq; diſijciat, *Anonym. in Canone ad SS. Virg. qui extat in Rituali Græcor.*

Gladius vtrimque acutus, hoſtis noſtri caput abſcidens. *Idem in Menæis Græcor. die 5. Martij.*

Gladius reſecans infirmitates. *Theod. Laſc. Imper. in Can. ad ſanctiſſ. Deiparam.*

GLOBVS cœleſtis nouę creaturæ, in qua Sol Iuſtitiæ, qui nunquam occidit, omneni ab omni anima peccatorum noctem fugat. *S. Trophimus orat. 6. quæ eſt de Laud. B. Virg.*

Globus lucidiſſimus. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Natiuit. B. Virg.*

Globus ſplendidiſſimus vitæ interminabilis. *Idem in orat. de Aſſmpt. B. Mariæ Virg.*

GLORIA Virginum, qua Deus carnem aſſumpſit, & puer factus eſt Deus noſter, qui eſt ante ſecula. *S. Iacob. in Liturgia, ſiue diuina Miſſa.*

Gloria noſtra, quæ parturiuit nobis Euchariſtię ſactificium. *S. Matth. Apoſt. ex Liturg. Æthyop.*

Gloria noſtrorum Parentum, quia peperit nobis Emanuelem. *Idem ibidem.*

Gloria ſolida Virginitatis. *S. Method. Homil. in Feſto Purific. B. Mariæ*

Gloria radicitus fundata. *D. Epiphan. in ſerm. de Laud. Virg.*

Gloria noſtrorum Genitorum. *D. Ephrem in ſerm. de Laud. B. Virg.*

Gloria Patrum. *Idem ibidem.*

Gloria Piorum. *Idem ibidem.*

Gloria Sacerdotum. *Idem ibidẽ. Andreas Creten. in Encom. de Zona B. Virg. & S. Io. Damaſ. in orat. 1. de Natiu. B. Virg.*

Gloria Virginum. *D. Ephr. ibidem. S. Ioan. Damaſc. in Parael. B. Mariæ. Theod. Laſcb. Imper. in poem. B. Virg. S. Bernardin. Senenſ. tom. 4. ſerm. 36. & S. Thomas de Villanona ſer. 1. de Annunc. B. M.*

Gloria Apoſtolorum. *Andreas Cret. in Encom. de Zona B. Virg. Anonym. in Eucologio, ſeu Rituali Græcor. S. Io. Damaſ. in Cant. in S. Albert. & S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Gloria Marryrum. *Andr. Cret. Can. in S. Andream Apoſtolum. Anonymus in Eucologio, ſeu Rituali Græcorum. S. Ioſeph. Hymn. in Mariali, & Maurit. de Villaprobata. ſerm. 23. Coronæ nouæ B. M. Virg.*

Gloria Regalis vniuerſi. *Andr. Cret. or. in Nat. V.*

Gloria terrigenarum. *Idem Can. in Concept. B. M.*

Gloria luti noſtri, quæ Euam pudore, & Adamũ comminatione liberauit, audaciam Draconis abſcidit, quam concupiſcentiæ ſumus non attigit, neque vermis voluptatis læſit. *Iſichius ſerm. 2. in Laud. SS. Virg.*

Gloria Prophetarum. *Idem ibidem.*

Gloria Regum. *Idem ibidem.*

Gloria humani generis, plena lætitiæ. *Georg. Nicomed. orat. in SS. Martyr. Coſmam, & Damian. & Ludouic. Bloſ. in Endologia 1. ad B. Virg.*

Gloria parentum Ioachim, & Annæ. *Idem orat. 3. in Præſent. B. Virginis*

Gloria inſomnis peruigilum oculorum. *S. Germ. orat. 2. in Dormit. B. Mariæ.*

Gloria hominum *S. Ioan. Damaſ. Can. in Sanctiſſ. Deip. & S. Ioſeph. Hymn. in Mariali*

Gloria mundi. *S. Ioan. Damaſ. in Octoec. Græcor. & Bernardin. de Buſtis in offic. Concept. B. M.*

Gloria omnium. *S. Io: Damaſc. in Can. SS. Deip.*

Gloria orthodoxorum. *Idem in Pentecoſt. Græc. & S. Ioſeph. in Mariali.*

Gloria eorum, qui pugnando palmam retulere. *S. Io. Damaſc. in Paracl.*

Gloria fidelium, eum, qui illam glorificat, futuræ,

turæ, lætitiæ, & æternæ gloriæ participem patrocinijs ſuis faciens. *Idem ibidem.*

Gloria omnium fidelium. *Idem ibidem, & in Oſtoec. Græcor. D. Thed. Studit. in Can. SS. Imagin. S. Ioſeph. Hymn. in Mariali. & Theod. Laſcb. Imper. in Can. ad SS. Deiparam.*

Gloria vniuerſi, ex hominibus prognata. *S. Io. Damaſc. in Canticis Eccleſiaſt. Græcor. ſono 1.*

Gloria Athletarum. *S. Ioſeph Hymn. in Marial.*

Gloria Confeſſorum ſanctorum. *Idem ibidem.*

Gloria maternitatis, & virginitatis. *Idem ibidem.*

Gloria noſtra. *Idem ibidem.*

Gloria Pontificum. *Idem ibidem.*

Gloria Sanctorum. *Idem ibidem, & Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 3.*

Gloria bonorum Angelorum. *D. Anſelm. in hymn. 2. B. Dei Genitricis. S. Io. Damaſ. in Paracl. B. M. Hugo de S. Victore lib. 3. Erud. Theolog. ex Miſcel. 2. tit. 125. Gabriel. Vinc. ſerm. de Concept. B. Virg. & Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coron. B. Virg.*

Gloria generis Dauid. *D. Bruno Carthuſ. ſerm. de Annunc. B. Virg.*

Gloria Cœli. *D. Bernard. ſerm. 3. ſup. Salue Regina.*

Gloria Iuſtorum. *Idem ſerm. 1. ſuper Salue Regina S. Ioſeph Hymn. in Mariali. D. Bernardin. Senen. tom. 2. ſerm. 51. et Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. de Coronat. B. Mariæ.*

Gloria Ieruſalem, ideſt, clauſtralium dans eis formam, & regulam obedientiæ, cum dixit: Fiat mihi ſecundum Verbum tuum. *Hugo Carenſ. in cap. 6. Cant. Canticor.*

Gloria Domini benedicta de loco ſancto ſuo. Ezech. 3. de loco, ideſt, quo Filius eius apud ipſum requieuit in vtero, & de loco, quo ipſa apud Filium requieſcit in Cœlo. *S. Bonauent. in ſpeculo. B. Mariæ cap. 12.*

Gloria Ieruſalem triumphantis, ideſt, omnium Sanctorum. *Idem ibidem.*

Gloria Ieruſalem. *Iudith. 15. D. Tho. Aquin. ſer. 2. in Annunc. B. Virg. D. Antoninus in ſum. 3. part. tit 31. cap. 4. Bernard. de Buſtis ſerm. 5. de vita B. Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſerm. 12. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Gloria Ieruſalem, ideſt illorum, qui ſunt in Cœlo. *Alb. Magn. in Bibl. Mariæ ſuper lib. Iudith.*

Gloria Ieruſalem, ideſt Dei, in quo eſt viſio noſtræ pacis. *Iacob. de Vorag. in ſerm. 6. de Annunc. B. Virg.*

Gloria Libani, & decor Carmeli. *Ioan. Bachonis in compendio Hiſtoriar. Ord. Carmel. in Præfat.*

Gloria ſuorum parentum. *Iacob. Monach orat. de Natiuit. B. Mariæ.*

Gloria Libani ſcilicet candidi Chriſti. *Ioan. de Malinis in ſpeculo Hiſtoriali declaratino ſtatus Ord. Fratrum B. Mariæ de monte Carm. cap. 5.*

Gloria Agri, ideſt, totius mundi, & generis humani. *Ern. Prag. in Mariali cap. 74.*

Gloria Ieruſalem, ideſt, ſupernæ Ciuitatis. *Idē in Mariali cap. 5.*

Gloria omnium Patriarcharum, per quam ſpes, & expectatio Patriarcharum adimpleta eſt. *Idem in Mariali cap. 140.*

Gloria Angelorum, & omnium Sanctorum. *D. Brigitta lib. 1. Reuelat. cap. 5.*

Gloria virginitatis. *D. Laur. Iuſtin. ſerm. de Nat. B. Mariæ Virg.*

Gloria Ieruſalem, ſcilicet cœleſtis, quia ruinam in Angelis reparauit. *D. Bernard. Senenſ. ſerm. 1. de conſenſu virginali.*

Gloria Libani ornans locum ſanctificationis Domini. *Idē tom. 3. ſer. 1. de glorioſo nomine. M.*

Gloria ſummi Dei. *Idem Tom. 1. ſerm. 61. qui eſt de modo ſuperadmirabili gratia, & gloria B. M. Ioan. Mahuburnus in Roſeto Exercit. ſpirit. tit. 23. cap. 6. & Maurit. de Villaprobata. ſerm. 25. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Gloria electorum. *Dionyſ. Carth. lib. 1. de Præc. SS. Mariæ Virg. art. 29.*

Gloria omnium creaturarum. *Idem in Cant. art. 8.*

Gloria generis noſtri, & cõmune bonum. *Io. Bapt. Mantuanus Tom. 2. lib. 1. Parthenices Marianæ.*

Gloria terrarum, Cœli Regina, Tonantis Mater. in humanis partus, & aura malis. *Io. Bapt. Mantuan. lib. 4. ſiluar. in ſupplicat. ad Deip. Virg.*

Gloria omnium mulierum, cuius ſola memoria dulcorat affectum; cuius amœnitatis, ſuauitatis, amabilitatis, & affectabilitatis immenſitas cor inebriat meditantis. *Arnold. Boſlius cap. 4. §. 1. lib. de Patron. & Patrocinio Deip. V. in ſibi dicatum Carmeli Ordin.*

Gloria Ieruſalem, ideſt Chriſti, qui eſt pax noſtra. *Idem ſerm. 5. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Gloria cunctarum fœminarum. *B. Caſimirus Poloniæ Princeps. in hymn. de B. Virg. B. Aelredus Abbas ſerm. in Annunc. B. M. Virg. Dionyſ. Carth. lib. 1. de Laud. SS. Virg. art. 4. & S. Thomas à Villanoua Conc. 1. in Aſſumpt. B. Virg.*

Gloria Ieruſalem, quæ per eam reparatur. *Io. Picus lib. 1. in Cant. cap. 2.*

Gloria totius Eccleſiæ Chriſtianorum. *Petrus Bard. ſerm. 1. de Concept. B. V. & S. Io. Chriſoſt. orat. in Hypap.*

Gloria vnica omnium ſanctorum electorum Dei. *Dion. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Mariæ.*

Gloria Ieruſalem, & lux clariſſima ſperantium in te aſſiſtens in decore Filio tuo, quem genuiſti. *Io. à Ieſu Maria Tom. 2. oper. ſuor. pag. 67. Theol. myſt.*

GLORIATIO virginum. *D. Greg. Thaumaturg. orat. 2. in Annunc. B. Mariæ, & S. Proclus in orat. 6. in Laud. SS. Virg.*

Gloriatio eximia fœminei ſexus. *S. Proclus. in or. 1. in Laud. Virg. Mariæ.*

Gloriatio Eccleſiæ. *S. Amphil. Sydæ Epiſc. in B. V.*

Gloriatio Angelorum. *Andreas Cretenſ. Can. in S. Andream Apoſtolum.*

Gloriatio eximia, ac maxima vniuerſorum. *Idē orat. in Natiuit. B. Virg.*

Gloriatio omnium Patriarcharum, & Prophetarum. *Idem orat. 1. in Annunc. Virg.*

Gloriatio præcipua omnium glorioſorum. *Idem orat. de Natiuit. B. V.*

Gloriatio Sacerdotum. *Idē in Can. de Nat. B. V.*

Glo-

Gloriatio illuſtriſſima creatorum. *Georg. Nicomed.orat.2.in Concept.B. Mariæ.*

Gloriatio inceſſabilis Angelorum. *Idem orat.in SS.Mart. Coſmam, & Damianum.& S. Ioſeph. Hym.in Mariali.*

Gloriatio noſtræ fiduciæ.*Georg.Nicomed.orat.de exitu.SS.Dominæ noſtræ Dei Parent.quando fuit oblata in Templo .*

Gloriatio omnium.*Idem orat.2. in Concept.Deip. apud Ceraſolam Tom.6.& Io. Damaſ.in Parac. B. Mariæ Virg.*

Gloriatio Parentum, Ioachimi & Annæ. *Georg. Nicomed. orat.in Præſent.B. Virg.*

Gloriatio Chriſtianorum.*S. Ioan.Damaſc.in Paracl.B. Virg.*

Gloriatio Fidelium.*Idem in Canone de SS. Trinit. Tom.4.Bibliothecæ PP.Andreas Creth.in Cant. de Annunc.B.Virg.& S.Ioſeph.Hym.in Marial.*

Gloriatio, in qua cœlorum adaperta regia, in qua Ciues adſcripti terrigenæ gaudio ſubſultant.*S.Io:Damaſc. orat.4.in Natiuit.B.Virg.*

Gloriatio ortodoxorum. *S. Io. Dam. in Octoec. Græcorum.*

Gloriatio ſola hominum. *Idem ibidem.*

Gloriatio Confeſſorum omnium. *Idem ibidem.*

Gloriatio Martyrum.*Idem ibidem.*

Gloriatio Piorum. *Idem ibidem.*

Gloriatio Sanctorum.*Idem ibidem.*

Gloriatio ſalutis noſtræ.*Leo Imperat. in orat.de Præſent.B.Virg.*

Glotiatio mundi. *Idem in Mariali orat.6.*

Gloriatio perennis ſexus fœminei.*Idem. in Mariali orat.1.*

Gloriatio primæ Matris Euæ. *Idē in Marial.or.2.*

Gloriatio iuſtorum. *Iacobus Monachus orat.de Natiuit.B. Virg.*

Gloriatio naturæ humanæ. *Idem ibidem.*

Gloriatio noſtra, multum deſiderabilis. *Idem ibidem,& S.Germani Conſtant.orat.2.in Præſent. B. Mariæ Virg.*

Gloriatio primi Parentis. *Idem Iac.Monac.*

Gloriatio humanæ genti à Deo data, per quam honorauit Deus naturam noſtram,quæ antea inhonorata fuerat,glorificauit illius dedecus, deformitatē noſtram decorauit, & inconeinnitatem adornauit.*Idem in Mar.or. 2.*

GLORIFICATIO Angelorum. *Theodor. Laſcb. Imper.in Can. ad SS.Deiparam.*

GLOSSA veteris, & noui Teſtamenti. *Albertus Magnus ſuper.Miſſus eſt.cap. 210.*

GNOMON horologij humani generis, quia ſicut in horologio Gnomonem facimus prominere, vt quaſi in ſolem porrectus ſolaris curſus horas deſignat diurnas, ſic diuina Sapientia Beatam Virginem,velut virgam rectiſſimam humano generi Gnomonem conſtituit, vt per eam quantum à lumine ſapientiæ defluxerit humana natura cognoſceret, & in ea viam redeundi ad primum punctum ſuæ originis inueniret; duodecim ſiquidem ſunt horæ diei, ad quarum decimam conſumandā Sol Sapientiæ diuinæ humanam naturam inſtituit, vt nonem ordinibus Angelorum perluſtratis, velut decima tandem hora homine illuſtrato mediante Spiritu ſancto ſemper ad Patrem, velut ad ſuum rediret principium,duodenarij in eo complens perfectionē: ità in eo manens, vt nullus ſit exceſſus: ità exiens ab eo, vt nullus receſſus: ità ad eum rediens, vt nullus fiat acceſſus. *Henric. Clarenallen.de Peregrinante Ciuit. Dei tract.12.*

Gnomon humani horologij, cui aduenientē temporis plenitudine Sol diuinæ Sapientiæ, qui in ſuo candore ab homine videri non poterat, ſe iunxit, & vmbram carnis, quam à ſua natura non habebat, de noſtro accepit Gnomone, vt qui in ſuo fulgore à nobis videri non poterat, ſaltem in noſtræ infirmitatis vmbra caperetur; & iuxta Prophetam in tali viueremus vmbra,ſiue ſecundum Salomonem in diei deſiderati vmbra ſederemus. *Idem ibid.*

GRADVS ſummæ pietatis,& affluentiæ. *D.Anton.de Padua ſerm.2.in Sabb. Dominicæ 2.Quadrageſimæ in Transfiguratione Domini in B.Virg.*

GRANVM, quia ſicut Granum madefactum ex ſe germen emittit,à quo eſt totus fructus ſine contactu alterius grani; ſic Maria madefacta gratia Spiritus ſancti, ſine contactu virili germinauit Chriſtum,qui eſt fructus benedictus..*Rich.à S.Laur.in Laud.SS. Virg. lib.12.*

Granum ab omni peccato illeſum in botro humani generis inuentū. *Albert. Magn.in Biblia Mariæ ſuper Iſaiam Proph.*

Granum Sinapis propter humilitatem Marc.c.4. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Marci.*

Granum purum à palea excuſſum. *Ludouicus Bloſius in Endologia 2.ad B.Virg.*

GRATIA ipſamet Dei. *Anonymus in Menæis Græcor. die 25. Iulij.*

Gratia à Deo data, quę hominum naturam dehoneſtatam partu ſuo honorauit. *S. Io. Damaſ.Can.in SS. Deip.*

Gratia iucunda votorum piorum ſoluēns generis probra, ſceluſque vetus. *Ioan. Geometræ in B. Virg.Hymn.2.*

Gratia Maiorum. *Idem ibidem.*

Gratia virtutum, quæ moribus inſunt, quæ mentem exornant, & ſunt Dei munera. *Idem in B.Virg. Hymn.4.*

Gratia non pura, quam in vnum duæ compactæ gratiæ, ſcilicet Ioachim, & Annæ diſponente Dei nutu protulerunt profuturam valdè cunctis hominibus. *D. Fulbert. Carnotenſ. ſerm.3. de Natiuit. SS. Virg.*

Gratia ipſa quodammodo, tanta gratiarum copia in ea abundauit. *D. Bonauent. in ſpeculo Beatæ Virginis cap. 13.*

Gratia, quæ fuit tamquam Paradiſus in benedictionibus Eccleſ.40. *Idem ibidem.*

Gratia longè ſuauiſſima,qua duriora ſaxa liquefiunt, allice me, & leni feritatem cordis' mei, quod ſola voluptate nouit demuleeri. *Ioan.à Ieſu Maria Tom.2, Oper.ſuor. pagin.66. Theolog.Myſt.*

GVAR-

GVARDAROBBA, ideſt, cuſtodia veſtium, quia in ipſa Dei Filius veſtem humanitatis induit. *Philipp. de Greue ſerm. 4. in Pſal. 86.*

GVBERNACVLVM, nos in Mari mundi huius dirigens, & rectificans. *S. Anſelm. Lucenſis ſuper Aue Maria.*

GVBERNATRIX animarum noſtrarum in huius vitæ plenæ amaritudinibus, mari. *S. Io. Damaſ. in Paracl. B. Mariæ Virg.*

Gubernatrix in neceſſitatibus ad animarum ſalutem. *Idem ibidem.*

Gubernatrix nobis in pelago grauiſſimarum vitæ difficultatum verſantibus, dirigens nos ad portum ſalutis, & ſeruans nos. *Idem ibid. & S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Gubernatrix noſtra ad portum diuinæ voluntatis. *S. Io. Damaſ. in Paracl. B. M. & S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Gubernatrix noſtra ad portum pœnitentiæ nos deducens. *S. Io: Damaſc. in Paracl. B. M.*

Gubernatrix noſtra ad portum ſuum. *Idem ibid.*

Gubernatrix noſtra benigniſſima in tempeſtate vitæ huius. *Idem ibidem.*

Gubernatrix noſtra dum inter pelagi fluctus verſamur à mundi ſcandalis, à Dæmonum, hominumque malorum violentia, à periculis, atque ab exitio liberans nos. *Idem ibidem*

Gubernatrix noſtra firma in omni vita noſtra, liberans nos à multorum lapſuum tempeſtate. *Idem ibidem.*

Gubernatrix noſtra in hoc mari vitæ noſtræ, incurrentium fluctuum procellam mitigans, & ad tranquillum pœnitentię, & refrigerij portum deducens nos recurrentes ad diuinã protectionem ſuam. *Idem ibidem*

Gubernatrix noſtra, nos peccatorum tempeſtate deprehenſos, & in diſcrimine conſtitutos regens, atque ad tranquillum compunctionis portum dirigens. *Idem ibidem*

Gubernatrix præmij. *S. Anſelmus Lucenſis ſuper Salue Regina.*

Gubernatrix egenis mercatoribus ad Deũ. *Iſid. Theſſalon. orat. in Aſſumpt. B. Mariæ.*

Gubernatrix ſanctæ vitæ. *Idem ibidem.*

Gubernatrix Apoſtolorum. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. in Aſſumpt. B. Virg.*

Gurbernatrix Filij Dei. *Idem ſerm. 1. de Coronat. B. Virg.*

Gubernatrix cœlorum, & vniuerſi orbis. *Paulus de Heredia in Tract. de Concept. Virg. M.*

Gubernatrix totius Eccleſiæ Chriſti. *Mauritius de Villaprobata ſerm. 12. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Gubernatrix noſtra, quandiu in periculoſo mari ſæculi huius nauigamus. *Ludouic. Bloſ. in Præcat. ad B. Virginem, & Bernard. de Buſtis ſerm. 1. in Aſſumpt. B. Virg.*

GVSTATRIX affluentiſſima omnium ſupernarũ delitiarum, & conſolationum in triclinio Diuinæ Maieſtatis. *Bernard. de Buſtis ſerm. 2. in Aſſumpt. B. Mariæ.*

GVTTA manans à Deo cordi noſtro exſiccato. *S. German. Conſtant. orat. 2. in Præſent. B. Virg.*

Gutta, è virginali balſami operatione diſtillans Chriſto ſtactem ſanctitatis, ſiue lactis, quæ canit in Canticis cap. 1. Alligamentum Guttæ fratuelis meus mihi in medio vberum meorum comorabitur. *S. Ioan. Damaſc. orat. 4. in Natiuit. B. Virg.*

Gutta per totius elationis depreſſionem; Gutta enim omnes inflaturas, & tumores pellit, & ob hoc perfectæ humilitatis virtutem conuenienter exprimit. *Hugo à S. Victore ſerm. in quolibet feſto B. M. qui eſt in ordine 55.*

Gutta fideles omnes fragrantia replens. *Matth. Cantacuzen. in cap. 1. Cant. Cantic.*

Gutta roris, quia ſicut Gutta roris parvula eſt, frigida, munda, lucida, rotunda, dulcis, & virtuoſa: ita Maria fuit paruula per humilitatem, frigida per caſtitatem, ſincera per puritatem, lucida per intelligentiam, rotunda per obedientiam, dulcis per manſuetudinem, virtuoſa per charitatem. *Ern. Prag. in Mariali cap. 18.*

Gutta, quia inclinat Deum ad noſtras preces audiendas. *Barthol. de Piſis lib. 1. in Laud. B. Virg. Mariæ fructu 8.*

Gutta diſſoluens tumores peccatorum noſtrorum ſua interceſſione; Gutta enim, quæ eſt ſpecies aromatica, & eſt lachryma cuiuſdam arboris, & à Medicis appellatur aromaticum vt ait. Iſid. 17. Etimolog. habet virtutem diſſoluendi, & relaxandi. *Bernard. de Buſtis ſer. 1. in Aſſumpt. B. Virg. Mariæ.*

GYNECEVM; nam ſi Gyneceum eſt locus vbi fœminarum fit conuentus ad opus lanificij exercendum: in Maria conuenerunt mulieres, ideſt, gratiæ ad extendendam tunicam Chriſti inconſutilem, de quadam portione Gedeonici Velleris, ideſt, ſubſtantiæ virginalis. *Rich. à S. Laur. in Laud. Virg. Mariæ.*

# LIBER OCTAVVS
# POLYANTHEAE MARIANAE
## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA
### DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ
### Incipientia à Littera H.

HABITACVLVM Dei ſanctiſſimum, admirabiliſſimumque. *S. Metodius in Hom. Feſti Purificat. B. V.* Habitaculũ cœlo, & terræ æquale. *S. Ioan. Chryſoſt. orat. in Natiuit.* B. *Mariæ* Habitaculũ Domini omni fuco, ac dolo carens *Idẽ. ſerm. 6. de Aſcentione Domini.*

Habitaculum ſacroſanctum. *D. Auguſtin. in Expoſitione ſuper Magnificat.*

Habitaculum Saluatori præparatum. *Idem ſerm. 5. de Natiuit. Domini, qui eſt. 9. de tempore.*

Habitaculum Filij aduenientis. *Andreas Creteſ. Cant. in ſabbatum Sanctum.*

Habitaculum pulchrum diuinæ demiſſionis. *Idẽ orat. 2. de Dormit. B. Mariæ.*

Habitaculum vnicum, ampliſſimumque illius, qui nuſquam capitur. *Idem orat. 1. in Annunc. B. Virg. Mariæ*

Habitaculum animatum Dei Verbi. *S. Geom. in Zon. Deiparæ Virg. Anonymus in Eucolog. ſeu Rituali Græcor. Cosmas Ieroſolymit. in Theog. hymno* 1. S. *Ioan. Damaſcen. in Obſecc. Græcor. & in Menæis Græcor. die 25. Martij, S. Ioſeph. Hymn. in Mariali, Simon Metaphraſtes in orat. de ortu B. Virg. D. Bernard. ſerm. 4. in Aſſumpt. B. M. Iſidor. Theſſalon. in orat. de Præſent. B. V. Henric. de Haſſia in Tractatu de Concept. B. M. Bernard. de Buſtis ſerm. 3. de Aſſimilat. B. Virg. & Maurit. de Villap. ſer. 11, Corona nouæ B. V.*

Habitaculum Deo paratum. *Idem orat. 2. in Præſentat. B. Virg.*

Habitaculum auguſtum Verbi, & Dei ſpatioſum. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl. Virg. Mariæ.*

Habitaculum diuinitatis, quod lucis inacceſſibilis igne nequaquam combuſtum fuit. *Idem Cant. in Encom. SS. Reſur. Chriſti.*

Habitaculum immenſi Creatoris ſui. *Idem in Obſecc. Græcorum.*

Habitaculum rationale Dei. Dei mundiſſimum, ſupplicatione ſua feruenti, & pura, emundans nos à ſordibus operum noſtrorum. Dei mundum, emundans animas noſtras paſſionum illecebris coinquinatas. *Idem Cant. in Encom. SS. Reſur. Chriſti.*

Habitaculum diuini Verbi, per quod peccatorũ tenebræ diſſipatæ ſunt. Diuinum Sanctiſſimæ Trinitatis. Domini puriſſimum ab animæ maculis mundans nos. Lucis carentis veſpere illuminans animam noſtram ob traigreſſiones obtenebratam; & ad lucem inocciduam dirigens nos. Lucis, quæ effulſit ex parte, illuſtrans virtutum lumine animas noſtras paſſionibus obtenebratas. *Idem in Paracl. B. M.*

Habitaculum Emanuelis, omniumque Regis Chriſti. *Ioan. Eubens orat. in Concept. Dei Genit.*

Habitaculum à Deo factum, & intellectuale. *Theophan. Nicen. hymn. in Annunc. SS. V. Mar.*

Habitaculum auguſtum, ac purum, ex quo Chriſtus tamquam Sol exortus, vniuerſum terrarum Orbem illuminauit. *S. Ioſeph. Hymn. in M.*

Habitaculum Domini ſanctiſſimum. Illuſtre. Incorruptum Verbi incorrupti. Lucis, animę noſtrę pupillas grauiter à paſſionibus obſcuratas illuminans. Lucis inocciduæ, per quam illi, qui in tenebris, & vmbra mortis habitant, lumen viderunt. Lucis omnes illuminantis. Lucis, quæ vniuerſa illuſtrauit, & Sanctos Luciferos effecit. Luminis. Purum ſapientiæ Patris, & Verbi. *Idem ibidem.*

Habitaculum dignum Dei ad homines venturi. *Simon Metaphraſt. in orat. de Ortu, vita, & Aſſũptione B. Mariæ.*

Habitaculum Dei ſplendidiſſimum. *Ioan. Epiſc. Aretinus in Tract. de Dormit. B. Virg.*

Habitaculum glorię. *Leo Imperat. in orat. de Præſent. B. Mariæ. Virg.*

Habitaculum mundum Sapientiæ Dei, ac virtutis. *D. Anſelm. in Tract. de Concept. B. Virg.*

Habitaculum, quod Sapientia ante omnia ſæcula ſibi conſtruere propoſuit, quod ſpecialiter inhabitaret, & ſummi boni. *Idem Tract. de Concept. B. Virg.*

Habitaculum ſacroſanctum, omnium gratia. uirtutum in aduentu Filij Dei à Spiritu ſancto repletum. *Hugo de S. Vict. in Explicatione*

ne Cantici B. Virginis Mariæ.
Habitaculum ſingulare Diuinitatis. *Idem lib. 3. Eruditon. Theologic. 2. tit. 225.*
Habitaculum totum ſanctum, in quo Deus toris nouem menſibus habitauit. *Rupert. Abbas lib. 1 Commentarior. in Cant. Cantic.*
Habitaculum dignum diuinæ Sapientiæ *D. Bernard. ſerm. 9. ex paruis.*
Habitaculum cœleſte. *Adam Præmonſtratenſis. lib. 1. ſerm. 40.*
Habitaculum caſtum formæ Trinitatis. Caſtum lucis thearchicæ. Immaculatum, atque incontaminatum Dei Verbi, quemadmodum ipſe ſibi complacuit. *Theodorus Laſc. Imperat. in Cant. ad Virg. Mariam.*
Habitaculum virgineum, quod ſine læſione adijt Verbum. *D. Amadeus hom. 3. de Laud. V.*
Habitaculum pinguiſſimum omnium virtutum. S. *Bonauent. in ſpeculo B. Virg. cap. 5.*
Habitaculum virtutis Altiſſimi, in qua ſe expreſſit vmbra ipſius. *Albertus Magnus in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc.*
Habitaculum iuſti, ideſt Chriſti. *Iacob. de Vorag. ſerm. 2. in Natiuit. B. Virg.*
Habitaculum ſpirituale Chriſti. *Idem in Mariali ſerm. 13. M. & S. Ioan. Damaſc. Cant. in SS. Deip.*
Habitaculum totius puritatis. *Antonius Pocqu. ſerm. 7. de Concept. B. Virg. & Ioan. Gerſon. ſer. de Concept. B. Virg.*
Habitaculum Dei ante mundi conſtitutionem electum. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 6.*
Habitaculum magna gloria ornatum, in quo fundata eſt domus gloriæ, in quo ſanctiſſimum, atque indiſſolubile Templum fabricatum eſt. Mundiſſimum Deo paratum. *Idem in Mariali orat. 2.*
Habitaculum puriſſimum Deo præparatum. *Idē in Mariali orat. 5. Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS Dei Parentis, quando fuit oblata in Templo, & S. Ioſeph Hym. in Mariali.*
Habitaculum, quod Deus ſibi præparauit. *Idē in Mariali orat. 6.*
Habitaculum aureum Deo dignum. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Natiuit. B. Virg. & S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*
Habitaculum, quod ſibi Deus elegit ad habitandum, in quo nunquam Diabolus præhabitauit. *Gulielm. Vinc. Cæleſtin. ſerm. de Concept. B. M.*
Habitaculum conueniens Filij Dei. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 6. de Concept. B. M.*
Habitaculum Vnigeniti Filij Dei. *Idem in officio Concept. B. Mariæ, & S. Ioan. Chriſoſt. orat. de Annunciat. B. Mariæ.*
Habitaculū Iuſti, ideſt Chriſti, in quo fuit theſaurus diuinę Sapientiæ, & oleum miſericordiæ Prou. 21. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 4. de virtutibus B. M. Virg.*
Habitaculum ſanctum, & impollutum Imperatoris Cæli, & terræ. *Idem in ſerm. 5. de Natiuit. B. Mariæ.*
Habitaculum ſpirituale iuſti, ideſt, Chriſti Prouerb. 21. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 26. Coronæ nouę. B. Mariæ.*
Habitaculum ſacratiſſimum Spiritus ſancti, ab initio ſui puriſſimi conceptus ad cultum Dei ordinatum, plus habens in ocultis ſuis, quam capere poſſit mens hominis, aut proferre ſermone, aut membranis conſcribere, aut humana attingere ratione, aut creata percipere intelligentia in ea, ſiquidem habitauit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, ne dum ſpiritualiter. *Dionyſius Fab. Tractatu 1. de Concept. B. Marię.*
Habitaculum ſacratiſſimum vnigeniti Filij Dei. S. *Geometra orat. 2. in Dormit. B. Mariæ. D. Thomas Aquinas ſer. de B. M. in Euangel. Dominic. 4. Quatrag. Egidius Columna Expoſit. in ſalutation. Angelic. D. Bernard. Seneu. Tom. 1. ſerm. 52. Bernardin. de Buſtis ſerm. 1. & 5. in Natiuit. B. M. in Mariali ſer. 6. de Concep. B. Mariæ. Maurit. de Villaprob. ſerm. 24. Coronæ nouę B. Marię. & Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Concept. B. M.*
HABITATIO optima eius, qui eſt ſupra Seraphin. *Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunc. B. V.*
Habitatio Dei ab æterno electa. *Anonymus in Menæis Græcor. die 24. Martij, & Petrus Bleſ. ſerm. 33.*
Habitatio vniuerſalis Regis ſæculorum. *S. Germ. in Mariali fragm. 13.*
Habitatio Dei diuina. S. *Ioan. Damaſc. in Paracl. B. Virg. & D. Anſelm. in Pſalt. B. Mariæ parte 1.*
Habitatio diuina Domini, puritate lucidè refulgens. *Idem in Octoec. Græcor.*
Habitatio diuinitatis. *Idem in Canone de SS. Trinitate Tom. 4. Bibliothecæ PP. editione 1.*
Habitatio ignis diuini. *Idem orat. 3. de Aſſumpt. B. Virg. Mariæ.*
Habitatio incorrupta Verbi incorrupti, lucis, quę tenebras diſſoluit, & tenebricoſos Dæmones omnino imminuit. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*
Habitatio filiorum ſuorum. *Guarricus Abbas ſer. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*
Habitatio Dei ſingularis. *Rupert. Abbas lib. 1. Commentar. in Matthæum.*
Habitatio Diuinitatis, quia Chriſtus habitauit in ea, in quo ſicut dicitur ad Coloſ. 2. habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. *Rich. à Laur. de Laud. B. Virg. lib. 10.*
Habitatio Filij, quem in ventris ſuſcepit hoſpitio, cui dicitur Iſai 62. Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitabitur, ideſt, Caro tua fœcundabitur, Chriſto eam inhabitante. *Idem ibidem.*
Habitatio lætantium, ſcilicet perſeuerantium in ea, vnde dicit ei Propheta: Sicut lętantium omnium habitatio eſt in te Pſalm. 86. & bene dicit lætantium, quia quicumque dolens ad illam piiſſimam præcordialiter ſe ingerit, nō eſt exors gaudioſæ ſpei. *Idem ibidem.*
Habitatio omnium Iuſtorum, & Beatorum, vnde dicit ei Propheta Pſalm. 86. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te. *Idem ibidē.*
Habitatio Chriſti, qui dicit de ea. Pſalm. 131. Hæc requies mea in ſęculum ſæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. *Idem ibidem.*

Habitatio Domini conſecrata. *D. Bonauent. in Pſalt. B. Virg. Chryſippus in ſerm. de S. Deipara Virg. & Guarricus Abbas ſerm. 1. de Aſſumptione Virg.*

Habitatio Chriſti. *Iacob. de Vorag. ſerm. 4. de Natiuit. Domini.*

Habitatio Dei ſancta, ideſt, firma, quia ſuper altitudinem diuinitatis fuit fundata, Sanctum enim idem eſt, quod firmum. Dei ſancta, ideſt, pura, & munda; ſanctum enim idem eſt quod mundum. Dei ſancta ideſt, ſanguine tincta, quia ſanguinis, & paſſionis Ieſu Chriſti Filij ſui, ſemper fuit iugiter in eius mẽte affixa; Sanctum enim idem eſt, quod ſanguine tinctum. Dei ſancta, in qua ipſe nouem menſibus habitauit. Sancta ideſt, ſancto vſui deputata; eius enim vterus fuit deputatus ad ſuſcipiendum, & recipiendum Dei Filium. *Idem in Mariali ſerm. 1. H.*

Habitatio idonea cœleſtis Regis. *Egid. Columna Expoſitione in Salutat. Angelicam.*

Habitatio Dei digna, & vtilis. *Bernard. de Buſtis ſerm. 5. de Nommat. B. Virg.*

Habitatio digna Filij Dei. *Idem ſer. 6. de Annunc. B. Mariæ Virg.*

Habitatio digna Spiritus ſancti. *Idem ſerm. 5. in Nathuitat. B. Virg.*

Habitatio diuina gratiarũ Spiritus ſancti. *Claudius Rapin. Cæleſtin. ſerm. 2. de Concept. B. Mariæ*

Habitatio Dei. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 6. Corona nouæ B. Mariæ.*

HÆREDITAS Ioannis, vniuerſa rerum ſubſtantia ditior. *Georg. Nicomed. in S. Mariam aſſiſtentem Cruci.*

Hæreditas pia, cuius ſuſcepit Ioannes de Domino teſtamentum. *Arnoldus Carnoten. Tract. de illis verbis Domini: Mulier ecce Filius tuus*

Hæreditas Domini ſpecialiter; in rabernaculo enim vteri Mariæ moratus eſt Chriſtus nouem menſibus. *B. Iſaach. Abbas ſerm. 1. in Aſſump. B. Mariæ Virg.*

Hæreditas Domini, in qua moratus eſt Filius Dei. *Philippus Abbas Tom. 2. Moralitatum in Cant. Cantic.*

Hæreditas Chriſti nobis relicta. *D. Antonius de Padu. ſerm. 2. in Sabbat. Dominic. 2 Quatrageſimæ de Transfiguratione Domini in B. Virg. & Guarricus Abbas. ſerm. 4. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Hæreditas ſeruorum Dei. *Idem ibidem.*

Hæreditas Iacob. *Hugo Caren. in cap. 24. Eccleſ.*

Hæreditas Domini anronomaſticè. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Eccleſiaſtici. & Radulphus Ardens Homil. 1. in Aſſumpt. B. Virg.*

HÆRES dilectionis Ioannis Euangeliſtæ à Filio conſtituta. *Guarricus Abbas ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Hæres Patris Æterni. *Philippus Abbas lib. 4. in Cant. Cantic.*

Hæres humilitatis, & virtutum Dauid. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 1. Luæ.*

Hæres Regni diuini. *Martin. de Magiſtris in Expoſition. ſuper Cant. Salue Regina.*

HASLI per Deitatis in ipſa incarnationem. *Bart. de Piſis lib. 1. in Laude SS. Virg.*

Hauſorium fontis vitæ. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſis.*

HEBER hoſtium deiectione. *Barthol. de Piſis lib. de Laud. B. Virg.*

HELI ſumma, & intima Deo cohæſione. *Bartholom. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fruct. 4.*

HELITROPHIVS, lapis virtute mirabilis, radios diuini amoris in corda ſeruorum ſuorum atthraens, & aquam lachrymarum deuotarum menſium faciens auream. *Ioan. Trith. lib. 1. de miraculis B. Virgin. in Vrucet. cap. 7.*

HEMATITES lapis omnẽ ſanguinis fluxum ſiſtẽs, ac reprimens, cum ſuis meritis, & precibus vitiorum in nobis putredinem conſumit. *Idem ibidem.*

HENOCH ſui Deo dedicatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. B. Virg. fructu 4.*

HER bona operatione. *Idem ibidem.*

HERA omnium rerum conditarum. *S. Io. Damaſc. lib. 4. de fide ortodoxa cap. 15.*

Hera noſtra diues. *S. Ioſeph Steinfeld opuſc. 4. D. Athanaſius ſerm. in Euangel. de SS. Deip. & D. Gregor. Nazianz. in Tragœd. de Chriſto patiente.*

HERBA Fullonum ad immundos. *Petrus Celleuſ. ſerm. 6. de Aduentu.*

Herba, faciens ſemen non ſuſcipiens, Gen. 1. de Maria enim factus eſt, & de ipſa eum fecit per conſenſum ille, de quo dicitur Iſai. 1. Niſi Dominus exercituum nobis reliquiſſet ſemen, ideſt Chriſtum. *Rich. à S. Laur. in Laud. SS. Virg. lib. 10.*

HESPERVS, in quantum reſpicit, & illuminat peccatores, qui ſunt in tenebris culpæ. *Iacob de Vorag. in Mariali ſerm. 10. S.*

Heſperus peccatorum, qui ſunt in nocte, & tenebris culpę. *Bernard. de Buſtis ſerm. 6. de Nominat. Marię.*

Heſperus, quæ ſemper Solem, ideſt Chriſtum comitata eſt. *Idem ſermon. 3. de Aſſimilatione B. Virg.*

HIATIO ad percipiendam pro nobis abundantiam gratiarum, inſuper, & nos hiare faciens, & Filium ſuum ad nos. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſis.*

HILARITAS ineffabilis. *Leo Imperat. in orat. de Preſent. B. Marię.*

Hilaritas prædicata. *Iacob. Monac. in Mar. orat. 6.*

HIRVNDO ſuper omnes eximia. *S. Io. Damaſc. in Menæis Græcor. die 22. Ianuarij.*

HOLDON per Prophetiam. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud SS. Virg. fructu 2.*

HOLOCAVSTVM Deo, nam omnes virgultos in odorem ſuauitatis, ardore charitatis Domino concremauit. *D. Ildephon. ſer. 3. de Aſſum. B. Virg. Mariæ.*

Holocauſtum medullatum, & beneplacens Deo. *Arnoldus Carnotenſis Tract. de illis verbis Domini. Mulier ecce Filius tuus.*

Holocauſtum acceptiſſimum humani generis

Deo

Deo oblatum. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 3.*

Holocauſtum Dei, ſancti Spiritus igne aduſtum. *Philippus Abbas lib. 2. in Cant. Cantic. cap. 10.*

Holocauſtum Domino gratum. *Ioan. Hailgrin. in cap. 4. Cant. Cantic.*

Holocauſtum Deo ſuauiſſimum. D. *Amad. Homilia 6. de Laud. SS. Virg.*

Holocauſtum laudis Deo. *Ern. Prag. in Mariali cap. 136.*

Holocauſtum totum incenſum, totum integraliter Deo datum, Deo conſecratum, totum Deo oblatum in odorem ſuauitatis. *Idem in Mariali cap. 44.*

HOMO ex hominibus habens genus, & ſecundum hominem generationem, ex qua Filius Dei Dominus noſter, exiſtens Verbum Patris, factus eſt Filius hominis. *D. Ireneus lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 21.*

Homo verè, Gabriel enim miſſus dicitur, non ad ſimpliciter Virginem, ſed ad Virginem deſponſatam Viro, quo ex Sponſo oſtenderet Mariam vere eſſe hominem. *D. Epiphan. lib. 3. contra hæreſ. 77. & D. Athanaſ. in Epiſt. ad Epictetum.*

Homo, de qua nouus Homo proceſſit. *D. Eleut. in ſerm. de Natali Domini.*

Homo conflata è puluere. *Andreas Cretenſi orat. 3. de Dormit. B. Mariæ Virg.*

Homo terreſtris. *Idem ibidem.*

Homo pariens Deum. *S. Ildelphonſ. in lib. de Virginitate S. Mariæ cap. 8.*

Homo ſola Mater, & Virgo. *Idem lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 11.*

Homo ex primo Adamo terreno. *S. German. orat. in Annunc. B. Virg.*

Homo verè, naturę congruens, non aduerſaria. *Emanuel. Paleol. in orat. de Dormit. B. Virg.*

Homo Angelis excelſior. *Iſidor. Theſſalon. in or. de Preſent. B. Virg.*

Homo nouus, & ſtupendiſſimus, qui valde prope ad Deum acceſſit. *Idem orat. de Annun. B. Mariæ Virg.*

Homo nouus, poſt multos ſolis recurrentis gyros. *Idem in orat. de Nat. B. Mariæ.*

Homo ſupra modum nouus, ſupra modum ſtupendus, quæ ſola hominem à Deo miterabiliter ſeparatum (cui nec Cœlum, nec Sol, nec vlla viſibilis creatura, nec etiam vniuerſarum creaturarum concurſus, aut vim recolligendi, aut minimum animi leuamentum ferre poterat) in Dei membra repoſuit ſuprà hominis cœtum. *Idem ibidem.*

Homo Sanctiſſimus. *Idem orat. de Natiuit. B. V.*

Homo vere ſupercœleſtis, quæ cœnam iucundiſſimam, & vitæ largitricem agricolationem ſua nobis præſtitit. *Idem in orat. de Annunc. B. M. Virg.*

Homo, quem Deus formauit de limo terræ, & ſpiranit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & facta eſt imago Virgo in animam viuentem viriliter ageus, & mundi renouationem ſolerter procurans. *Ern. Prag. in Mariali cap. 87.*

Homo ab omni peccato immunis. *Paulus de Heredia in Tractat. de Concept. B. Mariæ.*

Homo primus, ad quem rogandum, vt Hæbreorum traditio eſt, omnes Sancti Patres erant acceſſuri, ipſumque omnis peccati expertem erant teſtaturi. Primus in genere humano, quia omnes homines ſunt eius filij. *Petrus Galat. lib. 7. Arcan. cap. 4.*

HONOR Martyrum. *D. Ephrem in ſerm. de Laud. B. Virg.*

Honor Poli. *Venant. Fortunatus Elegia in Laudem B. Virg. & Matris Dei.*

Honor Virginum. *D. Bonauent. in Cant. Pſalt. B. Virg. & Petrus Bleſ. ſerm. 38.*

Honor comunis generis noſtri. *Leo Imperator in orat. de Præſentat. B. Virg.*

Honor cæterarum Mulierum, quia inhoneſtatę cæterarum Mulierum honorauit. *Rudulph. Ardens. hom. in Annunc. B. Mariæ*

Honor generis ſui. *Rich. à S. Laur. de Laud V. lib. 6.*

Honor hominum. *S. Ioan. Damaſ. in Cant. SS. Deip. & Dion. Carth. lib. 1. de Præc. B. M. art. 9.*

Honor naturæ. *Eman. Paleol. Imperat. in orat. de Dormit. SS. Virg.*

Honor humanæ conditionis. *S. Bernard. Senenſ. Tom. 3. ſerm. de Aſſumpt. B. Virg.*

Honor Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum. *Ludou. Bloſius in Endologia 2. ad B. Virg. Mariam.*

HONORATRIX mulierum quoad Deum; quia idem eſt Filius Dei, & Filius Mulieris. Galat. 3. Miſit Deus Filium ſuum natum ex muliere. *D. Thomas Aquinas ſer. 2. in Annunc. B. M. Virg.*

HONORIFICENTIA Angelorum. *Georg. Nicomed. orat. in SS. Martyres Coſmam, & Damianũ & S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Honorificentia comunis generis humani. *S. Io. Damaſc. in Cant. Sanctiſſ. Deip.*

Honorificentia totius generis humani. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 3. & Bernard. de Buſtis in Mariali ſerm. 3. de Aſſimilat. B. Virg.*

Honorificentia populi, id eſt laicorum, quia ſtatim credidit maius, ſcilicet ſe Dei Filium pariturum, vbi ſummus Sacerdos Zacharias de multo minori dubitauit, ſcilicet Eliſabeth. iam ſenem, prolem de ipſo habituram. *Hugo Carenſis in cap. 6. Cant. Cantic.*

Honorificentia Populi peregrinantis, ideſt, omnium in mundo iuſtorum. D. *Bonauent. in ſpeculo B. Mariæ cap. 12.*

Honorificentia Populi. D. *Thom. Aquinas ſerm. 2. de Annunc. B. M. Virg.*

Honorificentia Populi noſtri abiecti, quia fecit mirabiliter contra Principem mundi. *Albert. Mag. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iudith.*

Honorificentia noſtra ſummè deſiderabilis. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 2.*

Honorificentia Prophetarum, in numero Prophetarum primatum tenens, per quam fides, & doctrina Prophetarum verificata eſt. *Idem in Mariali cap. 140.*

Ho-

Honorificentia Populi ſui, ideſt, hominum, quibus Chriſtum Ieſum, & fratrem, & reconciliatorem genuit. D. *Bernard. ſenenſ. ſerm. 1. de conſenſ. virginali. Ern. Prag. in Mariali cap. 5. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 12. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Honorificentia Populi Chriſtiani. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. Virg.*

Honorificentia Populi noſtri, ideſt, generis humani, propter ſuam fæcunditatem. *Idem ſer. 1. de vita B. Mariæ. Iacob. de Vorag. ſerm. 6. de Annunc. B. Virg. S. Antonin. in ſum. 3. parte tit. 31. cap. 4. & Ioannes Picus lib. 1. in Cant. cap. 2.*

HONOS integritatis. *Io. Geomet. in B. V. hymn. 1.*

HORIZON vtriuſque legis. *Dionyſ. Carth. lib. 3. de Præc. B. Virg. art. 26.*

HOROLOGIVM, ad cuius decimam lineam reuerſus eſt Sol 4. Reg. 20. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 32. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Horologium Achaz Regis ſpiritualiter, per quod tranſiuit Sol ipſe homo factus. *S. Antonin. in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 38.*

Horologium, ad cuius decimam lineam reuerſus eſt Sol Iuſtitiæ Filius Altiſſimi, vt ſanaretur homo 4. Reg. 20. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 19.*

HORREVM, quod continuit in ſe frumentum illud, ideſt, Verbum Dei, quo paſcuntur Columbę, ideſt, fideles animæ, vndè dicitur Luc. 2. Maria autem conſeruabat omnia verba hæc. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg.*

Horreum repoſitorium frumenti; Maria enim continuit in ſe frumentum, quo in Sacramento Altaris reficiuntur homines, & Angeli, vnde, & ipſa deſignatur per Horrea Ioſeph, quæ fecit in Ægipto, in quibus ſeruatum eſt frumentum præparatum per ſeptem annos fami, quod niſi ſubueniſſet, totus mundus fame perijſſet. *Idem ibidem.*

Horreum noſtræ ſufficientiæ, omnem noſtrum ſupplens defectum. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc.*

Horreum ſanctitatis contra famem mortis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſ.*

Horreum totius æternitatis. *Idem ibidem.*

Horreum Eccleſiæ indeficiens. *Ern. Prag. in Mariali cap. 101.*

Horreum Eccleſiæ publicum, vndè reficiuntur Ægiptij Gen. 47. *Idem ibidem.*

Horreum contemplatiuorum. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. B. Virg. fruct. 2.*

Horreum præmiationc. *Idem ibidem fruct. 8.*

Horreum electum. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 1. de Aſſimilat. B. V. M.*

HORTVLANA ſpiritualis huius mundi, nam ſicut Hortulanus, quando uidet inſurgere ventum validum nociuum plantulis, & arboribus horti ſui, ſtatim accurrit feſtinanter, & in quantum poteſt ligat firmando eas firmis ſuſtentaculis, & ſic eis ſuccurrit diuerſimodè iuxta poſſe, ne à ventro irruente frangantur, & miſerabiliter eradicentur: ſic Maria Mater miſericordiæ, quando in horto huius mundi videt periculoſos ventos tentationū, & maliguarum ſugeſtionum Diaboli flare in corda hominum, ſtatim accurrit ad Dominum, & Deum ſuum, Filium ſuum Ieſum Chriſtum, cum orationibus ſuis iuuando eos, & impetrando ab eo, quod infundat in corū cordibus aliquas ſanctas infuſiones Spiritus ſancti, quibus ſuſtulti, & ſalubriter confirmati à diabolico tentationum vento illæſi ſpiritualiter tueantur, nè Diabolus contra homines prævaleat frangendo eorum animas, & eas iuxta malignum deſiderium ſuum damnabiliter extirpando. D. *Brigitta. lib. 7. Reuelation. cap. 28.*

HORTVLVS perennis floris, ac fructus. *Bernard. de Buſtis ſerm. 1. de Aſſimilat. B. M. Virg.*

Hortulus, quem qui bene coluerit beatus erit. *Idem ibidem.*

HORTVS delitiarum, in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera, & odoramenta virtutum. *Idem in Epiſtola ad Paulum, & Euſtochium. D. Ildephons. ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ. Guaricus Abbas ſerm. 2. de Annunc. B. Mariæ. D. Petrus Damianus in Carminibus de Aſſumpt. B. V. Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 5. O. D. Bernard. ſenenſ. Tom. 1. ſerm. 61. Io. Trith. de Miracul. B. Virg. prope Dittelbac. lib. 1. cap. 10. & D. Thomas à Villanoua in Conc. de Viſitat. B. Virg.*

Hortus ſic concluſus, vt neſciat violari, neque corrupti vllis inſidiarum fraudibus. *Idem ibid.*

Hortus voluptatis, ex quo flumina miraculorum progreſſa, vniuerſi orbis exſatiant ſitim, gratiarum cumulos velut vndas voluentia. *S. Sabbas in Menæis Græcor. die 2. Iulij.*

Hortus concluſus, ob id, quod falx corruptionis, aut vindemia illam non attigit. *Iſichius ſerm. 2. de Laud. B. Virg. Mariæ.*

Hortus non ſeminarus, fertilis, incultus. *Idē ibid.*

Hortus Patris. *Chryſippus in ſerm. de S. Maria, qui extat Tom. 6. Biblioth. magnæ veterum PP. p. 2.*

Hortus concluſus, quia quando Deus ingreſſus eſt ad eam incorruptam inuenit. *Idem lib. de perp. Virginit. S. Mariæ.*

Hortus concluſus, quem peccati cogitationes non potuerunt intrare, in quo diuina planta, quæ citrà Agricolæ culturam germinauit, ligni maledictum, quod prius in vita mirandum in modum creſcebat, exſiccauit radicitus, & eius loco effecit, vt floreret benedictio. *Georg. Nicomed. de exitu SS. Dominæ noſtrę quando fuit oblata in templo.*

Hortus, de quo Cant. 4. Hortus concluſus, fons ſignatus. S. *German. Conſtant. ſer. in Nat. B. V.*

Hortus irreprehenſibilis. *Idem orat. 2. in Dormit. B. Virg. Mariæ.*

Hortus clauſus; virginitatis compendio nunquā non inaperta fertilitas, cuius odor ſicut agri pleni, cui benedixit, qui ex ea Dominus prodijt. *S. Io. Damaſ. orat. 4. de Nat. B. Mariæ*

Hortus odorifer, cuius germinū Sator, & Cultor extitit Deus. *Idē in Men. Græc. die 27. Ianuarij*

Hor-

Hortus Deo germinans, quæ immortalitatis florem protulit. *Idem in Cant. SS. Deiparæ.*

Hortus concluſus florenti vertice vernans. *S. Althelm. lib. de Laud. Virgin. verſibus conſcrip.*

Hortus concluſus, quia Vterus eius modis omnibus integer, atque incorruptus fuit. *Paſchaſius Ratbert. lib. 2. in Matthei Euangel.*

Hortus, in quo vniuerſæ delitiæ Paradiſi efflo-ruerunt. *Idem ibidem.*

Hortus aromaticus, ex quo flante auſtro, ideſt, Spiritu ſancto huiuſmodi hortum perflante, iugiter fluunt ad nos aromata beneficiorum eius. *Idiota de B. Virg. part. 14. Contempl. 40.*

Hortus concluſus, & firmatus illa claui veri Dauid, qui claudit, & nemo aperit; hac enim claue firmauit cor Beatæ Virginis contra omnem concupiſcentiam, quando inſpirauit ei votum, & deſiderium perpetuæ Virginitatis; aperuit ei etiam intellectum ad credendum, & affectum ad diligendum; aperuit autem ei, quando verba Angelica audiuit, & prudenter cogitauit, qualis eſſet illa ſaluratio, ideſt, quam noua, dulcis, & admirabilis; aperuit etiam cor eius ad credendum verbis Angelicis; aperuit etiam ad conſenſum exprimendum, & humiliter exorandum, vt fieret, quod ei promittebatur, & ad gratias agendum de beneficijs perceptis, & ad totum attribuendum Datori, quandò dixit: Fecit mihi magna, qui potens eſt. *Idem ibidem.*

Hortus humidus, humectatus, & madefactus omnium liquoribus gratiarum. *Idem ibidem.*

Hortus, in quo Deus Pater plantauit lignum vitæ, ideſt Chriſtum in Incarnatione ſecus decurſus aquarum noſtræ mortalitatis, vt in ea operaretur fœcunditatem, & cuſtodiret illæſam Virginitatem. *Idem ibidem.*

Hortus mirabilis ſuper omnes, quia Virgo peperit Deum; fuit enim mirabilis in flore, quę retinuit flores fructuum proferendo, nec propter fructum florem amiſit, in fructu mirabilis, cuius fructus fuit Ieſus Chriſtus, quia ex ea ſola, & in ea ſola matre conceptus eſt, ſine pruritu, & fœtore coitus. *Idem ibidem.*

Hortus planus & æqualis, vt facilius irrigari poſſit imbribus gratiarum: planus etiam per manſuetudinem, humilitatem, ſimplicitatem, & benignitatem, quarum virtutum merito fluentis omnium gratiarum, fuit irrigata, & iuſuſa. *Idem ibidem.*

Hortus ſecurus, qui non patet malignantibus, ideſt Dæmonibus, & vitijs, vt indè violenter poſſint extrahere eos, qui eam confugiunt; non enim eſt, qui de manu ipſius poſſit eruere. *Idem ibidem.*

Hortus vmbroſus; ad hoc enim obumbrauit B. Virgini virtus Altiſſimi in Filij conceptione, vt eius precibus, meritis, & exemplis obumbraret peccatoribus contrà feruorem diuinæ iracundiæ, & æſtum cuiuſlibet prauæ concupiſcentiæ. *Idem ibidem.*

Hortus illibatus. *Ioan. Geometra ſerm. in Annunc. B. Dei Genitricis.*

Hortus concluſus caſtitatis. *Guarric. Abbas ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Hortus concluſus, quæ, & fructum fœcunditatis edidit, & virginitatis meritum non imminuit. *D. Petrus Damianus Hom. in Natiuit. B. Mariæ Virg.*

Hortus concluſus, quia vndique virginitate munitus. *D. Bruno Carthuſianus ſerm. 1. de Laud. B. Virg.*

Hortus, in quo varij flores virtutum erant. *Idem ibidem.*

Hortus concluſus corpore. Concluſus, cuius emiſſiones, ſunt per mundum vniuerſum Paradiſus malorum punicorum. Concluſus, emittens omnia bona, quibus mundus impleatur, cuius emiſſiones Paradiſus malorum Punicorum cum pomorum fructibus. Paradiſus ſcripturarum, vel doctrinæ cum ſanctis, & bonis operibus, *Rupert. Abbas lib. 4. Comment. in Cant. Cantic.*

Hortus concluſus, & fons ſignatus ob ſilentium. *Idem lib. 2. Coment. in Matthæum.*

Hortus, cuius flos primitius extitit Chriſtus, quem fecit, & in quo natus eſt Deus. *Idem lib. 4. Coment. in Cant. Cantic.*

Hortus, quia in ea natum eſt aliquid, quod nunquam deſinit, & quia fructus eius nunquam marceſcit, aut deficit. Indè namque nominatur Hortus, quod ſemper ibi aliquid oriatur, quia cum terra ſemel in anno aliquid creet, Hortus nunquā ſine fructu eſt. *Idē ibid.*

Hortus concluſus, ad quem deflorandum manus peccatoris nunquam introiuit. *D. Bernard. in Præcatione ad SS. Virg. Mariam.*

Hortus deliciarum, quem non modo afflauit veniens, ſed & perflauit ſuperueniens Auſter ille diuinus, vt vndique fluerent, & affluerent aromata eius, Chariſmata, ſcilicet, gratiarum. *Idem ſerm. in Nat. SS. Virg. de Aquęductu.*

Hortus clauſus. *S. Petrus Maurit. Cluniac. profa. in honorem Matris Domini Tom. 12. Bibliothec. PP. et D. Bonau. in Pſal. minor. B. V. Quinquag. 2.*

Hortus concluſus propter Virginitatis integritatem. *Petrus Bleſ. ſerm. 38.*

Hortus concluſus, in quo immarceſſibile Virginitatis albeſcit lilium, inuiolabilis humilitatis fragrat viola, roſa rubeſcit inextinguibilis charitatis. *Adam de Perſen. ſer. in Annun. V.*

Hortus concluſus, quam Hortum facit inauditæ fœcunditatis fertilitas, & concluſum reddit inuiolati pudoris integritas. *Idem ſer. in Aſſumpt. B. Virg.*

Hortus Doniini, in quo ſpirauit hyſopus humilitatis, vernauit lilium caſtitatis, & in medio roſa fragrauit amoris. *Idem in Mariali fragment. 3.*

Hortus Paradiſi. *Idem ibidem.*

Hortus Filij Dei. *Idem ſerm. 7. de Aſſumpt. V. M.*

Hortus noſter, intra cuius ſepta nullos flatus, aut ſibilos immiſit corruptor totius boni

Di-

Diabolus, quia Hortus concluſus, fons ſignatus ſicut ſoli Regi ſæculorum, qui eſt imago Dei inuiſibilis, gremium ſuum expandit ſic omni ſubreptitiæ vanitati vectes ferreos exactiſſimæ cuſtodiæ oppoſuit; gloria enim Dei, quæ aſſumpta eſt de Cherubim ad litus domus cuſtodiuit eam ab inimicis ſuis, & à ſeductoribus tutauit eam. *Idem ſer. de* B. V. *M.*

Hortus arbuſta non continens herbas, flores, ligna denſarum frondium, fructus tranſitorios, & odores; alia quædam habet digna talibus vel conferri, vel (vt dicam verius) tranſitorijs omnibus ſuperferri; habet enim, quod ſane ſapiens guſtus iudicat fructuoſum, quod tibi odoratus recto iudicio pretioſum, quod viſus interior terſa caligine gratioſum, quod abſtergit omnem inopiam mira plenitudine copioſum. Huic enim lignum vitæ fixis eſt inſertum radicibus, de quo, qui comederit (ſicut experientibus eſt compertum) morti graui non læditur, ſed dicto felicius vita viuit, quam qui potuit obtinere vitra viuere, viuere non deſiuit. Habet etiam thus admirabile, vel aroma cõmẽdabile, vel vnguẽtum, quod non in Arabia, ſed in terra negata morientibus eſt inuentum, cuius qui odorem hauſerit, fœtores neſciet ſerpentinos, nec ſomnolentia præualente morſus ſentiet repentinos. Habet nihilominus illum Roſæ, vel Violæ, vel etiam Lilij gratum florem, vel ſi quem in floribus conſtat eſſe viſui gratiorem, quem qui dignè attenderit, & illi ſe intenderit oculo perſpicaci, quidquid triſte non murmurat, gaudio tranſiet non tranſitorio, ſed tenaci. Eſt enim in Horto lignum vitæ, effuſum oleum, flos formoſus, ipſe Sponſus Virginis forma præ filijs hominum ſpecioſus. *Philip. Abb. lib. 4. in Can. Cant. c. 25.*

Hortus aromatizans, fluens, & nobis tanquam ſupereffluens ad medelam. *Idem lib. 4. in Cant. Canticorum cap. 29.*

Hortus bonus, multo pomorum genere, & ſpeciarum medicinalium inſignitus, aquæ diues irriguo, non ſitu putrido vermeſcentis; ſed impetu fluentis de Libano. & in vitam vigore viuido ſalientis. *Idem lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 28.*

Hortus concluſus emittens Paradiſum. *Idem lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 26.*

Hortus concluſus, quem Auſter Spiritus ſancti aduentu viſitat plenior, & diuerſos eius fructus aura fouet, & promouet leniori, vt ex eis fiant aromata medicinalibus congrua diſciplinis, quæ fluant, imò influant curandorũ non corporibus, ſed amoribus interiùs. *Idẽ lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 29.*

Hortus, cuius Sponſus tenetur tanta ſollicitudine, tanta cura, profectus accumulans tam perfectè remouens nocitura, vt non ſolum concluſum ſignauerit, ne furi, vel prædoni pateret violento, ſed protexerit, & deſuper nè tangeretur, vel ad modicum nequam veneto. *Idem lib. 4. in Cant. Canticor. cap. 28.*

Hortus Dilecti, quem ipſe Dilectus plantauit, quem rigauit, cui dedit etiam incrementum, à cuius continentia quid quid erat noxium ſcopa iudiciaria procul iecit, & concluſum, forti munimine ſpecialiter ſuum fecit. *Idem lib. 5. Cant. Cantic. cap. 1.*

Hortus Dilecti, varijs virtutibus inſertus, quẽ Dilectus ſuum reddidit, cuſtodiam vtilem conferendo, quem concluſit, & ſignauit, quęque noxia prohibendo; ſuum fouit, & promouit ſuam illi iugem præſentiam adhibendo. *Idem lib. 5. in Cant. Cantic. cap. 2.*

Hortus flatu Auſtri, ideſt Spiritus ſancti ornatus *Idem lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 29.*

Hortus fonte irrigatus. *Idẽ l. 4. in Can. Cant. c. 25.*

Hortus fortiter concluſus. *Idem lib. 4. in Cantic. Canticor. cap. 29.*

Hortus, in quo non ſicut in antiquo ſubdolo ſerpens ſerpit, fructus eius non toxicat, odorem non attaminat, floſculos non decerpit, non eſurit praua mollities, ad effectum eſuriens non procedit, non ſerpenti mulier, Vir mulieri non obedit. Veruntamen non deſertum, non ſolitarium lædit faſtidium, dolor non ſtimulat, dum eius ipſe author in eodem feſtiuus deambulat vultu cuius hilari res in Hortu fructificant, ſpecies vigent rerum forma præ hominibus ſpecioſo arridet multiplicitas ſpecierum; eo enim deambulante, cuius in vultu decor, gratia in labijs eſt diffuſa, reſpondet Hortus Virginis læto ſpiritu, facie non confuſa, placens deambulanti, omni prorſus turpitudine ſic excluſa, vt intus non niſi pulchritudo reſtet forti munimine circumfuſa. *Idem lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 25.*

Hortus Nucum, in quem ſe deſcendere Sponſus dicit, eo quod deſcendenti non aliquatenus difficultas, nulla importunitas contradicit, cui cũ Cœlum Cœli, & habitatio placeat Angelorum, non tamen Nuces Horti, non flores vineæ non malorum diſplicent germina Punicorum. In Nuce cortex exterior non mediocriter amareſcit, ſub cortice teſta dura, ſed tamen fragilis delitеſcit, clauſus vero ſub teſta nucleus comedendi ſuauius indulceſcit; Hortus itaque Nucum Virgo eſt, cum paſſionũ & tentationũ amaritudine tribulatur, cũ perſequentium malitia eius otio nequiter aduerſatur, cum quid quid mundus iſte, vel blanditur, intonat ei penitus amareſcit, & ei totum ſordet, quic quid male ſapientibus dulceſcit. Hortus eſt cum velut dur ior teſta mira fortitudine præmunitur, cum in vigilijs, ieiunijs, orationibus indeficiens inuenitur, cum Iudeorum opprobrijs, cum gladijs Gentilium nullatenus emollitur, cum in omni anguſtia rigore indefeſſo ſtare fortiter comperitur, quæ cum ad omnia inueniatur fixa, & ſtabilis permanere, frangi tamen, & diſſolui, & Chriſto cupit manifeſtius apparere; ſciens illum non teſta, non cortice, non quauis

anima-

amaritudine delectari, ſed oblato nucleo, quo ſuauius, eo feſtinius epulari; nucleus autem abſconditus interna eſt ſuauitas animæ diligentis, quæ ſeductos malitia latet oculos perſequentis, quæ fracta teſta non auferetur, ſed defertur quaſi manibus offerentis, & præſentatur Sponſo, & eiuſdem menſæ, vel conuiuio præſidentis. In hunc Hortum nucum Sponſus diligens tunc deſcendit, cum Dilectæ laboranti propinquum, & propitium ſe intendit, cum illam de virtute in virtutem ſollicitus promouere, & in ea reſpectu gratifico poma conuallium vult videre: Deſcendi in Hortum nucum, vt viderem poma conuallium. *Idem lib. 6. in Cant. cap.* 11.

Hortus plantatus virtutibus florens meritis. *Idē lib. 5. in Cant. Cant. cap.* 1.

Hortus, quem Auſter Spiritus ſancti intrinſecus perflauit, & miro blandimento inebriauit. *Idem lib. 4. in Cant. Cantic. cap.* 30.

Hortus, quem Deus manu potens, verbo non inualidus radicauit, radicatum aquis viuentibus irrigauit, quem concluſit, & quibuſcumque voluit claudere nociturus, vt ei non præualeant, imò, vt nec habeant quicquam inuis. *Idem lib. 5. in Cant. Cant. cap.* 1.

Hortus, quem Sponſus cæleſtis ſua ipſius præſentia viſitauit. *Idem lib. 5. Cant. Cantic. cap.* 2.

Hortus ſanctitatis, in quo Dæmoni perdito nō eſt locus. *Idem lib. 4. in Cant. Cantic. cap.* 29.

Hortus Sponſi Cæleſtis concluſione incomparabili ſatis fortis. *Idē lib. 4. in Cant. Cantic. c.* 30.

Hortus voluptatis, pomis, & nucibus opulentus. *Idem lib. 6. in Cant. Cant. cap.* 11.

Hortus, quem ſibi Dei Filius tunc plantauit, cum ſupra morem cæteris mulieribus attributum ſua repleuit gratia multo, non herbarum genere, ſed virtutum. *Idē lib. 4. in Cant. Cant. c.* 25.

Hortus, quem Sponſus cęleſtis manu propria conſitum ordinauit, quem plantatum, & rigatum ad prouentum congruum prouocauit. *Idem in lib. 5. in Cant. Cantic. cap.* 2.

Hortus concluſus non propter ſolam pudicitiam, ſed propter perfectam ſanctitatis, & iuſtitiæ cuſtodiam, & propter carentiam omnis offenſionis, qua ità cuſtoditum eſt corpus eius omni cuſtodia, vt ex nulla nunquam parte intrare potuerit in eam peccati macula à tempore primæ ſanctificationis eius. *Helinandus Ciſtercien. ſerm. 1. de Aſſumpt. B. M. V.*

Hortus Dei Auſtro ſancti Spiritus perflata, vt Filium Dei procrearet. *Gulielm. Abbas Paruus in cap. 5. Cantic.*

Hortus Chriſti. *Honorius Auguſtod. in ſigillo B. V.*

Hortus, quia poſt partum non eſt reclauſum virginitatis ſignaculum. In partu concluſus ſignaculo Spiritus ſancti. In quem venit Dei Filius carnem aſſumendo. Nucum, in quem de ſinu Patris deſcendit Verbum, per materiam carnis. Patris, quem Auſter Spiritus ſancti perflauit, ideſt, poſſedit. Per partum fructuoſus, in quo lignum vitæ Chriſtus germinauit, quandò fructus æternitatis in ſuo tempore protulit. *Idem ibidem.*

Hortus aromatum. *Cæſarius Ciſterc. lib. 7. de Miracul. B. Mariæ cap.* 25.

Hortus abſcondens; in eo ſiquidem abſconditus latuit Chriſtus nouem menſibus, vndè dicitur ci Iſai. 45. Verè tu es Deus abſconditus, & indè aſſumit nubilum noſtræ carnis, in qua celaretur Diabolo, & ſæculi Principibus. *Richard. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib.* 12.

Hortus abſconditus; ipſe enim abſcondit peccatores, quaſi ſub frondibus, & ramis pietatis, & miſericordię ſuæ, à facie fedentis in throno iudicij. Vndè deſignatur per Hortum voluptatis, in quo abſconditi ſunt Adam, & Eua poſt peccatum Geneſ. 3. *Idem ibidem.*

Hortus à Domino tam fortiter concluſus, vt Draconem pervigilem omnino lateret, & Leonem rugientem longe à ſe excluderet, & nec vna quidem pateret rimula, qua poſſet introſpicere ſubtilis aſtutia inimici. *Idem ibid.*

Hortus altus; ipſa enim omnibus creaturis verius potuit dicere: Mea converſatio in Cęlis eſt, ad Epheſ. 3. *Idem ibidem.*

Hortus areolatus, ideſt, diſtinctus per areolas, vt ſingula quęque locum teneant ſortita decenter, de quibus areolis dicit Eccleſ. Cant. 6. Dilectus meus, ideſt, Chriſtus deſcendit in Incarnatione in Hortum ſuum, ideſt in B. V. ad areolam aromatum, ideſt virtutum gratiarum, donorum. *Idem ibidem.*

Hortus aromaticus, ex quo iugiter fluunt ad nos aromata gratiarum abundanter, & indeficienter defluunt beneficiorum remedia ad infirmos. *Idem ibidem,*

Hortus concluſus, quia Chriſtus deſcendit in ea ſicut pluuia in vellus. Concluſus à tota beata Trinitate, quia potentia Patris muniuit Virginem contrà Diaboli violentiam, ſapientia Filij contrà fraudolentiam Diaboli, bonitas Spiritus ſancti contrà eiuſdem malitiam. Concluſus humano intellectui, quià ſicut dicitur Eccleſ. 24. Infirmior illo Rege, ſcilicet, nato de Dauid non inueſtigabit eam. Concluſus in concipiendo, & pariendo. Concluſus, in quem nulla aſtutia ſerpentis antiqui irrumpere potuit, ſicut fecerat in Paradiſum terreſtrem. Concluſus, ne ſecreta quiete vacuaretur, quia ad hoc præparabatur, vt Filius ſummi Regis requieſceret ibi. Concluſus, quaſi duplici clauſura, corporalis, & ſpiritualis virginitatis. Concluſus, quia ſicut in Horto concluſo nihil infimum ſubintrare poteſt, aut terrenum, ſed ea tantummodo, quæ veniunt de ſupernis: ſic in Mariam non intrauit homo purus, cum ipſa ſit terra, per quam non ambulauit vir Ser. 2. Et cum ipſa ſit clauſa porta, per quam vir non tranſiuit Ezech. 44. Nec beſtia, nec reptile, quibus carnalia, & ſpiritualia vitia deſignantur. *Idem ibidem.*

Hortus conſitus omni arbore fructifera, ideſt, virtute omnimoda. Conſitus tempore Domi-

nicæ Incarnationis, quando nobilis ille ſurculus, ſcilicet, Verbum caro factum, inſertus eſt trunco noſtræ humanitatis. *Idem ibidem*

Hortus, cuius Auſter Spiritus ſancti perſeueranter inſufflat gratiarum abundantiam, vt ab ipſa abundanter, & indefic ienter defluant beneficiorum remedia ad infirmos. Cuius principales poſt Chriſtum cuſtodes, Gabriel, ideſt, fortitudo Dei, & Ioannes, ideſt, gratia Dei. Cuius ſpeciales cultores inſpiratio diuina, Filij ſapientia, Spiritus ſancti diſciplina, propria diligentia Patris, & Matris doctrina, monitio Angelica, & huiuſmodi, cuius ſpecialis agricola extitit Chriſtus. *Idem ibidem.*

Hortus cuſtoditus protectione diuina. *Idem ibid.*

Hortus deliciarum clauſus, vt ab eo arcerentur mundi concupiſcentiæ, fœtores carnalium, venenata malitiæ, quorum nullum admiſit cogitatu, deſiderio, vel conſenſu. *Idem ibid.*

Hortus delicioſus, affluens, ſcilicet, & abundans omnibus ſpiritualibus, imo, & corporalibus delicijs. Vnde Cant. 8. dicitur: Delicijs affluēs. Delicioſus, cuius deliciæ virginitatis decus cū fœcūditatis munere, humilitatis inſigne, diſtillās charitatis fauus, miſericordiæ viſcera, plenitudo gratiæ, prærogatiua gloriæ ſingularis, item virtutes, & priuilegia, quæ ipſi ſoli conueniunt, quorum merito à delicis omnium ſanctorum translata eſt ad delicias Regis, & Domini Angelorum. *Idem ibidem.*

Hortus denſus, ideſt, condenſus propter multitudinem virtutum, quæ deſignantur per innumerabilem multitudinem herbarum, & arborum, radicum, & aromatum. *Idem ibid.*

Hortus, de quo dixit Chriſtus Cant. 6. deſcendi in Hortum meum, vt viderem poma conuallium, in quem Hortum humiliando nos debemus ſæpè deſcendere, per recognitionem virtutum Mariæ, vt ex eis noſter paſcatur affectus, & illuminetur intellectus. *Idem ibidem.*

Hortus deſignatus per terreſtrem Paradiſum, in quo poſitus eſt ſecundus Adam, ſcilicet, Chriſtus. *Idem ibidem.*

Hortus diſcoopertus à ſuperiori, vt ſolem, roreni, pluuiam, & huiuſmodi ſuſciperet, quæ veniunt de ſupernis, quia omne datum optimum de ſurſum eſt. Iacob. 1. quibus fœcundatus eſt Hortus iſte. Diſcoopertus, quia nullius peccati nubem oppoſitam habuit inter ſe, & Solem iuſtitiæ, ideſt, Chriſtum. *Idem ibid.*

Hortus diſtillans inferius, leniſſimo attactu frondium, & herbarum ſuarum, guttas roris, & pluuiæ ſuſceptas à ſuperiori. *Idē ibid.*

Hortus emundans; emundat enim ſuo rore, & ſtillicidijs pedes, ideſt affectus deambulantiū in eo per meditationem, & manus, ideſt opera per operum eius imitationem; ad rorem enim ſolemus abluere ſordes pedum, & manuum. *Idem ibidem.*

Hortus excultus, cuius cultores Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, cuius opera inſeparabilia. Excultus ſpecialiter opere diuino, & incultus opere humano. *Idem ibidem.*

Hortus extenſus per pietatem, & charitatem, cuius amplitudo omnes quantum in ſe eſt, recipit ſine perſonarum acceptione. *Idem ibid.*

Hortus fœcundus, quia flante auſtro, ideſt, Spiritu ſancto aſpirante, fœcundatus, per quem fructum reddit multiplicem; fœcundus, inquam, in virore herbarum, in pulchritudine foliorum, in diuerſitate fructuum, in redolentia aromatum, in vmbroſitate frondium, in melodia auium, in decurſu fontium, & huiuſmodi. *Idem ibidem.*

Hortus firmatus claue, illa ſcilicet, claue veri Dauid, quæ claudit, & nemo aperit, & è conuerſo. *Idem ibidem.*

Hortus foſſus per timorem caſtum, vel filialem; vel foſſus per Filij patientis compaſſionem, quando ipſa contemplante foderunt manus, & pedes ipſius ligonibus clauorum; & quando mucrone diræ lanceæ, ipſa preſente, ictum eſt in viſcera eius. *Idem ibidem.*

Hortus habitans in Hortis, ideſt in Horto proprię conſcientiæ per ſui diſcuſſionem: in Horto cœleſtis Patriæ, per cœleſtem contemplationem: in Horto militantis Eccleſiæ, per cuſtodiam fidelem: in Horto Paradiſi deliciarum, per gloriam immarceſcibilem: in Horto fidelis animæ, per delectationem: & in Horto religionis ordinatæ, per ſubmiſſionem gratiæ ſpiritualis. *Idem ibidem.*

Hortus humidus, ideſt, humectatus, & madefactus omnium liquoribus gratiarum. In quo creuerunt flores Lilij per virginitatem, Violæ per humilitatem, Roſæ per charitatem. In quo plantauit Deus Pater lignum vitæ, id eſt, Chriſtum in incarnatione, ſecus decurſus aquarum mortalitatis noſtræ. In quo poſitus eſt Chriſtus cuſtos, tempore Incarnationis, vt operaretur ibi fœcunditatem, & cuſtodiret illeſam virginitatem. *Idem ibidem.*

Hortus inuiolatus, quia non tranſiuit per eum incircumciſus, immundus Iſai. 52. de ipſo enim prædixerat. Iſai. 35. Non erit ibi Leo, & mala beſtia non aſcendet per eum. Leo ſuperbia, quæ locum non habuit in Virgine humillima, mala beſtia auaritia, & luxuria, quę non violauerunt Virginem miſericordiæ genitricem. *Idem ibidem.*

Hortus iocoſus, in bono ſenſu, in quo Horto ludit, qui attendens magnalia, quæ facta ſunt in Beata Virgine, præ gaudio congratulationis prorumpit in vocem exultationis; & in eodem Horto tot ſaltus facimus, quot ſalutes Mariæ flexis genibus dicimus, vel quot venias ante Altaria, ſeu Immagines eius accipimus. *Idem ibidem.*

Hortus irriguus, cui dedit Pater irriguum ſuperius, ideſt, diuinitatem Filij, qua irrigantur Angeli, & Beati in Patria: & irriguum inferius, ideſt Filij humanitatem, quando Verbū caro factum eſt in ea, cuius prædicatione, exē-

plo

plo', & miraculis fœcundata eſt militans Eccleſia, quaſi quodam irriguo, vt poſſet adferre fructum vitæ. Irriguus in ſe, & irrigans nos, quaſi duplici irriguo, ſuperiori, quod eſt charitas, quæ materiam habet deſuper, quod fit, quando exemplo charitatis eius ad amorem inflamamur; inferiori, quod eſt humilitas, quæ materiam habet de inferius, quando exemplo eius humiliamur. *Idem ibidem.*

Hortus ità à Domino concluſus, vt nulli hoſti, nulli maligno eius pateret ingreſſus. *Idem ibidem.*

Hortus mirabilis in flore, quia in ſingulis herbis, & arboribus ſuis florem retinens, & fructum proferens, nec propter fructum flores amittens; in quo fructus ſic veniunt, vt tamen flores non marceſcant, ideo de floribus ſuis, & fructibus dicit Maria Eccleſ. 24. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Mirabilis in fructu, cuius fructus Chriſtus Ieſus, præcipuè caro Chriſti, quæ in ſola, & ex ſola muliere concepta eſt, quod nulla alia; vndè deſignatur per lapidem exciſum de monte, ideſt de Maria, ſine manibus, ideſt, ſine opere nuptiali. Mirabilis in ſe, quia in eo Deus factus eſt homo, antiquus dierum puer, verbum infans, æternus temporalis, immortalis, mortalis immenſus paruulus, leo agnus, creator creatura. Mirabilis in ſe ipſo, quià ſupra naturã, ſupra rationem, ſupra conſuetudinem, ſupra humanæ conditionis meritum ſuum peperit Hortulanum; ſupra naturam, quia Virgo peperit Deum; ad hoc enim intelligendum ratio humana non ſufficit; ſupra conſuetudinem, quia de Spiritu ſancto caro Chriſti concepta eſt; quod enim caro de carne, aut Spiritus de Spiritu oriatur bene conſuetum eſt. Ioan. 13. Sed quod caro de Spiritu omnino nouum, & inauditum, mirabile eſt; ſupra humanæ conditionis meritum, quia quod Virgo ſine dolore pareret, meritum humanũ non exigebat, ſed potius oppoſitum. *Idẽ ibid.*

Hortus mundus, quia nihil inquinatum incurrit in illum Sap. 7. Apoc. 21. Non intrabit in eum aliquid coinquinatum. *Idem ibidem.*

Hortus nebuloſus, & hoc maximè tempore incarnationis, quando Sol iuſtitiæ deſcendens in illum, indè aſſumpſit nebulam carnis humanæ. *Idem ibidem.*

Hortus Paradiſus deliciarum, in quo Chriſtus nouus Adam poſitus eſt diuina virtute, quando mulier circumdedit virum, ſcilicet, quando Verbum caro factum eſt. *Idem ibidem,*

Hortus paſtinatus, ideſt, impinguatus pinguedine gratiarum charitatis, & deuotionis, & omni generalitate Chariſmatum. *Idem ibidem.*

Hortus planus, ideſt æqualis, vt facilius infundi poſſet, & irrigari; item planus, quia ſine ſcrupulis, & obijcibus peccatorum; vel planus per manſuetam humilitatem, & ſimplicem benignitatem, quarum virtutum merito fluentis omnium gratiarum rigata eſt, & infuſa; vel planus per æquitatem iuſtitiæ, quam in omnibus conſeruauit; vel etiam, quia beniguiſſimam Mariam non inueniunt ſcrupuloſam. *Idem ibidem.*

Hortus propter arboris vitæ continentiam; hic enim Hortus Paradiſus eſt voluptatis, cuius principalis arbor lignum vitæ, ſcilicet, Chriſtus Dominus, qui benè dicitur lignum vitæ, quia mortis defectum fugat immortalitate fructus ſui, ſcilicet, Euchariſtiæ, quoad dignè accedentes, & quoad bonos æterna ſui contemplatione. *Idem ibidem.*

Hortus propter deliciarum abundantiam, & propter aromatum, & herbarum florum, & fructuum ſpecierum, & aromatum redolentiã. *Idem ibidem.*

Hortus, quia ſi Hortus dici poteſt ab orior oriris, quia ibi flores, & gramina aromaticæ ſpecies, & fructiferæ arbores oriuntur: ex Maria ortus eſt Filius Dei, qui omne bonum eſt, & ſummum bonum, & indè etiam cum Filio Dei ortum eſt, & iugiter oritur omne bonum. Quia ſi Hortus poteſt dici ab hortando: Beata Virgo ſua amœnitate hortatur nos intrare ad videndam virtutem, & gloriam ſuam, non ſolum ad videndam gloriam ſuam, ſed ad guſtandum, quam dulcis eſt, & ſuauis. *Idẽ ibid.*

Hortus recreans, quia ibi aer purior, quam in villis aura ſerenior, ventus tranquillior, lux temperantior, odor fragrantior, viror vernantior, vmbra iucundior, quies ſuauior, ſomnus quietior, eſus ſapidior, potus frigidior, ſermo ſecretior, cantus placidior, fons perſpicuior, arbor frondoſior, vbertas largior, gratioſior, fructus maturior, & cætera huiuſmodi; quam in cæteris Sanctis, qui omnes, vt ità loquar, fuerunt, quaſi de villa, ideſt de mundo; ſed Mariæ connerſatio tota fuit in ciuitate Paradiſi, & tota paradiſiata, quia ipſa eſt Paradiſus, & Hortus totius voluptatis. *Idem ibidem.*

Hortus roraus actiuè, ideſt, roriſluus; ab ipſo enim fonte gratiarum affluit iugiter ad ipſam, & ab ipſa ad nos ros gratiæ, quem ſubminiſtrat hic Hortus pedibus, ideſt, affectibus deambulantium in eum. *Idem ibidem.*

Hortus roriſicatus, id eſt, roratus paſſiuè, quia Filius Dei ſuſcepit in incarnatione tamquam rorem. *Idem ibidem.*

Hortus ſanus, ideſt ſanatiuus, medicinalis, quia indè natus eſt Chriſtus, qui Medicus, & medicina eſt omnis morbi. Sanus ideſt, ſanatiuus, & medicinalis ratione herbarum, aromatum, ſpecierum, & arborum medicinalium, quæ ibi creſcunt; quæ ſingula ſingulas habent virtutes. Viola humilitatis medicinat malum ſuperbiæ, Lilium virginitatis adultionem luxuriæ, & ſic de alijs. *Idem ibidem.*

Hortus ſatus, non ex viriliſemine, ſed myſtico ſpiramine; illo ſemine benedicto, de quò dicitur Iſai. 1. & ad Rom. 9. Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, ideſt,

Chriſtum, quia ſemen eſt Verbum Dei, ideſt, Filius Dei. Satus ſemine, non carnali, ſed ſpirituali, non culpæ, ſed gratiæ, non viri, ſed Verbi, non corruptionis, ſed credulitatis. Satus ſeminibus omnium virtutum, quæ ſemina ſunt in præſenti, & fructificant vitam æternam cultoribus ſuis. *Idem ibidem.*

Hortus ſecretus, & ſolitarius ab humana frequẽtia, vndè Angelus inuenit eam clauſam in thalamo, quod innuitur ex illo verbo Lucæ 1. Et ingreſſus Angelus ad eam. *Idem ibidem.*

Hortus ſecurus, quia non patet malignantibus, ideſt, Dæmonibus, & vitijs, vt indè violenter poſſint abſtrahere eos, qui ad ipſum confugerint. *Idem ibidem.*

Hortus ſeratus, ideſt munitus ſera virginitatis, quæ nunquam fuit reſerata à Deo, vel homine. *Idem ibidem.*

Hortus ſignatus ſigillo virginitatis, quo mediante omnino excluſus eſt Diabolus, ſicut per ſigillum à ſecretis excludantur, qui non ſunt amici; res enim ſignata, vel ſigillata amicis exhibetur, inimicis ocultatur. *Idem ibidem*

Hortus ſitibundus, iugi deſiderio gratiarum, quæ quia plus omnibus ſitijt, & deſiderauit gratiam, & gloriam, & Filij incarnationem, & mundi redemptionem, ampliorem inuenit gratiam in præſenti, ampliorem gloriam in futuro. *Idem ibidem.*

Hortus ſtabilis in plenitudine virtutum ſuarum, & deliciarum, quæ non marceſcunt, non corrumpuntur, non deficiunt, non veteraſcunt. *Idem ibidem.*

Hortus vmbroſus, in quo inuenitur vmbra propitiationis; ad hoc enim obumbrauit ei virtus Altiſſimi in Filij conceptione, vt & ipſa precibus ſuis, meritis, & exemplis obumbraret peccatoribus contra feruorem diuinæ iracundiæ, & æſtum cuiuslibet prauæ concupiſcentiæ. *Idem ibidem.*

Hortus à tota Trinitate concluſus, quoniam potentia Dei Patris munuit Virginem contra Diaboli violentiam, ſapientia Filij contrà hoſtis fraudolentiam, bonitas Spiritus ſancti contrà eiuſdem malitiam. *Ioan. Hailgrin. in cap. 4. Cant. Cantic.*

Hortus Dei, quem Auſter, ideſt, inſpiratio Spiritus ſancti, perflat, ideſt, perſeueranter inflat gratiarum abundantia, vt ab ipſa abundanter, & ſufficienter defluant ad infirmos beneficiorum remedia. *Idem ibidem.*

Hortus bis concluſus, quia in ea, & ante partum, & poſt, illibata ſeruata eſt integritas virginalis. *Hugo Carenſis in cap. 4. Cant. Cant.*

Hortus Dei Patris, qui fructus vbores attulit, Dei Filium pariendo. *Idem ibidem.*

Hortus nucum, in quem deſcendit Filius Dei. *Idem in cap. 6. Cant. Canticor.*

Hortus ſecundus, in quo poſitus eſt ſecundus Adam noſter ſola Spiritus ſancti operatione de B. Virgine procreatus, vt operaretur, ideſt fœcundam eam faceret, vt cuſtodiret, ideſt, integram conſeruaret. *Idẽ in cap. 4. Cant. Cant.*

Hortus voluptatis, & deliciarum amœniſſimus, omnigena arborum plantatione conſitus, quem Dominus Deus plantauit à principio, eam, ſcilicet, ab æterno prædeſtinando; eam multipliciter præfigurando beatam, Patriarcharum, & Regum progenie, quibus ipſa naſceretur, ſuo ordine producendo. *Idem ibid.*

Hortus arboribus conſitus: Arbores autem vitæ, fuerunt diuerſæ virtutes, nimirum, Prudentia, Fortitudo, Temperantia, atque Iuſtitia, de quarum pomis, & fructibus Dei Filius veſcebatur. *Albert. Magn. ſerm. 3. in Aſſump. B. Mariæ Virg.*

Hortus arboribus virtutum conſitus, in quem ingreſſus eſt Rex Aſſuerus, hoc eſt, Beatus Heſt. 7. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc.*

Hortus aromatum, ideſt, virtutum commendabilis. *Idem ſerm. 3. in Aſſump. B.* M. *Virg.*

Hortus commendabilis propter fontem, qui ex ipſa ſcaturiens totam Eccleſiam irrigat abundanter. Hic autem fons eſt compaſſio, & miſericordia B. Virginis, per quam fluit ad omnes quantum liber etiam peccatores. *Idem ibidem.*

Hortus concluſus; Hortus enim eſt, in quo oritur, & ſic eſt Mater, concluſus autem, qui nõ foditur, neque ſeminatur, & ſic eſt Virgo. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc. S. Epiphan. in ſerm. de Laud. SS. Virg. S. Hieronym. in Apologia ad Pamach. pro libris aduerſus Ioumianum S. Ioan. Chriſoſt. orat. 3. de Annunc.* B. *Mariæ V. Petrus Abbas Cellen. lib. 6. Epiſt. Epiſtol. vltima & Innocen. Papa: 3. ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Virg.*

Hortus delicioſus. *Alb. Mag. ſer. 3. in Aſſum.* B. V.

Hortus firma ſepis clauſura munitus, vndè, & Dei Filius dicit de ea Cant. 4. Hortus concluſus Soror mea ſponſa, Hortus concluſus. Bis dicit Hortus, ci rcumſepta, quippe fuit firma corporis munditia, & forti cordis patientia. *Idem ibidem.*

Hortus floribus ornatus, videlicet Lilio virginitatis, Roſa charitatis, ac Viola humilitatis. Graminis, ideſt fidei viriditate delectabilis. *Idem ibidem.*

Hortus irriguus virtutum floribus, operum fructibus conſpicuus. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Iſaiam Prophetam.*

Hortus laudabilis propter cantus ſuauitatem, quæ in ea fuit, & ſemper erit; deuotè ſi quidem gratiarum actiones, & ſanctæ meditationes, nec non, & prægogitationes ipſius, quaſi quædam auiculæ alis alacris ſpei in altum ſubleuatę ſuauem faciebant armoniam in auribus Domini. *Idem ſerm. 3. in Aſſumpt. SS. Virg. Mariæ.*

Hortus omnium aromatum virtutis. Quem plantauit Dominus in Ædem, hoc eſt, in delicijs Geneſ. 2. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc.*

Hortus amœnus, & delicioſus, quia emiſſiones eius, ideſt, virtutes, quas emittebat, quaſi Paradiſus ideſt, delicioſæ, & amœnæ extiterunt. *Iacob. de Vorag. ſerm. 5. O.*

Hor-

Hortus, à quo ventus Aquilonaris, ideſt Diaboli ſuggeſtio fuit pènitus excluſus Cant. 4. Auſtro Spiritus ſancti perflatus, Cant. 4. Clauſus; habuit enim cor clauſum, nec vnquam illuc intrauit aliqua Dæmonis ſuggeſtio, nec aliqua praua delectatio *Idem ibidem.*

Hortus concluſus, quia ſe ipſam clauſerat, ſenſus ſuos cuſtodiendo. *Idem ſer. 3. de Nat. V. M.*

Hortus delitioſus, in quem Deus deſcendit, & comedit, quia ibi carnem, & ſanguinem Virginis ſeparauit, & lilia collegit, quia in eius puritate multum delectatus fuit Cant. 6. *Idem ibidem.*

Hortus fructiferus, quia bene irrigatus modo lachrymis doloris pro Filij paſſione, modo lachrymis compaſſionis pro miſerorum afflictione, modo lachrymis deuotionis pro deſiderio cęleſtis Patriæ, modo lachrymis lamẽtationis pro incolatu præſentis miſeriæ. *Id. ib.*

Hortus irriguus, cuius aquæ bonos fœcundant, peccatores in peccatis mortuos viuificant, & beatos in Cœlo lætificant. *Idem ibidem.*

Hortus plenus munditiæ folijs. *Idem in Mariali ſerm. 1. O.*

Hortus, quem Deus diuerſis arboribus, ideſt, diuerſis virtutibus conſeuit; conſertum diuerſis riuis gratiarum irrigauit, irrigatum totum amęniſſimum fecit. *Idem in Mariali ſerm. 5. O.*

Hortus concluſus, quia vtrobique clauſus ſtudio bonæ intentionis, & conſideratione rationis, & quia valle charitatis ſignatus nè irrumpere poſſet malignus; concluſus etiam, quia Angelorum cuſtodia circumſeptus. *Alanus de Inſul. in cap. 4. Cantic.*

Hortus Dei, in quem Auſter ventus calidus, ideſt, Spiritus ſanctus, qui calidè flat, venit, & obũbrauit protectione ſua, effecitque illam bona opera germinare. Dei multis arboribus conſitus, à quo Aquilo ventus frigidiſſimus, ideſt, Dæmon, qui cuncta, quæ perflare poteſt, frigida reddit, procul receſſit. *Idem ibid.*

Hortus deliciarum, in quo non Roſæ patientię, nec Lilia virginitatis deſunt, in quo Roſa Dominici corporis, & ſanguinis, in quo Lilium caſtitatis. *Idem ibidem.*

Hortus, in quo ſpirant virtutum aromata, in quo redolent patientiæ roſaria, fructibus redundans, copijs exuberans, flore virginitatis vernans, quem non venti tangit auſteritas, vbi mollioris aurę gratia indeſinẽter aſpirat, & vernalis amœnitas allicit intuentes. *Idem in cap. 4. Cant.*

Hortus vber copia plenitudinis. *Idem in Can. cap. 6. Cantic.*

Hortus concluſus; Hortus quidem, quia Chriſtum veluti vitæ pomum germinauit: concluſus verò, quia poſt partum etiam Virgo permanſit. *Matth. Cantacuzen. in cap. 4. Cant. Cant.*

Hortus concluſus Verbi Dei, ex quo immortalis natus eſt fructus. *Idem in cap. 5. Cant. Cant.*

Hortus concluſus, & diligentiſſimè cuſtoditus, cuius clauem ille ſibi retinuit, cujus theſaurus in ipſa erat. *Era. Prag. in Mariali cap. 31.*

Hortus vitalis facultatis largitor, ferens immortalitatis fructus. *Iſidorus Theſſalon. in orat. de Aſſumpt. B. Virginis.*

Hortus concluſus, à quo fons emanat irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ Dominus noſter Ieſus Chriſtus. *Io. Gerſon ſer. in Cana Domini.*

Hortus conſitus omni genere tam arborũ, quam areolis aromatum. *Idẽ Tract. 3. ſuper Magnific.*

Hortus concluſus bis, quia nec in intellectum error intrauit, nec affectum iniquitas violauit. *D. Anton. in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 5.*

Hortus concluſus, quia nullo doli aditu à Diabolo ingredi potuit. In quo fuerunt flores ſanctorum deſiderij ortum, & omnium odoramenta virtutum. *Idem ibidem.*

Hortus concluſus, ſoli Deo patens, non vtique aliundè apertus: ex quo flos ille floridiſſimus profluxit, cuius vtique virore arida humani generis natura floruit, atq; ad ſupercœleſtis refloritionis amœnitatẽ reducta eſt. *Dionyſ. Carth. lib. 1. de Præc. B. Virg. art. 17.*

Hortus Dei concluſus, delicioſiſſimus, vernãtiſſimus, fructuoſiſſimus, in qua omnium arborũ ſpiritualium ſpecies ſunt plantatæ; in qua lignũ ſapientię requieuit; lignum ſcientiæ boni, & mali, ideſt, ſumma diſcretio immarceſcibiliter floret: in qua vniuerſæ virtutes ſunt conſitæ, cuncta diuina chariſmata floruerunt, Sol ſapientiæ pleniſſimè radiauit, nulli venti, pluuiæ, flumina vitiorum vnquam potuerunt locum habere, quę peperit eum, qui Creator eſt omnium, totiuſque mundi genuit Saluatorem, quæ inuiolabilis virginitatis ſignaculo indeſinenter clauſa, & ſignata permanſit. *Idem in Cant. art. 15.*

Hortus amœniſſimus, aquis gratiarũ irriguus. *Bernard. de Buſtis ſerm. 1. de Aſſimilat. B. M. V.*

Hortus clauſus, quia ità ſemper habuit Beata Virgo cor clauſum malo, quod nunquam in illam ſubintrauit aliqua Dæmonis ſuggeſtio, vel praua delectatio. Cuius Hortulanus Dominus Ieſus. *Idem ibidem.*

Hortus deliciarum, propria Dei mann plantatus. *Idem ibidem.*

Hortus delicioſus, in quem Deus deſcendit. Diuerſis arboribus, ideſt, diuerſis virtutibus à Deo conſitus. Diuerſis riuis gratiarum à Deo irrigatus, & quodãmodo inebriatus. *Idẽ ibid.*

Hortus fructiferus. In quem intrauit Ieſus. Ioan. 1. *Idem ibidem.*

Hortus omni ſuauitate repletiſſimus. *Idem in Mariali ſerm. 6. in Concept. B. Mariæ.*

Hortus plenus lilio omnis mnuditiæ. Qui fructum vitæ æternæ nobis produxit, & florem Paradiſi germinauit. *Idem ſer. 1. de Aſſimilat. B. Dei Genitricis Mariæ.*

Hortus volnptatis. *Idem ibidem.*

Hortus amœniſſimus cœleſtium deliciarum, quem plantauit Deus ab initio, illam ab æterno prædeſtinando, multipliciter beatam prę-

figurando, & eam ex progeniæ Dauid ſuo or-

ordine producendo. *Claudius Rapinas Cæleſt. ſerm. 2. de Concept. B. Virg.*

Hortus arboribus ſcientię boni, & mali, aliorumque plantarum fructuoſarum, & aromaticarum conſitus, & contra ſpirituales nequitias diligenti Angelorum cuſtodia vndique conclusus, atque vallatus, in quo flores ſanctorum deſideriorum, virtutumque omnium germina, ac cæleſtium contemplationum plantaria omni tẽpore fructificarunt. *Idẽ ibid.*

Hortus bis conclusus, quia in ea, & ante partum, & poſt partum ſeruata, & illeſa, & illibata virginalis eius integritas. *Idem ibidem.*

Hortus deliciarum, in quo lignum vitæ, ſecundus Adam Redemptor noſter, ſola Spiritus ſancti operatione proereatus eſt, vt in eo operaretur ſalus noſtra: cuſtodiret illum, ideſt, integram ſeruaret, quemadmodum in primo Horto poſitus eſt Adam ſola Dei manu de limo terræ plaſmatus. *Idem ibidem.*

Hortus iucunditatis ſupernæ, viſioniſque diuinæ, in quo Chriſtus thronum ſibi conſtituit, & electorum animæ cum Angelis delicioſè ſpatiantur, fragrantia aromatum eius delectati. *Idem ibidem.*

Hortus virginalis, in quo nè forte eius ſpirituales plantationes defectu roris, & pluuiæ ſiccarentur, & areſcerent, ſed perpetua potius viriditate pullularent, & profiterent: ortus eſt fons bonus, fons ſaeer, fons vitæ, fons ſpiritualis intelligentiæ, de quo quiſquis biberit, non morietur, nec ſentiet in æternum vllam amaritudinem. *Idem ibidem.*

Hortus conclusus, vbi omnes fuerunt deliciæ virtutum. *Mauritius de Villaprobata. ſer. 2. Coronæ nouæ B. Virg.*

Hortus floridus, & deliciosus, in quem non eſt immundis pedibus intrandum. *Idẽ ibid. ſer. 4.*

Hortus omni amœnitate decorus, ac florentiſſimus. *Idem ibidem. ſerm. 30.*

Hortus cœleſtium deliciarum. *Ioan. Trith. de Miracul. B. V. prope Dittelbac lib. 1. cap. 10.*

Hortus propter fœunditatem, conclusus autem ex virginitatis gloria. *Ioan. Picus lib. 2. in Cant. cap. 14.*

Hortus voluptatis, manu Dei plantatus, cultus, irrigatus, & conſeruatus, à quo integer Paradiſus emanat; & propagatur. *Idem ibid.*

Hortus bene excluſus, amœnæ voluptatis fructuoſus, ſemper flòtidus, ſemper lucidus, ſempiterna ſuauitate, munditia, odore, guſtu delectabilis. *Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Concep. B. Virg. Mariæ.*

Hortus conclusus, vnde pulcherrimus, atque vnicus ille flos prodijt Ieſus Chriſtus Saluator animarum noſtrarum. *Ludouicus Eloſius in Endologia 3. ad B. Virg.*

Hortus virens, cæleſtibus delicis plenus. *Idem in Endologia 2. ad B. Virg.*

Hortus conclusus, ex quo natum eſt granum illud frumenti, quod cadens in terram tantum fructum attulit, vt inde totus orbis abundè refici atur, ac recreetur. *Robert. Bellarminus Conc. XI. quæ eſt de Natiuit. Domini, ſiue de partu B. Virg.*

HOSPES luminis incorrupta. *Theoph. Nicen. in Menæis Græcor. die 17. Ianuarij.*

Hoſpes gratioſiſſima totius Trinitatis. *Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Virg.*

HOSPITA totius Trinitatis. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 6.*

Hoſpita generalis Dei, & hominum largiſſima, hoſpitium virginalis vteri præbens Filio Dei, peregrino etiam hoſpitium gratiæ, miſericordiæ, & gloriæ. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*

Hoſpita beata hoſpitis Dei. *Ern. Prag. in Mariali orat. 86.*

Hoſpita Cæli. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 16. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

HOSPITALARIA optima Domus Dei. *Ern. Prag. in eod. Mariali cap. 95.*

HOSPITALE ſanctæ humanitatis Chriſti. *Albertus Magn. ſerm. 2 in Annunc. B. Mariæ.*

HOSPITATRIX Patris æterni. *Iſychius ſerm. 2. de Laud. SS. Virg.*

Hoſpitatrix anguſti tugurij in Bethleem. *Arnold. Carnot. in Tract. de Laud. B. Virginis Tom. 12. Bibliothecæ PP.*

Hoſpitatrix vagantium animarum. *Albert. Mag. in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſis.*

Hoſpitatrix ipſius Dei. *D. Bernard. Senenſis ſerm. de ſeptem verbis B. Mariæ.*

HOSPITIVM peccatorum. *D. Ephrem in ſer. de Laud. B. Virg.*

Hoſpitium virgineum, quod ſibi Dominus noſter ad habitandum requiſiuit. *D. Auguſt. ſerm. 13. de Nat. Domini, qui eſt 17. de tempore*

Hoſpitium Sanctitatis. *D. Leo ſerm. 2. de Natiuit. Domini.*

Hoſpitium puſillum humanitatis. *S. Petrus Chryſ. ſerm. 144.*

Hoſpitium vitæ. *Venant. Fortunatus Elegia in Laud. SS. Virg. & Matris Domini.*

Hoſpitium nouum Auctori noua, decentique ratione præparatum. *Andreas Cretenſis. orat. de Natiuitate B. Virg.*

Hoſpitium mundiſſimum. *Georg. Nicomed. in orat. de Præſent. B. V. M. in templo.*

Hoſpitium proprium Dei, cuius ædificiũ ipſe Deus inteudit, Sapientia ædificauit ſibi Domum, vt in eo habitaret, per humanæ naturæ aſſumptionem. *Idiota de B. V. part. 3. Cant. 1. Idem in Contemplat. de B. V. & D. Brigittæ in ſerm. Angelico de Excellent. SS. V. Tom. 3.*

Hoſpitium Filij Dei, quo nihil ſordidum, quia nulla erat libido, ſed puriſſima caſtitas; nihil ruinoſum, quia nulla erat ſuperbia, ſed fundatiſſima humilitas; nihil obſcurum, quia excluſa erat infidelitas; nihil anguſtum, quia diffuſa eſt charitas. *Guarricus Abbas ſerm. 1. de Aſſumpt. B. M.*

Hoſpitium æterno Regi præparatum. *D. Bernar. in Deprecat. & Laud. ad SS. Virg. Mariam.*

Hoſ-

Hoſpitium mundiſſimum, Trinitati præparatum. *Idem in ſermon. de B. Virgin. cuius initium eſt Aue Maria.*

Hoſpitium, non tantum ſpirituale, ſed etiam corporale Omnipotentis Creatoris, virtutum vniuerſarum gratia, cunctis creaturis excellentius impletum, & ornatum. *S. Petrus Cluniacen. lib. 3. Epiſtolar. Epiſt. vltim.*

Hoſpitium vnigeniti Filij Dei. *Matthæus Cantacugenus in cap. 1. Cant. Cantic.*

Hoſpitium Dei inuiolatum. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 5.*

Hoſpitium amoroſum Deo in terris peregrinanti. *D. Bernard. Senenſis Tom. 2. ſerm. 51.*

Hoſpitium Diuinitatis. *Bernard. de Buſtis in Mariali ſerm. 6. de Concept. B. V.* M.

Hoſpitium humanitatis Filij Dei. *Idem ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Hoſpitium plenitudinis omnium gratiarum. *Idem ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Virginis.*

Hoſpitium idoneum omnis plenitudinis gratiæ. *Mauritius de Villaprobata ſerm. 12. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Hoſpitium ſanctiſſimum totius Diuinitatis, ità à Deo fabricatum, & ab initio eſſe conſeruatum, atque cæleſti gratia præmunitum, vt nulla prorſus eam tetigerit labes, etiam venialis delicti, nec læſa fuerint primordia eius puriſſimi Conceptus, nec vlla vnquam eam tetigerit rubigo peccati. *Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Virg.*

HOSTIA laudis Deo à ſe ipſa oblata. *Titus Boſtr. in Comment. ſuper cap. 1. Lucæ.*

Hoſtia acceptiſſima, dignaque veneratione Deo litata. *Andr. Cretenſ. orat. in Nat. B. Virg.*

Hoſtia Deo acceptabilis. *Greg. Nicomed. orat. 1. de Præſent. B. Virg.*

Hoſtia iuſtorum Ioachimi, & Annæ, Deo præclarè accepta. *Idem orat. 3. de Præſent. V.*

Hoſtia ſacratiſſima templo deuota. *Idem orat. 1. de Præſentat. B. V. Mariæ.*

Hoſtia viua. *Arnold. Carnotenſis Tract. de illis verbis Domini: Mulier ecce Filius tuus.*

Hoſtia rationalis Deo ſacrificata. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 4.*

Hoſtia viua, Deo Patri à ſe ipſa oblata. *Ioan. Thaulerus ſerm. in Feſt. Purificat. B. Virg.*

HOSTIS omnium ſcandalorum. *S. Ioſeph. Hymnog. in Mariali.*

Hoſtis Dæmonum. *Idiota de B. Virg. Part. 3. Contemplat. 1. & Maurit. de Villaprob. in ſerm. 2. Coronæ nouæ B. Virg. Mariæ.*

HVMVS, ſiue terra à Deo benedicta, ex qua Deus cunctarum germina gratiarum, & cunctarum exemplaria virtutum produxit: ipſum quoque lignum vitæ Chriſtum Deum, & hominem, Dominum Paradiſi cæleſtis. *Rupert. Abbas lib. 4. Commentar. in Cant. Cantic.*

Humus ſic dicta propriè, quando latebat ſub aquis, humus ob humore; Maria enim humus propter humectationem omnium chriſmatum, & gratiarum. *Rich. à S. Laur. in Laud. SS. Virg. Mariæ lib. 8.*

HYACINTHVS flammei coloris virginitatis vellus, ex quo myſticè corporis amictus Deo conditus eſt. *Ioan. Damaſ. orat. 4. de Nat. B. V.*

Hyacinthus, ratione virtutis; ſicut enim hyacinthus habet cor confortare, triſtitiam expellere, inter inimicos tutum ſeruare: ſic ipſa confortat cor, dans cibum gratiæ: expellit triſtitiam, dans lætitiam iucunditatis æternæ, & cuſtodit ab inſidijs fraudis Diaboli. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 1.* M.

Hyacinthus, quia ſi Hyacinthus gemma ſecurum facit in externas terras euntem: Maria contemnentes mundum, & fugientes cuſtodit. *Ern. Prag. in Mariali cap. 42.*

Hyacinthus ratione nominis, coloris, & virtutis. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 4. de Nominat. B. V.*

HYDRIA mannæ diuini ex auro vniuerſè conflata. *Auonymus in Menæis Græcor. die 9. Iulij.*

Hydria farinæ indeficiens, de qua legitur 3. Reg. 17. Qua paſtus eſt verus Elias, ideſt, Chriſtus, & qua paſcitur Vidua Sereptana, ideſt, Eccleſia in Sacramento; cum tota domo ſua, ideſt, fidelibus vniuerſis. *Rich. à S. Laur. de Laud. B. Virg. lib. 9.*

Hydria potans nos aqua Sapientiæ ſalutaris, potans nos etiam liquoribus, qui de Chriſto profluxerunt, qui Chriſtus in paſſione effuſus eſt ſicut aqua. *Idem ibidem.*

Hydria Rebeccæ ideſt, Eccleſiæ, qua potatus eſt Chriſtus verus Eliezer Gen. 24. & ex qua potantur Cameli eius, ideſt, vniuerſi fideles Eccleſiæ. Iugiter fundens aquam in canalibus, ideſt, infundens gratiam humilibus. *Idem ibid.*

Hydria farinæ indeficiens, quia ſemper poteſt, & vult dare, quia largiſſima, quia ditiſſima, quia gratia plena 3. Reg. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. 3. Reg.*

Hydria ſatietatis. *Idem ibidem.*

Hydria conſeruans luminaria. Iudic. 5. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 1. I.*

Hydria plena farina, ideſt, munditia, & omni puritate 3. Reg. 3. *Idem ibidem.*

Hydria capiens binas metretas, quia geminam dilectionem, ſcilicet Dei, & proximi continuit: vel duo teſtamenta, quorum cognitionem, & ſcientiam habuit. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 4. de Nominat. Mariæ.*

Hydria capiens tres metredas, quia in eius vtero fuit Chriſtus, in quo fuerunt tres metretæ, ideſt, tres ſubſtantiæ, ſcilicet Caro, Anima, & Diuinitas. *Idem ibidem, & Mauritius de Villaprobata ſerm. 9. Coronæ nouæ. B. Virg. Mariæ.*

Hydria conſeruans lumina. Iudic. 7. *Idem ibidem.*

Hydria, cuius farina, ideſt, virginitas per candorem farinæ deſignata, nunquam deficiet 3. Reg. 19. *Idem ibidem.*

Hydria Dei. *Idem ibidem.*

Hydria capiens binas metretas, propter geminam dilectionem Dei, & proximi. *Mauritius de Villaprobata ſerm. 9. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Hy-

Hydria, cuius farina, ideſt bonitas, & pietas non defecit 3. Reg. 17. *Idem ibidem*.

Hydria, in qua tria luminaria conſeruata ſunt, ſcilicet corpus virgineum, eius anima luminoſa, & ſplendor meritorum eius, & operum. *Idem ibidem*.

Hydria, ex qua Angelus gloriam, iuſtus gratiam, peccator veniam, triſtis lętitiam, captiuus indulgentiam bibit: bibit quoque Omnipotens ipſe, & inebriatus amore, oblitus maieſtatis, properat ad dilectam, ac velut vnicornis felicis gremio Virginis capitur, carnis nexibus irretitur. *S. Thomas de Villanoua, ſerm. 1. de Annunciat. B. M. Virg.*

Hydria plena, & pleniſſima, exqua omnis potatur rationalis natura. *Idem ibidem.*

HYMNODIA Angelorum. *D. Ephrem Syrus ſer. de Laud. B. Virg. Mariæ.*

HYMNVS Angelorum. *D. Ephrem in ſerm. de Laud. SS. Virg. Marię.*

Hymnus degentium in ſolitudine. *Idem ibidem.*

# LIBER NONVS
# POLYANTHEAE MARIANAE
## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA
### DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ
### Incipientia à Littera I.

IACOB, qui interpretatur ſupplantator, quia Beata Virgo ſimul, & ſemel omnia vitia ſupplantauit. *Idiota de B. Virg. part. 16. Contempl. 8. & Rich. à S. Lauren. de Laud. SS. Virg. fruct. 4.* Iacob, ideſt, luctatrix contra vitia, pluſquam omnes. *Rudulph. Ardens Hom. 1. in Aſſumpt. B. Virg.*

Iacob in vitiorum ſupplantatione. *Serlo Abbas ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Virg. Mariæ.*

Iacob indeficiente Dei viſione, & contemplatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. B. V. fruct. 4.*

IACTATIO honoranda facerdotum piorum. *Andreas Creten. orat. 2. in Annunc. B. Mariæ V.*

IACVLVM inimicorum infernalium. *D. Anton. in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 14.*

Iaculum inimicorum noſtrorum, ideſt, Dæmonum. *Bernard. de Buſtis ſer. 4. de Nominat. B. V.*

IAHEL, quæ Syſaram contriuit. *Rich. à S. Victore Expoſit. in Cant. Canticor. cap. 42.*

Iahel benedicta, quæ caput Siſaræ clauo interficiente confixit, quando virtutem Satanæ rigore diſciplinæ extinxit. *D. Bonauent. in Speculo B. Virg. cap. 13.*

Iahel benedicta inter mulieres, quæ aquam petendi lac tribuit. Iud. 5. ſemper enim eſt ſolita plus tribuere, quam petatur; vnde ſi petis ab ea aquam refrigerij contra æſtum tentationum, ipſa dabit tibi lac maternæ conſolationis, quod erit tibi non modo in refrigerium, ſed & in cibum, & in potum, & in medicinam. *Ern. Prag. in Mariali cap. 58.*

Iahel in vigore. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. B. Virg. Mariæ. fructu 2.*

IANITRIX Cœli felix. *Maurit. de Villaprobata, ſerm. 4. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

IANVA clauſa illi, qui poſt ſuam reſurrectionem ingreſſus eſt per oſtia clauſa. *S. Auguſtin. ſerm. 14. de Nat. Domini, qui eſt 18. de tempor.*

Ianua cœleſtis. *S. Ioan. Damaſc. in Octoec. Græcor.*

Ianua Filio Dei. *Idem ibidem.*

Ianua miſterij veneranda. *Andreas Creten. orat. 2. in Annunc. V.*

Ianua ſalutis. *Idem ibidem. D. Anſelm. in orat. ad B. Virg. Petrus Comeſt. in ſerm. de Concept. V. D. Bonauent. in Pſalt. B. Virg. & Ioan. Trith. lib. 1. de miraculis B. Mariæ Virg. in Vrticet. cap. 8.*

Ianua Cæli. *D. Ildephonſus ſer. 4. in Aſſumpt. V. D. Petrus Dam. in carminibus de Aſſumpt. B. V. D. Anſelm. in hom. de SS Virg. M. Concept. & S. Laurent. Inſlin. ſerm. de Annunc. B. Virginis.*

Ianua Afflictorum. S. *Germ. in Mariali fragm. 3.*

Ianua virginea, ac diuina, ex qua, & per quã Deus, qui rebus omnibus ſuperior eſt in orbem terrarum corporaliter introiuit. *S. Ioan. Damaſc. orat. 1. in Natiuit. SS. Virg.*

Ianua eorum, qui per fidem ſalutem conſequũtur. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Ianua vitæ, quæ portas mortis partu ſuo deiecit. *Idem ibidem.*

Ianua ſponte patens, decoris æterni. *Io. Geom. in B. Virgin. Hymn. 3.*

Ianua cœleſtis, qua Dei Patris vnica proceſſit nobis reddita ſalutaris lætitia. *D. Anſelm. in Pſalt. B. Virg. part. 1.*

Ianua cœleſtis, qua proceſſit Emmanuel. *Idẽ ibi.*

Ianua cœleſtis beneficij. *Rupert. Abb. lib. 2. Comment. in Cant. Cantic.*

Ianua benedictionis, Patriarchis repromiſſa. *Idem lib. 6. Comment. in Cant. Cantic.*

Ianua vitæ. *Idem ſerm. 33.*

Ianua infirmariæ mundi, per quam Cœleſtis Medicus ingreſſus eſt. *Abſalon Abbas ſerm. 5. de Aduentu Domini.*

Ianua lucis. *Theod. Laſch. Imp. in Can. ad SS. Virg.*

Ianua, de qua in Ezechielis volumine legimus: Porta iſta clauſa erit Principi, & per eã Princeps egredietur; per hanc nimirum Princeps Regum terræ Chriſtus egreſſus eſt, quam ſicut in ingreſſu non aperuit, ſic in egreſſu non patefecit. *D. Amadeus. Hom. 4. de Laud. V.*

Ianua cœleſtis Patriæ. *Iacob de Vorag. in Marialì ſerm. 7. M. & Petrus Cellenſ. ſerm. de B. V. M.*

Ianua gratiæ nulli unquam præcluſa. *Hericus Suſon. cap. 16. dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius. & Ludou. Bloſ. in Endolog. 1. ad B. Virg.*

Ianua miſericordiæ. *Dionyſ. Carth. in Cant. art. 27.*

Ianua clausa manens, labe patrona carens. *Arnold.Bostius in Prologo lib. de Patronatu, Patrocinio Deiparæ Virg. in fibi dicatum Carmeli ordinem.*

Ianua cunctis supernam cupientibus Vrbem. *Bernard. de Bustis serm.5.de Nominat.SS.Virg.*

Ianua perfectæ liberatis. *Idem serm. 1. de Natiuitate B. Virg. Mariæ.*

Ianua Sanctis, & Iustis, vt Cælum ascendant. *Idem serm.3. de Natiuit.* B. *Mariæ.*

Ianua superna salutis. *Idem ibidem.*

Ianua Paradisi, per quam Deus ingressus est mundum, vt reus quondam ingredietur Cœlum. *S.Thomas de Villanova in Conc. 2.de Assumpt. B.Virg.D.Petrus Damian.hom.in Nat.*B.*Mar. D.Ansel.in medit.de B.Virg. Petrus Blesf. serm. 38.D.Bonauen.in Canticis Psal.B. Virg.D.Laurent.Iustin.in lib.de casto connubio Verbi, & Animæ cap. 9. & Bernard.de Bustis serm. 5. de Nominat.SS. Virg.*

IARETH Dei erga ipsam assidua protectione. *Barthol. de Pisis lib.1.de laud.SS. Virg.fruct.4.*

IASPIS, quia si Iaspis gemma portantem tutum reddit, & gratum: Maria similiter. *Ern.Prag. in Mariali cap. 42.*

Iaspis faciens nos securos ab omnibus malis, & periculis; Iaspis enim vt dicitur in libr. de proprietate rerum, reddit hominem ipsum fernentem, tutum sine timore. *Bernard.de Bustis serm.1.de Nominat. B. Virg.*

Iaspis spiritualis, super Iaspidem colore viridem, plura se honorantibus conferens beneficia, quibus nullius est gemmæ virtus comparanda, partu laborantibus velox inuocata præstat subsidium, sanguinis fluxum spiritualiter sistit, nimium, & sincerum amatorem suum Deo facit, & hominibus gratum. *Io. Trith.lib.1.de Miraculis B.Virg.in Vrticeto cap.7.*

Iaspis visu delectabilis, quia suis virtutibus omnia Dæmonum repellit phantasmata, sistitque peccati sanguinem, & cœlestis gratiæ multiplicat dona. *Idem lib. 1.de miraculis B.Mariæ in vrticeto cap. 6.*

IDEA omnis modestiæ. *Io.Pic. lib.1.in Cant.c.2.*

Idea singularis omnium virtutum toti mundo. *Dionys.Fab. Tract.1.de Concept. B.Virg.*

IERICHO, quod interpretatur Luna, vel odor eius, nam ipsa est pulchra vt Luna, & tota odorifera singularum aromatibus virtutum: de qua scilicet, Ierico dixerunt, & iugiter dicunt agendo gratias Eliseo, idest, Christo, Viri ciuitatis illius familiares B.Virg. Mariæ 4.Reg.2.Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse Domine perspicis, & bene optima: Vidit enim Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona; sed maximè ea, quæ fecit in Virgine, erant optima valde. *Rich.à S.Laurent.de Laud.Virg. lib.21.*

IERVSALEM. *D.Augustin.Enarrat.in Psalm.142.*

Ierusalem sancta, cuius in turribus ipse Deus cognoscitur, mediusque pertransit inconcussam seruans, gentes commouens, & Reges prosternens, vt adorent gloriam ipsius. *S.Germanus Constant.orat. 1. in Præsent.*B. *Virg. M.*

Ierusalem, idest, pacifica plusquam omnes, *Rudulph. Ardens hom. 1.in Assumpt.* B. *Virg.*

Ierusalem beata, quam sancta Romana Ecclesia in principio lætitiæ suæ proposuit. *Rupert. Abbas lib.7.de diuinis officijs cap.25.*

Ierusalem pulchra, electa, suauis, & formosa, quam viderunt filiæ Sion, & beatam dixerunt, & Regiuæ laudauerunt. Quæ visio pacis interpretatur, quia benedicta inter omnes mulieres, præ omnibus, & ante omnes vidit Filium suum, pacem super omnem verum Israel. idest, Christum, (de quo Apostolus ait: Ipse enim est Pax nostra) à mortuis resurgentem. *Idem ibidem.*

Ierusalem sancta. *Idem lib.1.Comm.in Cant.Cant.*

Ierusalem vera. *Idem.lib.6.Comm.in Cant.Cantic.*

Ierusalem merito videndi, cum constent ei diuina mysteria, & sacramenta cœlestia reuelata. *Philippus Abbas lib.1. in Cant.Cantic. cap.19.*

Ierusalem Ciuitas, quæ interpretatur pacifica, fuit enim Maria pacifica; quia genuit pacem nostram, quæ Christus est; ipsa enim fecit vtraque vnum Eccl. 2. quia Deum vniuit homini, & hominem Deo in vnitate personæ; ipsa etiam est pacifica nostra, Filio reconcilians peccatores designata per Columbam Noe; quæ attulit ei olimæ ramum, dum esset in Arca, Deum humano generi reconciliatum demonstrans; & bene in ore, quia hoc facit orationum suarum virtute, vnde sic oramus eam recordare Virgo mater in conspectu Dei, vt loquaris pro nobis bonum. Quæ interpretatur visio pacis, quia pacem illam vidit in humana carne, de quo Simeon Luc. 2. Viderunt oculi mei salutare tuum; & per ipsam venitur ad visionem pacis æternæ, nam sine ea nec vidit homo, nec visurus est pacem illam. *Rich.à S.Laur. de Laud.*B.*V. lib.11.*

Ierusalem, in quam non intrauit aliquid coinquinatum per consensum in cogitatione, vel faciens abominationem in actione, & mendacium in loquutione Apoc.21. *Idem de Laud. B.Virg. lib.3.*

Ierusalem, quia sicut Ierusalem fuit Metropolis aliarum ciuitatum Iudeæ: sic & Maria omnium fidelium animarum, vnde dicit Eccl. 24. in omni gente, & in omni populo primatum tenui. *Idem de Laud.B. Virg.lib.11.*

Ierusalem, idest, pacis visio, pacem faciens inter Deum, & hominem. *Io.Hailgrin.in cap.6. in Cant.Cantic.*

Ierusalem, quæ interpretatur pacis visio: quid enim verius Ierusalem, quam gloriosa Virgo, in qua pax pectoris, & pax æternitatis. *Alanus de insult.in cap.6.Cantic.*

Ierusalem reuera cœlestis, supra quam propugnacula Ecclesiæ opifex Christus edificauit. *Matth.Cantacuzen.in cap.8. Cant. Cantic.*

Ierusalem formosa, in qua verus ille Salomon Templum solemne extruxit; quæ enim con-

consequentius censeri posset Ierusalem, idest, visio pacis, quam illa, in qua quieuit Rex æternitatis, in qua verus Salomon, idest Christus fabricatus est templum sui corporis, de quo dictum est: Soluite Templum hoc. *Alanus Insul. in serm. de Annunc. B. Virg.*

Ierusalem, quę interpretatur visio pacis, nam ipsa extitit tota pacifica, & Dei visione mirabiliter illustrata. *D. Bernard. Senens. to. 3. ser. de Assump. V.*

Ierusalem cœlestis, quia in terris conuersans Angelica puritate pollebat; imò tantæ sanctitatis meritis fuit splendiflua, quod super omnes Angelicorum choros spirituum digna fuit sublimari: ideo pulchritudo eius, quam habuit in hoc mundo, aptius comparatur decori triumphantis, quam militantis Ierusalē, quoniam pulchritudo eius radiantissima fuit, sine totius admixtione culpæ, quantumlibet paruæ. *Dionys. Carth. in Cantic. art. 21.*

Ierusalem, quæ interpretatur visio pacis. *Maurit. de Villaprobata serm. 30. Coronæ nouæ B. M.*

IESSE cordis incendio, Dei amore, & affectione. *Barthol. de Pisis lib. 1. de Laud. B. V. fructu 4.*

IESVS peccatorū ciectione. *Barthol. de Pisis lib. 1. de Laud. B. Virg. fructu. 4.*

IGNIS ad orationem quiescens. *Andreas Creten. orat. 2. in Annunc. B. Virg.*

Ignis illuminans cæcos, calefaciens frigidos, incuruans duros, & desiccans humidos in terrenis, & restringens fluuidos ad peccandum. *Idiota de B. Virg. part. 14. Contempl. 38.*

Ignis nos illuminans suis beatissimis orationibus, & exemplis. *Idem de B. Virg. part. 14. Contemplat. 21.*

Ignis Igni, & ab Igne intacta. *Io. Geom. in SS. Virg. Maria hymn. 2.*

Ignis illuminans cæcos, calefaciens frigidos, decoquens carneos, purgans fæculentos, incinerans duros, quia cinis mollis resoluitur de dura materia, denigrans candidos, desiccans humidos, restringens fluuidos, dissoluens solidos, qui pascitur pinguedine, idest, deuotione, & conuersatur sub cinere, idest, sub humilitate. *Rich. à S. Laur. de Laud. V. lib. 11.*

Ignis ratione protectionis, de quo Num. 9. in nocte operiebatur tabernaculum, quasi species Ignis, quia Charitas Mariæ protegit Ecclesiam in tribulatione. *Idem de Laud. V. lib. 5.*

Ignis contra Diabolum, & tenebras peccatorum. *Hugo Carensis in Psalm. 104.*

Ignis tota. *D. Amadeus hom. 6. de Laud. SS. Virg.*

Ignis Diuinus. *D. Bonauent. serm. 1. de B. V. Maria*

Ignis per Dei orationem. *Barthol. de Pisis lib. 1. de Laud. B. Virg. fructu 2.*

Ignis Dei inextinguibilis. *Bernard. de Busti in suo Mariali serm. 6. de Concept. B. Mariæ.*

Ignis effulgens Eccl. 5. *Idem serm. 2. de Assumpt. SS. Virg. Mariæ.*

Ignis inflammans frigidos, & tepidos ad Dei amorem, & dilectionem, purgans immundos à peccatis, illuminans tenebrosos per ignorantiam ad Dei cognitionem, vniens, & copulans Deo homines ab eo elongatos, & diuisos. In quo Deus Descēdit Exod. 19. *Id. ib.*

Ignis perpetuus, nunquam deficiens, Leuitic. 6. *Idem ibidem.*

ILLVMINATIO, iuxta proprij nominis interpretationem; quid enim splendore virginitatis illustrius? *D. Greg. Thaum. orat. 2. in Annunę. B. Mariæ.*

Illuminatio cordium nostrorum. *S. Ioan. Damasc. in Paracl. B. V. Mariæ.*

Illuminatio mentis nostræ, animæ nostræ tenebras dispellens. *Idem ibidem.*

Illuminatio versantium in tenebris. *Idem ibidem.*

Illuminatio fidelium, illuminans pupillas oculorum nostrorum, cœcitate mortiferi peccati obtenebratas. *S. Ioseph. Hymn. in Mariali.*

Illuminatio nostra. *Idem ibidem. D. Bonauent. in Psalt. B. Mariæ, & D. Brigitta in orat. 4. Reuelat.*

Illuminatio salutaris, quæ lucem peperit; dispellens multas, & graues nubes animarum nostrarum, & precibus suis nos efficiens filios Dei, vt exerceamus opera sancta. *Idē ibid.*

ILLVMINATRIX eorum, qui versantur in tenebris, quæ intellectualem lucem peperit, illuminans animas nostras, passionumque, ac peccatorum tenebras eliminans. *S. Io. Damasc. in Paracl. B. M. Virginis.*

Illuminatrix. *Albinus Flaccus in Hom. de Natiuit. B. V. & Paschas. Ratbert. lib. 2. in Matth. Euang.*

Illuminatrix longè positorum radijs misericordiæ suæ, sibi propinquorum per specialem deuotionem consolationis suauitate: præsentium sibi in patria, excellentia gloriæ, & sic non est, qui se abscondat à calore eius, idest, à charitate, & dilectione ipsius. *Idiota in Contemplatione B. Virg.*

Illuminatrix in nocte tenebras inducente, à qua qui illustratur, securè transibit per vmbram mortis. *Petrus Cellens. serm. 3. in Annunc. B. V.*

Illuminatrix mundi. *Helinandus Cistercien. serm. in Natiuit. B. Virg. D. Amadeus hom. 1. de Laud. SS. Virg. D. Bonauent. in Litanijs Psalt. B. Virg. & Dionys. Carth. lib. 2. de Laud. SS. Virg.*

Illuminatrix pœnitentium. *Idem ibidem.*

Illuminatrix illuminans animam prudentia ad precauendas inimicorum insidias, & ad futura bona, & mala. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 11.*

Illuminatrix, quia mundo obtenebrato edidit lucem veram, & cunctis se implorantibus humiliter, & deuotè impetrat lucem veræ cognitionis. *Idem de Laud. SS. Virg. lib. 1.*

Illuminatrix angelicis spiritibus. *D. Bonauent. in Speculo B. Virg. cap. 3.*

Illuminatrix cordium. *Idem in Litanijs. in Psalt. B. Virg. Mariæ.*

Illuminatrix nostra. *Idē in Speculo B. Virg. cap. 9. Bernardin. de Busti serm. 1. de Nomitat. Mariæ & Maurit. de Villaprobata serm. 16. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Illuminatrix per beneficia lucidissimæ misericordiæ suæ, per quam multi in nocte huius

Ianua clauſa manens, labe patrona carens. *Arnold. Boſſius in Prologo lib. de Patronatu, Patrocinio Deiparæ Virg. inſibi dicatum Carmeli ordinem.*

Ianua cunctis ſupernam cupientibus Vrbem. *Bernard. de Buſtis ſerm. 5. de Nominat. SS. Virg.*

Ianua perfectæ libertatis. *Idem ſerm. 1. de Natiuitate B. Virg. Mariæ.*

Ianua Sanctis, & Iuſtis, vt Cælum aſcendant. *Idem ſerm. 3. de Natiuit. B. Mariæ.*

Ianua ſupernæ ſalutis. *Idem ibidem.*

Ianua Paradiſi, per quam Deus ingreſſus eſt mũdum, vt reus quondam ingredietur Cœlum. *S. Thomas de Villanoua in Conc. 2. de Aſſumpt. B. Virg. D. Petrus Damian. hom. in Nat. B. Mar. D. Anſel. in medit. de B. Virg. Petrus Bleſ. ſerm. 38. D. Bonauen. in Canticis Pſal. B. Virg. D. Laurent. Iuſtin. in lib. de caſto connubio Verbi, & Animæ cap. 9. & Bernard. de Buſtis ſerm. 5. de Nominat. SS. Virg.*

IARETH Dei erga ipſam aſſidua protectione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. SS. Virg. fruct. 4.*

IASPIS, quia ſi Iaſpis gemma portantem tutum reddit, & gratum: Maria ſimiliter. *Ern. Prag. in Mariali cap. 42.*

Iaſpis faciens nos ſecuros ab omnibus malis, & periculis; Iaſpis enim vt dicitur in libr. de proprietate rerum, reddit hominem ipſum feruentem, tutum ſine timore. *Bernard. de Buſtis ſerm. 1. de Nominat. B. Virg.*

Iaſpis ſpiritualis, ſuper Iaſpidem colore viridem, plura ſe honorantibus conferens beneficia, quibus nullius eſt gemmæ virtus comparanda, partu laborantibus velox inuocata præſtat ſubſidium, ſãguinis fluxum ſpiritualiter ſiſtit, nimirum, & ſincerum amatorem ſuum Deo facit, & hominibus gratum. *Io. Trith. lib. 1. de Miraculis B. Virg. in Vrticeto cap. 7.*

Iaſpis viſu delectabilis, quia ſuis virtutibus omnia Dæmonum repellit phantaſmata, ſiſtitque peccati ſanguinem, & cœleſtis gratiæ multiplicat dona. *Idem lib. 1. de miraculis B. Mariæ in vrticeto cap. 6.*

IDEA omnis modeſtiæ. *Io. Pic. lib. 1. in Cant. c. 2.*

Idea ſingularis omnium virtutum toti mundo. *Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Virg.*

IERICHO, quod interpretatur Luna, vel odor eius, nam ipſa eſt pulchra vt Luna, & tota odorifera ſingularum aromatibus virtutum: de qua ſcilicet, Ierico dixerunt, & iugiter dicunt agendo gratias Eliſeo, ideſt, Chriſto, Viri ciuitatis illius familiares B. Virg. Mariæ 4. Reg. 2. Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſicut tu ipſe Domine perſpicis, & bene optima: Vidit enim Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona; ſed maximè ea, quæ fecit in Virgine, erant optima valde. *Rich. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 21.*

IERVSALEM. *D. Auguſtin. Enarrat. in Pſalm. 142.*

Ieruſalem ſancta, cuius in turribus ipſe Deus cognoſcitur, mediuſque pertranſit inconcuſſam ſeruans, gentes commouens, & Reges proſternens, vt adorent gloriam ipſius. *S. Germanus Conſtant. epiſc. 1. in Præſent. B. Virg. M.*

Ieruſalem, ideſt, pacifica pluſquam omnes, *Rudulph. Ardens hom. 1. in Aſſumpt. B. Virg.*

Ieruſalem beata, quam ſancta Romana Eccleſia in principio lætitiæ ſuæ propoſuit. *Rupert. Abbas lib. 7. de diuinis officijs cap. 25.*

Ieruſalem pulchra, electa, ſuauis, & formoſa, quam viderunt filiæ Sion, & beatam dixerunt, & Reginæ laudauerunt. Quæ viſio pacis interpretatur, quia benedicta inter ões mulieres, præ omnibus, & ante omnes vidit Filium ſuum, pacem ſuper omnem verum Iſrael. ideſt, Chriſtum, (de quo Apoſtolus ait: Ipſe enim eſt Pax noſtra) à mortuis reſurgentem. *Idem ibidem.*

Ieruſalem ſancta. *Idem lib. 1. Comm. in Cant. Cant.*

Ieruſalem vera. *Idem. lib. 6. Comm. in Cant. Cantic.*

Ieruſalem merito videndi, cum conſtent ei diuina myſteria, & ſacramenta cœleſtia reuelata. *Philippus Abbas lib. 1. in Cant. Cantic. cap. 19.*

Ieruſalem Ciuitas, quæ interpretatur pacifica, fuit enim Maria pacifica; quia genuit pacem noſtram, quæ Chriſtus eſt; ipſa enim fecit vtraque vnum Eccl. 2. quia Deum vniuit homini, & hominem Deo in vnitate perſonæ; ipſa etiam eſt pacifica noſtra, Filio reconcilians peccatores deſignata per Columbam Noe; quæ attulit ei oliuæ ramum, dum eſſet in Arca, Deum humano generi reconciliatum demonſtrans; & bene in ore, quia hoc facit orationum ſuarum virtute, vnde ſic oramus eam recordare Virgo mater in conſpectu Dei, vt loquaris pro nobis bonum. Quæ interpretatur viſio pacis, quia pacem illam vidit in humana carne, de quo Simeon Luc. 2. Viderunt oculi mei ſalutare tuum; & per ipſam venitur ad viſionem pacis æternæ, nam ſine ea nec vidit homo, nec viſurus eſt pacem illam. *Rich. à S. Laur. de Laud. B. V. lib. 11.*

Ieruſalem, in quam non intrauit aliquid coinquinatum per conſenſum in cogitatione, vel facieus abominationem in actione, & mendacium in loquutione Apoc. 21. *Idem de Laud. B. Virg. lib. 3.*

Ieruſalem, quia ſicut Ieruſalem fuit Metropolis aliarum ciuitatum Iudeę: ſic & Maria omnium fidelium animarum, vnde dicit Eccl. 24. in omni gente, & in omni populo primatum tenui. *Idem de Laud. B. Virg. lib. 11.*

Ieruſalem, ideſt, pacis viſio, pacem faciens inter Deum, & homiuem. *Io. Hailgrin. in cap. 6. in Cant. Cantic.*

Ieruſalem, quæ interpretatur pacis viſio: quid enim verius Ieruſalem, quam glorioſa Virgo, in qua pax pectoris, & pax æternitatis. *Alanus de inſulis in cap. 6. Cantic.*

Ieruſalem reuera cœleſtis, ſupra quam propugnacula Eccleſiæ opifex Chriſtus edificauit. *Matth. Cantacuzen. in cap. 8. Cant. Cantic.*

Ieruſalem formoſa, in qua verus ille Salomon Templum ſolemne extruxit; quæ enim con-

conſequentius cenſeri poſſet Ieruſalem, ideſt, viſio pacis, quam illa, in qua quieuit Rex æternitatis, in qua verus Salomon, ideſt Chriſtus fabricatus eſt templum ſui corporis, de quo dictum eſt: Soluite Templum hoc. *Alanus Inſul. in ſerm. de Annunc.* B. *Virg.*

Ieruſalem, quę interpretatur viſio pacis, nam ipſa extitit tota pacifica, & Dei viſione mirabiliter illuſtrata. *D. Bernard. Sen. to. 3. ſer. de Aſſump. V.*

Ieruſalem cœleſtis, quia in terris conuerſans Angelica puritate pollebat; imò tantæ ſanctitatis meritis fuit ſplendiflua, quod ſuper omnes Angelicorum choros ſpirituum digna fuit ſublimari: ideo pulchritudo eius, quam habuit in hoc mundo, aptius comparatur decori triumphantis, quam militantis Ieruſalē, quonlam pulchritudo eius radiantiſſima fuit, ſine totius admixtione culpæ, quantumlibet paruæ. *Dionyſ. Carth. in Cantic. art.* 21.

Ieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis. *Manrit. de Villaprobata ſerm.* 30. *Corona nouæ* B. *M.*

IESSE cordis incendio, Dei amore, & affectione. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de Laud.* B. *V. fructu* 4.

IESVS peccatorū electione. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de Laud.* B. *Virg. fructu.* 4.

IGNIS ad orationem quieſcens. *Andreas Creten. orat.* 2. *in Annunc.* B. *Virg.*

Ignis illuminans cæcos, calefaciens frigidos, ineruans duros, & deſiccans humidos in terrenis, & reſtringens fluuidos ad peccandum. *Idiota de* B. *Virg. part.* 14. *Contempl.* 38.

Ignis nos illuminans ſuis beatiſſimis orationibus, & exemplis. *Idem de* B. *Virg. part.* 14. *Contemplat.* 21.

Ignis Igni, & ab Igne intacta. *Io. Geom. in SS. Virg. Maria hymn.* 2.

Ignis illuminans cæcos, calefaciens frigidos, decoquens carneos, purgans fæculentos, incinerans duros, quia eius mollis reſoluitur de dura materia, denigrans candidos, deſiccans humidos, reſtringens fluuidos, diſſoluens ſolidos, qui paſcitur pinguedine, ideſt, deuotione, & conuerſatur ſub cinere, ideſt, ſub humilitate. *Rich. à S. Laur. de Laud. V. lib.* 11.

Ignis ratione protectionis, de quo Num. 9. in nocte operiebatur tabernaculum, quaſi ſpecies Ignis, quia Charitas Mariæ protegit Eccleſiam in tribulatione. *Idem de Laud. V. lib.* 5.

Ignis contra Diabolum, & tenebras peccatorum. *Hugo Carenſis in Pſalm.* 104.

Ignis tota. *D. Amadeus hom.* 6. *de Laud. SS. Virg.*

Ignis Diuinus. *D. Bonauent. ſerm.* 1. *de* B. *V. Mariæ*

Ignis per Dei orationem. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de Laud.* B. *Virg. fructu* 2.

Ignis Dei inextinguibilis. *Bernard. de Buſtis in ſuo Mariali ſerm.* 6. *de Concept.* B. *Mariæ.*

Ignis effulgens Eccl. 5. *Idem ſerm.* 2. *do Aſſumpt. SS. Virg. Mariæ.*

Ignis inflammans frigidos, & tepidos ad Dei amorem, & dilectionem, purgans immundos à peccatis, illuminans tenebroſos per ignorantiam ad Dei cognitionem, vniens, & copulans Deo homines ab eo elongatos, & diuiſos. In quo Deus Deſeēdit Exod. 19. *Id. ib.*

Ignis perpetuus, nunquam defieiens, Leuitic. 6. *Idem ibidem.*

ILLVMINATIO, iuxta proprij nomiuis interpretationem; quid enim ſplendore virginitatis illuſtrius? *D. Greg. Thaum. orat.* 2. *in Annunc. B. Mariæ.*

Illuminatio cordium noſtrorum. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl. B. V. Maria.*

Illuminario mentis noſtræ, animæ noſtræ tenebras diſpellens. *Idem ibidem.*

Illuminatio verſantium in tenebris. *Idem ibidem.*

Illuminatio fidelium, illuminans pupillas oculorum noſtrorum, cœcitate mortiferi peccati obtenebratas. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Illuminatio noſtra. *Idem ibidem. D. Bonauent. in Pſalt.* B. *Mariæ, & D. Brigitta in orat.* 4. *Reuelat.*

Illuminatio ſalutaris, quæ lucem peperit; diſpellens multas, & graues nubes animarum noſtrarum, & præcibus ſuis nos efficiens filios Dei, vt exerceamus opera ſancta. *Idē ibid.*

ILLVMINATRIX eorum, qui verſantur in tenebris, quæ intellectualem lucem peperit, illuminans animas noſtras, paſſionumque, ac peccatorum tenebras eliminans. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. M. Virginis.*

Illuminatrix. *Albinus Flaccus in Hom. de Natiuit. B. V. & Paſchaſ. Ratbert. lib.* 2. *in Matth. Euang.*

Illuminatrix longè poſitorum radijs miſericordiæ ſuæ, ſibi propinquorum per ſpecialem denotionem conſolationis ſuauitate: præſentium ibi in patria, excellentia glotiæ, & ſic non eſt, qui ſe abſcondat à calore eius, ideſt, à charitate, & dilectione ipſius. *Idiota in Contemplatione B. Virg.*

Illuminatrix in nocte teuebras inducente, à qua qui illuſtratur, ſecurè tranſibit per vmbram mortis. *Petrus Cellenſ. ſerm.* 3. *in Annunc.* B. *V.*

Illuminatrix mundi. *Helinandus Ciſtercienſ. ſerm. in Natiuit. B. Virg. D. Amadeus hom.* 1. *de Laud. SS. Virg. D. Bonauent. in Litanijs Pſalt. B. Virg. & Dionyſ. Carth. lib.* 2. *de Laud. SS. Virg.*

Illuminatrix pœnitentium. *Idem ibidem.*

Illuminatrix illuminans animam prudentia ad præcauendas inimicorum inſidias, & ad futura bona, & mala. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib.* 11.

Illuminatrix, quia mundo obtenebrato edidit lucem veram, & eunctis ſe implorantibus humiliter, & deuotè impetrat lucem veræ cognitionis. *Idem de Laud. SS. Virg. lib.* 1.

Illuminatrix angelicis ſpiritibus. *D. Bonauent. in Speculo B. Virg. cap.* 3.

Illuminatrix cordium. *Idem in Litanijs in Pſalt. B. Virg. Mariæ.*

Illuminatrix noſtra. *Idē in Speculo B. Virg. cap.* 9. *Bernardin. de Buſtis ſerm.* 1. *de Nomitat. Mariæ & Maurit. de Villaprobata ſerm.* 16. *Coronæ nouæ* B. *Mariæ.*

Illuminatrix per beneficia lucidiſſimæ miſericordiæ ſuæ, per quam multi in nocte huius ſæ-

fæculi illuminati ſunt ſpiritualiter, ſicut quandoque Filij Iſrael per columnam ignis illuminati fuerunt corporaliter. *Idem in Speculo B. Virginis cap.3.*

Illuminatrix per lucidiſſimam gloriam ſuam, quæ per omnia illuminat Cœlum, ſicut Sol Mundum. *Idem ibidem.*

Illuminatrix plurimorum per exempla lucidiſſimæ vitæ ſuæ. *Idem ibidem.*

Illuminatrix totius Mundi, & ideo aſſimilatur Soli, & Lunæ. *S. Thomas. Aquin. in expoſit. ſalut. Angelicæ.*

Illuminatrix Cœli, & terræ, quæ in multis de ſecretis Filij ſui, & Verbi Dei Patris, à ſæculis in Deo abſconditis etiam ipſa Angelica Lumina illuminauit. *Albertus Magn. in orat. ad B. Virg. incipiente S. Maria ſecundum nomen.*

Illuminatrix Cœli, & Terræ; ſicut enim Sol illuſtrat tenebras huius mundi, ità & virgo æterno Soli præparauit tabernaculum ſuum, qui ortus eſt ex ea, illuminauit his, qui in tenebris ſunt, & vmbra mortis. *Idem ſerm. 2. in Aſſumpt. B. M. Virg.*

Illuminatrix contemplantium. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 2. Lucæ.*

Illuminatrix eos, qui in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis, illuminans. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Illuminatrix peccatorum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Eccleſiaſt.*

Illuminatrix, quia illuminat in dubijs. *Idem in Poſtillis ſuper cap 1. Lucæ.*

Illuminatrix, quia illuminat Sanctos in gloria. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 2. Matth.*

Illuminatrix, tenebras noſtras illuminans. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ*

Illuminatrix Cæli, & Terræ. *S. Mechtildis lib. 1. gratiæ ſpiritualis cap.12.*

Illuminatrix, nos docens, quid agere, quid fugere, & quid debeamus appetere. *Ern. Prag. in Mariali cap. 119.*

Illuminatrix Sanctorum. *Barthol. de Piſis. lib. 3. de Laud. B. Virg. fructu 8.*

Illuminatrix Cœcorum. *D. Anton. in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 19.*

Illuminatrix cauſaliter; ex ipſa enim ortus eſt Sol Iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter, qui illuminat omnem hominem. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 34.*

Illuminatrix corporaliter, ſiquidem multos priuatos lumine corporali illuminauit. Exemplariter; eius enim vita inclyta, & conuerſatio cunctas illuſtrat Eccleſias. *Idem ibidem.*

Illuminatrix, quia profert lumen veritatis cœcis. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 6.*

Illuminatrix Orbis, & Cœli Reginæ, radiorum ſuorum fœcundiſſima luminoſitate vniuerſam decorans, illuminans, clarificans militantem Eccleſiam, ac triumphantem, à qua omnes fidei lumen ſuſceperunt, & in dies ſuſcipiunt. *Arnoldus Boſtius lib. de Patron. & Patrocin. V. Mariæ in dicat. ſibi Carmeli Ord. cap. 11. §. 2.*

ILLVSTRATRIX omnium Cœlorum. *D. Brigit. ta lib. 1. Reuelat. cap. 50.*

Illuſtratrix diſcipulorum. *Io. Trithe. lib. 1. de Miraculis B. Virg in Verticeto cap. 6.*

IMAGO virginitatis, cuius vnius vita omnium eſt diſciplina. *S. Ambroſ. lib. 2. de Virgin.*

Imago expreſſa hortodoxæ fidei. *S. Proclo. in oratione 6. quæ eſt de Laud. SS. Virg.*

Imago virginalis. *Idem ibidem.*

Imago rectè deſcripta Diuini Archetypi. *Andr. Cretenſ. orat. 3. de Dormit. B. M. Virg.*

Imago planè exculta, cuius pulchritudine delectatur Deus. *S. Io. Damaſc. in orat. de Nat. V. M.*

Imago omnis virginitatis. *Leo Imperat. in orat. de Aſſumpt. Deipar. Virg.*

Imago pulchra, continens genium Summi Artificis. *Io. Geomet. in SS. Virg. Hymn. 3.*

Imago Solis expreſſiſſima. *D. Bernard. in Deprecat. & Laud. ad Virg. Mariam.*

Imago diuina. *D. Amadeus Hom. 3. de Laud. SS. V.*

Imago diuinæ bonitatis, in qua Artifex valdè oſtendit magiſterium pietatis ſuæ. *D. Thomas Aquin. opuſc. 61. de decem gradib. charit. grad. 10.*

Imago bonitatis Dei. *Albert. Mag. in Biblia Mariæ ſuper lib. Sapient. & Bernardin. de Buſtis in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coronat. M. Virg.*

Imago Eccleſiæ. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 2. Luc.*

Imago, in qua totius Potentiæ, Sapientiæ, & Bonitatis ſanctiſſimæ Trinitatis artificium elegantiſſimè apparet. *S. Mechtildis lib. 1. gratiæ ſpiritualis cap. 45.*

Imago Dei viua, ſanctitatis expreſſiua. *S. Ioſeph. Steinfeld. opuſc. 4.*

Imago expreſſa Nati ex ea Dei, inuiſibilis, & viſibilis. *Iſidor. Theſſal. in orat. de Præſen. V. M.*

Imago lucidiſſima, diuinaque. *Idem in orat. de Natiuitate B. Virg.*

Imago, quæ ſupra alias regia maieſtate fulſit. *Idem orat. de Annunc. B. Virg.*

Imago expreſſiſſima veri Solis, inter millia Aſtrorum Deo aſſiſtentium longe præfulgentior, radiorum ſuorum fœcundiſſima luminoſitate, vniuerſam decorans, illuminans, clarificans militantem, ac triumphantem Eccleſiam. *Arnold. Boſtius cap. 11. §. 2. lib. de Patron. & Patroc. Deip. V. in ſibi dicat. Carmel. Ord.*

Imago viua totius ſanctitatis. *Dionyſ. Fab. Tract. de Concept. Virg. Mariæ.*

Imago adumbrata Filij ſui. *D. Thomas de Villa noua conc. 2. de Natiuit. B. Virg.*

IMITATRIX diuinæ miſericordiæ, cuius voluntati Deus potentiam copulauit, & propoſiti humanitate delectatus, copioſiſſimam præbuit abundantiã. *Iacob Monach. in Mariał. or. 2.*

Imitatrix Domini in munditia, humilitate, manſuetudine, ſimplicitate, ſanctitate, cæteriſq; virtutibus, præ cunctis, qui ab initio vſque ad finem fuerunt, vel futuri ſunt. *Rodulph. Ardens Hom. in Aſſumpt. B. Mariæ.*

Imitatrix noui Cantici. *D. Bernard. in Tract. de Paſſione Domini cap. 26.*

Imitatrix Auctoris. *Cæſar. Ciſter. Hom. de Nom. V.*

Imi-

Imitatrix vera, & vnica Filij. *Rich.à S.Laur.de Laud.SS.Virg. lib.4.*
Imitatrix Domini in omnibus. *Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt cap.67.*
Imitatrix ſummi principij in ſummo. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 191.*
Imitatrix præcipua Chriſti Filij ſui, quem non tantum greſſibus pedum, ſed etiam pro reuerentia ſequuta eſt affectu pietatis, fidei, religionis, & amore ardentiſſimæ charitatis, vt nunquam ab eius fide, & dilectione auelli potuerit, quem de Spiritu ſancto Angelo nunciante conceppiſſe ſe nouit. *D. Bernard. Seuenſ. Tom.3.ſerm.de Aſſumpt.B.Virg.*
Imitatrix primi principij Dei in mali immunitate, in boni communicatione. *D. Anton. in ſumma part. 4. tit.15. cap.44.*
Imitatrix Filij ſui in omnibus. *Bernard. de Buſtis ſerm.3.de virtutibus B.Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſerm.32.Coronæ nouæ B.Virg.*
IMMENSITAS gloriæ noſtræ. *Georg.Nicomed.in orat.3.de Concept.B.Virg.*
Immenſitas reconciliationis humanæ, quæ finè non habet, terminum non nouit, nec menſuram, ſed magis, ac magis in dies, & in horas dilatatur; ita vt de ſuperfluenti eius plenitudine paſſim accipiant vniuerſi, tam Creator, quam creaturæ: vtpotè Deus Pater obſequioſam reuerentiam, beneuolum animi conſenſum, & diſcretæ voluntatis obedientiam, cum ipſa ait Gabrieli Arcangelo illius Cœlesti nũcio: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum Verbum tuum. Dei Filius in eo vtero virginali noſtram accepit humanitatem, noſtras miſerias, noſtram pauperatem; accepit quoque Spiritus ſanctus in inſtanti immaculatæ Conceptionis ſuæ delicias quietis, & conſolationis ſuæ, quantumuis eam adiuuaret, roboraret, fortificaret, & eam ſibi in Sponſam conſecraret, gloriosã eamq; meritis locupletaret, virtutum floribus adornaret, & varijs gratiarũ gemmis decoraret; acceperunt quoq; ab ea Angeli ſuæ ruinæ inſtauratorem, gaudium, & lætitiam; homines Reconciliatorem, gratiam, & veniam: captiui in Limbo liberationem; & omnis denique creatura auxilium, & conſolationem, ità vt nullus reperiri poſſit, qui ſe abſcondere valeat ab incendio charitatis illius. *Dionyſ.Fab.Tract.de Concept.V.M.*
IMMOLATRIX animæ ſuæ. *Arnoldus Carnoten. Tract.de verbis Domini: Mulier ecce Filius tuus.*
Immolatrix ſui ipſius Chriſto. *Idem in Tract.de Laud.SS.Virg. Mariæ.*
IMPERATRIX Orbis, quæ in vtero concepit mundi vnum Imperatorem Deum humana carne indutum. *S. Ioſeph Hymn.in Mariali.*
Imperatrix mundi. *Idiota de B.V. part. 1. Contempl.19. Philippus Abbas tom.6. moralitat.in Cant. Cantic.D. Bonauent.in Corona. B.V. Albertus Magn.ſuper Miſſus eſt cap. 74.D. Antonin.in ſumma part.4.tit.15.cap.16. Dionyſ.Cart. lib.1.de Laud.SS. Virg.art. 3.Ioan.Trith.lib.1. de Miraculis B.Virg.in Vrticeto. cap.6. Maurit. de Villaprobata ſermon. 10. Coronæ nouæ B. Mariæ.*
Imperatrix Cœli, quæ ſalutatorijs obſequijs Eliſabeth alloquuta eſt. *S.Petrus Dam. ſerm.1. de Natiuit.S. Ioan. Bapt.*
Imperatrix Angelorum. *S. Anſelm. Luc. ſuper Salue Regina. Helinandus Ciſtercien. ſerm.1.de Natiuit.B.Mariæ. Innocent. Papa III. in Hym. de Beatiſſima Virg. Dionyſ. Carth.in cap.31. proverb.& Ioan.Trith. de Miraculis B. Virg. prope Dittelbach. lib.1. cap.15.*
Imperatrix Cœlorum, Terrarum, & Elementorum. *D.Anſelm.in lib.ſiue Tractatu de Concept. B. Virg. Mariæ.*
Imperatrix Cœli, & Terræ, omnium, quæ in eis ſunt. *Idem lib. de Excellentia B.Virg. cap.4.*
Imperatrix prudens, & nobilis omnium, quæ ſunt, fuerunt, & erunt, poſt Filium ſuum. *Idem in lib. ſiue Tractatu. de Concept.B. Virg.*
Imperatrix vniuerſorum, ideſt cœli, & terræ, & omnium, quæ in eis ſunt. *Idem ibidem.*
Imperatrix vniuerſalis Angelorum, & hominum. *Goffridus Abbas ſerm.in omni feſtiuit.V. Rich.à S.Laur.de Laud.SS.Virg.lib.3.& Bernardin.de Buſtis ſerm.2.de Annunc.B.Virg.*
Imperatrix Cælorum. *D.Petr.Maurit. Cluniacenſ. proſa in honorem Matris Domini. Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. 4. Regum. Io. Gerſon ſerm.de Concept. B.M.& Io.Trith. lib. 1. de Miraculis Virg.in Vrticeto cap.7.*
Imperatrix, ad cuius nutum ceſſat calliditas tentatoris. *Adam de Perſ.in Aſſumpt.B.M.V.*
Imperatrix omnium. *Philip.Abbas lib.2.in Cant. Cantic.c.7. Albert.Magn. ſup.Miſſus eſt c.136. & Barthol.de Piſis lib.3.de Laud.B.V.fructu 8.*
Imperatrix clementiæ. *D. Bonauent. in opuſc. de Compaſſ.B.Mariæ.*
Imperatrix dies. *Idem in Pſals. minori B. Virg. quinquagena 3.*
Imperatrix noſtra benigniſſima. *Idem ibidem. & Rupert.in Conc.de Aſſumpt.B.Mariæ.*
Imperatrix, quæ re vera eſt cœleſtium, terreſtriũ, & infernorum. *Idẽ in Speculo B.V. cap. 3.*
Imperatrix cœleſtis. *Albert.Mag. ſerm.in Dominic.2.poſt Epiph.& Bernardin.de Buſtis ſerm.3. de Nominat.Mariæ.*
Imperatrix creaturarum vniuerſarum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.Apocalipſ. Iacobus Monach.in Mariali.orat.2.& S.Thomas de Villanoua ſerm.1.de Annunc.B.M.*
Imperatrix Eccleſiæ triumphantis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 222.*
Imperatrix Euangeliſtarum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Luc.*
Imperatrix miſericordiæ. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.224. Maurit. de Magiſtris in Expoſit. ſuper Cant.Salue Regina, & D.Anton.in ſum. part.4. tit. 15. cap. 20.*
Imperatrix Prophetarum. *Idem in Biblia Maria ſuper Danielem Prophetam.*
Imperatrix, quæ leges condere potuit, & leges in-

interpretari, omnia iura in arca ſui cordis clauſa habens. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.138.*

Imperatrix Virgo. *Idem in Biblia Mariæ ſuperlib. Eccleſiaſt.*

Imperatrix Dæmonum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Ioſue.*

Imperatrix dilectionis diuinæ. *Iacob de Voragine ſerm.4.de Natiuit.B.V.Mariæ.*

Imperatrix benedictionis æternæ. S. *Mechtild. lib.1.gratiæ ſpiritualis cap. 12.*

Imperatrix illuſtriſſima. *Henric. Suſo cap. 16. Dialog.ſapientiæ, & Miniſtri eius.*

Imperatrix pijſſima, ac clementiſſima. *Idem ibid.*

Imperatrix, cuius in Ieruſalem poteſtas eſt ampliſſima, ad quam à quocumq; quis grauetur, omiſſis medijs ſemper licet appellare, à carne quis grauetur, ſiue à mundo, ſiue à Diabolo, ſiue etiam ab ipſa veritate, quæ eſt Filius eius, qui eſt Iudex iuſtus, & fortis. *Ern. Prag. in Mariali cap.28.*

Imperatrix Virginum. *Idem in Mariali cap.49.*

Imperatrix in Regno Cœlorum. *D. Brigitta in orat.1. Reuelat.*

Imperatrix omnium Reginarum, cuius corona Filius eſt. *Eadem lib.5.Reuelation.reuelat.4.lib. quæſt.& Franco Abbas lib.6.de gratia Dei.*

Imperatrix noſtra, per cuius manus Deus ordinauit dare ea, quæ dat humanæ naturæ. *Idem ſerm.in Annunc.B.V.Mariæ.*

Imperatrix Sabaoth exercituum cunctorum Angelorum. *D.Anton.in ſum. part. 4.tit. 15.c.44.*

Imperatrix diuiniſſima. *Idem de Laud. Virg. Mariæ lib. 1.art.2.*

Imperatrix inclita. *Idem lib.4.de Prec. V.art. 10.*

Imperatrix ſupercæleſtis. *Idem lib. 2.de Prec.M. Virginis art. 10.*

Imperatrix totius Eccleſiæ, cui competebat de concernentibus Eccleſiam præſcire ventura, & vaticinari. *Idem lib.2.de Laud.SS. V. art.18.*

Imperatrix veniæ. *Idem lib.3.de Laud.B. V. art.20.*

Imperatrix vniuerſorum Angelicorum ſpirituum. *Idem ibidem.*

Imperatrix totius vniuerſi, & Mater incircũſcriptibilis, & ſuperdigniſſimi Dei. *Arnold. Boſt. lib.de Patron.& Patroc. Deip. Virgin.in Carm. Ordin. cap. 3.*

Imperatrix Angelorum, & Sanctorum. *Bernardin. de Buſtis ſerm.3.de Nominat. B. Virg.*

Imperatrix Diaboli. *Idem ſerm.1. de Natiuit.V.*

Imperatrix exercituum cunctorum Angelorum. *Idem ſerm.2. de Aſſumpt. B.V. Mariæ.*

Imperatrix mundi, dum adhuc viueret. *Idem.ſer. 1. de Coronat. B. Virg.*

Imperatrix Orbis vniuerſi. *Idem in ſuo Mariali ſerm.1. de Coronat.B. V. Mariæ.*

Imperatrix Paradiſi. *Idem ibidem.*

Imperatrix Regni diuini. *Idem ſerm.2. de Aſſimilat. SS. Deip.*

Imperatrix ſanctiſſima totius Vniuerſi poſt Deũ. *Idem lib.1.de Miraculis B.Virg.in Vrtic.cap.6.*

Imperatrix ſanctorum, cunctis virtutum ornamentis coronata. *Idem de Miraculis B. Mariæ prope Dittelbach lib.1, cap.12.*

Imperatrix omnis boni ſuis deuotis famulis. *Idem lib.1.de Miraculis B.Virg.in Vrtic. cap.6.*

Imperatrix Cęli, & Terræ, quia genuit cæleſtem Imperatorem. *Maurit. de Villaporabata ſerm.3. Coronæ nouæ B.M. Virg.*

Imperatrix digniſſima Vniuerſi. *Idẽ ibid.ſer. 25.*

Imperatrix excellens, quam debemus omnes diligere, & reuereri. *Idem ibidem ſerm.3.*

Imperatrix noſtra, quæ à Deo ſuum recepit Imperium. *Idem ibidem.ſerm.3. & Bernardin. de Buſtis ſerm.3.de Nominat. B. Virg.*

Imperatrix omnium Imperiorum, & Regnorũ, Cœleſtium, Terreſtrium, & Inferiorum. *Idem Prologo in Coronam nouam B. Mariæ.*

Imperatrix potentiſſima. *Idem ſerm. 3. Coronæ nouæ. SS. Deiparæ.*

Imperatrix, quia æterni Imperatoris eſt ſponſa. Quia eſt filia cæleſtis Imperatoris. *Idem ibid.*

Imperatrix ſuper omnes à Chriſto in gratia, & gloria ſublimata. *Idem ſerm.33.Coronæ nouæ B. Virg. Mariæ.*

Imperatrix tanctæ auctoritatis, vt omnibus intermedijs ommiſſis liceat ad eam appellare ab omni grauamine, quaſi ad matrem. *Idem ibidem. ſerm. 3.*

Imperatrix triumphans. *Idem ibidem. ſerm.6.*

Imperatrix hæreſeon victorioſa. *Frideric. Forner. in Epiſtola dedicat. Palmæ Triumphalis.*

IMPLETIO Propherarum. *Iacob Monach. orat. de Natiu. B. V. Mariæ.*

Impletio legis. *Petrus Bleſ. ſerm. 38.*

IMPERIVM regale. *Iacob Monach. in Mariali orat. 1.*

IMPLETRIX verax omnium Prophetiarum. *Io. Maubur.in Roſario de gloria B.M.membro 6.*

IMPVLSIO lapſionis Dæmonis. *Leo Imperator in orat.de Natiuit.B. Virg.*

INCENDIVM pectoris. *B. Ioſeph. Steinf. opuſ.4.*

Incendium diuinum. *D. Bonau.in ſer. 1.de B.M.*

Incendium propter amoris feruorem. *Ern.Prag. in Mariali cap. 44.*

INCENSVM, quod Incenſum à Magis ſuſcepit. *S.Io.Chriſ.orat.7. in SS.Deiparam.*

Incenſum receptum legationis. *Andreas Cret. in Annunc. orat.2.*

Inceuſum ſpiritualium aromatum. *Idem orat. 3. de Aſſumpt.B. V. Mariæ.*

Incenſum acceptabile deprecationibus. *Anonymus in hymn. græco ad B.Virg. apud Buteouẽ, & Nomenclatorem Marianum P.Theoph.Rayn.*

Incenſum redolens. *Idem ibidem.*

Iocenſum, pro omni mundo directum ante Dominum, precationique accommodum, adeo repleta fragantia ſpiritus, vt de ea admirantis, quandoque voce clamatum; Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto ſicut truncus fumi ſuffitus? *S.Io.Damaſ.orat.4. de Nat. B. Virg.*

INCENTIVVM amoris. *Cæſar. Ciſtercienſis in hom. de Nomine Mariæ.*

INCHOATIO ſalutis mundi. *S. Io. Damaſ.orat. 1.de Natiuit. SS. Virg.*

Inchoatio gratiæ, quia inchoauit lucem noui

Teſ-

Teſtamenti contra noctem legis, & illum peperit, qui manifeſtauit lucem gratiæ contra noctem culpæ. *Idiota de B.V. Part. 14. Cont. 18.*

INCHOATRIX vitæ vniuerſæ mortalium generi. *S. Io. Damaſ. orat. 2. de Aſſumpt. ſiue Dorm. V.*

INDEX Dei ad Cælum redeuntis. *Sedulius lib. 5. Carminum.*

Index noſter, ſapienter viam, quæ ducit ad ciuitatem cœleſtem, nobis oſtendens. *Iacob de Vorag. in Mariali ſerm. 1. M.*

Index manus, quia ſapienter viam, quæ ducit ad patriam ſupernam nobis oſtendit. *Maurit. de Villa probata ſerm. 9. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

INDICIVM caſtitatis. S. *Petrus Chriſ. ſerm. 146.*

Indicium boni à cunctis ſperati. *Io. Geometra in B. Virg. Hymno. 2.*

Indicium præambulum lucis veræ. *D. Bonauent. in lib. de Eccleſiaſt. Hyer. part. 4. circa finem.*

INDOLES nobiliſſima regiæ virtutis. *Guarric. Abbas ſerm. 1. de Annunc. SS. Virg.*

INDVLGENTIA peccatorum noſtrorum. *S. Io. Damaſ. in Paracl. B. Virg.*

Indulgentia propitiationis pœnitentium, & gementium. *Albertus Magnus in Poſtillis ſuper cap. 1. Matth.*

INDVMENTVM impollutum illius, qui luce, vt veſtimento circumfunditur. *S. Methodius in homil. de Purificat. B. Virg.*

Indumentum lucis. *D. Grægor. Thaum. orat. 2. in Annunc. B. Mariæ.*

Indumentum temperantiæ. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de Laud. B. Virg.*

Indumentum immaculatum Agni, & Paſtoris. *Andreas Cretenſ. orat. 1. de Dormit. SS. Virg.*

Indumentum regale. *Idem orat. 3. de Dormit. V. & S. Germ. Conſtan. ſerm. in Natiuit. B. Mariæ.*

Indumentum Solis iuſtitiæ. *Albert. Magn. in Bibl. Mariæ ſuper Ezechielem Prophetam.*

Indumentum naturæ. *Iacob Monachus in Mariali orat. 6.*

Indumentum noſtrum. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

INFANS immaculata, per quam ijs, qui erant in mundo, innotuit potentia Trinitatis; in qua beneplaciti Patris contractus celebratus eſt, in qua Verbum habitans induit maſſam noſtram, in qua ſpiritus commorans indiuiſa Trinitatem oſtendit. *Georg. Nicomed. orat. 1. de Præſent. B. Mariæ.*

Infans beatitudine à Deo donata, nomine ipſo magnopere veneranda. S. *Io. Damaſc. orat. 2. de Natiuit. B. Virg.*

Infans virgo. *Idem orat. 3. de Natiuit. B. Virg.*

Infans diuina. *Nicetas Dauid. in Hom. de Nat. V.*

Infans optima, cuius Natiuitas non ex naturæ rationibus, ſed longè potius ex verbo virtutis Dei. *Idem ibidem.*

Infans, cuius Filius vniuerſorum Deus. Per quã reconciliati ſumus Deo. *Leo Imp. de Nat. B. V.*

INFANTVLA, per humilitatẽ parua, per paruam Eliæ nubeculam ſignificata. *S. Ioan. 44. Epiſc. Hieroſolym. in lib. de inſtit. Monach. cap. 32.*

Infantula, quæ ex vtero matris ſuæ ab omni peccato munda egreſſa eſt. Quæ virginitatem perpetuam eſt amplexata. *Idem ibidem.*

Infantula, ipſa virginitate ſacratior. *S. Io. Damaſc. orat. 4. de Natiuit. B. Virg.*

Infantula gratiſſima. *Dionyſ. Carth. lib. 1. de Laud. SS. Virg. art. 12.*

Infantula ex millibus electa. *Ludouic. Bloſ. in Endologia 1. ad B. Virg.*

INFORMATRIX fidelis cõfeſſorum fidei Chriſtianæ. *Io. Trith. lib. 1. de Miraculis B. Virginis in Vrticeto cap. 6.*

INGENVITAS clara hominum. *Andr. Cret. orat. 2. de Natiuit. B. Mariæ.*

INGRESSVS ad incorruptionem. *Anaſtaſ. Antioch. orat. 2. in Annunc. B. M. Virg.*

INIMICA totius malitiæ, totius turpitudinis. *Philip. Abbas lib. 2. in Cant. Cantic. cap. 13.*

INITIATIO requiei ſempiternæ. *Iacob Monach. orat. de Natiuit. B. Mariæ.*

INITIATRIX arcani conſilij. *D. Anſelm. in hym. 2. B. Dei Genitricis Mariæ.*

INITIVM prædicationum. *Georg. Nicomed. orat. 2. de Præſent. B. Mariæ.*

Initium noſtræ ſalutis, & ſecundæ formationis *S. Germ. Conſtant. ſerm. in Natiuit. B. Virg.*

Initium lucis. *Petrus. Damian. ſerm. de Aſſumpt. V.*

Initium dogmatum Chriſti. S. *Anſelm. in hymn. 2. B. Dei Genitricis Mariæ.*

Initium gratiæ. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 4.*

Initium totius ſalutis noſtræ. *D. Bonauent. in Pſalt. B. Mariæ.*

Initium beatitudinis virginitatis. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 34.*

Initium noſtrum poſt Filium ſuum. *Henric. Suſon. in cap. 20 Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius*

Initium totius boni, *S. Vincent. Ferrerius ſerm. de Concept. B. Mariæ.*

Initium Creaturarum Dei, ideſt, digniſſima ſuper omnes creaturas puras gratia, & gloria. *D. Anton. in ſumma part. 4. tit. 15. de Concept. & ſanctificat. B. Mariæ.*

Initium bonæ operationis. *Bernard. de Buſtis ſer. 3. de Aſſimilat. B. Virg.*

Initium noſtræ excitationis. *Io. Manburn. in Roſeto exercit. ſpiritual. tit. 4. cap. 2. membr. 3.*

INNOVATRIX omnium, vnguenti optimi perfuſione. *D. Amad. hom. 1. de Laud. SS. Virg.*

INSIGNE fœlicitatis æternæ. *B. Dionyſ. in Epiſt. ad Paulum Præceptorem.*

Inſigne virginitatis. *S. Petrus Chryſ. ſerm. 146.*

Inſigne pudicitiæ in traduce Iudæorum viſum. *D. Hild. in lib. de virginit. SS. Virg. cap. 4.*

INSINVATIO abalienatorum. S. *Germ. in orat. 2. in Dormit. B. Mariæ.*

INSPECTRIX diuinorum. *Barthol. de Piſis lib. 3. de Laud. SS. Virg. fruct. 8.*

INSTAVRATIO inueteratorum. *S. Germ. Conſtant. orat. 2. in Præſent. B. Mariæ.*

Inſtauratio Angelorum. *Idiota in ſua Contemplat. de SS. Virg. Mariæ.*

INSTAVRATRIX mirabilis collapſæ miſeri-

cor-

cordiæ. *Io. Tritb. lib. 1. de Miraculis B. Virginis in Vrticeto cap. 6.*

Inſtauratrix optatiſſima perditę gratiæ. *Ludouic. Bloſ. in Endolog. 2. ad B. Virg.*

INSTITVTRIX prima ordinis Virginum. *Ern. Prag. in Mariali cap. 136.*

Inſtitutrix Patriarcharum, quibus Chriſtus promittebatur. *Io. Tritb. lib. 1. de Miraculis B. V. in Vrticeto cap. 6.*

Inſtitutrix virginitatis. *S. Thomas de Villanoua ſerm. 2. de Annunc. B. Virg.*

Inſtitutrix vitæ, & profeſſionis, quam tenent Virgines. *Idem in Conc. 2. de Natiuit. B. Virg.*

INSTRVMENTVM lætitiæ, per quod triſtis execrationis ſententia in lætum gaudij indicium commutatur. *Andreas Cretenſ. orat. in Annunc. B. Mariæ.*

Inſtrumentum incarnationis eius, qui omnia produxit. *Iſychius ſerm. de Laud. SS. Deiparæ.*

Inſtrumentum, quod humani generis hoſti adnerſatur. *Chryſip. in ſerm. de S. Maria.*

Inſtrumentum cęleſtis Regis, quo ipſe Rex cęleſtis vſus eſt ad regendum populum ſuum. *Alan. Inſul. in ſer. de S. Maria.*

Inſtrumentum corrigentis, quo Deus vſus eſt ad corrigendum genus humanum. *Idem ibid.*

Inſtrumentum menſurantis, quo Deus vſus eſt ad claudendum ſe ſub menſura hamanitatis. *Idem ibidem.*

Inſtrumentum Dei aptiſſimum. *Io. Tauler. ſerm. in feſto Annunc. B. V.*

Inſtrumentum à Deo aſſumptum, ad nouam creationem. *Iſidorus Theſſalonen. in orat. de Natiuit. Virg.*

INTEGRITAS incorrupta, Deo in humanam vitam introcunti, vt homines integros, incorruptosque ſeruaret, deſeruiens. D. *Greg. Niſſen. orat. in Chriſti Natiuit.*

Integritas virginalis, quæ manens in domo Zachariæ, nunc dulciori colloquio, nunc amplexu feliciori Ioannem puerum conſecrauit, & inſigniuit. *S. Petrus Damian. ſerm. 1. de Natiuit. S. Io. Bapt.*

Integritas Sanctimonię. *Arnold. Carnot. Tract. de illa verbo Domini Mulier ecce Filius tuus.*

INTELLECTVS infantium. *Iacob Monachus in Mariali orat. 1.*

INTELLIGENTIA Angelis rerum nunquam antea auditarum. *Iacob Monach. in Mariali c. 6.*

Intelligentia, ad quam nullæ cogitationes pertingere poſſunt. *Idem ibidem.*

INTENTIO ſollicitorum. *Io. Geomet. in Annunc. SS. Dei Genitricis M.*

INTERCESSIO ad Conditorem non repellenda. *Anonym. in Eucolog. ſeu Rituali Græcor. in officio communis ſupplicat.*

Interceſſio feruens. *Idem ibidem.*

Interceſſio exauditi facilis. *Georg. Nicomed. orat. in SS. Mart. Coſmam, & Damianum.*

Interceſſio inſomnis. *S. Germ. Conſtan. orat. 2. de Aſſumpt. B. Virg.*

Interceſſio peruigil. *Idem ibidem.*

Interceſſio apud factorem, quæ non mutatur aut poſtponitur, non deſpiciens precantium peccatorum voces, ſed anticipans, vtpote benigna in adintorium noſtrum. *S. Io. Damaſ. in Paracl. B. V.*

Interceſſio noſtra, quæ cum pudore non reijcitur. Sollicita apud Deum. *Idem ibidem.*

Interceſſio parata, ac prompta eorum, qui rebus infeſtis inopes conſilij auxilijque verſantur. *Idem ibidem.*

Interceſſio fortis, quæ non confunditur. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

INTERCESSOR apud Deum pronobis. D. *Bernard. Senenſ. Tom. 4. in ſerm. extraord. ſerm. de 7. flammis amoris in B. Virg.*

INTEREMPTIO triſtitiæ. *Iacob Monach. orat. de Natiuit. B. Mariæ.*

INTEREMPTRIX vnica vninerſæ hæreticę prauitatis. *S. Hieronym. in. Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumpt. SS. V. & Rupert. Abbas lib. 1. Comment. in Cantic Canticor.*

Interemptrix maledictionis. S. *Germ. in ſuo Mariali fragm. 4.*

Interemptrix peccati. S. *Laur. Iuſtin. lib. de Caſto Connubio Verbi, & animæ cap. 3. et Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Concept. B. M.*

Interemptrix Hæreſeon glorioſiſſima. *Fridericus Furnerius Epiſ. Dedicat. ſuæ Palmæ Triumphalis.*

Interemptrix Hęreſum fortiſſima. *Io. à Ieſu Maria Tom. 3. oper. ſuor. Tract. de amore, cultuque Regin. Cœli part. 2. cap. 29.*

INTERITVS corruptionis, per quam nos quidem in diuinę naturæ participationem tranſferimur, atque à morte ipſa liberamur. *Serg. in orat. de Nat. SS. Virg.*

Interitus mortis. Io. *Damaſc. in Can. SS. Deiparæ.*

Interitus inferni. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

INTERPELLATRIX noſtra coram Deo, ad refrenandum, ad excuſandum, ad iudicandum, ad placandum. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. 3. Regum.*

INTERVENTRIX apud Deum pro præteritis. *S. Eleutherius ſerm. in feſtum Annunciat. B. Virg.*

Interuentrix noſtra apud Artificem noſtrum. S. *Sophronius in Menæis Græcor. die 14. Febr.*

Interuentrix noſtra apud Filium ſuum, imo Dominum ſuum, Redemptorem noſtrum. D. *Hildelphon. ſerm. 4. de Aſſumpt. B. Virg.*

Interuentrix valida, atque efficax omnium Chriſtianorum, præſertim vero præ omnibus Religioſorum apud Filium, Deumque ſuum. *Anonym. in Menæis Græcor. die 9. Iulij.*

Interuentrix noſtra vnica ad Filium. *Petrus Bleſ. ſerm. 12.*

Interuentrix deſperatorum. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Eſther.*

Interuentrix perpetua ad Dominum pro nobis. *S. Gertrudis inſinuat. diuinæ Pietatis lib. 2. cap. 17.*

Interuentrix Deo digna. *Philoth. in Menæis Græcor. die 16. Iulij.*

Interuentrix Mun li. D. *Laur. Iuſtin. in lib. de Caſto Connubio Verbi, & Animæ cap. 9.*

Inter-

Interuentrix, quam ſibi elegit mundus. *Idem in ſerm.de Purificat.B M.*

Interuentrix potentiſſima peccatorum. *D. Antonius in ſumma parte 3. tit. 31.cap.3.*

Interuentrix pœnitentiam agere cupientium. *Io:Trith.lib.3.de Miraculis B. Virg.in Vrticeto.*

Interuentrix mortalium. *Dionyſ.Fab.Tract.1.de Concept. SS. Virg.*

INTRODVCTIO benedictionis. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

INTROITVS vitæ. *D.Ildeph.ſerm.4.de Aſſumpt. SS.V. Mariæ.*

Introitus noſter ad Regnum cæleſte, omni cliẽtum confuſione, ſeu repulſa carens. *Anonym. in Menæis Græcor. die 2. Aprilis.*

Introitus veræ pœnitentiæ abſque errore. *S. Io. Damaſc.in Paracl. B. V.*

Introitus diuinus eorum, qui ſaluantur. *S.Ioſeph Hymn.in Mariali.*

Introitus Cœli. *S.Anſel. in Pſalt.B.V. par. 1.*

INVENTRIX gratiæ cœleſtis, quia fuerunt in ea ab originali labe præſeruatio, angelica ſalutatio, Spiritus ſancti ſuperuentio, & Filij Dei Conceptio. *Idiota in ſua Contempl.de SS. Virg. Maria.*

Inuentrix gratiæ ſpiritualis, quia fuerunt in eius mente deuotio humilitatis, reuerentia pudoris, magnitudo credulitatis, & martyriũ cordis. *Idem ibidem.*

Inuentrix gratiæ benedicta. *S. Anſelm. in Medit. B.Virg. D. Bernard.ſerm. 2. de Aduentu Domini. Helinand.Ciſterc.in ſerm.1.in Natiuit. B. Virg. D. Laurent. Iuſtin.in Ligno Vitæ de ſpe cap.5. Maurit.de Villaprobata ſerm.10 Coronæ B. M. & Io.Picus lib. 1.in Cantic. cap.7.*

Inuentrix felix gratiæ, & gloriæ. *D. Bonauent. in ſpeculo B.Virg.cap. 5.*

Inuentrix gratiæ, per quam ſęcula reparantur. *Idem in Pſalterio B. Virg.*

Inuentrix ordinis virginalis. *Albertus Magnus in Biblia ſuper lib. Apocalypſis.*

Inuentrix plenæ dilectionis. *Ern. Prag.in Mariali cap.130.*

Inuentrix veniæ. *Henricus de Haſſia.in Epiſtola ſui Tract.de Concep.Virg.*

Inuentrix gratiæ ſpecialis, & generalis. *Idẽ ibid.*

Inuentrix prima ordinis virginum, fecit enim prima ſolemne votum virginitatis. *Idem in ſumma part.4.tit.15. cap.44.*

Inuentrix æterni luminis. *Ioan. Trith. lib. 3. de Miraculis B. V.in Vrticeto.*

Inuentrix clementiæ. *Idem de Mirac.B.V. prope Dittelbach.lib.1. cap. 10.*

Inuentrix prima gratiæ plenitudinis diuinæ. *Idẽ lib.1.de Mirac.B. Virg.in Vrticeto.cap. 6.*

Inuentrix Salutis amiſſæ. *Idem ibidem.*

Inuentrix Virginitatis. *S. Thom.de Villanoua ſer. 2.de Annunc.B. Mariæ.*

INVITATRIX hoſpitum. *Albert. Mag. in Biblia Maviæ ſuper Euangel. Matthei.*

IOACHIM ſpiritualiter, qui interpretatur præparatio Dñi; per humilitatem enim præparauit Virgo ſe ad recipiendum Filiũ Dei in vtero *D. Antonin.in ſumma part.4.tit. 15.cap. 6.*

IOANNA, quę interpretatur gratia Dei, cum nulla ſit dignior hoc nomine, quam Beata Virgo, quę plena gratia fuit. *Idiota de B. Virg. part.4. Contempl. 4.*

Ioanna, quæ interpretatur gratia Dei; nulla enim hoc nomine dignior, quam Maria, quę plena gratiæ memoratur. *Rich.à S. Lauren.de Laud.SS.Virg.lib.1.*

Ioanna miſericordiæ miſeris ſubuentione. *Barthol.de Piſis lib.1.de Laud. V. Mariæ. fruct. 4.*

IOATHAM ſpiritualiter, qui interpretatur perfectus; ſemper enim Virgo ad perfectiora opera ſe extendit, facta omnibus ſanctitatis exemplũ. *D.Ant.in ſumm.part.4.tit.15.c.6.*

IOB alter, quia omnes virtutes, quæ in Iobo commendantur, ipſa in ſummo habuit. *Albert.Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib.Iob.*

IONAS, diuinorum munerum acceptione. *Barthol.de Piſis lib.1.de Laud.SS.V. fructu. 4.*

IORAM gratiarum diffuſione. *Barthol. de Piſis lib.1.de Laud.Virg. Mariæ fruct.4.*

Ioram ſpiritualiter, qui interpretatur excelſus, quia virginitas faciens ſimiles Angelis, eam fecit excelsã. *D.Anton.in ſum.par.4.tit.15.c.6.*

IORDANIS, per quem populus Chriſtianus tranſit ad terram conſolationis. *Hugo Carenſ. in cap. 24. Eccl.*

Iordanis, cuius origo fuit de monte Libano, ideſt, à Deo Patre noſtro, & de Regali progenie. *Ern. Prag.in Mariali cap.29.*

Iordanis, in quo Naaman Syrus, & leproſus 4.Reg.4.Septies ſe lauauit, vt intelligeremus, quod ſicut ille per ſeptẽplicem lotionem à lepra penitus eſt mundatus in Iordane: ita & per B. Virginem, qui ad ipſam cum vero corde confugerit, quãtumcũque ſeptem vitijs capitalibus inquinatus extiterit, permutabitur, & reſtituetur caro eius, vt caro pueri, ideſt, ad ſanctæ puritatis, & innocẽtiæ redibit putitatem. *Idem ibidem.*

Iordanis, quia ſicut Iordanis, ideſt, Baptiſmus Eccleſiæ per Iordanem intellectus, eſt quidã fons patens domui Dauid in ablutionem originalis: ita Maria eſt fons, non dico ſignatus, ſed patens omnibus expoſitus in ablutionem omnis peccati actualis. *Idem ibidem.*

Iordanis, quia ſicut Iordanis multiplicat in tempore meſſis Eccl. 14. Ita B. Virgo iucunditatẽ, & exultationem theſaurizat ſuper ſeruos ſuos, & merita eorum, & cuſtodit, itaut in tempore meſſis ingrediantur in abundantia ſepulcrum *Idem ibidem.*

Iordanis, quia diſcedere facit à malo, & agere bonum. *Barthol.de Piſis lib.1. de Laud. SS. V.*

IOSAPHAT ſpiritualiter, qui interpretatur iudicans, quia cuncta iudicans, & diſcernens, à nemine poterat reprehendi. *D.Antonin.in ſumma parte 4. tit. 15.cap. 6.*

IOSEPH, qui interpretatur augmentum, vel accreſcens, quia ei accreſcit gratia fœcunditatis

tatis ſuper grátiam virginitatis, ideo Eccl. 26. dicitur de ea: Gratia ſuper gratiam. *Rich. à S. Lauren. de Laud. SS. Virg. lib. 2.*

Ioſeph myſticè, cui dixit Rex Ægypti: Vno tantum ſolio Regni te præcedam, abſque tuo imperio non mouebit qui ſquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti Geneſ. 41. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Euang. Matth.*

Ioſeph animi in Deum continua aſcentione. In bono opere perſeuerantia, & intentione. Puritatis conſeruatione. *Barthol. de Piſis lib. 1.*

IRIS in circuitu ſedis Dei ſimilis viſioni ſmaragdinæ Apocal. 4. Quia glorioſæ virginis in æterna Patria tantus eſt ſplendor, & tam gratioſus aſpectus, vt in illam quoque deſiderent Angeli, & Sancti proſpicere, qui mirantur, non deficiunt in illam proſpicere, fruuntur, nec faſtidiunt, quia frui magis ſitiunt. *Ern. Preg. in Mariali cap. 14.*

Iris, quia ſicut Iris varietates nullus pictor expreſsè, perfectèque depingere, ſic ordinatiſſimas, & ſplendidiſſimas Mariæ affectiones nullus Scriba doctus poteſt ſufficienter deſcribere. *Idem ibidem.*

Iris ſplendore, & colorum multiplicitate, ideſt, iucunda virtutum, & gratiarum varietate circumdata. *Idem ibidem.*

Iris lapis hexagenus, pulchram cœleſtis arcus reddens imaginem, & pœnitentis orationem coram ſummo Rege Deo faciens efficacem. *Io. Trith. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrtic. cap. 7.*

IRRIGATRIX copioſiſſima aridiſſimi mundi. *Albertus magnus in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*

IRRIGVVM confectæ, ac tabeſcentis herbæ, per quod, vt inquit ſcriptura Iſai. 66. Oſſa noſtra ſicut herba germinabunt. *S. Germ. orat. 2. in Dormit. B. Virg.*

IRRORATIO diuina æſtus, quem patimur. S. *Germ. Conſtan. orat. in Præſent. Virg. Mariæ.*

ISAAC gaudij ſuis parentibus immiſſione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. SS. Virg. Mariæ fructu 4.*

ISRAEL. *D. Bernard. de Præcat. & Laud. elegantiſ. ad Virg. Mariam.*

Iſrael in intimæ quietis contemplatione. *Serlo Abbas de Aſſumpt. B. Virg. ſerm. 2.*

Iſrael, quia principatur cum Filio in cælo, & in terra; Iſrael enim interpretatur Princeps cum Deo. *Rich. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 4.*

Iſrael, quę germinauit Lilium, ideſt, Chriſtum, candidum per innocentiam, & odoriferum per virtutum fragrantiam. Oſe. 14. *Iacob Monach. in Mariali. ſerm. 3. R.*

Iſrael, quia virilis in omni ſua actione, & videns diuinam iuſtitiam per contemplationē. *Idem ibidem.*

Iſrael germinans Lilium Exod. 14. quia videns Deum in contemplatione germinauit Lilium, ideſt, Chriſtum candidum per innocentiam, & odoriferum per virtutum fragrantiam. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 5. de Nominat. Mariæ. & Mauritius. de Vllaprobata. ſerm. 28. Coronæ nouæ, SS. Virg. Mariæ.*

ITER Dei ad terram aduenientis. *Sedulius lib. 5. Carminum.*

Iter animæ rectum ad Paradiſum Dei. *D. Bonau. in Pſalter. B. Virg.*

IVBAR inocciduum ſpiritualis Luciferi. *Theod. Laſcb. Imperator in Can. ad ſanctiſſ. Deiparam.*

Iubar ratione exemplaritatis, & virtutum oſtenſionis; lucet enim præ omnibus ſanctis virtutum exemplis. *Barthol. de Piſis. lib. 1. de Laud. Virg. Mariæ. fructu. 8.*

Iubar Deum oblectans. *Iſidorus Theſſalon. in orat. de Præſent. B. Virg.*

Iubar ſplendidiſſimum, ac glorioſiſſimum. *Idem. in orat. de Natiuit. B. Virg.*

Iubar præclariſſimum martyrij, quam Athletæ Chriſti fortiſſimi in cœlo glorificant. *Dionyſ. Carth. lib. 1. de Præcat. Mariæ. art. 4.*

Iubar contemplatiuæ mentis perpetuæ claritatis. *Io. Trith. de Miraculis. B. Virg. prope Dittelbach. lib. 1. cap. 10.*

Iubar clariſſimum, ex quo Sol Iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter ortus eſt. *Ludouicus Bloſius in Endologia 1. ad B. Virg.*

IVBILATIO Matrum. *Greg. Thaumaturg. in Annunciat. B. Mariæ Virg.*

IVCVNDITAS lætra omnium. *S. Germ. Conſtant. orat. 2. in Præſent. B. Virg.*

Iucunditas generis humani. *Iacob Monach. orat. de Natiuit. B. Virg. & in Mariali orat. 2.*

Iucunditas ſuorum Progenitorum. *Idem orat. de Natiuit. B. Virg. in Mariali orat. 2.*

Iucunditas noſtra incomparabilis. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Aſſumpt. B. M.*

IVDAS noſter, quæ aſcendit in natiuitate mundo apparendo; in aſſumptione coram Patre cæleſti ad eum interpellandum ſemper pro nobis ſe primam offerendo Iudic. 1. *Alb. Mag. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iudicum.*

Iudas animi fortitudine, & conſtantiæ oſtenſione. *Barthol. de Piſis lib. de Laud. SS. M. V. fruct. 4*

Iudas diuini muneris exultatione. *Idem ibidem.*

Iudas diuini operis in ea cunctis patrati teſeratione. *Idem ibidem.*

IVDEX miſericordiæ magis quam iuſtitiæ in cauſa peccatorum. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*

IVDICISSA miſericordiæ. *Albrt. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Euang. Ioan.*

Iudiciſſa viuorum, & mortuorum poteſtatem habens ex conceſſione facere Iudicium miſericordiæ. *Idem ibidem.*

IVDITH, de qua dicitur Iudith. 11. Non eſt talis mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, in ſenſu verborum, nempè in aſpectu conuerſationis, in pulchritudine corporis, in ſenſu verborum, id eſt, in interioribus verbis, vel puritate cogitationis. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 5.*

Iudith, quæ interpretatur confitens, quia confeſſa eſt Dominum dicens: Magnificat anima mea Dominum. *D. Anton. de Pad. in Domin. oct. poſt Trinitat.*

Iu-

Iudit pulcherrima. *D.Bonau.in Laud.B.Virg.*

Iudith noſtra, in qua commendatur pulchritudo admiranda, & ſapientia præ cunctis mortalibus veneranda, nominis præclara excellentia, charitas ampliſſima, gratitudo maxima, fortitudo eximia, humilitas profundiſſima. *Alb. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iudith.*

Iudith, quæ caput Dæmonum, id eſt ipſum Principem Dæmoniorum contriuit Iudith. 23. *Iacob. de Voragine in Mariali ſer. 6. A.*

Iudith in auſteritate. *Barthol. de Piſis lib. 5. de Laud. SS. V. Mariæ fructu 2.*

Iudith ſancta, quæ ex magna miſericordia ad Populum ſuum, cum magna prudencia, & fortitudine occidit Holofernem ferociſſimũ, obſidentem, & captiuare, & exterminare volentem Populum Dei, id eſt, Diabolum infernalem. *D. Anton. in ſum. tertia par. tit. 31. c. 4.*

Iudith ſancta, quæ ſua ſapientia, & fortitudine interfecit illum terribilem, & ſuperbiſſimum Holofernem, nempè Diabolum. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 14.*

Iudith, quę merito ſuę humilis virginitatis interfecit Luciferum Principem Dæmonum, conterendo eius poteſtatem Iudith. 13. *Bernardin. de Buſt. ſer. 1. de Nominat. Mariæ.*

Iudith, & pluſquam Iudith, quia ſi prior Iudith vidua ămputauit caput Holofernis Principis militiæ, & exercitus Nabuchodonoſor Regis Aſſyriorum Numidaliæ, ex cuius capitis amputatione totus exercitus eſt conuerſus in fugam, & filij Iſrael ſequuti ſunt illos occidentes, & fugantes illos, vnde ſequuta eſt occiſio magna: Beata Virgo amputauit caput non Holofernis, vel alicuius Principis militiæ temporalis, ſed ipſius Nabuchodonoſor Regis infernalis, id eſt Diaboli, & ſerpentis. Vndè Gen. 3. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & ipſa conteret caput tuum, & in iſtius amputatione capitis ſerpentis facta eſt confuſio magna, & victoria glogioſa. *Petr. Bard. ſer. 1. de Concept. B. V.*

Iudith, & pluſquam Iudith, quia ſi Iudith fecit confuſionem in domo Nabuchodonoſor Regis Aſſyriorum, Regis vnius Regni in mundo, nam exercitus ille, in quo Holofernes erat Princeps militiæ, erat ipſius Nabuchodonoſor, qui voluit Populum Dei ſuo ſubiugare Imperio temporali: B. Virgo fecit cõfuſionem in domo Nabuchodonoſor, Regis pene omnium Regnorum, & in mundo, & in inferno, id eſt, diaboli, qui tunc dominabatur in mundo & erat Princeps mundi, qui in vaſtum ventrem ſuum abſorbebat pene totum mundum, volens vniuerſaliter omnes ſubiugare ſuo Imperio, & claudere in ſuo carcere in inferno. *Idem ibidem.*

Iudith noſtra, & pluſquam Iudith, à qua tota domus Diaboli (quæ, & magna valde) paſſa eſt confuſionem. Quæ contriuit caput ſerpentis, id eſt, peccatum originale; ſicut enim caput in ſerpente eſt primum, & principale omnium membrorum ſerpentis, ſic peccatum originale eſt primum principale, & omnium peccatorum noſtrorum origo; & hoc caput ſerpentis Maria contriuit, quia nulla prorſus peccati originalis macula in animam virginis introiuit, ſed ſemper ab omni peccati labe libera fuit. Quæ non ſe ſola contriuit caput ſerpentis, ſed cum adiutorio; ſicut enim prior Iudith in amputatione capitis Holoferni habuit puellam adiutricem; ſic Beata Virgo habuit Filium adiutorem; hic enim tanquam bonus adiutor, & bonus filius Matrem adiuuit in amputatione capitis ſerpentis, prçſeruando eam, ne originalis peccati labe contaminaretur, & hoc per gratiam ſpecialem, & priuilegium ſingulare, nulli vnquam niſi Mariæ conceſſum. *Idem ibidem.*

Iudith, quia ſi de Iudith dicitur, non eſt talis mulier de Beata Virgine dicitur. Non eſt, nec erit, nec fuit, quia nec primam ei ſimilem, nec viſa eſt habere ſequentem. *Idem ibidem.*

Iudith noſtra, quia ſi Iudith fuit hebræa, & ex nobili genere hebræorum, & ex parentela mediocriter nobili: Beata Virgo fuit etiam hebræa, & ex nobili genere hebræorum ſicut prima, ſed ex longe nobiliori progenie, quam prior, quia ex progenie, & regali, & ſacerdotali, & patriarchali, & prophetali. *Idem ibidem.*

Iudith, quia ſi Iudith fuit mulier quantum ad ſexum, non quantum ad animum, non muliebris fœmineum animum habens, ſed virilis viriliter viri officium perficiens, B. Virgo fuit mulier quantum ad ſexum, non quantum ad animum, quia non muliebris, ſed virilis virili animo viriliter officium perficiens, & multo virilior quam prior Iudith. *Idem ibid.*

Iudith, quia ſi Iudith fuit vna, perunica, & ſingularis (vna enim hic non accipitur numeraliter, ſed exceptione, quia iſta excipitur à communi numero, & numeroſa turba mulierum, quia fuit excellens, & tranſcendens omnes mulieres in multis) Beata Virgo fuit etiam vna, id eſt vnica, & ſingularis, tranſcendens omnes, & in omnibus. *Idem ibidem.*

Iudith, quia ſi Iudith in ſenſu litterali, & figuratiuo fuit caſta, pulchra, nec non gloria totius Synagogæ Iudæorũ: Maria in ſitu myſtico & figurato fuit caſta pulchra, nec non gloria totius Eccleſiæ Chriſtianorum. *Idem ibid.*

Iudith vera, & pluſquam Iudith. *Idem ibidem.*

Iudith fortiſſima, & caſtiſſima, quæ non caput Holofernis amputauit, ſed caput Draconis conculcauit, & contriuit. Iudith 13. & 15. *Robert. Bellarm. Conc. 2. ſuper Miſſus eſt.*

IVGVM textorium ſacroſanctæ œconomiæ, in quo ineffabili quodam modo vnitionis illius tela confecta eſt, cuius quidem textor extitit Spiritus ſanctus: neſtrix virtus obumbrans ex alto: lana veruſta, villoſaq; Adami pellis; trama impolluta ex Virgine caro: textorius radius immenſa, geſtantis gratia,

Artifex verò, Verbum per auditum illabens. *S. Proclus in orat. 1. de Laud. Sanctiſſ. M. V.*

IVNIPERVS releuans Eliæ tædium. *Arn. Boſtius cap. 1. §. 1. lib. de Patron. & Patrocin. Deipar.* V. *Mariæ in ſibi dicatum Carmeli Ord.*

IVPPITER ſpiritualiter. *Bernar. de Buſt. ſer. 2. de Aſſumpt.* B.M.

IVS, cuius poſſeſſor eſt Rex Angelorum. *D. Ildephonſ. in lib. de Virginit. ſanctæ M. cap. 2.*

Ius dirimens lites. *Ioan. Geometra in* B. *Virgin. Hymn. 4.*

IVSTIFICATRIX vnica pœnitentium peccatorum ſnis meritis poſt Deum. *Io: Tritb. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

IVSTITIA perfecta. *Orig. Hom. 1. in diuerſos.*

IVVATRIX miſerorum. *D. Anton. in ſumma par. 4. tit. 7. cap. 2. §. 5.*

IVVENCA, nunquam iugum experta, quæ Vitulum genuit. *D. Epiphan. in ſer. de Laud. Sanctiſſ. M. Virg.*

Iuuenca genitrix Agni tollenris peccata mundi. *S. Sabba in Menæis Græcor. die. 23. Iulij.*

Iuuenca pinguis Vituli, non experta iugum, *Andreas Cretenſis orat. 1. de Dorm. B. V.*

Iuuenca diuina, quæ portauit iugum peccata noſtra portantis. S. *Io. Damaſc. in Menæis Græcorum die 22. Ianuarij.*

Iuuenca, enixa fidelibus remotum ab omni labe vitulum. S. *Ioſeph Hymn. in ſuo Mariali.*

Iuuenca immaculata, ex qua prodiens viculus ſaginatus, pro mundo ſacrificatus eſt, tollens peccata hominum, & ceſſare faciens hoſtias illas, quæ Dæmonibus offerebantur. Quæ vidit vitulum ſuum in cruce ſuſpenſum. *Idem ibidem.*

Iuuenca intacta. *Idem ibidem.*

Iuuenca elegans, quæ tulit Vitulum Ieſum Saluatorem, & Dominum. *Theod. Laſch. Imp. in Can. ad Sanctiſſ. Deiparam.*

IVVENCVLA fulua, propter igneũ ruborẽ Deiratis Saluatoris, in ea conceptum; enim ignis eſt Deus conſumens. In qua iugum non aſcendit ſuper collum, quia non nouit iugum nupriarum viri. *D. Epiphan. lib. 1. contra Hæreſes Hæreſi 30.*

Iuuencula, quæ talia dona aſſecuta eſt, vt in corporei eius cederent miniſterio. *Georg. Nicomed. in orat. de Præſentat. B. V.*

Iuuencula, ſolis radios ſplendoribus obſcurans. S. *Io. Damaſc. orat. 4. de Nat. B. V.*

Iuuencula pulcherrima, & nobiliſſima de ſtirpe Dauid. *D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15. c. 14.*

Iuuencula ſancta, pulchra, honeſta, delicata, *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 31.*

Iuuencula ſpecioſiſſima, honeſtiſſima, ſapientiſſima. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. c. 32.*

Iuuencula fęliciſſima. *Dion. Carth. lib. 1. de Laud. Sanctiſ. M. V. art. 26.*

Iuuencula ſacroſancta. *Idem lib. 1. de Laud. SS. M. Virg. art. 24.*

# LIBER DECIMVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera L.

LABIVM æneum ad lauandum Exod.30: quo potamur aqua Sapientiæ ſalutaris, & mundamur ab omni inquinamento Spiritus, & carnis. Æneum, quia ſi ęs imputribile, & ſonorum: Beata Virgo fuit ſine vitiorum putredine, & ſonora in precibus, cui Filius dicit Cāſic. 2. Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, cum pro peccatoribus interpellas. *Richar. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 9.*

Labium Eccleſiæ, quia in labijs eius diffuſa eſt gratia illius reſponſionis, qua mundatus eſt mundus. *Idem ibidem.*

Labium electum, nobis promiſſum Sophonię 3. vbi Dominus dicit, Reddam Populis meis Labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, & ſeruiant ei humero vno. Labium iſtud Maria, pro quo nobis dato à Deo debemus inuocare nomen Domini, & vnanimiter, atq; concorditer illi inſeruire. *Idem ibidem.*

Labium poſitum inter tabernaculum teſtimonij, quo ſignatur Eccleſia: & Altare, ideſt, Chriſtum, quia mediatrix inter Chriſtum, & Chriſtianos, ſuis precibus reconciliat ima ſummis. Qnod nobis loquitur verba vitę, & pro nobis loquibur in Dei conſpectu. *Idem ibid.*

LABRVM publicum aquæ ſalientis in vitam æternam. *S. Sabba in Menæis Græcor. die 3. Ianuarij.*

LAC nunquam liquidum, quia nunquam effluxit, nec effluere potuit per peccatum. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 1. B.*

Lac non liquidum, ſed coagulatum, quia à diuina gratia nunquam effluxit, ſed in ea fuit ſolidata, & confirmata, ab inſtanti ſuæ Conceptionis. *Bernard. de Buſtis ſer. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ Virg.*

LACTATRIX cibi Angelorum. *D. Hieron. in Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg. Tomo 9.*

Lactatrix cibi noſtri. *Idem ibidem.*

Lactatrix Chriſti, & Domini noſtri, & cibi. *D. Auguſtin. ſerm. 9. de Natiuit. Dom. qui eſt. 13. de tempore.*

Lactatrix cibi noſtri, panis de cælo venientis. *Idem ſer. 1. de Natiu. Dom. qui eſt 3. de tempor.*

Lactatrix panis cæli, & pretij mundi. *Idem ibidem.*

Lactatrix panis de cælo venientis. *Idem ſerm. 9. de Natiu. Dom. qui eſt 13. de tempore.*

Lactatrix Saluatoris totius ſubſtantię noſtræ. *S. Anſelmus in orat. ad B. Virg.*

Lactatrix miſericordię. *Rich. à S. Vict. expoſit. in Cantic. canticor. cap. 23.*

Lactatrix miſerorum lactæ miſericordiæ ſuæ. *Idem ibidem.*

Lactatrix vitæ. *Theodor. Laſchus Imper. in Cantic. ad SS. Deiparam.*

Lactatrix Saluatoris animæ noſtræ. *D. Bonauent. in Pſalterio B. Virg.*

LACVS viuificus deſiderij Dauid in Bethlehem, ex quo poculum immortalitatis ſcaturiuit ex quo immortalitatis poculum mortalibus emanauit. *S. Methodius in hom. in Feſto Purificat. B. V.*

Lacus defoſſus per profundiſſimam humilitatem, à qua terra eiecta eſt per paupertatis amorem. *Rich. à S. Lauren. de Laud. SS. Virg. libr. 9.*

Lacus miſeriarum, per compaſſionem in paſſione Filij, vt eriperemur de lacu miſeriæ, & de luto fæcis, & ſaluaremur à deſcendentibus in lacum. *Idem ibidem.*

Lacus, quia receptaculum fuit per compaſſionem omnium aqnarum, id eſt, pœnalitatum, quæ ſuper Filium tranſierunt. *Idem ibidem.*

LÆTIFICATRIX omnium ſanctorum. *D. Birgitta lib. 1. Reuelat. cap. 5.*

LÆTITIA noſtra indefinens *S. Method. in hom. in feſto Purificat. B. V. & Bernard. de Buſtis in offic. Conceptio B. M. V.*

Lætitia generis humani. *D. Ephrem in ſerm. de Laud. B. M. V. Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſent. B. V. Leo Imperat. in orat. de Præſent. B. V. Iacob. Monac. orat. de Natiu. B. V. & in Mariali orat. 2.*

Læ-

Lætitia Sacerdotum. *D. Ephrem ibidem.*
Lætitia noſtri generis. *D.Gregorius Nazianz. in tragedia de Chriſto patiente.*
Lętitia nobis deſiderata. *S.Amphil.Sydæ Epiſc. in S.Deiparam.*
Lætitia Angelorum. *S.Sabba in Menæis Græcor. die 11. Iulij. S.Ioſeph hymn.in Mariali.B.Aelredus Abbas ſerm.in Annunc. B.V.Richar.à S. Laur.de Laud.SS.Virg.lib.3.S. Laur.Iuſtin. in ſerm.Natinit.B.M.V. & Bernard.de Buſt.ſer. 3. de Aſſimilat. B.M.*
Lætitia omnium afflictorum. *S.Sabba in Menæis Græcor. die 28. Ianuar.*
Lætitia omnium generationum. *Andr. Cretenſ. orat.2.de Annunciat.*
Lætitia,quam non excipit mæror, *Georg.Nicom. orat.1. in Concept. Deiparæ.*
Lætitia omnium. *S.Ioan.Damaſc.in Cantic.Græcorum ſono 1.*
Lætitia quædam arcana,atq; omni dicendi facultate ſuperior, Angelis,atq;omnibus mundo ſuperioribus virtutibus. *Idem de Aſſump. B. Mariæ.*
Lætitia totius mundi. *Idem in Paracl.B. Virgin. D.Ephrem.in ſer.de Laud.*BV.M.*V. & Io. Damaſc. orat.1.de Natiu.B.M.*
Lętitia Apoſtolorum, quæ maledictionem exterminauit, & gratia ſua primorum parentum mœrorem propulit. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*
Lætitia fidelium. *Idem ibidem.*
Lætitia martyrum. *Idem ibidem.*
Lætitia ſanctarum fœminarum. *Idem ibidem.*
Lætitia hominum. *S. Io.Damaſc. Can.in ſanctiſ. Deiparam.*
Lętitia parentum,atque hominum. *Ioan.Geometra in B.Virg.Hymn.1.*
Lætitia Superum. *Idem ibidem.D.Laur.Iuſtin. de Trinmp.Chriſti Agone cap.7. & Anonym.in Menæis Græcor.die 4. April.*
Lætitia fidelium, quæ peperit gaudium in lumine viuentium. *D. Anſelmus in Pſalterio B. V. parte 2.*
Lætitia ſatians cunctorum electorum. *Idem in hymno 2. B.Dei Genitr.*
Lætitia Iſrael. *Idem in Præd.B.Virg. &* S.*Thom. Aquin.ſerm.2.in Annunc.*B.*M.*
Lætitia Beatorum. *Adam Præmonſtratenſis lib.1 ſerm.* 40.
Lætitia in expectatione ſeruis ſuis. *Adam de Perſ. in Mariali fragm.2.*
Lætitia Sanctorum. *Idemibidem. Gulielm. Vinc. ſer. in Concept.B.V.& D.Ephrem in ſerm.de Laud. B.M.*V.
Lætitia in mœroribus. *Theodor. Laſcb. in poem.* B. *Virg.*
Lætitia gaudentium, in cuius laude verè gaudere debemus. *B.Ioſeph Steinfel.opuſc.4.*
Lætitia Iſrael,id eſt, Scholarium,& Clericorum dans ei formam ſtudendi, & legendi, vt intenti ſint, & ſolliciti legere,& opere complere, quæ legerint. *Hugo Carenſis in cap. 6. Cantic. Canticor.*
Lætitia Iſrael, Deum contemplantis, id eſt, omnium Angelorum. *D. Bonauent. in ſpeculo* B. *Virg. cap.12.*
Lætitia Virginum. *Idem in expoſit. ſuper Salue Regina.*
Lætitia Iſrael, ideſt dolentium, & gementium pro peccatis in hoc mundo. *Alb. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib.Iudith.*
Lætitia Iſrael, ideſt, Angelorum, qui ſemper aſpiciunt faciem Patris. *Iacob.de Vorag. ſer. 6. de Annunciat.*B.*Virg.*
Lætitia communis omnium. *Iacobus Monachus in Mariali orat.2.*
Lætitia inenarrabilis. *Idem in Mariali orat.2.*
Lætitia Iſrael, ideſt, omnium verè Deum intuentium. *Ern.prag.in Mariali cap.36.*
Lætitia Iſrael, id eſt, totius Trinitatis. *Idem in Mariali cap.5.*
Lætitia cordis noſtri. *D. Birgitta in orat. 4. Reuelata.*
Lętitia eorum,qui in peregrinantur in mundo. *Eadem lib.1.Reuelat. cap.16.*
Lætitia iuſtorum. *Eadem lib.4. Reuelat.c.11.*
Lætitia Iſrael, quoad captiuos, quos liberauit. *D.Bernardin.Senenſ.ſer.1.deConſenſu virginali.*
Lætitia Paradiſi. *Idem Tom.1.ſer. 16.*
Lætitia ſpiritualis ſanctorum. *Thomas à Kempis in ſoliloquijs cap.24.*
Lætitia Iſrael,ideſt, Angelorum,qui de facie ad faciem Deum ſemper vident per virginitatem. *Bernard.de Buſt.ſer.1.de vita B.M.*
Lætitia rectis corde. *Idem ſerm.3.de Natiu.B.M. & Barthol.de Piſis lib.1.deLaud.SS.V.fruct.10*
Lætitia Iſrael Iudith.15. quia à nobis melancholiam expellit, & lætitiam,atque exultationem animis noſtris infundit. *Maurit. de Villaprobata ſer.10. Coronæ nonæ* B.M.
Lætitia Iſrael,qui per eam magnificatus,& gentium auctario cumulatur. *Ioannes Picus lib.1 in Cant.cap.2.*
Lætitia cęli dulciſſima, & impetus deliciarum exhilarans ciuitatem Dei. *Ioan.à Ieſu Maria Tom.3.oper.ſuor.in Tract.Theolog.myſt.pag.67.*
LAMENTVM forte dæmonum. *D. Anſelm. in Hymno 2.* B.*Dei Genitricis.*
LAMINA ſanctitudinis S.*German. Conſtant. ſer. in Natinit.B.Virg.*
Lamina aurea, in ſe circumſcriptum habens nomen propitiabile, quod eſt indicibile. S. *Anſelmus in Pſalterio B.V.par.3.*
LAMPAS, geſtans lucem inextinguibilem, Sole ſplendidiorem. S.*Epiphan.in orat. de Laud.* B. *Virgin.*
Lampas, circa quam nullibi vmbræ, ſeu peccati veſtigium cernitur. *S.Sabba in Menæis Græcorum die 15, Iulij.*
Lampas glorioſa. *Andr. Cretenſ. in Transfigurat. Domin.*
Lampas luminis acceptrix, ijs, qui ſunt in tenebris, apparens: nam immateriale accendens lumen, ducit ad cognitionem diuinam, omnes ſplendore mentes illuminans. *Idem orat. 2. in Annunciat.*

Lam-

Lampas per quam iuſtitię Solem altiori ſupra naturam ratione natura ſuſcepit. *Idem orat. 1. de Dormit.*

Lampas, circa quam nullum vmbræ veſtigium cernitur. *Anonymus in Menæis Græcorum die 2. Iulij.*

Lampas ſplendidiſſima animæ tenebroſę. *S. German. Conſtant. orat. in Preſent. B. Virg.*

Lampas, aureum virginitatis vas, ac bene firmatum, cuius elychnium eſt gratia Spiritus ſancti, & oleum ex incontaminatis carnibus ſanctum aſſumptum corpus; ex quibus lux Chriſtus, qui neſcit occaſum, ſedentibus in tenebris, & vmbra mortis ſempiternam vitã accendit. *S. Io: Damaſc. orat. 4. de Natiu. B. V.*

Lampas diuina, & peramabilis, cui verbum diuinum inſtar lucis incluſum. *Idem in Menæis Græcorum die 15. Ianuarij.*

Lampas, quę nunquam extinguitur, & quę lumen ſpirituale peperit, mentem noſtram tenebris offuſam gratię ſuę illuminatione clarificans. *Idem in Paraclet. B. V.*

Lampas illuminatiua, & auri lucens lucis inacceſſibilis. *S. Ioan. Damaſc. in Octoec. Græcor.*

Lampas multis luminibus lucens. *Idem Can. in Annunciat. Deipar.*

Lampas diuinę lucis, ſuperior omnibus creaturis. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Lampas fulgentiſſima diuinorum Chariſmatum radios effundens, à qua Martyrum, atque Apoſtolorum chori ſpiritualiter illuminantur. *Idem ibidem.*

Lampas fulgentiſſima ſolis glorię animarum noſtrarum ignem, qui ſemper ob negligentiam extinguitur, accendens, infundens illi oleum diuinarum cogitationum. *Idem ibid.*

Lampas refulgens, in qua ignis diuinitatis commoratus, illuminauit eos, qui in obſcura corruptionis nocte detinebãtur. *Idem ibidem.*

Lampas ſplendida, aureo æternę lucis fulgore coruſcans, in qua eadem lux inhabitans, eos, qui in nocte malorum morantur, illuminauit, & impietatis nebulam diſſoluit. *Idem ibidem.*

Lampas ſplendidiſſima ſolis gratię, flammam animę noſtrę, quę ſocordia, ac torpore ſemper extinguitur, accendens, & fouens diuinorum operum oleo. *Idem ibidem.*

Lampas iuſtitię, per quam Sol nobis ortus eſt. *Io. Epiſc. Aretinus in Tract. de Dormit. SS. Virg. Mariæ.*

Lampas ſemper lucidiſſima. *Idem ibidem.*

Lampas luculentiſſima, quę ſplendore Dei illuſtrata, deſideratum illud lumen, quo inuenta eſt Dragma decima, ſedentibus in vmbra mortis protulit. *D. Bernard. in Deprecat. de Laude elegantiſſ. ad Virg. Mariam.*

Lampas virginea. *Idem ſerm. 1. in Aſſumptione B. Marię.*

Lampas cæleſti irradiata fulgore, plena oleo miſericordiæ, perſpicua puritate, charitate ſuperius dilatata, paupertate ſpiritus inferius diſtricta, fortis in ſexu fœmineo, qui fragilis eſt natura; eſt enim lampas luminis, vas vitreum, deſuper latum per materiam deorſum ſtrictum, per formam, fragile per naturam. *Adam de Perſenia in Mariall fragm. 3.*

Lampas infrangibilis, cuius oleum indeficiens, atque ignis inextinguibilis. *Idem ibidem.*

Lampas ignis, atque flammarum, reſiſtens quidem caſui, nec tamen refuga preſſurarum. *Philippus Abbas lib. 6. in Cant. Cantic. c. 42.*

Lampas flagrans, quæ interno æſtu delectabiliter exardeſcit, ad ea, quæ fortis ſunt, non videtur incandeſcere, ſed frigeſcit dum quidquid eſt huius vitę tanquam ſterile gelicidiũ, iam non curat, & Seraphim ardentibus interno ſe deſiderio configurat. Quæ ad amorem obtinendum ore patulo ſe extendit, & apud malè cordatos diuites foris contemptibilem ſe prætendit; dignè conſiderantibus oſtenditur, & intelligitur lampas ignis, abſcondens ignem ſuum malè caligantibus, & & indignis. Quam ardentem, & lucentem non extinguit aquarum multitudo, non minis non blanditijs cedit amans, vel eius fortitudo, non denique flumina, non maiorum inundatio preſſurarum, non fames, non gladius obruent, ignis exuberantia, vel flammarum. *Idem ibidem.*

Lampas inextinguibilis. *Theodorus Laſc. in Poem. B. Virg. & D. Cyrillus hom. 6. Epheſi dicta contra Neſt.*

Lampas recti nobis viam lucidam oſtendens. *Albert. Magn. ſerm. 1. in Natiu. B. M.*

Lampas animata, cuius lux effulgens omnem obſcurauit aliorum facem. *Iſid. Theſſalonic. in orat. de Preſentat. B. V.*

Lampas circuitum terræ illuminans, ſolares ſplendores ſuperans, ſuper cælos radios ſuos emittens, eiuſdem Cæli pulchritudinem terra ſuperauit: Cælum namque proprijs ſętum, feſtiuumque exultauit luminibus, terra autem ſuper illud Deiparam continens anguſtior ornamento: decoreque apparuit: illud creata luce illuſtratur, hæc autem creatrice per eam adueniente cohoneſtatur: illud facturis, hæc factore exornatur: illud à Sole vmbris obnoxio, & occiduo illuminatur, hęc autem à Sole iuſtitiæ, qui veſperam neſcit, & occaſum. *Iacob. Mon. in Mariali orat. 6.*

Lampas luminoſiſſima, igne diuino accenſa, æterno lumine impręgnata, quæ lucem incircumſcriptam infra corpuſculũ ex ea ſumptum, manentem intra virginea viſcera deferebat, tantæque lucis radijs intra ſe exuberanter nimis micabat, quę verè, & copioſè mundum illuminauit, dum ſedentibus in tenebris, & vmbra mortis lumen hoc peperit, & ſuum oſtendit hominibus Creatorem. *Dion. Carth. de Laud. SS. Virg. lib. 2. art. 20.*

Lampas ſplendidiſſima, diuinitus illuſtrata. *Idem lib. 2. de Præc. Mariæ art. 10.*

Lampas accenſa, in qua lumen fidei luxit, & exarſit ignis charitatis. *Bernard. de Buſt. ſer. 4. de aſſimilat. B. M.*

Lam-

Lampas ad quam indigens lumine accendere debet. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 8. Coronæ nonæ B. Mariæ.*

LANA candidiſſima, ſuo colore dealbata, ad quam ſanè cum aceeſſiſſet Spiritus ſanctus, ſicut lana cum inficitur ſanguine Conchilij, vel Muricis, vertitur in purpuram: verſa eſt & ipſa ſine coitu in matrem, vt non ſit iam amodo quod fuerat, ſed purpura veriſſima ad indumentum, & gloriam ſummi Regis diuinitus aptiſſimè dedicata. *D. Hieron. in Epiſt. vel ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ ad Paulam, & Euſtochium.*

Lana diuinitate purpurata, ſolummodo æterno Imperatori indui digniſſima. *Albinus Flaccus lib. 3. de SS. Trinit. cap. 14.*

Lana mundiſſima, & virginitate clariſſima, incomparabilis vniuerſis, quæ erant ſub Cælo, virginibus; & talis, ac tanta, vt ſola digna fieret diuinitatem in ſe recipere Filij Dei, ſicut Conchilij ſanguinem ſuſcipit lana, vt purpura ex eadem Imperiali maieſtate tantummodo digna fiat, quia nullus alius induatur, niſi auguſta præditus dignitate. *Idem ibidem.*

Lana candidiſſima nullius peccati ſenſu maculoſa. *Nicolaus Monach. in Epiſt. de Concep. B. V. ad Petrum Cellenſem.*

Lana prima gratia candida. *Petrus Abbas Cell. lib. 6. Epiſtolar. Epiſt. vltima.*

Lana bibula Verbi Dei, & pilo mollis pia cogitatione. *Rich. à S. Lauren. de Laud. SS. Virg. libr. 12.*

Lana candidiſſima, quæ tincta eſt quaſi in purpuram, Filio Dei ex ea carne aſſumente, & per animæ martyrium in Filij paſſione. Candidiſſima, vt lilium, quę ad viſionem Angeli, in ſpecie hominis appatentis, ruborc roſeo verecundiæ creditur ſuperfuſa. Quamnent ſubtiles prædicatores Exod. 35. Dedcrunt quæ neuerant, id eſt, prædicaucrunt, quod cogitauerant, & in quibus ſtuduerant, & quæ ſubtiliaueraut. Quam pectunt bonæ Ancillę, & carpinant, id eſt dilatant laudes eius, & gloriam, ſcilicet fideles animæ; Lana enim carpinata dilatatur. *Idem ibidem.*

Lana, quia ſi Lana eſt veſtis ouium: B. Virgo protectio eſt innocentium, & ſimplicium: & veſtiuit Chriſtum carne virginea, qui ouis dicitur propter innocentiam. Iſai. 5. Quia ſi Lana non ſonat icta: Mariæ charitas non irritabatur in Filij paſſione, nec remurmurabat, aut contradicebat, licet eius animam gladius Filij pertranſiret. *Idem ibidem.*

Lana ſuccida Deitatis plena. *Idem ibidem.*

Lana, quam, beata vere eſt anima ſi habeat in colo ſuo, & iugiter in exęmplo ante oculos, vt exinde paulatim quotidie aliquid modicum extrahat operando, & manum ſuam mittendo ad fortia, vndè ſibimetipſi veſtem faciat nuptialem. *Ern. Prag. in Mariali c. 81.*

Lana, quam quęſiuit mulier fortis, ideſt, ſapientia ingenita Dei Patris. Prou. 31. & ſecretiſſimo conſilio manuum ſuarum, ideſt, Filij, & Spiritus ſancti, operata eſt ſanctificando eam, & accipiendo ab ea particulam, & addito lino, fecit Iacob filio ſuo Ioſeph tunicam polymitam. Gen. 37. Quia anima rationali, & carne induit Filium ſuum Deus Pater, nam habitu eſt inuentus vt homo Philipp. 2. In lino enim, quod eſt veſtimentum ſubtilius, & interius, intelligitur anima, in lana, quod eſt veſtimentum groſſius, & exterius, intelligitur caro. *Idem ibidem.*

Lana facile refundens aquam gratiæ, quam hauſit ſi comprimatur modice, & humili oratione. *Philippus de Greue ſer. 148. in Pſal. 71.*

Lana mundiſſima, in Conchilium circumfuſo ſanguine per compaſſionem noſtris immerſa doloribus. *Io. Picus lib. 2. in Cantic. cap. 8.*

Lana candidiſſima à ſuo colore dealbata, in quam Saluator deſcendens, ſicut pluuia in Vellus vertit in purpuram ſoli Deo dicatam. *Dionyſ. Fab. Tract. de Concept. B. V.*

LAPIS adamantinus. *Iacobus Niſibenſis in Can. in Laudem B. Virg.*

Lapis non inciſus. *S. Ioan. Chryſ. orat. 3. de Annunc. B. Virg.*

Lapis angularis, qui peperit lapidem angularem, nempè Chriſtum, in quem duæ concurrunt naturæ diuina, & humana ſtans in vtroque pariete, quia Deus, & homo. *Idiota de B. Virg. par. 8. Contempl. 13.*

Lapis, quæ ſummum angularem lapidem Chriſtum peperit. *Theodor. Laſc. Imperat. in Can. ad SS. Deiparam.*

Lapis Angularis, quæ lapidem peperit angularem; ſicut enim lapis angularis in duobus conſiſtit parietibus, & inter duos parietes in vtroque ſtat pariete, ſed nec totus in vno, nec totus in altero: ſic Maria in numero Matrum eſt quoad fœcunditatem, & in numero Virginum quoad incorruptionem, ſed nec omnino in pariete Matrum, quia eſt incorrupta, nec ex toto in pariete Virginum, quia eſt fœcunda, tamen quippe decebat eſſe Matrem Saluatoris, vt Mediatrix Mediatorem, Lapis angularis Lapidem parcrer angularem. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 1.*

Lapis durus, & ſenſibilis, & impenetrabilis omnibus iaculis, ideſt, inſidijs inimici. *Idem de Laud. SS. Virg. lib. 10.*

Lapis angularis dans figuris terminum. D. *Bonauent. in Laud. B. Virg. Mariæ.*

Lapis fundamenti adornatus in plenitudine gratiarum. Zachar. 3. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Zachariam Prophetam.*

Lapis primarius, cuius gratia exęquabit gratiam, quam in peccatores exercuit. *Idem ibidem.*

Lapis angularis in Domo Dei, quia ſicut lapis angularis, qui eſt in vnoquoque pariete, non tantum totus in vno, nec totus in altero, ſed eminet toti ædificio: ſic Beata Virgo Maria fuit in numero omnium Matrum quoad fœcun-

cundicatem: in numero Viduarum quoad Sponſi ſubtractionem: in numero Virginum quoad incorruptionem: & tamen non ex toto fuit in pariete Matrum, quia fuit incorrupta, nec ex toto in pariete Viduarum, quia ſemper fuit cælesti Sponſo aſſociata, nec ex toto in pariete Virginum, quia fuit fœcunda. Quamuis autem ſic fuerit in iſtis parietibus, tamen eminet vniuerſis. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 3.* B.

Lapis pretioſus, propter Dei, & proximi. *Idem in Mariali ſerm. 1.* M.

Lapis adiutorij. 1. Reg. 7. *Ern. Prag. in Mariali cap. 39.*

Lapis, quem vir iuſtus, poſt laborem requieſcere cupiens, ſupponit capiti mentis ſuæ, vt ſopitis ſenſibus ex terioribus à curis mundi, videat Angelos Dei. *Idem ibidem.*

Lapis angularis in Dei domo. *Bernard. de Buſt. ſerm. 8. de Annunciat. B. Mariæ.*

Lapis pretioſiſſimus. *Idem in ſuo Mariali ſer. 2. de Coronat.* B. M.

Lapis pretioſus propter Dei, & proximi charitatem, poſitus à Deo in Syon, id eſt Eccleſia militante. Eſai. 28. *Idem ſer. 4. de Nominat. Mariæ.*

Lapis virgineus. *Idem in ſuo Mariali ſer. 2. de Coronat.* B. *Mariæ.*

Lapis diuinus. *Maurit. de Villaprebata ſerm. 21. Coronæ nouæ* B. M.

Lapis virgineus, fulgens ſuper omnia metalla. *Idem ſer. 13. Coronæ nouæ* B. M.

LARGITRIX larga bonorum. *Andr. Cret. orat. 3. de Dormit.* B. V. & S. *Io. Damaſc. orat. 3. de Aſſumpt.* B. V.

Largitrix vitæ. *S. Germ. in ſuo Mariali frag. 4.*

Largitrix omnis ſanctimoniæ. *Henric. de Haſſia in Epiſt. ſui Tractatus de Concept.* B. *V.*

Largitrix poſt Deum vniuerſorum, quæ nobis conferuntur, charismatum; ei namque Regnum miſericordiæ eſt commiſſum, & per manus ipſius dat nobis, & dare diſpoſuit Deus, quicquid gratiæ tribuit nobis. *Dionyſ. Carth. in Cant. art. 15.*

LATER, de quo dicitur Exech. 4. Fili hominis ſume tibi Laterem, & pones eum coram te, & deſcribes in eo ciuitatem Ieruſalem, & ordinabis aduerſus eam obſidionem. S. *German. Conſtant. ſer. in Natiu. B. V.*

LATEX, quia ſi Latex proprie eſt liquor fontis, & dicitur ſic, quod lateat in venis terræ: Maria ſemper latuit, & ſecretum dilexit, & ipſa liquor eſt illius fontis vitæ æternæ, qui dicit Ierem. 17. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. *Richar. à S. Laur. de Laud. SS. V. lib. 9.*

LATIBVLVM fugientium ab ira Dei. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Ioſue.*

Latibulum fugienti à laqueo venantium, & à bello tentationum, *Ern. Prag. in Mariali c. 39.*

Latibulum miſerorum à facie vaſtatoris. *Idem in Mariali orat. 61.*

Latibulum omnium peccatorum. *Idem in Mariali cap. 110.*

LATITVDO pietatis. *D. Bonauent. in Litanijs Pſalt. B. Virg.*

Latitudo meriti. D. *Bernardin. Senenſ. Tom. 1. ſerm. 61.*

LAVACRVM abluens conſcientiam. *Andr. Cretenſ. orat. 2. in Annunciat.*

LAVDATIO ornatiſſima Parentum Ioachim, & Annæ. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſent.* B. *Virgin.*

LAVRVS, quę dicitur à verbo laudis, quia antiquitus, ex ea cum laudibus victorum capita coronabantur; Maria enim propugnatorem noſtrum ad ſaltandum, ſcilicet, Filium Dei coronauit in incarnatione, diademate glorioſæ carnis. Cant. 3. Egredimini filię Syon, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua, nec ſolummodo Chriſtum coronauit, imò & ipſa corona noſtra eſt, vnde, & dicitur ei. Iſai, 62. Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui; ſed ad hoc legitimè pugnandum eſt, quia non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. 2. ad Thim. 2. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 12.*

Laurus, quia ſi hęc arbor habet folia odorifera: verba B. Virginis, quę habentur in Euangelio, aromatica ſunt, & ſummè delectabilia intelligentibus ea, qui pauciſſimi ſunt. *Idem ibidem.*

LAVS degentium in ſolitudine. *S. Ephrem de Laud. B. Virg.*

Laus exuperans mentium, linguarumque incorporearum. *Ioan. Geometra ſerm. in Annunciat. S. Dei Genitricis.*

Laus bonorum Angelorum. D. *Anſelm. in Hymn. 2. B. Dei Genitricis.*

Laus hominum. *D. Aelredus Abbas ſer. in Annunciat.* B. *Virg.*

Laus prima hominum, & Angelorum, poſt Deum. *Balduin. Denon. in Tractat. de Salutat. Angelic.*

Laus amœna Sanctorum. *B. Ioſeph. Steinſel. Opuſc. 4.*

Laus generis ſui. *Richar. à S. Lauren. de Laud. SS. Virg. lib. 6.*

Laus iucundiſſima Apoſtolorum. *D. Bonauent. in Expoſit. ſuper Salue Regina, & Io. Mauburn. in Roſario de gloria V. memb. 6.*

Laus noſtra in Domino. *Idem in Pſalt.* B. *V.*

Laus terrarum. *Idem in Pſalt. minori B. Virgin. Quinquag. 2.*

Laus honeſtatis. *S. Laurea. Iuſtin. de triumph. Chriſti Agone cap. 7.*

Laus, & liberatrix noſtra. *Arn. Boſtius cap. 1. §. 1. lib. de Patronatu, & Patrocinio Deip.* V. M. *in ſibi dicatum Carmeli Ordin.*

Laus ſumma Creatoris. *Ioan. Mauburn. in Roſeto Exercit. ſpiritual. tit. 21. cap. 6*

Laus Prophetarum. *Ludouic. Bloſius in Endologia 2. ad B. Virg.*

LECTOR, quantum ad omnium Prophetarum expoſitionem, ad litteram, in ſe ipſa. *Alb.*

*Magn. in Biblia Mariæ ſuper libr. Prouerb.*

LECTRIX ſpiritualis, quia cum lectoribus habuit Prophetiarum expoſitionem. *D. Anton. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 16.*

LECTVLVS vnicè charus Regis Chriſti. *S. Sabbas in Menæis Græcor. die 8. Maij.*

Lectulus Salomonis, quem ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael. Cant. 3. *S. Germ. Conſtant. ſer. in Natiu. B. Virg. Rupert. Abbas lib. 3. Comment. in Cant. Cantic. & Petr. Cellenſ. ſer. 3. de Natiu. Domini.*

Lectulus perhonorificus, quem Salomon ita prefiguravit, vt eum ſexaginta fortibus circumdari diceret. *S. Io. Damaſc. in Menæis Græcor. die 27. Ianuarij.*

Lectulus auguſtus, ac venerandus, quem Salomon prædeſignauit circundatum ſexaginta fortiſſimis. *Idem in Can. SS. Deiparæ.*

Lectulus diuinus Salomonis, quem ſexaginta potentes ambiunt, ideſt diuinarum ſcripturarum verba, in quo Verbum per diuinam incarnationem requieuit. S. *Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Lectulus, in quo Dominus omnium reclinatus eſt, vt primum parentem excitaret, ac releuaret. *Idem ibidem.*

Lectulus non lectus propter humilitatem. *Idiota de B. Virg. par. 14. Contempl. 53.*

Lectulus ſacratiſſimus quoad nos, quia ſicut in lecto quieſcimus, dum per eam ad virtutes attingimus, in quibus anima requieſcit, quæ prius in via laborabat. *Idem ibidem.*

Lectulus Salomonis, id eſt veri, & pacifici Ieſu Chriſti, quia in ea Deitatis inclinato capite Dei Filius requieuit, velut in lectulo. *Idem ibidem.*

Lectulus Salomonis, quia ſexaginta fortes deformatiſſimis Iſrael, id eſt Angeli diligenti cuſtodia, & obſequioſa reuerentia ambiunt; Angelici enim ſpiritus fortes inter fortiſſimos ſpirituum Iſraelis nomine deſignantur, quia aſſidua contemplatione Deum intuentur. *Idem ibidem.*

Lectulus ſanctiſſimus, in quo Ieſus Chriſtus glorioſiſſimus requieuit ſine ſtrepitu prauorum motuum, aut aliquarum malarum cogitationum. *Idem ibidem.*

Lectulus ſacratiſſimus, in quo Deus per humilitatis aſſumptæ myſterium requieuit. *D. Petr. Dam. lib. 2. Epiſtolar. Epiſt. 14.*

Lectulus Salomonis gratiſſimus. D. *Bernard. in Deprecat. & Laude elegantiſ. ad B. V. Mariam.*

Lectulus, in quo Deus requieuit. *Petrus Bleſ. ſerm. 38.*

Lectulus Filij Dei. *Petrus Cellenſis ſer. 7. de Aſſumpt. B. Virg.*

Lectulus floridus omni gratia Dei, ſpecie, & pulchritudine, Verbo vtique Dei anima, & carne. *Idem ſer. 5. de Natiu. Dom.*

Lectulus amoris gratia, Salomonis obſequio ſic addictus, vt in ſe quempiam alienum quietem capere non permittat, & intrà mentis angustæ continentiam hoſtem ſubdolum, vel ad modicum non admittat. *Philippus Abbas lib. 4. in Cant. Canticor. cap. 2.*

Lectulus, in quo ſponſus grata beneuolentia ſe reclinat. *Idem lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 1.*

Lectulus, quem Salomon auctor, & amator pacis, ſibi voluit præparare, in quo à conturbatione hominum abſconditus, capnt ſuum quietis gratia reclinaret, & ſe non ſolum nomine, ſed & re pacificum veraciter demonſtraret. *Idem lib. 4. in Cant. Canticor. cap. 2.*

Lectulus Salomonis, multa fortitudine ornatus. *Idem lib. 4. in Cantic. Canticor. cap. 6.*

Lectulus Sponſi, quem Sponſus vallo fortitudinis circumcluſit, per quod ab illo longius, quicquid indecens, quicquid noxium eſt, excluſit. *Idem lib. 4. in Cant. Canticor. cap. 1.*

Lectulus floridus omnium virtutum, velut florum varietate. Ibi roſa excellentiſſimæ charitatis, ibi lilium ſingulariſſimæ caſtitatis, ibi viola omnimodæ humilitatis, & ibi ortus eſt, & inde ortus eſt ille, qui dicit: Ego flos campi Cant. 2. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. V. lib. 10. & Idiota de B. V. par. 14. Contempl. 8.*

Lectulus Salomonis, id eſt, veri pacifici, in quo Deitatis inclinato capite, Deifilius requieuit; vnde, & ipſa dicit: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Eccl. 24. *Richard. à S. Laur. de Laud. SS. V. lib. 10.*

Lectulus Salomonis, quem ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael; ad cuſtodiam enim, & obſequium B. V. non inferioris, ſed ſuperioris dignitatis Angeli deputati ſunt, qui pro eo, quod aſſidua contemplatione Deum conſpiciunt, Iſrael nomine deſignantur. *Idem ibidem.*

Lectulus, quo ad nos, quia ſicut in lectulo requieſcimus; ita per Mariam ad virtutes attingimus, in quibus anima requieſcit, quæ prius in vitio laborabat. *Idem ibidem.*

Lectulus Salomonis, ideſt, Chriſti veri pacifici; in eo enim Deitas inclinato capite Dei Filius requieuit velut in lectulo. *Io. Hailgrinus in cap. 3. Cantic. Canticor.*

Lectulus Salomonis, quem ſexaginta fortes ambiunt de fortiſſimis Iſrael; nam B. Virginem ambiebant diligenti cuſtodia, & obſequij reuerentia Angelici Spiritus, fortes inter fortiſſimos ſpirituum, qui pro eo quod Deum aſſidua contemplatione conſpiciunt, Iſraelis nomine deſignantur. *Idem ibidem.*

Lectulus floridus flori perfecto ex radice Ieſſe congruiſſimus. *Alber. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 1. Matthæi.*

Lectulus Salomonis, in quo requieuit nouem menſibus Filius Dei. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Canticor.*

Lectulus Salomonis, in quo recubuit Chriſtus humanitate aſſumpta, quem ambierunt ſexaginta fortes, id eſt bonorum operum vniuerſitas, quæ ſunt fortia contra Dæmones, vel vitia. *Alanus de Inſul. in cap 3. Cantic.*

Lectu-

Lectulus Salomonicus, in cuius circuitu ſexaginta Potentes ſatellitij munere funguntur. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 3.*

Lectulus miræ ſpecioſitatis in aſpectu, lenitatis in tactu, ſuauitatis in odoratu, pretioſitatis in ornatu, iucunditatis in amplexu, & vtilitatis in fructu. *Ern. Prag. in Mariali c. 100.*

Lectulus, in quo requies inuenitur. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. SS. V. fruct. 8.*

Lectulus, ideſt, humilis lectus Salomonis, ſeù Chriſti, in qno ſummus ille pacificus elegit concipi, incarnari, ac habitare in medio veteri eius, ſpiritualiter quoque gratioſiſſimè in mente ipſius. *Dion. Carth. in Cant. orat. 12.*

Lectulus Salomonis, quem ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael; ſtatim enim ac in vtero Matris ſuæ concepta eſt; Deus Trinitas illam Angelis ſanctis cuſtodiendam commiſit, eamque frequenter vallauit, & honorauit multitudo cæleſtis militiæ, non tam ob indigentiam, quam ob reuerentiam eius; ſed & glorioſi Apoſtoli, ac cæteri vtriuſque ſexus Sancti primitiuæ Eccleſiæ, ad eam multoties cum ingenti reuerentia confluxerunt. *Idem in Cant. art. 12.*

Lectulus veri Salomonis, ad cuius cuſtodiam non dubitandum, magnam Angelorum multitudinem cælitus fuſſe tranſmiſſam. *Idem lib. 1. de Precat. Mariæ art. 29.*

LECTVS aureus. *S. Athanaſ. orat in Purificat. B. Virgin.*

Lectus Salomonis, quem in orbem circumſiſtũt ſexaginta potentes, nempè diuinitus inſpiratæ Scripturæ, veræ Prophetiæ, quæ per eam, quæ ſignarunt, ſuo teſtimonio comprobant, Deum eſſe ex ea pariendum, in quo Verbum cum cecidiſſet, cum carne ſurrexit, & inimici tyrannicam valdè afflixit potentiam. *Geor. Nicomed. in orat. de exitu SS. Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Lectus, in quo potens requieſcit. *Ioan. Geometra ſerm. in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

Lectus vere, & veri pacifici Regis Salomonis, qui inter nos, & Dominum pacem compoſuit, in quo diuina natura humanam ſibi naturam coniunxit. *Rupert. Abb. lib. 3. Commentar. in Cant. Canticor.*

Lectus Chriſti, in virtutibus floridus, in qno cum Patre, & Spiritu ſancto requieuit. *Honorius Auguſtod. in ſigillo B. Mariæ.*

Lectus, quem Chriſtus verus Rex pacificus de lignis Libani, id eſt, ex Patriarchis, & Regibus ad conuiuium elegit, quia in ea, vt in lecto recubuit, ipſe poſitus ad conuiuium, & quia fideles, de carne, quam de Virgine ſumpſit, epulantur. *Idem ibidem.*

Lectus Regius. *Theod. Laſch. Imperat. in Can. ad SS. Desparam.*

Lectus, in quo requieuit pacificus Rex Chriſtus. *Matthæus Cantacuzenus in cap. 1. Cant. Canticorum Salom.*

Lectus noſter vmbroſus, propter beatitudinem nobis in Euangelio promiſſam, poſt Saluatoris incarnationem, quæ omnes pene fines terræ complectitur, & quẽlibet obumbrat fidelem priori abſumpto infidelitatis æſtu. Propter requiem, quam illi capiunt, qui in hoc ſeculo utcumque requieſcunt, & omnes huius vitæ turbas, & quamlibet omnino afflictionem ſedatè, placidèque ferunt. *Idem ibidem.*

Lectus veri Salomonis; veri Filij Dei Redemptoris. *Maurit. de Villaprobata ſer. 12. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

LECYTHVS repletus oleo, ideſt gratia benedictionis, & miſerationis. *Petr. Bleſ. ſer. 38.*

Lecythus olei. *Balduinus Denon. in Tract. de Salutat. Angelica.*

Lecythus, vas ſcilicet, olei. Maria enim vas eſt indeficiens, & ſemper abundantis miſericordiæ, ſignata per lecythum olei, qua non eſt immiuutus 3. Reg. 17. de quo paſtus eſt Elias, id eſt, Chriſtus, ſugens eius vbera, & quo paſcitur in Sacramento Filij, & in verbis eius, & exemplis Viduæ Sareptana cum tota domo ſua, ideſt Eccleſia cum fidelibus vniuerſis. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 10.*

Lecythus olei non imminutus, nos paſcens ſemper, & vngens, & lætificans. *Alber. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. 3. Regum.*

LEÆNA, cui non contingit ſecundus partus, *D. Epiphan. lib. 3. aduerſus hæreſes. hæres. 78.*

Leæna genitrix fortiſſimi leonis, nempè Chriſti. *Idem ibidem.*

Leæna fortiſſima, quæ ex intimis præcordijs tertia die ſuper mortuum Filium rugijt dicens: Exurge gloria mea. Pſ. 56. *Robert. Bellarm. in Conc. de Reſurrect. Dom.*

LEGATA apud Deum ad intercedendum, quæ pudore non ſuffunditur. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl. B. Virg.*

LEGATIO noſtra ad Deum, cuius orationibus ipſe Deus pacem mundo largitur, regni ſceptra corroborat, & Eccleſias ſuas coniungit in vnum. *Andr. Cret. Can. in diem Lunæ magnæ hebdomad.*

LEGISLATRIX Eliæ Mariæ: & totius Carmeli cætus legislatrix, fundatrixque primaria rite dicitur, ideoque quod ſtirpi rami, quod capiti membra, quod radij ſoli, quod fonti riuuli, hoc Sereniſſimæ Dominę Mariæ Carmelicolæ cuncti ſe inſtè debere, gratè, & piè recognoſcant. *Arnold. Boſtius cap. 2. §. 2. libri de Patronatu. & Patrocinio Deip. Virg. in ſibi dicatum Carmeli Ord.*

LENTICVLA, quæ eſt vas olearium, factum ex ære, vel argento ſecundum Iſid. & dicitur à liniendo, quia eo Reges, & Sacerdotes liniebantur. Vterus enim B. Virginis congruè per tale vas deſignatur, in quo Filium factum hominem vnxit Deus Pater oleo lętitiæ præ participibus, hoc eſt, alijs Sanctis, & ad hoc deſignandum dicitur de Saule, qui tunc optimus erat vir, 1. Reg. 10. Tulit Samuel len-

ticulam olei, & effudit ſuper caput eius. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 10.*

LEVAMEN dolorum noſtrorum. S. *Germ. Conſtant. orat. 2. in Præſent. B. V.*

Leuamen hominum, & generis. *Io: Geom. in B. Virg. Hymn. 3.*

Leuamen eorum, qui doloribus tenentur. *Iacob Monach. orat. de Natiu.* B. *V.*

Leuamen laborum, & gaudium. *Arnold. Boſſ. lib. de Patron. & Patroc. Deip.* V. *in Carm. Ord. cap. 1. §. 1.*

Leuamen miſerorum, & præſertim Innocentium. *Iuſtus Lypſius in B. Virg. Hallenſi cap. 8.*

LEVI, æterna in Dei Matrem electione. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laudib. SS. V. fructu 4.*

Leui, ſua à Parentibus Deo traditione. *Id. ibid.*

LEX noua. à Prophera præuiſa, Verbum Dei inſcriptum habens. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Lex ſancta amoris, & perfectæ libertatis, quæ ab omni ſeruitute peccati perfectè liberat, vtnec manus opere, nec lingua ſermone, nec caro fomite ſeruiat legi peccari, nec oculus viſu, nec auris auditu, nec affectus deſiderio, nec intellectus cogitatu vllam contrahat maculam, aut aliquam peccati ſentiat ſeruitutem. *Ern. Prag. in Mariali cap. 85.*

LIA in filiorum ſpiritualium multiplicatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. SS. Virg. fruct. 2.*

LIBANVS non inciſus, per candidiſſimæ caſtitatis integritatem. *Hugo de S. Victore ſerm. in quolibet feſto B. Mariæ, qui eſt in ord. 55.*

Libanus non inciſus proprer Virginitatis integritatem. *Petrus Bleſ. ſerm. 39.*

Libanus nõ inciſus, quia flos caſtitatis eius candidiſſimus, incendio libidinis non eſt aduſtus. *Idem ibidem.*

Libanus, quia ſi arbores montis Libani omnes alias excedunt proceritate, ſpecie, & robore: Mariæ Virginis virtutes excedunt omnes virtutes aliorum ſanctorum. In proceritate virtus contemplationis, vel ſancta deſideria: in ſpecie virginitas, vel ſancta exempla: in robore charitas fortis, vt mors: humilitas ſupportans omnem virtutem, & virtus patientiæ figurantur. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. Mariæ lib. 12.*

Libanus, quia ſi Libanus eſt mons quidam, qui eſt terminus Iudeæ contra ſeptentrionem; Maria mons propter virtutum eminentiam terminat Iudeam, quæ interpretatur Confeſſio, contra ſeptentrionem, quo ſignatur Diabolus, quia ipſum miſericorditer arcet à meritibus verè confitentium. *Idem ibidem.*

Libanus, quod interpretatur candidatio, per candorem virginitatis. *Id. de Laud. Virg. l. 5.*

Libanus candida, munda, & caſta, & vitæ altitudine eminens, ac meritorum prærogatiua ſuper choros Angelorum exaltata, de qua aquæ gratiarum cum impetu fluunt. *Hugo Carenſ. in cap. 4. Cant. Cantic.*

Libanus non inciſus, quia ſine inciſione cum integritate virginitatis Filiũ peperit. *Idẽ ibid.*

Libanus per innocentiam, non inciſus per peccandi impotentiam. *D. Bonau. in lib. de Eccleſ. Hierarch. part. 4. circà finem.*

Libanus candida, tota pulchra intus, & extra. *Albert. Magn. ſuper miſſus eſt. cap. 137.*

Libanus Dei, quia peperit thus odoriferum, ſcilicet, Chriſtum, cortice non inciſo, ideſt, non violato virginali pudore. *Iacob de Vorag. in Mariali ſerm. 4. P.*

Libanus ob munditiæ candorem. *Idem in Mariali ſerm. 6. P.*

Libanus nõ inciſus, quia ſicut mons Libani ſine cultura humana cedris ornatus eſt aromaticis, & præexcelſis: ità Spiritus Mariæ ornatus erat virtutibus excelſis, & deſideriis ſanctis, quaſi naturaliter ſibi inſitis potius quam acquiſitis. *Ern. Prag. in Mariali cap. 71.*

Libanus mortificationis. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. SS. Virg. fructu. 2.*

Libanus Dei, de quo ſine corticis inciſione, id eſt, ſine virginalis pudoris violatione egreſſum eſt thus odoriferum, & prætioſum, ideſt, Filius Dei, quo totum orbem ſuo odore repleuit. *Bernard. de Buſtis ſerm. 3. de Pur. turit.* B. *Virg.*

Libanus non inciſus, quia nunquam à Deo per peccatum aliquod diuiſa, vel ſeparata fuit. *Idem ſerm. 1. de Aſſimilat. B. Virg.*

LIBER obſignatus, Viro ſcienti literas, ſcilicet, Ioſeph à ſacerdotibus datus. *D. Greg. Thaum. ſerm. 3. in Annunc. B. Virg. & Io. Damaſcen. lib. 4. de fide ortodoxa cap. 15.*

Liber incomprehenſus, qui Verbum, & Filium Patris mundo legendum exhibuit. *D. Epiph. in ſerm. de Laud. SS. Virg.*

Liber obſignatus, de quo dicit Iſai. cap. 29. Dabitur Liber obſignatus Viro ſcienti literas, id eſt, Ioſeph, & dicet: Non poſſum legere; obſignatus eſt enim liber, ideſt, omnium rerum Artifici reſeruatus. *S. Io. Chryſ. orat. de Annun. SS. Virg. Mariæ.*

Liber ſpiritualis mirabilium diuinæ in nos diſpenſationis ſermonum. *Andreas Creteníis. orat. 1. de Dormitione. Virg.*

Liber vere viuus eius, qui in ea tacitè fuit inſcriptus Verbi paterni viuifico calamo Spiritus. *Idem orat. 3. de Dormit.* B. *Virg.*

Liber veriſſime à Deo ſcriptus noui teſtamenti, quod Deus cum hominibus pactus eſt. *Idẽ ibid.*

Liber obſignatus, quem nullus legit ſcius literatum, præter eum, qui obſignault, & ſeruauit ſupra rationem. *Georg. Nicom. in orat. de Exitu SS. Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Liber, de quo Iſai. 29. Et erit poſt verba hæc, dicit Dominus, ſicut verba Libri huius ſignati, quem cum dederint ſcienti literas, dicent illi, Lege hæc, & reſpondebit: Non poſſum legere; ſignatus eſt enim liber. *S. Germ. Conſtant. ſerm. in Natiuit. B. Virg.*

Liber nouus, in quo inenarrabili modo Deus Verbum citrà omnes manus operam, inſcriptum

eum eſt. *S. Io. Damaſ. orat. 2. in Aſſumpt. B. V.*

Liber nouus, quem, qui omnia efficit Deus Verbum, condidit Dei lingua à ſpiritu tamquam calamo quodam in ipſo conſcribendum. *Idem orat. 1. de Natiuit. B. Virg.*

Liber ſignatus, libidinoſa omni cogitatione innoxius, ex qua à Deo exaratæ legis arbiter, ab ipſo vno, qua Virginem decet ratione percutitur. *Idem orat. 4. de Natiuit. B. V.*

Liber ab Iſaia viſus, in quo digito Patris Verbum initio carens conſcriptum eſt. *S. Ioſeph Hym. in Mariali.*

Liber Chriſti animatus, & Spiritu ſancto ſigillatus. *Idem ibidem.*

Liber ſignatus, quem nullo modo ſecundum naturæ legem legit mortalis homo, cum reſeruatum fuerit ad Verbi habitationem, quemadmodum antea libri Theologorum in ſpiritu declarauerunt. *Idem ibidem.*

Liber ſignatus Victori viro datus. *Dr. Petrus Damian. carminibus de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Liber grandis, cuius duo capitella ſunt Annunciatio Domini, ſiue ipſius Virginis Aſſumptio. Gabriel enim miniſter fuit Annunciationis, vt creditur, & Aſſumptionis, tamen primum capitellum mirabili varietate, & veritate idem Archangelus contexuit, & decorauit teſte euangelica lectione, quæ ait: Miſſus eſt Angelus Gabriel &c. Secundum capitellum Ioanni traditum in cruce legimus, vbi in Cruce Ieſus Matrem, & diſcipulum ſic alloquitur. Mulier ecce filius tuus, ad Diſcipulum autem: Ecce Mater tua, & ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſuam. *Petrus Cellenſ. ſerm. 5. in Annunc.*

Liber grandis ligatus diſciplinæ, & religionis Angelicæ corrigijs, vt ſemper Gabrielis & Ioſeph veteretur ſolatio, aut ſociaretur Ioanni, & Apoſtolico choro. Grandis, quia de grandi tractat materia, diuinę ſcilicet incarnationis, & humanæ reſtaurationis, in quo Propheta ſcripſit ſtylo hominis alto, propter diuinitatem, mediocri propter animam, humili, & pedeſtri propter carnem ſimul aſſumptam. *Idem ibidem.*

Liber ſcriptus intus, & foris ſaluo virginitatis ſignaculo fœcunditate, quia Deum genuit, & hominem. *Idem ibidem.*

Liber Chriſti inuolutus. *Theod. Laſch. Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Liber beatorum, in quo ipſi legunt, audiunt, & agnoſcunt, quæ nec oculus eorum prius vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. V. lib. 12.*

Liber contemplatiuorum, quos ipſa inſtruit quaſi triplici lectione, ſcilicet caſtitate, quã vouent in ingreſſu ordinis contra luxuriam: paupertate per abrenunciationem proprietatis contra auaritiam: humilitate per votum obedientiæ contra ſuperbiam. *Idem ibidem.*

Liber, cuius materia eſt ſapientia Dei abſcondita à ſæculis; lectio autem via eſt ad veram ſcientiam; ſicut enim lectio via eſt ad ſcientiam ſecundum D. Bernardum, ſic inſpectio, & recordatio verborum, operum, & exemplorum B. Virginis via eſt ad illam ſcientiam, de qua dicitur Prou. 19. Vbi non eſt ſcientia animæ non eſt bonum. *Idem ibidem.*

Liber, de quo dicitur Malachiæ cap. 3. Scriptus eſt Liber monumenti coram eo, timentibus Deum, & cogitantibus nomen eius. Maria enim dicitur Liber monumenti, quia monet mentem Filij ad miſericordiam, & etiam mentes noſtras, vt ſimus memores Dei, & ſcriptus eſt hic Liber coram eo, ideſt, coram Deo, timentibus eum, & cogitantibus nomen eius, ideſt, cauentibus peccatum, & facientibus bonum. *Idem ibidem.*

Liber, de quo, qui quantumlamcumque lectionem quotidie memoriæ commendabit, felix erit, & hoc eſt, quod dicit Liber ipſe de ſe ipſo. Eccl. 24. Qui audit me non confundetur, ecce informatio, & præmium Auditorum: Et qui operantur in me, ideſt, ſecundum quod doceo, non peccabunt; ecce lucrum præcepta huius libri facientium: Et qui elucidant me, vitam æternam habebunt; ecce præmium docentium. *Idem ibidem.*

Liber dulcis guſtu, ſed amarus effectu, de quo Ioannes Apoc. 10. Et deuorani illum, & in ore meo tamquam mel dulce, & cum deuoraſſem illum amaricatus eſt venter meus; verba enim Marię dulciora ſuper mel, & fauum animæ diligenti eam, ſed faciunt amaricare ventrem Ioannis, ideſt illius, in quo eſt gratia, quia memoria eius, & exempla in ſuis imitatoribus temporales delectationes, & carnales voluptates amaricant, & refrænant; dulciſſima ſiquidem huius libri ſcientia in prædicatione, ſed ſicut dictum eſt, ventrem, ideſt, delectationes amaricat in exhibenda actione. *Idem ibidem.*

Liber Filij, ſicut Liber Patris; vnde poſſumus dicere Filio: Protector noſter aſpice in faciem Matris tuæ, ſicut dicimus Patri: Reſpice in faciem Chriſti tuj Pſal. 38. *Idem ibidem*

Liber grandis, de quo dicitur Iſai. 8. Sume tibi Librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis, nam Spiritus ſanctus in hoc libro. Stylo hominis, ideſt intelligibiliter, apertè, & lucidè atramento noſtræ mortalitatis, ſcriptura viſibili, ſcripſit Verbum, dum eius cooperatione caro Verbi fuit in vtero virginali formata. *Idem ibidem.*

Liber grandis dignitate, ſcientia, profunditate, multimoda difficultate, ſententiarum inſcrutabilitate, & omnimoda vtilitate. *Idē ibid.*

Liber grandis, quia ſcriptus groſſis, & legibilibus literis: ſiquidem Mariæ Innocentia vna groſſa eſt litera, ſic, & eius humilitas, virginitas, fœcunditas, paupertas, charitas, miſericordia, pietas, patientia, & huiuſmodi; ſingulæ enim virtutes ipſius, ſingulæ literæ Libri iſtius. *Idem ibidem.*

Liber

Liber in manu inuolutus ; & postea expansus, intus, & foris, de quo Ezechiel 2. Fuit enim Maria liber inuolutus, quia de ea nihil, vel parum antea sciebat mundus ; expansus postea secundum quid in Apostolica prædicatione, & quotidie in beneficiorum eius innumera perceptione: scriptus indelebiliter digito Dei, qui est Spiritus sanctus, intus perfecta scientia, foris conuersatione, & operatione sancta *Idem ibidem*.

Liber, in quo scripta fuit ignea lex, scilicet charitas. Deut. 33. Quę dicitur lex, quia nos ligat, & copulat Christo, & vnit, & adhærere facit, nam qui adhæret Domino, vnus spiritus est cum eo 1. Cotinth. 6. vnitate scilicet amoris, & gratię; vel ideo lex, quia membra nobis ligat, ne faciamus vt furibundi, & quia nos refrenat à malo: ignea, quia nos inflammat ad amorem Dei, & proximi. *Idem ibidem.*

Liber, in quo tot sunt literę, quot virtutes, & qui non habet virtutes, nescit literas, nescit legere in hoc libro vnde Isaię 29. Dabitur liber nescienti literas, & dicetur ei: Lege, & respondebit: Nescio literas. *Idem ibidem*.

Liber, quem scripsit Baruch ex ore Ieremię, qui qui ex ore Ieremiæ scripsit omnes sermones libri, quem combusserat Ioachim Rex Iuda igni, & insuper additi sunt sermones multo plures, quam antea fuerant, sicut legitur Ierem. 26. Baruch enim Scriptor Spiritus sancti, scriptor Patris. Ieremias est Pater, os Ieremiæ filius est, quasi diceretur, à tota Trinitate: in B. V. bona nobis data, destructa per Ioachim Regem Iuda, id est per Adam; reperta sunt, & etiam plura, & meliora bona, quam prius; multo enim beatior fuit Maria, quam Adam, & quidquid per Adam amisimus, nobis per Mariam restitutum, cum multo fœnore gratiarum. *Idem ibidem*.

Liber, quem vidit Ioannes Apocalyp. 5. In dextera sedentis in Throno: signatum cum sigillis septem; in hoc libro enim continetur omnis scientia, quę pertinet ad salutem: quem tenet Christus in dextera, non in sinistra, quia spiritualem scientiam, quę in eo latet, bonis aperit, malis claudit; bonis aperit, ideo dicitur teneri in dextera Dei, quasi ad aperiendum: malis claudit, ideo dicitur signatus, contra quos Ioannes flebat multum, quia nullus dignus inuentus est aperire signacula libri, nisi solus Agnus, quia nemo nouit matrem nisi filius, & cui filius voluerit reuelare, sicut Christus dicit de Patre Matt. 11. *idem ibidem*.

Liber, quia si liber antiqua dicta, & gesta conseruat: Maria exempla Patriarcharum, verba Prophetarum, Pastorum, Magorum, Simeonis, & Annæ, & ipsius Filij sui verba, & gesta conseruabat omnia in corde suo, tamquam Liber. Luc. 2. *Idem ibidem*.

Liber scriptus à nostro Iudice, de quo dicit Iob 32. Quasi desiderans ortum Marię: Librum scribat ipse, qui iudicat, ideſt Filius, cui potestatem dedit Pater iudicium facere Io. 5. Vt in humeris meis portem illum, ideſt, secundum doctrinam eius ordinem vitam meam, & magisterio eius subijciam opera mea, & circumdem illum, quasi coronam mihi, ideſt, postquam certavero secundum eius doctrinam, coronam recipiam, quam promittit. *Idem ibidem*.

Liber scriptus intus, & foris, Ezechielis 2. Foris quantum ad scientiam veteris Testamenti: intus scientia noui, quod tamquam magistros docuit Apostolos: vel intus ad spiritualium, & perfectorum exercitationem: foris ad simplicium, & minorum eruditionem: intus vt secretum sapientię immundis occulteur: foris vt mundis veritas reueletur, quem librum legere debemus exterius, vt scientiam discamus, qua sciamus versari in medio nationis prauę, & peruersę exemplo Marię; & interius, vt prouideamus Dominum semper in conspectu nostro. Psalm. 15. vel legamus exterius ad imitationem bonorum exemplorum, interius ad contemplationem æternorum. *Idem ibid.*

Liber signatus, de quo legitur, Isaię 29. Erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti literas, dicent: Lege istum, & respondebit: Non possum; signatus est enim liber iste Iudęis, sigillis septem, sicut dicitur Apocalyp. 5. Argumentantur enim sic contrà veritatem huius libri. Virgo fuit, ergo sterilis: concepit, ergo corrupta est: portauit, ergo grauata: peperit, ergo corrupta est: portauit, ergo grauata: peperit, ergo cum dolore: iacuit, ergo debilis: purificata, est, ergo immunda: ideo liber iste positus est in latere arcę Deuteronom. 31. vt sit Iudęis in testimonium, ideſt, in damnationem. *Idem ibidem*.

Liber signatus sigillis septem, ideſt obscuritatibus vniuersis, quem nemo de Angelis, qui sunt in cęlo, neque de hominibus adhuc in terra viuentibus, neque de iam defunctis, dignus inuentus est aperire, ideſt, sufficienter explanare, neque respicere, ideſt, intelligere, vel soluere, ideſt, vnionem Verbi cum homine assumpto explicare, nisi solus Agnus. Apoc. 5. *Idem ibidem*.

Liber vitę Agni, Apoc. 21. In quo illi soli scripti sunt, qui per gratiam ad gloriam pertingunt: qui Liber vitę Agni esse dicitur, quia bonum cęleste, quod diuinitas justis retribuendum prædestinauit, humanitas dispensauit, quam de Maria assumpsit. *Idem ibidem*.

Liber vitæ beatis in Patria, cuius lectio docet veram sapientiam. *Idem ibidem*.

Liber vitę, de antiquorum Patruum Abraham, Iesse, Dauid pellibus compactus, in quo tot sunt literæ, quot virtutes. *Hugo Carensis in cap. 14. Ecclesiast.*

Liber legis verus. *D. Bonauent. in Laude B. V. M.*

Liber clausus, & signatus, quem nemo dignus inuen-

inuentus eſt aperire, quia nemo Mariam plenariè nouit, niſi Filius, & cui Filius voluerit reuelare. *Ern.Prag.in Mariali cap.* 85.

Liber Deuteronomiorum, ideſt, lex ſancta, lex amoris, & lex perfectæ libertatis, quę ab omni ſeruitute peccati perfectè liberat, vt nec manus opere, nec lingua ſermone, nec caro fomite, ſeruiat legi peccati, nec oculus viſu, nec auris auditu, nec affectus deſiderio, nec intellectus cogitatu, vllam contrahat maculam, aut aliquam peccati ſentiat ſeruitutem. *Idem ibidem.*

Liber generationis Ieſu Chriſti, ideſt, forma vitæ omnibus, quos Chriſtus ſpiritualiter genuit verbo veritatis. *Idem ibidem.*

Liber miro modo illuminatus minio ſanguinis Chriſti in paſſione, & diuerſis coloribus, id eſt, diuerſis doloribus conſummatus. Ier. 9. *Idem ibidem.*

Liber monumenti, de quo dicitur Malach. 3. Monens, ac mouens mentem cogitantis ad pietatem. *Idem ibidem.*

Liber noſter clauſus, cuius ſeptem ſignacula, poſſunt dici ſeptem ipſius magnalia, quę nemo perfectè nouit, niſi Filius: quantę ſcilicet dignitatis extitit in ęterna prędeſtinatione: quantę puritatis in ſua ſanctificatione: quantę ſanctitatis in ſua conuerſatione, quantæ ſapientię in noſtra reconciliatione: quantæ beatitudinis in Verbi incarnatione; quantæ celſitudinis in aſſumptione: quantę pietatis in noſtra protectione, & promotione. *Idem ibidem.*

Liber, quem debet quilibet ponere in latere arcę ſuę, ideſt, in armariolo pectoris ſui, ſicut præcipitur, Deuter. 39. *Idem ibidem.*

Liber ſcriptus intus, & foris. Apoc. 2. In eo enim intus ſcripta ſunt omnium virtutum, donorum, atque chariſmatum genera: foris vero omnia ſanctæ diſciplinæ, & morum ornamenta, & vniuerſa honeſtatis, & ſanctæ conuerſationis exempla Eccl. 3. *Idem ibidem.*

Liber totius Eccleſiæ. *Idem in Mariali cap.* 94.

Liber vitæ. *Idem in Mariali cap.* 85.

Liber, in quo deſcripta eſt regula noſtra. *D. Catharina Senenſ. in* 11. *ſuarum orat. quam orationem Romæ habuit in die Annunc. B. M. anno* 1379.

Liber, in quo deſcripta eſt ſapientia Patris æterni. *Eadem ibidem.*

Liber, in quo manus Spiritus ſancti deſcripſit totam Trinitatem formando in ea Verbum incarnatum Vnigenitum Dei Filium; deſcripſit enim in ea ſapientiam Patris, quæ eſt ipſum Vnigenitum Dei Verbum, deſcripſit etiam potentiam ipſius Patris, quia potens fuit illud facere, & deſcripſit etiam clementiam ipſiusmet Spiritus ſancti, quia ſola gratia, & clementia diuina perfectum fuit tantum myſterium. *Eadem ibidem.*

Liber perfectorum. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de laud. SS. Deip. fruct.* 2.

Liber, quia Chriſti facta, & dicta corde recolligit. *Idem lib.* 1. *de laud. Virg. fruct.* 8.

Liber ſignatus myſticus, & arcanus, Ioſeph caſto illi, & ſcienti literas traditus. *Iſidorus Theſſalonic. in orat. de Preſent. B. Mariæ.*

Liber pulchritudinis, nobilitatis, boni amoris, & honeſtatis omnibus eam aſpicientibus. *Ioan. Gerſon. ſerm. de Concep. B. Virg.*

Liber, cuius ſcriptor fuit optimus, vtpote, Spiritus ſanctus, qui omnium eſt Artifex, omnem habens ſcientiam. *D. Antonin. in. ſumma part.* 4. *tit.* 15. *cap.* 5.

Liber, de quo Ioannes Apoc. 5. Vidi in dextera Dei ſedentis ſuper thronum Librum ſcriptũ intus, & foris, ſignatum ſigillis ſeptem; fuit enim Mariæ Liber in dextera Dei, ideſt, in Dei prædeſtinatione, & prælectione, cunctorum ſcriptus habitibus, intus in anima, & actibus virtutum, ab extra, ſiue foris, in in exteriori conuerſatione; ſignatus ſigillis ſeptem, id eſt ſeptem figuris præcipuis ſuæ ſanctiſſimę Natiuitatis. *Idem ibidem.*

Liber generationis, habens in ſe quadruplicem, generationẽ ſcilicet naturalem, ſpirituale, adoptiuam, & generalem. *Idem ibidem.*

Liber generationis Ieſu Chriſti. *Idem in ſumma part.* 4. *tit.* 16. *cap.* 5. *& S. Thomas de Villanoua in Conc.* 1. *de Natiuit.* B. *Virg.*

Liber grandis, quia continuit diuinam Sapientiam, cuius non eſt numerus. *S. Antonin. in ſumma part.* 4. *tit.* 5. *cap.* 5.

Liber, in quo legit, qui eam imitatur, & diligit. *Idem ibidem.*

Liber, in quo omnes poſſunt, & debent legere, & obſeruare in eo contenta. *Idem ibidem.*

Liber mandatorum, in quo tot ſunt ſcripturæ, quot opera virtutum. *Idem ibidem.*

Liber, quia continuit in ſe diuinam Sapientiam, ideſt, Filium Dei, in libris enim continetur Sapientia deſcripta. *Idem ibidem.*

Liber ratione materiæ; antiquitus enim materia librorum fiebant chartę de ligno, ideſt ex cortice illo arboris ſubtiliori, qui eſt medius inter corticem exteriorem groſſum, & lignũ, qui cortex medius, & ſubtilis dicitur liber; vnde à tali materia liber eſt dictus; quæ materia benè congruit B. Mariæ, quia facta eſt media, ſeu mediatrix inter Deum, & hominem. *Idem ibidem.*

Liber ratione materiæ, quia ſicut libri præcipuè notabiles quoad materiam, ſeu chartam, fiunt de pergameno à pellis carnoſitate, ab aquoſitate, & ſuperfluitate purgato; ſic Maria purgata fuit à carnoſitate peccati originalis, ab aquoſitate fomitis, & à ſuperfluitate quoad directionem actualem omniũ cogitationum in Deum. *Idem ibidem.*

Liber ratione ſcripturę; ſcriptura enim libri nihil eſt aliud, quam Verbum inchartatum, ideſt chartę incorporatũ & repreſentat Verbum Dei incarnatum in Virgine. *Idem ibid.*

Liber virginalis. *Idem ibidem.*

Liber, cuius ſcriptor fuit optimus, ſcilicet Spiritus

ritus ſanctus, qui eſt omnium artifex, omnem habens virtutem. *Bernard. de Buſt. ſerm. 2. de Natiuit. B. Mariæ.*

Liber fœderis, in quo ſcripſit Spiritus ſanctus ſeptem dona ſua cęteris abundantius. *Idem ſer. 2. de Aſſimilat. B. M. & Maur. de Villaprobata ſer. 19. Coronæ nouæ B. M.*

Liber generationis omnium ſaluandorum. *Bernardin. de Buſt. ſer. 2. de Aſſimil. B. M.*

Liber grandis, quia continuit in ſe Chriſtum, in quo, vt ait Apoſtolus ad Coloſſenſ. 2. ſunt omnes theſauri ſapientię, & ſcientiæ Dei. *Idem ibidem.*

Liber in dextera Dei, id eſt, in eius prędeſtinatione, & prędelectione cunctorum, ſcriptus literis aureis intus, & foris, quia in anima fuit plenus habitibus ſanctitatis, & in corpore, ac exteriori conuerſatione refulſit actibus virtuoſis, & ſignatus ſigillis ſeptem, ideſt, Spiritus ſancti donis. Apoc. 5. *Idem ibidem.*

Liber, in quo etiam Idiotę legere poſſunt. *Idem ſer. 2. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Liber, in quo poſſunt, & debent omnes legere, & ſeruare in eo contenta. *Idem ſerm. 2. de Natiu. B. Mariæ.*

Liber, in quo prius Prophetę deſignauerunt modum incarnationis, & natiuitatis Filij Dei ex ea, & paſſionis eius, & omne myſterium humanę Redemptionis fiendę per Verbum Dei. *Idem ſer. 2. de Aſſimilat. B. M.*

Liber mandatorum Dei. Quem cõpoſuit Deus, & tradidit legendum, non ſolum Iudęis, ſed omnibus hominum generibus, vſq; in finem mundi procreandis. Quem prędepit Deus ſeruari in latere arcę Deuteronom. 31. ideſt in latere mentis noſtrę per deuotionem. *Idem ſer. 2. de Natiuit. B. Mariæ.*

Liber vitę, in quo qui inuentus fuerit ſcriptus per deuotionem ſaluabitur. *Idem ibidem.*

Liber viuentium. *Idem ibidem.*

Liber, in quo ſtudere debent die, ac nocte, & adſcribi per deuotionem, qui cupiunt ad ęternam vitam peruenire. *Manrit. de Villaprobata ſer. 19. Coronæ nouæ B. M.*

Liber vitę, in quo omnis, qui inuentus fuerit ſcriptus ſaluabitur. *Idem ibidem.*

Liber puritatis, digito Dei intus, & foris ſcriptus, à virginibus aſſiduè perlegendus, in eo legenda Sanctimonia, Pudicitia, Charitas, Manſuetudo, Humilitas, denique omnium virtutum pleniſſima plenitudo. S. *Thomas à Villanoua Conc. 2. de Annunc. B. V.*

LIBERA, ex qua natus eſt dilectus Iſaac. Gal. 4. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de Laud. B. V.*

LIBERATIO captiuorum *D. Ephrem in ſer. de Laud. B. Virg. S. Anſelm. Luc. ſuper Salue, & D. Bernardus in Meditat. deuotiſs. ſuper Salue Regina.*

Liberatio corruptionis. *Sergius Hierop. in orat. de Natiuit. B. Virg.*

Liberatio lachrymarum Euæ. *Anonym. in hymn. ad B. V. apud Nomenclatorem Marian. & S. Io. Damaſc. Can. in Annunc. Deiparæ.*

Liberatio à delictis mortalibus errantibus. *S. German. Conſtant. orat. 1. in Præſ. B. V.*

Liberatio Euę. *S. Ioan. Damaſ. Can. in Annunciat. Deipar.*

Liberatio opprobriorum Euę. *Idem orat. 2. de Dormit. B. Virg.*

Liberatio noſtra à periculis. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Liberatio inferioris creaturę. *Idiota de B. Virg. par. 3. Contempl. 1. et in ſua Contempl. de B. V.*

Liberatio infirmorum. *Theodorus Laſchus Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Liberatio maternę damnationis. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

Liberatio partus dolorifici. *Idem in Mar. or. 6.*

Liberatio ſuſpiriorum, ac gemituum. *Idem in Mariali orat. 2.*

Liberatio à gemitibus. *Iacob. Monachus orat. de Natiuit. B. Virg.*

Liberatio à mæſtitia. *Idem ibidem.*

Liberatio conceſſa à Deo poſt longam maledictionem. *Idem ibidem.*

Liberatio hominum, & naturę noſtrę. *Maur. de Villaprobata ſer. 2. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

LIBERATRIX deſideratiſſima à fluctibus, procelliſque agitatorum. *D. Ephrem in ſerm. de Laud SS. Virgin.*

Liberatrix eorum, qui in neceſſitatibus verſantur, à Deo conſtituta. *S. Io: Damaſc. in Paracl. B. Virgin.*

Liberatrix noſtra, ab omni nos liberans tribulatione, & confundens omnes inimicos noſtros. *Idem ibidem.*

Liberatrix ſeruorũ ſuorum ab omni damnatione in die Iudicij. Ab omni tribulatione. A paſſionum, malorumque Dęmonum illecebris. *Idem ibidem.*

Liberatrix noſtra à damnatione in die Iudicij. Ab omni damnationis ſententia. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Liberatrix omnium noſtrum à tentationibus, periculis, & tribulationibus, dum illam cum affectu colladamus. *Idem ibidem.*

Liberatrix in periculis. *Theodorus Laſchus Imperator in Poemate B. Virg.*

Liberatrix vociferantium peccatorum. Iob. 29. *Alber. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob. & Barthol. de Piſis lib. 2. de Laud. SS. V. fruct. 6.*

Liberatrix Populi ſtdelis de manibus Dęmonum. *D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15. c. 3.*

Liberatrix in Chriſto mortuorum. Io. *Trith. lib. 1. de Miraculis B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Liberatrix potentiſſima captiuorum. *Idem lib. 3 de Miraculis B. Virg. in Vrticeto & S. Anſelm. in Pſalt. B. Virg. par. 1.*

LIBERTAS iucunda. *D. Ephrem in ſerm. de Laud. B. Mariæ Virgin.*

Libertas inferioris creaturę. *Idiota in ſua Contemplat. de Virg. Maria.*

Libertas creaturę inferiori à Deo ędificata. *Idiota de B. Virg. par. 7. Contempl. 1.*

LI-

LIGNVM vitę. *D. Ephrem in ſerm. de Laud. B. M. Virg. & S. Anſelm. Lucenſ. ſuper Salue.*

Lignum vitę, plantatum ſecus decurſus aquarum, fontis Spiritus vitę. *S. Io. Chryſoſt. orat. in Natiuit. B. Virg.*

Lignum, in quo vitę arbor eſt inſerta. *D. Auguſtin. ſer. 5. de Natiu. Dom. qui eſt 9. de tempore.*

Lignum bonę vmbręfoliorum, ſub quo tegũtur multi. *Andr. Cret. orat. 2. in Annuc.*

Lignum ſacroſanctum Paradiſi, ab ipſo Deo plantatum. *Anonymus in Menęis Græcorum die 5. Martij.*

Lignum non putreſcens, quę corruptionis peccati vermen haud quaquam admiſit, ex qua ſpiritale Tribunal, atque Altare non ex lignis imputribilibus, ſed ex intemeraro vtero Deo extructum. *S. Io. Damaſc. orat. de Natiuitate B. Virgin.*

Lignum fructiferum, quod dedit pomum ſalutiferum, ideſt Chriſtum contra pomum intoxicatum toxico inobedientię, de quo dictum fuerat Adę: In quacunq; die comederis, morte morieris; in glorioſiſſimo enim B. Virginis pomo inuenta eſt theriaca, qua toxicum illud effugatum eſt. Iſtud benedictum, pomum eſt pulcherrimum viſu, delectabile tactu, ſuauiſſimum olfactu, ſanum guſtu, & ſanatiuum effectu: & Beata Virgo hoc pomũ benedictum obedientię fidei concepit, quo ſublatum eſt de medio nocumentum pomi illius noxialis. *Idiota de B. Virg. par. 14. Contemplat. 50.*

Lignum humile, quod Deus exaltauit, dum Beatam Virginem elegit in Matrem ſuam, & Reginam Paradiſi, & hoc merito eius humilitatis, ſicut humiliauit lignum ſublime, ideſt diabolum, qui ſuperbiendo voluit exaltari. *Idem ibidem.*

Lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, ideſt ſecus peccatores fluxibiles, quaſi aquę penes quos firmiter radicata eſt affectu compaſſionis, & miſericordię. *Idem ibidem.*

Lignum propter ſoliditatem conſtantię plantatum per ſtabilitatem ſecus decurſus aquarum per ſapientiam, & gratiam; Scriptura ſiquidem nomen aquæ ſumit pro ſapientię magnitudine, pro gratiarum multitudine, pro ſcripturarum diuerſitate. *Idem ibidem.*

Lignum, quo dulcorata eſt aqua amara Exod. 25. ideſt multiplex miſeria, vel tribulatio, qua totum mundum reſperſit prima mater. Erenim Beata Virgo amaritudinem noſtræ perditionis conuertit in dulcedinem ſalutis ęternę Filio ſuo benedicto mediante. *Idem ibidem.*

Lignum vitę, quia ſi Lignum vitę viridius erat cęteris lignis: Beata Virgo ſanctior eſt cęteris Sanctis, quia viror deſignat ſanctitatem; non enim data eſt ad menſuram ei gratia, ſed ſuperexcellenter datum eſt ei à filio ſuo, quicquid dari potuit purę creaturæ. *Idem ibidem.*

Lignum plantatum iuxta decurſus aquarum. *Idem orat. 1. de Natiu. B. Mariæ.*

Lignum vitę, ex quo non exculentus fructus, hominibuſque lethifer ſuppullulauit, ſed potius ęternę vitę fruitio. *Idem in Canticis Græcorum ſono 1.*

Lignum vitę, quod fructum ſuum præfinito ſuo tempore dedit, hoc eſt Deum incarnatum, atque omnium vitam. *Idem orat. 1. de Natiuitate B. Mariæ.*

Lignum ex S. Anna germinans, quod medio velut in paradiſo produxit fructum verè diuinum. S. *Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Lignum ſemper viride. D. *Anſelm. in Hymno 1. B. Dei Genitricis.*

Lignum pulcherrimum, quod vitę, & ſalutis meruit portare fructum. *D. Bruno Carthuſian. ſerm. de Aſſumpt. B. Virg.*

Lignum vitę in medio Paradiſi. *Petrus Bleſ. ſer. 38. & D. Anſelm. in Medit. B. V.*

Lignum viuificum, vitę renendum, amplectendumq; quę vitam mundo peperit, & è mundo recedentibus vitę ſubſidia donat. *Petr. Diac. ſer. in Aſſumpt. B. M. V.*

Lignum vitę, quod ſolum fuit dignum portare fructum ſalutis. *D. Bernard. ſer. 2. de Adu. Dom.*

Lignum benedictum, per quod facta eſt iuſtitia Sap. 4. de Diabolo, & hęreſibus, vnde canitur ei: Gaude Maria Virgo, cunctas hęreſes ſola interemiſti; nam per fructum eius captiui detenti in limbò à Diabolo, licet iniuſtè, ſunt liberati, & reprobi iuſtè damnati, vnde & quique fideles tam Matri, quã Filio benedicunt. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 12.*

Lignum, cuius radix, id eſt, cordis intẽtio aperta eſt ſecus aquas ſcripturarum. Iob. 29. quia conſeruabat in corde ſuo, quicquid de Filio dicebatur. *Idem ibidem.*

Lignum, de quo dicitur Gen. 2. Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrũ viſu, & ad veſcendum ſuaue; ſiquidem Beata Virgo deſignatur per omne lignum puchrum viſu, & ſuaue olfactu, & guſtu, quorum, ſcilicet lignorum multitudo innumerabilis, vmbra ſanabilis, fructus incomparabilis, diuerſiras inenarrabilis, ſapor ſummè delectabilis, ex quo, vel ex quibus habemus fructum fructuum, in quo ſapor omnium ſaporum, plenitudo omnium virtutum, & innumeroſitas, vel vniuerſitas gratiarum. *Idem ibid.*

Lignum, de quo dicitur Ezech. 47. Non defluet folium ex eo, ideſt, verbum eius non erit irritum, ſed ſingula verba plena vera ſapientia; vel defluet, ideſt deorſum fluet, quia nunquam locuta legitur de terrenis, nec vnquam pro ipſis Patrem, aut Filium creditur exoraſſe; & non deficiet fructus eius, ideſt Chriſtus, qui eſt immortalis, & qui manet integer, licet quotidie Sacramentaliter comendatur, & per ſingulos menſes affert primitiua, quia cum menſis dicatur à mene, quod eſt defectus, ipſa per ſingulos menſes,

eſt, ſingulos defectus noſtros ſupplet quantum eſt in ſe, & cum ſit mater perfectionis, & fertilitatis, & cuilibet defectui noſtro profert fructum conueniẽtem. *Idem ibid.*

Lignum, de quo Pſalm. 1. Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo; Maria enim dicitur lignum pro ſoliditate conſtantię, plantatum pro ſtabilitate: ſecus decurſus aquarum pro ſapientia, vel gratia, vel ſcriptura: aquarum pluraliter, non vnius aquę, pro ſapientię magnitudine, pro gratiarum multitudine, pro ſcripturarum diuerſitate: quod fructum vnicum, & ſingularem ſuum, id eſt ſibi ſoli congruum, hoc dicitur, pro fœcunditate dabit, non reddet pro virginitate: in tempore ſuo pro gratia ſpeciali, quia ab eius ſanctificatione incepit tempus gratię. *Idem ibidem.*

Lignum exiguum per humilitatem, cui committere debent homines animas ſuas, ideſt, vitam naturę, & gratię, vt ſic tranſeuntes mare, ideſt, mundum per ipſam, quę nauis eſt, liberentur à naufragio, ſiue diluuio peccatorum; ipſa enim eſt Arca Noe, de qua ad literam iſtud legitur Sap. 14. Exiguo Ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per eam liberati ſunt; per ipſum ſiquidem lignum, ideſt Arcam, iuſtè ſaluatum eſt genus humanum in tempore diluuij, ſcilicet in Noe, & filijs eius, qui in toto mundo inuenti ſunt, ſoli iuſti illo diluuio inundante. *Idem ibidem.*

Lignum humile, de quo Dominus Ezechiel. 17. Exaltaui lignum humile, ſcilicet B. Virginem; quę exaltata eſt merito humilitatis ſuę in Matrem Domini, & Reginam Paradiſi. *Idem ibidem.*

Lignum plantatum ſecus decurſus aquarum. Pſalm. 1. ideſt, ſecus peccatores fluxibiles, quia aquæ populi ſunt Apoc. 17. penes quos firmiter radicata eſt affectu compaſſionis, & miſericordiæ, vndè cum Apoſtolo, imò verius quàm Apoſtolus dicere poteſt illud 2. Cor. 13. Quis infirmatur. &c. *Idem ibidem.*

Lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo fuit ſuper terram. Gen. 1. fuit enim Maria lignum pomiferum, quia eius pomum fuit Chriſtus Dominus, contra pomum toxicatum toxico inobedientiæ, quod Diabolo ſuggerente primi parentes comederunt, de quo prædictum fuerat Adæ Gen. 2. In quocumque die comederis, morte morieris; fecit autem fructum iuxta genus ſuum, quia Virgo Chriſtum hominem fecit conſentiendo, vt de eius ſubſtantia fieret Verbum caro, & verus Filius Dei verus homo; & hoc iuxta genus ſuum, ideſt, benedicta benedictum, tota pulchra pulcherrimum, tota dulcis dulciſſimum, tota odora ſuauiſſimum, tota ſapida ſapidiſſimũ, tota delicata delicatiſſimum, tota colorata coloratiſſimum, tota viuifica viuificatiſſimũ, tota medicinalis medicinaliſſimum. Huius autem ligni ſemen in ſemetipſo fuit ſuper terram, quia aliorum lignorum, id eſt, mulierum ſemen, ex quo fit fructus, in ſe non eſt, ſed in alio, hoc eſt in viro, quia fructus, ideſt, puer ex ſemine naſcitur vtriuſq; ſed hoc benedictum lignum in ſemetipſo, ideſt, in ſe ſolo habuit & ſemen, & fructum, quod vtique eſt ſuper terram, id eſt, humanam naturam, & hoc exuperat omnem ſenſum humanum. *Idem ibidem.*

Lignum, quia per contemptum mundi à terra abſciſſa, & per virginitatem, & abſtinẽtiam ab omni humore nociuo deſiccata; arbor enim propriè dicitur quamdiu viret, & terræ adhæret, lignum verò propriè, quando abſciſſa, & ab omni humore deſiccata Iob. 14. *Idem ibidem.*

Lignum, quo dulcorata eſt aqua amara Exod. 15. vnde dicitur Eccl. 38. Non ne à Ligno indulcorata eſt amara? Hæc enim aqua amara, multiplex miſeria, vel tribulatio, qua totum mundum reſperſit prima mater, ſed amaritudinem noſtræ perditionis conuertit in dulcedinem æternæ ſalutis gloriоſa Virgo, Filio mediante. *Idem ibidem.*

Lignum, quod præſcidit homo Dei, ſcilicet, Eliſeus, qui ſignat Chriſtum, qui homo factus eſt in ea, & in quantum Deus ipſam præſcidit ab amore carnalitatis, & terrenitatis, ſicut legitur 4. Regum 6. & miſit in fluuium, ideſt, in fluxibilitatem generis humani, non quoad culpam, ſed quoad pœnam, quando complacuit ei, vt Virgo naſceretur in mundo, & ipſa mediante, velut quodam manubrio attraxit ad ſe ferrum, id eſt, hominem, prius durum, frigidum, & nigrum per amiſſam Dei ſimilitudinem. *Idem ibidem.*

Lignum vitæ his, qui apprehenderunt eam, quaſi duplici manu, bonæ operationis, vt pro amore eius ſe exerceant in operibus bonis ad honorem Dei, & exemplum proximi, & qui tenuerit eam quaſi duobus brachijs reuerentiæ, & ſeruitij, vt in duobus his perſeueret, & nunquam dimittat eam beatus hic in ſpe, & in futuro in re. *Idem ibidem.*

Lignum vitæ in medio Paradiſi; Mariæ enim fructus, ideſt, Chriſtus, vita eſt Ioan. 14. vita gratiæ in præſenti, vita gloriæ in futuro; fuit autem Beata Virgo in medio Paradiſi terreſtris, ſcilicet Eccleſiæ militantis, vel in medio Paradiſi cęleſtis, ideſt, Eccleſiæ triumphantis, ob communitatem, quia B. Virgo communiter omnibus fructificauit Chriſtum, ſcilicet Angelis, hominibus in limbo, præteritis, præſentibus, & futuris. *Idem ibid.*

Lignum vitæ; ſicut enim Lignum viridius erat cæteris lignis, ſic Maria ſanctior cæteris Sanctis, quia virorũ deſignat ſanctitatem; non enim ad menſuram data eſt ei gratia, ſed ſuper excellenter datum eſt ei totum, quicquid

purę

purè dari potuit creaturę. *Idem ibidem.*

Lignum fructuoſum. *D. Bonauent. in Speculo B. Virg. cap. 16. & vltim.*

Lignum dulcificans aquas tribulationum. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Exodi.*

Lignum vitę proferens benedictum fructum. Geneſ. 2. de quo guſtans, mortem non guſtabit in ęternum, quinimo in ęternum viuet. Ioan. 6. *D. Bernard. Senenſ. Tom. 3. ſerm. 5. de gloriaſo Nomine Mariæ. Bernard. de Buſt. ſer. 5 de Nominat. Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſer. 5. Coronę nouæ B. M.*

Lignum aquas amaras dulcorans. D. *Antoninus in ſum. 3. par. tit. 31. cap. 3.*

Lignum, quod Spiritus ſanctus inuiſibilites arſit in ſacrificio Filij ſui. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 35.*

Lignum imputribile. *Bernard. de Buſt. ſer. 2. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Lignum vitę in Paradiſo Eccleſię reficiens prælatos cibo Sapientię, & ſubditos cibo ſalutaris obedientię. *Idem in ſuo Mariali ſer. 2. de Coronat. B. Mariæ.*

Lignum vitę dulciſſimum, cuius ſancti nominis inuocatio procul fugat omne malignum. *Io: Trith. lib. 1. de Miraculis B. V. in Vrticeto c. 6.*

Lignum fructiferum ob maternitatem. *Philippus de Greue ſer. 328. in Pſal. 148.*

Lignum vitę, quod Deus poſuit in medio Paradiſi Geneſ. 2. *Maurit. de Villaprobata ſer. 9. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

LIGVRIVS, quia ſi Ligurius gemma, ferrum à vulnere extrahit; obſterricante manu miſericordię, Marię eijcitur frequenter coluber torruoſus per confeſſionem ſecundum Iob. 26. *Ern. Prag. in Mariali cap. 42.*

Ligurius ſpiritualis, Ligurio lapide virtuoſior, quę non ſolum corporaliter, ſed etiam ſpiritualiter meritis ſuis, & precibus dolorem ſtomachi releuat, fluxus ventris nimium ſedat, icteritię morbum curat, viſus debilitatem releuat, febres animę peſtilentiales efficacitee ſanat. *Io. Trith. lib. 1. de Miraculis B. Virg. in Vrticeto cap. 7.*

LILIVM immaculatum, quod roſam immarceſcibilem genuit Chriſtum. D. *Epiph. in ſer. de Laud. SS. Virg.*

Lilium conuallium. D. *Ephrem in ſerm. de Laud. B. Mariæ Virg. & D. Bernard. ſerm. 3. ſuper Salue Regina.*

Lilium incorruptum, ſuauiſſimum odorem emittens. S. *Ioann. Chryſ. orat. 7. in SS. Deip.*

Lilium puriſſimum, in medio ſpinarum inuentum. S. *Sabba in Menæis Græcor. die 29. Ianuarij, & Ioſeph hymn. in Mariali.*

Lilium candidius niue, vnguentiſque fragrantius, virgineo cinctum ſplendore. *S. German. orat. in Annunc. B. Virg.*

Lilium, cuius proles Ieſus, qui lilia agri circumueſtit. *S. Ioan. Damaſc. orat. 4. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Lilium, ex qua Chriſtus, nentę nemine, abſque vlla ſemente, Salomonis ornatum omnem decore ſuo obſcurante ſtola indutus eſt. *Idem ibidem.*

Lilium in medio ſpinarum caſtitatis nitore, & virginitatis luce fulgens. *Idem in Paraclet. Beat. Virg.*

Lilium inter ſpinas, ex nobiliſſima, & maximè Regia radice ortum. *Idem orat. 1. de Natiuitate B. Mariæ.*

Lilium Regij indumenti. *Idem orat. 3. de Aſſumptione B. Virg.*

Lilium in medio ſpinarum puritatis ſplendore, & luce virginitatis coruſcans. S. *Io. Damaſc. in Octoec. Græcor.*

Lilium Spiritus ſancti purpura tinctum, in medio ſpinarum refulgens, & ſuauitate odoris repleus eos, qui eam legitimè magnificane. *Idem ibidem.*

Lilium candeſcens exterius munditia puritatis, flammeſcens intus charitate, & fragrans paſſim odore bonę opinionis. *Paulus Diac. ſer. 2. de Aſſumpt. apud Ceraſalam Tom. 6.*

Lilium, in quo vniuerſorum Sator poſuit tabernaculum ſuum, afflans nobis ſuauiſſimum religionis, ac ſanctitatis odorem. S. *Ioſeph hymnog. in Mariali.*

Lilium, quod collegit diuiniſſimum Verbum, odore implens naturam noſtram plenam fœtore peccati. *Idem ibidem.*

Lilium virtutis, ac pietatis odoribus nos perfundens in huius mundi vallibus à Creatore omnium inuentum. *Idem ibidem.*

Lilium, qnia ſicut lilium candorem ſuum retinet inter ſpinas, & quanto magis ab illis pũgitur meliorem emittit odoris fragrantiam: ita Beata Virgo dum à nequam Iudęis in Filio ſuo benedicto pungebatur, ſemper retinuit mentis innocentiam, & animi puritatem, non reddens malum pro malo, nec pro maledicto retribuens maledictum. *Idiota de B. V. par. 14. Contemplat. 42.*

Lilium, quia ſicut lilium dolores mitigat, & ardores extinguit: ſic Beata Virgo precibus ſuis, & exemplis nobis peccatoribus, & miſeris ſeruis ſuis noxias refrenat, & extinguit concupiſcentias, & mitigat dolores animę conſolationes transfundendo in eam. *Idem ibidem.*

Lilium, quia ſicut lilium ſpinis, inter quas naſcitur, pręſtantius eſt abſque comparatione: ita Beata Virgo iudęis, de quibus nata eſt, imò in eius comparatione ſpinę reputantur animę ſanctę, & virtutes Angelicę. *Idem ibid.*

Lilium, qnia ſicut lilium totum quod haber odoris fructus, & amœnitatis tranſmittit ad ſummum, & collocat in capite ſuo: ſic B. Virgo diuinę Trinitati, quidquid boni habüit, attribuit dicens: Fecit mihi magna, qui potens eſt. *Idem ibidem.*

Lilium ratione candoris, qui ſignificat innocentiam, & peccati immunitatem. *Idem ibidem.*

Lilium in medio ſpinarum propter humanę nequitiam confuſionis. *Leo Imperator in orat. de Præſentat. B. Virg.*

Lilium, quod in medio confuſiſſimi, & perturbatiſſimi paſſionum humanę naturę campi effloruit, & propter hoo Rex ex ſua celſitudine, ſine eius detrimento deſcendens, cum terrigenis habitauit, conſtructa ſibi ex ſuaueolentia eius domo. *Idem in orat. de Annunciat. B. Virg.*

Lilium niue candidius. *Io. Geom. in B. V. hym. 2.*

Lilium inter ſpinas, quia de ſpinoſa propagine Iudæorum nata candeſcebat munditia virgineę caſtitatis in corpore, flammeſcebat autem ardore geminę charitatis in mente, fragrabat paſſim odore boni operis, tędebat ad ſublimia intentione continua cordis. *D. Petrus Damian-hom. in Natiu. B. M. V.*

Lilium celeſte, per florem cuius vnicum, fidelibus eſt æternum teſtamentum diſpoſitum. *D. Anſelmus in Pſalt. B. V. par. 2.*

Lilium, quia ſi lilij natura eſt, vt defecto ſolo tenus ſtipite terra obuoluatur, aut aquę ab imo inferatur, coma eius efflloreat, ac ſi radicitus hęreat: Virgo radice caruit, quia ad concipiendum Dei Filium vſus omnino naturæ defecit. Ab humana ergo dum maſſa ſuccidit, humilitatis terra inferius, introrſus videlicet ſepelitur, ſancto pariter ſpiritu humectatur, indę candor diuinę illius humanitatis egreditur, cuius fidelium Vniuerſitas ſingulari odore nutritur. Cuius folia repanda patent, quia virtutum ipſius claritudines ad noſtra ſe exempla retorquent. Subtiliſſimi intus virgularum radioli aureum colorem præferunt, quia omnes eius motus intrinſeci ſupernę ſapientię gloriam promunt. *Guibertus Abbas in lib. de Laud. BM. cap. 13.*

Lilium inter ſpinas, id eſt, inter blaſphemias Iudęorum, & ſectas hæreticorum. *Rupert. Abbas lib. 1. Commentar. in Cant. Canticor.*

Lilium præcipuum, Mater ſummi Lilij boni Ieſu. D. *Bernar. in Tract. de Paſſione Dom. c. 26.*

Lilium verum, verè viridantibus floribus redimitum. *Idem ibidem.*

Lilium, cuius lucem floridam circumfuſę tenebrę non obſcurant, cuius integram pulchritudinem minaces tribulę non triturant. *S. Petrus Maurit. Cluniac. lib. 2. in Cantic. Canticor. cap. 20.*

Lilium, quod inter ſpinas, id eſt, curas, & ſollicitudines huius vitę oritur, & accreſcit; inter obſcuras lucet, inter aſperas manſuefcit; flante vento impulſum nonnullas videtur ſentire punitiones, ſed candoris, & odoris nullas ſubſtinet leſiones. *Idem ibidem.*

Lilium, quod inter ſpinas Iudęorum, & gentilium floruit, illæſumque pariter candorem, & odorem proprium tenuit, dum nihil culpę ſibi ex illorum malitia contrahens, inuicta patientia linguas reſpuit detrahentes. *Idem ibidem.*

Lilium inter ſpinas. *Guliel. Parius in c. 2. Cant.*

Lilium Liliorum. *Idem ibidem.*

Lilium virginitatis. *Idem ibid. S. Petrus Maurit. Cluniac. præfa in honorem Matris Domini tom. 12. Biblioth. PP. & Arnold. Boſt. in offic. Concept. Beatę Mariæ.*

Lilium conuallium, id eſt, ornatus humilium parentum. *Honorius Auguſtod. in Sigill. Beatæ Mariæ.*

Lilium verè redolens. *Theodorus Laſcbus Imper. in Canone de SS. Deipara.*

Lilium, cuius radix, quę latet ſub terra, eſt fides, quia fides eſt de occultis; cuius haſtile, quod in altum ſurgit, eſt ſpes in cęleſtibus; cuius flos candidus intus, & extra, eſt innocentia virginalis. *Richar. à S. Lauren. de Laud. SS. Virg. lib. 12.*

Lilium, quia ſicut Lilium candorem ſuum retinet inter ſpinas, & quantò magis ab illis pũgitur, maiorem emittit odoris fragrantiam: ſic Maria, dum à nequam Iudęis in Filio pungeretur, ſemper retinuit mentis innocentiam, non reddens malum pro malo, nec pro maledicto retribuens maledictum; imò cum ipſius mentem pertranſiret gladius paſſionis, vbi tota compuncta eſt, vt diceret cum Suſanna, quę interpretatur Lilium: Anguſtię mihi ſunt vndique. Dan. 13. tunc veriſſimè dixiſſe viſa eſt illud. Cant. 1. Cum eſſet Rex in accubitu ſuo, id eſt in humiliatione crucis, nardus mea dedit odorem ſuum. *Idem ibidem.*

Lilium, quia ſicut Lilium dolores mitigat, & ardores extinguit: ſic Maria precibus ſuis, & exemplis in nobis peccatoribus, & in ſeruis ſuis, quam maximè noxias refrenat, & extinguit concupiſcentias, & mitigat dolores animæ, conſolationes gratiæ transfundendo in eam, vt ei veriſſimè poſſit dici: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ, ò Maria, lętificauerunt animam meam. Pſal. 93. *Idem ibid.*

Lilium, quia ſicut Lilium ſpinis inter quas naſcitur, præſtantius eſt abſque comparatione: ſic Maria Iudæis, de quibus nata eſt, vnde ſicut ſpina roſam genuit, Iudęa Mariam; imò in eius comparatione ſpinę reputantur, & animæ ſanctę, & virtutes angelicę, quia ſicut dicitur Iob. 25. Luna non ſplendet, & ſtellę non ſunt mundę in conſpectu eius. *Idem ibidem.*

Lilium, quia ſicut Lilium totum, quod habet odoris, & decoris, fructus, & amœnitatis tranſmittit ad ſummum, & collocat in capite ſuo: ſic Maria Deo Trinitati, quicquid boni habet, attribuit dicens: Fecit mihi magna qui potens eſt. Lucę 1. quaſi diceret cũ Apoſtolo illud 1. Corint. 15. Gratia Dei ſum id, quod ſum; & hoc facit exemplo Filij ſui Patri, à quo habet originem, omnia attribuentis, vndè dicit Ioann. 17. Pater, omnia mea tua ſunt. *Idem ibidem.*

Lilium, quia ſi in Lilio flos fructus eſt: in Beata

Virgi-

Virgine flos eius, ideſt, Chriſtus fructus eius, vnde & ipſa dicit Eccl. 24. Flores mei fructus honoris, & honeſtatis; Chriſtus enim flos eſt expectantibus, fructus fruentibus, flos in via, fructus in patria. *Idem ibidem.*

Lilium ſine ſpina. *Ioan. Hailgrin. cap. 2. Cantic. Canticor.*

Lilium cæleſte. *D. Bonauent. in Laud. B. V. M.*

Lilium, quod in virginitatis virore, & pulchritudine ſemper permanſit. *Albert. Magn. in ſerm. de B. V. M. qui eſt 56. inter ſermones de Sanctis.*

Lilium totius caſtitatis, & odoris. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Canticor.*

Lilium virginitatis candore ſplendidum. *Idem in ſerm. de B. Virg. qui eſt 56. inter ſermones de Sanctis.*

Lilium candens ſine macula, abundans, imò ſuperabūdans floribus omnigenarum virtutū, vt per ipſam noſtra ditetur inopia. *S. Gertrudis Inſinuat. diuinæ pietatis lib. 2. cap. 17. apud Coccium tom. 1. cap. 269.*

Lilium extra (ideſt in carne) candidum per virginitatem, intus (ſcilicet in mente) aureum per charitatem, & intus, & extra (ideſt in corde, & in conuerſatione) odoriferum per humilitatem. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſer. 6. L. Arnold. Boſt. ſer. 1. de Aſſimil. B. M. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 2. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Lilium habens rectum haſtile ſurſum, id eſt animum rectum ad Deum, & folia dependentia deorſum, ſibi de beneficijs regratiando, & in eum ſemper exultando ſpiritualiter. *Idem ibidem.*

Lilium multiplicis virtutis, ſanans tumorem ſuperbiæ exemplo ſuę humilitatis, purgans ſaniem luxuriæ exemplo ſuæ virginitatis, curans morſum ſerpentinæ auaritiæ exemplo ſuæ paupertatis. *Idem ibidem.*

Lilium, quod de ſpinis, ideſt de Iudæis Spinoſis ortum, & ab eis punctum ſpina doloris, ſemper ſeruauit candorem ſuæ innocentiæ, & odorem ſuæ famæ, & quanto plus aduerſitates eam pungebant, tanto maiorem odorem ſpargebat. *Idem ibidem.*

Lilium, quod totum odorem, & candorem miſit ad ſummum, id eſt, omnem ſanctitatem, & gratiam remiſit ad Deum. *Idem ibidem.*

Lilium inter ſpinas, quia ſicut lilium inter ſpinas oriens, quanto magis à ſpinis pungitur, tanto maior odor ab eo emittitur: ſic B. Virgo quanto maiorem à Iudæis ſuſtinuit perſecutionem, tanto ipſius patientia maior bonæ opinionis fragrauit redolentia. *Alan. Inſul. in ſerm. de B. Maria.*

Lilium in medio ſpinarum, quia ſola in medio earum, quæ in triſtitia ſunt filiarum Adam, gaudium, & lætitiam ex Dei nuncio eſt conſecuta. *Matthæus Cantacuzenus in cap. 2. Cant. Canticor. Salomon.*

Lilium ſuauiſſimè redolens, quod puritatis vnguento omnes animarum maculas perflauit, atque purgauit. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 6.*

Lilium conuallium, ideſt, proles floridiſſima ſuorum parentum humilium, à quibus velut ſpecioſiſſimum lilium eſt exorta, ita vt nec Salomon in omni gloria ſua ornatus fuerit, vt lilium iſtud. *Dion. Carth. in Cant. art. 8.*

Lilium conuallium, præclare venuſtans corda humilium. *Idem ibidem.*

Lilium, quia ſicut lilium eſt flos creſcens in altum, & tamen repanda, ac dependentia ſolia, granaque aurea habens: ita B. Virgo creuit in omnium arcem virtutum, & nihilominus excellentiam ſuarum virtutum per humilitatem depreſſit, fide quoque, ſpe, & charitate, ac donis Spiritus ſancti tanquam aureis granis ornatiſſima extitit. *Idem ibidem.*

Lilium caſtitatis, & decus Virginum. *Arnoldus Boſtius cap. 1. de Patron. Deip. V. in Carm. ord.*

Lilium è ſpinis ortum ſine ſpinis. *Idem ſer. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Lilium nitidæ caſtitatis, & puriſſimæ virginitatis, *Idem ſerm. 4. de Aſſimil. B. M.*

Lilium, quod quicquid odoris, & candoris habuit, totum miſit ad ſummum, ideſt, quicquid habuit ſanctitatis, & gratiæ totum ſemper remiſit ad Deum. *Idem ſerm. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Lilium, quod ſpinis tribulationum punctum, nunquam amiſit candorem ſuæ innocentiæ, nec odorem ſuę famæ, imò quanto magis pungebatur afflictionibus, tanto maiorem ſpirabat odorem patientiæ, & ſanctitatis. *Idem ibidem.*

Lilium virginale pretioſiſſimum. *Idem ibidem, & Maurit. de Villaprobata ſerm. 2. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Lilium vnicum caſtitatis. *Io. Trith. de Miraculis B. Virg. prope Dittelbach lib. 1. cap. 10.*

Lilium, quia ſicut lilium odorem producit ſine ſui corruptione, ità ipſa produxit Filium cum integritate. *Philipp. de Greue ſer. 190. Pſ. 88.*

Lilium inter ſpinas, quia ſicut lilium quanto magis à ſpinis pungitur, tanto magis eius odor ſentitur: ſic Beata Virgo quanto magis pungebatur afflictionibus, tāto maiorem ſpirabat odorem patientiæ, & ſanctitatis. *Maurit. de Villaprob. ſer. 2. Coronæ nouæ B. M.*

Lilium odoris. *Idem ſer. 30. Coronæ nouæ B. M.*

Lilium inter ſpinas, cuius virginitatis decus ſpinæ virilis conſortij non lacerare, neque dehoneſtare potuerunt. *Marcus Vigerius in Decachordo Chriſtiano lib. 1. cap. 13.*

Lilium candens munditię, & puritatis, in qua nullus vnquam peccati aculeus extitit. *Dion. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Virg.*

Lilium puritatis, munditiæ, & candoris virginalis, omni carens macula. *Idem ibidem.*

Lilium candidiſſimum, & puriſſimum. *S. Thomas de Villanoua in Conc. 2. de Aſſumpt. B. V.*

Lilium candidum fulgidæ, ſempiterneque tranquillæ

quillæ Trinitatis. *Idem in Salutat. alia B.V.*

LIMEN cæleſtis patriæ, quo egreſſus tanquam de Thalamo Sponſus, viſitauit nos oriens ex alto. *Petrus Cellenſis ſerm. de B.V.M.*

Limen; ſi enim Limen ingreſſus eſt domus, vel templi, per Beatam Virginem ingrediuntur fideles in Eccleſiam cæleſtem, & Templum vitæ æternæ, quod idem eſt. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 10.*

LIMES medius inter legem, & gratiam. *Abſalon Abbas ſerm. 2. de Saluatoris Adven.*

Limes pietatis. *Alanus de Inſul. in Anticlaud. l. 5*

Limes Legis, & Euangelij. *Ioannes Picus lib. 3. in Cantic. cap. 5.*

LIMVS, qui eſt terra tractabilis, deſignata per limum, de quo formatus eſt primus homo. Gen. 2. erat enim B. Virgo quaſi arida, id eſt, terra ſicca ab humore nociuo ante Filij incarnationem; acceſſit gratia Spiritus ſancti, quaſi fons irrigans, & plene rigauit Mariam, & ex tali coniunctione factus eſt limus, de quo formatus eſt Chriſtus. *Richar. à S. Laur. de Laud. SS. Virg. lib. 8.*

Limus terræ, pietate tractabilis, de quo Deus Pater, vel Trinitas formauit hominem, ſcilicet, Chriſtum, *Hugo Carenſ. in c. 2. Geneſ.*

LINGVA à Deo mota. *Iacobus Monachus in Mariali in orat. 5.*

Lingua tacentium. *Idem in Mariali orat. 6.*

LIQVATRIX peccatorum. *S. Anſelm. Lucenſis ſuper Aue Maria.*

LIQVOR fontis vitæ æternæ, quem miſit nobis ille fons æternus ad nos alluendum, rigandum, & fœcundandum. *Richard. à S. Laur. de Laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 9.*

LOCELLVM infiniti Conditoris. *Coſmas Hieroſolym. in Theogoniam Hymn. 9.*

LOCVLVS virgineus ſanctitatis. *Anonymus in Euchologſeu Rituali Græcor. in officio exequiar.*

Loculus Dei animatus. *S. Ioan. Damaſcen. in Can. de Sanctiſſ. Trinitate.*

Loculus Immenſi. *Idem ibidem.*

Loculus, quo vaſa Domini figuram recipiunt. *Philippus de Greue ſer. 132. in Pſalm. 86.*

LOCVPLETATRIX indigentium. *D. Bonauent. in Speculo B. Virg. cap. 8.*

LOCVS ingens poſſeſſiouis Dei, magnus, & non habens finem, ſublimis, atque immenſus. *S. Methodius in hom. in Feſto Purific. B.V.*

Locus longe capaciſſimus naturæ, quæ capi non poteſt. *S. Io. Chryſoſt. hom. in Chriſti Natal.*

Locus ſanctificatus. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de Laud. B. Virgin.*

Locus eius, qui loco capi nequit. *D. Cyrillus homil. 6. Epheſi dicta contra Neſtorium.*

Locus bene capax Dei, qui nuſquam capi poteſt. *Andr. Cret. orat. 1. in Annunc. B.V.*

Locus quietis. *Anaſtaſius Antiochen. in orat. 1. in Annunciat. B. Virg.*

Locus cum vno tantum adnectantes cohærens. *D. Hildephonſ. in lib. 1. de Virginit. S. Mariæ cap. 2.*

Locus glorioſus illius Dei, quem non capit diuerſitas vniuerſa locorum. *Idem ibidem.*

Locus, de quo Gen. 28. Quam terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli. Et Ezech. 3. Et aſſumpſit me ſpiritus, & audiui poſt me vocem commotionis magnę, benedicta gloria Domini, de loco ſancto ſuo, & Pſ. 131. Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitionem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. *S. German. Conſtant. ſerm. in Natiu. B. Virg.*

Locus incomprehenſibilitatis diuinæ. *Coſmas Hieroſolym. in Menæis Græcor. die 24. Ianuarij.*

Locus Dei ipſum vtero complexa, qui in omnibus incomprehenſus exiſtit, in cuius pugillo ſint omnia, ipſeque eius in manibus adhæſit, quod etiam verbis expreſſum intelligere, & intellectum nemo ſatis conijcere poſſit. *S. Io: Damaſcen. orat. 4. de Natiuit. B. Virg.*

Locus Dei, qui comprehendi nequit. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Locus diuinus ſanctificationis exinanitæ, pro beneficio facturæ ſuæ, ſanctificans animas noſtras, & cogitationes noſtras illuminans. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Locus Domini, Dei greſſu calcata terra, omni exemptum loco, ea ratione, qua Deus eſt, carnis aſſumptione loco deuinciens, ex qua is, qui ſimplex erat, compoſitus: qui ſempiternus, temporalis: qui incirc umſcriptus, circumſcriptus exiſtit. *Idem orat. 4. de Natiuit. B. Virg.*

Locus, in quo propriè, ac verè admiranda illa Dei cum hominibus coniunctio facta eſt, ac cœleſtia terreſtribus iuncta ſunt, Deo, quæ hominis ſunt, & homini, quæ Dei ſunt viciſſim communicata. *Idem ibidem.*

Locus ſanctus, ſanctiſſimo Verbo editus. *Idem ibidem.*

Locus Emanuelis, omniumque Regis Chriſti. *Ioannes Eubeus in Concept. Dei Genitricis.*

Locus Dei ſanctitate ornatus. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Locus intelligibilis ſanctificationis. *Idem ibid.*

Locus ſanctificationis, ex quo Deus apparuit ſanctificans. *Idem ibidem.*

Locus ſanctificationis gloriæ. *Idem ibidem.*

Locus Verbi, *Idem ibidem.*

Locus implentis omnia. *Leo Imperator in orat. de Præſentat. B. Virg.*

Locus, in quo habitauit tota plenitudo Diuinitatis. *Idem ibidem.*

Locus, voluptatis, de quo fons ille debebat aſcendere, qui vniuerſam terræ ſuperficiem irrigaret. *D. Petrus Damian. ſerm. de Annunciat. B. Virg. Mariæ.*

Locus voluptatis Dei. ex quo egreſſus eſt fluuius, ideſt, initium accepit ſanctum Euangelium, vt per vniuerſum mundum ſpiritualem irriget Paradiſum: diuiſus in quatuor capita, ideſt quatuor neceſſaria ſalutis Sacramenta,

quæ

quæ videlicet, ſunt, Incarnatio, Paſſio, Reſurrectio, atque Aſcenſio Domini. *Rupertus Abbas lib.4. Commentar.in Cant. Cantic.*

Locus conflationis, in quo Spiritus ſanctus ineffabili operatione diuinam, & humanam naturam in vnam perſonam conflauit. *Abſalon Abbas ſerm.1.de Aſſumpt.B.V.*

Locus defenſionis. *Theod.Laſc. in Poem.B.V.*

Locus, à quo omnia bona veniẽ, gratię, & gloriæ nobis affluxerunt, & affluunt inceſſanter, ad quem reuerti debent per iugem recordationem, per debitam venerationem, & per gratiarum actionem, vt iterum fluant. *Rich. à S.Laur.de Laud.SS.Virg.lib.2.*

Locus pedum Chriſti glorificatus, de quo dicit ipſe Chriſtus Iſa.60. Locum pedum meorum glorificabo; caput enim Chriſti diuinitas. 1. Cor. 11. Caput Chriſti Deus, pedes vero, quibus venit ad nos, humanitas, cuius locus B. Virgo, quem ſcilicet locum, prout poſſumus, debemus honorare, quia omnia bona veniẽ, gratię, & gloriæ nobis indè affluxerunt, & affluunt inceſſanter. *Idem ibidem.*

Locus ſanctificationis Dei, non ſolum quia locum iſtum ſanctificauit Dominus, vndè Pſal. 45. Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus; ſed etiam, quia ipſe Dominus voluit ibi ſanctificari. Vndè dixit Io. 17. Ego pro eis ſanctifico me ipſum; ipſe enim, vt dicit Aug. ſanctificauit ſe hominem, in ſe Verbo, quando factus eſt ſanctus ſanctitate creata, qui ab æterno ſanctus fuerat ſanctitate increata. *Idem de Laud. ſanctiſſ. Virg.lib.10.*

Locus ſanctificationis noſtræ, quia ipſa eſt templum Dei, in quo diuina miſteria celebrantur, per quæ ſanctificantur, qui de peccatoribus fiunt iuſti, & in ipſa celebratum fuit illud Sacramentum, ex quo noſtra ſanctificatio procedit, nempè Incarnatio Saluatoris. *Idem ibidem.*

Locus terribilis, Dæmonibus, ſcilicet, & aereis poteſtatibus; vndè dixit Iacob Gen.28. Quã terribilis eſt locus iſte, non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cęli. *Idem ibidem.*

Locus Domini. *Alb.Mag. ſuper Miſſus eſt c.121.*

Locus omnium gratiarum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 53.*

Locus terribilis Dæmonibus, amabilis hominibus, delectabilis Deo. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſis.*

Locus theſaurorum Dei. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Matth.*

Locus vnionis Diuinitatis, & humanę naturæ. Iob.28. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librũ Iob.*

Locus mira ſanctitate prædituus, in quo Dei ſanctificatio proguata eſt. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

Locus beatitudinis, omnium bonorum congregatione perfectus. *Ern.Prag.in Mariali c. 2.*

Locus ſummæ claritatis, ſummæ capacitatis, ſummę ſublimitatis, ſummę iucunditatis, & ſummæ dignitatis. *Idem ibidem.*

Locus voluptatis, in quo corporaliter, id eſt, veraciter, & realiter habitauit, non figuraliter, vel vmbraticè plenitudo diuinitatis; eſt enim Deus ſumma voluptas, & iucunditas, cuius torrente voluptatis ſancti potantur. in cuius etiam dextera ſunt delectationes vſque ad finem. *Anton.Pocq.ſerm.1.de Concept.B.V.*

Locus voluptatis, quia Dei habitatio ſpecialis; ſi quidem elegit eam Deus in habitationem ſibi non ſimilem cęteris, in quibus ſolet perficere, & charitate habitare, ſed præ cunctis peculiarem, vt in eius requieſceret tabernaculo, illius, & omnium Creator. *Idem ibidem.*

Locus voluptatis, quia habitauit in ea Sanctorum deliciæ Deus non ſolum corporaliter, ſed potiſſimum ſpiritualiter, idque perpetuò, & inſeparabiliter per gratiæ plenitudinis effuſionem. *Idem ibidem.*

Locus verus refugij rationabiliter comparatus illi, quem Romulus Romam fundando, in quo omnes malefactores in ſecuritate erant, & libertate. *Io.Gerſ.in ſer.de Purific. B.V.*

Locus noſtræ ſanctificationis, id eſt, Chriſti. *Paulus de Heredia in Tract.de Concep.B.V. & Petrus Galat. lib.7.de Arcanis cap.18.*

Locus idoneus Filio Dei. *Bernard.de Buſtis ſer. 5.de Natiuit. B. Mariæ.*

Locus, in quo abſconditus eſt Deus. *Idem in ſuo Mariali ſer.6.de Concept.B.M.*

Locus amœniſſimus, & tutiſſimus in Eccleſia. *Maurin.de Villaprob.ſer.30. Corona noua B.M.*

Locus Dei pacificus. *Idem ſerm.33. Corona noua Beatæ Mariæ.*

Locus voluptatis, in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera, & adoramenta virtutum. *Idem ſer. 30. Corona noua B. Mariæ.*

LOCVTIO certa fidelium. *Andr.Cretenſ.orat.2. in Annunciat.*

Locutio horroꝛe plena. *S.Ioſeph Hymn.in Maria.*

LOQVELA Dei. *Io.Epiſc.Aretinus in Tract. de Dormitione B. Mariæ.*

LORICA eorum, qui rerum ſumma patiuntur. *Georg.Nicomed.orat.3.de Præſent.Virg.Mariæ.*

LVCERNA clariſſima. *D. Ephrem. in ſerm. de Laud.SS. Virg.*

Lucerna diuina. *Andreas Creten.Can.in Tranſiguꝛat. Domini.*

Lucerna ſeptenario lumine fulgens. *Idem Can. in Iſaiam Prophetam.*

Lucera ſplendida. *Idem orat.3.de Dormit. B.V.*

Lucerna tota lucida, ſolis lampadem ferens. *Idem in Can. in S. Andream Apoſtolum.*

Lucerna oris expers à ſe ipſa ingiter ardens. *Iſychius ſerm.2.de Laud. Virg.*

Lucerna luminis aurea. *Anonym. in Euchołog. ſeu Rituali Græc.in Officio Aquæ benedictæ mentis.*

Lucerna, per quam, qui ſedebamus in tenebris, magna luce illuminati ſumus. *S. Germanus orat.in Zona Deiparæ.*

Lucerna aurea, lucernam extinctam cordis noſtri accendens. *S.Io.Damaſ. in Paracl. Virg.*

Lucerna luce totum mundum illuſtrante præfulgens,

gens, & illuſtrioſ factibus Solis. *Idem in Menais Græcor. die 15. Ianuarij.*

Lucerna luminis, quod ex Patre exortum eſt ante ſecula. *Idem in Parael. B. Virg.*

Lucerna aurea luce refulgens. *Idem in Can. SS. Deiparæ.*

Lucerna aurea lucem inacceſſibilem ineffabili ratione accipiens. *Idem in Octoec. Græcor.*

Lucerna fulgoris rerræ fines illuſtrans omnino aureo lumine prędita, tota pulchra, & tota immaculata, quæ lucem occaſu carentem fidelibus protulit. *Idem Can. in SS. Martyr. Eul. & Eulamp.*

Lucerna lucis. *Idem Can. in Annunc. Deiparæ.*

Lucerna luminoſa ignis immaterialis. *Idem Can. 2. in Dormit. B. Mariæ.*

Lucerna multi luminis. *Idem in Can. SS. Deiparæ*

Lucerna aurea, lychnum cordis noſtri extinctum accendens. *S. Joſeph Hymn. in Mariali.*

Lucerna auro collucens, quę lumen illud in reuelationem gentium peperit, quod diuina ſcientia vniuerſum terrarum orbem illuminauit. *Idem ibidem.*

Lucerna illuminatiua, à Propheta prędiſa, geſtās lumen ortum de lumine, quod ea, quæ antea tenebris offuſa erant, ſplendoribus meffabilis diuinitatis ſuæ copioſè illuminauit. *Idē ibidē*

Lucerna illuminatiua, diuinam lampadem verè in ſe ipſa ferens Solem, ſcilicet, Deum ſuper ſubſtantialem, qui propter viſcera miſericordiæ ſuę, ex ea homo factus eſt. *Idē ibid.*

Lucerna inextinguibilis. *Idem ibidem.*

Lucerna lucida, tota aurea. *Idem ibidem.*

Lucerna refulgens, in qua ignis diuinitatis commoratus, illuminauit eos, qui in obſcura coruptionis nocte detinebantur. *Idem ibid.*

Lucerna ſeptena luce radians, diuinæ ſcientiæ ignem ferens, qui ignorantiæ tenebris periclitantibus lucet. *Idem ibidem.*

Lucerna ſpiritualis, ac ſplendidiſſima, quæ ignem intolerabilem in ſe recepit. *Idem ibid.*

Lucerna ſplendens, ex qua Iubar verè admirabile vniuerſum mundum illuminat. *Idem ibid.*

Lucerna ſplendens, aureo æternæ lucis fulgore coruſcans, in qua eadem lux inhabitans, eos, qui in nocte malorum morantur, illuminat, impietatis nebulam diſſoluit, & omnes per fidem participes diei verè efficit. *Idem ibidem.*

Lucerna gratiæ, & fidei poſita ſuper Candelabrum. *Idiota de B. Virg. part. 14. Contempl. 1. & Rieard. à S. Laurent. de Laud. B. M. lib. 6.*

Lucerna Domini. *Idiota in ſua contempl. de V. M.*

Lucerna, ex qua ſplendor Patris eluceſcens, cum mundum Genitori in templum dedicaſſet, eundem ſuæ cognitionis lumine colluſtrauit. *Leo Imperator in orat. de Annunc. B. V.*

Lucerna perpetuo lucens, & nunquam extincta, per quam à tenebroſa peccati morte liberati ſumus, & liberamur. *Idem in orat. de Aſſumpt. B. M. Virg.*

Lucerna, quæ gratiarum lucem fidelibus aſſert. *Theodor. Laſch. Imperator in Can. ad S. Deip.*

Lucerna refulgens. *Idem ibidem.*

Lucerna à Domino pleniſſimè illuminata, per quam tenebras animarum noſtrarum fugat, & fugauit. *D. Bonau. in ſpeculo. B. V. cap. 3.*

Lucerna Eccleſiæ, ad hoc illuminata à Deo, vt per ipſam contra tenebras mundi illuminaretur Eccleſia. *Idem ibidem.*

Lucerna lucida. *Idem ibidem.*

Lucerna omnibus lucens Matth. 5. neque accendunt, ideſt, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: lucernam, ideſt, Mariam, quæ accenſa fuit in die incarnationis: & ponunt eam ſub modio, ſicut faciunt ipſam inhonorantes: ſed ſuper candelabrum, ideſt, Eccleſiam: vt luceat indifferenter omnibus, qui in domo ſunt, ideſt, in Eccleſia, vel in mundo. *Albertus Magnus in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Matthæi*

Lucerna pedibus peccatoris, reducens eum in viam ſalutis æternæ. *Idem ſerm. 3. in Nat. B. V.*

Lucerna ardens, quæ ad Dei amorem multos inflāmauit. *Iacob de Vorag. ſer. 6. de Aſſump. V.*

Lucerna ardens, quę mundum frigidum inflammauit. *Idem ibidem.*

Lucerna totius Diuinitatis ſupernæ. *Idem in Mariali ſerm. 2. S.*

Lucerna electa, quæ humilitatis, & obedientiæ flāmis in hoc tenebroſo mundo radiauit. *D. Brigitta in ſer. Angel. de Excel. Mariæ cap. 12.*

Lucerna Confeſſoribus. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Deiparæ Mariæ fruct. 8.*

Lucerna, quam Deus illuminando, alios vitæ exemplis illuminauit. *Idem ibidem.*

Lucerna ſpiritualis accenſa, & illuminata per gratiam. *D. Laur. Iuſtin. in lib. de humil. cap. 21.*

Lucerna ardens, & lucens, cœlitus accenſa, Spiritus ſancti radijs transfixa, quæ intra virginea, caſtiſſimaque viſcera lumen ſuperclarum geſtauit, cuius ſplendore omnia intima eius inſtar Solis, in ſe ipſis rutila micabant, luceque mundiſſima intrinſecus venuſta fuerunt. *Dion. Carth. libr. 2. de Præc. Mariæ art. 10.*

Lucerna ardentiſſima, lucentiſſimaque, igne diuino accenſa, æterno lumine impręgnata, quæ lucem incircumſcriptam intrà corpuſculum ex ea ſumptum manentem, intrà virginea viſcera deferebat, tanęque lucis radijs intrà ſe exuberanter nimis micabat, quæ verè, & copioſè mundum illuminauit, dum ſedētibus in tenebris, & vmbra mortis lumen hoc peperit, & lucem oſtendit hominibus Creatorē. *Idem de laud. Deiparæ Virginis lib. 2. art. 24.*

Lucerna ſuperni luminis. *Balduin. Leerſius Collectaneo exemplor. & mirac. cap. 3.*

Lucerna à Domino accenſa, & non abſcondita ſub modio, ſed ſuper candelabrum poſita, vt luceat omnibus. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 4. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Lucerna ardentiſſima, quæ ad Dei amorem multos inflammauit, & mundum frigidum charitatis igne accendit. *Idem ſerm. 2. de Aſſumpt. SS. Deiparę.*

Lucer-

Lucerna ciuitatis superne. *Idem ser.12. in Annunc. B. Virg. Mariæ.*

Lucerna fulgentissima, quæ à principio suæ formationis à Deo illuminata, nunquam fuit lumine priuata. *Idem serm.4.de Assimilat. B.V.*

Lucerna lucidissima omnium fidelium. *Idē ibid. & Io.Trithe.lib.1.de Mirac. B.M.in vrtic.cap.6.*

Lucerna, quæ semper permansit accensa coram diuino Altari, & nunquam fuit extincta, sed seruauit lumen diuinæ gratiæ præbendum viatoribus, vndè possint videre viam salutis. *Bernardin.de Busti is serm. de Assimilat. B. M.*

Lucerna splendens, quæ super candelabrum sanctum originalis iustitiæ posita, totum mundum innocentiæ suæ radijs illustrauit. *Idē in Mariali serm.8.in Concept. SS. Virginis.*

Lucerna virginea semper lucens. *Idem in suo Mariali serm.2. de Coronat. B Mariæ.*

Lucerna inextinguibilis superni luminis. *Io.Trithem.lib.1.de Mirac. B. Virg. in vrticeto cap. 6.*

Lucerna omnium sanctorum. *Idem ibidem.*

Lucerna pietatis. *Idem lib.3.de Miraculis SS. V. in vrticeto.*

Lucerna Domini, quæ à principio suæ conceptionis illuminata, nunquam fuit lumine priuata. *Idem ser.8.Coronæ nouæ SS. Deiparæ.*

Lucerna fulgentissima. *Idem ibidem.*

Lucerna lucidissima, qua illuminantur tenebræ peccatorum. *Idem ibidem.*

Lucerna, quæ semper seruauit lumen gratiæ diuinæ præbendum fidelibus viatoribus. *Idem ibidem.*

Lucerna, quam Deus accendit, & non abscondit sub modio, sed posuit super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. *Idē ib.*

Lucerna splendens super candelabrum sanctum Eccl. 2. *Idem ibidem.*

LVCERNARIVM auro exornatum, quod lumen intellectuale mundo peperit, & tenebrosam nebulam dissipauit. *D. Theodor. Studites in Can. qui canebatur in erect. Sanctarum Imaginum.*

LVCTATRIX contra vitia plusquam omnes. *Rodulphus Ardens hom.1. in Assumpt. Deip. V.*

LVCVS virgineus, ex quo aqua ilia vivens, omniaque viuificans, secundum carnem nata est, & in lucem prodijt. *S. Sophronius orat. in Christi Natalitia.*

LVCIFER, qui nescit occasum. *S. Hildephonsus serm.de Assumpt. Deip. M.*

Lucifer, de quo canit Ecclesia: Oritur vt Lucifer, idest, non tenebrosè in ortu sicut nos, qui nascimur omnes filij iræ Eph. 2. sed ante sanctificata, quam nata, orta est, vt Lucifer, idest, tota clara, & in ipe maioris claritatis, scilicet, Solis Iustitiæ, qui natus est ex ea. *Rich. à S. Laur.de laud. SS. V. lib.1.*

Lucifer, de quo Iob cap. 38. dicit Dominus ad Iob: Nunquid produces Luciferum in tempore suo? id est in tempore gratiæ, quasi diceret: Non tu, sed ego. *Idem ibidem.*

Lucifer, quem produxit Dominus in tempore suo, idest, in tempore gratiæ. Iob, 38. *Idē de laud. B. V. lib.7.*

Lucifer, quia illuminauit nebulosa legis, & Prophetarum pariendo Christum, quem Prophetæ obscurè prædixerant, quia tenebrosa aqua in nubibus aeris Psal. 17. idest, obscura scientia in Prophetis; inde enim dicitur Lucifer, quasi lucem cæcis ferens. *Idē ib.*

Lucifer, quia in vtero suo sacro nouem membris portauit veram lucem, nempè Christum. *Idem de laud. SS. V. lib.1.*

Lucifer, quia sicut Lucifer clarior cæteris stellis; ità Maria in singulis virtutibus sanctorum ordinibus præeminet vniuersis. *Idem ibidem.*

Lucifer, quia sicut Lucifer præeminet omnibus stellis in claritate: ità Maria sanctorum ordinibus vniuersis in dignitate. *Idē de laud. V. l.7.*

Lucifer, quia tulit in se lucem, idest, gratiæ abundantiam, de cuius plenitudine omnes accipimus; inde enim dicitur Lucifer, quasi luce fertilis. *Idem ibidem.*

Lucifer, quia tulit in se veram lucem, idest Christum, qui est Dei sapientia; inde enim Lucifer, quasi lucem ferens. *Idem ibidem.*

Lucifer inter omnia sydera fulgidior, quia plus rutilat in gloria, quam aliquis Angelus, vel etiam aliquis Sanctus. *Albert. Magnus serm.3. in Annunc. B. M.*

Lucifer, quæ solem suum semper comitata est, dum vestigia Filij sui degentis in carne, continuè est secuta. *Idem serm.3.in Natiuit. V.*

Lucifer, quia Dei Filium, qui verus est dies, & Sol æternus, corporali introitu præcessit in mundum, imò, & ipsa verum diem, & Solem æternum, idest, Dei Filium, profugatis tenebris produxit in hunc mundum. *Idē ib.*

Lucifer in quantum dat principium agnitionis diuinæ. *Iacob de Vorag. in Mariali serm. 10. S.*

Lucifer mundi. *S. Mecht. lib.1. gratiæ spirit. c. 45.*

Lucifer, ratione plenitudinis gratiæ, & perfectionis. *Barthol. de Pisis lib.1. de Laud. V. fruct. 8.*

Lucifer rutilans. *D. Laur. Iustin. in lib. de Casto Connubio verbi, & animæ cap.9.*

Lucifer, maiorem vim habens ad illuminandū, quā alię stellę, idest, maiorē vim ad illustrandū mentes hominum, quam alij Sancti. *Bernard. de Busti is serm. 6. de Nominat. SS. V.*

Lucifer, quia excedit pulchritudinem omnium stellarum, idest, Sanctorum. *Maurit. de villa-probata serm.13. Coronæ nouæ SS. V.*

Lucifer placidus. *S. Thomas de villanoua in Concion.2.de Nat. B. Mariæ.*

LVMEN lucidissimum, quo mundus illustratur. *D. Ephrem.in serm.de laud. SS. Deiparæ.*

Lumen probatissimorum Abraham, Isaac, & Iacob. *Idem ibidem.*

Lumen inextinguibile, ac Sole illustrius. *S. Io. Chrys. hom. in Christi Natal.*

Lumen Monachorum. *Andreas Cretens. in Encomio de Zona B.V.*

Lumen cordis nostri. *S. Io. Damas. in Paracl. B.V.*

Lumen oculorum benedicto Filio suo mediante, qui fecit lutum ex sputo, quo illuminauit cæcum natum, in quo latet maximum Sacramen-

tum, nam ſaliua deſcendens de capite Ieſu, Dei Sapientia eſt, quæ dicit: Ego ex ore Altiſſimi prodini, ex hac ſaliua, & naturæ humanę terra factum eſt collyrium, quo illuminatum eſt genus humanum, deſignatum per Cęcum illum, per fidem ſcilicet Verbi incarnati, vnde canitur: Et caro noſtra lutum Verbi Sapientia ſputum, & genus humanum tali medicamine ſanum. *Idiota de* B. *Maria. part.* 4. *Contemplat.* 6.

Lumen errantium, luſtrans his iter in tenebris. *Ioan. Geom. in* B. *Virg. hymn.* 4.

Lumen diuinum. *D. Fulb. Carnoten. in verſic. de* V.

Lumen inſeparabile maris, hoc eſt, huius mundi, quod velut eius cum decoris amęnitate ex mortali genitura, cunctis, qui ſaluandi ſunt, illuxit. *Idem ſerm.* 3. *de Natiuit.* SS. V.

Lumen errantium. *Franc. Abb. lib.* 6. *de gratia Dei.*

Lumen cœcorum. *D. Bern. ſer.* 1. *ſuper Salue Reg. Alan. de Inſula in Auticland. lib.* 5. *Barthol. de Piſis lib.* 2. *de laud. V. fruct.* 10. *& Bernardin. de Buſtis ſerm.* 1. *de Natiuit* B. *Mariæ.*

Lumen peccatorum, etiam profundiſſimè peccantium. *Rieh. à S. Lau. de laud. SS. Deip. lib.* 1.

Lumen mundi. *D. Bonau. in Pſalt. minori* B. *Virg. Quinquagena* 1.

Lumen inſtitiæ. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Eccleſiaſt.*

Lumen mundi, ſicut ſcriptum eſt, ſicut Sol oriens mundo in Altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies, in ornamentum domus ſuæ. *Idē in Poſtillis ſuper cap.* 1. *Lucæ.*

Lumen dulce. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Aſſumpt.* B. *Virg. Mariæ.*

Lumen proſperè nauigantibus ad Deum. *Idē ibi.*

Lumen Doctorum. *Io. Mauburn. in Roſeto de gloria* B. *Virg. membr.* 6.

Lumen ad Cherubim. *Bernardin. de Buſtis in ſuo Mariali ſerm.* 2. *de Coronat.* B. *Virg.*

Lumen ad reuelationem gentium. *Idem ſerm.* 2. *de Aſſumpt.* B. *Mariæ.*

Lumen, quod gentibus in tenebris cæcutientibus Solem iuſtitiæ, Dei Filium, reuelata facie contemplandum oſtendit. *Idem lib.* 1. *de Purificat. SS. Deiparæ.*

Lumen gratiæ. *Io. Trith. l.* 3. *de Mirac.* B. *V. in vrtic.*

Lumen omnium Sanctorum. *Idem lib.* 1. *de Miraculis* B. *M. in vrticeto cap.* 6.

Lumen fulgentiſſimum caſtitatis, & ſanctimoniæ omnibus hominibus. *Marc. Vigerius in Decachordo Chriſtiano lib.* 1. *cap.* 16.

Lumen clarum in rebus dubijs. *Ludouic. Bloſius in Endologia* 1. *ad B. Virg.*

Lumen orbis terræ. *Robert. Bellarm. Conc.* 1. *ſuper Miſſus eſt.*

LVMINARE in Firmamento Eccleſiæ. *Anaſtaſius Synaita lib.* 4. *Anagog. Contemp. in Examer.*

Luminare diuinum ante Deum lucens, ſuis radijs effugans ſcelerum noſtrorum nubila. *S. Anſel. in orat. ad B. Mariam.*

Luminare maius. *Petrus Bleſ. in ſerm. S. M. Magd.*

Luminare magnum, factum ab ipſo Sole, quem concepit, & genuit. *Petrus Cellenſ. ſerm. in Natiuit. Domini.*

Luminare, quod minuitur in conſumatione; nam cum audiſſet tantam promiſſam magnitudinem, quod foret Mater Dei, ſeſe diminuit vſque ad Ancillam. *Io. Hailgrin. in cap.* 6. *Cant. Cantic.*

Luminare maius, vt præſit diei, hoc eſt, lucem infundat innocentibus. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap.* 7. *Lucæ.*

Luminare totius ſanctitatis. *Thomas à Kempis in* 3. *part. ſerm.* 2.

Luminare minus ad illuminationem Eccleſiæ. *Bernardin. de Buſtis ſerm.* 2. *de Purificat.* B. *Virg.*

Luminare præens nocti, ideſt, peccatoribus. *Idem ſerm.* 2 *de Aſſimilat.* B. *Mariæ.*

Luminare, quod minuitur in conſumatione, quia quanto magis à Deo exaltata, tanto ſe magis humiliauit. *Phil. de Greue ſer.* 190. *inpf.* 88

Luminare minus ſub Chriſto. *Maur. de Villaprob. ſerm.* 18. *Coronæ nouæ* B. *Virginis Mariæ*

LVNA *D. Bernardus ſer.* 3. *ſuper Salue Regina.*

Luna, ſine defectu coruſcans, cœleſtibus illuſtrata fulgoribus. *D. Hieron. in Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumpt.* B. *V.* M. *ad Paulum, & Euſtochium.*

Luna ſpiritualis, quæ in ſuo virginitatis ordine ſtetit. *S. Proclus in orat.* 6. *quæ eſt de laud. Virg.*

Luna plena, quæ nunquam minuta fuit, aut defecit, aut priuata fuit eſſentiali lumine, nempe ſua virginitate. *Anaſtaſ. Synaita lib.* 4. *Anagog. Contempl. in Exameron.*

Luna nullum iam patiens defectum luminis, quia laborum eius, & gratiæ glorioſus eſt fructus. *D. Hildephonſus ſerm.* 1. *de Aſſumpt.* B. *Virg.*

Luna ſpiritualis, quę Solem portauit neſcientem oceaſum. *S. German. in ſuo Mariali frag.* 15.

Luna plena. *Nicetas Dauid in hom. de Natiuit.* B. *Virg. D. Bonauent. in ſpeculo* B. *V. cap.* 11. *& Iacob de Vorag. in Mariali ſerm.* 9. Z.

Luna à Deo facta, vt præeſſet nocti. Gen. 1. ideſt ad illuminandum peccatores, & ideo Mater miſericordiæ dicitur, impleta à Deo miſericordia erga peccatores, in qua eſt ſplendor miſericordiæ ſine feruore ſecuritatis, quia non offendit oculos infirmos eam reſpicientes, ſicut feruor Solis. *Idiota de B. Virg. part.* 14. *Contemplat.* 12.

Luna exemplo fidei mundum tenebroſum illuminans. *Idem de* B. *M. part.* 14. *Contempl.* 1.

Luna, quia ſicut Luna creſcit, & decreſcit: ſic B. Virgo creuit, & decreuit; creuit namque de virtute in virtutem, ſed decreuit per humilitatem in ſua reputatione, quia quanto maior fuit, tanto amplius ſe humiliauit, vt coram Deo gratiam inueniret. *Idem de* B. *Virg. part.* 14. *Contempl.* 14.

Luna, quia ſicut luna, quaſi naturaliter eſt obſcura, ſed recepto in ſe ſolari ſplẽdore, accenditur lumine alieno, & ideo dicitur Luna, quaſi lux aliena: ſic Beata Virgo adhuc in infirmitate corporis conſtituta, ſuſcepto in ſe Spiritu ſancto tanquam illius ſummæ maieſtatis

ſtatis radio, vero lumine, ſcilicet Deo Filio fœcundata fuit. *Idem ibidem.*

Luna, quia ſicut luna Sole recedente mundum illuminat, ſic ipſa Sole iuſtitiæ tranſeunte de mundo ad Patrem per mortem corporalem, fide ſua toram illuſtrauit Eccleſiam in triduo Dominicæ ſepulturæ. *Idem ibidem.*

Luna candida, virgineis in ſtellis viſa currere ad proprias cæli domos. *Ioan. Geom. in Beatæ Virg. hymn. 2.*

Luna hilaris, non habens cæleſtia damna, plenior Phœbo proxima facta Deo. *Idem in Sanctiſſ. Virg. hymn. 1.*

Luna in medio firmamenti. *S. Anſelm. in Medit. B. Virg. & Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Luna, cuiuſlibet virtutis, aut boni operis augmentatione. *Hugo de S. Vict. ſer. in Natiuit. vel Aſſumpt. B. M. Virg. qui eſt in ordine 34.*

Luna, fulgentis ſolis beneficio illuſtrata, dum Iuſtitiæ Solem concepit; Luna enim à Sole lumen mutuat, quod ei natura ſpiſſioris corporis negat, vnde quidquid habet pulchritudinis, habet ex beneficio mutuati ſplendoris. *Adam de Perſ. in Mariali fragm. 2.*

Luna Lunâ maior. *Philipp. Abbas in Epigramm. de Partu B. Virg.*

Luna pulchrior lunâ, quæ longa nocte preſſos luce tandem reficit opportuna; quæ errantes, & palpantes ad viam face præuia nos reducit, & cura peruigili ad optatam ſolis præſentiam introducit. *Idem lib. 6. in Cantic. Canticorum cap. 10.*

Luna, quæ quidquid lucis obtinet, quidquid gratiæ, vel honoris à Sole, ideſt à Chriſto nouit eſſe, qui eſt excellentiæ potioris: quo ſolo minor, ipa ſtellis, ideſt Sanctis cæteris principatur, noſtras fugat tenebras, lucem reddere gratulatur. *Idem ibidem.*

Luna nouella, quæ nouum Solem peperit. *Idem in Epigramm. de Partu B. Virg.*

Luna propter inſigne pulchritudinis. *Guilielmus Paruus in cap. 6. Cantic.*

Luna, ad quam reſpicere debet, qui iacet in nocte culpæ, vt ipſa per Filium cor eius ad compunctionem illuſtret. *Innocent. Papa 3. ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Virg.*

Luna myſtica, quia ſicut luna in ſe naturaliter obſcura, ſuſcepto in ſe ſolis radio, alieno lumine accenditur: ſic Maria, in mortali adhuc corpore conſtituta, ſuſcepto in ſe Spiritu ſancto, tanquam ſummæ illius maieſtatis radio, vero lumine Dei Filio fœcundatur. Et quia ſicut luna lucet de nocte, & tenebras eius imminuit: ſic Maria Spiritu ſancto fœcundata tenebras peccatorum abſtergit. *Abſalon Abbas ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*

Luna, à qua incepit dies feſtus æternitatis. Eccleſ. 43. *Rich. à S. Laur. de Laud. SS. V. lib. 6.*

Luna conuerſa in ſanguinem Ioel. 2. per martyrium animæ. *Idem de Laud. SS. Virg. lib. 5.*

Luna, de qua dicitur Eccl. 43. à luna ſignum diei feſti; ab ipſa enim orta eſt, & egreſſa omnis noſtra feſtiuitas, ſcilicet, Chriſtus Dominus, qui eſt gaudium noſtrum. *Idem de Laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 7.*

Luna, de qua dicitur Eccl. 43. à luna ſignum diei feſti; in ipſa enim fuit initiũ diei feſti, quia omnia temporalia contempſit ſupernis inhians; de ipſa etiam ortus eſt Chriſtus, qui feſtum noſtrum eſt in præſenti, tribuens pacẽ pectoris, gaudium conſcientiæ, ſerenitatem cogitationis, gratiam ſabbatizandi ab opere ſeruili, ideſt à peccato, & qui ſuis fidelibus erit in futuro ſolemnitas ſempiterna. *Idem de Laud. Sanctiſ. Virg. lib. 2.*

Luna eclypſata in Filij paſſione, quando conuerſa eſt in ſanguinem ex paſſione Filij patientis Ioel. 2. Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem. *Idem de Laud. SS. V. lib. 7.*

Luna exemplo fidei mundum tenebroſum illuminans. *Idem de Laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 6.*

Luna perfecta in æternum in ſua Aſſumptione. *Idem de Laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 7.*

Luna plena, quando vocata eſt ab Angelo: gratia plena, & maximè quando repleta eſt Filio Dei opere Spiritus ſancti, & à Sole iuſtitiæ pleniſſimè illuſtrata. *Idem ibidem.*

Luna perfecta, quia lucet in principio noctis, ideſt incipientibus tentari, & in medio, ideſt exiſtentibus in peccato, & in fine, ideſt exeuntibus à peccato, & euadentibus à peccatorum tentatione; tunc enim dicitur luna perfecta, quando lucet tota nocte. *Idem de Laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 10.*

Luna, quia ſicut luna citius quã alij planetę perficit curſum ſuum: ita Maria facilius impetrat à Chriſto quam alij Sancti, vnde 3. Reg. 3. dixit Salomon matri ſuæ in figura Mariæ: Pete mater mea. Item Aſſuerus Eſther cap. 5. Quid vis Eſther Regina. *Idem de Laud. Sanctiſſ. V. l. 7*

Luna, quia ſicut luna eſt inferior planetarum, ſic Maria humillima omnium Sanctorũ. *Idẽ ibid.*

Luna, quia ſicut luna habet quaſi ſimilitudinem nauis: Maria nauis eſt, quæ deduxit amicos ſuos in portum voluntatis eorum. *Idem ibid.*

Luna, quia ſicut luna inter omnes planetas terræ propinquior eſt: ita Maria inter omnes Sanctos magis peccatoribus cõdelectatur, qui deſignantur per terram. *Idẽ de Laud. SS. V. l. 4*

Luna, quia ſicut luna lumen, & pulchritudinem ſuam habet à Sole: ita Maria quicquid boni habet, attribuit vero Soli, vndè dicit: Fecit mihi magna, qui potens eſt. *Idem de Laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 7.*

Luna, quia ſicut luna poſt Solem habet ſecundã claritatem: Maria poſt Chriſtum tranſcendit omnem creaturam. *Idem de Laud. Sanctiſſ. Virgin. lib. 3.*

Luna, quia ſicut luna præ cæteris planetis dominationem habet in mari, nam ſecundum ipſam fluxus, & refluxus maris: ita ſi aſſiſtat nobis Maria, quæ propriè dicenda eſt ſtella maris, affluit, & abundat in nobis hoc mare, hoc eſt, amaritudo pœnitentiæ, qua Deo re-

conciliamur: si vero elongetur à nobis refluit & recedit hoc mare. *Idem de Laud. Sanctiſ. Virg. lib. 7.*

Luna, quia ſicut luna quo magis accedit ad Solem, minus videtur habere luminoſitatis: ita Maria in ſe totum ſuſcipiens Solem iuſtitiæ, quaſi vacuam ſe reputans, & inanem dixit: Ecce Ancilla Domini. Luc. 1. *Idem ibidem.*

Luna, quia ſicut luna ſemper creſcit, aut decreſcit, ſed poſt crementum decreſcit, & creſcit poſt decrementum: Maria quo magis creſcebat in omni virtute plus decreſcebat per humilitatem in ſua reputatione, iuxta illud Eccl. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam; ideo ipſa dicitur luminare, quod minuitur in ſui conſummatione Eccl. 43. *Idem ibidem.*

Luna, quia ſicut luna, Sole recedente mundum illuminat: ita Maria Sole iuſtitiæ tranſeunte de mundo ad Patrem, per mortem corporalem Ioann. 13. fide ſua totam illuſtrauit Eccleſiam in triduo dominicæ ſepulturæ; item eodem etiam Sole iuſtitiæ aſcendente ad cælum, dimiſſa eſt in mundo ad tempus, vt nouellam Eccleſiam primitiuam ſuis illuſtraret exemplis, & inſtrueret documentis. *Idem ibidem.*

Luna, quia ſicut nullus planeta tantum terræ, vel mari accedit quemadmodum luna: ita nullus Sanctorum tantum peccatoribus, qui terra ſunt, per compaſſionem condeſcendit maximè vero his, qui amaricantur pro peccatis quemadmodum Maria. *Idem ibidem.*

Luna, quia ſicut ſecundum Lunæ erementum, vel decrementum abundant, vel decreſcunt medullæ in oſſibus animalium: ita per gratiam, & orationes Mariæ abundant in nobis medullæ virtutum, nempè humilitas, pietas, charitas, caſtitas, patientia, & huiuſmodi. *Idem ibidem.*

Luna noſtræ feſtiuitatis. *Ioan. Hailgr. cap. 6. Cant. Canticorum.*

Luna, quæ cœlo terriſque irradians, aſtris Sanctorum longe ſuperior coruſcat. *D. Amadeus in hom. 7. de Laud. Sanctiſ. Virg.*

Luna à Sole tota illuminata, & accepti luminis refuſiua. *D. Bonauent. ſer. 1. de B. Maria.*

Luna lumine ſapientiæ, & veritatis à Sole æterno plene illuminata. *Idem in Speculo B. Virg. cap. 7.*

Luna noſtra à Domino illuminata, vt illuminatrix eſſet mundi. *Idem ibidem.*

Luna clariſſima. *Idem in Pſalt. B. Virg.*

Luna pulchra. *Idem in Speculo B. V. cap. 11.*

Luna creſcens admirabiliter in conſummatione Eccleſ. 43. Beata, nempè Maria, creuit vt luna, non autem decreuit; ibat enim de virtute in virtutem. *Alb. Mag. in ſer. 2. in Aſſum. B. M.*

Luna luciformiſſima, & diuina claritate plena. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 160.*

Luna perfecta in æternum. *Idem ſerm. 2. in Aſſumpt. B. Mariæ.*

Luna plena, quia ex omni parte perfecta, quia in vtero matris fuit ſanctificata. *Idem in ſer. de B. V. qui eſt 36. inter ſermones de Sanctis.*

Luna, quæ in ſanguinem conuerſa eſt Ioel. 2. quando intellexit dulciſſimum ſuum Filium, traditum, & captum, & colaphizatum, & conſputum, & ad Crucis martyrium poſtulatum *Idem ſerm. in Domin. 2. Adu.*

Luna, quæ nobis indicat feſta æternæ iucunditatis Eccleſ. 43. *Idem in Biblia Mariæ ſuper libr. Eccleſiaſt.*

Luna, quæ Solis lumen concepit. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Luc.*

Luna, quæ tota ſanguis facta eſt, cum aſſiſtens Crucì vidit Filij Caput ſpinis laceratum, & dorſum, & omne corpus ſanguine cruentatum, cum etiam vidit manus, & pedes clauis perforari, & poſtremo latus eius crudeli lancea tranſfigi. *Idem ſerm. in Domin. 2. Adu.*

Luna, à qua procedit fluxus gratiarum dum nobis gratiam effundit; procedunt & refluxus, dum omnia ad Deum per recognitionem gratiarum refundere nos inducit. *Iacob. de Voragine in Mariali ſer. 9. A.*

Luna errantes viatores dirigens luce ſuæ ſapientiæ. *Idem in Mariali ſer. 8. P.*

Luna ex toto lucida, nobis lucens per ſua beneficia. *Idem in Mariali ſer. 10. L.*

Luna habens lucem mutuatam à Sole iuſtitiæ. *Idem in Mariali ſer. 9. L.*

Luna lucens in nocte, ideſt, peccatoribus, qui ſunt in obſcuritate culpæ. *Idem in Mariali ſerm. 8. L.*

Luna nunquam eclypſata. *Idem in Mar. ſer. 9. L.*

Luna obſcurata propter doloris acerbitatem in filij paſſione, vbi paſſa eſt eclypſim per vehementiam doloris. *Idem in Mariali ſer. 10. L.*

Luna obſcurata propter nimiam humilitatem, quę fuit quaſi quædam nubes obſcura, quę ſuam claritatem obumbrauit. *Idem ibidem.*

Luna omnibus planetis inferior, id eſt, omnibus Sanctis humilior. *Idem in Mar. ſer. 8. L.*

Luna præ cęteris planetis perficiens curſum ſuũ, ideſt, præ cæteris Sanctis, peccatoribus citius prębens auxilium ſuum. *Idem in Mar. ſer. 8. L.*

Luna pulchra, & perfecta. *Idem in Mar. ſer. 9. L.*

Luna ſine maculis. *Idem ibidem.*

Luna ſublimis, pura, deleſtabilis, velox & vtilis *Idem in Mariali ſerm. 11. L.*

Luna tribulatis, quia eis dat radium ſuæ conſolationis. *Idem in ſer. 2. pro Sabb. 4. Hebdom. Quadrag. qui eſt de B. Virg.*

Luna lunâ pulchrior, quia luna aliquando deficit, iſta ſemper proficit; luna decreſcit, iſta ſemper creſcit; luna aliquam in ſe habet maculam in ea nullã: ideo electa vt Sol, qui in ſe nullum habet defectum luminis. *Alanus de Inſul. in cap. 6. Cantic.*

Luna, nam ſicut luna noctem irradiat; ita Beata Virgo exemplo nos illuminat, Solem iuſtitiæ pariendo, tenebras noſtræ ignorantiæ eliminat, & ſicut luna illuminatur à Sole ſic Virgo illu-

illuſtratur veri Solis claritate. *Idem ibidem.*

Luna, in qua Sol iuſtitiæ poſuit tabernaculum ſuum, communicans ei diuinum ſuum, & inexplicabile lumen. *Matthæus Cantacuzenus in cap. 6. Cantic. Canticor.*

Luna propter eam, quam ex Sole iuſtitiæ participauit charitatem. *Idem ibidem.*

Luna maxima in charitate, & capacitate ſuper omnes Sanctos, nam & ipſum corpus ſolare intra ſe concluſit, quando Filium Dei concepit. *Ern. Prag. in Mariali cap. 6.*

Luna noua, ideſt, mirabilis, diſſimilis, & multum diſpar, & diſtans ab iſta, quam videmus, in claritate, in ſtabilitate, in quantitate, in ſublimitate. *Idem ibidem.*

Luna plena, propter plenitudinem charitatis in corde, pietatis in opere, puritatis in carne, diuinitatis in ventre. *Idem ibidem.*

Luna, quæ nunquam deficit, nec paſſa eſt eclypſim, etiam quando ſtabat iuxta crucem; neſciuit enim eclypſim veri Solis. *Idem ibid.*

Luna, quia ſicut ſecundum augmentũ & diminutionem lunę creſcunt, & decreſcunt humores, & vigores in terra naſcentibus, medullæ in oſſibus, & in quibuſdam animalibus ſenſus in cerebro, & in aliis lętitia in corde, (augmentum autem, & diminutio lunæ dicitur quoad nos, ſecundum, ſcilicet, quod plus, vel minus reſpicit nos, & illuminatur in parte inferiori) ita ſecundum quod B. Virgo magis, & minus reſpicit nos, creſcunt in nobis humor humilitatis, medulla deuotionis, ſenſus in mente, & lætitia in corde. *Idem ibid.*

Luna per ſui deſpectionem. *Bartholom. de Piſis lib. 1. de Laud. SS. Virg. fruct. 2.*

Luna, quia largitur gratiam. *Idem libr. 1. de Laud. SS. Virg. fruct. 8.*

Luna amicis, ideſt, ſpiritualibus, & deuotis ſuis diſpenſans diuinæ ſapientię lucem, & cælestis gratiæ rorem, *D. Bernard. Senen. Tom. 3. de glorioſo nomine Mariæ.*

Luna cælestis Solis lumine plena. *Idem Tom. 2. ſermone 51.*

Luna in cęlo Eccleſiæ. *D. Antoninus in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 6.*

Luna, quæ lumen ſuæ gratiæ à ſole iuſtitię recepit. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 33.*

Luna ſpiritualiter illuminans viatores, qui ſunt in nocte huius mundi tenebroſi. *Idem ibidem.*

Luna virginalis, plus in nobis influens, & operans merito, & vitæ ſuæ exemplo, quam alij Planetæ, ideſt Sancti. *Idem ibidem.*

Luna corporali luna in ſua ſphæra fulgente, incomparabiliter pulchrior; militanti Eccleſię, quæ comparatione Eccleſię triumphantis nocti aſſimilatur, & ſedet in tenebris incomparabiliter pulchrior. *Dionyſ. Carth. lib. de Laud. Beatæ Virg.*

Luna pulchra, cuius pulchritudo veri Solis pulchritudini ſimillima. *Idem lib. 1. de Precat Mariæ art. 25.*

Luna, quia quęadmodum luna præcit, ac radiat nocti, & poſt ſolem clarius ſplendet in cęlo, ſic illuſtriſſima Virgo poſt Solẽ iuſtitiæ Dominum Ieſum Chriſtum, eminentius micat in omni militanti, ac triumphanti Eccleſia. *Idem lib. 1. de Laud. D. V. Initio.*

Luna, quia ſicut poſt ſolem luna clarius ſplendet in cælo, & præcit nocti: ſic B. Virgo poſt Chriſtum Solem iuſtitiæ in tota clarius micat Eccleſia militanti, ac triumphanti, & militanti Eccleſiæ, quæ reſpectu triumphantis ſedet in tenebris, ſpecialiter præſidet. *Idem in Cant. art. 21.*

Luna ſpiritualis, quia quemadmodum luna mundum hunc, terramq; noſtram emicans exhilarat, adornat, atque illuminat: Ita B. Virgo in regione viuorum, in terra viuentium ſplendens vniuerſorum animas lætificat, & per omnem Empyrei cæli latitudinem ſplendidiſſimos radios fundit, ſupermundanum Paradiſum venuſtat, ac ſingulorum intellectus in ſuæ admiratione pulchritudinis ſuſpenſos reddit dulcedine ſua, & ſuauitatis ſuæ fragrantia inexcogitabiliter recreat, atq; ſuæ domum amabilitate bonitatis vehementer accendit. *Idem lib. 4. de Prec. B. V. art. 11.*

Luna, quæ recepit claritatem à Sole, ideſt, omnia ſua priuilegia, & gratias à Filio Chriſto. *Paulus de Heredia in Tract. de Concept. B. V.*

Luna à Sole iuſtitiæ illuminata. *Bernard. de Buſt. ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Virg.*

Luna dans amicis ſuis lucem diuinæ ſapientiæ, & rorem cælestis gratiæ. *Idem ſerm. 2. de Nominat. Mariæ.*

Luna habens lucem mutuatam à Sole iuſtitiæ. *Idem ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Luna lucens de nocte, ideſt, dans nobis radium ſuæ illuſtrationis, & conſolationis in tribulatione. *Idem ibidem.*

Luna nullas maculas habens. *Idem ibidem.*

Luna perfecta, lucens peccatoribus, qui ſunt in nocte culpæ. *Idem ibidem.*

Luna pulchra, plena, & perfecta. *Idem ibidem.*

Luna, quæ in nocte, ideſt, in obſcuritate præſentis vitæ exiſtes, fuit plena luce diuinę gratię, diuinę ſapientię, & virginalis munditię. *Idem ibidem.*

Luna, quia ſicut luna à ſole recipit lumen, ita B. Virgo ſplendorem lucis, ac gratię, & normam rectè viuendi ſuſcepit à Chriſto. *Idem ſer. 5. de Natiuit. B. Mariæ.*

Luna ſemper rutilans. *Idem in officio Concept. B. Mariæ.*

Luna temperantię. *Io. Trith. de Miraculis B. V. prope Dittelbach lib. 1. cap. 10.*

Luna, de qua dicitur Eccleſ. 44. A' luna ſignum diei feſti, Sicut enim ab Eua ſignum mœroris, & luctus: ita à Maria ſignum gaudij, & feſtiuitatis. *Philippus de Greue ſerm. 190. in Pſalm. 88.*

Luna peccatoribus. *Idem ibidem.*

Luna noctis tenebras diſcutiens. *Maur. de Villaprobata ſer. 14. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Luna

Luna plena plectate. *Idem ſerm.* 25. *Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Luna verſa in ſanguinem per compaſſionem in paſſione Chriſti. *Idem ſerm.* 30. *Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Luna, de qua Cant. 6. pulcha vt luna: ſicut enim luna à Sole recipit claritatem: ita Mater Meſſię omnia ſua priuilegia, & gratias à filio recepit. *Petr. Gal. lib. 7. de Arcan. cap. 5.*

Luna noſtra. *Ioannes Picus lib. 3. Cant. cap. 11.*

Luna perfecta, in occiduo ſplendore in ęternum effulgens. *Idem lib. 3. in Cant. cap. 5.*

Luna, quæ à die natiuitatis vſque in ſęculum deliquium lucis non ſenſit, ſed multiplicibus virtutum incrementis, & ſuperni Solis inoccidui ſplendoribus irradiata eſt. *Idem ibid.*

Luna ſupra omnem numerum, luna pulchrior. *Idem lib. 1. in Cant. cap. 9.*

Luna à Deo Sole proxima. *Iuſtus Lypſius in D. Virg. Halleniſ cap. vltimo.*

Luna ſine defectu, in omnem terram radios ſuos diffundens. *Robertus Bellarmin. Conc. 3. in Domin. 1. Aduen.*

Luna, ſuum decorem, & lumen Chriſti Soli acceptum referens. *Idem in Conc. de Natiu. B. V.*

Luna tota pulchra, & ſine macula, ſemper gratia, & gloria plena, nec vlla temporum permutatione mutata. *Idem ibidem.*

LVSTRATIO diuinis lymphis ſcaturiens fons omni plena ſanctimonia, ex qua Sanctus Sanctorum mundum ſcelere emundans exiit. *S. Io. Damaſc. orat. 4. de Natiuit. B. Virg.*

LVTVM diuinę perfectum eius, qui omnia efficit Artificis diuini, ex quo more humano propter homines ex toto, verèque ad ſubſtantiam accedens, qui ſubſtantiam ſuperat, ſubſtantiam indutus eſt. *Andr. Cret. or. 1. de Dorm.*

LVX ſplendidiſſima. *D. Ephrem in ſer. de Laud. B. Mariæ Virg.*

Lux diei myſticę. *Andr. Cret. orat. 2. in Annunc.*

Lux gentium. *S. Hildephonſ. ſer. 7. de Aſſumpt. B. Mariæ, & Bernard. de Buſt. ſer. 4. de Natiu. Beatæ Mariæ.*

Lux cordis noſtri. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. V.*

Lux noſtra. *Idem ibidem.*

Lux oſtendens lucem virtutum. *Idiota de Beata Virg. par. 14. Contemplat. 21.*

Lux figurata per illam lucem primariam, quę creata creditur ibi, vbi Sol oritur, de qua factum eſt corpus ſolis: de eius namque ſubſtantia formatum eſt corpus Filij ſui benedicti, qui eſt lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. *Idem de B. Virg. par. 14. Contempl. 19.*

Lux propter claritatis diffuſionem aſque ſui diminutione, quia peperit Chriſtum ſine corruptione. *Idem ibidem.*

Lux propter ſpecioſitatem ſuam, quia nulla creatura poſt Filium eius vnquam fuit, nec erit, vel clarior ea, quia ſpecioſior eſt ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata inuenitur prior. *Idem ibid.*

Lux propter ſuam incorruptibilem puritatem, quia inquinari non poteſt; nihil enim inquinatum incurrit in illam. *Idem ibid.*

Lux quia viſibilia facit ea, quę prius non apparebant ante faciem Filij ſui miſericorditer ſtatuens illos, qui prius longè ſtabant ab eo, & ſicut lux anguſtiſſima foramina illuſtratione ſua manifeſtat in domo exiſtentibus: ſic B. V. minima peccata ſuę gratię infuſione facit perceptibilia ijs, qui cõuertuntur ad eius Filium benedictum: & ſic lux illuminat oculos: ſic Beata Virgo oculos, ideſt intellectum & affectum, qui ſunt oculi animæ, videlicet intellectum cognitione Dei, & ſui, & affectum dilectione Dei, & proximi. *Idem ibid.*

Lux vera poſt benedictum Filium ſuum, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quia de Beata Virgine poteſt dici: Dedi te in lucem gentium, & ad hoc ſignificandum media nocte peperit lucem veram, & mediante partu ſuo glorioſiſſimo illuminat populum in tenebris ambulantem. *Idem de B. Virg. par. 4. contempl. 6.*

Lux hominum. *Io. Geom. in B. Virg. hym. 1.*

Lux illuſtrans omnia, quæ latitant. *Idem in B. Virg. hym. 4.*

Lux prævia nobis in magno, & periculoſo huius mundi pelago nauigantibus, ſuo exemplo nos ducens, ſuis virtutibus nos illuminans, ſuis interceſſionibus nobis auxilians. *Rodulphus Ardens hom. 2. in Annunciat. B. M.*

Lux oriens Nazareth. *S. Anſelm. in Meditat. B. Virgin.*

Lux ſolaris. *Idem in Pſalt. B. Virg. par. 2. & Iacob. de Voragine in Mariali ſer. 10. S.*

Lux noua temporalis, ex qua æterna ſurrexit. *Richard. à S. Victore expoſit. in Cantic. Canticorum. cap. 39.*

Lux lucens in tenebris. *Philippus Abbas lib. 2. in Cant. Canticor. cap. 20.*

Lux lętiſſima, quę lucem peperit diuinam, & ante ſęculares nobis effulgens; dum malorum nubila cor noſtrum cooperiunt. *Theod. Laſcbus Imperat. in Poemate de B. Virg.*

Lux ſemper reſplendens. *Idem in Can. ad Sanctiſ. Deiparam.*

Lux clara ſolaris, quę nos quærit, vt quæratur, laſſos piè præſtolatur, occurrentes amplexatur charitatis brachio. *B. Ioſeph Steinfel opuſculo 4.*

Lux indefectiua, tenebrarum expulſiua, nutritiua charitatis. *Idem ibidem.*

Lux propter claritatis diffuſionem, abſque ſui diminutione, quia peperit Chriſtum ſine ſui corruptione. *Rich. à S. Laur. de Laud. Sanctiſ. Virg. lib. 1.*

Lux, propter ſpecioſitatem, quia nulla pulchra creatura, Maria pulchrior: vnde de ea dicitur Sap. 7. Eſt enim ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luce comparata, inuenitur prior. *Idem ibidem.*

Lux propter ſuam incorruptibilitatem, & puritatem,

tatem, quia inquinari non poteſt; vnde Sap. 7 Nihil inquinatum incurrit in illa, ſicut apparet in radio Solis, quem nec ignis comburit, nec aqua emollit, nec fætor corrumpit, nec vitrum obſiſtit, & ita incorruptibilis. *Idem ibidem.*

Lux, qua quaſi quodam collyrio illuminantur cæci nati, vt ſanatis oculis Dei gloriam valeant intueri, hic per fidem, in futuro per ſpeciem. *Idem ibidem.*

Lux, quam tenebræ, ideſt, tenebroſi peccatores Iudæi, Pagani, Hæretici, non comprehenderunt, quia ægris oculis odioſa lux, vt dicit Auguſt. *Idem ibidem.*

Lux, quia inſtar lucis per anguſtiſſimam rimã, vel foramen ingreditur gratiam infundendo; vnde dicit cum Filio illud Apocalypſis 3. Si quis mihi apparuerit, iutrabo ad illum: ità in Cant. 2. Reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos: quaſi modica autem rima eſt, per quam diffundit nobis lumen gratiarum, & miſericordiæ ſuæ; aliquoties eam deuotè ſalutare, pro amore eius libẽter eleemoſynas dare, miſſam ſuam deuotè auſcultare, vel ſermonem de ea; blaſphemantes eam, vel iurantes acerrimè redarguere, eius magnalia firmiter credere, tutelæ ipſius ſe ſe commendare, & huiuſmodi. *Idem ibidem.*

Lux, quia ſicut Lux illuminat oculos: Maria illuminat intellectum, & affectum, qui ſunt oculi animæ, intellectum cognitione ſui, & Dei affectum dilectione Dei, & proximi. *Idem ibidem.*

Lux, quia ſicut Lux lippientibus, & non ſanis oculis eſt odibilis; Maria odibilis eſt Iudeis, Paganis, Hæreticis, blaſphemis, & huiuſmodi. Vnde Ioann. 3. Qui malè agit, odit lucem, & S. Auguſtinus: Oculis ęgris odioſa lux, quæ eſt ſanis amabilis. *Idem ibidem.*

Lux, quia Lux præuenit oculum, ad hoc, vt videatur ab oculo: ita Maria præoccupat eos, qui ſe concupiſcunt, vt illis priorem ſe oſtendat Sap. 6. *Idem ibidem.*

Lux, quia ſicut Lux rimas, & anguſtiſſima foramina ſua illuſtratione manifeſtat exiſtentibus in domo: ita Maria minima peccata ſuę gratię infuſione faeit perceptibilia his, qui conuertuntur ad cor. Eccl. 42. reuelans veſtigia occultorum; vndè roganda eſt aſſiduè, vt cordibus noſtris infundat gratiam diuini timoris, quia ſicut dicitur Eccl. 21. Qui timet Deum conuertetur ad cor ſuum, vt per illuſtrationem gratiæ eius poſſimus intelligere noſtrorum cordium foramina, & ſciſſuras, & eadem reſarcire. *Idem ibidem.*

Lux, quia ſicut Lux, ſine acceptione perſonæ, omnibus, ſe ei debito modo exponentibus, ſe exponit: ita Marię æqualiter eſt cura de omnibus. Sap. 9. æqualiter, id eſt, communicatiuè. *Idem ibidem.*

Lux, quia ſicut Lux ſingulis rebus ſpecies proprias, & differentias reſtituit, quas abſtulerant tenebræ, quia tempore tenebrarum omnia ſunt in chao, & confuſione: ità Maria luce vera veniente ad formas proprias, omnia quaſi de tenebris euaſerunt, ſcilicet, ſtatus, ordines, & gradus Eccleſiæ Catholicę, & exemplaria virtutum. *Idem ibidem.*

Lux, quia ſicut Lux ſplendorem diffundit: ex Mariæ vtero egreſſus eſt per carnalem nativitatem ille ſplendor, de quo dicitur Iſa. 62. Donec egrediatur, vt ſplendor iuſtus eius. *Idem ibidem.*

Lux, quia ſicut Lux tenebras fugat, & ſequelam tenebrarum: Maria fugat ignorantiam, quia mundo peperit æternam veritatem, quæ Chriſtus eſt. Ioan. 14. *Idem ibidem.*

Lux vera Ioan. 1. quæ poſt Filium illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ſupple, qui illuminatur. *Idem de Laud. Sanctiſ. Virg. lib. 1.*

Lux viſibilia faciens ea, quæ prius non apparebant, ante faciem Filij ſui miſericorditer ſtatuens eos, qui prius longè diſtabant ab eo, vt patet in Theophilo; ipſa enim ſicut dicitur Iob. 12. reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis. *Idem de Laud. SS. Virg. lib. 7.*

Lux, de qua factum eſt corpus Solis, vt quidam dicunt; ſicut enim in illa luce data eſt lux mũdo tamen ſubobſcura, & de illa luce facta ſunt luminaria, quæ maiorem lucem dederunt, vt ſol: ità B. Virgo dedit lucem mundo reſpectu prioris temporis, non tamen tantam, vt Sol, ideſt, Chriſtus, qui de ea natus eſt. *Idem de Laud. Virg. lib. 4.*

Lux figurata per lucem illam, quæ ſubtracta eſt Ægyptijs tenebroſis, ſcilicet Iudæis, & data eſt filljs, ideſt, veris Chriſtianis. Exod. 10. *Idem de Laud. SS. Virg. lib. 7.*

Lux figurata per illam lucem primariam, quæ creata creditur ibi, vbi ſol oritur, & de qua ſecundum quoddam factum eſt corpus Solis: quia de ſubſtantia B. Virginis formatum eſt corpus Filij, qui eſt lux vera, illuminans omnem hominem. *Idem ibidem.*

Lux mundi; ſi enim Apoſtoli ſunt lux mundi. Matth. 5. quanto fortius Maria, quæ genuit illum, qui dicit. Ioan. 8. Ego ſum lux mundi. *Idem ibidem.*

Lux noſtris oculis, ideſt affectui, & intellectui delectabilis; vndè Eccl. 11. Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem. *Idem ibidem.*

Lux noua, quæ Iudæis oriri viſa eſt Eſther 8. & de qua dicitur Eſth. 11. Fons gratiæ parvus per humilitatem, in lucem, ſolemque conuerſus eſt, ideſt in lucem vniuerſalem, & ſtabilem. *Idem ibidem.*

Lux aſtrorum. D. *Bonauent. in Pſalt. minori B. Virg. Quinquag. 3.*

Lux carens fuligine culpæ. *Idem de Laud. Beatæ Virg. Mariæ.*

Lux fidelium fulgens, vt aurora. *Idem in expoſit. ſuper Salue Regina.*

Lux

Lux iuſtorum. *Idem in Pſalt. minori Beatæ Virg. Quinquag. 3.*

Lux omnium in ipſa confidentium : *Idem in Pſalterio B. Virg.*

Lux orientalis. *Idem in Lyranijs Pſalt. B. V.*

Lux ad diuinam lucem mediatiſſima. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 53.*

Lux noſtra, quę poſt Deum illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euang. Ioan.*

Lux noua Chriſtianorum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Eſther.*

Lux purgans tenebras hæreticorum, & peccatorum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſis.*

Lux temporalis ab æterna luce facta. *Idem ibidem.*

Lux multiplicis virtutis, in viſceribus terræ argentum viuum conuertens in aurum, ideſt, homines inſtabiles, & fluxibiles ſæpè faciens perfectos, & perſeuerantes, eorum viſcera penetrando, & illuſtrando, fructus acerbos fouens, & nutriens, & ad maturitatem, atque dulcedinem perducens, ideſt affectiones immaturas, ſeu indeuotas perducens ad maturitatem, hoc eſt ad internam deuotionis ſuauitatem: fructus etiam acerbos, ideſt, tribulationes amaras conuertens in dulcedinem. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſer. 12. L.*

Lux mundi, ad Dei cognitionem illuminans. *Idem ſer. 6. de Aſſumpt. B. V.*

Lux mundi, per quam mundus illuminatur. *Idem ſer. 2. pro Sab. 4. hebdom. Quadrag.*

Lux, propter puritatem virginalis munditiæ. *Idem in Mariali ſer. 11. L.*

Lux, propter ſuam bonitatem, qua omnibus beneficia ſua communicat. *Idē in Mar. ſer. 12. L.*

Lux propter ſuam dignitatem; ſicut enim lux excedit omnia corpora : ſic Virgo excedit omnia creata, tam Angelos, quam alios Sanctos. *Idem ibidem.*

Lux propter ſuam pulchritudinem. *Idem ibid.*

Lux ſplendens in ſua ſanctificatione. *Idem ſer. 2. de Natiuit. B. Virg.*

Lux immediata ipſi ſummę, & æternæ Lucī. Ægidius Columna *ex expoſit. in ſalutationem Angelicam.*

Lux nubila pellens. *Alan. de Inſ. in Antiel. l. 5.*

Lux perfecta, & quæ præter modum exuberat, ſicut eſt in ſuo corpore ſol. *Matthæus Cantacuzenus in cap. 6. Cantic. Canticor.*

Lux diurna, quæ eſt in ortu ſuo ſicut lux aurorę oriente ſole manè abſq; nubibus rutilat, proceſſit in perfectum diem. *Ern. Prag. in Mar. c. 1*

Lux noua, orta cunctis fidelibus, Deum, corde, ore, & opere confitentibus. *Idem ibidem.*

Lux, quæ incipientes diſponit, & adiuuat, & facit florere in bonis moribus, & fructificare in bonis operibus : proficientes facit creſcere, & multiplicat eos in gratijs, & virtutibus, perfectos vero replet delicijs ſpiritualibus, & chariſmatibus. *Idem in Mariali cap. 3.*

Lux, quia ſicut lux educit nubes ab extremis terræ : ita Maria de peccatoribus, & pauperibus mundi huius egregios facit prælatos, & prędicatores: & ſicut lux in viſceribus terræ argentum viuum, quod eſt, vt dicunt, venenum omnium creaturarum, conuertit in aurum: ita Maria de peſſimis, & deſperatiſſimis, ſæpe facit optimos, & deuotiſſimos. *Idem in Mariali cap. 1.*

Lux, quia ſicut inter corpora nihil luce nobilius, nihil pulchrius, nihil melius: ita B. Virgo inter omnes creaturas puras, nobilitate, ſpecioſitate, & bonitate, præcellit. *Idem ibid.*

Lux, quia ſicut lux in profundo maris inter arenas in conchis vilibus, & abiectis nutrit, & fouet pretioſiſſimas Margaritas : ita Maria inter pauperes, & abiectiſſimos mundi huius ſæpe efficit, nutrit, & fouet animas pretioſiſſimas, & Deo dignas. *Idem ibidem.*

Lux, quia ſicut lux totum mundum renouat de anno in annum : ita per Mariam noua fecit omnia ille, qui ſedebat in throno Apoc. 2. & ſicut fructus acerbiſſimos nutrit, & fouet, & ad maturitatem, atque dulcedinem perducit: ita Maria omnes aquas noſtras facit conuerti in vinum, & dolores in gaudium Ioan. 2. *Idem ibidem.*

Lux, qua illuminatæ ſunt tenebræ amicorum Dei, & deſiderium eorum perfectum. *D. Birgitta lib. 6. Reuelat. cap. 56.*

Lux ignorantibus. *Barth. de Piſis lib. 1. de Laud. SS. Virg. fructu. 10.*

Lux per integritatem. *Idem lib. 5. de Laud. SS. Virg. fructu 2.*

Lux per ſuſceptionem radiationis diuinę. *Idem lib. 5. de Laud. SS. Virg. fructu 2.*

Lux, quia ſegregata fuit per præſeruationem à peccatis. *Idem l. 5. de Laud. SS. V. fructu 8.*

Lux à tenebris ſeparata. *S. Vincent. Ferrer. ſer. 2. de Natinit. B. Virg.*

Lux clara. *Idem ibidem.*

Lux mundi. *D. Laur. Iuſtin. in ſer. Natiu. M. V.*

Lux confeſſoribus. *D. Anton. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 22.*

Lux ex Ioachim, & Anna quoad Corpus, & à Deo, quoad omnia facta. *Idem in ſumma par. 1. tit. 8. cap. 7.*

Lux noua omnibus orta, quia nunquam ante eam, tam lucidè, tam mirabiliter nata fuit aliqua, ita plena luce gratiæ. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 5.*

Lux primo facta à Deo. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 4.*

Lux, quæ ſplendorem paternæ gloriæ gignendo, tenebras eorum effugauit. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 15.*

Lux, quę tenebras, ideſt, deceptiones Dęmonum detegit, & oculos mentis ſanos lætificat, & confortat. *Idem ibidem.*

Lux cæcis. *Bernard. de Buſt. ſerm. 3. de Nat. B. M.*

Lux clarens omnimoda puritate. *Idem ſer. 4. de Natiuit. B. Mariæ.*

Lux clariſſima, nullis peccatorū tenebris obſcurata. *Idē ſer. 4. de Aſſimil. B. M.*

Lux

Lux diuina, quæ mediante cęleſtis gratia nobis infunditur, & deueniunt ad nos diuinæ miſerationes. *Idem ibidem, & Maur. de Villaprobata ſer.10. Coronæ nouæ B.M.*

Lux facta primo die, ideſt in primo gratię tempore. *Bernard. de Buſt. ſer.3. de Natiu. B. M.*

Lux fulgentiſſima mundi, quæ quamplurimos ad Dei cognitionem illuminauit, & mundum tenebroſum illuſtrauit. *Idem ſer.2. de Aſſ. B.M.*

Lux omnia creata excedens ſua nobilitate. *Idem ſer.4. de Aſſimil. B.M.*

Lux peccatores purgans à tenebris peccatorum, lumine gratiæ ſuæ. *Idem ibidem.*

Lux, qua mediante cognoſcimus, quo itinere ad Cęleſtem Patriam peruenire valeamus. *Idem ſer.4. de Natiu. B. Mariæ.*

Lux, quia omnes ſanctos claritate præcellit. *Idem ibidem.*

Lux, quia ſicut lux omnibus ſe ſe communicat, & mox, vt oritur, per orbem diffunditur: ſic Beata Virgo omnibus beneficia ſua impartitur, & ſe ad ſubueniendum ſemper eis exhibet paratam. *Idem ibidem.*

Lux ſerena, abſque nubibus. *Idem ſer.4. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Lux ſereniſſima. *Idem ibidem.*

Lux ſpecioſior Sole, quæ formoſitate ſua non ſolum homines, & Angelos, ſed etiam ipſum Deum lætificauit. *Idem ſer.4. de Natiuit. B. Mariæ.*

Lux, ſua illuſtratione, & illuminatione faciens opera noſtra in conſpectu Dei eſſe gratioſa, & gloria digna. *Idem ibidem.*

Lux profundi. *B. Caſimirus Poloniæ Princeps in hymn. de Beata Virg.*

Lux Regni Cœlorum ſplendidiſſima. *Io. Trith. de Mirac. B.V. prope Dittelbach.*

Lux auroræ, quæ oriente Sole mane abſque nubibus rutilat, vt habetur 2. Regum 23. peccatores purgans à tenebris peccatorum lumine gratię ſuę, frigidas mentes calefaciens, æſtum concupiſcentiæ refrigerans, & à nubibus carnalium paſſionum animas ſerenans. *Maur. de Villaprobata ſerm.10. Coronæ nouæ B.M.*

Lux, cuius arma, ideſt, exempla induere debemus, ad Rom.8. *Idem ibidem.*

Lux inſidias Diaboli denotis eius patefaciens, ne decipiantur. *Idem ibidem, & Bernard. de Buſt. ſer.4. de Aſſimil. B.M.*

Lux miſerationum Dei. Eccl.36. *Maur. de Villaprobata ſer.10. Coronæ nouæ B.M.*

Lux noua Iudæis oriri viſa. Heſth.8. *Idem ſer.10. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Lux peccatoribus. *Idem ſer.31. Coronę nouę B.M.*

Lux, qua mediante deuenit ad nos virtus Dei: *Idem ſer.10. Coronæ nouæ B.M.*

Lux, quam qui ſequuntur, & ei adhærent per deuotionem, illuminantur, & proteguntur ab ea; vt neque cadant peccando, nec à Dæmonibus decipiantur, nec à Phantaſmatibus terreantur. *Idem ibidem.*

Lux ſereniſſima, cui competunt omnes proprietates lucis. *Idem ibidem.*

Lux grata dierum. *Ludouicus Bloſius in Doxologia Ryth. ad B. Virg.*

Lux matutina, tenebrarum expultrix. *Io. à Ieſu Maria Tom.2. oper. ſuor. in Theolog. myſ. pag.62.*

Lux ſereniſſima vultus mei, & lętitia viſcerum meorum. *Idem ibidem cap.63.*

LYMPHICVS ſpiritualis, lymphicum lapidem mutuarum virtutum longè ſuperans, quæ à morbo ſpiritualis Epilepſię præſeruat à caſu peccandi, longa infectos conſuetudine, & curat Ophtalmiam, gulam, fauces, tuſſim, & caput malè habentis conſcientiæ. *Ioan. Trithem. lib.1. de Miraculis B.V. in Vticeto cap. 7.*

# LIBER VNDECIMVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera M.

MAGISTERIVM patientiæ. *Adam de Pers. ser. in Assump. SS. Virg. Mariæ.*

Magisterium fidei. *D. Laur. Iustinian. serm. de Natiuit. V.*

MAGISTRA nostra nouæ Religionis, & pœnitentiæ. *D. Ignat. Ep. 1. ad Io. Euang.*

Magistra humilitatis. *S. Ambros. lib. 2. super Luc. Ernard. Prag. in Mariali cap. 37. S. Antoninus in sum. part. 4. orat. 15. cap. 40 Dionys. Carth. de laud. V. lib. 3. ar. 17. & Io. Picus lib. 2. in Cant. cap. 19.*

Magistra gentium. *S. Augustin. serm. 6. de tempore.*

Magistra diuinorum. *Georg. Nicomed. in orat. in SS. Mariæ assistentiam in sepulchro.*

Magistra Apostolorum. *Idiota in sua Contemplatione de Virg. Maria. D. Brigitta in serm. Angelico de Excellentia Virg. cap. 19. & Io. Mauburn. in Rosario de gloria Virg. memb. 6.*

Magistra probitatis, & bonitatis, gratiosè ostendens quid corrigere, quid effugere, & quid tenere, & seruare quis debeat. *Idiota de B. V. part. 3. contemplatione 8.*

Magistra sapiens Apostolorum, Euangelistarum, & Prædicatorum. *Idem de B. Virg. part. 6. Contemplatione. 20.*

Magistra vtriusque Orbis. *Io. Geomet. in. B. Mariæ hymn. 2.*

Magistra totius veritatis. *Guarric. Abbas serm. 4. de Assumpt. B. Virg.*

Magistra competentis vetecundiæ, suæ religionis necessariæ, cuius verecundia tanto est laudabilior, quanto conscientia gloriosior, tutior, atque securior. *Rupert. Abbas lib. 3. Commen.. in Cant. Cant.*

Magistra innocentiæ. *Idem ibidem.*

Magistra Magistrorum, ideſt, Apostolorum iuxta illud: Fons hortorum, Puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano, cuius vox, vox ipsis erat Spiritus sancti. *Idem lib. 1. Comment. in Cant. Cantic.*

Magistra necessaria propter Euangelium Christi. *Idem lib. 5. Commentar. in Cant. Cantic.*

Magistra Religionis, & fidei. *Idem ibidem. & Io. Hildesheimensis in defensor. ord. Carmel. c. 13.*

Magistra totius sanctæ Religionis, qualem nunquam oculus vidit, qualis ab initio, quando Eua facta est, non fuit, nec est, nec erit, in cogitationibus suis, in verbis suis, in factis suis, in omni odore suauitatis, in omni flore, & fructu honoris, & honestatis. *Idem lib. 4. Commentar. in Cant. Cantic.*

Magistra omnium fidelium, ad inueniendam gratiam, exempla vitæ, & disciplinę omnibus ostendendo. *Henr. Clarenalens. Tract. 11. de peregregrinat. Ciuit. Dei.*

Magistra disciplinæ, cuius scolam frequentare, cuius virgam supportare non grauat eius filios. *B. Iosepb Steinfeld opusc. 4.*

Magistra Apostolorum, qui nostri postea Magistri facti sunt, & ascendente Domino Apostolos nouum docuit testamentum, quod ad docendum nos ijdem Apostoli conscripserũt. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 2.*

Magistri noui testamenti, quę plenam vtriusque legis habuit cognitionem. *Idem de laud. Virg. Mariæ lib. 10.*

Magistra prædicatorum Euangelicorum. *Idem de laud. Virginis lib. 4. & Bernard. de Bustis serm. 3. de Assimilat. B. Virg.*

Magistra Euangelistarum. *D. Bonauent. in Cantic. Psalterij. B. Virg.*

Magistra perfectionis. *Albert. Magn. super Missus est cap. 222.*

Magistra Apostolorum, & totius Ecclesię *Iacob de Voragine in Mariali serm. 1. R.*

Magistra Virginum. *Idem serm. 6. de Assumpt. V. Ernard. Prag. in Mariali cap. 4. Bernardin. de Bustis serm. 1. de Assumpt. B. Virg. & S. Thomas de Villanoua serm. 2. de Annunc. B. Virg. Mariæ*

Magistra humilitatis, omniumque virtutum. *D. Brig. in ser. Angelico de Excellent. Virg. c. 21.*

Magistra Angelorum. *Io. Gerson. ser. de Concep. V.*

Magistra loquendi. *D. Laurent. Iustinian. in ligno vitæ de spe cap. 5.*

Magistra virtutum. *Idem de Triumph. Christi Agone cap. 7. & Marcus Vigerius in decachor-*

*chordo Christiano lib. 1. cap. 23.*

Magistra Apostolorum, & Euangelistarum ad docendum eos de mysterijs Christi. *D. Antonin. in summa part. 4. tit. 15. cap. 14.*

Magistra contemplationis. *Idem in summa part. 4. tit. 15. cap. 35.*

Magistra Doctorum Ecclesiæ Apostolorum, & Euangelistarum. *Idem in summa, part. 3. cap. 3.*

Magistra sapientissima, ad quam creditur, nec irrationabiliter, post Paracleti missionem, vniuersos Christi Apostolos, atque Discipulos in agendis, itemque in dubijs recurrisse, & ipsius plerumque directione vsos: quamquam enim Spiritu sancto impleti essent singuli, non tamen æqualiter: & hinc ad sapientiores, atque maiores cæteri vtique pro subsidio, aut reuerentia profecti sunt; atque in ipsa Domini sui Matre tanquam in domino confisi, consolatique sunt. Singulariter autem creditur S. Lucas multa ab ea didicisse, ea videlicet, quæ vel solus, vel plenius de Christi Annunciatione, Generatione, Circumcisione, Purificatione, atque Infantia feliciter, fideliterque conscripsit. *Dion. Carth. lib. 2. de Prec. Mariæ art. 24.*

Magistra totius spiritualitatis. *Idem de laud. V. lib. 3. art. 10.*

Magistra summę virtutis. *Thom. à Kemp. in 3. part. serm. 2. qui est de venerat. B. M. Virg.*

Magistra Apostolorum, & omnium fidelium. *Bernardin. de Bustis serm. 1. in Assumpt. B. M.*

Magistra castitatis. *Idem in suo Mariali serm. 2. de Coronat. B. Mariæ.*

Magistra clementiæ. *Idē. in officio Concept. V. M.*

Magistra Ecclesiæ Catholicæ. *Idem in Mariali serm. 2. de Coronat. SS. V. & Maurit. de Villaprobata serm. 20. Coronæ nouæ B. Virg.*

Magistra omnium hominum. *Bernard. de Bustis serm. 5. de Natiuit. B. Virg.*

Magistra perpetuæ virginitatis. *Idem serm. 8. de Annunc. V. Mariæ.*

Magistra sapientissima. *Idem serm. 2. de Assimilatione. Deip. virg.*

Magistra totius Ecclesiæ. *Idem serm. 3. de Nominat. SS. Mariæ.*

Magistra veræ Philosophiæ. *Idem serm. 1. de Beatitudinibus V. Mariæ.*

Magistra Religionis perfectissima, omnis modestiæ, virtutis, honestatis speculum relucentissimum. *Arnoldus Bostius lib. de Patron. & Patrocinio B. V. in sibi dicatum Carmeli Ord. c. 1.*

Magistra Apostolorum Euangelistarum. *Maurit. de Villaprobata serm. 3. coronæ nouæ B. Mariæ.*

Magistra fidelium. *Idem serm. 20. Coronæ nouæ V.*

Magistra omnium claustralium. *Idem serm. 30. Coronæ nouæ B. V. & Bernardin. de Bustis serm. 1. de Assimilat. B. Mariæ.*

Magistra omnium Prophetarum. *Petrus Galat. lib. de Arcan. cap. 17.*

Magistra Apostolorum omnium, & Discipulorum Christi, & simul Ecclesiarum; vndè, & cunctas hæreses solam interemisse in Ecclesia Dei, meritò decantatur. *D. Thomas de Villanoua Conc. 3. de Assump. B. Mariæ.*

MAGNES, per quem reducuntur homines ad portum Cœli, & ferrea peccatorum corda attrahuntur Deo. *D. Brigit. lib. 3. Reuel. cap. 23.*

Magnes diuina, cuius directione ab omnibus fluctuationibus liberari, optatis supernæ patriæ littoribus applicabimus. *Bernardin. de Bustis in suo Mariali serm. 2. de Coronat. B. Mariæ & Mauritius de Villaprob. ser. 23. Coronæ nouæ V.*

Magnes diuina, ferrum, idest, animam nostram induratam dirigens aduersus Tramontanam, idest, versus se ipsam, per denotionem, facienſque nos videre pericula, in quibus sumus, vtrum versus portum, an vero in præcipitium pergamus. *Bernardin. de Bustis in suo Mariali serm. 2. de Coronat. SS. Dripæ.*

Magnes diuina, cuius mediante virtute nisi dirigamur ad portum salutis, periclitamur, cū simus in mari huius mundi varijs agitati procellis. *Idem ibidem.*

Magnes spiritualis, Magnetem lapidem procul superans, quæ meritis suis, ac precibus ferreum pectus omnis peccatoris trahit, & emollit ad pœnitentiam, nauigantibus in hoc mari magno, & nimis periculoso præmostrat rectitudinis viam, & tanta præstat beneficia mortalibus, quanta nullius facundia poterit exprimere disertissimi oratoris. *Io. Trith. lib. 1. de Miraculis B. V. in Vticeto cap. 7.*

Magnes diuina, cuius mediante virtute nisi traheremur ad portum salutis, varijs agitati procellis, in mari huius mūdi periclitaremur. *Maurit. de villaprobata ser. 23. Coronæ nouę V.*

Magnes diuina, ferrum, idest, animam nostram ferream induratam dirigens versus tramontanam, idest, versus se ipsam per deuotionem, quæ est Stella maris, facienſque nos videre pericula, in quibus sumus, & vtrum versus portum, an verò in præcipitium pergamus. *Idem ibidem.*

MAGNIFICATRIX Domini, mente ardentissima, voce suauissima. *Rupert. Abbas lib. 3. Commentar. in Cant. Cantic.*

Magnificatrix Domini. *D. Antoninus in sum. part. 4. tit. 15. cap. 30.*

MAGNIFICENTIA Ciuitatis nostræ. *S. Iacob Maior Apostol. apud B. Amadeum raptu. 8.*

Magnificentia Populi Christiani. *S. Germ. orat. 2. in Dormit. B. Virg. Mariæ.*

Magnificenria Dei, quia magnificata est à Deo, & magnificauit Deum, passiuè, scilicet, & actiuè: passiuè quia Deus magnificauit eam, Filium suum ei dando, vndè ipsa dixit Lucę 1. Fecit mihi magna, qui potens est, actiuè verò, quia ipsum magnificauit, se tantum sub eo humiliando, sicut quod in se non mouetur, alterius humiliatione exaltatur. Ideò dixit ipsa: Magnificat Anima mea Dominum. *Rich. à S. Laur. de laud. B. M. lib. 4.*

Magnificentia Domini. *Albertus Magn. in Postillis super cap 1. Lucæ.*

Magnificentia Dei singularis, quia in eius exaltatione plus magnificatur, & etiam in eius humiliatione, deuotione, gratiarum actione, & omnium bonorum Dei fruitione, plus magnificat Dominum, quam omnis creatura alia simul sumpta, vnde merito eleuata dicitur super cœlos, idest, super Angelos vniuersos, quia sicut Filius Dei Iesus sedet ad dexteram maiestatis in excelsis Heb.1.cap. tanto melior Angelis effectus, quanto præ illis differentius nomen hereditauit, quod nomen profectò est, vt verè sit Dominus per gratiã vnionis: sic, & Mater Iesu, tanto omnibus Angelis melior est, quanto præ omnibus in dignitate materiali abundat. *Idem tom. 3. serm.de Assumpt.B. Virg.*

Magnificentia Dei, super Cœlos eleuata, nam sicut in prima conditione magnificatus est Deus, quia de nihilo tam sublime Vniuersum, tam sublimes Angelos condidit, sic quoque in reparatione non minus magnificatus est, quia de humana natura infecta, perdita, & damnata, Christum hominem propagauit, & de muliebri sexu in ordine rationalium secundum communem cursum infimo, & matrem sibi, & toti cœlesti Curiæ dedit. *Idē tom.1.f.61.*

Magnificentia Dei singularis; plus enim magnificat Deum, quam omnis alia creatura simul sumpta. *Maurit.de Villaprobat.serm.16. Corona nouæ.B. Mariæ.*

MAGNITVDO charitatis. *D.Bonauent.in Psalt. Lytanijs B.V.*

Magnitudo naturæ. *Iac.Monach.in Mariali. or.5.*

Magnitudo miraculorum. *Isidor. Theßalon. orat. de Annunc.V. Mariæ.*

Magnitudo incomprehensibilis omnium virtutum, donorum, & gratiarum. *D. Bernardin. senens.tom.1.serm.61. & Maurit. de Villaprob. serm.25 Corona nouæ B.M.*

MAHATH deuotorum in Christum Ascentionc. *Barthol.de Pisis lib.1.de laud.V. fruct. 4.*

MAIESTAS Regalis. *Georg.Nicomed.orat.3.de Concept.Deiparæ.*

Maiestas reuerenda. *D.Amad.hom.7. de laud. V.*

MALACIA perturbatorum. *S. Germ. orat. 2. in Dormit. B. Mariæ.*

MALACHITES spiritualis, viridem superans Malachitem, quæ infantibus, & adhuc in operatione virtutum paruulis contra omnes terrores, fascinationes nocturnas, inquietudines, & pauores subitaneos potenter subuenit, eosque in omni prosperitate crescentes, suis meritis defendit, ac tuetur. *Io.Trith.lib. 1.de Mirac.B.V. in Vrticeto cap. 7.*

MALALEEL laudum exhibitione. *Bartholom. de Pisis lib.de laud.Virg. fruct.4.*

MALLEVS, in quo videre est sapientiam Christi contrà calliditatem Diaboli, & dementiam contra crudelitatem; sicut enim Diabolus vtitur muliere pro malleo ad emolienda corda superborum ad lasciuiam: ità Christus vtitur ista Muliere pro malleo ad emolienda corda humilium ad pœnitentiam. Hinc est, quod audito in Ecclesia dulcissimo Mariæ nomine, statim laicorum corda lapidea, quasi quodam malleo pietatis percussa semetipsa concutiunt, manus, & oculos ad Cælos leuant, & auxilium à Maria postulant, & tan quam Nautæ in periculo constituti ad Stellã sibi cognitam frequentius inspectant. *Heli. nand.Cisterc.ser.2.de Assumpt. B.Mariæ.*

Malleus iustitiæ, quando contriuit apostatam Iulianum. *Idem ibidem.*

Malleus pietatis, cuius violenta percussio efficax est oratio nunquam ab effectu miserandi, frustranda coram diuinæ Maiestatis præsentia. *Idem ibidem.*

Malleus pietatis, dum Ægiptiacam conuertit, & Theophilum. *Idem ibidem.*

Malleus pietatis, quam per Assumptionem oportuit in altum subleuari, vt de præsenti sæculo translata pro peccatis nostris apud Deum fiducialiter intercederet; omnis enim malleus fortius ab alto percutit, quam ab imo. *Idem ibidem.*

MALVM suauem redolens odorem, sterilis plantæ fructus, & Dei oculis speciosus, quæ in canticis cecinit: Stipate me malis, quia vulnerata charitate ego sum: Cant.2. Cuius decerpens puritatem Christus incontaminatam, odoris præstantiam expirantem, latè, iucundèque tribuit mundo. *S.Io Damas.orat.4.de Natiuit.B. Virg.*

Malum punicum, quia si malum punicum exterius rubeum est, & in vno cortice multitudinem habet granorum, ita in Virgine multitudo bonarum operationum, quæ intra fidem Dominicę Passionis tenetur inclusa. *Alan.de Insul. in cap.4. Cant.*

MALVS, cuius flos Christus Dominus, qui fuit candidus nascendo, purpureus patiendo, roseus, idest pulcherrimus resurgendo, quando resloruit caro eius; ipsa etiam fuit candida virginitate, purpurea compassione, rosea intensissimi roboris est. *Rich.à S.Laur.de laud.Virg.lib.12.*

Malus, quia si hęc arbor in vere, & æstate speciosa florum amœnitate, in autumno fructuosa pomorum vbertate, sed in hyeme scabrosa frigoris asperitate: Maria speciosa conuersatione, fructuosa Filij portatione, sed rugosa, & despicabilis in hyeme passionis Dominicę *Idem ibidem.*

MAMMILLA nutriens eum, qui creauit omnia. *Io.Epist.Aretin.in tract.de Dormit.SS.V.*

Mammilla orphanorum. *D.Bonauent.in Psalt.Litanijs B. Virg.*

Mammilla paruulorum. *Idem ibidem.*

MANASSES spiritualiter, qui interpretatur obliuiosus; oblita enim erat in opere omnium passionum, & consanguineorum, solum attendens ad Dei voluntatem. *D. Antoninus in summa part.4.tit.15.cap. 6.*

MANCIPIVM Dei. *D. Thomas de Villanoua serm.1.de Annunc.B.Virg.*

MAN-

MANDRAGORA, quæ eſt herba frigida, ſiccа, & aromatica, quæ profundiſſimè radicatur in terra, & terræ parum ſupereminet, cuius radix formam habet humani generis, excepto capite; Maria enim frigida fuit, & ſiccа per virginitatem, & aromatica Deo, Angelis, & hominibus per omnium virtutum genus; profundiſſimè radicata per dilectionem, & contemplationem, in terra ſtabilitatis æternæ; illi terræ ſupereminēs quoad Angelos, & animas ſanctas, ſed non quantum Chriſtus homo, qui caput eſt totius creaturæ: Chriſto homini humanato ex ea ſimilis per humilitatem, quæ fuit radix eius, ſed non per diuinitatem; Caput enim Chriſti Deus, id eſt Diuinitas. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 12.*

Mandragora, quia ſi mandragora diligitur à medicis, quia talis virtutis eſt, vt ægris laborantibus incommodo vigiliarum ſomnum indulgeat, tam profundum etiam ſoporem inducit, vt ſi cortex eius vino mixtus ad bibendum detur ægrotanti, incidi poſſit abſq; doloris ſenſu: Maria dilgitur à medicis, id eſt, prædicatoribus, & ipſis peccatoribus, qui ſanari deſiderant à languoribus vitiorum, quia ſuis orationibus, meritis, & exemplis, eis ſomnum indulgeat, de quibus antea dicebatur. Parab. 4. non dormiunt, niſi malè fecerint, & non rapitur ſomnus ab eis, niſi plantauerint. Cortex verò eius, id eſt, exemplum ſuæ conuerſationis, vino prædicationis admixtus, & ab auditoribus deuotè ſuſceptus, tam profundè ſoporat hominem per cōtemplationem, & ſui imitationem, vt nec læſionem proprij corporis, nec damna ſentiat rei familiaris; per gratiam ipſorum cordibus inſpirans, quod non ſunt eondignæ paſſiones temporis huius, ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis ad Roman. 8. *Idem ibidem.*

Mandragora, quia ſi mandragora poma habet rubea, & odorifera, & pomis puniceis ſimilia: Maria habuit pomum, ideſt, Chriſtum rubeum, proprij ſanguinis effuſione, & odoriferum quia fracto corporis eius alabaſtro, domus, ideſt, Eccleſia repleta eſt ex odore vnguenti; ſimile etiam malo punico, quia fractum in Cruce apparuit candidum per innocentiam, & rubicundum per charitatem, & patientiam, & plenum granulis, ideſt, virtutibus vniuerſis. *Idem ibidem.*

MANE, de quo dicitur Iſai. 58. tunc, ideſt, in tempore, gratiæ erumpet, ideſt, ſubitò, & ex improuiſo naſcetur de tenebroſa Synagoga, quaſi mane, quod videtur procedere de tenebroſa nocte, lumen tuum, ò Eccleſia, id eſt B. Virgo, cuius vita inclita cunctas illuſtrat Eccleſias. *Richard. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 7.*

Mane, quod nobis genuit diem, ideſt, Chriſtum, qui eſt dies æternus. *Idem ibidem.*

MANIFESTATIO abyſſi diuinæ incomprehenſionis occultæ. *Andreas Cretenſis orat. 3. de Aſſumpt. B. Virg.*

Manifeſtatio arcanorum profundorum diuinæ incomprehenſibilitatis. *Idem ibidem.*

Manifeſtatio ſecretorum Dei. *S. Germ. Conſtant. orat. 2. in Præſentat. B. Virg.*

Manifeſtatio magni myſterij. *Leo Imperator in orat. de Natiuit. B. Virg.*

MANNA. *D. Bernard. ſer. 3. ſuper Salue Regina.*

Manna, quia eſt ſubtilis, & ſplendida, ſuauis, & virgo, quæ velut cælitus veniens cunctis Eccleſiarum populis cibum dulciorem melle defluxit, quem qui edere, aut mandueare neglexerit, vitam in ſemetipſo habere non poterit. S. *Ambroſ. in Pſalm. 35.*

Manna abſconditum, quod vincenti promittitur omne delectamentum in ſe habens, & omnis ſaporis ſuauitatem. *Idiota de B. Virgine par. 6. contemp. 17. & Rich. à S. Laur. de laud. V. lib. 4.*

Manna habens guſtum ſimilem cum melle. *Idem ibidem.*

Manna, de qua ſcaturijt ille vermiculus, qui loquitur in Pſalmo. Ego autem ſum vermis, & non homo; ſient enim vermis ſine concubitu de mann ſcaturit; ſic ſolus ſine virili ſemine de Virgineo ventre conceptus, & natus eſt Chriſtus Filius Dei. *Rupertus Abbas lib. 3 commentar. in Exod. cap. 18.*

Manna abſconditum, in ſe continens omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem. Sap. 16. vndè & ipſi optimè conuenit ille verſus Pſalm. 30. Quam magna multitudo dulcedinum tuarum, ò Domina, quam abſcondiſti diligentibus te. Si autem guſtus mannæ erat quaſi ſimile cum melle Num. 11. omnis dulcedo alia, Mariæ comparata, amaritudo eſt, vndè proſaicè dicit ei quidam: Omnis dulcor amareſcit, reprobatur, & ſordeſcit, tuum præguſtantibus. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virgin. lib. 4.*

MANSIO Vnigeniti. *Orig. hom. 1. in diuerſos.*

Manſio Diuinitatis. *D. Hildephonſ. in lib. de Virginitate S. Mariæ cap. 2.*

Manſio Imperatoris cœleſtium. *Idem ibidem.*

Manſio, in qua ſingularitas hoſpitio tantum, & hoſpiti. *Idem ibidem.*

Manſio, ſupermundana venerabilior regione, virtutum ſplendore coruſca, ex qua iuſtitiæ Sol exoriens, ſanctis diem, qui neſcit occaſum, hominibus inuexit. S. *Io. Damaſc. orat. 4. de Natiuit. B. Virg.*

Manſio Domini omnium creaturarum. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Manſio cæleſtis, de cuius templi medio ſuſcepimus incarnatam Dei miſericordiam. *D. Anſelmus in Pſalt. B. Virg. par. 1.*

Manſio lucis æternæ corporalis, quam corporaliter inhabitauit ille incorporeus, & circumſcriptus, creans ſimul, & viuificans omnia ſpiritus. *Idem in libro, ſiue Tractatu de Concept. Virg.*

Man-

Manſio peculiaris trium in diuinis perſonarum. *Anton.Poeq.ſer.1.de Concept.B.V.*

Manſio totius ſacroſanctæ Trinitatis. *Iſidorus Theſſalon.in orat.de Præſentat.* B.*V.*

MANVBRIVM, per quod velut ferrum inſeparabiliter ei iuctum renemus Chriſtum, vtique qui non habet hoc manubrium, non habebit hoc ferrum; ſemel enim ita coniuncta ſunt, & ſemper connexa manebunt. *Petrus Cellenſis ſer.1.de Aſſumpt.* B. *Virg.*

Manubrium, quo ferrum, nempè Chriſtus, ad tenendum eſt melius, ad mouendum habilius, ad operandum vtilius, quo qui carer parum operabitur illo, quia non dominabitur niſi ex ea Chriſtus naſceretur, humana cæcitas non illuminaretur, humana infirmitas non ſanaretur, huanum genus non redimeretur. *Idem ibidem.*

MANVDVCTIO noſtra ad diuinæ cognitionis ſemitam. *S.Io.Damaſc.in Paracl.B.V.*

Manuductio omnium. *S.Ioſeph hymn.in ſuo Mariali.*

MANVDVCTRIX noſtra, ad amplitudinem vitæ, ad ſemitas pœnitentiæ, & ad bonos ingreſſus voluntatum Chriſti. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

MANVS, quæ verbum eſſentiale, ſubſiſtenſq; ex Patre natum, per litteras peperit, dum illud per corpus generauit, & humanis aſpectibus conſpicuum reddidit. Verbum namq; tuum (inquit ille) quædam mentis tuæ proles eſt, at poſtquam Verbum iſtud, quod mens tua peperit, clementis, & litteris voluerit exprimere, & in charta efformare, manu litteras deſcribis, & verbum tuum quodammodo per manum denuo paris, non quod tum ſui eſſe initium ſumat, cum per manum ſcribitur, aut quod tunc demum, quando manus litteras effingit, exiſtere incipiat; (iam enim ante ex mente natum erat,) ſed quod tunc verbum per manum litteras fingentem, initium, vt cerni queat, accipiat. Cum ergo exemplum hoc euidens exiſtat, notiſſimamque imaginem gerat, age ſimilitudinem hanc ipſi prototypo adaptemus. Hic itaque cernis mentem, ibi conſidera patrem; hic verbum ex mente productum agnoſcis, ibi verbum eſſentiale, ſubſiſtenſque ex patre natum contéplare; hic manum per litteras verbum parientem conſpicaris, ibi intellige virginem per corpus verbum generantem, non quod ea ſuo partu Diuinitati initium dederit (abſit,) ſed quod Deum inhumanatum humanis aſpectibus conſpicuum reddiderit. *Theodor.Ancyranus orat.2. de Natiuit.Domini.*

Manus aurea, pulchra in mente per puritatem, clara in conuerſatione per honeſtatem, incorrupta in mente, & in corpore per caſtitatem, & virginitatem. *Iacobus de Voragine in Mariali ſer.1.M.*

Manus Dei tornatilis, aurea, & hyacinthina, Cant. 5. *Idem ibidem.*

Manus tornatilis, quæ leui motu noſtri deſiderij ciro mouetur, & velociter ad auxilium noſtrum venit. *Idem ibidem.*

Manus Dei fortiſſima, quæ Dæmones proſtrauit, propter quod omnes Angeli eam benedixerunt, iuxta illud Sapient.20. Victricem manum tuam laudauerunt pariter. *Bernardin. de Buſt.ſerm.4. de Nominat.Maria.*

Manus Dei, per quam Deus electo ſuo ſuccurrit; vnde inquir Pſalmiſta Pſalm.88. Manus mea auxiliabitur ei. *Idem ibidem.*

Manus Dei, per quam Deus nobis tribuit bona Paradiſi. *Idem ibidem.*

Manus Dei, qua protegit vnumquemque denotum, cui inquir Dominus Eſai. 51. Sub vmbra manus meæ protexi te. *Idem ibidem.*

Manus Domini, quę non abbreuiata eſt ad ſubueniendum nobis. *Idem ibidem, & Maurit.de Villaprobata ſer.9.Coronæ nouę B.M.*

Manus tornatilis, aurea, plena hyacinthis. *Bernard.de Buſt.ſer.4.de Nominat.M.*

Manus aurea. *Maurit.de Villaprobata ſer.9. Coronæ nouæ B.M.*

Manus Dei, in qua eſt anima omnis viuentis. Iob. 12. *Idem ibidem.*

Manus Dei, in qua ſunt omnes fines terræ. Pſal. 94. *Idem ibidem.*

Manus Dei, in qua ſunt omnes Sancti. Deut. 15 *Idem ibidem.*

Manus Dei, qua impletur omne animal benedictione. *Idem ibidem.*

Manus Dei victrix. Sap.4. *Idem ibidem.*

Manus tornatilis ad ſuccurrendum velociter. *Idem ibidem.*

MARE ſpirirale, habens gemmam cœleſtem Chriſtum. *D.Epiphan.in ſer.de Laud. Virg.& S.Io.Chryſoſt.hom.in Chriſti Natal.*

Mare, abyſſum intellectualiter circumdans. S. Io. Chryſoſt.orat.7. *in Sanctiſſ.Deiparam.*

Mare virgineum. *S. Proclus in orat.6. quæ eſt de Laud.* B. *Virg.*

Mare gratiarum. *S. Sabbas in Menæis Græcorum die 8.Februarij. Iſidor.Theſſal.orat.de Aſſump. B.M. D.Antonin.in ſumm.par.4.tit.15. cap.4. Bernard.de Buſt.ſer.9.de Natiuit. B.M. Maurit.de Villaprobata ſer.14. Coronæ nouæ B.M. & ſer.13.Coronæ nouæ B.M.*

Mare, ſubmergens Pharaonem ſtolidum. *Andr. Cretenſ.orat.2. in Annunc.*

Mare impermeabile, atque dulciſſimum. quod Pharaonem ſpiritualem in profundum demerſit. S. *Ioan.Damaſc. in Menæis Græcor. die 27. Ianuarij.*

Mare, quod tamquam ex vteri ſinu ſpiritalem margaritam emiſit. *Idem in or.4.de Nat.B.V.*

Mare dulciſſimum, atque imperuium, quod Pharaonem intellectualem demerſit. *S. Io. Damaſc. in Can.SS. Deip.*

Mare amarum amaricando in nobis noxias mundi delicias. *Idiota de* B. *Virgine. part. 4. contemplat. 5.*

Mare amarum in glorioſiſſimi Filij ſui paſſione, quan-

quando animam eius ſanctiſſimam pertranſiuit doloris gladius; longè enim pluſquam martyr cenſenda eſt, quia in ea paſſionis ſenſum exceſſit compaſſionis affectus. *Idem ibidem.*

Mare amarum propter multas amaritudines, quas ſuſtinuit in Filio tempore paſſionis. *Idem de B. Virgine par. 14. contemplat. 52.*

Mare, quia ſicut mare non poteſt exhauriri; omnes enim aquas recipit, & omnes aquas emittit, & ſemper plenum remanet: ſic Beata Virgo recipit omnes aquas gratiarum, & plenitudinem vniuerſorum bonorum, vt ea nobis diſtribuat ſine diminutione plenitudinis ſuæ. *Idem de B. Virg. par. 10. contempl. 3.*

Mare diuiſum, iterumque vnitum ad mergendum myſticum Pharaonem. *Io. Geometra ſer. in Annunciat. SS. Dei Genitricis.*

Mare amarum compatiendo. *S. Anſelm. Lucen. ſuper Aue Maria.*

Mare amarum propter Filij paſſionem, & noſtrarum iniquitatum compaſſionem. *Idem ibidem.*

Mare accendens ſitim, hoc eſt, deſiderium æternorum, vel ſitim gratiæ. *Richar. à S. Laurentio de Laud. Virg. lib. 1.*

Mare amarum, non propter amarum pœnitentiæ gemitum, quem non habuit, quæ non peccauit, ſed propter vehementiam doloris, quem habuit in Filij paſſione, ſortita eſt nomen amaritudinis. *Idem de Laud. Virg. lib. 1.*

Mare amarum, quia mare, id eſt, mundum per gratiam ſuam nobis amaricat, & per exemplum, & vniuerſas mundi delicias conuertit in amaritudinem de ſe fideliter cogitanti, & mundanas amaritudines ſuis imitatoribus dulces facit reputari. Deut. 23. Inundationes maris, quaſi lac ſugent, ſcilicet, imitatores Mariæ. *Idem ibidem.*

Mare amarum, quia mundus fuit ei amarus, vndè, & per virgam nuceam intelligitur Ierem. 1. in nuce enim nucleus dulcedinem, teſta ſoliditatem, cortex haber amaritudinem: nucleus huius nucis ſpiritus Mariæ ſuper mel dulcis: teſta ſolida corpus integrum: cortex exterior mundus, cuius diuitias ſpinas reputabat. *Idem ibidem.*

Mare amarum propter multitudinem amaritudinum, quas ſuſtinuit in Filij paſſione, vnde dicit Filio, ſicut Filius Patri. Pſal. 41. Omnia excelſa tua, & fluctus tui, ſuper me tranſierunt, per compaſſionem, & interiorem amaritudinem, quia ſicut dicit Beatus Bernardus, non potuit videre Filium crucifigi, ſine affectu materni doloris, etiamſi ſperaret reſurrectionem, & mortem ſuperaturum. *Idem ibidem.*

Mare amarum, quia mundanas delicias amaricat amatoribus ſuis, & amaritudines præſentes dulcorat, charitatis igne gratiam eis ſubminiſtrando. *Idem ibidem.*

Mare amarum, ratione ſui ſtatus in Filij paſſione; fuit enim tunc tota amara pro dolore Filij, & amara valde pro excæcatione Populi ſui. *Idem ibidem.*

Mare, de quo propheticè dictum eſt Eccleſ. 1. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat; omnia enim fluuia, id eſt, omnes aquæ dulces, ſcilicet, omne genus gratiarũ, & omnia chatiſmata intrarunt in mare, ideſt; in Mariam, & mare, id eſt, Maria, non redundauit, ideſt, non intumuit per ſuperbiam, nec ſe reuoluit per iactãtiam, nec littus ſuum, aut limitem humilitatis exceſſit; audito ſiquidem ab Angelo, Aue gratia plena Dominus tecum, reſpondit. Ecce Ancilla Domini. *Idem ibidem.*

Mare fuſile, de quo legitur 3. Reg. 7. & 2. Paralip. 4. quod in ædificatione templi poſitum eſt in latere dextro, contrà orientem ad meridiem, vt lauarentur in eo intrantes in templum, nè præſumerent intrare templum polluti: Maria enim fuſilis fuit per pietatem, liqueſacta per dilectionem, ænea, ideſt, impenetribilis per peccati immunitatem, ſonora prr diuinam laudem, & orationum aſſiduitatem, quæ ſpeciali affectu miſtricordię, volentibus intrare Eccleſiam, prima omnium Sanctorũ occurrit, ipſis gratiam interioris amaritudinis, & contritionis, & ſonum veræ confeſſionis infundit ad verum oriẽtem, ideſt, Chriſtum filium ſuum, & eos per gratiam ſuam deducit charitatis feruore, quæ per meridiem deſignatur, accendit, & tandem ad dexteram æternæ beatitudinis introducit. *Idem ibid.*

Mare propter aquarum, ideſt, gratiarum plenitudinem, vnde dicta eſt gratia plena; ſicut enim in mari, nec fundus, nec menſura eſt: ita Maria accepit gratiam ad menſuram aliorum Eccl. 1. Profundum abyſſi quis dimenſus eſt? *Idem ibidem.*

Mare propter nauigij aptitudinem, vnde dicitur Chriſto: In mari via tua, & veſtigia tua non cognoſcentur; per ea enim tamquam per mare venit Chriſtus in mundum, & per eam tanquam per mare tranſeunt veri Iſraelitę ad portum felicitatis æternæ, ſubmerſis Ægyptijs, quia ipſa vniuerſas hæreſes interemit: vel ſubmerſis Ægyptijs, ideſt Dęmonibus, & vitijs, in fluctibus lachrymarum, quæ procedunt de mari, id eſt, de amaritudine animi, rubro per memoriam peccatorum. *Idem ibid.*

Mare, quia ſicut aquæ maris ſalſæ ſunt, & potatæ magis ſitim accendunt: ita aquæ gratiarum, quia diſtribuit Maria, guſtatæ, magis accendunt deſideriũ, vnde ipſa dicit Eccleſ. 24. qui bibunt me, adhuc ſitient. *Idẽ ibid.*

Mare, quia ſicut guttę maris non poſſunt dinumerari: ita gratię, vel miſericordiæ Beatæ Virginis innumerabiles ſunt Eccl. 1. Arenam maris, & guttas pluuiæ, quis dinumerat? *Idem ibidem.*

Mare, quia ſicut mare non poteſt exhauriri; omnes enim aquas recipit, & omnes aquas emit-

tit,

cit, & ſemper plenum remanet, & ideò recipit, vt emittat: ità Maria à Deo recepit omnes aquas gratiarum, omnem plenitudinem vniuerſorum bonorum, vt ea nobis diſtribuat ſine diminutione plenitudinis ſuę, & ideò ad locum vndè exeunt flumina beneficiorum reuertuntur, id eſt reuerti debent per gratiarum actionem, vt iterum fluant ad nos Eccl.1. & ſicut nec maris profunditas, ita nec Mariæ liberalitas poteſt exhauriri; indefeſsè enim, & ſufficienter dat gratiam vniuerſis, niſi per eos ſteterit, quam facillimè inuenit apud Deum. *Idem ibidem.*

Mare rubrum, quia per compaſſionem rubricata in Filij paſſione, vndè dicitur Sinamitis, id eſt, coccineæ Cant.6. in ipſa enim, & per ipſam ſubmerſus eſt ſpiritualis Pharao, ideſt, Diabolus, quia in manu fœminæ tradidit Deus Siſaram Iudic.5.cum toto exercitu vitiorum: & eius meritis, orationibus, & exẽplis tranſeunt veri Iſraelitę abÆgypto huius mundi in deſertum pœnitentię, ipſa eis infundente gratiam pœnitendi, & in terram promiſſionis per Iordanem, qui interpretatur humilis deſcenſus, id eſt per ipſam Mariam, in quam deſcedit Filius Dei, merito humilitatis eius. *Idem ibidem.*

Mare amarum, non quia amarum pœnitentiæ habuerit gemitum, ſed quia in Filij paſſione, quodam quaſi præſagio, nomine amaritudinis eſt ſortita. *D. Anton.de Padua ſer. in Dominica 1. poſt Epiph.*

Mare, in quo Chriſtus via humilitatis factus eſt, iuxta illud: In Mari via tua. *Pſalm.76. Idem ſerm.in Dominica 8.poſt Trinit.*

Mare amarum Dæmonibus peruerſis. *D.Bonau. in Speculo B.Virg.cap.3.*

Mare amarum Diabolo, & Angelis eius, per ipſam oppreſſis, quemadmodum mare rubrum, amarum fuit Ægyptijs in ipſo ſubmerſis. *Idem ibidem.*

Mare amarum, Diabolum ſubmergendo. *Idem ibidem.*

Mare gratia affluendo. *Idem ibidem.*

Mare plenum. *Idem in Speculo B.V. cap.7.*

Mare propter affluentiam, & copiã gratiarum. *Idem in Speculo B.V. cap.3.*

Mare Spiritus Sancti. *Idem ibidem.*

Mare tonans. *Idem in Speculo B.V. cap.7.*

Mare amarum, in quod ſummus mons montium ad illa verba: Ecce Ancilla Domini, tulit ſe, & miſit. *Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt. cap.147.*

Mare amarum noxias delectationes noſtras abundanter amaricans. *Idem in Poſtillis ſuper cap.1. Lucæ.*

Mare amarum pro ſalute generis humani. *Idem ibidem.*

Mare amarum, quia compungit in illecebris. *Idem ibidem.*

Mare, in quo omnium gratiarum congregatio. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.53. & Iacob. de Voyg.in Mariali ſer.2.fol.*

Mare ob plenitudinem gratiarum, quia ſicut in mari eſt omnium aquarum congregatio, ita in ipſa eſt omnium gratiarum adunatio. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.Eccleſiaſt.*

Mare, quod nunquam per deſideria, & ſuſpirationes quieſcere potuit, donec verus Ionas, ideſt Dei Filius in ipſum per incarnationem miſſus fuit Ionæ 1. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ionam Prophet.*

Mare amarum, noſtras auferens amaritudines. *Ægidius Columna in Expoſit. in Salutation. Angelicam.*

Mare amarum, ob amaritudinem pœnalitatis, & luctus. *Idem ibidem.*

Mare ſine peccati auſteritatis, & terroris amaritudine. *Idem ibidem.*

Mare amarum, & ſalſiſſimum, Solis ardore decoctum, & ideo ab omni corruptione remotiſſimum. *Ern. Prag. in Mariali cap. 21. & cap. 127.*

Mare amarum, quia ipſa exercitum Pharaonis, & capita Draconis deiecit in profundum, & ſuos protegit, & liberat, tranſire facit, & ſaluat. *Idem in Mariali cap.119.*

Mare amatoris, quia in ipſa corporaliter habitauit ille humanarum animarum æternus amator Ieſus Chriſtus. *Idem in Mar. c.119.*

Mare amplectens, & circumcingens terrę Sphęram, quæ eſt Eccleſia, in quatuor partibus, quia ſecundum longitudinem, latitudinem, ſublimitatem, & profunditatem. *Idem in Mariali cap. 21.*

Mare, cuius inundationes, id eſt amaritudines in paſſione Filij, omnis, qui eam verè diligit, tamquam lac fugere dulce ducit. Deuter.33. *Idem in Mariali cap.69.*

Mare nutriens nubes, ideſt, Prædicatores, totum mundum irrigantes, mittens per mundum infinitas aquarum venas, vndè oriuntur fontes, & flumina, lacus, & ſtagna, per quæ diuerſi generis beneficia intelliguntur, quæ dinumerare nemo poteſt, quę occultè ab ipſa exeunt. *Idem in Mariali cap.21.*

Mare vitreum, propter puritatem, per cuius aquam, id eſt, gratiam omnes filij Aaron, id eſt, viri contemplatiui, qui accedunt ad offerendas Domino hoſtias ſpirituales, ideſt, fructus labiorum confitentium Domino, maculas ſuas, defectuſque ſolent abluere. Exod. 38. *Idem in Mariali cap.140.*

Mare pacificum. *D.Cath.Senenſ. in XI. ſuarum orationum, quam orationem Romæ habuit in die Annuntiat. B.V. anno. 1379.*

Mare, quia virtutibus cunctis fœcundatur. *Barthol.de Piſis lib.1.de Laud. Virg.fructu 8.*

Mare, in quod intrauerunt omnia flumina; quidquid enim virtutis, & gratiæ conferri potuit creaturæ non vnitæ, in eam eſt tranſfuſum copioſiſſimè vſque adeò, quod plures in ſe ſola coniunctim, & in gradu perfectiori, quam cæteri filij Adam, ſigillatim, etiam ad vitam æternam prędordinati. *Anton.Pocq. ſer.10.de Concept.B.V.*

Mare

Mare virgineum, fluentibus aquis de libano repletum, quod redundauit eatenus, quatenus acciperet de eius plenitudine quælibet rationalis creatura. *Idem ſer.6.de Concept.B.V.*

Mare amarum in eius conuerſatione, propter penuria conuerſationem. *D.Bernardin.Sen. Tom.3.ſer.1.de glorioſo nomine Mariæ.*

Mare amarum in paſſione Filij, quando gladius à Simeone prædictus, eius animam pertranſiuit. *Idem Tom.1.ſer.52.*

Mare amarum, in quo dolorem fluctus, & flumina amariſſima intrauerunt tempore paſſionis Filij. *Idem Tom.3. ſer.2. de glorioſo nomine Mariæ.*

Mare amarum propter ſollicitudinem viduale. *Idem Tom. 3. ſermon. 1. de glorioſo nomine Mariæ.*

Mare amarum, quia amaricata, & per paſſionem ad amaritudinem incitatiua. *Idem ibidem.*

Mare, quod per impatientiam non redundauit, licet omnia ferè dolorum flumina in ſe abſorbuerit, ſicut Eccleſ.1.Cap. myſticè ſcriptum eſt: Omnia flumina intrant in mare, id eſt, in Mariam, & mare non redundat, ſcilicet, per impatientiam; redundat tamen in nos per eam mare largitatis diuinæ, quia de plenitudine eius accepimus omnia. *Idem Tomo 3. ſer.2. de glorioſo nomine Mariæ.*

Mare amariſſimum in paſſione Filij. *D. Antonin. in ſumma par.4. tit.15. cap.14.*

Mare amarum, in conuerſatione amara, id eſt, perfecta ſenſuum mortificatione; nulla enim pura creatura mortificauit ità ſenſus ſuos ab omni vanitate, & curioſitate, vt ipſa. *Idē.ibid.*

Mare amarum, quia paſſionis dolorem cum Filio ſuſtinuit. *Idem ibidem.*

Mare, in quod intrant omnia flumina gratiarum. *Idem in ſumma par. 4. tit.7.c.2.§.5.*

Mare, in quod intrauerunt omnes aquæ gratiarum, quæ fuerunt in alijs ſanctis. *Idem in ſumma par.4.tit.15.cap.14.*

Mare mundans à peccatis, meritis, & præcibus ſuis. *Idem in ſumma par.4.lib.7.cap.2.§.5.*

Mare plenum omni gratia, quod non redundauit, excedens terminos ſuos, in aliquam elationem, vel iactantiam. *Idem in ſumma par.4. tit.15. cap.14.*

Mare, quod omnia flumina gratiarum recipiés, non redundauit in aliquam ſuperbiam. *Idem in ſumma par.4. tit.15. cap.4.*

Mare, quia ſicut nullus valet guttas maris dinumerare, ſic miſericordiam, gratiam, excellentiam, gloriamque Mariæ nullus poteſt exprimere. *Dionyſ. Carth. lib.3. de Laud. Virg. artic.* 30.

Mare, à quo terra Eccleſiæ militantis attrahit pluuiam ſaluris, & influentiam gratiarum. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 2. de Aſſimilatione B. Mariæ.*

Mare, ad quod omnes Chriſtiani debent ſe transferre iuxta illud Pſalm.47. Transferentur montes in cor maris. *Idem ſerm. 2. de nominatione Mariæ.*

Mare, cuius aqua eſt pro muro Filijs Iſrael, ideſt bonis deuotis. Exod. 14. *Idem ibidem.*

Mare, de quo inquit Salomon Sapien. 14. Tranſeuntes per ratem, ideſt, per deuotionem liberati ſunt. *Idem ibidem.*

Mare, in quo defluunt omnia flumina diuinorum chariſmatum. *Idem in Mariali ſerm.2. de Corognat.B.M.& Maurit.de Villaprob.ſerm.33. Coronæ Nouæ B. Mariæ.*

Mare, in quo mittentes retia deuotionis, capiunt piſces diuinę dulcedinis. *Bernard. de Buſt.ſerm.2.de Nominat.Mariæ.*

Mare iuxtà quod ſedit Filius Dei. Matth. 13. *Idem ibidem.*

Mare magnum, & ſpatioſum; in ipſa enim confluxerunt, & reductæ ſunt omnes aquæ, id eſt, gratiæ, & chariſmata omnium Angelorum, Archangelorum, Principatuum, Poteſtatum, Virtutum, Thronorum, Dominationum, Cherubim, & Seraphim, Patriarcharum, & Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & omnium Sanctorum. *Idem ibidem.*

Mare, quod demerſit Pharaonem, id eſt, Diabolum cum exercitu eius in profundum. Exod. 14. *Idem ibidem, & Maurit.de villaprob. ſer. 12. Coronæ nouæ B.M.*

Mare, quod nos à terra eleuat, & paulatim ad alta virtutum extollit. *Bernardin.de Buſt.ſer.2. de nominat. Mariæ.*

Mare, quod omne bonum ſal producit, ſine quo omnia ſunt inſipida. *Idem ibidem.*

Mare, ſupra quod ambulauit Ieſus Matth. 14. *Idem ibidem.*

Mare virgineum, terribile Ægyptijs, ideſt, Dæmonibus. *Idem ibidem.*

Mare inæſtimabilis miſericordiæ. *Io.Trith.lib.1 de Mirac.B.V.in Verticeto cap.6.*

Mare amarum in glorioſiſſimi Filij ſui paſſione. *Maurit.de Villaprobata ſer.13. & 31. Coronæ nouæ Mariæ.*

Mare, à quo terra Eccleſiæ militantis attrahit pluuiam ſaluris, & influentiam gratiarum. *Idem ſerm.12. Coronæ nouæ B.M.*

Mare, ad quod debent omnes Chriſtiani ſe transferre, iuxta illud Pſalm.47. Transferentur montes in cor maris. *Idem ibidem.*

Mare, cuius aqua eſt pro muro filijs Iſrael, id eſt, bonis, & deuotis. Exod. 14. *Idem ibid.*

Mare, de quo ſud. 5. Deus æli mare aperuit, de quo etiam Pſalm.73. Tu confirmaſti in virtute tua mare. *Idem ibidem.*

Mare pietatis. *Idem ſer. 23. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Mare, quod omne bonum ſal producit; ſine quo omnia ſunt inſipida, quod ſal præcepit nos habere Saluator. Marc.9. Habete in vobis ſal, id eſt: deuotionem Beatæ Mariæ. *Idem ſer.12.Coronæ nouæ B.M.*

Mare amarum, inexhauſtis lachrymis, & dolo-

ribus inundans. in Filij paſſione. *Ioan. Picus lib. 3. in Cantic. cap. 9.*

Mare amaritudinis, dum in terris viueret; fuit enim Filio ſuo in omni labore, ac tribulatione ſocia, in paupertate, in itineribus, in perſecutionibus, in doloribus, in angustijs individua comes. *Robert. Bellarmin. Conc. 1. ſuper Miſſus eſt.*

MARGARITA. *Coſm. Veſtitor orat. in SS. Ioachim, & Annam Dei Genitricis parentes. & D. Bern. ſerm. 3. ſuper Salue Regina.*

Margarita pretioſiſſima. *Melito Sard. in libello de tranſitu Virginis, & Ludouic. Bloſius in Enchirid. cap. 1. ad B.V.*

Margarita pretioſiſſima Regni cæleſtis. *S. Methodius in hom. in feſto de Purificat. B.V.*

Margarita immaculata, laudum fluentis, ac prædicationibus celebranda. *S. Greg. Thaum. orat. 2. de Annunc. B. Virg.*

Margarita pretioſa orbis terrarum. *S. Cyrillus Alex. hom. 6. in Concil. Epheſ.*

Margarita, qua Eccleſia more ſponſarum ornatur. *Andr. Cret. orat. de Nat. B.V.*

Margarita, laude infinita redimita, in regali throno ſita, cuius amor noſtra vita, & noſtrum deſiderium. B. *Ioſeph Steinfel. opuſc. 4.*

Margarita pretioſa, cuius pretium non fuit de terra, ſed de cælo. *Rich. à S. Laud. de Laudib. Virg. lib. 6.*

Margarita pretioſa, Matth. 13. pro qua omnia, quæ habentur, vendenda ſunt, vt ematur, id eſt, omnia emolumenta vitæ præſentis contemnenda, vt ei ſeruiatur. *Idem de Laudib. Virgin. lib. 2.*

Margarita pretioſa, quę quaſi ſingularis in Euangelio introducitur. Matth. 13. integra carne, & ſpiritu in tantũ concupiſcibilis, vt diuinos animos in ſe conuerteret, & vt tota Dei fieret, in cuius negociatione abſque omni exceptione Negotiaror cæleſtis, omnia ſua diſtrahit, & commutat. *Idem de Laud. V. lib. 6.*

Margarita, quam Deus elegit, & in eius comparatione omnia ſua contulit, & quaſi pro ipſa habenda expendidit omnia ſua propria, id eſt, diuina. *Idem ibidem.*

Margarita per gratiam, quam nobis infundit, habens virtutem abſterſiuã, in quantum ſcilicet, in nobis abſtergit omnia peccata præterita: habens virtutem reſtrictiuam, in quãtum animam reſtringit, ne fluat ad peccata futura: habens virtutem confortatiuam in quantũ cor confortat, & fortificat circa mala præſentia. *Iacob. de Voragine in Mariali ſermone 3. M.*

Margarita pulchra in mente per puritatem, candida in carne per caſtitatem, & virginitatem, & clara in opere per ſanctitatem. *Idem ibidem. Bernard. de Buſt. in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M. & Maurit. de Villaprob. ſer. 22. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Margarita, quam Nazareth Galileæ theſaurizauit. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 5.*

Margarita pretioſa, deſiderabilis ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum, omnem gemmarum virtutem, & gratiam excellentiſſimè continens. *Ern. Prag. in Mariali cap. 42.*

Margarita, ad modum margaritæ genita, infra concham, id eſt, vterum Annæ, humilis matris ſuæ, ex cœleſti rore, id eſt, diuina gratia, & virtute, quia Anna ſterilis erat, de alba ra, & ſanctificata. *D. Anton. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 5.*

Margarita pretioſa, à Negotiatore cęleſti, id eſt, Dei Filio inuenta. Matth. 13. *Idem ibid.*

Margarita pretioſa, quia pulchra mente per puritatem, candida in corpore per caſtitatem, clara in opere per charitatem; margarita enim pretioſa reputatur, ſi ſit pulchra, candida, & clara. *Idem ibidem.*

Margarita habens virtutem abſterſiuam, in quantum abſtergit peccata præterita: habens virtutem reſtrictiuam in quantum animum reſtringit, nẽ fluat ad futura peccata: habens quoque virtutem confortatiuam, in quantum confortat, & fortificat cor contra mala præſentia, per gratiam, quam nobis infundit. *Bern. de Buſt. ſer. 1. de Nominat. Mariæ.*

MARGARITVM inuiolatum veræ incorruptionis, quod pro coniugij legibus Eccleſia induit. *Andr. Creten. orat. de Natiuit. Beatæ Virgin.*

Margaritum inuiolabile, à Chriſto Domino Ioanni traditum. *Io. Aretinus Epiſt. in Tractatu de Dormitione SS. V. Mariæ.*

Margaritum miri ſplendoris, ac inæſtimabile. *Theophilactus in orat. de Præſent. B.V.*

MARIA ſoror Moyſis, quę tympanum ſumens, choros virginales excitauit cantantes Domino, quod per mare ſęculi ſine ſæcularibus fluctibus tranſierunt. *S. Ambroſius lib. 2. de Virg.*

Maria, quę exeuntem populum de Ægypto concepit vno vtero, vt emergeret cæleſtis in nouam creaturam renata progenies. *S. Petrus Chryſ. ſerm. 146.*

Maria Magdalena, cui non dimiſſa ſunt multa, quoniam dilexit multum, ſed donata ſunt plurima, quoniam dilexit plurimum, & plurimi diligit, qui plurimum ſuſcepit. B. *Iſach. ſerm. 3. in Aſſumpt. B. Virg.*

Maria vera, figurata in Maria ſorore Aaron, quæ præcedebat filios Iſrael, quando tranſierunt mare rubrum, & præcedebat cum tympano; præceſſit enim omnes, qui tranſierunt hoc mare, id eſt, præſens ſæculum, præceſſit dignitate, præceſſit ſanctitate, præceſſit puritate, præceſſit etiam carnis mortificatione, id eſt, cum tympano; ſed etiam in hoc præceſſit, quia prima omnium tranſiuit; illa enim prima fuit de omni humano genere, quę maledictionem primorum parentum euaſit, ideo audire meruit ab Angelo: Benedicta tu in mulieribus. *B. Aelred. Abb. ſerm. 1. de Natiuitate B. Virg.*

Maria

Maria non amara. *B. Ioſeph Steinſel opuſc. 4.*

Maria Prophetiſſa ſoror Moyſis, quæ ſumpto tympano iubilauit pro ſubmerſione Pharaonis, & Ægyptiorum Exod. 15. cum ipſa pſallens mente, & Spiritu Deo iubilet pro ſubmerſione ſpiritualis Pharaonis, & liberatione populi fidelis. *Richard. à S. Laur. de Laud. Virgin. lib. 2.*

Maria, quæ Exod. 15. tympano aſſumpto, mortificationem carnis per votum caſtitatis præcinuit, & infinitæ mulieres in choris Domino pſallentium egreſſe ſunt poſt eam, quibus ipſa præcinuit, vt cantent Deo, qui in cœlis honorificatus equum effrœnem impetum concupiſcentiæ aſcenſorem eius ſenſum libidinis, proiecit in mare amarę pœnitentiæ, & Religionis. *Albertus Magnus in Poſtillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Maria ſoror Moyſis, quæ prima inter mulieres mare rubrum ſeculi huius ſiccis pedibus ab humore carnalium voluptatum perranſire potuit, & ideo choros Virginum ducens, prima cantare meruit: Cantemus Domino Exod. 15. *Robert. Bellarm. Conc. 2. ſuper Miſſus eſt.*

Maria vera contemplatione. *Idem in Conc. de Aſſumpt. B. Virginis.*

MARS ob victorias, & triumphos de hoſtibus reportatos. *Bernard. de Buſt. ſer. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

MARTHA in cura pueri nutriendi. *Guarrig. Abbas ſer. 4. de Aſſumpt. B. V. Mariæ.*

Martha, quæ proprium Dei Filium, non in domo, ſed in vtero ſuſcepit, & Deum, & hominem humanitatis indigentem, non ſolum exterioribus cibis, vel potibus pauit, verum etiam interiori ſuo lacte aluit. D. *Anſelm. in hom. Euang. ſecundum Lucam.* Intrauit Ieſus in quoddam Caſtellum.

Martha ſatagens circa frequens miniſterium; non enim quemlibet ex minimis, ſed ſummũ, Dei Filium hoſpitem ſuſcepit, nudum carne, vel etiam pannis operuit, eſurientem pauit, ſitientem lacte potauit, infirmum per infantiam, & iacentem non ſolum viſitauit, ſed etiam balneando, fouendo, leniendo, geſtando frequentauit. *Idem ibidem.*

Martha, quę in domum ſuam Deum excepit, cum poſt filium omni humana natura felicior Dei Filium concepit. *Guibertus Abbas in libro de Laud. B. Maria cap. 7.*

Martha, quę ipſi ſuo, vniuerſumque capiti ſpecialiter miniſtrauit, quod alij generaliter veſtigijs eius attribuunt. Si enim vulgo egenti tunicam præbeas; illa omnipotentis, Filio ex Dei ſpiritu, & ſuo ſanguine corporeũ ſchema cõpegit. Si panem porrigas, illa ſuo Creatori beatorum vberum fomenta ſuggeſſit. Si mœrenti ſolamina præſtitiſti; iſta gaudij vniuerſalis altrices lachrymulas, materne dulcedinis blandimento deterſit. Quicquid prærogare poteris beneficio, Hęc felici præceſſit obſequio. *Idem cap. 7.*

Martha, quia multis amaritudinibus prouocata hinc eſt, quod ei dicitur: Turbaris erga plurima. Secundum hęc enim nomen eius interpretatur. Vis audire amaritudines, quibus iuxta vocabuli ethymologiam, gloriosa Mulier irritatur? Tuam ipſius, inquit, animam pertranſuit gladius, quot filius probra inter prędicandũ ſuſtinuit, tot mucronibus multo grauius, quam qui perferebat, imò cui irrogabantur, ipſa ſuccubuit. *Idem ibidem.*

Marta ſatagens circa frequens miniſterium; frequens enim miniſterium, circa quod ſategit, ipſa fuit ſollicitudo, circa quam Dominici corporis, quam in benedicta Virgine actualitas ſic miniſtrat, vt exterioris honoris obſequio magis, quam contemplando Deo, aliquoties inſiſtendum crederet; quod enim carnaliter genuerat, & prę oculis ſemper habebat, nimirum feruentiori ſtudio indefinenter ardebat. *Idem ibidem.*

Martha, quæ non ſuſcepit Chriſtum in domo, ſed in vtero, nec illi cibum exteriorem miniſtrauit, ſed lacte ſuo proprium fœtum pauit. B. *Iſaach Abbas ſerm. 3. de Aſſumptione Beatæ Virgin.*

Martha ob eius vitam, & ſollicitudinem, & prudentiam circa Filium ſuum exhibitam. Martha enim fuit dum abijt in Montana, vt Eliſabeth grauidam, & grandęuam ſalutaret, ut Vetulę iuuencula tribus menſibus officioſę miniſtraret. Martha fuit dum Filium Dei, & ſuũ pannis inuoluit, vbere pauit, & in Ægyptum fugiens ipſum à malitia Herodis abſcondit. Martha fuit, dum Filium ſuum ſollicita in Ieruſalem queſiuit, dum cum eo ad nuptias iuit, dum vſque ad paſſionem eius à Filio non receſſit, dum poſt maternos dolores, & reſurrectionis lęticiam Filium aſcenſurum in cęlum cum diſcipulis vndecim ad montem Oliueti perduxit. *Petrus Bleſ. ſer. 34.*

Martha per opera miſericordię, quę Chriſto exhibuit; cibauit enim eſurientem, & lacte ſuę carnis potauit ſitientem hoſpitem propter nos, & peregrinum non ſolum in domo ſua materiali, ſed etiam in ſinu ſuo collegit: nudum ſuis pannis texit, & veſtiuit: infirmum per ętatem viſitauit, & cum in cunis iaceret, pannis inuolutus, & faſcia ligatus, quam frequenter ad ipſum tamquam incarceratum venerit, imò quam rariſſimè ab illo receſſerit, explicari non poterit. *Cæſar. Ciſtercienſ. hom. in Aſſumpt. B. M.*

Martha, quę ſecundum Iſidorum interpretatur prouocans, quia meritò humilitatis, & voto virginitatis prouocauit ſpecie ſua, & pulchritudine diuinos aſpectus, quando videlicet, altiſſimus Dominus reſpexit humilitatem ancillę ſuę, prouocans, quia merito humilitatis ſuę prouocauit Deum ad carnis aſſumptionem, quando viſus eſt ei dicere: Tu mihi ſola places; prouocauit etiam Angelos ad admirationem, vnde dicebant videntes eam

aſcendentem Cant. 8. Quę eſt iſta, quę aſcendit de deſerto? Prouocat etiam homines ad imitationem virginitatis, humilitatis, paupertatis, & cęterarum virtutum. *Idem ibidem.*

Martha in Ægyptum eundo, & indè denuo redeundo. *D. Anton. de Padua ſer. in Dominica 5. poſt Trinit.*

Martha noſtra, quę in vtero, & gremio, & domo Dominum excepit hilariùs, quam Martha. *Alber. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Martha noſtra, quæ ſua æmulatione multos choros Virginum ad cęlibem vitam prouocauit, (Martha enim prouocans, vel irritans interpretatur.) *Idem ibidem.*

Martha prouocans ad ſui imitationem. *Idem ibidem.*

Martha, quæ dono Dei ſpeciali ſine murmuris turbatione omnibus miniſtrauit. *Idem ibid.*

Martha de ſalutatione humani generis ſollicita. *S. Vincent. Ferrerius ſer. 1. de Aſſumpt. B. V.*

Martha, quæ interpretatur prouocans, vel irritans, ſeu dominans, quia ſua ſtrenuiſſima actione Diabolum prouocauit ad bellum, & irritauit ad ſcandalum, & ſibi dominata eſt ad triumphum. *D. Bernardin. Seneuſ. Tom. 2. ſermone 51.*

Martha, quæ Deum in vteri ſui domum recipere digna fuit. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. c. 43.*

Martha, quę interpretatur Domina, quia ſuper omnes dominata eſt ſuæ ſenſualitati, & corpori. *Idem ibidem.*

Martha, quæ interpretatur prouocans; per ſuam enim maximam humilitatem prouocauit Dei Filium venire in domum vteri virginalis. *Idem ibidem.*

Martha ſatagens circa frequens miniſterium, per opera actiuæ vitæ erga Filium. *Idem ibid.*

Martha, quæ ſua maxima humilitate prouocauit Dei Filium, vt veniret in domum vteri ſui virginalis. *Bern. de Buſt. ſer. 2. de Aſſumpt. B. M.*

Martha, quæ interpretatur prouocans; continuè enim prouocat Deum ad miſericordiam ſuper peccatores, prouocat peccatores ad pœnitentiam, prouocat bonos ad bene operandum. *Maurit. de Villaprob. ſerm. 5. Coronæ nonæ B. M. & Bernardin. de Buſtis ſerm. 4. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Martha fideliſſima, quæ Chriſtum excepit in domum ſuam, in vterum ſuum, intra viſcera ſua, & in virgineo thalamo peregrinaturem in terris Regem gloriæ hoſpitauit. *S. Thom. de Villanova Concion. 1. de Aſſumpt. B. V.*

Martha ſollicitudine. *Rober. Bellarm. in Conc. de Aſſumpt. B. Virg.*

MARTYR, quamuis in pace vitam finierit. *D. Hieronym. in Epiſtola, ſiue ſerm. de Aſſumptione B. M. Virg. ad Paulum, & Euſtochium.*

Martyr alijs martyribus glorioſior, & mirabilior, cum nouo, & inaudito martyrij genere fuerit decorata, & verè nouum, & inauditum fuit Beatæ Virginis martyrium, quia cum alij martyres paſſi fuerint in corpore, Beata Virgo paſſa fuit in anima, & in corde iuxta prophetiam Simeonis dicentis: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius; non enim potuit videre Filium ſine affectu materni doloris; gladius ſiquidem paſſionis, qui pertranſiuit corpus, & membra benedicti Filij eius, id eſt perfectè tranſiuit, per compaſſionem pertranſiuit animam ipſius Genitricis, & omnis Filij plaga fuit tribulatio, dolor, & triſtitia cordis Matris. Alij enim martyres etſi tormenta ſentiebant in corpore, interiori tamen conſolatione refrigerabantur in mente; etſi enim corpora pertranſibant gladij tormentorum pro Chriſto, tamen animæ eorum delectabantur in Chriſto: ſed Beata Virgo torquebatur in Chriſto, & totam eius animam tribulationis, & doloris vehementia poſſidebat. *Idiota de Beata Virg. par. 12. contempl. 5.*

Martyr, cuius animam pertranſuit gladius. *Guarric. Abbas ſerm. 1. de Annunc. Virg.*

Martyr martyrum ob dolores, quos ſuſtinuit in paſſione vnigeniti Filij ſui. *Idem ibidem.*

Martyr in anima. *D. Bernard. ſer. de B. Virg. ſuper illud Apocalypſis: Signum magnum.*

Martyr, à Martyribus ſpecialibus glorificata. *Honorius Auguſtodun. in figillo B. M.*

Martyr in anima, nam gladius doloris, qui pertranſiuit animam eius in Vnigeniti paſſione, pro amariſſimo ei martyrio computatur. *Richar. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 3.*

Martyr Martyrum. *Idem ibidem.*

Martyr noſtra. *D. Bonauent. in Speculo B. V. c. 4.*

Martyr per acutum doloris gladium in paſſione Filij. *S. Thomas Aquin. in cap. 12. Apocal.*

Martyr, & pluſquam martyr, in exercitu martyrum primatum tenens, quamuis in pace vita finierit; nam quod verè paſſa ſit, Simeon Propheta loquens ad eam dixit: Tuam ipſius animam pertrahibit gladius. Alij quidem Sancti pro Chriſto paſſi ſunt in carne: Beata verò Dei Genitrix in ea parte ſui paſſa eſt, quæ impaſſibilis, & immortalis habetur, id eſt, in anima, vel mente: idcirco pluſquam martyr fuit, quia ſpiritualiter, & atrocius paſſa eſt, dum paſſionis Chriſti gladium in anima ſua ſuſtinuit; conſtat namque, quia plus omnibus dilexit, ideo, & plus doluit, in tantum, vt animam eius totam pertranſiret, ac poſſideret vis doloris ad teſtimonium eximiæ dilectionis; eius nimirum dilectio morte fortior extitit, quia mortem Chriſti ſuam fecit. *Ern. Prag. in mariali cap. 138.*

MASSA fulgida creaturæ nouæ. *Venant. Fortunatus in elegia in laudem S. M. V.*

Maſſa delibationis. *Albert. Magnus in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

MATER benedicta Domini, & Regis omnium, in qua omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientię Dei fuerunt reconditi. *S. Paulus Apoſt. apud Amadeum raptu 8.*

Mater Regis noſtri. *Idem ſerm. de Tranſitu Virg. apud Amadeum raptu 8. Leo Imperat. in orat.*

de

*de Annunc. B.V. D. Fulbertus Carnotenſis in proſa do Natiuit. Domini. Rodulphus Ardens hom.2. in Annunc.B.M. Guerricus* Abbas *ſer. 3. de Aſſumpt.B.M.Euthimius encomio in udorut.venerandæ Zonæ B. Deiparæ. Rupert. Abbas lib.3.Comment.in Cant. Canticor. D. Amadeus hom.1.de Land.Virg.Iacob. de Vorag. in Maiali ſer.7.V. Io. Trith.in præfat.lib.1. c.5. & Robert.Bellarm.in Conc.de Aſſumpt.B.V.*

Mater Dei, tanta puritate ſplendeus, tantaque pulchritudine fulgens vt ſubDei pulchritudine nulla in terris, vel in cœlis maior cogitari poſſit. *S.Andreas Apoſt.ſer.in tranſitu* B. *V. apud Amadeum raptu* 8.

Mater ſuauiſſima. *Idem ibidem.*

Mater Dei vera; verum enim Deum concepit, verum Deum peperit, & quia non hominem purum, vt aliæ matres, ſed Deum carni humanæ vnitum genuit. S. *Ioan. Apoſt.ſerm. in tranſitu B.V. apud* Amadeum *raptu* 8.

Mater omnium hominum. *Idem ibidem.*

Mater Dei electa. *S.Thomas Apoſt.ſerm.in tranſitu B.Virg.apud Amadeum raptu* 8. D. *Antonin.in ſum.par.4. tit.15.cap.44. & Io. Picus lib.3.in Cantic.cap.6.*

Mater Dei Sanctiſſima,immaculata, glorioſiſſima. *S.Iacob. minor Apoſtol.in ſua Lyturgia.*

Mater gratiæ, veritatis, & miſericordiæ. *S.Matthæus Apoſt.ſer.in tranſitu* B.Virg. *apud Amadeum raptu* 8.

Mater Domini noſtri Ieſu Chriſti. S.*Simon Apoſt. ſerm.in tranſitu B. V.apud Amadeum raptu* 8. *D.Ignatius in Epiſt.ad B.V.M. D. Dion. Areopag.in epiſt.ad Paulum Præceptorem.* D. *Auguſtin.ſer.9.de Natiu. Dom. qui eſt 13. de tempore. Eutichianus in vita S.Theophil.&* D. *Bonauent. in prologo Speculi* B.*V.*

Mater illius, qui ab æterno fuit Filius. *S.Barnabas Apoſtol. ſer. in tranſitu B.Virg.apud Amadeum raptu* 8.

Mater Dei,cuius virginitas laude digniſſima, atque omni præconio celebranda. *S. Lucas Euangeliſta in ſerm.de Tranſitu B. Virg. apud Amadeum raptu* 8.

Mater Dei noſtri, ſola virginitatem, & maternitatem complexa. *Idem ibidem.*

Mater Chriſti ex coniugio procreata, & ſine viro concipiens. *Idem ibidem.*

Mater Dei. *D.Ignatius Epiſt.1. ad S.Io.Euangel. D.Bernardin.Senen.tom.4.ſer.36. D. Antonin.in ſum. par.4.tit.15.cap.20. quod eſt de gratia priuileg.ſingular.D.M. & ibidem cap.2.quod Virgo M. eſt mater noſtra quadrupl.Anaſtaſ. Synaita in orat.1.de Annunc.B.Virg.D.Seuerus Alex. lib.de Ritibus Baptiſmi. Io.* Damaſc. *orat.2. de Aſſumpt.ſiue Dormit.B.M.& D.Anſelmus in Pſalterio B.V.par.2.D.Bonau.in pſalt. B.V. & in Cantic.Pſalt.B. V.*

Mater Ieſu, in qua humanæ naturæ natura ſanctiratis angelicæ ſociatur. *D.Ignatius Epiſt.1. ad S.Ioannem Euangeliſtam.*

Mater Dei facta propter miſerorum ſalutem. *B.Dion. Areopag.in or.ad B.V. apud S.Birgitt. in Reuelationibus lib.4.cap.103.*

Mater Domini noſtri. *Melito Sardenſis in libello de tranſitu* B.*Virg.*

Mater noſtra ſancta. *Idem ibidem. Rudulphus Ardens hom.2. in Natiu.B.M.D. Antonius de Padua ſer.2.in Sab.Domin.2.Quadrug.de Transfig. Domin.in B.V.D.Bonau.in Pſalt.B.V.& Ioan. Thauler.in tract. de 10. caecitatibus c.11.*

Mater incorrupta. *D.Dion. Alexandr. in Epiſt. contra Paulum Samoſatenum. Orig. hom.1. in diuerſos. Greg.Niſſen. orat. in Chriſti Natiuit. D.Aug.in ſerm.1.de Natiu.Dom.qui eſt 5. de tempore, & ſer.20.ad Fratres in Eremo. Anonymus in Euchologio, ſeu Rituali Græcor.in officio aquæ benedictæ minoris. S.German. orat.1. in Præſent.B.V.Coſmas Hieroſolym.in Theogonia hymn.13. Mauril.Rothom.in orat.ad B. V. Petrus Abbas Cellenſ.in lib. de panib. cap. 20.D. Bonauent.in Pſalt.minori B.V. quinquag.3. & D.Antonin.in ſumm.par.4.tit.15.c.20.*

Mater Domini, quæ ſupra legem exiſtens, ſe legi ſubmiſit, & pura cum eſſet, tempus tamen quadraginta dierum in pollutas conſtitum, præfinitumque obſeruauit. *S.Method. in hom.in feſtu Purific.BV.*

Mater intemerata. *Idem ibidem. D. Hieronym.in epiſt.ſiue ſer.de Aſſum.B.V.ad Paulam.& Euſtochium, & D.Aug.ſer.18.de Natiuit. Domini qui eſt 18. de tempore.*

Mater Plaſmatoris. *S.Method.in hom.in feſto Purific.B.M. & Richar.à S.Laurent.de Laud.Virg. libr.* 4.

Mater Regis ſæculorum. *S.Method.in hom.in feſto Purificat.B.M.*

Mater ſacra, quæ ſacrum ad templum aſcendit, vt legi nouum miraculum manifeſtum redderet, partum videlicet ſuum. *Idem ibidem.*

Mater ſupra naturam, habens fœtum ſupra omnem rationem. *Idem ibidem.*

Mater terreſtris, filium habens cæleſtem. *Idem ibidem.*

Mater Dei Vnigeniti Domini,& Regis omnium Plaſmatoris, & Creatoris cunctorum. *Origenes humil.1. in diuerſos.*

Mater immaculata. *Idem ibidem. S. Io.Chryſoſt. orat.7. in SS. Deipar. D.Hildephouſ.ſer.de Purificat.B.M.Mauril. Rothom.in orat.ad B. V. Iacob.de Vorag.in ſer.de Plantu.B.V.& D.Antoninus in ſum.par.4. tit.15.cap.41.*

Mater pueri Ieſu. *Origenes hom.3. in diuerſos.*

Mater, quæ genuit Infantem,& Virgo permanſit. *Idem hom.1. in diuerſos.*

Mater Saluatoris, nihil habens humile, nil deiectum. *Idem homil.8. in Lucam.*

Mater, & Virgo intacta. *Idem hom.1. in diuerſos D. Cyprianus in ſer. de Natiu. Chriſti. Tertullianus in lib.de Monogamia. D. Athanaſ.ſer. in deſcript. SS. Deiparæ. D. Greg.Nazianz. in Tragedia de Chriſto patiente. Theod. Aucyr.orat. 2. de Natiu. Dom. S.Proclus in orat.1.de Laud. Virg. S. Auguſt.lib.2.de ſymbolo ad Catechum. cap.5.*

*cap. 5. Sedulius lib. 5. Carminum. D. Fulgentius ſerm.de duplici Natiuitat. Chriſti. S.Hildephonſ.ſer.1.de Aſſumpt.B.M. Anonym.in Euchologio, ſeu Rituali Græcor.in officio magni,& Angelici habitus. S. Odilo in ſer.de Purific.B. M. Geffridus Abbas in ſer.de Purific.S.M. Hugo de S. Victore de Aſſumpt.B. M. V. qui extat in fine 2.tom.operum eius. S.Petrus Maur.Cluniac. in Statutis Congreg. Cluniac. in fine. Arnold. Carnat.in tract. de Laud.M.V.Philippus Abbas lib.1.in Cant.Canticor.cap.14. D.Bonauent.in Pſalt.minori B. V.Quinquag.3. D. Birgitta lib.5. Reuel.interrog.12. D.Laur. Iuſt.in ſerm.de Annunc.B.M.Virg. & D.Antonin.in ſum. par.4. tit.15. cap.20.*

Mater, à cuius venerabili pectore non receſſit Spiritus ſanctus,ad verbum Gabielis elapſus. D.Cyprian.in ſer.de Natiu.Chriſti.

Mater,cui plenitudo gratiæ debebatur. *Idem ibidem.*

Mater, cuius cor dulcedines, quæ ſuperant intellectum, imbuerunt. *Idem ibidem.*

Mater, de qua Chriſtus in cruce ſollicitus fuit. *Idem in ſer.de paſſione Domini.*

Mater Domini, nulla in partu naturæ iniuria læſa, quoniam ſine tormento peperit, quæ in Conceptione caruit voluptate. *Idem in ſer. de Natiuit. Chriſti.*

Mater Filij Dei,diuinæ virginitatis honore polens. *D.Zeno in ſer.de continentia.*

Mater de viſceribus ſuis. *Tertullianus in libro de carne Chriſti.*

Mater iudeis, & Redemptoris. *D.Gregor.Thaumat.in ſer.3. de Annunc.B.M.V. D.Aug.in ſer. de Aſſumpt.B.V.M. tom.10. D.Hildephonſ.ſer. 7.de Aſſumpt.B.M.& Mauril. Rothom in orat. ad B. Virgin.*

Mater mitis. *Iuuenc. in hiſtoria Euangel.lib.2.*

Mater Numinis alti.*Idem in hiſtor.Euang.lib.1.*

Mater pia. *Idem ibidem. D.Aug.lib.2.de ſymbolo ad Cathecum.cap.5.D.Fulbertus ſer.3.de Natiuit.V. Franco Abbas lib. 6. de gratia Dei. D. Bernard.in orat.Rhytm.ad Ieſum. S. Petr.Mauvit. Cluniac.proſa alia in honorem Matris Domini, & D.Laur. Iuſt. tom.3. ſerm.2. de glorioſo Nomine Mariæ.*

Mater Dei intactiſſima, impollutiſſimaque. *D. Athanaſ.orat.in Purific.B.Virginis.*

Mater Domini. *Idem ſer.in deſcriptionem SS.Deiparæ. Amphiloch.in orat.de occurſu Domini Ieſu Chriſti. D.Gaudent.tract.2.de lectione Euangelij. Thimot.Presbyter Hieroſolym.in orat.de Prophetæ Simeone Dei ſuſceptore. D.Iſidor.in vita, & morte Sanctorum c.68.& D.Greg.Mag. lib.9.Regiſtri cap.61.*

Mater ſine dolore aliquo. *D. Athanaſ. ſer. in deſcript.SS.Deip. & D.Ephrem in ſer.ſine Tract. de margarita pretioſa.*

Mater vitæ. *D.Athanaſ.ſerm.in Enagel. de Sanctiſ. Deiparæ V. Anaſtaſius Synaita in orat. 1.in Annunc.B.V. S.Germ.or.1. in Dorm.B.V.S.Io. Damaſc.in Can.SS.Deiparæ, D.Amadeus hom.8. de Laud.Virg. D.Bonauent.in Speculo B.V.c.16. Albert.Mag.in Biblia Marie ſuper Ezechielem Troph.Io.Gerſon.ſer.de Concept. B.M.Virg. & Maurit.de Villaprob.ſer.21.Coronæ nouæ B.M.*

Mater Domini, tantam conſecuta gratiam, quantam nulla vnquam mulier conſequitur. *Titus Boſt.in Comment.ſuper cap.1.Lucæ.*

Mater Domini, de qua leuiter loqui non debet humana lingua; per tenuem enim habet vocem, illius habita ratione, & imminuta eſt lingua, quæ pro dignitate, dicendi facultatem non habeat. *D.Epiphan.in ſer.de Laud.V.*

Mater Domini propria, quantum reuera ſecundum carnem, ex qua Dominus ipſe genitus eſt. *Idem lib.3.aduerſus hæreſes hæreſi 78.*

Mater immaculata, quæ genuit Chriſtum, qui eſt ante ipſam. *Idem in ſer.de Laud.V.*

Mater lucis æternæ: lucis,quæ in cælo illuminat copias Angelorum: lucis, quæ illuminat ipſorum Seraphim incomprehenſum oculum: lucis,quę illuminat ſolem ſplendidis facibus: lucis, quæ fines terræilluminat ad credendũ Trinitati: lucis, quæ dixit: Ego lux in mundum veni: lucis, quæ aſſumpta eſt, & illuminauit cuncta, quæ ſunt in cælis, & in terra. *Idem ibidem.*

Mater Saluatoris, quę genuit principio carens Verbum,Filium ſcilicet eundem cum patre habentem thronum conſubſtantialem Patri, & Spiritui ſancto, qui cum Patre, & Spiritu ſancto eſt ante ſæcula, qui concamerauit cęlos, & terram condidit. *Idem ibidem.*

Mater Sancta,de qua Dei Verbum ſibi ipſi carnem effomauit. *Idem lib.1. contra hæreſes, hæreſi 20.*

Mater viuentium. *Idem lib. 3. aduerſus hæreſes, hæreſi 78. & Bernardin. de Buſt.ſerm.2.de Natiuit. B. Mariæ Virg.*

Mater Dei, qua nihil nobilius. *S.Ambroſ.lib.2 de Virgin.*

Mater Domini, à qua ipſe Dominus redempturus mundum, diuinam operationem ſuam inchoauit, vt per quam ſalus omnibus parabatur, eadem prima fructum ſalutis hauriret ex pignore. *Idem lib.2. ſuper Luc.*

Mater Domini, nullo conuicio maculanda. *Idem in Epiſt. ad Theophil.*

Mater Creatoris omnium. *Amphiloch.in orat.de occurſu Domini Ieſu Chriſti. S.Andr.Cretenſ.orde Natiuitate B.V. & Mauritius de Villaprobata ſerm.31. Coronæ nouæ B.M.*

Mater alma Chriſti Filij Dei viui. *D.Ephrem in ſerm. de laud. B.Mariæ Virg.*

Mater beatiſſima, ſiue celeberrima. *Idem ibid. & D.Anſel.in lib.de Excellentia B.M.c.6.*

Mater Dei inculpata, integra, & ſacroſanctiſſima. D. *Ephrem in Threnis, ſiue lamentationibus ſanctiſſ. Virg.Mariæ ſuper paſſione Domini.*

Mater Dei noſtra integerrima. *Idem in ſerm. de laud. B. Mariæ Virgin.*

Mater Dei propter impertitam,atque ſubminiſtratam diuinitati humanitatem ab ipſa

Idem

*Idem in ſerm. ſiue in Tractatu de Margarita pretioſa.*

Mater Filij Dei, propter aſſumptionis munus. *Idem ibidem.*

Mater miſericordiæ, benigna, & clemens. *Idem in orat. ad Sanctiſ. Dei Genitricem.*

Mater mitiſſimi, ac clemeniſſimi Dei. *Idem ibid.*

Mater virgo, quæ admirabiliter Regem omnium peperit. *Idem in ſer. de laud. B. M. V.*

Mater, & virgo ſimul, cui nec virginitas partum ademit, nec partus virginitatem ſoluit. *D. Greg. Niſſen. orat. in Chriſti natiu.*

Mater Ioannis, propter dilectionem, & non propter generationem. *D. Cyrillus Hieroſolymit. Cathec. 7.*

Mater vnigeniti Filij Dei. *Idem ibidem.*

Mater abſque vllo viri ſemine pariens. Deum. *D. Gregor. Nazianzen. in Tragœdia de Chriſto patiente.*

Mater Chriſti veneranda. *Idem ibidem.*

Mater expers viri, & dolorum, qui ſolent in partu acerbi conſequi. *Idem ibidem.*

Mater filij, qualem vlla vnquam mulier enixa eſt parens. *Idem ibidem.*

Mater, quæ primum integrum, purumque eorpus ſemper geſſit *Idem ibidem.*

Mater maris inſcia. *Aurelius Prudentius in Apotheoſi. D. Hier. in alia Epiſt. ſiue ſer. de Aſſump. B. M. V. S. Proclus in orat. 4. quæ eſt in die Natalis Domini. D. Aug. ſerm. 21. de Natiuit. Domini, qui eſt 25. de tempore. S. Petrus Chriſol. ſerm. 140. D. Eleutherius ſer. in feſto Annunciat. B. M. V. Arator Subdiac. lib. 2. Hiſt. Apoſt. Andreas Creten. orat. de Natiuit. B. V. D. Hildephonſus ſer. 2. de Natiu. B. M. S. Germ. orat. 1. in Præſent. B. V. Coſmas Hieroſolym. in Theog. hymn. 9. S. Io. Damaſc. in Can. SS. Deipar. S. Odilo in ſer. de Aſſumpt. B. V. Ioſeph Steinfel opuſc. 4. & D. Bonauent. in Pſalt. minori Beatæ Virg. quinquagen. 1.*

Mater pudica. *Aurelius Prudentius in Apotheoſi.*

Mater ſapientiæ. *D. Theod. in tract. de lect. Euang. D. Bernard. hom. 4. de Laud. V. M. ſuper Miſſus eſt. Alber. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 35. D. Birgit. in ſer. Angelico de excellent. SS. V. cap. 7. & Ioan. Gerſon. tract. 9. ſuper Magnific.*

Mater virgo, quę de Spiritu ſancto concipiens, ita Deum, & hominem, quem pudico vtero geſtauerat, edidit, vt apud incorruptam tanti nominis matrem, poſt diuinum partum glorioſior integritas permaneret. *S. Gaudent. tract. 13. contra auaritiam Iudæ.*

Mater antequam nupta. *D. Hieron. in libro aduerſus Eluidium de perpetua virginit. B. M.*

Mater beata. *Idem in Epiſtola alia, ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. M. V. S. Petrus Damian. lib. 2. Epiſtolar. epiſt. 14. S. Petrus Maurit. Cluniac. lib. 3. epiſtolar. epiſt. vlt. & D. Bernard. Senenſ. in ſerm. de S. Ioſeph.*

Mater Dei vera. *D. Hieron. in epiſt. alia, ſiue ſerm. de Aſſumpt. S. M. V. D. Aug. in ſerm. de Aſſump. Beatiſſ. Virg. M.*

Mater Domini Chriſti. *D. Hieron. in epiſt. ad Ruſticum Narbonenſ. Epiſc. de 7. gradib. Eccleſiæ.*

Mater Domini, in cuius comparatione nulla inuenitur perfecta, quamuis virtutibus eximijs comprobetur. *Idem in Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. M. V. ad Paulam, & Euſtochium.*

Mater Domini, qua nihil ſplendidius, nihil nobilius, nihil caſtius. *Idem ibidem.*

Mater Domini, quæ Deum nobis genuit, & hominem, neque hominem ſine Deo, neq; ſine homine Deum, ſed Deum, & hominem, vnum & verum Ieſum Chriſtum. *Idem ibidem.*

Mater Domini virgo. *Idem in lib. 1. aduerſus Iouinianum. & D. Iſidorus in Commentar. ſuper Geneſ. cap. 3.*

Mater Filij Dei Patris. *D. Hieronym. in lib. aduerſus Heluidium de perpetua virginitate Beatæ Mariæ.*

Mater gentium. *Idem in Epiſtola, ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. M. Virg. D. Aug. in ſer. de Aſſumpt. B. V. M. tom. 19. & D. Hildephonſ. ſerm. 2. in Natiuitate B. Mariæ.*

Mater illius, à quo Petro regni celeſtis claues datæ ſunt. *D. Hieron. in Epiſtola ad Celantiam de inſtitutione matrisfamilias Tomo 1.*

Mater, & obſtetrix filij ſui. *Idem in lib. aduerſus Heluidium de perpetua virginitate S. Mariæ.*

Mater Sluatoris. *Idem in Epiſt. ſiue ſer. de Aſſump. B. Mariæ Virg. ad Paulam, & Euſtochium.*

Mater ſancta Filij omnipotentis. *Idem in alia Epiſtola, ſiue ſerm. de Aſſump. B. M. V. Tom. 9.*

Mater Virginis noſtri, id eſt, Chriſti. *Idem in Apologia ad Pammachium pro libris aduerſus Iouinianum.*

Mater Virginum. *Idem lib. 1. aduerſus Iouinianū. S. Leander in regula, & inſtitut. Virginum, & Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 117.*

Mater Virgo Virginis Sponſi. *D. Hieron. in Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ Virgin. ad Paulam, & Euſtochium.*

Mater virgo, quia dum fructum prægnationis extulit, integritatis diſpendium non incurrit. *Idem in alia Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg.*

Mater, quæ honorandum, & ſordium expertem portum portauit. *Timotheus Presbyter Hieroſolym. in or. de Proph. Simeone. Dei ſuſceptore.*

Mater ſancta Domini totius vniuerſi. *D. Baſil. Seleuc. orat. in Annunc. Deiparæ.*

Mater abſque nuptiali conſuetudine. *Ceſarius Dialogo. 3.*

Mater perpetuæ virginitatis. *Idem Dialogo 1. D. Aug. ſer. 18. de Natiu. Dom. quæ eſt 22. de tempore, Albertus Mag. ſuper miſſus eſt c. 117.*

Mater ſancta, qua Dominus loco Euæ ſuſcitauit, pro illius enim pœna huic ſalutem per proprium ſeruum Gabrielem miſit, in hac ſanans, quę illa dereliquerat. *Cæſar. Dial. 3.*

Mater Dei, thalami ignara. *S. Ioan. Chryſoſtom. orat. in Natiuit. B. Virg.*

Mater eius, qui á Patre ante omne principium genitus fuit. *Idem orat. in Hypap.*

Mater

Mater lucis. *Idem orat. in Natiu.B. Virg.Iſichius ſer.de Laud.Virg.& S.Io.Dam.in Paracl.* B.V.

Mater pariens, nec vuluam aperiens. *S.Io.Chryſoſt.homil.in diem Natalis Chriſti.*

Mater pulchræ dilectionis , cuius laudes nunciant populi, eiuſque gloriam annunciat Eccleſia. *Idem oræt.in* SS.*Deiparam.*

Mater, quæ peperit veritatem, cum vir non adfuerit ad coniunctionem. *Idem ibidem.*

Mater vera veræ vitis. *Idem homilia in Natalem Chriſti.*

Mater inter virgines. *Theod.Ancyr.orat.in* B.V.

Mater Domini, quando illum peperit, qui naſci voluit. *S.Proclus in orat.5.quæ eſt de Laudibus Beatæ Virg.*

Mater fidelis.*Idiota in or.6.quæ eſt de Laud.B.V.*

Mater ſine commixtione viri, in partu doloris expers. *Idem in orat.15. quæ eſt in S. Paſchæ, & S. Ioann.Euangeliſtam,*

Mater incomprehenſionis inexplicabilis.*S.Amphil.Sydæ Epiſc.orat.in S.Deiparam.*

Mater intemeratiſſima ſanctitatis. *Idem ibidem.*

Mater noua. *Idem ibidem.* D.*Petrus Damian. in ſer.de Natiu.Saluatoris , & Iſidorus Theſſalon. in orat.de Aſſumpt.B.M.*

Mater ſplendoris neſcientis occaſum.S.*Amphil. Sydæ Epiſc.orat.in S.Deiparam.*

Mater virgo, ſuis ſemper ſacris illucentibus fulgoribus nobis afferens mirabilia . *Idem ibidem.*

Mater ab Altiſſimo creata.*D.Aug.lib.2.de ſymbolo ad Cathecum. cap.5.*

Mater capitis noſtris. *Idem in libro de ſancta virginitate, & D.Iſidor.lib.2. de Eccleſ.offic.c.7.*

Mater Chriſti corporaliter. D.*Auguſt.in lib.de S. Virginitate.*

Mater Chriſti Spiritu,& corpore. *Idem ibid.*

Mater Chriſti ſpiritualiter, faciendo voluntatem Dei. *Idem ibidem.*

Mater, cui Filius fœcunditatem ademit, ſed non abſtulit virginitatem. *Idem lib. 3. de ſymbolo ad Cathecum. cap.4.*

Mater Creatoris. *Idem ſer.14.de Natiu.Domini, qui eſt 18. tempore. D. Bonauentura in Canticis Pſalterij. B.Virg. & Ioan. Picus in Cant.c.2.*

Mater Dei, Dei manu fabricata. *S.Aug.in orat. de quinque hæreſibus cap.5.*

Mater Dei propria . *Idem in lib.de Aſſumpt.* B. *Mariæ Virg.Tom.9. operum eius.*

Mater Domini Angelorum. *Idem ſerm.2. in Annunc.Virg.Guarricus Abbas ſer. 2. de Aſſumpt. S. Mariæ, & Franco Abb.lib.6. de gratia Dei.*

Mater Domini caſta, in qua non fuit virilis appetitio , ſed Spiritus ſanctus, quam non violauit Ioſeph vir iuſtus, ſed ſolus impregnauit omnipotens Deus; quæ non commixta eſt, nec Ioſeph Sponſo, nec cognita, alicui viro, ſed ſoli omnipotenti Deo. *S.Aug.ſer.14.de Natiu.Dom.qui eſt* 18.*de tempore.*

Mater ſponſa. *Idem in ſerm.de Aſſumpt.B. Virg. Mariæ Tomo* 10.

Mater ſublimitatis,*Idem in expoſitione ſuper Magnificat.*

Mater ſui Plaſmatoris. *Idem ibidem. Hugo de S.Victore in explic.Cantic.*B.M.*lib.*4. *Allegoriarum in Lucam.*

Mater totius mundi. S. *Auguſt.ſerm.Tom.*10.*ad Fratres in Eremo.*

Mater vera Regis Regum. *Idem in ſerm. de Aſſumpt.* B.*Virg.Mariæ Tom.*10.

Mater virgo poſt partum. *Idem ſer.13.de Natiu. Dom.qui eſt* 15. *de tempore, & Iſichius ſerm.1 de Laud.Virgin.*

Mater Dominici corporis. *S.Aug.ſer.6.de Natiuitate Dom.qui eſt* 10. *de tempore.*

Mater electa. *Idem ſer.*20.*ad Fratres in Eremo.*

Mater fœcunda illæſa virginitate. *Idem ſerm.*10 *de Natiu.Dom.qui eſt* 14. *de tempore.* Io. *Picus lib.*10.*in Cant.cap.*2.*&* D.*Hildephonſ.ſer.* 1.*de Aſſumpt.B.M.*

Mater glorioſa. *S.Aug.ſer.*19.*ad Fratres in Eremo,&* D. *Anſel.in Pſalt.B.V.par.*2.

Mater intacta. *S.Aug.ſer.*14.*de Natiu.Dom. qui eſt* 18.*de tempore , & ſerm.*2. *in Annunc.Virg.* S. *Alcimus Auitus in libello de conſolatoria caſtitatis Laud.ad Fuſcinam ſororem tom.6.Bibliothec.mag.PP. Gnarric.Abbas ſer.*4. *de Purific. B.M.* S. *Odilo in ſerm.de Aſſumpt.V.*D.*Bernar. hom.*7.*de Laud.V.M. ſuper Miſſus eſt,S.Petrus Maurit.Cluniacen.profa alia in honorem Matris Domini.* D. *Antonin.in ſum.par.*4.*tit.*14.*cap.*41 *&*D. *Caſimirus Poloniæ Princeps in hymno de Beata Virg.*

Mater membrorum Chriſti, quod nos ſumus, quia cooperata eſt charitate , vt fideles in Eccleſia naſcerentur, qui Chriſti capitis ſunt membra. *S. Aug.in lib.de ſancta virginit.*

Mater mundiſſima mundiſſimi Filij. *Idem ſer.*20 *ad fratres in Eremo.*

Mater Sancta, cui omnipotens Filius nullo modo virginitatem natus abſtulit, quam naſciturus elegit. *Idem ſer.*21. *de Natiuit. Domini, & 25.de tempore.*

Mater vere viuentium per gratiã.*S.Petrus Chriſ. ſer.*140. *& Richar.d S.Laur.de Laud.V. lib.*6.

Mater bona , miraculorum grandium diuulgatrix. *Sedulius lib. 5.Carminum.*

Mater pulchritudinis. D.*Cyrillus in lib. de recta fide ad Reginas poſt initium ex Athanaſio.Andr. Cret.orat.de Natiu.B.V.* D.*Bernard. in deprec. ad V.M. & Albert.Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Ruth.*

Mater, & virgo, per quam in Euangelijs benedictus nominatur , qui venit in nomine Domini. *S.Cyrill. homil.6. Epheſi dicta contra Neſtorium.*

Mater Dei altiſſimi. *S.Sabba in Menæis Græcor. die* 28.*Ianuarij.& Maur.de Villaprob.ſerm.*26. *Coronæ nouæ* M. V.

Mater diuina. *S.Sabba in Menæis Græcor. die* 15. *Auguſti.S.*10.*Damaſc. can.*1.*in Dormit.B.Virg. & in Carm.de Chriſti Natiuit. & Ioan. Picus lib.*1. *in Cantic.cap.*13,

Mater diuiniſſima , de cuius ſanguinibus Rex gloriæ ipſe ſibi purpuram tingens myſtico

modo

modo purpuratus incessit. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 15. Ianuarij.*

Mater Emanuelis intemerata, & super omnes virgines purissima. *Idem in Menæis Græcorum die 3. Ianuarij.*

Mater supra naturam. *Idem in Menæis Græcor. die 5. Ianuarij, & Georg. Nicomed. orat. 2. de Concept. Deiparæ.*

Mater, in qua Deus ostendit Virginitatis æternæ miraculum. *D. Fulgentius in ser. de S. Stephano Prothomartyre.*

Mater secundi hominis, in qua gratia Dei, & mentem integram seruauit, & carnem, menti conferens firmissimam fidem, carni auferens omnino libidinem. *Idem ser. de duplici Natiuitate Christi.*

Mater summi, atque incommutabilis Vnigeniti Dei. *Idem lib. de fide ad Petr. Diacon. c. 2.*

Mater Vnigeniti Dei, nam quem Pater gennit ex æternitate, ipsa conceptum protulit in tempore. *Idem ibidem.*

Mater Christi, simplex, humilis, & immaculata, nullo germine extrinsecus cohærente, & ad Dei imaginem fœcunda vnione. *D. Eleuther. serm. de Natale Domini.*

Mater conditoris. *Idem ser. in festum Annunciat. B. V. Honorius Augustod. in sigillo B. Mariæ, & D. Bonauent. in Liuanijs Psalterij B. V.*

Mater Domini nostri Iesu Christi, non quia Deitas, naturaque Verbi in ipsa exordium acceperit, sed quod anima rationabili ex eius impolluta aluo, illud sacratissimum Christi corpus animatum natum sit, cui Dei verbum adunatum substantialiter, scimus esse natum carnaliter. *D. Eleuth. ser. de Incarnat. Dom.*

Mater æterni Iudicis prænunciata de Spiritu sancto concipiens. *Idem in orat. ad Deum pro fide & Ecclesia Tornacensi.*

Mater visibilis, ex qua Christus absque matre ante sæcula natus de inuisibili Patre, natus est secundo sine carnali Patre. *Idem in serm. de Natali Domini.*

Mater Christi, ad quam qui accedit, pudore non afficitur. *Eutichian. in vita S. Theophili.*

Mater Dei sanctissima. *Idem ibidem. & Goffrid. Abbas in serm. de Purific. S. M.*

Mater vere, & proprie Saluatoris nostri Iesu Christi. *Euthych. in V. S. Theoph.*

Mater alma Domini nostri. *Venant. Fortunat. in elegia in Laud. S. M. V.*

Mater Domina pia. *Idem ibidem. D. Fulbertus Carnotens. ser. 1. de Natiu. V. M. & D. Bonauent. in Canticis Psalterij B. V.*

Mater optima sinu ignara amplexus *Venant. Fortunat. in Elegia in Laud. S. M. V.*

Mater optima, suo partu ornata. *Idem ibidem.*

Mater permanens Virgo. *Idem in hymn. de Natiuitate Domini.*

Mater, quæ suum genuit Natum, atq; Parentem *Idem Elegia in Laud. S. M. Virg.*

Mater Agni, & Pastoris. *S. Andr. Cretens. orat. 2. in Annunc. S. German. tract. 2. in Dormit. B. V. & S. Io. Damasc. in Paracl. B. V.*

Mater astri inoccidui. *Andreas Cretensis orat. 2. in Annunc.*

Mater Conditoris sine viri consortio. *Idem orat. de Natiuit. B. V.*

Mater Dei incognita viro. *Idem Can. in Domin. Palmar.*

Mater, Deo sponsa. *Idem in magno Can.*

Mater gaudij sempiterni. *Idem orat. 1. in Annunc. B. V. & Albert. Magnus in Biblia Mariæ super libr. Genes.*

Mater illius, qui ex ea est sine patre. *Andr. Cret. Can. in S. Georg. M.*

Mater omnium Sæculorum, Regi Deo parata. *Idem orat. de Natiuit. B. V.*

Mater partus absque semine; non enim cognouit, qua ratione fœtus in vtero suo inuentus esset cum diuina fuerit illa conceptio. *Idem Can. in Dominicam Palmarum.*

Mater sermonis eminens, cui sermo ex spontaneis gratiæ eius fontibus profluens offerendum est. *Idem orat. 3. de Dormit. B. V.*

Mater sine semine viri, pariens sine corruptione. *Idem Can. Dom. Palmarum.*

Mater sola, semper virgo. *Idem orat. 2. de Dormit. B. V. & Leo Imperat. in orat. de Purif. B. V.*

Mater Solis gloriæ, deprauatas cordis nostri pupillas illuminans luce sua. *Andr. Cretens. Can. in S. Demetrium M.*

Mater Verbi, cui merito offerendum est munus verborum sermonis nostri textura; nihil enim illi tam amicum est, vt verba, & honor, qui per verba tribuitur, *Idem orat. de Natiu. B. V.*

Mater Verbi omnium Excellentissima. *Idem orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Mater Virgo, ex qua primitiæ vitæ germinarunt, Rex, scilicet, Iesus. *Idem in Can. de Natiuit. Beatæ Virgin.*

Mater vitæ nostræ. *Idem in magno Can. S. Ioann. Chrysost. orat. in Natiu. B. V. Cosmas. Vestitor. orat. in SS. Ioach. & Annam, & B. Aelredus Abbas ser. 2. de Natiu. B. V.*

Mater vitæ omnium. *Andr. Cretens. Can. in Exaltatione S. Crucis.*

Mater Christi intemerata. *Anastas. Synaita lib. 8. contempl. Anagog. in Exameron.*

Mater non puri hominis, non cuiuspiam Prophetæ, aut inhabitantem habentis Deum, sed verè mater magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. *Idem in orat. 2. in Annunc. B. V.*

Mater, in qua post partum permansit sigillum virginitatis, quod naturę indidit inconcussum custodiens. *Isychius ser. 1. de Laud. V.*

Mater Regis eorum, quæ sursum sunt, & deorsum. *Idem serm. 9. de Laud. Virg.*

Mater Regis, qui Dominus est cęptrorum non terrenorum, sed cęlestium. *Chrysippus in ser. de S. Maria Deipara.*

Mater incorruptionis, quæ Virgines exemplo suo genuit, & mansit integra. *S. Leander. in Regula, & institutione Virginum.*

Mater Dei antequam nasceretur designata. *Sergius in orat. de Natiuit. Virg.*

Mater virę, nata ex dauidico semine. *Idem ibidem.*

Mater Dei inculpata. *S. Sophronius in orat. de Angelorum excellentia.*

Mater impolluta. *Idem in orat. in Christi Natalitio, & S. Io. Damasc. in Officio, Græcor.*

Mater virgo, cuius impolluta vterũ Dei Verbum ęternum ex ęterno Patre ortum habens, propter nos inhabitauit, veramque in illa, & ex illa, carnem accepit. *S. Sophron. in orat. in Christi Natalitia.*

Mater lucis, rubo illi, quem conspicatus est Moyses, comparata. *D. Seuerus Alexand. lib. de ritibus Baptismi.*

Mater Domini gloriosa, quæ cum legi nihil deberet, sponte tamen se decretis voluit subdere legalibus, vt nobis exemplum pręberet quanta humilitate, quanta obedientia, Dominicis præceptis parere debeamus. *S. Eligius homilia in festo Purific. S. M.*

Mater, ex qua Dominus Iesus plenus, & perfectus Deus, plenum, & perfectum hominem, sine Patre suscipiens, plenitudinem, & perfectionem omnium gratiarum ei contulit, sicut ad ipsam Gabriel Archangelus loquitur dicens: Aue Maria gratia plena, nec integritatem, & gratiam virginitatis illi abstulit. *Idem ibidem.*

Mater, absolutissima ab omni legis subiectione: cum enim non omnem mulierem, quæ peperit, sed quę suscepto semine pepererit, lex immundam dicat, atque oblationibus vna cum prole mundari decernat; constat, quia non illam sub hac necessitate constringit, quæ sine susceptione virilis seminis virgo concepit, & virgo peperit; nec immunda iudicabitur, quæ Spiritu sancto obumbrante totius munditię, & sanctitatis Auctorem genuisse probatur. *Idem ibidem.*

Mater agnitionis Dei, & spei, in qua gratia, omnis spes vitæ, & virtutis. *D. Hildeph. ser. 1. Annunciat. B. Mariæ.*

Mater beata, quæ sine contaminatione concepit, & sine dolore peperit medicinam. *Idem ser. 1. in Natiuit. B. Mariæ.*

Mater castissima. *Idem ser. 6. de Assumpt. B. M. & D. Anselm. in Psalt. B. V. par. 1.*

Mater Christi. *S. Hildephonsus serm. 1. de Assumpt. B. M. & Simon Metaphrastes in orat. de ortu, vita, & Assumpt. B. V.*

Mater Creatoris Angelorum, quam Spiritus sanctus adimpleuit, quam sapiencia Patris, id est Filius Dei possedit. *S. Hildephonsus ser. 3. de Assumptione B. M.*

Mater Creatoris nostri. *Idem serm. 4. de Assumpt. Beatæ M.*

Mater Domini, per quam vita redonatur. *Idem ser. 1. de Assumpt. B. M.*

Mater Domini, quæ omnibus gloriosa. *Idem lib. de perpetua virginitate S. M. & de eius Purific. Ericus hom. in festo Purifi. B. V., Ambr. Aristbert. hom. in festo Purific. B. V., Goffridus Abbas serm. in omn. festiuit. B. M. S. Petrus Maurit. Cluniac. lib. 3. Epistol. Epistol. vlt. D. Bonau. in Specul. B. V. cap. 12. & cap. 8. S. Gertrud. insinuationum diuinæ pietatis lib. 2. cap. 17. apud Coccin tom. 1. pag. 269. & Bern. Senen. tom. 4. in serm. extraug. de 7. flammis amoris in B. V.*

Mater Domini, quæ quasi vitis cunctis fructificauit suauitatem odoris, & protulit cunctis gentibus fructus honestatis, & gratiæ. *S. Hildephonsus serm. 1. de Assumpt. B. M.*

Mater Domini Saluatoris, domum possidens perpetuę virginitatis. *Idem ser. 2. de Assumptione Beatæ M.*

Mater Dominica. *Idem in lib. de virginit. S. Mariæ cap. 12. & vlt.*

Mater Factoris nostri. *Idem in lib. de virginitate S. Mariæ cap. 12. & vlt.*

Mater felix, per quam generis nostris vita est reparata, quæ de cœlo susceperit prolem, & mundi genuit Saluatorem. *Idem ser. 1. de Natiuit. Beatæ M.*

Mater honorificata. *Idem ser. 1. de Assumptione Beatæ Mariæ.*

Mater pulchræ dilectionis, & timoris. *Idem ser. 1. de Assumpt. B. M. & D. Ioan. Rusbroch. lib. 1. de ornatu spiritualium nuptiarum c. 77.*

Mater, quæ peperit Factorem suum. *S. Hildeph. in lib. de virginitate S. M. cap. 8.*

Mater, quæ præcessit omnibus matribus; talis enim fuit, qualis nec habebit sequentem. *Idem ser. 3. de Natiuit. B. M.*

Mater, quæ sola superexcellenti, & incommutabili dono potuit esse virgo, seruare pudorem & intactis suis visceribus edere Deum, & hominem. *Idem ser. 6. de Assump, B. M.*

Mater, quam nobilitat pudor virgineus. *Idem in lib. de virginitate S. M. cap. 2.*

Mater, quam non violat pudor virgineus. *Idem ibidem.*

Mater, quam probat virginitas. *Idem ibidem.*

Mater, quam virginitas glorificat. *Idem ibid.*

Mater, quam virginitatis non deseruit decus. *Idem ibidem.*

Mater summi Regis. *Idem ser. 1. de Assumptione B. M. & Io. Hondem. in inuocat. B. Deip.*

Mater virginea. *Hildephonsus in lib. virginit. S. M. cap. 11. Cosmas Hierosolym. in Menæis Græcor. die 2. Februarij. S. Methildis lib. 1. gratiæ spiritualis cap. 5. & Io. Rusbroch. in opere de vera contempl. cap. 36.*

Mater Dei tota pura. *Anonym. in Euchолog. seu Rituali Græcorum in officio magni, & Angelici habitus. & Ioan. Grossus orat. de Assumptione Beatæ V. Mariæ.*

Mater Factoris omnium. *Anony. in Euchолog. seu Rituali Græc. in officio olei sancti, & Guarricus Abbas in lib. de Laud. B. M. cap. 5.*

Mater illius, qui omnia potest. *Anonym. in Menæis Græc. die 7. Aprilis.*

Mater omnium viuentium. *Idem in Menæis Græcor. die 7. Aprilis. B. Aelredus Abbas lib. 1. de Emanuele cap. 12. & Robert. Bellarm. Cone. 1. super Missus est.*

Mater

Mater ſolis, occaſum neſcientis *Anonym. in Euchelog. ſeu Rituali Græcor. in offic. exequiar.*

Mater vnica Numinis. *Idem in Menæis Græc. die 23. Iulij. Radulph. Ardens hom. 2. de Aſſump. B. M. Goffridus Abbas in ſer. de Purif. S. M.*

Mater habens in Filium, quæ recuſari non poteſt fiduciam, habens vires inſuperabiles, robur inexpugnabile. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS. Dominæ noſtræ Deiparentis quando fuit oblata in templo.*

Mater Largitoris. *Idem orat. in SS. martyres Coſmam, & Damianum.*

Mater nouæ creationis. *Idem orat. 3. de Conceptione Deiparæ.*

Mater Præceptoris noſtri. *Idem in S. Mariam aſſiſtentem.*

Mater, quæ incorrupta peperit, & quę, ſupra quam ſperare poterat, concepit. *Idem orat. 2. de Concept. Deipar.*

Mater Dei, hominum amantis. *S. Germ. orat. 2. in Præſentat. B. V.*

Mater Dei, quę ſupra vim ſermonis, & ſupra intelligentiam rerum admirabilium præſtantiſſima quæque obtinet. *Idem orat. 1. in Dormit. Beatæ Virg.*

Mater Dei, quo nihil reuera eſt, aut audiri poteſt admirabilius. *Idem ſer. in Natiu. B. V.*

Mater Dei ſummè veneranda. *Idem orat. in Zon. Deip. & Io. Damaſc. in Paracl. B. V.*

Mater Dei ſuperſanctiſſima, per quam cęlum, & terra ornamentis aucta ſunt. *S. Germ. orat. 1. in Dormit. Beatæ V.*

Mater, de qua Propheta Pſalm. 86. Mater Sion, dicet homo, & homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam Altiſſimus. *Idem ſer. in Natiuitate Beatæ Virg.*

Mater integritatem ſeruans. *Idem ſerm. in Natiuitate Beatæ V.*

Mater lætitiæ. *Idem ibidem, & Ioann. Hondemius hymn. 2. de Partu V. & lactatione Pueri Ieſu.*

Mater luminis. *S. Germ. orat. 2. in Dorm. B. V. Coſmas Hieroſolym. in Theogoniam hymn. 6. S. Io. Damaſc. in carm. de Annunc. Gulielmus Paruus in cap. 6. Cantic. D. Bonauent. in Pſalt. B. V. & Ioan. Trith. in orat. ad* V. M. *quæ incipit:* Aue Sole ſplendidior.

Mater non expetra, quæ ſunt matrum. *S. Germ. ſerm. in Natiuit. B. V.*

Mater Solis, cui tempore Paſſionis Filij facta eſt nox grauis doloris, & calamitatis. *Idem in ſuo Mariali fragm. 16.*

Mater à Filio magnificata. *Coſmas Hieroſolymitanus in Theogoniam hymo 8.*

Mater Emanuelis immaculata, & perpura animis puris, & in ſordidis labris magnificanda, vt per ipſam, & ex ipſa afferatur cultus diuinus Nato. *Idem in Theogoniam hymn. 5.*

Mater pura, atque intacta, ex qua omnium cauſa, & datrix vitæ infinita ſapientia Dei, ædificauit domum ſuam. *Idem in Theogon. hym. 6.*

Mater, quæ in ventre ſine ſatione concepit Filium. *Idem in Theogon. hymn. 8.*

Mater virgo, per quam diuinis è finibus Artifex veniens Chriſtus, Deo Patri adductus eſt Infans. *Idem in Theogoniam hymn. 13.*

Mater caſta, quæ ſola Creatore digna erat. *S. Ioan. Damaſc. orat. 1. de Natiuit. B. M.*

Mater Chriſti Dei, in exitu noſtro nobis aſſiſtens, nobiſque ſalutem concedens. *Idem in Paracl. Beatæ V.*

Mater Chriſti glorioſa. *Idem in Canone de S. Trinitate, & D. Bonauent. in Pſalt. B. V.*

Mater Chriſti, iuxta carnem, quæ ex Dauidis genere promanauit partu, qui nullis verbis exprimi poteſt edita. *S. Ioan. Damaſc. orat. 2. de Natiuitate Beatæ V.*

Mater Chriſti Redemptoris. *Idem in Paraclet. Beatæ Virg.*

Mater, cui Filius res omnes conditas in ſeruitutem addixit. *Idem orat. 2. de Aſſumptione, ſiue Dormitione B. Mariæ.*

Mater cum Filio domicilium habens. *Idem ibidem.*

Mater Dei, ac virgo perpetua *Idem ibidem. Euthimius encom. in Adorat. venerandæ Zonæ B. Deiparæ. D. Bonauent. in Specul. B. V. c. 8. Matthæus Cantacuzen. in cap. 6. Cant. Cantic. & D. Caſimirus Poloniæ Princeps in hym. de B. V.*

Mater Dei auguſtiſſima. *S. Io. Damaſcen. in Paraclet. B. Virg.*

Mater Dei immaculatiſſima. *S. Io. Dam. Canon. SS. Apoſtol. Petrum, & Paulum, & in Paracl. B. Virg. Iacob. Monach. in Mariali orat. 2. Ioan. Groſſus orat. de Præſent. B. Virg. & Ioan. Picus lib. 1. in Cantic. cap. 18.*

Mater Emanuelis, & Saluatoris noſtri. *S. Ioann. Damaſc. in Octoec. Græcorum.*

Mater illibata, quæ Deum ſupernaturaliter in vtero concepit. *Idem Can. in S. Leontium.*

Mater maculæ omnis prorſus expers. *Idem ibidem, & Petrus Abbas Gellenſ. in lib. de Paribus cap. 21.*

Mater thalami nuptialis neſcia, quę Deum Verbum in vtero ſuo comprehendit, & incarnatum peperit tanquam Deum ſimul, & hominem. *S. Io. Damaſc. Can. in appar. S. Crucis.*

Mater Dei creata omnia ſuperans, atque omnibus rebus conditis dominans. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. ſiue Dormit. B. M.*

Mater Dei, cuius ornamentum, atque illuſtriſſimum encomium, Deus excitit Verbum. *Idem ibidem.*

Mater Dei ea, quæ ſunt Filij poſſidens. *Idem ibidem.*

Mater Dei, ex qua Dei Agnus, qui mundi peccata tollit, in lucem edi placuit. *Idem orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Mater Dei, omni cogitatione, & ſermone præſtantior, quæ modo, omnem orationis facultatem ſuperante, eum, qui temporis expers eſt, in tempore peperit. *Idem in Carm. de Aſcenſ. Domini.*

Mater Dei, prædeterminata, & ante ſæcula conſilio Dei prælecta. *Idem or. 3. de Aſſum. B. V.*

Mater Dei, quæ nihil ſuauius, mentem noſtram captiuam faciens, & linguam deprædans. *Idem ibidem.*

Mater Dei, quæ verè poſt partum virgo apparuit. *Idem in Canticis Græcor. ſono* 1.

Mater Dei, quam caſtitas obſignauit, atq; virginitas conſeruauit, cuius myſteria tranſcendunt mentem, & opinionem. *Idem in Canticis Eccleſiaſticis Græcorum ſono* 2.

Mater Dei, Sacroſancta, Sanctis ſanctior, Sacris ſacratior, piiſque pietate præſtantior. *Idem orat.*2.*de Aſſumpt.ſiue Domit. B.M.*

Mater Dei, ſine virili congreſſu facta. *Idem in Canone de ſancta Trinitate.*

Mater Dei, ſola proprij Filij Ancilla, atque ambo natura, poſtquam nulla extat Mater Virgo, beata, ſcilicet, virginitate ad priſtinam in paradiſo incorruptionem teuerſa, *Idem orat.*4.*de Natiuit.B.V.*

Marer Dei vera, quæ verum Deum ex ſe incarnatum genuit. *Idem lib.*3.*de Fide Orthodoxa cap.* 12.

Mater diuiniſſima. *Idem orat.*1.*de Aſſump.B.M.*

Mater Domini tui natura, ac vera diſpenſatione. *Idem ibidem.*

Mater, ex qua vita orta eſt. *Idem ibidem.*

Marer humani, & miſerico rdis. *Idem orat.* 2.*de Aſſumpt.ſine Dormit.B.M.*

Mater immaculatiſſima Redemptoris, & Creatoris, Deique noſtri. *Idem in Paracl. B.V.*

Mater Imperatoris cæleſtium virtutum, ſemper Virgo. *Idem in Canticis Græcorum ſono* 1.

Mater incarnati Dei, non Dea, verè pura. *Idem orat.*2.*de Aſſumpt.ſine Dormit B.M.*

Mater innupta, ſola illibata, inter matres, quæ ſunt matrum, more virginum nacta: res ſcilicet, inter miracula, omnium maximè ſingularis, ac portento noua. *Idem orat.*4. *de Natiuitate B.V.*

Mater lucis illuminans animam noſtram, multis iſiq; grauiſſimis peccatis obtenebratam. *Idem ibidem.*

Mater lucis inacceſſibilis, quæ ab eo, qui caret ptincipio, & eſt verè Pater luminum, effulſit. *Idem ibidem.*

Mater mundiſſima Verbi Dei, ptincipio carentis, atque omnia antecedentis. *Idem in Paraclet.B. Virg.*

Mater Numinis, ſemper & vbique inculpatiſſima. *Idem in Menæis Græcor. die* 22.*Ianuar.*

MaterNuminis ſumme colenda. *Idem in Menæis Græcorum die* 11. *Ianuarij.*

Mater Regis omnium. *Idem in Paracl. B. Virg. Theod.Laſcb.Imper.in Can.ad SS.Deiparam, & D.Antonin.in ſum.par.*4.*tit.*15.*cap.*31.*quod eſt de partu B. Virg.*

Mater ſemper virgo, ſola inter mulieres Deo deſponſata. *S.Io. Damaſc.orat.*3.*de Nat'iuitate Beatæ Mariæ.*

Mater ſine viro pariens, vnis ſuis geſtans eum, qui vniuerſam regit machinam. *Idem in Canticis Eccleſiaſticis Græcorum ſono* 2.

Mater ſummi Regis, omnibus generationibus, & rebus conditis excellentior. *Idem orat.*2. *de Aſſumpt.ſiue Dormit.B.M.*

Mater Verbi, à quo Spiritus Sanctus ad omnes accedit, ac ſermones liberè decurrendi poteſtatem nanciſcuntur. *Idem in orat.*2. *de Natiuitate Beatæ Virg.*

Mater Verbi Dei cariſſima. *Idem in orat.* 1.*de Aſſumpt.B.M. D.Brigitta lib.*1. *Reuelat.c.*50. *& Maurit. de Villaprobata ſerm.*1. *Coronæ nonæ Beatæ Mariæ.*

Mater Verbi, verba ſuppeditans. *S. Io.Damaſc. orat.*3.*de Aſſumpt. B. V.*

Mater veræ vitæ. *Idem in Paracl.B.Virg. Simeon Metaphraſt. in orat.de ortu, vita, & Aſſumpt. Beatæ Virg.*

Mater vitæ eſſentialis, ab animæ morte redimens nos, & dignos faciens vitæ æternæ. *S. Ioan.Damaſc.in Paracl.B.V.*

Mater Dei, potens omnia. *D.Theodorus Studites in Canone, qui canebatur in erectione ſanctarum imaginum.*

Mater, & virgo, hymnis celebranda, & glorificanda. *Idem ibidem.*

Mater Saluatoris, quæ Virgo fuit ante partum, Virgo in partu, Virgo poſt partum. *Ratramnus Corbeienſis in opuſc.de partu B.V.cap.*11.

Mater Condentis. *Theophanus Nicenus hymno in Annunciat.SS.Deiparæ.*

Mater Filij Dei prælecta. *Idem ibidem.*

Mater illius, qui auctor eſt vitæ. *Idem in Men. Græcorum die* 15. *Auguſti.*

Mater puræ vitæ. *Idem hymn.in Annunciat. Sanctiſ. Deiparæ.*

Marer Redemptoris, nunquam virum experta. *Idem in Menæis Græcorum die* 17. *Ianuarij.*

Mater inexplicabilis myſterij, Deum enim, qui in omnibus eſt incomprehenſibilis, ſine coarctatione comprehendit, ac peperit, atque vberibus nutriuit, cum voluiſſet miſereri noſtri. *S.Ioſeph hymn.in Mariali.*

Mater veræ reiurrectionis, animam noſtram peccati morte peremptam, reſuſcitans, *Idem ibidem.*

Marer admirabilis. *Simeon Metaphraſte in orat. de ortu, & vita, & Aſſumpt.B.V. & D.Anſelmus in Pſalt.de B.V. par.*1.

Mater bona Filij boni. *Simeon Metaphraſtes in orat.de ortu, vita, & Aſſumpt.B.V. D.Bernard. in Medit.deuot.ſs.ſuper Salue Regina, & D.Brigitta lib.*1.*Reuelat. cap.*51.

Mater cariſſima magni Dei Saluatoris noſtri. *Idem ibidem. Simeon Metaphraſtes in orat.de ortu, vita, & Aſſumpt.B.V.*

Mater Dei inculpata, & ab omni reprehenſione aliena. *Idem ibidem.*

Mater eius, qui eſt vere ſapientia, & arcana cognitio. *Idem ibidem.*

Mater Fictoris. *Photius Conſtantinopolitan. orat. in S. Mariæ Natinit.*

Marer Dei ſecundum carnem. *Nicetas Dan. in homil.de Natiuit. Beatæ Virg.*

Ma-

Mater Auctoris totius mundi. *Ioan. Epiſc. Aretin. in Tract. de dormit. SS. V.*

Mater credentium, quia Chriſtum genuit credentium fratrem. *Ambroſ. Ansbert. homilia in feſto Puriſic.* B. V.

Mater Electorum, quia Chriſtum genuit electorum fratrem. *Idem ibidem.*

Mater agnitionis, ideſt Chriſti, quia Chriſtus dicitur agnus ab agnoſcendo, quia cum immolaretur in Cruce, agnouit Patrem obedientia, matrem cuſtodia, familiam miſericordia. Patrem agnouit obedientia dicens; Non mea voluntas, ſed tua fiat. Luc. 22. Ipſam Matrem agnouit cuſtodia aſſignãs eam Ioãni & dicens: Mater ecce filius tuus Ioan. 19. familiam agnouit miſericordia, cuius peccata, ideſt pœnam peccatorum miſericorditer pertulit in corpore ſuo ſuper lignum. *Idiota de B. V. M. part. 14. Contempl. 1.*

Mater agnitionis, id eſt, reuelationis fidei, quę ſola fidei reuelatio ad eam, & in ea facta eſt, quia ipſa dedit exemplum credendi, quod credendum eſt, & ideo dictum eſt ei: Beata, quæ credidiſti Luc. 1. *Idem ibidem*

Mater dilectionis, ideſt, Chriſti, qui dicitur dilectio, quaſi duo ligans, quo ad duas naturas, ſcilicet Deum homini, & hominem aſſumptum Deo in vnitate perſonæ, cum Verbum caro factum eſt; per dilectionem enim, quam habuit ad genus humanũ, colligauit ſibi naturam humanam, quia dilectio eſt diligentis, & rei dilectæ, quaſi quædam vnio, potiſſimum in bonis, & naturaliter illud, quod amatur in ſui naturam ſuum conuertit amatorẽ per dilectionem etiam, quã habet ad nos colligat nos ſibi ipſi, quia qui adhæret Deo vnus Spiritus eſt cum eo 1. Cor. 6. *Idem ibidem.*

Mater dulcedinis, vndè ſalus noſtra profluxit. *Idem de Beata Deipara part. 16. Contemplat. 10.*

Mater non ſolum hominis, ſed Dei, & hominis; illum enim concepit, illum peperit, illum lactauit, nutriuit, & cum eo permanſit, & permanebit lætiſſima in æternum. *Idem de B. V. part. 8. Contempl. 10.*

Mater pietatis diuinæ. *Idem de SS. Deipara pæt. 14. Contemp. 16. & Ric. à S. Laur. de laud. V. l. 1.*

Mater pulchræ dilectionis, ideſt Chriſti, qui pulcher, ſcilicet ſplendor gloriæ, & ſpecioſus forma non ſolum præ filijs hominum, ſed etiam præ millibus Angelorum, qui etiam ſolus pulchrè diligit, & à quo pulchra dilectio, quia charitas forma eſt deaurata, ſiue pulchritudo virtutum. *Idiota de B. Virgine parte 14. Contemplat. 1.*

Mater pulchræ dilectionis, & amicos ſuos Chriſto Filio ſuo, qui eſt pulcherrimus facit ſimiles, ſimilitudinem Filij in eis, per gratiam refiguranſ, quam peccando amiſerant. *Idem ibidem.*

Mater ſanctę ſpei, quia exemplo ſuæ ſpei docuit, quid ſperandum; nouit enim, quod vnum eſt neceſſarium, & quod primo quærendum eſt Regnum Dei. *Idem ibidem.*

Mater timoris docens fugere, quod fugiendum eſt, quia ipſa prima, non ſolum peccatum, ſed & occaſiones peccatorum declinauit, quod patet per hoc, quod magnificata per conceptum Filij, ſe humiliauit, & obſequium Eliſabethę præbuit illud adimplendo: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Eccleſ. 3. *Idem ibidem.*

Mater timoris, ideſt Chriſti, qui ſolus timendus eſt, vt ipſemet dicit Matth. 20. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, ſed illum timete, qui poteſt corpus, & animam perdere in gehennam: timendus igitur eſt, ne peccando amittatur. *Idem ibidem.*

Mater timoris, quia in ea paratur locum Creatori, & Spiritui ſancto, quando expauit excellentia Angelicæ ſalutationis, ideò dictum eſt illi: Ne timeas Virgo Maria. *Idem ibid.*

Mater veritatis, quia veritas de terra orta eſt. Pſal. 88. id eſt benedictus Filius eius, qui eſt via, veritas, & vita. *Idem de B. Virg. parte 17. Contemplat. 5.*

Mater pia. *Idem ibidem.*

Mater Redemptoris, quæ ſine humana concupiſcentia, ſine humano concubitu, Virgo concepit, ſine aliqua carnis corruptione Virgo peperit, & ſine fine Virgo permanſit. *Idem ibidem.*

Mater, cuius miſericordia ſæpe liberat, quos iuſtitia filij poteſt damnare. *Idiota in ſua contempl. de Virg. Maria.*

Mater Dei ſuper exaltata, & ſuper benedicta. *Idem ibidem.*

Mater gratiæ. *Idem ibidem. Franciſc. Abbas lib. 7. de gratia Dei. Rich. à S. Vict. expoſit. in Cant. Cantic. c. 42. D. Amad. hom. 3. de laud. V. D. Bonauent. in laud. B. Virg. Io. Thaulerus in tract. de 10. exercitabius cap. 11. Henric. Suſo in Meditat. de Compaſſ. B. V. & Paulus de Heredia in tract. de Concept. SS. Deiparæ.*

Mater Dei Diuina. *Leo Imperator in orat. de Aſſ.*

Mater partus felicitate præcipua. *Idem in orat. de Purificatione Virg.*

Mater Patris omnium. *Idem in orat. de Natiuit. SS. Virg.*

Mater, quæ non peperit communi matrum lege prolem. *Idem in orat. de Purificat. B. Virg.*

Mater virginitatis integræ. *Idem in orat. de Purificat. B. Virg.*

Mater virginitatis perpetua. *Idem in orat. de Aſſumpt. B. Virg.*

Mater optima charitum. Io. *Geom. in* B. V. *hymn.* 1.

Mater Verbi. *Idem ſerm. in Annunc. SS. Deigenitricis. S. Petrus Damianus ſerm. 1. de S. Ioan. Apoſtol. & Euangeliſt. D. Bernard. ſerm. 4. in Aſſump. B. Virg. Nicolaus Monach. in Epiſt. de Concept. Deiparę Virg. ad Petrum Cellen. & Maurit. de villaprobata ſer. 1. Corone noue. B. Virg.*

Mater verę ſapientiæ, atque infallibilis ſcientiæ. Io. *Geom. apud Catonam græcata ſuper Luc.*

Mater Dei piiſſima. *D. Fulbert. Carnotenſ. ſerm. de purificat. B. Virg.*

Ma-

Mater Domini beata. *Idem ſerm.1.de Nat.*B.V.
Mater Domini vnica. *Idem ſer.3.de Natiuit.*B.V.
Mater miſericordię. *Idem ſerm. 1.de Natiuit.* V. *Hermannus Contractus in Antiphona Salue Reg. S.Bernard.in lament.SS.Virg. D. Dominicus in compendio in Cone. de ſalut. Angelica, & D. Bonauentura in laud.Sanctiſſimę Deiparę.*
Mater Redemptoris noſtri. *Fulbertus Carnotenſ. ſerm.2. de Natiuit.B. Virgin. & D. Petrus Damianus ſerm.2.de Natiuit.B. Virg.*
Mater veri, æternique Regis, ac Domini noſtri. *D.Fulbert.Carnotenſ.ſerm.3.de Nat.Virg.*
Mater Dei, & Domini noſtri electa. *Rodulph. Ardens hom.2.in Annunc. B.Mariæ.*
Mater Dei glorioſa. Idem *ibidem. Euthimius Eucom.in adorat.venerandæ Zonæ.B. Deiparæ.& Maurit. de Villaprobata ſerm.24. Coronæ nouæ B.Virg.*
Mater Dei ſingularis. *Rodulph.Ardens hom.2. in Annunc.B. Virg.*
Mater dilectiſſima, & ſingularis ſapientię Dei Patris Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Idem ibid.*
Mater Domini pura. *Idem hom. 2. in Purificat. SS. Virg.*
Mater gratiarum. *Idem hom.2. in Annunc.* B. *M. & D.Anſelm.in Pſalterio B.Virg. part.2.*
Mater humana, de qua Deus natus eſt in tempore Homo verus. *Rodulph. Ardens hom. 2. in Natiuit.B. Mariæ*
Mater munditiæ, & ſanctitatis. *Idem hom.2. in Purificat.B. Virg.& Dionyſ.Cartuſ. lib. 2. de Precat. B.Mariæ.art.10.*
Mater pulchrę dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctę ſpei; harum ſcilicet, cæterarumque virtutum, non ſolum exempla prębendo, ſed etiam illum, qui eſt dilectio, fides, timor, & ſpes omnium fidelium generando. *Rodulph.Ardens hom.1.in Natiu. Virg.*
Mater puritatis. *Idem hom. 2.in Purificat.* B. *Virg. Guarricus Abbas ſerm.4.de Purific.B.V. & ſer. 1.ibidem.& Io.Picus lib.2.in Cantic.cap.16.*
Mater Altiſſimi. *Guarricus Aboas ſerm. 1. de Aſſumpt.S.Mariæ. D.Anſel.in lib.de Excellent.M. cap 12.S. Petrus Maurit. Cluniacen. Proſa in honorem Matris Domini. Io.Trith. de Mirac. B. Virg. prope Dittelbach.lib. 1. cap. 10. & Ioan. Picus lib.1.in Cant. cap. 7.*
Mater beata Chriſti. *Guarricus Abbas ſerm.1. de Aſſumpt.* B. *Mariæ.*
Mater Chriſtianorum cuta, & affectu pietatis. *Idem ibidem.*
Mater ſummi virginis, & martyris. *Idem ſerm.1 de Annunc.B.V.Marię.*
Mater vitę, qua viuunt vniuerſi. *Idem ſerm.1.de Aſſumpt. ſanctę Mariæ.*
Mater, cuius obſequijs captauda eſt Filij gratia. *Idem ſerm.2.de Aſſumpt.SS.Marię.*
Mater electa ſummę iuſtitiæ. *Idem ſerm.4. de Purificat.SS. Deiparę.*
Mater humillima. *Idem ſerm.3. de Aſſumpt. V.*
Mater Ieſu ſecundum carnem. *Idem ſer.4. in Aſſumpt.* B. *M.*
Mater incorrupta, quæ incorruptibile Verbum, incorrupta carne veſtiuit. *Idem ſerm.1. de Purificat.* B. *Mariæ.*
Mater inexauſta. *Idem ſ.1. de Aſſumpt.* V.
Mater ipſius ſanctitaris, qua nihil ſanctius eſſe poteſt. *Idem ſ.4. de Purificat.*
Mater noua, quia nouitatem attulit filijs inueteratis, vitiumque ſanauit tam ingenitę, quam ſuperadditę vetuſtatis. *Idem ſ.1.in Natiuitate.Sanctiſſ. Deip.*
Mater nouitatis. *Idem ſerm.3.de Purificat.B.M.*
Mater omnium ad vitam renaſcentium. *Idem ſer. 1. de Aſſumpt.V.*
Mater pauper pauperis Chriſti. *Idem ſerm.4. de Purificat.* B. *Virg.*
Mater prorſus noua, quia tam nouo miraculo parit, vt pariat, & Virgo ſit, ipſumque pariat, qui omnia, matremque ipſam inter omnia creauit. *Idem ſerm.1.in Natiuit.B.M.*
Mater pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. *Idem ſerm.2.in Nat. S.* M.
Mater ſui conſcia myſterij, ideſt Incarnationis. *Idem ſerm.1.in Natiuit. B. Virg.*
Mater ſummæ miſericordię, ſingulariter habens excellenter vbera vberis miſericordiæ. *Idem ſerm.1.de Purificat.B. Virg.*
Mater ſingularis. *S.Odilia ſerm.in Aſſumpt.*B. *V.*
Mater alma Redemptoris. *Herman. Contract. in Antiph. Alma Redempt.*
Mater dulcis. *Mauril. Rotham. in orat. ad B.* M.
Mater indubitata miſericordiæ. *Idem ibidem.*
Mater indulgentiæ aperiens ſinum pietatis, & ſuſcipiens mortuum in peccatis. *Idem ibid.*
Mater pietatis. *Idem ibidem. D.Anſel. in Pſalt.B. V.part. 1.Goffrid.Abb.ſ.in omni feſtiuit. B. M. Guliel.Parvus in cap.2.Cantic. D. Amad. hom. 4.de laud.B.M.D.Bonauent.in laud.SS.Deip. Albert.Magn.ſerm.2.in Dedic. Eccleſiæ.D. Bernardin.Senenſ.ſ.de Purific.B.V.D. Antonin.in ſum.3.part. tit.31.cap.4. quod eſt de multiplici miſericordia, quam accepimus à Deo mediante* B.V. *Maurit.de Villaprob. ſ.23.Coronæ nouæ B. M.& Ioan.Picus lib.1.in Cant. cap.14.*
Mater ſuauis. *Mauril.Rothom.in orat. de B.* V.
Mater vera miſericordiæ, apud quam deſolati rectè ingemiſcunt, & deploraules mala totius calamitatis, & miſerię. *Idem ibidem.*
Mater Dei, cuius gratias nec ipſi Angeli aſſequi poſſunt. *Theoph. in orat. de Præſent.*B.V.
Mater ſermonis. *Idem ibidem.*
Mater Altiſſimi, auro diuinitatis Dei veſtita, imo ſuper veſtita. *D. Petrus Damian. ſ. 5.de Natiuit.*V.M.
Mater caſta, munda, & perpetuę virginitatis ſignaculo prænunita. *Idem ſ.1. de S. Io. Apoſt.*
Mater clementiſſima ipſius pietatis, & miſericordiæ. *Idem in homilia Natiuit.B.*V.
Mater, cuius parebat arbitrio, qui omniū rerum iura ſuo gubernat imperio. *Idem ibidem.*
Mater Domini, ſimul & Ancilla. Aucilla ſiquidem per communem conditionis humanę naturam: mater verò per ineffabilem diuini muneris

neris gratiam, Mater in eo quod genuit, Ancilla in eo, quod genita fuit. *Idem ibidem.*

Mater ducens nos ad Filium. *Idem ſer. in Annunciat. Beatæ Virg. Mariæ.*

Mater, & filia Creatoris, virtutum conſummatione veſtita. *Idem ſerm. de Aſſumpt. B. V. M.*

Mater Imperatoris æterni. *Idem ſer. 2. Epiſtolar. Epiſt. 14. Franco Abbas lib. 7. de gratia Dei. Iacob. de vorag. in Mariali ſer. 17. A. Bernard. de Buſt. in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M. V. & Maur. de Villaprob. ſer. 2. Corone noue B. M.*

Mater innupta. *D. Petr. Damian. lib. 3. Epiſtolar. Epiſtol. 10.*

Mater magna, & felix, ex cuius viſceribus caro Chriſti deſumpta eſt, ex qua rurſus per aquã, & ſanguinem proſluxit Eccleſia. *Idem ſer. 1. de S. Ioan. Apoſtol.*

Mater Regis Regum. *Idem in carminibus de Aſſumpt. Beatæ Mariæ*

Mater Reguans. *Idem ſerm. 1. de Natiuitate S. Ioan. Baptiſt.*

Mater veræ pacis. *Idem lib. 6. Epiſtolar. Epiſt. 32. & D. Bonauent. in Pſalt. B. V.*

Mater veritatis, & æternæ iuſtitiæ. *D. Petr. Damian. lib. 2. Epiſtolar. Epiſt. 14.*

Mater venerabilis. *Idem ſerm. 1. de S. Ioan. Apoſtolo, & Euangeliſta.*

Mater prœmij, ſcilicet, Chriſti, qui eſt prœmium bonorum, & beatorum. *S. Anſelm. Lucen. ſuper Salue Regina.*

Mater admirabiiis virginitatis. *D. Anſelm in inuocat. Beatæ Virg.*

Mater Aduocati. *Idem in Pſalt. B. V. par. 1.*

Mater benedicta. *Idem lib. 1. de Excellentia V. M. cap. 9. D. Bonauent. in Speculo B. V. cap. 14. Ioan. Thaulerus in tract. de 10. cæcit. tibus cap. 11. & S. Bernard. Senenſ. tom. 1. ſer. 61.*

Mater bona, & exorans pro nobis, poſtulans, & impetrans, quod expedit nobis. *S. Anſelm. in orat. ad B. Virg.*

Mater caſta. *Idem in Pſalt. B. V. par. 1. & Theoleptus in Canone, ſiue cantico compunt.*

Mater caſtitatis. *S. Anſelm. in Pſalt. B. V. par. 1. & Cæſar Cibert. lib. 7. de Mirac. B. M. cap. vlt.*

Mater Chriſti ſuauis memoriæ. *S. Anſelm. in hymn. 1. B. Dei Genitricis.*

Mater Creatoris, & Saluatoris noſtri; per cuius ſanctitatem peccata noſtra purgantur, per cuius integritatem nobis incorruptibilitas donatur, per cuius virginitatem, anima noſtra adamatur à Domino ſuo. *Idem in orat. ad Beatam Virginem.*

Mater Dei beata, cuius excellentia ſuperemines eſt omni, quod poſt hominem Deum creatum eſt. *Idem in lib. de Excellentia V. M.*

Mater Dei beatiſſima. *Idem in lib. ſiue Tractatu de Concept. Virg. Goſſridus Abbas in ſerm. de Purificat. SS. V. M. & in ſerm. in omni feſtiuitate B. V. M. D. Brigitta in orat. 1. Reuelat. D. Bernard. Senen. tom. 4. in ſer. extraord. ſerm. de 7. flãmis amoris in B. V. Io. Trith. de Miraculis B. V. prope Dittelbach lib. 1. c. 11. & Rober. Bellarmin. Conc. de Aſſumptione B. Virg.*

Mater Dei benigna. *S. Anſelm. in inuocatione B. V. & Maurit. de Villaprobata ſer. 32. Corona noua B. Mariæ.*

Mater Dei dilectiſſima. *S. Anſel. in lib. de Excell. V. M. cap. 11. D. Bonauent. in opuſc. de compaſſione B. M. V. 10. Thaulerus ſerm. in feſto Purif. B. V. D. Birgitta in ſer. Angelico de excellentia SS. V. cap. 20. D. Bernard. Senen. ſer. de Purif. B. V.*

Mater Dei, magis propter peccatores, quam propter iuſtos. *S. Anſelm. in lib. de excellentia Virg. Mariæ cap. 1.*

Mater Dei perpetis. *Idem in Pſalterio B. Virgin. parte prima.*

Mater Domini dilectiſſima, ac dulciſſima. *Idem in lib. de excellen. V. M. cap. 6. Goſſridus Abbas ſer. in omni feſtiu. B. M. D. Bonau. in Pſalt. B. V. & Io. Trith. lib. 1. de Mirac. B. V. cap. 6.*

Mater Domini electa. *S. Anſelm. in Dialogo de Paſſione Domini.*

Mater Domini piſſima. *Idem in lib. de excellentia V. Mariæ cap. 8. D. Bonauent. in opuſc. de compaſſ. B. M. Virg. & D. Birgitt. lib. 6. Reuelat. cap. 39.*

Mater Dominica. *S. Anſelmus in hom. de Virg. Conceptione.*

Mater eius, in quo ſolo ſperamus, & quem ſolum timemus: Mater, inquam eius, qui ſolus ſaluat, ſolus damnat. *Idem in orat. ad B. Virginem.*

Mater eius, qui mundat mundum. *Idem ibidem.*

Mater eorum, quorum Chriſtus dignatus eſt eſſe pater, & frater. *Idem ibidem.*

Mater, & Domina omnium, ſuis meritis cuncta reparando, ſicut Deus ſua potentia parando cuncta, Pater eſt, & Deus omnium. *Idem in lib. de excellen. V. M. cap. 11.*

Mater feliciſſima Filij Dei. *Idem in lib. de Excellentia Virg. Mariæ. cap. 4.*

Mater humano generi amabilis. *Idem in orat ad Beat. Virg.*

Mater humilis Ancilla Dei. *Idem in Homolog. Euangelij ſecundum Lucam.* Intrauit Ieſus in quoddam Caſtellum.

Mater Ieſu dulciſſima. *Idem in lib. de Excellentia Virg. Mariæ cap. 7.*

Mater illius Filij, qui ſolus eſt altiſſimus, & nomen ei Dominus. *Idem in Pſalterio Beat. Virg. par. 2.*

Mater illius, qui gratiam, & gloriam, & honorem, & æternitatem præſtat. *Idem in Meditat. Beatæ Virg.*

Mater illuminationis cordis noſtri. *Idem in orat. ad B. Virg.*

Mater innupta, omni honore ſuperior. *Idem in hymno 2. Dei genitricis.*

Mater iuſtificationis, & iuſtificatorum. *Idem in orat. ad B. Virg.*

Mater noſtra melior. *Idem in orat. ad B. V.*

Mater omnium in Deum credentium. *Idem ibid.*

Mater omnium virtutum. *Idem ibidem. Albertus Mag. ſer. 2. in Natiuit. B. M. Dion. Fab. tract. 1.*

de

*de Concept. B.V. Balduin. Leerſius in collectaneo exemplorum, & mirac. cap. 1.*

Mater pia Dei miſericordis. *D. Anſelm. in orat. ad Beat. Virg.*

Mater pijſſima. *S. Anſelm. lib. de Excellent. Virg. Mariæ cap. 4.*

Mater puerpera. *Idem in Pſalt. B.V. par. 2.*

Mater Redemptoris. *Idem in Pſalt. B. V. par. 1. & D. Bonauent. in Litaniis Pſalt. B.V.*

Mater Regis, cuius ſedes iudicantis ſedebunt in iudicio ad confitendum Domino. *S. Anſelm. in Pſalterio B.V. par. 3.*

Mater rerum omnium factoris, & gubernatoris Domini. *Idem in lib. ſiue Tractatu de Conceptione Beatæ Virg.*

Mater reſtitutionis omnium; peperit enim illum, per quem omnia ſunt ſaluata. *Idem in orat. ad B. Virginem.*

Mater ſalutis. *Idem in inuocat. B.V. D. Bernar. ſer. 2. de Aduent. Domini D. Amadeus homil. 3. de Laud. V. D. Birgitt. lib. 3. Reuel. cap. 30. & Ioan. Picus lib. 1. in Cantic. cap. 2.*

Mater Sancti Sanctorum. *S. Anſelm. in lib. ſiue Tractatu de Concept. B.V.*

Mater ſemper, quia nunquam erit ſine ſobole. *Idem in hymno 1. B. Dei Genitricis.*

Mater ſingularis, cuius partus Emanuel, commercio ſuę carnis, effectus eſt pax Iſrael. *Idem in Pſalt. B. V. par. 3.*

Mater ſpei noſtræ. *Idem in inuocat. ad Virg.*

Mater ſummi Regis. *Idem in Pſalt. B.V. par. 3.*

Mater veræ lucis, ex qua natus in tenebris lumen rectis corde Deus. *Idem ibidem.*

Mater Virgo poſt Filium. *Idem in Pſalter. Beatæ Virg. par. prima.*

Mater vnica Ieſu Dei, & Domini omnium. *Idem in lib. de Excellent. SS. V.M. cap. 8.*

Mater vnica ſummi Regis. *Idem in lib. ſiue Tractatu de Concept. SS. Virg.*

Mater humilitatis. *D. Bruno Carthuſian. ſer. de Aſſumpt. B. Virg. & Io. Picus lib. 2. in Cantic. cap. 3.*

Mater ſpecioſa, ſpecioſi forma præ filijs hominum. *D. Bruno Carthuſ. in ſerm. de Annunciat. Beatæ Mariæ.*

Mater beata, quia Deum, & hominem genera-uit. *Franco Abbas lib. 6. de gratia Dei.*

Mater Deo digna. *Idem ibidem.*

Mater glorioſiſſima. *Idem ibidem.*

Mater illibata. *Idem lib. 6. de gratia Dei. Arnold. Carnut. tract. de illo verbo Domini: Mulier ecce filius tuus, & Matthæus Cantacuzen. in cap. 6. Cantic. Canticor.*

Mater Iudicis. *Franco Abbas lib. 7. de gratia Dei, & Goffridus Abbas ſerm. in omni feſtiu. B.M.*

Mater ad eleuandam noſtram miſeriam ineffabiliter acclinis. *Guibertus Abbas in lib. de Laud. B. Mariæ cap. 9.*

Mater beata, Filio naſcente non violata. *Goffridus Abbas ſer. in omni feſtiuit. B.M.*

Mater Chriſtianorum *Idem ibidem. Albert. Mag. ſuper miſſus eſt cap. 74. & Ioan. Gerſon. de Spiritu ſancto.*

Mater Chriſti beatiſſima. *Goffridus Abbas ſer. 1. in Natiuit. Domini, & D. Bernard. Senenſ. ſerm. de 7. verbis B.V.*

Mater Chriſti honorabilis. *Goffridus Abbas in ſer. de Purificat. S. Mariæ.*

Mater Chriſti ſanctiſſima. *Idem ſer. in omni feſtiuitate B. Virg. Mariæ.*

Mater Dei bona. *Idem in ſerm. de Purific. S.M.*

Mater Domini miſericordiſſima. *Idem ſerm. in omni feſtiuitate B.M.*

Mater Domini ſemper Virgo, excellentiſſima, & piſſima. *Idem ibidem.*

Mater dulciſſima, quæ mortis peperit mortem, vitam hominis, diaboli confuſionem, abſolutionem peccatorum omnium, iuſtorum beatitudinem. *Idem ibidem.*

Mater glorioſa Redemptoris noſtri. *Idem in ſerm. de Purificat. B.M.*

Mater honeſtiſſima Redemptoris noſtri, pudicitiæ, & virginitatis ſigillo cuſtodita. *Idem ſerm. 2. in Natiuit. Domini.*

Mater incorrupta Dei ſimul, & hominis. *Idem ſer. in omni feſtiuitate B.M.*

Mater miſericors. *Idem ibidem.*

Mater noſtra, nobis in noſtra neceſſitate ferens auxilium. *Idem in ſerm. de Purificat. B.M.*

Mater pro peccatore ſupplicans Filio. *Idem ibidem.*

Mater Saluatoris noſtri. *Idem ſer. 4. in Natiuitate Domini.*

Mater Agni. *Hugo de S. Victore in collat. 3. de Verbo incarnato Tom. 3.*

Mater fæcunditate. *Idem ſerm. in Natiu. vel Aſſumpt. B. Mariæ V.*

Mater miſericordiæ, qua nihil miſericordius. *Idem ſerm. in Natiu. B.M.*

Mater Eccleſiarum. *Rupertus Abbas lib. 4. Comment. in Cantic. Canticor.*

Mater Emanuelis. *Idem Prologo in explanat. Prophetarum.*

Mater, & virgo fidelis, quæ Filio in omnibus famulata eſt, tamquam Deo, cui ſoli debetur odor thuris in ſacrificio ſuo. *Idem lib. 5. Comment. in Cantic. Canticor.*

Materfamilias. *Idem lib. 3. Comment. in Cant. Canticor.*

Mater fidei noſtræ. *Idem lib. 5. de diu. offic. c. 21.*

Mater in conceptu intacta, & in partu, & poſt partum illæſa, & integra. *Idem lib. 5. Comment. in Cant. Cantic.*

Mater incorrupta Verbi æterni, Dei, & hominis Ieſu Chriſti. *Idem Prologo in Cant. Cantic.*

Mater lætitiæ, cuius in medio, cuius in vtero Dominus habitauit. *Idem lib. 1. in Zachariam Prophetam.*

Mater omnium noſtrorum. *Idem lib. 12. Commentar. in Ioannem.*

Mater Sponſi. *Idem lib. 5. de Comment. in Cantic. Canticor. & D. Antonius de Padua ſer. in Dom. 3. Quadrag.*

Mater, à Dei conſilijs non amota. *D. Bernard. hom. 4. de Laud. V. Matris ſuper Miſſus eſt.*

Ma-

Mater Angelorum. *Idem in Lamentat. V. Mariæ, & D. Antoninus in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 14. quod eſt de Nom. Virg. Mariæ.*

Mater beatiſſima, per partum mirabilem, & mundiſſimum magis decorata. *D. Bernard. in tractatu de Paſſione Domini cap. vlt.*

Mater elementiæ. *Idem in deprecatione ad Sanctiſſ. Virginem.*

Mater Crucifixi. *Idem in Lamentat. V. M.*

Mater Dei intacta, & incorrupta. *Idem homil. 2. de laudib. V. Matris ſuper Miſſus eſt.*

Mater Domini benigniſſima, atque ſanctiſſima. *Idem ſer. 2. in Dominic. 1. poſt octauam Epiph.*

Mater Domini valde honoranda. *Idem Epiſtola 174. ad Canonicos Lugdunenſes.*

Mater humilis. *Idem hom. 2. de Laudib. V. Matris ſuper miſſus eſt.*

Mater illius, cuius Deus eſt Pater. *Idem in hom. de laudib. Virg. Matris ſuper Miſſus eſt.*

Mater illius paruuli, quem adorant fideles Populi. *Idem in orat. Rhytmica ad Dominum Ieſum, eiuſque S. Matrem.*

Mater immaculati, peccata mundi tollentis. *Idem ſerm. 13. in Cœna Domini.*

Mater matrum. *Idem in orat. Rhytmic. ad D. Ieſum, vſque ad Matrem intemeratam Virg. & Gulielmus Paruus in cap. 5. Cantic.*

Mater mæſtiſſima in Filij paſſione. *D. Bernard. in Lamentat. V.* M.

Mater noua, nouam accipiens benedictionem. *Idem ſer. 2. in Annunc.* B. *M.*

Mater propitia. *Idem in orat. Rhytm. ad D. Ieſum.*

Mater Regis Angelorum. *Idem hom. 1. de Laud. Virg. Matris ſuper Miſſus eſt.*

Mater Regnantis. *Idem ſerm. de priuilegijs* S. *Io: Baptiſtæ.*

Mater ſine corruptione virginitatis. *Idem ſer. 4. in vigilia Natiuit. Dom.*

Mater ſumma ſummi Filij. *Idem in orat. Rhytm. ad Ieſum, eiuſque Matrem intemeratam V.*

Mater veneranda. *Idem in deprecatione, & laude elegantiſſima ad Virg. Mariam.*

Mater virgo parieus. *Idem ſer. in Conceptu Virg. Mariæ.*

Mater vnigeniti Filij Dei. *Idem ſer. 1. de Aſſumpt. Beatæ Mariæ.*

Mater Auctoris vniuerſorum. *D. Petrus Maur. in ſtatutis Congregationis Cluniac. in fine.*

Mater Domini ſacra *Idem in ſtatutis Congregat. Cluniacenſis in fine.*

Mater Domini ſancta. *Idem lib. 3. Epiſtolar. Epiſt. vlt. & Cæſar Ciſterc. in hom. de nom. Mariæ.*

Mater Agni Dei, cui nullum bonum defuit ad cumulum totius humanæ perfectionis, nec in ſe aliquod malum habuit ad teſtimonium cuiuslibet, vel minimæ corruptionis. *Petrus Com. in ſer. de Con. B. Virg.*

Mater miſericordiæ, cuius prece continua, ab hac lachrymarum valle, lachrymabilique miſeria ad Regna tranſfer imur ſine fine manſura. *Idem ibidem.*

Mater Dei ex Dei gratia; qu od enim ex ſe erat humiliter confitebatur dicens: Ecce Ancilla Domini, & iterum: Reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ. B. *Aelredus Abbas ſer. 1. in Aſſumpt. Beatæ V.*

Mater Domini noſtri, cui nos debemus honorem. *Idem ſer. 1. de Natiu. B. Virg.*

Mater incorruptionis noſtræ. *Idem ibidem.*

Mater iuſtitiæ noſtræ. *Idem ibidem.*

Mater lucis noſtræ. *Idem ibidem.*

Mater noſtra verè, per quam nati ſumus, per quam nutrimur, per quam creſcimus; per illam enim nati ſumus non mundo, ſed Deo: per illam nutrimur non lacte carnis, ſed illo, de quo dicit Apoſtolus 1. Corinth. 3. Lac vobis potum dedi non eſcam: per illam creſcimus, non magnitudine corporis, ſed in virtute animæ. *Idem ibidem.*

Mater Redemptionis noſtræ. *Idem ibidem.*

Mater ſapientiæ noſtræ. *Idem ibidem.*

Mater ſanctificationis noſtræ.

Mater Chriſti dulcis. *Rith. à S. Victore Expoſit. in Cant. Cantic. cap. 42.*

Mater Dei, facta propter miſericordiam. *Idem Expoſit. in Cant. Cantic. cap. 39.*

Mater laudabilis, præduleis memoriæ. *Idē ibid.*

Mater miſerorum. *Idem expoſit. in Cant. Cantic. cap. 42.*

Mater Virgo noſtri Saluatoris. *Idem Annotation. in Pſalmum 71.*

Mater à Filio honorata. *Arnold. Carnot. de laud. B. Mariæ.*

Mater à Filio non ſeiuncta. *Idem ibidem. & B. Aelred. Abbas. expoſit. in Cant. Cantic. cap. 24.*

Mater, cui pronus ſupplicat, & acclinis, quicumque Ieſu euruat genu. *Arnold. Carnotenſ. in tract. de laud. Mariæ.*

Mater intemeratæ virginitatis. *Idem in Tract. de laud. M. Virg.*

Mater Filia Dei. *Petrus Bleſenſ. ſerm. 2. in Aduen. Domini. D. Bonauent. in ſer. de B. V. Albert. Mag. ſuper Miſſus eſt cap. 40. & D. Bernardin. Senenſ. tom. 1. ſer. 61. qui eſt de ſuper admirabili gratia & gloria B. V. Matris Dei.*

Mater, & Virgo, quæ Dei, & hominis mundo edidit mediatorem, & noſtrum parere meruit Saluatorem. *Petrus Bleſ. in inſtruct. fidei ad Soldanum Ieonij.*

Mater iucorrupta, ex qua Verbum caro effectum. *Adam de Perſ. in ſerm. de Aſſumpt. B. V.*

Mater indulgentiſſima. *Idem in Mariali Frag. 2.*

Mater miſericordiſſima, quæ cum non poſſit odiſſe filios, ſic nou poteſt non obtinere eis remedium ſi petat, cum ad hoc, & non niſi propter hoc, ex ea naſci voluerit miſericordiarum omnipotentis Patris Filius. *Idem ſer. in Annunc. B. V.*

Mater omnipotentiæ, eadem facilitate obtinens apud omnipotentem, quodcumque vult, qua facilitate noſtra innoteſcit miſeria eius viſceribus pietatis. *Idem ibidem.*

Mater Omnipotentis, ad hoc electa, vt in partu ſuo inueniat veniæ locum iniquitas peccatoris. *Idem ibid.*

Mater pietatis, tollens à nobis duritiem auaritiæ, & dans teneritatem miſericordiæ. *Idem de Laud. Virg. lib.2.*

Mater populi Chriſtiani per gratiam. *Idem de Laud. Virg. lib.2.*

Mater poſtulans pro nobis gemitibus inenarrabilibus, quando per infuſionem gratiæ ſuæ facit nos gemere, & impetrare ordinata veniam delictorum. *Idem de Laud.V.lib.4.*

Mater pulchræ dilectionis, id eſt, Chriſti, qui eſt pulcher, vnde ad Hebr.1. Qui cum ſit ſplẽdor gloriæ, & hoc propriè ſecundum diuinitatem, & in Pſalm.44. Speciouſus forma, non ſolum præ filijs hominum, ſed etiam præ millibus Angelorum. *Idem de Laud.V. lib.6.*

Mater pulchræ dilectionis, quam adinuenit, & in lucem emiſit, ſicut mater puerum, quem conceperat; ſicut enim Filium poſtea concepit de Spiritu ſancto: ſic & propoſitum virginitatis, & paupertatis prius conceperat de Spiritu ſancto. *Idem ibidem.*

Mater pulcræ dilectionis, quia dilectores, & amicos ſuos Chriſto Filio ſuo, qui eſt pulcherrimus, ſimiles facit, ſimilitudinem Filij in his per gratiam refigurans, quam peccando amiſerant, quod apparuit in Theophilo, quoniam poſtquam reconciliatus eſt Filio matre mediante, ſumpta ſacroſancta communione, facie reſplenduit vt Sol. *Idem ibid.*

Mater ſanctæ ſpei, id eſt firmæ ſpei, quia dat gratiam perſeuerandi in bono. *Idem ibid.*

Mater ſanctæ ſpei, id eſt Chriſti, qui eſt ſpes noſtra, vnde Pſalm.20. Dominus ſpes mea à iuuentute mea, & eſt ſancta ſpes, id eſt, immobilis, & firma, quia firmiter, & immobiliter ſperandum eſt in eo. *Idem ibidem.*

Mater ſanctæ ſpei, quia contraria Euæ, quę malè ſperauit, quod fieret vt Deus, & ideo mortua, vitam enim gignendo, mortis ſententiam renouauit, ſignificata per Esther cap. 5. quę mortis ſententiam renouauit. *Idem ibidem.*

Mater ſapientiæ, qui eſt Filius Dei, in lege Filij miſericorditer miſtruens ſeruos ſuos. *Idem in Laud.Virg.lib.2.*

Mater ſolis iuſtitiæ Malach.4. *Idem in laud. V. lib.6. D.Bonauent.in Speculo B.Virg. cap.8. & Robert.Bellarm.Conc.ſuper Miſſus eſt.*

Mater ſurgentium à peccato, alioquin, niſi prius à peccato ſurrexeris, nunquam de hac matre poteris gloriari. Prou.31. Surrexerunt filij eius. *Rich à S. Laur.de laud.V.lib.6.*

Mater timoris, docens fugere quod fugiendum eſt, & eſt Mater, quia hoc emiſit in lucem, quia ipſa prima non ſolum peccatum, ſed etiam actiones peccatorum declinauit. *Idem ibidem.*

Mater timoris, id eſt Chriſti, qui ſolus timendus eſt, vnde ipſimet dicit Matth.11. Nolite timere eos, qui occidũt corpus, ſumme etiam timendum eſt, nè Chriſtus peccando amittatur. *Idem ibidem.*

Mater veritatis, quæ nec falli poteſt, nec fallere intendit. *Idem de laud.V.lib.2.*

Mater veritatis, quia cum triplex ſit veritas, cordis, oris, & operis, contra triplexus, quod eſt vanitas, falſitas, ſimulatio: In Maria fuit gratia omnis veritatis, quia habuit veritatem cordis ſine vanitate, veritatem oris ſine falſitate, veritatem operis ſine ſimulatione. *Idem de laud V. lib.6.*

Mater vitæ, cui viuens vita gratiæ, & non alius confitebitur ad ſalutem animæ ſuæ, & beneplacitum eius; à mortuo enim per peccatum mortale, quaſi nihil parit confeſſio. Eccl.17. *Idem de laudib.V. lib.2.*

Mater vitæ, & veritatis, id eſt Chriſti, qui eſt vita, & veritas. Ioan. 14. *Idem de laud. Virg. lib. 6.*

Mater vitæ, quia portauit vitam, & aperuit nobis portam vitę, & ad vitam viam nouam oſtendit, vouens virginitatem, & hoc per exemplum. *Idem ibidem.*

Mater vitæ, quia vita, quam habuimus, nobis per Euam ablata, per Mariam reſtituta eſt. *Idem ibidem.*

Mater vitæ, ſcilicet Chriſti, qua viuunt vniuerſi, quam dum ex ſe genuit, omnes, qui ex ea victuri ſunt, quodammodo regenerauit; etſi enim carnaliter genuit vnicum filium, in eo tamen ſpiritualiter Mater effecta eſt magnæ multitudinis filiorum, quorum primogenitus Chriſtus. Rom.8. vndè ſignificanter dictum eſt, Luc.2. Peperit Filium ſuum primogenitum. *Idem ibidem.*

Mater ſanctiſſima Domini noſtri Ieſu Chriſti. D. *Franc.orat.2.ad Virg Mariam.*

Mater Principis Ieſu Chriſti. *S. Anton. de Padua ſerm.in Dominic.8. poſt Trinit.*

Mater Dei ſpecioſa, propter ruborem verecundiæ, & candorem innocentiæ, cuius quanta ſit ſpecies, ille ſolus nouit, qui dedit. *Io.Hailgrinus in cap.4.Cantic.Canticor.*

Mater mediatoris. *Idem in cap.8. & vlt. Cantic.*

Mater veri pacifici. *Idem ibidem.*

Mater Alma Redemptoris, & miſericordiæ. *D. Amadeus hom.5.de laud.SS.Virg.*

Mater coniunctorum. *Idem hom.8.de laud. B.V.*

Mater Domini, nulla peccati nube depreſſa, nulla vitæ macula reſperſa. *Idem homil.7.de Laud. Virgin.*

Mater Domini, quæ dum viueret reſidens in arce ſublimiſſima virtutum, & pelago diuinorum affluens Chariſmatum, & abyſſum gratiarum, qua cunctos exceſſerat, credenti, & ficienti populo largiſſima emanatione profundebat: ſalutem namque corporibus, & animis medelam afferebat, potens ſuſcitare à morte carnis, & animæ. *Idem ibidem.*

Mater iucundiſſima, & mirificentiſſima. *Idem homil.8.*

Mater Plaſmatoris, & Redemptoris omnium. *Idem hom.7.de laud.Virg.*

Mater nitis, & viri neſcia. *S. Simon Steck Ord. Carm.in hymo de Deipara V.*

Mater Agni Ieſu Chriſti Regis magni. *D.Bonauent. in Pſalterio minori* B.*V.Quinquag.*1.

Mater Alma. *Idem in Pſalt.*B.*V.& D.Caſim.Poloniæ Princeps.in hym.de* B.*V.*

Mater benedicta Filij Dei. *D.Bonauent.in Speculo Beatæ V. cap.*14.

Mater beniguiſſima. *Idem in Expoſitione ſuper Saluc Regina, & D. Birgitta lib.* 3. *Reuel.c.*12.

Mater bonitatis. *D. Bonauenturæ in laud. Beatæ Virg. Mariæ.*

Mater carens contagio. *Idem in opuſc. de compaſſione* B. *Mariæ* V.

Mater charitſſima. *Idem in litanijs Pſalterij Beatæ Virg,*

Mater Chriſti ſingularis. *Idem in Speculo* B.*Virg. cap.* 8.

Mater Chriſtifera. *Idem in laud.*B.V.M.

Mater, cui Dei Filius decentiſſimus fuit. *Idem in Speculo* B.*Virg. cap.*8.

Mater decentiſſima Filio Dei. *Idem ibidem.*

Mater Dei alma. *Idem in Pſalterio minori B.Virg. Quinquagena* 3.

Mater Dei beatiſſima, quæ omnia dona ab alijs Sanctis accepta in parte,omnino habuit in plenitudine. *Idem in ſer.*3.*B.*V.*M.*

Mater Dei ſalutifera. *Idem in Pſalt.*B.*V.*

Mater Dei virginea. *Idem ibidem.*

Mater digniſſima Domini Filij. *Idem in Speculo Beatæ V. cap.* 8.

Mater diuinæ maieſtatis. *Idem in Cantic. Pſalterij Beatæ Virg.*

Mater Domini, qua nulla mirabilior. *Idem in Speculo Beatæ Virg.cap.*8.

Mater, & virgo incorruptiſſima. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap.*6.

Mater eximia Redemptoris. *Idem in Corona Beatæ Virg.*

Mater Filij ineffabiliſſima. *Idem in Speculo B. Virg. cap.* 6.

Mater floris miſericordiæ. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap.*8.

Mater fontis ſapientiæ. *Idem ibidem.*

Mater generoſa Domini ſingulariter. *Idem ibid.*

Mater humilium. *Idem in Laud.*B.*M.*

Mater Ieſu generoſa. *Idem in Pſalterio minori Beatæ Virg. Quinquagena* 2.

Mater illuminationis cordis noſtri. *Idem in Pſalterio Beatæ Virg.*

Mater Ioſeph. *Idem in Pſalterio minori* B.*V.*

Mater mundo deſiderabilis. *Idem in litanijs Pſalterij Beatæ Virg.*

Mater noui Adami. *Idem in Pſalterio minori* B. *Viig. Quinquagena* 3.

Mater noui moris. *Idem in Pſalterio minori B. Virg. Quinquagena* 1.

Mater omnium beatorum. *Idem in Canticis Pſalterij Beatæ Virg.*

Mater omnium fidelium vniuerſalis. *Idem in Speculo* B. V. *cap.*8.

Mater omnium virginalis. *Idem in Expoſitione ſuper Salnc Regina.*

Mater orphanorum. *Idem in Litan.Pſalt.* B.*V.*

Mater potentiſſimâ Creatoris, verè tam in cælis, quam in terris poteſtatem habens. *Idem in opuſculo* B.*V. cap.* 8.

Mater præelecta Verbi Dei. *Idem in Lytanijs Pſalterij* B. *Virg.*

Mater pulcherrima. *Idem in Spec.*B.V. *c.*14.

Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei, quia mater eſt eius,cuius miſericordia ad dilectionem, cuius iuſtitia ad timorem,cuius ſapientia ad agnitionem,cuius gloria ad ſpem nos inducit. *Idem in Speculo* B. *Virg. cap.*8.

Mater Regis æterni. *Idem in Canticis Pſalterij* B. *Virg.& Albert.Mag.ſerm.in Dominica* 17. *de Trinitate.*

Mater Regis gloriæ. *D.Bonauent.in Speculo B.V. D.Birgitt. in Reuelat. & extrauag. cap.*50.*& Dionyſius Carthuſ.lib.*3.*de Laud.*V.*art.*22.

Mater Sanctiſſima. *D. Bonauent. in Pſalt.B.V.*

Mater ſingularis. *Idem in Expoſitione ſuper Salnc Regina.*

Mater ſui Patris. *Idem in Laud.* B. *V. M. & Robertus Bellarm. in Conc.* 11.

Mater ſummæ veritatis. *D.* Bonauent. *in Speculo Beatæ Virg. cap.*8.

Mater vera veri Salutaris, & emiſſæ lucis. *Idem in Pſalt.minori* B.*V. Quinquag.*1.

Mater virtutis, quæ Dominum noſtrum circumdedit vtero ſuo, circumdedit habitu noſtro. *Idem in Speculo B.V. cap.*7.

Mater admirabilis, admirabilis Dei noſtri.*Alb. Magn.ſer.*2. *de Aſſumpt. B.M.*

Mater agnitionis contra ingratitudinem, & ignorantiam. *Idem in Biblia Mariæ ſuper libr. Eccleſiaſtici.*

Mater Angelicæ reſtaurationis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 35.

Mater Angelorum in eſſe gloriæ. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 182.

Mater calefactionis frigidorum filiorum Adam. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.*1.*Regum.*

Mater Chriſti ſecundum carnem, noſtra ſecundum affectum. *Idem in Poſtillis ſuper c.*2. *Ioannis.*

Mater communicationis omnium bonorum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.Sapientiæ.*

Mater conſeruationis, quæ tamdiu peccatores fouet vſque dum ipſis gratiam Dei impetret ſignificata per Reſpham 21. quæ ſeptem viros in patibulo ſuſpenſos, id eſt peccati,proter ſeptem peccata mortalia à Dauid, id eſt, à Chriſto non dimiſit aues lacerare eos per diem, neque beſtias per noctem,ideſt Dęmones prohibeus, donec ſtillaret aqua gratiæ, id eſt contritionis, & confeſſionis, de cœlo, id eſt, de miſericordia Dei. *Idem in Biblia Maria ſuper lib.*2. *Regum.*

Mater conſolationis, tædium auferens per piam conſolationem, & allocutionem ſapientiæ. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Sapientiæ.*

Mater continentium, & caſtorum. *Idem ſerm.in Dominic.* 2. *Quadrageſimæ.*

Ma-

Mater Creatoris, & Redemptoris. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.*187.

Mater creaturarum. *Idem ſuper Miſſus eſt. c.*34. *& Io. Picus lib.*1.*in Cantic.cap.*2.

Mater cunctarum gentium, id eſt, cunctorum bene operantium. *Albert. Mag. in Biblia Mariæ ſuper lib.Geneſis.*

Mater Dei miniſterialis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 17.

Mater Dei mundiſſima, Deo obſequioſiſſima, & ſuper omnem creaturam chariſſima. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum* 3. *Regum.*

Mater Dei per naturam. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 113.

Mater, dolores matris inexperta. *Idem in Poſtillis ſuper cap.*1. *Matth.*

Mater, & Domina omnium. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 198.

Mater, & virgo. *Idem ſuper Miſſus eſt c.*181.

Mater familias, quæ de theſauro protulit tam noua, quam vetera, æterna, & humana, & diuina, pretium vniuerſitatis, & Angelis, & hominibus tam pretioſum, id eſt, Filium ſuum. *Idem in Poſtillis ſuper cap.*11. *Luc.*

Mater fidelis ſtationis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Ioan.*

Mater gratiæ, & gloriæ. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 182.

Mater hominum cura, quia in vno nobis genuit, quicquid ad hanc vitam, vel futuram neceſſarium eſt. *Idem ibidem.*

Mater hominum dignitate, quia ipſa primogenita ante omnem creaturam. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 182.

Mater hominum genitura, quia vnum hominem genuit, & omnes regenerauit. *Idem ibidem.*

Mater hominum prioritate; ipſa enim ante ſæcula prædeſtinata eſt, vt eſſet principium, ex quo recreandum fuit omne creatum. *Idem ibidem.*

Mater honorificata, quæ cibat eſurientem Filium, potat ſitientem, exaltat viuificatum, & implet vacuum, theſaurizat gratiam, & gloriam ſuper egentem, & nomine æterno ſe diligentem. Eccleſiaſt. 15. *Idem in Biblia ſuper lib. Eccleſiaſtic.*

Mater incarnationis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Iudith.*

Mater incorrupta, quia poſt partum Virgo permanſit. *Idem in Poſtillis ſuper cap.*1. *Matth.*

Mater inflammationis, cuſtoditionis, & inſtructionis, Deuteronom. 33. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Deuteronomij.*

Mater inſtructionis peccatorum ſtultorum. Sapient. 7. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Sapientiæ.*

Mater iuſtitiæ, quia peperit iudicium, & iuſtitiam, ideſt Iesum Chriſtum, qui eſt iuſtitia, & ſanctificatio noſtra. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ezechiel. Prophetam.*

Mater liberationis, & iubilationis, & gaudij. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Iudicum.*

Mater machinæ mundialis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 34. *& Io. Picus cap.*34. *lib.*1. *in Cant. c.*2.

Mater miſericordiæ, quæ Patri miſericordiarum in operatione ſummæ miſericordiæ adfuit, & dolores paſſionis ſecum ſuſtinuit. *Idem ſuper Miſſus eſt eſt cap.*53.

Mater elocutionis, & inuolutionis; inuoluit enim Filium Dei noſtra humanitate, peccatores miſeratione, iuſtos, & ſeruos Dei protectione Num. Cap.4. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Num.*

Mater omnium bonorum bonitate gratiæ, & gloriæ. *Idem ſuper Miſſus eſt eap.* 182.

Mater omnium bonorum iuxta illud Sapien.7. Quatenus omnium bonorum Mater eſt. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.*75.

Mater omnium corporalium in eſſe innouationis, quatenus omnis creatura per ipſam innouata eſt & liberata à ſeruitute corruptionis, in libertatem gloriæ Filiorum Dei. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.*182.

Mater omnium hominum ſpiritualis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.*34.

Mater omnium in virginitate, quia prima ſine præcepto, conſilio, vel exemplo glorioſum virginitatis munus Deo obtulit, per quod omnes virgines per imitationem in virginitate genuit. *Idem ſuper miſſus eſt cap.* 182.

Mater omnium, quia vnum hominem genuit, in quo nos omnes regenerauit. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Apocalyp.*

Mater omnium, qui ſunt in eſſe gloriæ. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.*182.

Mater omnium viuentium vita gratiæ. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.*53.

Mater Principis illius, cuius principatus eſt ſuper humerum eius, vt dicitur Iſai.9. per Crucem quippe, quam Dominus Ieſus portauit in humeris ſuis, meruit principatum Imperij æterni. *Idem ſerm.in Domin.*17. *poſt Trinit.*

Mater pulchræ dilectionis contra luxuriam. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Eccleſiaſt.*

Mater regenerationis. *Idem ſuper Miſſus eſt.c.*53.

Mater reſtitutionis omnium. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Ioan.*

Mater reuocationis peccatorum regione longinqua, ſignata per mulierem Iecutem 2. Reg.14. per quam reuocatus eſt Abſalon. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.*2. *Regum.*

Mater ſalutationis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.* 3. *Regum.*

Mater ſanctitatis hominis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 34.

Mater ſapientiæ, cuius Sal non poteſt euaneſcere, vel infatuari. *Idem in Poſtillis ſuper cap.* 10. *Luc.*

Mater Sapientiæ increatæ eſſentialiter. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.*193.

Mater ſpei contra confuſam diffidentiam. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Eccleſiaſt.*

Mater ſpiritualis omnium fidelium. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.*68.

Ma-

ſuperant intelligentias,& partu ſuo illos ſtupore percellit. *Idem in Mariali orat.* 5.

Mater ineffabilis, qua Verbum naturæ noſtræ formam ſuſcepit. *Idem in Mariali ſer.*6.

Mater naturæ noua. *Idem ibidem.*

Mater ſine viri admixtione. *Idem ibidem.*

Mater virginalis. *Idem hymno* 2. *de lactatione Pueri Ieſu.*

Mater Dei intemeratiſſima. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit.*B.*Virg. & Maurit.de Villaprobata ſerm.*12. *Coronæ nouæ* B.*M.*

Mater Domini immaculatiſſima. *Iacob.Monach. orat. de Natiuit. B.V.*

Mater incomparabilis vniuerſi.*Idem ibidem*, & *Io.Hondemius in Mariali orat.*2.

Mater beatiſſima Domini Saluatoris. *Io. Thaulerus ſerm.in feſto Purificat.B.V.*

Mater Dei, & Iudicis noſtri. *Idem in Tractat.de* 10. *Cæcitatibus cap.* 11.

Mater Filij Dei. *Idem ſerm. in feſto Annunciationis B.V. Ioan.Trithem.de Miracul.B.M. lib.*1. *cap.*9. *D.Auguſt.in lib.de Aſſumpt.* B.*M.Virg. tom.*9. *operum eius. Coſmas Hieroſolymit. in Theogoniam hymno* 6. *D. Amadeus hom.*8. *de Laud. V. D. Bonauent.in Pſalt. de* Beat. *V. &* S. *Thomas* Aquin. *ſerm.de* B.*Virg. & Euangel. Dominicæ* 4. *Quadrag.*

Mater miſericordiæ, quę nullum peccatorem, opem illius flagitantem, ſpernere poteſt. *Io. Thaulerus ſer. in feſto Purificat. B.V.*

Mater piiſſima cunctorum omnium, illius opem flagitantium. *Idem ſerm.in feſto Annunciationis Beatæ Virg.*

Mater vere fidiſſima. *Idem in Tractat. de* 10.*cæcitatibus cap.* 11.

Mater vnigeniti Filij Dei. *Idem ibidem.*

Mater gratiæ indulgentiſſima. *Henric.Suſo.c.*16 *Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Mater integerrima, amantiſſimaque æternæ ſapientiæ. *Idem ibidem.*

Mater piiſſima, intemerata, venerabilis, ſanctiſſima, puriſſima. *Idem in cap.* 19. *Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Mater piiſſima miſericordiæ. *Idem in Dialog.ſapientiæ, & miniſtri eius cap.*12.

Mater Reuerenda. *Idem in cap.* 17. *Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Mater munerum. *Ern.Prag.in Mariali cap.*22.

Mater noſtra peroptima, quæ præ omnibus matribus plus nos diligit, & plus erga nos pietate mouetur; omnis enim mater diligit, at quæ melior eſt magis diligit. *Idem in Mariali cap.* 122.

Mater Spiritualis noſtra, cuius auxilio, & myſterio viuimus vita gratiæ. *Idem ibidem.*

Mater pulchræ dilectionis, ideſt Filij Dei, qui eſt pulchrè amans, & pulcher amor. *Idem in Mariali cap.* 130.

Mater ſine corruptione. *Idem in Mariali c.*7.

Mater benedicta Chriſti. *D. Birgitta lib.*4. *Reuelation. cap.* 19.

Mater charitatis, omnes viſitans charitate. *Eadem lib.* 4. *Reuelationum cap.* 74.

Mater Chriſti generatione carnis. *Eadem in Reuelationibus extrauagantibus cap.*37.*& D. Antoninus in ſum.* 3. *par.tit.*31. *cap.*3. *quod eſt de V.M. per modum doctrinæ.*

Mater Dei, facta propter miſerorum ſalutem. *D.Birgitta lib.*4. *Reuelat.cap.*105.

Mater Dei honeſtiſſima. *Eadem in ſerm. angelico de Excellentia SS.Virg.cap.*10.

Mater Dei Reuerendiſſima. *Eadem ſerm.Angelico de Excellentia SS. Virg.cap.*21.

Mater dignifſima Ieſu, veri, & omnipotentis Dei. *Eadem lib.*4. *Reuelat.cap.*78.

Mater dulciſſima, quæ mundo oſtendit Deum ſuum. *Eadem lib.*4. *Reuelat.cap.*75.

Mater electiſſima,flammanti Rubo, ſed leſionis inexperto perſimilis. *Eadem in ſer. Angelico de excellentia V. cap.*15.

Mater, & Filia ſui Creatoris;illum quippe genuit temporaliter, qui à Patre æternaliter genitus, omnia cum Patre operatus eſt. *Eadem lib.*4.*Reuelat. cap.* 11.

Mater, & magiſtra omnium. *Eadem lib.*3.*c.* 14.

Mater fœcundiſſima. *Eadem in ſer. Angelico de Excellentia V.cap.*1.

Mater humanitatis Chriſti. *Eadem in Reuelationibus extrauagantibus cap.*37.

Mater illius, cuius generatio non habet principium, nec finem, & illius, qui legitur, nec habuiſſe patrem, nec matrem hoc eſt Melchiſedech. *Eadem lib.*3.*Reuelat.cap.* 29.

Mater miſericordiæ,quia omnium miſerorum, veniam petentium miſeretur.*Ead.lib.*6. *c.* 20.

Mater omnium peccatorum, ſe volentium emẽdare, & habentium voluntatem in Deum amplius non peccare. *Eadem lib.* 4. *Reuelat. cap.* 138.

Mater omnium, qui ſunt in Purgatorio, quia omnes pœnæ, quæ debentur purgandis pro peccatis ſuis in qualibet hora, propter preces eius quodammodo mitigantur. *Eadem ibid.*

Mater omnium, qui ſunt in ſuperno gaudio. *Eadem ibidem.*

Mater pacificantis ſacerdotis. *Eadem lib.*3.*Reuelat.cap.*29.

Mater Papæ. *Eadem.lib.*4.*Reuelat. cap.* 138.

Mater Regis Angelorum. *Eadem lib.* 1. *Reuelat. cap.* 31.

Mater Sacerdotis ſummi.*Eadem lib.*3.*Reuelation. cap.*29.

Mater Salomonis, non illius, qui fuit filius Dauid, ſed eius, qui Pater eſt Mauid, & Dominus Salomonis. *Eadem ibidem.*

Mater ſereniſſima. *Eadem in ſerm Angelico de Excellentia SS.Virg.cap.*3.

Mater ſingulariter digniſſima.*Eadem lib.*3.*Reuelat.cap.*17.*& Maur.de Villaprob.ſer.*33. *Coronæ nouæ.*B. *V.*

Mater totius iuſtitiæ, quæ eſt in mundo. *D. Birgitta lib.*4. *cap.* 135.

Mater veræ charitatis.*Eadem in ſerm. Angelico de Excellentia SS.V. cap.* 9.

Ma-

Mater vnigeniti Filij Mei. Plaſmatoris, Redemptoris omnium. *Eadem lib. 4. Reuelat. cap. 19.*

Mater vnius filij, non plurium. *Eadem lib. 4. Reuelat. cap. 25.*

Mater glorioſiſſima Creatoris. *Emanuel Pal. Imperator in orat. de Dormit. SS. V. & Paulus de Heredia in tract. de Concep. B. Virg.*

Mater ipſiſſimi gaudij. *Emanuel. Pal. Imperat. in orat. de Dormit. SS. Virgin.*

Mater Moderatoris omnium. *Idem in Can. ad SS. Deiparam. Virg.*

Mater Chriſti beatiſſima, ſemperque Virgo. D. *Ioan. Rusbroch. de Tabernaculo fœderis cap. 118.*

Mater Dei, qua nihil excelſius. *Idem in ſpeculo æternæ ſalutis. cap. 4.*

Mater gratiæ, pietatis, ac miſericordiæ. *Idem in libello de 7. Amoris gradibus cap. 8.*

Mater pijſſima Ieſu Chriſti. *Idem de Tabernaculo Fœderis cap. 124.*

Mater vera Dei, & Verbi ſempiterni. *Idem lib. de præcipuis quibuſdam virtutibus. cap. 9.*

Mater fidelibus. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. Mariæ fructu. 8.*

Mater Sampſonis, in Filij Dei parturitione. *Idem lib. 1. de laud. V. fruct. 2.*

Mater communis omnium, perfectrix, ac lucis datrix. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Nat. B. V.*

Mater Dei laudatiſſima. *Idem in orat. de Natinit. B. V. Mariæ.*

Mater Dei Verbi candidiſſima. *Idem in orat. de Præſent. B. Virg.*

Mater Dei Vnigena plena gratiæ, & veritatis. *Idem in orat. de Natiuit. B. V.*

Mater omnium bonorum, quæ egrediens de radice Ieſſe, florem produxit immareeſcibilem. *Io. Groſſ. Prologo 1. part. viridarij. de Ord. Carmel. inſtitut. & ſucceſſione tam ſub veteri, quam noua lege.*

Mater Verbi Creatoris non ea tantum ratione, quod eum peperit, ſed etiam veluti creatricis eius bonitatis Mater; vtpotè argumentũ, & cauſa manifeſtandæ bonorum affectricis potentiæ. *Idem in orat. de Annunc. B. V.*

Mater Euchariſtiæ, quia Mater bonæ gratiæ. *Io. Gerſon Tract. 9. ſuper Magnificat.*

Mater illius, qui toties nominatur Dominus exercituum, Dominuſque virtutum, qui electus eſt ex millibus, tam Angelorum, quam Sanctorum. *Idem Tract. 8. ſuper Magnificat.*

Mater noſtra ex noſtra poſt Filium generatione. *Idem in Tract. 5. ſuper Magnificat.*

Mater Patris noſtri. *Idem Tract. 5. ſuper Magnific.*

Mater pia miſerorum, quia Mater miſericordiæ. *Idem Tract. 9 ſuper Magnif.*

Mater pietatis, & omnis diuinæ magnificationis, laudis, & gloriæ. *Idẽ Tract. 5. ſup. Magnif.*

Mater Principis, imò Creatoris Angelorum. *Idẽ tract. 8. in Magnificat.*

Mater Eccleſię. *D. Laurent. Iuſtin. de Triumphali Chriſti Agone cap. 18.*

Mater, & Filia. *Idem in ſ. de Purificat. B. V.*

Mater humilis Ancilla Domini. *Idem in ligno vitæ de fide cap. 7.*

Mater pulchræ dilectionis, timoris, magnitudinis, & ſanctæ ſpei. *Idem de Triumph. Chriſti Agone cap. 23.*

Mater Redemptoris, & Domini noſtri, cuius quanta fuerit humilitas, humano nequit explicari eloquio. *Idem in lib. de Humilit. cap. 21.*

Mater Vnigeniti Dei Plaſmatoris omnium, conditoris ſecnlorum. *Idem in lib. de caſto Connubio verbi, & Animæ cap. 9.*

Mater ab integritatis corruptione, & pudoris violatione, in conceptu, & partu immunis. *D. Bernardin. Seneuſ. tom. 3. ſerm. de Aſſumpt. V.*

Mater Chriſti Benedictiſſima. *Idem ſerm. de 7. verbis. B. V.*

Mater Chriſti Dulciſſima. *Idem ibidem.*

Mater communis ſaluandorum. *Idem ſerm. de Purificat. B. Virg.*

Mater cunctorum hominum. *Idem ſerm. de 7. verbis B. Mariæ.*

Mater Dei ab æterno prædeſtinata. *Idem tom. 2. ſerm. 51.*

Mater Deipara, & glorioſa. *Idem in ſer. extraordinarijs ſerm. feſti Purificat. B. V.*

Mater dilectiſſima. *Idem tom. 2. ſerm. 6. & D. Antoninus in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 35.*

Mater Domini omnis creaturæ. *D. Bernardin. Senenſis tom. 3. de glorioſo nomine Mariæ.*

Mater electorum per dilectionem. *Idem tom. 1. ſerm. 55.*

Mater Filio ſuo digna. *Idem to. 4. in ſer. extraordinarijs ſerm. feſti Purificat. B. Virg.*

Mater Ieſu Chriſti, hæreditario Iure omnium, quæ ſunt infrà Deum, habens regale dominium, & inclytum obtinens Principatum. *Idem tom. 1. ſerm. 61. qui eſt de ſuperadmirabili gratia, & gloria B. V. M.*

Mater Ieſu prudentiſſima. *Idem in ſ. de S. Ioſeph.*

Mater Ieſu ſedula, & præ cunctis hominibus pia. *Idem tom. 1. ſerm. 61.*

Mater incorruptionis. *Idẽ tom. 3. ſer. 1. de glorioſ. nomine Mariæ, & Bernardin. de Buſt. ſerm. 6. de nominat. Virg.*

Mater Iudicis ſæculorum. *D. Bernardin. Senenſ. tom. 3. ſerm. 3. de glor. nomine Mariæ.*

Mater miſericordiſſima. *Idem tom. 1. ſerm. 61. & D. Antoninus in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 15.*

Mater omnis gratiæ, & munditiæ. *Bernardin. Senenſ. ſerm. de 7. verbis B. Virg.*

Mater omnium bonorum, nullius indigens. *Idem tom. 3. ſerm. 3, de glor. nomine Mariæ.*

Mater prudentiſſima. *Idem. ſ. de 7. verbis B. V.*

Mater ſacratiſſima. *Idem tom. 1. ſer. 15. & Maurit. de Villa probata ſerm. 16. Corona nouæ. B. V.*

Mater Saluatoris ſui. *D. Bernard. Senenſ. ſerm. de 7. verbis B. V.*

Mater Sancti Sanctorum Dei, propter dignitatem, & ſanctitatem ſuam. *Idem ſer. de Aſſumpt. B. V.*

Mater ſingularis diligentię, quia nulla vnquam Mater tantũ dilexit, & ſollicita pro Filio fuit, imò nec omues aliæ ſimul ſumptæ. *Idem ibid.*

Mater ſingularis magnificentiæ, quia nulla præter

ter ipſam, Deum genuit, nulla poſt partum virgo permanſit. *Idem ibidem.*

Mater ſingularis ſuffieientiæ, quia ſine virili ſemine, ſola ex Spiritu ſancto conceepit. *Idē ibid.*

Mater ſummi Regis per generoſam Conceptionem. *Idem tom. 1. ſerm. 52.*

Mater vnica Dei. *Idem tom. 1 ſer. 61.*

Mater Vnigeniti Filij Dei. *Idem tom. 2. ſer. 51.*

Mater à Deo electa. *D. Antonin. in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 25.*

Mater adoptiua Ioannis, qui interpretatur gratia, ideſt, Mater eorum, qui habent gratiam. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 2.*

Mater agnitionis, ideſt, eius, qui habet ſalutarem cognitionem. *Idem ibidem.*

Mater agnitionis, ideſt, fidei per firmiſſimam veritatem. *Idem ibidem.*

Mater agnitionis, quia ſine errore ignorantiæ. *Idem in ſum. part. 4. cap. 14. qui eſt de nomin. V.*

Mater Chriſti dilectiſſima. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 4. quod eſt de dolore B. V. in Paſſione Filij. Idem ibidem part. 4. tit. 15. cap. 35. quod eſt de Purificat. V. & D. Brig. lib. 4. Reuelat. cap. 19.*

Mater Dei digna, iuſtè electa à iuſtiſſimo Deo. *D. Antonin. in ſum. 3. part. tit. 31. cap. 3. quod eſt de B. V. per modum doctrinę.*

Mater Dei dilecta, cui dedit Deus dominium vniuerſorum. *Idem in ſum. p. 4. tit. 15. cap. 22. quod eſt de cauſis, ob quas Deus fuit cum Maria.*

Mater Dei, & Plaſmatoris omnium, eius, qui in Cœlis eſt ſine matre, in terris ſine patre. *Idem in ſum. part. 4. tit. 41. c. 41. quod eſt de dolore maximo B. V. in Paſſione Filij.*

Mater Dei propter humilitatē electa. *Idem in ſum. part. 1. tit. 18. cap. 3. quod eſt de concept. B. Virg. per modum Predicationis.*

Mater digniſſima. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 2. quod V. B. eſt mater noſtra quadrupliciter.*

Mater dignitate. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 14. quod eſt de Nomine B. V.*

Mater Domini Dominantium. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15 cap. 2.*

Mater Domini innocentiſſima, & ſanctiſſima. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 36.*

Mater Eccleſiæ ſpiritualis. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 2.*

Mater eius, qui omnia creauit. *Idem in ſum. part. 4. tit 15. cap. 25. quod eſt de quadruplici benedictione B. Virg.*

Mater electorum. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 26. quod eſt de 12. fructibus Spiritus, qui fuerunt in Virg.*

Mater, & Pater Chriſti, quia Chriſtus non alium Patrem habuit in terris, quam Mariam. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 41.*

Mater ineipientium, procurando illis reconeiliationem eum Deo, ſicut in figuram mulier ſapiens Tecuites reconeiliauit Abſalonem Patri ſuo Dauid. 2. Reg. 4. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 2. quod Virgo Maria eſt mater noſtra quadrupliciter.*

Mater inclyta. *Idem in ſum. part. 3. tit. 3. cap. 3. quod eſt de S. Maria per modum doctrinæ, & Io. Thritem. in orat. ad SS. V. quæ incipit: Aue Sole ſplendidior.*

Mater innouationis, & creaturarum innouatarum. *D. Antoninus in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 14.*

Mater inuiolata. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 15 quod eſt de plenitudine omnis gratię in B. Maria*

Mater maxima antiquitate. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 2.*

Mater miſericordię beatiſſima. *Idem in ſum. part. 3. tit. 31. cap. 4. quod eſt de multiplici miſericordia, quam accepimus à Deo mediante V. M.*

Mater noſtra cara, quia in vno nobis genuit, quicquid ad hanc vitam, & futuram nobis neceſſarium fuit. *Idē in ſum. part. 4. tit. 15. c. 14.*

Mater noſtra dignitate, & honore; ſicut enim, qui ſunt in dignitate conſtituti dicuntur Patres, ita & mulieres in dignitate prælationis poſſunt dici Matres: vnde Abbatiſſæ dicuntur Prælatæ, quaſi Matres; ſed quæ dignior, quæ honorabilior, & cunctis præſidentior B. V. Maria. *Idem in ſum. part 4. tit. 15. cap. 2.*

Mater noſtra, ex maxima affectione, ad omne bonum Populi Chriſtiani. *Idem ibidem.*

Mater noſtra ob antiquitatem, ſicut enim homines antiqui dicuntur Patres, ſic etiam mulieres antiquæ Matres, ſed quis antiquior Beata Virgine Maria? Ab initio, inquit, & ante ſęcula creata ſum. *Idem ibidem.*

Mater noſtra ob curam, quam habet de nobis. *Idem ibidem.*

Mater noſtra ſpiritualis, quæ viuificat nos, quos prima Mater occiderat. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 44.*

Mater noſtræ ſpiritualis generationis. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 14.*

Mater omnium bonorum, cum qua venerunt mundo omnia bona. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 20. quod eſt de gratia priuilegiorum ſingularium B. V.*

Mater omnium hominū genitura, & cura, quia vnū hominem genuit, per quem omnes regenerauit, & in illo Filio ſuo nobis procurauit, quicquid ad vitam præſentem, vel futuram nobis neceſſarium fuit. *Idem ibidem.*

Mater omnium in Cęlum aſcendentium. *Idem in ſum. part. 3. tit. 31. cap. 3.*

Mater omnium in virginitate, quia prima ſine præcepto, conſilio, & exemplo, glorioſum virginitatis munus Deo obtulit, & ſic omnes virgines per immitationem ſui genuit. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 20.*

Mater omnium per imitationem. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 26. quod eſt de 12. fructibus Spiritus, qui fuerunt in Maria.*

Mater omnium per regenerationem, ſeu recreationem. *Idem in ſum. part. 4 tit. 15. cap. 20. quod eſt de gratia priuilegiorum ſingularium B. M.*

Mater omnium, qui ſunt in gloria ſanctorum (etiam qui eam præceſſerunt tempore) in gloria conſequenda. *Idē in ſum. part. 4. t. 15. c. 14.*

Mater omnium, quia Mater Dei, qui eſt Pater,

& origo omnium; quicquid enim per ſe eſt, cauſa, & origo cauſę, eſt etiam per ſe cauſa, & origo cauſati, ſed Mater per ſe eſt cauſa, & origo Filij, & Filius per ſe eſt origo, & cauſa omnium, quia per ipſum omnia facta ſunt: ergo & ipſa per ſe eſt Mater omniũ. *Idẽ in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 20. quod eſt de gratia priuilegiorum ſingularium* B. *V.*

Mater omnium, quia omnes concepit per affectum dilectionis, & peperit per labores, & dolores in paſſione Filij. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 26. quod eſt de 12. fructibus Spiritus, qui fuerunt in Maria.*

Mater omnium regeneratorum ſpiritualiter per gratiam, *Idẽ in ſum. part. 4. tit, 15. cap. 14. quod eſt de Nominat. B. Mariæ, & Maurit. de Villa-probata ſerm. 3. Coronæ nouæ* B. V.

Mater peccatoris io Eccleſia. D. *Antonin. in ſum. part. 4. tit. 55. cap. 2. quod Virgo Maria eſt Mater noſtra quadrupliciter.*

Mater perfectiſſima. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 20.*

Mater perfectorum, procurando eis conſecutionem æternæ beatitudinis. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 2.*

Mater pia generans bonos, & nutriens eos meritis, & exemplis. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 5. quod eſt de Natiuit.* B. *Mariæ.*

Mater pia peccatorum. *Idem in ſum. part. 4. tit. 7. cap. 2. §. 5.*

Mater pia præſideorium, adiuuando eos in neceſſitatibus. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 2.*

Mater proficientium precibus, & exemplis, dando eis ſubſidium. *Idẽ in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 2.*

Mater pulchræ dilectionis, ideſt, eius qui habet rationalem dilectionem. *Idem ibidem.*

Mater pulchræ dilectioois, per eximiam charitatem. *Idem ibidem.*

Mater pulchræ dilectionis, timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei, quia has virtutes in mente concepit per infuſionem gratię, & parturiuit, quando ad actum harum virtutum proceſſit. *Idem ibidem.*

Mater pulchræ dilectionis, timoris, agnitionis, & ſanctæ ſpei, quia non ſolum iſta in ſe habuit io mente, & actu produxit, ſed etiam in alijs procurat. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 17. quod eſt de gratia virtuali B. Mariæ.*

Mater rerum ſpiritualium, & corporalium per Chriſtum. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 14. quod eſt de Nomine Marię Virg.*

Mater ſancta Dei, & hominum. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 44.*

Mater ſanctæ ſpei ad omne bonum, & ſupernam felicitatem. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 2.*

Mater ſanctę ſpei, ideſt eius, qui non præſumit, ſed ex merito ſperat. *Idem ibidem.*

Mater ſanctæ ſpei, quia ſcilicet ipſa eam nobis procurat, & eius benignitatem, & miſericordiam conſiderando erga nos, indocit nos ad ſpem diuini adiutorij. *Idem in ſum. part. 4. tit. 7. cap. 2. §. 5.*

Mater ſanctiſſima naturalis Domini Ieſu. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 44.*

Mater Sapientiæ increatæ eſſentialiter. *Idẽ ibid.*

Mater ſola Genitrix totius Ieſu. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 41.*

Mater ſpiritualis cunctorum. *Idem in ſum. part. 1. tit. 8. cap. 3. quod eſt de Concept. V. per modum Prædicationis.*

Mater ſpiritualis Ioannis Baptiſtæ, modo ſpeciali, quoniam vt de ſacro fonte Spiritu ſancto, & aqua gratiæ baptizatus eſt Ioannes in vtero, ſanctificatus ad vocem Virginis, quãdo ſalutauit Eliſabeth. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 5. quod eſt de Natiuit. V. M.*

Mater ſpiritualis omnium vere viuentium. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 13.*

Mater ſummi Sacerdotis Ieſu Chriſti, & Ducis populi Iſrael, populi fidelis. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 14.*

Mater ſuperiuſtiſſima, & locidiſſima. *Idem in ſumm. part. 4. tit. 15. cap. 29. quod eſt. de Cant. B. Virg. Maria*

Mater Sion, ideſt Eccleſiæ. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 2. quod Virgo Maria eſt Mater noſtra quadrupliciter.*

Mater timoris, ideſt, eius, qui habet filialem timorem. *Idem ibidem.*

Mater timoris reuerentialis per profundiſſimam humilitatem. *Idem ibidem.*

Mater totius conſolationis, & miſeratioonum, *Idem ibidem.*

Mater totius creaturæ per recreationem. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 8. quod eſt de Annunciatione B. Virg.*

Mater totius miſericordiæ. *Idem in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 24. quod eſt de benedictione B. Mariæ Virg. apud omnem generationem.*

Mater vera, quæ ex ſuis ſanguinibus purum genuit Chriſtum Filium ſuum. *Idem in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 5. quod eſt de Natiuit. Beatæ Mariæ Virg.*

Mater Verbi. *Idem in ſum. par. 1. tit. 8. cap. 3.*

Mater verè optima, piiſſima, & perfectiſſima omnibus modis. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. c. 2 quod Virg. Maria eſt Mater noſtra quadrupliciter.*

Mater verè ſpiritualiter viuentium. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 21. quod eſt de modis, quibus Deus fuit cum Maria.*

Mater Voigeniti. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. c. 15. quod eſt de plenitudine omnis gratiæ in Beata Maria Virg.*

Mater voiuerſorum. *Idem in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 14. quod eſt de Nomine* B. *M. & Bernard. de Buſt. ſer. 3. de Nominat. M.*

Mater illuminationis. *Io. Turrecremata in proœmio ſui Tract. de Concept. B. Virg.*

Mater omnis conſolationis, quam beatiſſima Trinitas diuinitus adamauit, inſtanter gubernauit, & potenter fœcundans ſublimiter exaltauit. *Guliclm. Vinc. ſer. de Concept. B. V.*

Mater affectuoſiſſima. *Dion. Carth. lib. 1. de laud. Virg. art. 18.*

Ma-

Mater amabiliſſima. *Idem lib.1.de laud.V.art.3.*
Mater benigniſſima omnium noſtrum, quam nos laudare, & glorificare congruit. *Idem de laud.* B.*Virg.lib.1. art.2.*
Mater Dei dilectiſſima,cuius præconijs deuotè, humiliterque exhibitis,ſuperbonus, & optimus ille æterni Patris,ae ipſius Virginis Matris vnigenitus Filius ſummopere delectatur. *Idem de laud.Virg.lib.1.art.1.*
Mater Dei electiſſima,quam ipſe Deus voluit ex mundiſſimo coniugio procreari. *Idem lib.1. de laud. Virginis art.6.*
Mater Dei incomparabilis. *Idem ibidem.*
Mater Dei pręamantiſſima. *Idem lib.1. de laud.* B. *Virg. art.5.*
Mater Dei præchariſſima. *Idem lib.1. de laud. Virgin. art.6.*
Mater Dei præſtantiſſima. *Idem lib.1.de laud. Virgin. art.3.*
Mater Deifera. *Idem de laud.B.Virg.lib.1.art.1.*
Mater Eccleſiæ à Deo conſtituta, cuius certiſſimè bonum materno ſemper zelo affectanit. *Idem lib.3.de prec.Mariæ art.5.*
Mater floris miſericordiæ. *Idem lib. 3. de laud. Virgin. art. 21.*
Mater fontis ſapientiæ. *Idem lib.3.de laud. Virgin. art. 22.*
Mater Illuminatoris, & illuſtrationis mentium noſtrarum. *Idem lib.2.de Prec.Mariæ art.10.*
Mater omnium fidelium, & cunctorum electorum. *Idem in Canticis art.24.*
Mater omnium Sanctorum. *Idem lib.1. de laud. Virg. art. 4.*
Mater optima. *Idem lib.1.de laud.Virg.art.3.*
Mater pulehræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei; ſicut enim Inereara ſapientia Mater eſt harum virtutum, & actionum, eas infundendo per creationem, ſen authoriratiuè, & prineipaliter produeendo, conſeruando,nutriendo, ae perfieiendo: ità Beata Virgo earumdem Mater eſt meritoriè, & inſtrumentaliter, ae ſecundariè obtinendo, conſeruando, alendo,& ad perfectionem ducendo. *Idem in cap.24.Eccleſiaſti.*
Mater ſanctitatis. *Idem lib.1. de Prec.M. art.29.*
Mater ſingularis diligentiæ, quoniam nulla vnquam mater tantum dilexit,atque ſollieita fuit pro filio,imò nec omnes alię ſimul ſumptæ, qnantum ad dilectionis,ſolieitudiniſque ſubſtantiam. *Idem lib.4.de laud. V.art.9.*
Mater ſingularis ſuffieientiæ,quoniam ſine ſemine viri ſola de Spiritu ſancto eoncepit. *Idem lib.3.de laud.*V.*art.9.*
Mater ſingularis magnificentiæ,quoniam nulla præter eam Deum genuit, nulla præter eam poſt partum virgo permanſit. *Idem ibidem.*
Mater ſpecioſiſſima. *Idem lib.1.de laud.V. art.3.*
Mater totius militantis, ae triumphantis Eeeleſiæ. *Idem lib.4. de laud.Virg.art.13.*
Mater benigniſſima miſerieordiſſimi Ieſu. *Thomas à Kempis in 3. parte ſermonum ſer.2.*
Mater eonſolans Religioſorum, *Idem ibidem.*
Mater generalis totius Chriſtianitatis. *Idem in ſoliloquijs cap.24.*
Mater miſericordiæ, plena eharitate, & dulecdine. *Idem ibidem.*
Mater pulehræ dilectionis, caſti, & ſancti timoris, piæ allocutionis, & ſuauiſſimę eonſolationis. *Idem ibidem.*
Mater ſummæ pietatis, maximæ miſerationis, & charitatis. *Idem ibidem.*
Mater Dei perfecta, & abſque peeearo originali. *Paulus de Heredia in Tract. de Conceptione* Beatę *Virg.*
Mater Meſſiæ. *Idem ibidem.*
Mater omnium ſeientiarum, & ſapientiarum. *Idem ibidem.*
Mater Vniuerſi, cuius interuentu peecatum relaxatum eſt.*Idem ibidem.*
Marer Euangeliſtarum. *Ioan. Mahubur. in Roſario de gloria V. membr.6.*
Mater venerandiſſima Filij Dei. *Idem ibidem.*
Mater Dei fulgentiſſima *Bernard.de* Buſt.*ſerm.1. de Purific. B.M.V.*
Mater Dei ineffabiliſſima. *Idem in ſuo Marial. ſer.3.de* Coronat. *B.M.*V.
Mater miſerieordiæ, euius miſericordia omnibus miſerieordijs aliorum Sanctorum omnium excellentior, generalior, communior, & maior. *Idem ſer.3.de Nominat.*M.
Mater per omnia integerrima, & immaculata, integerrimi, & immaculati Dei Filij. *Idem ſerm.5. de Natinit.B.M.*
Mater pietatis, duleis, & pia. *Idem in ſuo Mar. ſerm. 2. Coronat.B.M.*
Mater Chriſti Maria Theotocos, Dei Genitrix, *Ioan.Bapt.Mantuanus in Apolog.§.5.*
Mater Dei ſuperbeatiſſima, & Regina Cęli clementiſſima. *Arnol.Boſt.lib.1.de Patronatu, ac Patrocinio B.M.V. in ſibi dicatum Carm. Ord. cap. 1.§. 1.*
Mater ſalutis noſtræ affectuoſiſſima. *Idem ibid. cap. 10. §. 2.*
Mater duleiſſima, & ſupra modum amabilis,lacte, & melle manans Virgo Maria. *Idem ibidem cap.12. §. 1.*
Mater felieiſſima, & altrix cum omni honorificentia nominanda.*Idem ibidem in prologo, & cap. 1. §. 1.*
Mater ſpiritualis, & tota mitiſſima, dulciſſima, ae miſerieordiſſima Virgo Maria. *Arnoldus Boſt. lib.de Patron. ac Patrocin. B.M. Virg.in Carm. Ord. cap.2. §. 4.*
Mater pulehræ dilectionis, & tam eorpore, quam animo ſpeeioſiſſima mulierum: quis eam plenam omnium gratiarum flagrantiſſimi amoris igne non eoncupiſeeret, non redamaret? Certè nemo, niſi qui eius duleedinem, amabilitatem, gratioſitatem, fidelitatem, eharitatemqne non nouit. Certè credo, & firmiter teneo, multo poſsibilius, organum oculi optimè diſpoſiti, ſumme viſibilia, quantum libet oculus apertus ſit, videre non poſſe, quam hanc non concupiſcere lumi-

lumine cognitionis apprehenſam : quæ nec nominari quidem poteſt, quin accendat, nec cogitari, quin recreet affectum ſe diligentium, quæ nunquam ſine dulcedine diuinitus ſibi inſita, piæ memorię portas ingreditur. *Idem ibidem cap.* 1. §. 2.

Mater Dei glorioſa, ſolis iubare clarior, & omni auro purior, ſingulari meritorum prærogatiua ſine peccato concepta, ſuper choros Angelorum ſublimata. *Claudius Rap. Caleſ. ſerm.* 1. *de Concept. B.V.*

Mater benignæ pietatis. Io. *Tritbem. lib.* 1. *de Mirac. B.V. in Vrticeto cap.* 9.

Mater chariſſima, optimeque merita Regis vniuerſorum Chriſti, *Idem ibidem cap.* 10.

Mater Chriſti ſemper innocentiſsima. *Idem ibidem cap.* 4.

Mater, & Virgo ſemper immunis peccati. *Idem lib.* 3. *de Mirac. B.V. in* Vrticeto.

Mater excellentiſsima Regis omnium Sanctorum. *Idem de Mirac. Beatæ* V. *prope Dittelbach lib.* 1. *cap.* 12.

Mater Dei caſtiſsima. *Idem ibid. cap.* 4. *& D. Bonauent. in Pſalt. minori B.V. Quinquag.* 1.

Mater Dei intacta. Io. *Trithem. lib.* 3. *de Mirac.* B. *Virg. in Vrticeto.*

Mater Dei pientiſsima. *Idem ibidem.*

Mater Dei verè ſanctiſſima, quæ caput ſerpentis contriuit antiqui, & graue iugum à nobis abſtulit ſeductoris primi. *Idem de Mirac.* B.V. *propè Dittelbach. lib.* 1. *cap.* 10.

Mater diuini ſplendoris. *Idem lib.* 3. *de Mirac.* B. *Virg. in Vrticeto.*

Mater Domini ſpecioſa. *Idem in orat. coram Imagine B. M. recitanda lib. de modo & forma quotidiani exercitij Monachorum.*

Mater indulgentiæ, miſericordiæ ſimul, & pietatis. *Idem lib.* 3. *de Mirac.* B.V. *in Vrticeto.*

Mater pia egenorum. *Idem lib.* 3. *de Mirac. Beatæ Virg. in Vrticeto.*

Mater pia omnium Chriſto in vera mentis compunctione deuotorum. *Idem ibid. lib.* 3. *c.* 6.

Mater pia pœnitentium peccatorum. *Idem ibid. in Præfatione lib.* 1.

Mater pientiſsima omnium fidelium. *Idem ibidem lib.* 3.

Mater pijſsima egenorum. *Idem ibidem lib.* 1. *c.* 6

Mater ſacrata. *Idem ibidem in Præfat. lib.* 1.

Mater ſalutis, & iuſtitiæ. *Idem ibidem cap.* 2.

Mater ſanctæ conſolationis. *Idem de Mirac.* B.V. *propè Dittelbach lib.* 1. *cap.* 10. *& Maur. de Villaprob. ſerm.* 31. *Coronæ nouæ* B. *M. Ludou. Bloſius in* Doxolog. *Rhytmica ad* B.V.

Mater ſempiterni luminis. Io. *Trit. l.* 3. *de Mir. B. V. in Vrt & Ludou. Bloſius in Salutat. ad B.V.*

Mater ſanctiſsima Domini Ieſu. *Idem lib.* 1. *de Mirac. B.V. in Vrticeto in Præfat. lib.* 1.

Mater ſcientiæ, & diſciplinæ ſalutaris. *Idem ibid. lib.* 1. *cap.* 8.

Mater ſempiterni Luminis. *Idem ibidem lib.* 3.

Mater vnica pauperum. *Idem ibidem lib.* 1. *c.* 9.

Mater Angelorum propter ruinæ eorum reparationem. *Maurit. de Villaprobata ſer.* 3. *Coronæ nouæ Beatæ M.*

Mater Dei clementiſsima. *Idem ibidem ſer.* 20.

Mater Dei digniſsima. *Idem ibidem ſermon.* 30. *D. Amadeus hom.* 3. *de laud. V. D. Bonau. in Corona B.V. D. Birgitta in ſer. Angelico de excell. SS. V. cap.* 21. *& S. Io. Apoſtol. ſerm. in Tranſitu B.V. apud Amadeum raptu* 8.

Mater Dei ineſtimabilis. *Maurit. de Villaprobata ibidem ſerm.* 7.

Mater Dei iuſtiſſima. *Idem ibidem ſer.* 23.

Mater Dei ſacratiſſima. *Idem ibidem ſer.* 18.

Mater Dei vnica. *Idem ibidem ſerm.* 25.

Mater digniſſima miſericordiæ. *Idem ibidem ſermone* 5.

Mater diuinæ ſapientiæ, & poteſtatis. *Idem ibidem ſerm.* 8.

Mater glorioſiſſima Vnigeniti Dei. *Idem ibidem ſerm.* 21.

Mater mitiſſima miſericordiarum. *Idem ibidem ſermone* 3.

Mater noſtra veneranda, de nobis memoriam continuam habens. *Idem ibidem ſer.* 3.

Mater noſtræ recreationis, & iuſtorum, & peccatorum eam inuocantium. *Idem ibidem ſermone* 16.

Mater omnium fidelium. *Idem ibidem ſer.* 8.

Mater potentiæ Dei, imò Omnipotentis, & miſericordiæ. *Idem ibidem ſer.* 3.

Mater recreationis. *Idem ibidem ſer.* 4.

Mater Regis Angelorum. *Idem ibid. ſerm.* 8.

Mater reſtaurationis. *Idem ibidem ſer.* 12.

Mater ſpei noſtræ. *Idem ibidem ſer.* 19.

Mater valdè ſapiens Filij Dei. *Idem ibid. ſer.* 23.

Mater veneranda Filij Dei. *Idem ibid. ſer.* 18.

Mater veniæ, & miſericordiæ. *Idem ibid. ſer.* 19.

Mater virginitatis, & caſtitatis. *Idem ibidem ſermone* 15.

Mater vnigeniti Filij Dei. *Idem ibid. ſer.* 30.

Mater vniuerſorum, & præcipuè bonorum, quia vnum hominem genuit, id eſt Chriſtum, per quem omnes regenerauit ſpiritualiter. *Idem ibidem ſermone* 3.

Mater immaculata Meſſiæ. *Petrus Gal. lib.* 7. *de Arcanis cap.* 18.

Mater Auctoris gratiæ. *Ioan. Picus lib.* 2. *in Cantic. cap.* 12.

Mater benedictionis. *Idem lib.* 1. *in Cant. c.* 7.

Mater blandiſſima. *Idem lib.* 3. *in Cant. c.* 8.

Mater corporalis Dei, & hominis. *Idem lib.* 1. *in Cantic. cap.* 2.

Mater Dei apprimè idonea. *Idem lib.* 1. *in Cant. cap.* 11.

Mater Dei glorioſa, non habens maculam, neque rugam, ſed pulchra tota. *Idem lib.* 1. *in Cantic. cap.* 15.

Mater Dei gratioſa. *Idem lib.* 3. *in Cantic. c.* 13.

Mater Dei inclyta *Idem lib.* 3. *in Cantic. c.* 12.

Mater Dei indulgentiſſima, tenerrima, generoſa, optima, pijſſima, ſuauiſſima, benigniſſima, ſacratiſſima, glorioſiſſima. *Idem libr.* 3. *in Cantic. cap.* 9.

Ma-

Mater æternæ rectitudinis. *Idem lib. 1. in Cantic. cap. 7.*
Mater excellentiſſima. *Idem lib. 3. in Cant. c. 8.*
Mater Filij Dei beatiſſima, immaculata, ſanctiſſima. *Idem lib. 2. in Cant. cap. 10.*
Mater honorificentiſſima viuentium omnium. *Idem lib. 1. in Cant. cap. 2.*
Mater humani generis. *Idem lib. 2. in Cant. c. 18*
Mater innocentiſſimi hominis, & Dei excelſi. *Idem lib. 3. in Cant. cap. 9.*
Mater inſtaurationis Cælorum. *Idem lib. 1. in Cantic. cap. 2.*
Mater Myſtici Corporis Chriſti. *Idem lib. 1. in Cantic. cap. 18.*
Mater non humana dumtaxat, non angelica, ſed diuina prole venerabilis. *Idem lib. 3. in Cantic. cap. 7.*
Mater omnium Chriſtianorum, quę nos iugiter Chriſto gignit, fouet, roborat, perficit, & ex terrenis cæleſtes factos exaltat. *Idem ibid.*
Mater recta eſſentialis rectitudinis, *Idem lib. 1. in Cantic. cap. 7.*
Mater Saluatoris per naturam, & ſaluandorum omnium per gratiam. *Idem lib. 3. in Cant. c. 9.*
Mater ſpiritualis beatorum. *Idem lib. 1. in Cant. cap. 2.*
Mater veriſſima. *Idem lib. 3. in Cant. cap. 8.*
Mater Vnigeniti. *Idem lib. 3. in Cant. c. 6.*
Mater Creatoris ſui. *S. Thom. de Villanoua ſer. 1. de Annunciat. B. Virg.*
Mater Dei competens, & idonea. *Idem Conc. 3. de Natinit. B. M. Virg.*
Mater illius, cuius Deus Pater eſt. *Idem ſer. 1. de Annnnciat. B. M. Virg.*
Mater benigniſſima miſericordiæ. *Ludou. Bloſius in Endologia 1. ad B. V.*
Mater Chriſti benigniſſima, ſpecioſiſſima, ſuauiſſimaque. *Idem in Speculo Spiritnali c. 14.*
Mater Dei mellitiſſima. *Idem in Endologia 3. ad Beatam Virg.*
Mater generoſiſſima ſummi Conditoris. *Idem ibidem.*
Mater glorioſa Regis æterni. *Idem in Endologiæ 2. ad B. Virg.*
Mater lucis ſereniſſima, quæ mentes ſe diligentium peramanter illuſtrat. *Idem ibidem.*
Mater miſericordiſſima omnium fidelium. *Idem in Canone vitæ ſpiritualis cap. 18.*
Mater pia, clemens, & benigna. *Idem in orat. de B. V. quæ extat in eius Scriniolo ſpiritnali.*
Mater ſuauis, gratioſa, amabilis. *Idem ibidem.*
Mater vltra omnem honeſtatem gratioſa, quæ benignis oculis pios Eccleſiæ filios intuetur in toto orbe terrarum. *Idem in Endologia 1. ad B. Virg.*
Mater Magni Tonantis. *Inſtus Lypſius in Carm. ad Patron. Virg. pro Panegyricis Marianis Martini Delrij.*
Mater miſericordiæ, quæ omne genus auxilij in omni genere miſeriarum attulit. *Idem in Diua Virgine. Hallenſi. cap. 22.*
Mater diuini Salomonis dulciſſima, cum qua creuit ab infantia miſeratio, fama renerrimi cordis tui, quo vniuerſos Adæ filios ad immortalem Regem, quem genuiſti, quaſi Mater trahis. *Ioan. à Ieſu Maria Tom. 2. oper. ſuor. pag. 62. Theolog. myſtic.*
Mater beatiſſima Triumphatoris noſtri, *Robert. Bellarm. Conc. de Reſurrect. Domini.*
Mater comunis. *Idem Conc. 2. ſuper Miſſus eſt.*
Mater Liberatoris. *Idem Conc. 1. ſuper Miſſus eſt.*
Mater magna humani generis, quæ nobis Deũ maieſtatis affinem fratrem parentem effecit. *Idem ibidem.*
Mater manſueta. *Idem in Conc. de Natiu. B. V.*
MATERIA copioſa præconiorum. *D. Baſil. Seleuc. orat. in Annunciat. Deiparæ.*
Materia caſtimoniæ, ſanctitatiſque. S. *Proclus orat. 1. de laudibus SS. Virg.*
Materia congruentiſsima diuinæ humanationis. *Andreas Creten. orat. 1. de Dormit. SS. V. M.*
Materia miraculo incarnationis. *D. Hildephonſ. in lib. de Virginit. S. M. cap. 11.*
Materia natiuitatis eius, qui fuit Factor informis materiæ rerum. *Idem ibidem cap. 8.*
Materia ingens cantandi, Apoſtolis, Martyribus, Prophetis, & omnibus denum Cælitibus data. S. *Ioan. Damaſcen. in Menais Græcor. die 22, Ianuarij.*
Materia aptiſsima diuinæ incorporationis. *Ioan. Epiſc. Aretinus in Tractatu de Dormitione Beatæ Virg. Mariæ.*
Materia benedictionis Patriarchis repromiſſa. *Ruper. Abb. lib. 6. Com. in Cant. Cantic.*
Materia humanæ ſalutis; eius enim caro Deo materia exitit aſſumendæ carnis. *Idem lib. 2. Commentar. in Cantic. Canticor.*
Materia tota omninò munda, de qua ſanta Dei Sapientia domum æternam ſibimet ædificauit. *Idem lib. 1. Comment. in Cant. Cantic.*
Materia viuens, & ſenſibilis propter opus Incarnationis. *Idem lib. 11. de vit. verbi Dei c. 26.*
MATHAN pro peccatoribus deprecatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. V. fructu 4.*
Mathan ſuarum gratiarum diffuſione. *Idem ibid.*
MATHVSALEM, peccati deteſtatione. *Idem lib. de Laud. Virg. fruct. 4.*
MATRONA pulcherrima. *Cæſar. Ciſterc. lib. 7. de Miraculis B. M. cap. 9.*
Matrona noſtra omni verecundia, & pudore ſancto repleta. *Bernard. de Baſtis ſerm. 5. de Natinit. B. V. M.*
MATHAT, precum exauditione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fruct. 4.*
MATHATHIAS, cordis Deo præparatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fruct. 4.*
Mathathias, diuinæ legis zelatione. *Idem ibidem.*
Mathathias, per deſiderium ad cæleſtia anhelatione. *Idem ibidem.*
MAXIMIPARA. *D. Cyrill. lib. de recta fide ad Reginas poſt initium ex Athanaſio.*
MEDELA noſtra vnica. *Venant. Fortunat. Elegia in laud. S. M. V. Matris Domini.*
Medela inſanabilium vulnerum noſtrorum. *S. Ger-*

*S.German.Conſtan.orat.2.in Præſentat.B.V.*

Medela matris Euæ. *S.Ioan.Damaſc.orat.4. de Natiu. Beatæ Virg.*

Medela noſtra in morbis. *Idem in Paracl.B.V.*

Medela certa morborum infeſtorum, retrahens animam è tenebris ad tadios. *Ioan. Geom. in Beata Virg.hymn.4.*

Medela dolorum partus. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 4.*

Medela vnica infirmæ naturæ. *Idem in Mar.or.3*

MEDIA librorum præcedentium, atque prædicatorum, ſignorumque ſubſequentium. *Rup. Abbas lib.4. Comment.in Cant.Cantic.*

Media inter Chriſtum,& Eccleſiam, Creatorem, & creatutam. *D.Bernard.Senenſ.tom.3.ſer.1.de glorioſo Nom.Mariæ.*

Media inter peccatores, & Filium, vt ex vna parte iram eius mitiget, & ex alia peccatum exterminet. *Idem Tom.3.ſerm. 1. de glorioſo Nomine Mariæ.*

Media totius ſuperbeatiſsimæ Trinitatis. *Dion. Carthuſianus in Cant.art.8.*

Media inter Deum, & hominem. *Bernard. de Buſt.ſer.2. de Aſſumpt.B.M.*

MEDIATIO multum quæſita. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

MEDIATRIX verè ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. S. *Matthæus Apoſtol. ex Lyturgia Æthyopum.*

Mediatrix Cœli, & terræ, quæ vnionem naturalitet peregit. *D.Epiph.ſer.de laud.Virg.*

Mediatrix optima Dei, & hominum. *D. Epiph. ſerm.de laud.B.M.V.Petrus Bleſ.ſer.38.D.Bonauent.in Coronat.B.V. Albertus Magn. ſuper Miſſus eſt cap.59.& D.Laur.Iuſtin. in ſer. de Annunc. Beatæ Virg.M.*

Mediatrix Dei, & hominum reconciliationis. *S.Ioan. Chryſ.orat.in Natiu.B.Virg.*

Mediatrix inter Deum,& homines intercedens, efficiens,vt interiectus inimicitiæ paries tandem aliquando euertatur terræ, neque cœleſtibus coniungantur. *S. Baſilius Seleuc. orat. in Annunciat.Beatæ V.*

Mediatrix,cuius interceſſionibus participes nos efficit Dominus ſuorum bonorum. *Andreas Cretenſis in Triodijs Maior. Hebd.*

Mediatrix ingis pro terrigenis fidelibus ſuis apud Deum. *Idem ibidem.*

Mediatrix noſtra. *Anonym.in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio communis ſupplicationis. Guarricus Abbas ſerm.1.de Aſſumpt. B. M. D.Bernard.ſerm.2.de Aduentu Dom. Adam Præmonſtrat.lib.1.ſerm.40. Iacob.de Vorag.in Mariali ſerm.11.m. & Ioan.Thaulerus ſer. in feſto Annunciat. B.M.*

Mediatrix terrigenarum erga Deum. *Anonym. in Euchologio, ſeu Ritual. Græcor. in officio imbris penuriam, & ſiccitatem.*

Mediatrix noſtra apud Deum, facilè nobis impetrans inducias. *Gerog. Nicomed.in S. Mariam aſſiſtentem Cruci.*

Mediatrix noſtra,Filio nos reconcilians. *Idem orat.3.de Præſent.B.V.*

Mediatrix, cuius opera bona in mundum largirer effuſa. *S.German.Conſtan.orat.in Annunciatione Beatæ Virg.*

Mediatrix legis, & gratiæ, *Idem ſerm. in Natiu. Beatæ Virg.*

Mediatrix vete bona omnium peccatorum. *Idem in ſuo Mariali fragm.15.*

Mediatrix apud eum, qui ex ipſa natus eſt. *S.Io. Damaſc.in Paracl.B.V.& S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Mediatrix noſtra apud Deum,quam precari debemus, vt ab omni neceſſitate, atq; ab æterno ſupplicio liberemur.. *S. Ioann. Damaſcen. in Paraclet. B.V.*

Mediatrix,quę inte ſe dirempta in vnum coegit. *Idem orat.1. de Aſſumpt.B M.*

Mediatrix ad obtinendam ſalutem genetis noſtri. *S.Ioan.Damaſc.in Octoec.Græcor.*

Mediatrix inter Creatorem, & homines ſupra captum mentis exoratus Filium ſuum, vt ertantibus ſetuis ſuis propitium ſe, ac propugnatorem præſtet. *Idem ibidem.*

Mediatrix noſtra, cui latus ad Filium aditus. *Idem orat.in Hypap.Dom.*

Mediatrix intet nos, & Deum. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Mediatrix, quæ non confunditur apud Filium ſuum. *Idem ibidem.*

Mediatrix apud Filium ſuum,& Deum noſtrum. *Photius Conſtantinop.orat.m S.M.Natiu.*

Mediatrix, qua mediante, diuina beneficia nobis charitatiuè donata fuetunt. *Idiota de B. V. par.9. Contemplat. 8.*

Mediatrix,quæ Mediatorem peperit, Dei,& hominum, nempè Chriſtum. *Idem de Beata V. par. 8. Contempl.13.*

Mediatrix omnium noſtrum ad Filium. *Conſtan.8 Imperator in ſuis exapoſtillarijs.*

Mediatrix inæſtimabilium beneficiorum. *D.Anſelm.lib.de excell.V.M. cap.9.*

Mediatrix noſtra ſuo Filio nos commendans, reconcilians, & repræſentans. *Idem in med. Beatæ Virg.*

Mediatrix inter nos, & Filium ſuum; propter hoc enim facta, propter hoc eſt electa, vt apud dulciſſimum Filium cauſam noſtram piiſſima tueatur. *Guibertus Abbas in libr. de laud. Beatæ Mariæ cap.14.*

Mediatrix ad mediatorem Filium. *D.Bern.ſerm. de B.V. ſuper illud Apocal.ſignum magnum.*

Mediatrix Eccleſiæ apud Solem iuſtitiæ Chriſtum. *Idem ibidem.*

Mediatrix inter Chriſtum, & Eccleſiam. *Idem ibidem.*

Mediatrix, nobis à Deo beniguiſſima miſeratione prouiſa. *Idem ibidem.*

Mediatrix ſalutis. *Idem Epiſtol. 174. ad Canonic. Lugdunenſes. D.Bonauentur. in Speculo B. V. cap.8. & Iacob.Monach.in Mariali orat.2.*

Mediatrix inter diuina, & humana. *Richar.à S. Victore Exposit.in Cant.Cantic.cap.39.*

Mediatrix cauſæ noſtræ ante Filium ſuum pa-

Roris, & vberum oſtenſione. *Arnoldus Carnotenſis in Tract. de laud. M. Tom. 12. Bibliot. PP.*

Mediatrix noſtra vnica ad Filium. *Petrus Bleſſ. ſermone 12.*

Mediatrix pia ad Filium. *Idem ſer. 34.*

Mediatrix ad veniam pro peccatis credentium, Filium interpellando. *Henricus Clarenal. Tractat. 11. de peregrinante Ciuitate Dei.*

Mediatrix à Deo poſita inter reum, & Iudicem, *Adam de Perſ. ſerm. in Annunc. B.V.*

Mediatrix inter Cælum, & terram, inter Deum, & hominem per condeſcenſionis clementiam *Idem in Marial. fragm. 3.*

Mediatrix ſingularis miſericordiæ, compaſſione propitia, & incomparabilis excellentiæ priuilegio ſuper omnem altitudinem Angelorum exaltata. *Idem ſer. in Aſſumpt. B.V.*

Mediatrix noſtra ad Deum. *Petrus Abbas Cellenſis lib. 9. Epiſtolarum Epiſt. 10. & D. Bonau. in Speculo B.V. cap. 9.*

Mediatrix bona, quæ iungit, quos diſiunxerat Eua noxia ſeparatrix, quæ Filium ad largitatem, ad obedientiam nos inuitat, agitque, vt & nos deferre obſequium, & ille conferre beneficium non mittat. *Philippus Abbas lib. 2 in Cant. Cantic. cap. 7.*

Mediatrix efficax ad Sponſum pro filijs. *Idem ibidem.*

Mediatrix noſtra, quia Sponſum rogans furorem eius in gratiam, in amorem ſuauiſsimum iram conuertit, amaros in dulcorem precis ſuæ farinula nos conuertit. *Idem lib. 4. in Cant. Canticorum cap. 5.*

Mediatrix potens, & efficax, diſiunctos iungens, & iunctos retinens. *Idem lib. 2. in Cant. Canticorum cap. 7.*

Mediatrix hominum. *Helinandus Ciſtercien. ſer. 1. in Natiu. B.V. & D. Antonin in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 44. quod eſt de Aſſumpt. B.V.*

Mediatrix mundi veneranda. *Theodorus Laſcbus Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Mediatrix ad Filium iuſtineuibus patienter aduerſa mundi pro amore Dei. *Richar. à S. Laurent. de laud. Virg. lib. 2.*

Mediatrix noſtra ad Filium, qua ſcilicet mediãte venit ad nos Filius Dei, & qua mediatrice ad Filium peruenitur, ad quod innuendum Chriſtus moriens ipſam habuit ab Aquilone; quo ſignificantur peccatores, quaſi hoc ipſe diceret, quod ipſa mediante, dexteram ſuæ propitiationis extenderet peccatoribus congelatis. *Idem ibidem.*

Mediatrix prudens, inter matres, & virgines mirabiliter media, quæ ab vtroque extremorum illud ſumpſit, quod optimum erat, & pretioſum ſeparauit a vili. Ierem. 15. relicta enim ſterilitate virginis, & corruptione matris, aſſumpſit ſibi integritatem de virgine, & fœcunditatem de matre, vt eſſet integra, & fœcunda, & nec ſterilis, nec incorrupta. *Idem de laud. Virg. lib. 1.*

Mediatrix Dei, & hominum, peccatores diſcordantes à filio ſuo reducens ad concordiam. *Io. Hailgrinus in cap. 1. Cant. Cantic.*

Mediatrix optima inter Deum, & hominem, inter hominem iniuſtũ, & Deum iuſtum. *D. Bonent. in Speculo B.V. cap. 9.*

Mediatrix totius generis humani. *Idem in Cant. Pſalterij Beat. V. & Iacob. Monach. in Mar. or. 2*

Mediatrix familiariſſima, quæ totum mundum Deo reconciliauit. *Alber. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 5.*

Mediatrix peccatorum. *Idem in Biblia M. ſuper librum Eccleſiaſt. D. Antonin. in ſum. par. 1. tit. 8. cap. 3. quod eſt de Concept. V.M. per modum prædicationis. Bernard. de Buſt. in ſerm. de Compaſſ. B.M. & Maurit. de Villa probata ſerm. 17. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Mediatrix pia, pro peccatoribus iugiter intercedens. *Alber. Magn. ſer. 2. in Aſſumpt. B.M.*

Mediatrix reconciliationis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 191. & D. Antonin in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 44. quod eſt de Aſſumpt. B.V.*

Mediatrix vcills. *Alb. Mag. ſuper Miſſus eſt c. 113.*

Mediatrix noſtræ aduocationis; ipſa enim tamquam noſtra mediatrix pro nobis aduocat apud Deum. *Iacob. de Voragin Mar. M. ſer. 11.*

Mediatrix noſtrę coniunctionis, & vnionis, quia nos diſiunctos, & diuiſos à Deo, tamquam mediatrix coniungit, & vnit. *Idem ibidem.*

Mediatrix noſtræ iuſtificationis. *Idem ibidem.*

Mediatrix noſtræ reconciliationis. *Idem ibid.*

Mediatrix à Deo poſita, manu ducens nos ad ipſius Dei bonitatem, & humani generis caſus erigens. *Iacob. Monach. in Marial. orat. 2.*

Mediatrix à Deo prædefinita ad nos ſibi reconciliandos. *Idem ibidem.*

Mediatrix gaudij. *Idem ibidem.*

Mediatrix magna Dei, & hominum, ad quam recurrunt vniuerſi. *Ægidius Columna in Expoſitione in Salutationem Angelicam.*

Mediatrix peccatorum ad Filium. *Idem ibidem.*

Mediatrix noſtra à Deo conſtituta, qua duce ad diuinam feramur bonitatem, ac qua humani errata generis emendauda ſint. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 2. B.V.*

Mediatrix, quam ſibi Deus prædeſtinauit ad reconciliationem noſtram. *Idem ibidem.*

Mediatrix immediata apud Filium hominum peccatorum omnium. *Henricus Suſo in Capite de Commendatione, & Encomio Illuſtriſſimæ Reginæ Cælorum, quod eſt 16. Dialogi ſapientiæ, & Miniſtri eius.*

Mediatrix inter nos, & æternam ſapientiam. *Idem ibidem.*

Mediatrix noſtra apud dulciſſimum Filium ſuum. *Idem ibidem.*

Mediatrix noſtra, coniungens nos Deo capiti noſtro, amore, ac vinculo naturali; ipſa etenim mediante Verbum caro factum eſt, & Chriſtus Ieſus caro, & frater noſter factus eſt. *Ern. Prag. in Marial. cap. 820.*

Mediatrix noſtra, quæ omnium donorum, gratiarum, & beatitudinum Chariſmata in perfec-

ſeſtiſſima virtute circumquaque percepit. *Idem in Mariali cap. 33.*

Mediatrix optima inter Eccleſiam militantem, & triumphantem, vt illam lætificet, iſtam irriget, & fœcundet. *Idem in Mar. cap. 23.*

Mediatrix ſapiens, pacificans diſcordantes, homines ſcilicet, & Deum, *D. Birgitta in Reuelation. Extrauagantibus cap. 50.*

Mediatrix noſtra, media intercedens inter nos & Pilium ſuum, qui nihil illi petenti negare poteſt, cum ſit ipſius Mater. *D. Io. Rusbroch. in libello de 7. amoris gradibus cap. 8.*

Mediatrix noſtra, per cuius manus Deus ordinauit dare ea, quæ dat humanę naturę. *Ioan. Gerſon ſerm. de Annunc. B.V.*

Mediatrix inter Deum, & Eccleſiam. *Idem de Triumph. Chriſti Agone cap. 18.*

Mediatrix hominum inter Deum, & homines. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 13. quod eſt de Angelica Salutat. ſcilicet Aue.*

Mediatrix inter Deum, & homines. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 5. quod eſt de Natiu. B.M. & Bernard. de Buſt. ſerm. 2. de Natiu. B.M. & Maurit. de Villaprob. ſer. 7. Coronæ nouæ* B.M.

Mediatrix omnium. *Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15. Cap. 24. quod eſt de benedictione B. M. V. apud omnem generationem.*

Mediatrix procurans gratiam. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 39.*

Mediatrix, quæ in ſpiritualibus nuptijs procurat nobis vinum dilectionis, & deuotionis. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 38. quod eſt de Virgine cum fuit in nuptijs.*

Mediatrix, quia peccatorum reconciliationem procurat ad Deum. *Idem in ſum. 3. par. tit. 31. cap. 2. §. 2. quod eſt de medijs ſalutis noſtræ.*

Mediatrix Sacerdotum. *Idem in ſum. par 4. tit. 15. cap. 24. quod eſt de benedictione* B. M. *Virg. apud omnem generationem.*

Mediatrix vitæ per Filium ſuum benedictum. *Idem in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 13. quod eſt de Angelica Salutatione, ſcilicet Aue.*

Mediatrix Dei, & hominum deſuper conſtituta. *Dion. Carth. de laud. Virg. lib. 3. art. 5.*

Mediatrix mundi, eos denuo reparans, qui à Filij ſui gratia per ingratitudinem prolapſi erant, *Idem lib. 1. de Precat. M. art. 9.*

Mediatrix, qua apud Deum aptior eſſe nequit, quam Maria qui Deum genuit, peperit, lactauit, aluit, & in virilem vſque perduxit ætatem: & ſi aliæ mulieres hoc proprium habent, vt virorum ſuorum vigorem frequenter emolliant, hoc propriſſimum eſt illi mulieri, quæ ſola potentiſſima diuinæ Maieſtatis rigorem aduerſus peccatores vltionem prouocantes, ſanctis orationibus ſuis emollire poterit. *Arnold Boſtius lib. de Patron. & Patrocin. Deip. V. in ſibi dicatis Carm. Ord. r. 12. §. 1*

Mediatrix præporens, & fidelis Dei, & hominis, rei, & iudicis, quæ manum ponere poteſt in ambobus. *Ioan. Mauburnus in Roſario de Præconijs B.V. membr. 1.*

Mediatrix communicationis, quia cum adhuc eſſet in mundo communicabat cum ſanctis, qui erant in via, & cum illis, qui erant in patria. *Bernard. de Buſt. ſer 1. de Nomin. M.*

Mediatrix inter Deum, & humanum genus. *Idem ſer. 2. de Aſſimilatione B.M.*

Mediatrix inter humanam naturam, & Chriſtum venturum. *Idem in ſuo Mariali ſer. 6. de Conceptione Beatæ Mariæ.*

Mediatrix noſtra, ſcilicet inter nos, & Deum. *Idem ſer. 1. de Nominat. Mariæ.*

Mediatrix noſtræ coniunctionis, & vnionis, quia nos diſiunctos, & diuiſos à Deo illi coniungit, & vnit. *Idem ſer. 1. de Nomin. M.*

Mediatrix noſtræ interceſſionis; ipſa enim pro nobis quotidie intercedit. *Idem ibidem.*

Mediatrix noſtrę iuſtificationis, Dęmones enim noſtram iuſtificationem impediunt, vel ſuis tentationibus nos infeſtando, vel in bonis operibus nos impediendo, vel à finali perſeuerantia nos retrahendo: ſed Virgo Maria omnia iſta impedimenta expellit, & ideo noſtram iuſtificationem perficit. *Idem ibidem.*

Mediatrix noſtræ reconciliationis; peccator enim efficitur inimicus Dei proprer peccatũ carnalis concupiſcentiæ, vel ſuperbiæ, aſſe auaritiæ: iſta autem Dei mediatrix hos inimicos Dei ſæpè reconciliat, dum eos ad pœnitentiam reuocat. *Idem ibidem.*

Mediatrix inter Filium, & nos. *Ioan. Trithemius de Mirac. B.V. prope Dittelbach lib. 1. c. 10.*

Mediatrix noſtra benigna ad Filium, meritis, & precibus ſuis, ſi nos eius ſacratiſſimo nomini condignum exhibuerimux famularum. *Idem lib. 1. de Mirac. B.V. in Vrticeto cap. 7.*

Mediatrix noſtra vnica, & potens ad Filium. *Idem de Miraculis Beatæ Virginis prope Dittelbach lib. 1. cap. 11.*

Mediatrix promptiſſima humano generi ad Filium. *Idem lib. 1. de Miraculis Beatæ Virgin. in Vrticeto cap 9.*

Mediatrix vnica, potentiſſimaque inter Filium, & ſupplicantes ſibi. *Idem de Mirac. B.V. prope Dittelbach lib. 1. Cap. 9.*

Mediatrix noſtra ſuper omnes creaturas. *Maur. de Villaprobata in ſer. 2. Coronæ nouæ* B.M.

Mediatrix, per quam ad nos Chriſtus, & nobis cum fiducia ad thronum gratiæ eius aſcendere, miſericordiam conſequi, & gratiam in auxilio opportuno inuenire promptum habemus. *Ioan. Picus lib. 2. in Cant. cap. 8.*

Mediatrix noſtra figurata per Abigail. 1. Reg. 25. quæ videns Dauid ira commotum contra Nabal Carmelum, adeò quod voluit illum occidere, occurrit Abigail, & placauit Dauid, figurata etiam per Eſther, quæ mitigauit iram Aſſueri Regis, qui Populum Iſrael voluit occidere. Eſther. 7. *Petrus Bard. ſerm. 5. de Concept. Beatæ Virg.*

Mediatrix omnium bonorum. *Baldnin. Leerſius cap. 3. Colleſtan. Exemplor. & Miraculorum Deiparæ Virg. de Monte Carmelo.*

Ma-

Mediatrix dulcis. *Ludou. Bloſ. in orat. quadam ad SS. V. quæ extat in eius Scriniolo ſpirituali.*

Mediatrix felix inter Deum, & homines, per quam ima ſummis copulata ſunt. *Idem in Endologia 1. ad Beat. V.*

MEDICA miſerorum, conſolidans vulneratos, & ad ſalutem perducens ægrotos. *S. Anſel. Lucen. ſuper Salue Regina.*

Medica morborum. *Theodorus Laſchus Imperat. in Poem. Beatæ V.*

Medica curans ſolo verbo, corpus & animam ad immortalitatem. *Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt cap. 141.*

Medica nos potens, & deſiderans perfectè ſanare. *Bernard. de Buſt. in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coronat. Beatæ M.*

Medica noſtra, quæ nos poteſt, & deſiderat perfectè ſanare. *Maurit. de Villaprobata ſermon. 7. Coronæ nouæ Beatæ M.*

MEDICAMENTVM generationis, quod humanum genus ab Eua percuſſum, & peſſimè vulnerarum ſanauit. *Hugo Carenſis in cap. 24. Eccleſiaſtici.*

Medicamentum generationis, id eſt infirmorum filiorum Adam. *Albertus Magnus in Biblia M. ſuper lib. Eccleſiaſt.*

Medicamentum animę languenti ex vulneribus præteritorum peccatorum. *Ern. Prag. in Mariali cap. 39.*

MEDICATIO dolorum. *Iacobus Monach. orat de Natiuit. Beatæ V.*

MEDICATRIX noſtra, cuius pietate, & miſericordia nihil vtilius ad edendum, nihil ſalubrius ad bibendum, nihil facilius ad inueniendum. *Ern. Prag. in Mariali cap. 58.*

MEDICINA ægrotantibus. *S. Ioan. Damaſcen. orat. 1. de Aſſumptione Beatæ M.*

Medicina hominum. *Idiota in ſua Contemplatione de Virg. Maria.*

Medicina à Deo hominibus ædificata. *Idiota de Beat. V. par. 3. Contemplat.*

Medicina fundens obliuia męrorum. *Io. Geom. in Beat. Virg. hymn. 1.*

Medicina noſtra. *Adam de Perſenia ſerm. in Annunciatione B. V.*

Medicina pœnitentię. *Idem ſer. de Aſſump. B. V.*

Medicina pœnitentium. *Idem in Mar. fragm. 2.*

Medicina ęgris. *Cæſar. Ciſtercien. lib. 7. de Miraculis Beatæ Mariæ cap. 25.*

Medicina peccatorum. *S. Simon Stock Carm. in hymn. de Beata Virg.*

Medicina mundi. *D. Bonauentura in Pſalt. minori Beat. Virg. Quinquag. 2.*

Medicina peccantium, ſigno ſerpentis promptior. *Idem in laud. B. V. M.*

Medicina rei. *Idem ibidem.*

Medicina vera ſordidorum criminum. *Idem in Expoſitione ſuper Salue Regina.*

Medicina peccatorum, qui in igne vitiorum ſunt aduſti. *Albertus Magnus ſerm. de Beata Virg. qui eſt 56. inter ſermones de Sanctis.*

Medicina reis. *Alanus de Inſul. in Anticlaud. l. 5.*

Medicina, quam de terra creauit Altiſſimus, & vir ſapiens non abhorrebit eam Eccl. 38. *Ern. Prag. in Mariali cap. 70.*

Medicina præcipua contra lethargiam ſpiritualem. *Idem in Marial. cap. 68.*

Medicina mundi Maria. *Ioan. de Hildesheim in defenſorio Ord. Carmel. cap. 16.*

Medicina infirmantibus *Gulielm. Vincen. ſerm. de Conceptione Beatæ V.*

Medicina infirmis. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 10. & Bernard. de Buſt. ſer. 3. de Natiuitate Beatæ M.*

Medicina ſingularis in rebus afflictis. *Io. Turrecremata in Proœmio Tract. de Concep. B. V.*

Medicina malorum omnium. *Balduin. Laerſius in Collectaneo Exempl. & Mirac. c. 3.*

Medicina ſalubris ęgrotantium, quę ſuis meritis, & precibus mentes releuans, miti ſimè confirmat animos puſillorum. *Ioa. Trith. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

Medicina vitæ, febres pellens mortalium, ſeruans à ruina. *Idem lib. 3. de Miraculis Beatæ. Virg. in Vrticeto.*

MEDICVS illuſtris, atque omnino cæleſtis. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Natiu. B. V.*

Medicus, quem ſapientiſſimus Deus præſciens nos habituros continuum certamen cum Dęmonibus, & ſępè ab ijs vulneribus peccatorum damnificari, concepit in mente ſua, & diſpoſuit mundo mittere, vt contra vulnus ſuperbiæ poneret ipſa exemplo vitæ ſuæ, ligaturam, ſiue emplaſtrum humilitatis ad curandum: contra vulnus auaritiæ emplaſtrum liberalitatis: contra vulnus luxuriæ remedium caſtitatis. *D. Antonin. in ſumma part. 1. tit. 8. cap. 3.*

Medicus infirmorum. *Bernard. de Buſt. ſerm. 1. de Natiuitate Beatæ Mariæ.*

MEDITATRIX ſpiritualium. *Honor. Auguſtod. in ſigillo Beatæ Mariæ.*

Meditatrix ſedula, ac deuotiſſima myſteriorum Chriſti, intuitum ſuæ puriſſimæ, ac fermentiſſimæ mentis in increatam ſimpliciſſimę Deitatis, ac ſuperbeatiſſimæ Trinitatis lucem, limpidiſſimè figens, amotoſiſſimè, ac deliciosè demergens: abyſſum quoque incomprehenſibilium iudiciorum ipſius profundius ſpeculans, & arcanum ſuper ſapientiale conſilium eius de modo ſaluandi genus humanum ſublimius penetrans, tantoque euidentius myſteria Incarnationis, & Natiuitatis Chriſti intelligens, quanto ſingularius datum eſt ei, illa in ſe ipſa felicißimè experiri, eademque in ea, & per eam impleri. *Dion. Carth lib. 2. de laud. Virg. art. 8.*

MEDIVM teſtimonij noſtrę. *S. Methodius homil. de Purific. B. V.*

Medium terrę, ad quod reſpiciunt, & qui in cęlo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos, qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis. *S. Bernard. Abbas ſer. 2. in die Pentec.*

Medium Cœli, id eſt, Eccleſiæ, quia inter legem, & gratiam, quaſi limes quidam medius conſtituta, Solem iuſtitiæ, videlicet Dei Filium, in ſe concepit, qui cognitionis ſuæ radios ad vtrumque populum, id eſt, Iudæos, & Gentiles emiſit. *Abſalon Abbas ſerm. 2. de Saluatoris Aduentu.*

Medium terræ benedictum, in quo benedictus eſt Iſrael, benedictus eſt Dei populus. Iſa. 19. dum per benedictam Dei Matrem Deo eſt acceptus. *D. Bonauent. in Speculo Beat. Virg. cap. 12.*

Medium terræ, cui benedixit Dominus, in quo terræ medio inchoata eſt ſalutis noſtræ benedictio, iuxta illud Pſalm. 73. Operatus eſt ſalutem in medio terræ. *Idem ibidem.*

Medium Deo coniunctiſſimum, per quod omne bonum effluxit. *Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt cap. 1.*

Medium inter creaturas, & Deum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 189. & D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 20.*

Medium omnis gratiæ in humanum genus trãſferendæ, & ſecundum ſtatum viæ, & ſecundum ſtatum Patriæ. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 61.*

Medium terræ, in quo Dominus operatus eſt noſtram ſalutem; ipſa enim medium terræ dicitur proprietate illa medij, qua ad ipſam omnia extrema, ſicut ad reparatricem, reſpiciunt: cœleſtium quidem gratia, quia per eam, quæ in Cœlo corruerant ſunt reſtaurata: terreſtrium verò, quia omnes ſunt reconciliati: infernorum, quia tam hi, qui in Limbo Patrum, Chriſtum expectabant, quam hi, qui in purgatorio continuè purgantur, per ipſam ſunt à captiuitate reducti. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Medium vniuerſale in cauſa pacis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 113.*

Medium noſtræ aſpirationis; omnes enim ſicut ad medium ad ipſam reſpiciunt, & aſpirant. *Iacob. de Voragine ſerm. 1. de Purificat. Beatæ Virg. Mariæ.*

Medium noſtræ reconciliationis. *Idem ibidem.*

Medium noſtræ ſalutis. *Idem ibidem.*

Medium noſtrum poſt Filium ſuum. *Henric. Suſon cap. 20. Dialogi ſapientiæ, & Miniſtri eius.*

Medium vnionis diuinitatis in Verbo humanitatis noſtræ. *D. Catharina Senenſis in 12. ſuarum oration.*

Medium inter naturam puram glorificatam, & & naturam vnitam Deitati. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 45.*

Medium omnis gratiæ. *D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 15.*

Medium terræ, in quo Deus operatus eſt ſalutem noſtram. *Idem in ſumma 3. par. tit. 31. c. 2. §. 2. quod eſt de mediis ſalutis noſtræ.*

Medium virginale, in quo Dei Filius operatus eſt ſalutem noſtram carnem aſſumendo. *Idem ibidem.*

Medium vniuerſale, per quod fuit facta pax inter Deum, & hominem. *Idem in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 24. & Maurit. de Villaprobata ſer. 35. Coronæ nouæ B. M.*

Medium Incarnationis Dei. *Dionyſ. Carthuſian. in Cant. art. 12.*

Medium generis humani. *Paulus de Heredia, Tract. de Concept. B. V.*

Medium vltimum pro ſalute animarum. *Idem ibidem. & Petrus Gal. lib. 7. de Arcanis c. 7.*

Medium quoddam, ad ſalutis iter, nobis à Deo propoſitum. *Ioan. Trithem. lib. 1. de Miraculis B. Virg. in Vrticeto cap. 9.*

MEL in ore. *Cæſ. Ciſterc. hom. de Nomine Mariæ.*

Mel illud, quo guſtato illuminantur oculi Ionathæ, ideſt Iuſti, 1. Reg. 24. ideo ſalutat eam ſic Catholica Eccleſia: Salue Regina, Mater miſericordiæ, vita dulcedo, &c. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 4.*

MELCHA, in ſua præcunctis mulieribus ſublimatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 4.*

Melcha potentia, & dominatione. *Idem ibidem.*

Melcha ſuorum ſenſuum, & moderatione. *Idem ibidem.*

MELODIA dulcis, & ſonora. *D. Bonauent. in Litanijs B. Virg. Pſalter.*

MELOS muſicum in aure. *Cæſar. Ciſterc. hom. de Nomine Mariæ.*

MEMBRVM principale Eccleſiæ. *Serlo Abbas ſerm. 1. de Aſſumpt. Beatæ V.*

Membrum Eccleſiæ excellentiſſimum poſt Chriſtum. *Idiota de B. V. par. 1. Contempl. 13.*

Membrum excellentiſſimum corporis totius Eccleſiæ poſt Chriſtum caput. *Richard. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 5.*

Membrum honeſtius, & pulchrius ſub Chriſto capite in toto corpore Eccleſiæ. *Idem de laud. Virg. lib. 4.*

Membrum Eccleſiæ pulcherrimum, & glorioſiſſimum. *Robert. Bellarm. Conc. 2. ſuper Miſſus eſt.*

Membrum pulcherrimum, & præſtantiſſimum corporis Eccleſiæ. *Idem. Conc. de Natiuit. Virg.*

MENNA indita ad miſeros condeſcenſione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fruct. 4.*

MENS diuinorum ignium ſublimibus, velut excubijs fulgens. *Anonym. in Menæis Græcorum die 7. Martij.*

Mens diuinis radijs coruſcans. *S. Io. Damaſ. Cant. in SS. Mart. Eul. & Eulamp.*

Mens igne accenſa, diuinis longè ſenſis abundans. *Idem orat. 4. de Natiuit. Virg.*

Mens rapida, quæ ſubitis motibus altas exuperat mentes ſequendo Deum. *Ioan. Geometra in B. Virg. hym. 4.*

Mens mitiſſima. *Dion. Carthuſ. lib. 1. de prec. Virg. Mariæ. art. 29.*

MENSA à Moyſe magni Dei inſpectore viſa. *D. Athanaſ. orat. de Purific. B. V.*

Menſa fidei intellectualis, quę panem vitæ mũdo ſuppeditauit. *D. Epiphan. in ſerm. de laud. V.*

Menſa virginea, locuples, virtutibus plena, optimis

timis quibuscunque cibis abundans, quibus terra fruatur. *Idem ibidem.*

Menſa diuina. *Andreas Cretен. Cant. in Nat. S. Io. Præcurſor. & S. Ioſeph Hym. in Mariali.*

Menſa ferens abundantiam propitiationum. *Andr. Cret. orat. 2. in Annunc.*

Menſa glorioſa. *Idem Can. in Sabb. ſanctum.*

Menſa myſtica, & cœleſtis, ijs præparata, qui diuina intelligibiliter addiſcunt. *Idem orat. 2. de Dormit. B. Virg.*

Menſa, qua panis Chriſtus depoſitus eſt. *Idem Can. in Concep. B. Virg.*

Menſa ſacroſancta, quæ totum ipſum viuificum panem Dominum, & Deum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui æterna vita eſt, & mundum continet, in vtero per incarnationis myſterium geſtauit, è fermento maſſæ Adami confectum panem: qui purè accedentes ad ipſum nouæ vitæ reſtituit, efficitque Deiformes. *Idem orat. 2. de Dorm. B. Virg.*

Menſa ſanctiſſima, quæ ipſum totum viuificum panem, Dominum noſtrum Ieſum, qui eſt vita æterna, qui creatam continet naturam ex fermento Adamicæ conſperſionis panem factum, in vtero geſtauit œconomicè, *Idem ibidem.*

Menſa vibrans radios. *Idem orat. 3. de Dorm. B. V.*

Menſa ſpiritualis, viuifico animarum omnium pane Chriſto inſtructa. *Anonym. in Menæis Græcor. die 30. Maij.*

Menſa vitalis, ſeu quæ portat vitam, in qua vitæ noſtræ panis propoſitus ambroſia paſcit eos, qui illius fuerunt participes; ex qua Crateres ſapientiæ imperturbatum, & puriſſimum infundunt poculũ cognitionis. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS. Deiparentis quando fuit oblata in templo.*

Menſa cœleſtis, eius, quo aluntur animæ, panis, & quo Dei participes efficimur, dulciſſimoque cibo nutrimur. *S. Germ. Conſtan. orat. in Præſent. B. Virg.*

Menſa diuina, & myſtica hoſtiæ, quæ immolatur ſupra hominis captum: ſuper quam ille, qui Cœlum habet, & præ omnibus ſacrificatus eſt, vt hoſtia, & victima viuens imponitur, & ſe ſumentes viuificat. *Idem ſer. in Natiuit. V.*

Menſa, per quam eſurientes nos, panem vitæ abundè adepti ſumus. *Idem orat. in Zon. Deip.*

Menſa rationabiliſſima, & impolluta. *Idem orat. 1. in Præſent. B. V.*

Menſa animata. *S. Ioan. Damaſ. orat. 2. de Aſſump. ſiue Dormit. B. Virg.*

Menſa diuinæ temperationis, mixtum appoſitum, virtutum bonis omnibus affluens participatio ei, qui in canticis dicit: Vmbilicus tuus crater tornatilis, quem nunquam miſtum deficiat. *Idem in orat. 4. de Nat. B. V.*

Menſa, quæ habuit materiam corporis Domini. *Idem in Tract. de corpore, & ſanguine Domini.*

Menſa terrena, quæ cœleſtem vitæ Panem, diuinitatis carbonem, ſine nuptiarum vſu geſtauit, è terra ad Cœlum delata. *Idem orat. 3. de Aſſumpt. B. V.*

Menſa vitam ferens, quę non panem propoſitionis, ſed cœleſtem, non ignem materiæ obnoxium, ſed materia omni ſuperiorem, ignẽ nempè diuinitatis excepit. *Idem orat. 3. de Natiuit. B. Mariæ.*

Menſa Verbi vitę. *Idem. Can. 2. in Dorm. B. V.*

Menſa animata, quæ panem vitæ recepit. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Menſa aurea. *Idem ibidem.*

Menſa continens myſticum panem vitæ, ex quo comedentes non amplius eſuriunt. *Idem ibid.*

Menſa panem continens myſticum. *Idem ibid.*

Menſa ſanctiſſima diuini panis vitæ. *Idem ibid.*

Menſa ſpiritualis, quę Chriſtum Panem dignè portauit. *Idem ibidem.*

Menſa ſpiritualis vitæ, panem Chriſtum ferens *Idem ibidem.*

Menſa verè ſancta. *Idem ibidem.*

Menſa diuinis epulis adornata. *Io. Epiſc. Aretin. in Tract. de Dormit. SS. Virg.*

Menſa, quæ panem illum nouo, & inaudito modo confectum geſtauit, quo ſuſtentari, qui ob cultum, & ſatum ſpinarum fame peribamus, ex tanto diſcrimine euaſimus. *Leo Imperator in orat. de Aſſumpt. B. Virginis.*

Menſa, in qua panis eſt vitæ. *Io. Geomet. ſerm. in Annunc. SS. Dei genetricis.*

Menſa propoſitionis *D. Bernardus ſermone 4. ſuper Salue Regina.*

Menſa facta de lignis Libani, quam quia potẽs Salomon ex forti, & impuctibili materia ſic compegit, non ſenſit vermiculum, non admiſit illa cariem, ſed abegit, non eſt læſa malleo, vetuſtate temporis non diſrupta, ſed manſit, & permanſit integritas eius fortitudinis incorrupta. *Philipp. Abb. lib. 4. in Cant. Canticor. cap. 5.*

Menſa propitiatoria veri Salomonis. *Idem ibid.*

Menſa, qua vt à Salomonis præſentia non declinet, vt nunquam, ſiue nutquam, ex parte aliqua ſe inclinet, eadem idem Salomon inniti voluit nobili firmamento, ſupponens ei, non tripodes inſtabiles, ſed columnas immobiles ex argento. *Idem ibidem.*

Menſa tanti meriti, vt quibuſcumque eius propitiatio diligentius eſt impenſa, Salomonis comitio fiduciaiiter ſe præſentet, alieni verò à menſa conſequenter, & à conuiuio ſe abſentent. *Idem ibidem.*

Menſa virginea, quam præſentauit Salomoni eminens altitudo, immoráque tenuit columnarum argentea, & inflexibilis rectitudo. *Idem ibidem.*

Menſa ſatietatis. *Albertus Magnus in Biblia Virginis Mariæ ſuper librum Exodi.*

Menſa cœleſtis gloriæ, in qua Dei amore reficimur. *Iacob de Voragine in Mariali ſer. 9. M.*

Menſa, ex qua ſancti viri accipiunt cibum diuini amoris, quo ſatiantur, quæ tamen ſatietas numquam habet faſtidium, ſed ſemper auget deſiderium. *Idem ibidem.*

Menſa ſuperne refectionis. *Idem in Mariali ſerm.*

2.5.& *Bernard. de Buſtis ſer. 12. de Annunc.V.*

Menſa afferens vitam, in qua vitæ noſtræ propoſitus panis ambroſia participantes recreauit, ex qua ſapientiæ crateres, puriſſimum, ac mundiſſimum ſcientiæ poculum effundunt. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 3.*

Menſa, quæ viuificationis noſtræ panem geſtauit. *Idem in Mariali orat. 2.*

Menſa vitæ panem deferens. *Idem ibidem.*

Menſa, ad nos comparata, & panes ſanctos ad refectionem animarum noſtrarũ iugiter proponens. *Ern. Prag. in Mariali cap. 56.*

Menſa vbi præſtatur panis vitæ. *Barthol. de Piſis lib.1.de laud. Virg. fruct. 6.*

Menſa refectionis æternæ. *Maurit. de Villaprob. ſerm. 25. Coronæ nouæ B. Virgin.*

MENSVRA trina humanitatis, Paganorum nimirum, Romanorum, & Iudæorum, in qua ineffabilis Dei ſapientiaſuæ bonitatis fermentum abſcondit. Matth. 13. *S. Proclus orat. 6. quæ eſt de laud. B. Virginis.*

Menſura eius, qui eſt extra tempus. Io. *Geomet. ſerm. in Annunciat. SS. Dei Genitricis.*

Menſura bona, & conferta, & coagitata, & ſuperefluens, quæ ad hoc gratia plena extitit, vt per ipſam gratia Dei abundet in nobis. *Baldwin. Denon. in Tract. de Salutat. Angelica.*

Menſura Dei, & noſtra. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper libr. Exodi.*

Menſura Verbi breuiandi; cum enim ſicut dicitur. Iſai. 10. Verbum abbreuiatum Dominus facturus eſſet ſuper terram, prius inuenit veterum Virginis, ad cuius breuitatem Verbum breuiaret. Breuitas autem iſta non tam molis eſt attendenda breuitate, quam ſenſu humilitatis, quia parua in oculis ſuis fuit B. Virgo, vnde Canticor. 8. Soror noſtra parvula eſt, & vbera non habet, hoc eſt ſe habere non reputat vbera doctrinæ, & exhortationis, quibus fundat lac ſcientiæ per doctrinam, & lac conſolationis per exhortationem, quibus Chriſtum alat, formatum in cordibus fidelium, & ideo paruulam ſe reputat ad concipiendum, ſed ad hanc paruitatẽ commenſuratur humilitate Verbum, de quo dicitur. Iſai. 9. Paruulus natus eſt no bis. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 11. Lucæ.*

Menſura cæterarum mulierum. *Bern. de Buſtis in Officio Concept. B. M. Virg.*

Menſura omnium mulierum. *Idem in Mariali ſer. 7. de Concept. B. M. Virg.*

MERCATRIX bona denarij virginitatis. *S. Ampbil. Sydæ Epiſcop. orat. in S. Deip. V.*

Mercatrix ſapientiſſima. *Ern. Tragm. in Mariali cap. 35.*

MERCVRIVS ob ſapientiam, & eloquentiam. *Bern. de Buſtis ſer. 2. de Aſſumpt. B. M. V.*

MERIDIES, de Spiritu ſancto reſplendens, & feruens, in quam Chriſtus declinauit æſtus libidinoſorum, cubauit in eius humilitate, paſtus eſt in eius caſtitate. *Honor. Auguſtod. in Sigillo* B. Virg.

Meridies, quia ſicut Meridies plenitudinem habet caloris, & luminis, ita Maria recepit omnem plenitudinem Chriſmatum, quæ animam illuminant per cognitionem, & calefaciunt per amorem. *Rich. à S. Laur. de laud. V. l. 7*

Meridies, quia cæteris ſanctis fuit magis calida, ideſt, Dei amore accenſa, immo tota in ignem amoris conuerſa. *Iacob de Voragine in Mariali ſerm. 2. D.*

Meridies, quia fuit cæteris magis ſicca, ideſt, ab omni humore concupiſcentiæ penitus aliena. *Idem ibidem.*

Meridies, quia magis clara cæteris, ideſt luce diuinæ Sapientiæ perfuſa. *Idem ibidem.*

Meridies, ideſt, locus proprius ſolis exiſtentis in meridie quando exurit terram, de quo venit nobis Ieſus Chriſtus oriens exalto. *Ern. Prag. in Mariali cap. 12.*

Meridies per fauorem. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fruct. 2.*

Meridies, quia feruens in Dei amore. *Idem lib. 1. de Laud. Virg. fruct. 8.*

Meridies, quia cæteris ſanctis eſt magis calida, ideſt, Dei amore accenſa, & magis clara, ideſt, luce diuinæ ſapientiæ magis plena. *Bern. de Buſtis ſerm. 3. de Aſſimilat. B. V.*

Meridies, quia cæteris ſanctis fuit magis calida, imo tota fuit in ignem amoris conuerſa, & etiam magis clara, ideſt, luce diuinæ ſapientiæ magis plena. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 2. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

MESSIS, reddens, quæ ſemen non acceperat. *Iſychius ſerm. 2. de Laudib. Virg.*

META dedecoris. *Ioan. Geom. in B. Virg. hymn. 3.*

Meta vitiorum. *Adam de Perſonia ſer. in Annunc. B. Virg.*

METALLVM per incendium charitatis liquefactum, parata decurrere in omnes modulos diuinæ voluntatis, ſicut autem proprium eſt metalli liquefacti deſcendere, ſic fecit Maria obediendo, cum poſtulata in Matrem Dei, quod fuit ſumma dignitas, ſe nominauit Ancillam, quod fuit ſumma humilitas, & ideò animę ſuæ attribuit liquefactionem, quę proprię eſt metalli: Ania mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt ad me, per Gabrielem, poſtulans me in Matrem, cui me obtuli in Ancillam. *Rich. à S. Laur. de Laud. V. lib. 4.*

METROPOLIS Dei. *Andreas Cretenſis orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Metropolis ciuitatum omnium fidelium animarum, deſignata per Ieruſalem, quæ erat Metropolis aliarum ciuitatum Iudææ, & per Abelam matrem ciuitatum in Iſrael. 2. Reg. 20. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 11.*

Metropolis, ſeu Ciuitas præcipua ciuitatum refugij, de quibus dicitur Num. 35. & Ioſ. 20 Separatæ Vrbes fugitiuorum; in nullo enim Sanctorum, qui ſunt ciuitates refugij, inuenietur tam feſtinum, vel tam potens adiutorium ſicut in Maria. *Idem ibidem.*

METRVM omnium aliorum in humana ſpecie.

*Bern.*

*Bern. de Buſtis ſer. 5. de Natiuit. B. V.*

Metrum omnium mulierum. *Idem in Officio Concept. B. Virg.*

MICHOL placens Dauid, quam qui vult ſpirituali ſibi matrimonio copulari, debet eam deſpondere ducentis præputijs ſicut Dauid Michol, vt auferat à ſe omnem immunditiã carnis, & ſpiritus, quia non ſufficeret vna, ſine reliqua. *Rich. à S. Laur. de Laud. V. lib. 9.*

Michol in prudentia. *Barthol. de Piſis lib. 1. de Laud. Virg. fruct. 2.*

Michol, quæ in tantum placuit Altiſſimo, quod Filius Dei per ſubtractionem gratiæ, exiſtens extra Regnum mundi, noluit illud ingredi per incarnationem, nec amicitiam coniungere cum primo homine, & eius deſcendentibus, niſi prius ipſa naſceretur in mundo; Michol enim in tantum placuit Dauid, quod cum diu fuiſſet extra Regnum Iſrael, noluit amicitiam coniungere cum Abner Principe militiæ populi Iſrael, niſi prius ſibi præſentaſſet eam, vt dicitur 2. Reg. 3. *Bern. de Buſt. ſerm. 1. de Nominat. Mariæ.*

Michol, quia pietate pleniſſima, Michol enim interpretatur Pietas. *Idem ibidem.*

MICROCOSMVS Sanctus, ideſt ſine terra, in quo vbique dies ſine nocte, ſine vmbra. *Ern. Prag. in Mariali cap. 11.*

Microcoſmus Eccleſiæ; ſicut enim in creatione mundi in homine collecta eſt omnis creatura, ideo Microcoſmus, ſic in reformatione mundi in Virgine collecta eſt omnis Eccleſia, & ſanctorum perfectio, vnde Microcoſmus Eccleſia dici poteſt; quicquid enim in quolibet ſancto fuit illuſtre, in illa patientia Iob, manſuetudo Moyſis, fides Abrahæ, caſtitas Ioſeph, humilitas Dauid, ſapientia Salomonis, zelus Eliæ: in illa puritas Virginum, fortitudo Martyrum, deuotio Confeſſorum, ſapientia Doctorum, contemptus mundi Anachoritarum: in illa demum ſapientiæ, ſcientiæ, & intellectus donum, pietatis, & fortitudinis, & omnia dona Spiritus, & omnis gratia gratis data, quam ponit Apoſtolus. *S. Thomas de Villanoua in Conc. 3. de Natiuit. B. Virg.*

MINERA argenti, ideſt, humanitatis Chriſti Iob. 28. *Ern. Prag. in Mariali cap. 40.*

MINERVA clementiæ. *Io. Trithem. lib. 1. de Miracul. B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

MINISTRA omnium operum pietaris apud fideles. *D. Ignat. Epiſtola 1. ad S. Io. Euangeliſtam*

Miniſtra, vt pateret aditus iuſtitiæ. *D. Gregor. Nyſſenus orat. in Chriſti Natiuit.*

Miniſtra Chriſti, operis exhibitione, & fidei rigidiſſima veritate. *S. Auguſtin. in lib. de Aſſumpt. B. Mariæ tom. 9. operum eius.*

Miniſtra delitiarum ſanctarum. *Andreas Cretenſ. in orat. 2. de Annunc. B. Virg.*

Miniſtra incarnationis. *S. Sophronius in Epiſtola ad Sergium Patriarcham Conſtantinop. & D. Bernard. Seuenſ. ſerm. 1. de conſenſu Virg.*

Miniſtra æterni myſterij. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS. Dominæ noſtræ Dei Parentis, quando fuit oblata in templo.*

Miniſtra verè maximi myſterij. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Miniſtra diuini conſilij. *Simeon Metaphraſtes in orat. de ortu, vita, & Aſſumpt. B. Virg.*

Miniſtra incarnationis diuinæ. *Idiota de B. Virg. parte 14. contemplat. 22.*

Miniſtra Angelis longe expeditior, omnes ſimul operationes, omneſque virtutes, omniũ pariter ſupernorum ordinum ſola abundantius, multoque amplius poſſidens. *Io. Geom. ſerm. in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

Miniſtra ſingularis pudicitiæ, ex cuius vtero ſancto Chriſti infantia ſuſcepta eſt. *D. Fulbert. Carnotenſis ſerm. 3. de Natiuit. B. Virg.*

Miniſtra propitiationis. *D. Bernard. ſerm. de B. V. ſuper illud Apocal. Signum magnum.*

Miniſtra humanitatis Filij Dei. *Philip. Abbas lib. 3. in Cant. Cantic. cap. 19.*

Miniſtra ſingularis myſterij, nulli à ſæculis ante ipſam plenè reuelati. *Gulielm. Paruus in cap. 14. Canticorum.*

Miniſtra ſingularis ſanctæ incarnationis. *Idem in cap. 5. Cantic.*

Miniſtra diuinæ diſpenſationis, nempè incarnationis Filij Dei. *Balduin. Deuon. in Tractatu de Salutat. Angelica.*

Miniſtra incarnationis dominicę. *Rich. à S. Laurentio de laud. Virg. lib. 1. & Ioan. Picus lib. 1. in Cantic. cap. 11.*

Miniſtra Dei. *D. Bonauent. in Speculo B. V. cap. 9. & Iacob. de Vorag. in Mariali ſer. 12.*

Miniſtra myſterij incarnationis. *Emanuel Pal. Imperator in orat. de Dormit. Virg. & Ant. Pocq. ſerm. 10. de Concept. B. V.*

Miniſtra ſalutis generis humani. *Emanuel. Pal. Imperator in orat. de Dormit. V.*

Miniſtra myſterij vltra vires naturæ. *Iſid. Theſſalonic. orat. de Annunc. B. V.*

Miniſtra rerum humano captu altiorum. *Idem ib. dem.*

Miniſtra Filij ſui. *D. Bernard. Seuenſ. Tom. 3. ſer. 2. de glorioſo Nom. Mariæ.*

Miniſtra Dei, cui Deus commiſit officium miniſtrandi, & diſpenſandi omnes eleemoſynas, & gratias, quas de Cælo in terram ad nos emittit. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 1. de Nominat. Mariæ.*

Miniſtra ſancta, quæ de cella vinaria, id eſt, de abundantia ſpiritus ſancti, propinat vinum dulciſſimum illis, qui ſunt in via, ad aliquãlem ſatietatem; illis vero, qui ſunt in Patria, ad plenam ebrietatem. *Idem ibidem.*

Miniſtra ſola myſterij incarnationis diuinę à Deo electa. *Claudius Rap. Celeſt. ſerm. 2. de Concept. Beatæ Virg.*

Miniſtra Dei bona, non quærens gloriam propriam, ſed eius, cui miniſtrat. *Maur. de Villaprobata ſerm. 28. Coronæ nouæ B. M.*

Miniſtra Dei ratione noſtri, & reſpectu omnium; Deus enim ei commiſit officium miniſtran-

niſtrandi, & diſpenſandi omnes elemoſynas, & gratias, quas de Cęlo ad terram ad nos mittit. *Idem ibidem.*

Miniſtra reſpectu Filij Dei, cui ſedulo miniſtrauit. *Idem ibidem.*

Miniſtra digna diuinæ incarnationis Verbi Dei. *Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Conc. B. V.*

MINISTRATRIX Chriſti in omni opere; Hunc enim in vtero geſſit, partuque profuſum alnit, & fouit, atque, vt Euangelium ait, in præſepio reclinauit, & à facie Herodis in Ægyptum fugiens abſcondit, & omnem infantiam eius pro Matris affectu ità proſecuta eſt, vt vſque ad Crucem, in qua Filium perfectum iam virum vidit pendentem, ab eius indubitanter miniſterio non receſſerit, conſecuta eum non ſolum greſſibus pedum, tanquam pro reuerentia Dei, verum etiam imitationis affectu. *D. Auguſt. in lib. de Aſſumpt. B. M. Tom. 9. operum eius.*

Miniſtratrix Chriſti ſpiritualium operum qualitate deuotiſſima. *Idem ibidem.*

Miniſtratrix Dei. *Idem ibidem, & D. Bonauent. in opuſculo B. V. cap. 10.*

Miniſtratrix ſubſtantiæ temporalis Deo. *D. Auguſtin ſer. 1. de Natiuitate Domini.*

Miniſtratrix, & famula, in omni deuotione miniſtrans Filio: Princeps, & Domina earum mulierum, de quibus dicitur Luc. 8. quod ſecutæ ſunt eum à Galilæa, & miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 10. Luc.*

Miniſtratrix ſollicita Dei; manibus enim ſuis laborauit vt ſubueniret Deo homini pro ſalute omnium indigenti. *D. Bern. Senenſis Tom. 2. ſermone 51.*

Miniſtratrix ſubſtantiæ humanationis Dei. *Dionyſ. Carth. in Cant. art. 12.*

Miniſtratrix Chriſti fide, & opere. *Bernard. de Buſtis ſerm. 1. de Aſſumptione B. M.*

MIRACVLVM, cuius excellentia, ad ſtuporem perducit hominum mentem. *D. Epiph. libr. 3. aduerſus Hæreſes Hæreſi 78.*

Miraculum in Cęlis ſtupendum. *Idem in ſermone de laud. Virg.*

Miraculum præſtantiſſimum vniuerſi orbis terræ. *D. Ephrem in ſerm. de laud. M. V.*

Miraculum inenarrabile. *S. Ioan. Chryſoſtomus orat. de Annunciat. Beatæ V.*

Miraculum reuera magnum, quo nihil maius, aut illuſtrius vllo vnquam tempore inuentum eſt, nec aliquando inueniri poterit. *Idem orat. in Hypapant.*

Miraculum vniuerſi præſtantiſſimum. *S. Proclus orat. 5. quæ eſt de laud. Beatæ Virg.*

Miraculum diuulgatum Angelorum. *Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunciatione.*

Miraculum in ſtirpe Iudęorum patefactum. *D. Hildephonſ. lib. 1. de Virginit. S. Mariæ c. 1.*

Miraculum miraculorum. *S. Ia. Damaſc. orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Miraculum Angelorum. *S. Ioſeph hymn. in Mariali, & Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 11. Lucæ.*

Miraculum inexplicabile. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Miraculum intelligibile. *Idem ibidem.*

Miraculum omni intellectu ſuperius. *Idem ibid.*

Miraculum, quod cęlo, & terra non capitur. *Simeon Metaphraſtes orat. de ortu, vita, & Aſſumptione Beatæ Virg.*

Miraculum magnum. *Ioan. Geometra ſerm. in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

Miraculum, nec ipſis Seraphim ſatis celebrandum, nec Cherubim plane perſpicuum, nec ſuperioribus omnibus, inferioribuſque ordinibus omnino comprehenſum. *Idem ibidem.*

Miraculum tota, quia ſingulariter, & ſine exemplo Mater eſt, & Virgo. *Guarric. Abbas ſerm. 3. de Annunciat. B. Virg.*

Miraculum ſuper terram. *D. Bruno Carthuſianus ſerm. 1. de laud. Beatæ V. M.*

Miraculum cunctorum filiorum, vel filiarum hominum. *Rupertus Abbas lib. 2. Commentar. in Cantic. Canticorum.*

Miraculum admirandum hominibus. *Iac. Monachus in Mariali orat. 6.*

Miraculum ſuauiſſimum, & intelligibile. *Idem ibidem.*

Miraculum miraculorum, qua Deo excepto nihil magnificentius. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Præſentat. Beatæ Virg.*

Miraculum præcipuum in ſacrario diuino repoſitum. *D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15. c. 24.*

Miraculum grande, ob tot, & tanta ſupernaturalia, mirabilia, incomprehenſibilia, & diuina in ea facta, & quia ipſa ſuper omnem naturam, curſum, legem, & ordinem entium naturalem, fuit eminenter ſublimata. *Dion. Carthuſian. lib. 1. de laud. Virg. art. 29.*

Miraculum grande, quia fontem totius ſupernaturalis, ac naturalis ſapientiæ, ac ſcientię, ſapientiam increatam, Filium Patris æterni, eſſentialiter, & incircumſcriptibiliter ſapientem concepit, & peperit, mente, & corpore tulit. *Idem ibidem.*

Miraculum mirabilius, atque excellentius omni miraculo, quod in creaturis peruentum eſt. *Idem ibidem.*

Miraculum in natura, ex qua tot, & talia congeſta ſunt mirabilia, vt ea nulla capiat intelligentia. *Ioan. Mauburn. in Roſario de ortu Mariæ membro 6.*

Miraculum magnum orbis. *S. Thom. de Villanoua in Conc. 4. de Aſſumpt. B. Virg.*

Miraculum ſingulare totius orbis. *Ludou. Bloſius in Endologia 1. ad B. Virg.*

MISERATRIX miſerorum. *D. Birgitta libr. 6. Reuelation. cap. 39.*

Miſeratrix cunctorum fidelium. *Dionyſ. Carthuſ. de laud. Virg. lib. 3.*

Miſeratrix precipua miſerorum. *Idem lib. 1. de prec. Mariæ art. 9.*

Miſeratrix omnium miſerorum. *Thom. à Kempis in Soliloquijs cap. 24.*

Mi-

Miſeratrix generis humani. *Ioan. Mauburnus in Roſario de gloria Virg. membr. 5.*

Miſeratrix peccatorum. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 12. Coronæ nonæ B. M. & D. Bonauuent. in Canticis Pſalterij Beatę Mariæ V.*

MISERICORDIA ad miſeros. *Petrus Cellenſis ſerm. 6. de Aduentu.*

Miſericordia ipſa, vnde & Heſter in figura eius alio nomine Ediſſa vocabatur, quod eſt interpretatum miſericordia. *Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt cap. 195.*

Miſericordia ipſa; quod enim dicitur in abſtracto de aliquo, maximè commendatur, & de iuſto, quod eſt ipſa iuſtitia, de miſericordia, quod eſt ipſa miſericordia, in huius figuram legitur Heſt. 2. Quod Heſter Reginæ, quæ interpretatur humilis, dicta etiam eſt Ediſſa, quæ interpretatur miſericordia. *D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 1. cap. 20. quod eſt de gratia priuilegiorum ſingularium Beatæ Mariæ.*

Miſericordia ſola Reginæ Cęli deberet mortales vniuerſos ad eius amorem efficaciter flectere; ſunt enim tot, tam crebra, tam illuſtria eius virtutis teſtimonia, vt ſaxa quoque ipſa poſſint emollire. *Ioann. à Ieſu Maria Tom. 3. Oper. ſuor. in Tractatu de amore, cultuque Reginæ Cęli 1. par. cap. 10.*

MISTVM appoſitum diuinæ temperationis. *S. Io. Damaſc. orat. 4. de Natiuit. B. Virg.*

MIXTIO rerum non commiſcibilium. *Io. Geometra ſerm. in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

MIXTVRA non couſuſa Dei potentis, & humanæ ſobolis, quæ fragilis ſtipula eſt. *Ioan. Geometra in B. Virg. Hymn. 1.*

MODERANTIA in proſperitate ſeruis ſuis. *Adam de Perſenia in Mariali fragm. 2.*

MODERATRIX fida totius vitæ noſtræ. *Henric. Suſon. in orat. ad SS. V. Mariam.*

MODVLVS omnium virtutum. *Richard. à S. Lauren. de laud. Virg.*

Modulus totius bonitatis. *Idem de laud. V. l. 7.*

MOENIA infracta regni, per quam excitanter trophæa, & decidunt inimici. *Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunc.*

MOEROR Dęmonum. *S. Anſelm. hymn. 2. Beat. Dei Genitricis.*

MOESTITIA Dęmonum. *Albertus Magn. in Biblia Mariæ ſuper librum Iob.*

MONARCHA totius mundi. *Bernard. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M. & D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 22.*

MONARCHISSA inclytiſſima Paradiſi Cæleſtis. *Frideric. Fornerius lib. 5. cap. vlt. Palmæ triumphalis.*

Monarchiſſa potentiſſima Cęli, & terræ. *Idem in Epiſtola dedicat. Palmæ Triumphalis.*

MONILE Paradiſi inexplicabile. *D. Epiphan. ſerm. de laud. Virginis.*

Monile pretioſum Virginitatis. *Andr. Creten ſis orat. 1. de Dormit.*

Monile pretioſum, quod vitam ſuſcepit. *S. Ioan. Damaſc. orat. 2. de Aſſump. B. Virg.*

Monile ſanctiſſimi Spiritus. *Nicetas Dauid homil. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Monile, quia ſi monilia fabricari ſolent ex auro, argento, & gemmis: Maria ex auro Cæleſtis ſapientiæ, & argento tinnulæ, & perfectæ eloquentię, & ex gemmis totius operationis bonæ fabricata è manu Artificis Cęleſtis, id eſt, operatione Spiritus ſancti, vel ſapientię Dei, vnde dicitur ei à Filio Cantic. 7. Iuncturę femorum tuorum ſicut monilia, quę fabricata ſunt manu artificis. *Richard. à S. Laurentio de Laud. Virg. lib. 5.*

Monile, quod dicitur à monade, id eſt ab vnitate: quia morſu quodam vnit vtramq; partem capitis, & ſic munit ſinum mulieris, ne adulter mittat manum; habet enim monile tria officia: exteriora ornat, interiora celat, corruptores propulſat. Nam Maria dexterâ partem, & ſiniſtram tunicę Domini iſcon ſutilis, quæ deſignat Eccleſiam, vnit, ideſt, actiuos, & contemplatiuos, vel Iudęos, & Gentiles ad fidem conuerſos ornatu virtutum ſuos venuſtat, eorum peccata, ne coram Deo appareant ad vindictam, pallio charitatis velat, corruptores animarum, id eſt, Dæmones ab eis exterret, & elongat. *Idem ibidem.*

Monile, quod dicitur à monendo, quia Maria, quæ prima vouit virginitatem verbo, & exemplo monet omnes ad caſtitatis virtutem. *Idem ibidem.*

Monile Dei, nos ornans ſuis exemplis, pectus noſtrum muniens ſuis prædijs, ne Dęmones illuc intrare poſſint duiſos, ac ſeparatos à Deo coniungens, & vniens, & animas noſtras ſignans, per quod Dęmones admonentur, ne eas contingant, cum ſint ſponſę Dei. *Iacobus de Voragine in Mariali ſerm. 9. C.*

Monile Dei, nos ornans ſuis exemplis, muniens pectus noſtrum ſuis prædijs, ne Dæmones illud intrare poſſint, diuiſos, & ſeparatos à Deo coniungens, & animas noſtras ſignans, per quod Dęmones admoneantur ne ipſas contingant; dicitur enim monile à muuere, quia ſponſi talia ornamenta ſponſis ſuis olim dare conſueuerant, vt ſe ornarent; vel dicitur à muniendo quia pectus ſponſæ munit, ne aliquis manus impudicas apponat; vel dicitur ab vniendo, quia duo ora Capitij iungit, & quaſi vnum de ipſis facit, & ideo dicitur monile à moneos, quod eſt vnum, vel ſic dicitur à monendo; quia admonebat videntes, abſtinere ab illa tanquam à coniugata. Olim enim ſolummodo nupta deferebat monilia. *Bernard. de Buſt. ſerm. 2. de Aſſimil. B. M.*

MONIMENTVM per quam venerabile. *S. Amphil. Sydæ Epiſt. orat. in S. Deipar.*

Monimentum virginitatis. *S. Ioan. Damaſceu. in Paraclet. Beatæ Virg.*

Monimentum venerandum virginitatis. *S. Ioſeph Hymnograph. in Mariali.*

Monimentum ſplendidum virginitatis. *Theodorus Laſchus Imper. in Can. ad SS. Deipar.*

Moni-

Monimentum Deo conſecratum. *Iacobus Monachus in Mariali orat.4.*

Monimentum diuinum in templo præſentatum. *Idem in Mariali orat.3.*

Monimentum puriſſimum à Deo honoratum. *Idem in Mariali orat.4.*

Monimentum ſublimiſſimum, ac puriſſimum, in quo theſauri gratiæ repoſiti ſunt, in quo ſalutis noſtræ pignora collocata ſunt, in quo diuinæ prouidentiæ, & gubernationis diuitiæ ineffabiliter ſitę ſunt. *Idem in Mar.orat.3.*

Monimentum verum virginitatis. *S.Io.Damaſc. Can.in SS.Apoſtolos Petrum, & Paulum.*

MONITORIVM caſtitatis; ideo enim comparatur monilibus, quę dicuntur monilia, quaſi caſtitatem monentia, quia ad continentię munditiam ipſa per exemplum nos commonet, & inuitat. *Ioan. Hailgrinus in c.7. Cantic. Canticorum.*

MONITRIX ſaluberrima viuentium in coniugio. *D. Birgitta in ſerm. Angelico de Excellentia Virg. cap.19.*

MONS, de quo abſciſſus eſt lapis ſine manibus, qui impleuit ſua magnitudine totam terram. *S. Iacobus minor Apoſtolus ſer. in Tranſitu B. Virg. apud Amadeum Raptu 8.*

Mons Dei manifeſtus. *D. Dionyſ. Alexandrin. in Epiſt. contra Paulum Samoſaten.*

Mons vmbratus Spiritus ſancti. *S. Methodius homil. feſti Purificat. Beatæ Virg.*

Mons opacus, & denſus, ex quo venit ſanctus. *D. Athanaſ. de diſſis, & interpretation. Parabolarum Sacræ Scripturæ quæſt.82.*

Mons, qui Deo placuit ad habitandum in eo, nã Dominus in æternum habitabit. *Idem ibid.*

Mons, quia quemadmodum ij, qui campo aberrantes, & calore eſtuant, ſi montem ſubeant, velut rore conſperſi in vmbra ſubter arbores montis, vel aqua ſedant æſtum flammæ: ad eundem modum, hominibus quoque facta eſt ſancta Virgo, quę rore quodam ſui partus animas hominum eſtu peccati confectas in vitam reuocauit, & in vmbra alarum ſui Filij fouit. *Idem ibidem.*

Mons Syon, in quo habitauit Dominus noſter Ieſus Chriſtus. *Idem ibidem.*

Mons nullatenus inciſus, præruptam habens petram Chriſtum, de qua ſapientiſſimus Daniel: Abſciſſus eſt lapis de monte, ſine manibus, hoc eſt, abſque viro ſolidam petram Chriſtum virgo peperit. *D. Epiphan. in ſerm. de laud. Virgin.*

Mons, de quo abſciſſus eſt lapis ſine manibus, id eſt natus Chriſtus ſine opere nuptiarum. *D. Hieronym. in Epiſtol. ad Euſtochium de cuſtod. Virginit. Tom.1.*

Mons, ex quo abſque manuum iniectione abſciſſus eſt lapis, quem prædixit ſapientiſſimus Daniel cap. 2. *S.Io.Chryſ.orat.7. in SS.Deip.*

Mons virgineus, de quo preciſus eſt lapis ſine manibus. *S.Proclus orat. 6. quæ eſt de laudib. Beatæ Virg.*

Mons diuinus. *S. Sabba in Menais Græcorum, die 25. Iulij.*

Mons Dei, pinguis, coagulatus, in quo beneplacitum fuit Deo habitare in eo Pſalm. 67. *Andr.Cretenſ.in Annunc.B.Virg. & S. Io. Damaſc.orat.1. de Aſſumpt.B.M.*

Mons diuinus Danieli oſtenſus, ex quo ſine manus ſectione lapis inſectus, Chriſtus abſciſſus eſt petra vitæ, vnicus Filius ex ea exiſtens. *Andr.Cretenſ.Can.in 7.Machab.*

Mons diuinus, lapicidæ manu intactus. *Idem Can. in Iſaiam Prophetam.*

Mons inſectus, ex quo lapis ſecundum carnem abſciſſus eſt Deus noſter. *Idem Can. in Natiuitate S. Ioan. Præcurſ.*

Mons intelligibilis. *Idem in Can. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Mons lapicidæ manu non tactus, ex quo abſciſſus eſt lapis ſecundum carnem Deus noſter. *Idem Can.5. in partu B.Virg.*

Mons magnus, à Daniele deſideriorum viro, viſus, Dan.2. *Idem orat.1.in Annunc.B.V.*

Mons magnus, ex quo lapis ſine manibus viri ſumptus, non excuſus, ablatus, non diuiſus, aſſumptione noſtrę humanitatis. *Idem orat.3. de Dormit. Beatæ Virg.*

Mons ſanctus, quem in ſpiritu Daniel Propheta prænidit, ex quo lapis ille reciſus eſt, qui diuino robore idolorum aras contriuit. *Idem Can. in Mariæ Conceptione.*

Mons ſanctus, quem vidit Propheta, ex quo ille lapis abſciſſus eſt, illa petra, quæ peccatorum propitiationem effudit. *Idem Can. in Natiuit. S. Io. Præcurſ.*

Mons Syon, coagulatus, & pinguis, in quo beneplacuit Deo habitare, ex quo in carnem concretus, quæ ſicut nos eſt intelligenter animata, is fuit coagulatus, qui eſt ſuper eſſentialis. *Idem orat.3.de Dorm.SS.Virg.*

Mons vmbroſus, ab Abacuc Propheticè decantatus cap.3. *Idem orat.1.in Annunc.B.V.*

Mons vmbroſus, non ingratum populum Iudęorum, ſed electum Dei populum gentem ſanctam maternis ſuis tædis illuſtrans. *Idem orat.3. de Dormit.Virg.*

Mons virginalis, ex quo exciſus eſt lapis, nempè Chriſtus, abſque manibus ſeminationis, & corruptionis. *Anaſtaſ. Synaita lib.8. Anagog. Contemplat. in Exameron.*

Mons, vnde lapis angularis abſciſſus eſt ſine manibus. *Chryſippus in orat.3.de S. M. Deip.*

Mons, cuius præcellentiſſimam dignitatem Eſaias vaticinans ait: Erit in nouiſſimis præparatus mons Domus Domini in vertice montium. *D. Gregor.Magn.in lib.1.Reg.c.1.*

Mons, de cuius fructu Dauid Deo exultans, ait: Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum ſuum. *Idem ibidem.*

Mons Ephraim, quia dum ineffabili dignitate diuinæ generationis attollitur, in eius fructu arida humanæ conditionis germina reuireſcunt. *Idem ibidem.*

Mons

Mons frugifer, de quo optimus fructus, id eſt, nouus homo generatur. *Idem ibidem.*

Mons in vertice montium, quia eam ſupra Angelorum altitudinem diuina fœcunditas leuauit. *Idem ibidem.*

Mons in vertice montium, quia eius altitudo ſupra omnes ſanctos refulſit. *Idem ibidem.*

Mons omnẽ electę creaturę altitudinem electionis ſuæ dignitate tranſcendens. *Idem ibid.*

Mons ſublimis, quæ vt ad conceptionem ęterni Verbi pertingeret, meritorum verticem ſuper omnes Angelorum choros vſque ad ſolium Deitatis erexit. *Idem ibidem.*

Mons generis Iudęorum, de quo lapis Chriſtus abſciſſus eſt, ſine manibus præcidentis, id eſt, ſine operatione corruptionis. *D. Hildephonſ. lib. de Virginitate S. Mariæ cap. 6.*

Mons illuſtriſſimus, ſuper quem inſtar ſolis aſcendens, apparuit Dominus, in quo etiam monte refugium quærimus. *Anonym. in Menæis Græcorum die 14. Auguſti.*

Mons nunquam inciſus, ex quo Chriſtus abſciſſus ſine manibus, lapis angularis proceſſit, inter ſe coniungens duas diſſentientes naturas diuinam, & humanam. *Idem in Menæis Græcorum die 28. Februarij.*

Mons vmbroſus, in quo placuit Verbo habitare, in quo cum recubuiſſet natura, declinauit peccati exuſtionem, ex quo ſine manibus deuolutus lapis angularis, inimici contriuit imaginem, & redegit in puluerem. *Geor. Nicomed. in orat. de exitu SS. Dominæ noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Mons Dei pinguis, vmbroſus, non cęſus, & in oculis omnium poſitus. *S. Germ. in ſuo Mar.*

Mons Dei pinguiſſimus, & condenſus, in quo contritus rationalis Agnus, peccata noſtra, & morbos tulit. *Idem orat. in Præſent. Beatæ Virginis.*

Mons Deo inciſus, ex quo multus gemituum fumus in paſſione Filij. *Idem in ſuo Mariali fragm. 16.*

Mons, è quo deuolutus nulla manu pręciſus lapis, contriuit aras Idolorum, & factus eſt in caput anguli mirabilis in oculis noſtris. *Idem orat. 1. in Præſentat. B. Virg.*

Mons fumigans. *Idem ſerm. in Natiu. B. V.*

Mons ſanctus, vmbroſus, & condenſus, de quo abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo. *Idem ibidem.*

Mons Dei ſacratus, & illuſtriſſimus, ſuper ipſa cęleſtium manſionum cacumina eleuatus. *Coſmas Hieroſolym. in Menæis Græcorum die 15. Auguſti.*

Mons ſpiritualis, vnde modo quodam arcano, qui explicari non poteſt, abſciſſus eſt lapis ille pretioſus, qui contriuit ſuperſtitionis tenebroſę ſtatuam, atque nos gratiæ ſuę radijs illuminauit. *Idem in Menæis Græcorum die 28. Ianuarij.*

Mons vmbroſus, & denſus, ex quo venit Deus incarnatus. *Idem in Theogoniam hymn. 1.*

Mons Danielis, ex quo angularis lapis Chriſtus ita abſciſſus eſt, vt viri cultrum minimè ſubierit. *S. Io. Damaſc. orat. 1. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Mons Dei clariſſimus, collem omnem, ac montem, id eſt, Angelorum, & hominum ſublimitatem exſuperans, ex quo citra vllam manuum operam, corporeo modo excidi voluit lapis angularis Chriſtus vna perſona diſtinctas naturas copulans, diuinitatem nimirum, & humanitatem. *Idem orat. 1. de Natiuitate Beatæ Mariæ.*

Mons Dei, in quo ante omnia ſęcula complacuit habitare Verbo diuino. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

Mons Dei ſanctus, animatus. *Idem orat. 3. de imaginibus.*

Mons diuinus, animatus, in Sion Monte ſancto inhabitans. *Idem orat. 3. de Aſſumpt. B. V.*

Mons diuinus, ex quo abſciſſus eſt lapis ille, qui Idolorum ſimulacra contriuit, animę noſtręIdola, & cordis noſtri lapideam duritiem expellens. *Idem in Paracl. B. M. V.*

Mons diuinis obumbratus chariſmatis, quem perſpicacibus Abacuc longe pręuidens oculis, ex eo venturum eſſe ſanctum, vaticinatus eſt, Iſraelitam, qui ſaluos nos faceret, & reformaret. *Idem in Canticis Eccleſ. Græcorum ſono 1.*

Mons diuinus, ſuperexaltatus in domo Domini ſuper virtutes vniuerſas. *Idem in Cant. Eccleſiaſtic. Græcorum ſono 2.*

Mons Domini. *Idem orat. 1. de Natiu. B. Mariæ, & D. Antonius de Padua ſerm. 2. in Sab. Dominic. 2. Quadrag. de Transfigurat. Domini in B. V.*

Mons, in quo Deus prodijt infans. *S. Ioan. Damaſcen. in carmine de Chriſti Natiuitate.*

Mons, ex quo lapides non exciduntur, lapis tamen angularis Chriſtus ex eo ſine manibus, exciſus eſt, atque diſiunctas coniunxit. *Idem in Canone de S. Trinitate.*

Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo. *Idem orat. 1. de Natiuit. B. M. & Leo Imperator in orat. de Natiu. B. V.*

Mons intacti lapidis. *S. Io. Damaſc. in Cantic. Græcorum ſono 1.*

Mons lucidiſſimis virginitatis ſplendoribus coruſcans, ex quo abſciſſus eſt lapis, qui erroris Idola contriuit potentia diuinitatis. *Idem in Paraclet. Beatæ Virg.*

Mons non ex lapidibus exciſus, ex quo lapis nulla manuum ope exciſus, totum terrarum orbem implenit. *Idem orat. 3. de Aſſump. B. V.*

Mons opulentiſſimus, de quo Redemptor proceſſit. *Idem in Menæis Græcorum die 15. Ianuarij.*

Mons ſpiritualis ex Daniele. *Idem in ſermone de Annunciatione.*

Mons vere Deo gratus, ex qua nouus Iſrael vetere præſtantius, diuturniuſque ſanctificatur. *Idem orat. 4. de Natiuit. Beatæ Virg.*

Mons vmbroſus, quem Abacuc Propheta præuidit, obumbrans nobis paſſionum æſtu iactatis, & in vmbra mortis à malis perturbantibus liberans nos. *Idem in Paraclet. Beatæ Virginis.*

Mons inumbratus à gratia. *Theoph. Nicenus in Menæis Græcor. die 20. Ianuar.*

Mons ſanctus. *Idem hymn. in Annuciat. SS. Deipar. & D. Bonauent. in Speculo B. V. cap. 12.*

Mons Dei, in quo ſibi complacuit Verbum ante omnia ſæcula inhabitare. *S. Ioan. Damaſc. in Can. Sanctiſſ. Deipar.*

Mons Dei omninò inexciſus. *Idem in Octoec. Græcorum.*

Mons Dei ſanctus, & clariſſimus ſuper cœleſtes manſiones exaltatus. *Idem Can. 2. in Dormit. Beatæ Virg.*

Mons Deo ambulabilis. *Idem in Octoec. Græcor.*

Mons, ex quo ineffabiliter abſciſſus lapis, inferni portas contriuit. *Idem ibidem.*

Mons, ex quo Verbum nouus infans egreſſus eſt ad reſtaurationem populorum. *Idem Can. in Natiuitat. Domini.*

Mons inexciſus, ex quo lapis ſine manibus abſciſſus ſummangularis ſectus eſt, Chriſtus inquam, qui differentes vniuit naturas. *Idem in Octoec. Græcorum.*

Mons intellectualis. *Idem Can. in Annunciatione Deiparæ.*

Mons lapicidę manus non expertus, quem prius vidit Daniel, ex quo ſummangularis lapis excíſus eſt. *Idem in Can. SS. Deip.*

Mons à Daniele viſus, virginitatis radijs ſplendide coruſcans, ex quo abſciſſus eſt lapis, qui robore diuinitatis erroris ſimulacra contriuit. *S. Joſeph Hymnog. in Mariali.*

Mons à lapicida intactus, & à petra ſimili natus, fructificans intellectualem lapidem, qui vniuerſa ſuperbiſſimi hoſtis ſimulacra confringet. *Idem ibidem.*

Mons à lapicidæ manu immunis, ex qno Deus manifeſtatus eſt, nobiſque ſalutem dedit. *Idem ibidem.*

Mons Dei clariſſimus. *Idem ibidem*

Mons Dei, ex quo veritas manifeſtatur. *Idem ibidem.*

Mons Dei noſtri, in quo notæ factæ ſunt illius viæ, dum carnem ex ea emendicauit, noſque ad priſtinam dignitatem reduxit. *Idem ibid.*

Mons Dei ſanctus, ex quo exciſus eſt lapis, qui aras, & ſimulacra Dæmonum comminuit, homines autem, templa, & veneranda habitacula effecit. *Idem ibidem.*

Mons diuinus, virtutibus vndequaq; vmbroſus, ex quo ſalutare Verbum manifeſtatum eſt in reſtaurationem, & illuminationem animarum noſtrarum. *Idem ibidem.*

Mons, ex quo lapis Chriſtus ſine manibus abſciſſus eſt, qui ſimulacra erroris contriuit. *Idem ibidem.*

Mons lucidiſſimus, à Deo dilectus. *Idem ibid.*

Mons magnus, à Daniele in ſpiritu viſus, & deſcriptus, ex quo lapis abſciſſus Dæmonum ſculptilia comminuit. *Idem ibidem.*

Mons pinguis, & coagulatus ſpiritu. *Idem ibid.*

Mons pinguis, & incraſſatus, à Deo dilectus. *Idem ibidem.*

Mons pinguis, ex quo aduenit Chriſtus, qui malitiæ montes contriuit. *Idem ibidem.*

Mons ſublimis, ex quo abſciſſus fuit ſine manibus hominum lapis Chriſtus, qui erroris ſimulacra comminuit, & per ſcientiam perpetua ſalute fideles donauit. *Idem ibidem.*

Mons virtutibus vmbroſus, ex quo apparuit nobis ille, qui illuminat animas noſtras. *Idem ibidem.*

Mons vmbroſiſſimus, à Deo dilectus. *Idē ibid.*

Mons vmbroſus, à Propheta intellectualiter prænuſus, ex quo Dominus verè illuxit in ſimilitudine carnis, vt humanum genus à corruptione liberaret. *Idem ibidem.*

Mons vmbroſus, ex quo Deus incorporatus apparuit, virtute occultans veriſſime cæleſtia. *Idem ibidem.*

Mons vmbroſus, ex quo venit Deus ſanctus incarnatus. *Idem ibidem.*

Mons vmbroſus, homines multorum peccatorū flamma liquefactos, per ſuas acceptiſſimās interceſſiones vmbra gratiæ refocillans. *Idem ibidem*

Mons vmbroſus, quem olim præuidit Habacuc, ferens Verbum illud, quod à delictorum flamma, & à peccatorum combuſtione vniuerſos obumbrat. *Idem ibidem.*

Mons ſanctus, ex quo pretioſus ille angularis lapis Chriſtus Deus noſter, nulla manuum opera abſciſſus, Dæmonum delubra, ac inferni Regiam, vna cum Tyrannide contriuit. *Photius Conſtantinop. ſerm. in S. M. Natinit.*

Mons ab eminentia omnium charitmatum, & virtutum, in quo beneplacitum fuit Deo habitare in ea nouem menſibus corporaliter, & in quo ſecundum quod Deus habitabit in finem, id eſt fine, ſine termino, & ſine menſura. *Idiota de B. V. par. 14. contempl. 23.*

Mons anguſtus in cacumine propter Filij natiuitatem, cuius modus incomprehenſibilis eſt & ſine exemplo ſingularis. *Idem ibidem.*

Mons coagulatus per integritatem virginitatis. *Idem ibidem.*

Mons, de quo ſine manibus, id eſt opere virili abſciſſus eſt ille lapis, id eſt Chriſtus Ieſus Filius eius benedictus. Daniel cap. 2. *Idem ibid.*

Mons domus Domini eleuatus ſuper omnes colles, id eſt ſanctos, quos omnes dignitate tranſcendit, & qui omnes inferiores ea ſunt. *Idem ibidem.*

Mons, in quo debent adorare veri adoratores. Ioan. 4. *Idem ibidem.*

Mons latus in pede per humilitatem, quę eſt fundamentum eius, latius, & profundius, quam omnium ſanctorum. *Idem ibidem.*

Mons Olineti, ſic dictus propter copiam oliarum; copioſiſſima enim eſt in miſericordia

copio-

copiosa, quia Deus eam cumulauit plenitudine gratiarum, & fecit eam matrem misericordiæ. *Idem ibidem.*

Mon pinguis pinguedine charitatis, adipe deuotionis, vbertate fœcunditatis, oleo misericordiæ, & pietatis, & melle contemplationis. *Idem ibidem.*

Mons præparatus in nouissimis diebus, mons domus Domini in vertice montium, scilicet eleuatus super omnia, ad quem fluunt omnes gentes Isai 2. *Idem ibidem.*

Mons, quia sicut mons exaltatur super terram, sic Beata Virgo exaltata fuit super omnes puras creaturas in incarnatione benedicti Filij sui, per quem fuit Virgo Mater, & sicut mons, quicquid venit de sursum, prius suscipit, & indè descendit ad valles propinquas, sic Virgo gloriosa in incarnatione benedicti Filij sui suscepit prior omne datum optimũ, & de plenitudine ipsius accipiunt humiles propinquiores ei per veram dilectionem. Et sicut mons est receptaculum ferarum, quia montes excelsi cerui petra refugium illorum Psal. 103. sic Virgo puriſſima est rutissimum refugium illorum, qui fugiunt à facie arcus, id est diuini iudicij, & illorum, qui mundum fugiunt, quia de mundo non sunt, quos mundus exagitat detractionibus, & maledictis. *Idem ibidem.*

Mons Sion, in quem Deus descendit in incarnationem, manente in ipsa Beata Virgine integritate virginitatis, sicut ros descendit in lilium sine lilij corruptione. *Idem de Beata Virgine par. 8. Contempl. 7.*

Mons pinguis, cuius pinguedinem videns naturæ Cultor, & Sator, ex ea omnium bonorum abundantiam nobis produxit. *Leo Imperat. in orat. de Assumpt. B. V.*

Mons nullam habens scissionem, virtutibus condensus, & vmbrosus. *Ioan. Geometra serm. de Annunc. SS. Dei Genitricis.*

Mons altissimus montium. *Guarricus Abb. ser. 1. de Annunciat. Virg.*

Mons non modo mirrhæ, & thuris, sed omnium aromatum. *Idem ibidem.*

Mons aromatum. *Rupert. Abbas lib. 7. & vltim. Commentar. in Cantic. Canticor.*

Mons myrrhæ, & collis thuris, qua enim sui corporis parte altiùs, post ipsum caput suum, Christum, Ecclesiæ sublimitas eminuit, quam singularibus huius Reginæ Angelorum meritis, cuius ex carne sine viro Christus, vt lapis de monte sine manibus est editus, & quo in vertice montium tantum myrrhæ, id est mortificationis, cum thuris, id est, precationis odoribus inueniri potuit, quantum in huius Beatæ Virginis anima, quam singulariter Dominicæ Passionis gladius pertransiuit. *Idem lib. 7. de Diuin. officijs cap. 25.*

Mons montium. *Idem lib. 7. & vlt. Commentar. in Cantic.*

Mons primus, & maximus omnium montium, quos in aduẽtu suo formauit Dominus Deus exercituum, quemadmodum per Amos prædixit, quia ecce formans montes. *Idem lib. 2. in Amos Prophetam.*

Mons, cui præsto est incomparabilis altitudo, magna virtus, magna constantia, magna sapientiæ fortitudo. *Philippus Abbas lib. 4. in Cantic. Canticorum cap. 16.*

Mons, cuius excellentia longè, lateque mundus occupatur. *Idem ibidem.*

Mons, de quo abscissus est lapis sine manibus, id est, absque tactu hominis natus est Christus. *Idem in Tractatu de somnio Nabuchodonosor Regis.*

Mons magnus. *Idem lib. 4. in Cantic. Canticorum cap. 16.*

Mons myrrhæ, eo quod non virginem illecebrosa mollities eneruauit, sed rigor illibatus, & myrrha continentiæ conseruauit. *Idem ibidem.*

Mons ridiculum nescíens parturire. *Idem ibid.*

Mons altus, cui attendere debent, vt sublimes fiant in cogitatione, qui iacent in imo profundi. *Garnerius Ling. serm. 2. de Purificat. B. Virgin.*

Mons altus, per altitudinem virtutum, per patientiam tribulationum, per fortitudinem mentis, per perseuerantiam Religionis, de quo lapis abscissus est sine manibus. *Idem ibidem.*

Mons myrrhæ, id est Martyribus, qui sunt Myrrha. *Honorius Augustodun. in sigillo B. M.*

Mons, à lapicidæ manu non tactus. *Theodorus Lascbus Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Mons angustus in cacumine; cacumen enim Mariæ est maternitas, cuius modus incomprehensibilis, & sine exemplo singularis, quia generationem eius quis enarrabit? Isai. 53. *Richardus à S. Laurentio de laud. Virg. lib. 8.*

Mons condensus Abac. 3. per vniuersarum virtutum multitudinem, quæ deliguatur in condensitate arborum, quia in eo quasi contitę à diuina sapientia creuerunt omnes virtutes in superlatiuo. *Idem ibidem.*

Mons Daniel. 2. de quo sine manibus, id est opere virili, abscissus est lapis ille, id est, Christus, qui percussit in pedibus statum Nabuchodonosor. *Idem ibidem.*

Mons, de quo præscisus est lapis, id est Christus natus, qui lapis est angularis, qui fecit vtraque vnum: sine manibus, id est, sine opere nuptiali, quia sola operatione S. Spiritus. *Idem de laud. Virg. lib. 10.*

Mons domus Domini, eleuatus super omnes colles, id est, sanctos, quos omnes dignitate transcendit, & qui omnes inferiores ea sunt, sicut collis minor est monte, de quo monte dicitur Isai 2. Erit in nouissimis diebus præparatus Mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles; nouissimi enim dies tempus gratiæ: domus Domini Catholica Ecclesia: Mons singularis B.

Virgo, præparatus per prædeſtinationem ab æterno: montes & colles ſancti vtriuſque teſtamenti: vertex horum montium B. Virgo gratia, & meritis tranſgrediens vniuerſos. *Idem de laud. Virg. lib.8.*

Mons Galaad Geneſ. 31. quod interpretatur aceruus teſtimonij, quia in ea conueniunt omnia teſtimonia ſcripturarum veteris, & noui teſtamenti, & tam oracula Prophetarum, quam operaPatriarcharum ei reddunt. *Idem ibidem.*

Mons, in quo beneplacitum fuit Deo habitare in eo Pſalm. 69. nouem menſibus corporaliter, & in quo ſecundum quod Deus habitabit in finem, id eſt ſine fine, ſine termino, ſine menſura. *Idem ibidem.*

Mons, in quo debent adorare veri Iudei. Io:4. *Idem ibidem.*

Mons latus in pede, vel radice; radix enim Mariæ humilitas, quæ eſt fundamentum eius latius, & profundius, quam omnium Sanctorum. *Idem ibidem.*

Mons Oliueti Matth. 21. ſic dictus propter copiam oliuarum; Mariam enim Dominus cumulauit plenitudine gratiæ, & fecit matrem miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Mons Oreb Iudic. 7. quod interpretatur menſa, quia lacte eius refectus eſt ille, per quem nec ales eſurit. *Idem ibidem.*

Mons pinguis pinguedine charitatis, adipe deuotionis, vbertate fœcunditatis, oleo miſericordiæ, & pietatis, butyro manſuetudinis, melle contemplationis, craſſitudine gratiæ ſingularis. *Idem ibidem.*

Mons, qui à longè videtur, nam per omnia mundi climata exiuit ſonus pietatis, & miſericordiæ ipſius. *Idem ibidem.*

Mons, qui, quicquid venit deſurſum, prius ſuſcipit, & inde deſcendit ad valles propinquas; nam in incarnatione ſuſcepit prior omne datum optimum, & de plenitudine eius venerunt humiles propinquantes ei per veram dilectionem. *Idem ibidem.*

Mons, quia ſi in montibus ſit maior tempeſtas, quam in vallibus, vel in planis: Maria in Vnigeniti ſui paſſione turbata eſt valde, & fuit omnis plaga triſtitia cordis eius Eccleſ. 25. *Idem ibidem.*

Mons, quia ſicut mons eſt habitatio, & receptaculum ferarum, vnde Pſalm. 103. Montes excelſi ceruis, refugium ſcilicet, ità Maria eſt refugium illorum, qui fugiunt à facie arcus Pſal. 59. id eſt, diuini iudicij, & illorum eſt habitatio, qui mundum fugiunt, quia de mundo non ſunt, quos mundus fagittat detractionibus, & maledictis Ierem. 9. fagitta vulnerans, lingua eorum. *Idem ibidem.*

Mons, quia ſicut mons eſt idoneus munitionibus, & ſpeculis: ipſa eſt munimentum Eccleſiæ, & omnium fidelium; in exemplis enim eius, quid fugiendum ſit, & quid amplexandum poſſumus ſpeculari. *Idem ibidem.*

Mons, quia ſicut omnia flumina, vel fere omnia orum habent à montibus, de Maria natus eſt ille, qui dicit Eccleſ. 24. Ego quaſi fluuius Dorix, à quo ad illam defluunt, & ab ipſa ad nos fluenta gratiarum, quæ fluunt impetu de Libano. *Idem ibidem.*

Mons Salmon, Pſalm. 63. quod interpretatur vmbra, quæ relinquitur ex lumine & corpore opaco lumini oppoſito; Maria enim habuit corpus virgineum, & lumen gratiarum, quibus duobus obumbramur per gratiam, contra feruorem vitiorum. *Idem ibidem.*

Mons, ſignatus per montes Armeniæ, vbi requieuit Arca. Gen. 8. quia inundante diluuio peccatorum, ſuis preeibus ſuſtentat Eccleſiam, & fidelem animam. *Idem ibidem.*

Mons Thabor. Pſalm. 88. quod interpretatur lumen veniens, quia in Mariam primo venit, & per eam venit lumen æternum ſedentibus in tenebris, & in ea transfiguratus eſt Dominus omnium, aſſumens formam ſerui. Matthæi. 17. Marci 9. Lucæ 9. *Idem ibidem.*

Mons, terra adiacente ſuperior, id eſt, omni pura creatura, Cœlo, id eſt, ſolo Chriſto Deo, & homine inferior. *Idem ibidem.*

Mons terræ ſemper adhærens, id eſt, peccatoribus, qui terra ſunt, per affectum miſericordiæ dicens: Quis infirmatur &c. 2. Corin. 11. *Idem ibidem.*

Mons, terram ſibi ſubditam validè protegens, quandiu ſub ea eſt, nempe ſibi ſubditos, niſi per peccatum mortale ab ea receſſerint. *Idem ibidem.*

Mons viſionis. Geneſ. 22. vbi Abraham voluit filium immolare. *Idem ibidem.*

Mons vmbroſus Abac. 3. à quo Deus venit ad nos; fuit enim Maria mons propter eminentiam ſanctiſſimæ conuerſationis ſuæ, fuitque vmbroſus, quia virtus Altiſſimi obumbrabit ei, in conceptione Filij Dei, qui eſt lux inacceſſibilis, & lucem habitat inacceſſibilem. *Idem ibidem.*

Mons, ad quem Chriſtus ducit ſeruos ſuos. *D. Antonius de Padua ſerm. 2. in Sabbat. Dominicę 2. Quadrageſimæ de Transfiguratione Dominì in Beat. Virg.*

Mons excelſus, ad quem non poſſumus niſi per ſcalam humilitatis aſcendere. *Idem ibid.*

Mons, in quo Dei Filius transfiguratus eſt, quando formam ſerui accepit. *Idem ibid.*

Mons, in quo Deus transfiguratur continuè in conſpectu peccatorum, quando ſcilicet, ille qui in ſe contra peccatores concitatur furore, in Virgine efficitur manſuetus. *Idem ibid.*

Mons, in quo Deus transformauit ſe ipſum, vt peccatoribus humiliter ſe conformaret. *Idem ibidem.*

Mons, in quo nos ſaluos facere debemus Geneſ. 19. *Idem ibidem.*

Mons, quem acquiſiuit dextera Chriſti. *Idem ibidem.*

Mons, quia ſicut montes ſunt ſuperius luminoſi, inſe-

inferius ſpatioſi, interius oneroſi, exterius paſcuoſi: ſic B. Virgo fuit ſuperius luminoſa puritate, quam cum Angelis participat: inferius ſpatioſa charitate, quæ tantum ad humanum genus afficitur: interius oneroſa pietate, quæ continuè ſcaturit eius corde: exterius paſcuoſa ſanctitate, quia ibi poteris paſci omni fructu virtutum, omni flore honeſtatis, & reuerentiæ. *Idem ibidem.*

Mons ſanctificationis Dei. *Idem ibidem.*

Mons Sion, ad quem virtutum gradibus aſcenditur. *Idem ibidem.*

Mons, de quo (ſicut in Daniele legitur) lapis ſine manibus abſciſſus eſt, dum Chriſtus ſine opere maritali eſt natus. *D. Bonauent. in Speculo Beatæ Virg. cap.* 12.

Mons non inciſus. *Idem in Pſalterio minori Beatæ Virg. Quinquagena* 3.

Mons propter excellentiam meritorum, propter altitudinem vitæ, & morum. *Idem in Speculo Beatæ Virginis cap.* 12.

Mons Sion, qui in æternum non commouebitur. *Idem in ſerm.* 1. *de B. Virg. Maria.*

Mons benedictionis Deuteronom. 27. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Deuteronom.*

Mons comminutionis Diaboli, & peccatorum; de ipſo enim lapis, id eſt, Chriſtus ſine manibus abſciſſus, id eſt, abſque opere viri generatus, percuſſit ſtatuam, id eſt, Diabolum, & omnes ſuperbos, & comminuit eos. Daniel. 2. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Danielem Prophetam.*

Mons, Dei, pinguedine conſolationis diuinæ pinguis, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: æternum Dominus per gratiam, & gloriam habitabit in ea vſque in finem, qui non habet finem. *Idem in Poſtillis ſuper c.* 10. *Lucæ.*

Mons Diabolo terribilis. Exod. 24. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Exodi.*

Mons diuinæ habitationis. Exod. 19. *Idem ibid.*

Mons Domini in vertice montium, ſuper colles dignitatum Angelicarum eleuatus, ad quem pro gratia impetranda fluunt omnes gentes. *Idem in Poſtillis ſuper cap.* 10. *Lucæ.*

Mons filiæ Sion, videlicet, militantis Eccleſiæ; tota enim Eccleſia per B. Virginem protegitur, & munitur. *Idem ſer. in feſto Sanctorum Innocentium.*

Mons illuminationis omnium beatitudinum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euang. Matthæi.*

Mons miſericordiarum. *Idem ibidem.*

Mons Olivieti, ad quem venit Ieſus, quia ex ea eſt incarnatus. Matth. 21. *Idem ibidem.*

Mons ſuæ ſanctitatis eminentia. *Idem in Poſtillis ſuper cap.* 10. *Lucæ.*

Mons Synai fumans gratia, & deuotione. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Exod.*

Mons totius ſecuritatis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Hierem. Prophetam.*

Mons propter altitudinem, coagulatus propter gratiæ confirmationem, & pinguis propter Spiritus ſancti repletionem. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm.* 1. *B.*

Mons myrrhæ, ad quem venit Deus per carnis aſſumptionem, & internam inſpirationem; Mons enim fuit propter virtutum celſitudinem, & myrrhæ propter carnis mortificationem. *Alan. de Inſ. in cap.* 4. *Cantic.*

Mons Dei, ex quo angularis ille lapis exciſus eſt Chriſtus, & de quo diuinus Pater dixerat: Ecce mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo. Pſalm. 64. *Matthæus Cantuariensis in cap.* 3. *Cantic. Cantic. Cantic.

Deo habitare in eo. *Isidor. Thessalon. in orat. de Natuit.* B. *Virg.*

Mons, de quo sine manibus excisus est lapis, qui totius orbis superficiem occupauit. *D. Laurent. Iustinian. in serm. de Annunc. B. Mariæ Virg.*

Mons domus Domini in vertice montium in nouissimis diebus preparatus. *D. Bern. Senensis Tom. 3. serm. de Assumpt. B. Virg.*

Mons eleuatus super omnes colles, quia Virginis altitudo sublimissima est super summos. *Idem ibidem.*

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, de quo abscissus est lapis sine manibus, ideſt, sine humano opere natus est Christus Iesus, lapis Angularis, qui repleuit vniuersam terram. *Idem ibidem.*

Mons altissimus, vniuersis tanto sublimior, quãto humilior. *Dionys. Carthus. de Land. Virg. lib. 1. art. 2.*

Mons myrrhæ, passionem Filij sui iugiter in suo corde dolorosè gestando, peccata mundi, præsertim Iudæorum defiendo, & plurimos à vitiorum putredine præseruando, quem montem Christus incessabiliter munificentissimè, & consolatoriè visitauit. *Idem in Cant. art. 15.*

Mons, quem si tetigerit bestia lapidabitur. Exod. 19. ideſt, si eam bestialis homo intueri, laudare, & tangere insipienter præsumpserit, despici, ac repelli, magis quam acceptari, & exaudiri meretur, præsertim cum non sit speciosa laus in ore peccatoris. *Idem de laud. Virg. lib. 1. art. 2.*

Mons candidus, in quo natus est Iesus. *Bernardin. de Bustis ser. 1. de Assimilat. B. Virg.*

Mons Dei. *Idem in Mariali serm. 6. de Concept. B. Mariæ Virg.*

Mons myrrhæ odoriferæ. *Idem ser. 1. de Assimila. B. Mariæ.*

Mons per virtutũ altitudinẽ coagulatus propter gratiæ confirmationem, pinguis propter Spiritus sancti plenitudinem. Psal. 48. *Idem ibid.*

Mons Synai. *Idem serm. 3. de Assimilat. B. Virg.*

Mons fortitudinis Christianis, contra insidias diabolicæ prauitatis. *Ioan. Trithem. de Miraculis B. Virg. prope Dittelbach. lib. 1. cap. 10.*

Mons incommouibilis christianæ fidei. *Idem lib. 1. de Miraculis B. Virg. in Vticeto cap. 6.*

Mons candidus, in quo natus est Dominus Iesus. *Maurit. de Villaprobata ser. 19. Coronæ nouæ V.*

Mons Dei per virtutum altitudinem coagulatus propter gratiæ confirmationem. Psal. 47. *Idẽ ibidem serm. 26.*

Mons, de quo abscissus est lapis sine manibus, ideſt, Christus sine humano opere. *Idem ibid. serm. 16.*

MONSTRVM cœleſte. *S. Ignatius Epiſt. ad Sanct. Ioan. Euangeliſtam.*

Monstrum in natura. *Ioan. Maubur. in Rosario de ortu Mariæ memb. 6.*

MONVMENTVM virtutum omnium sæculis stupendum. *S. Thomas de Villanova in Conc. 2. de Natiuit. B. Virg.*

MORS mortis. *D. Antonin. in sum. part. 4. tit. 15. cap. 18. quod est de gratia septem donorum, quæ fuit in B. Virg.*

MORVS fructus, quia si hic primo viret, deinde candet, rubet, & nigrescit, Maria viridis fuit sanctitate, candida virginitate, rubra passione, vel compassione, nigra quando condecolorato Filio, decolorabatur Mater, & obscurabatur cum obscurato. *Rich. à S. Lau. de laud. Virg. lib. 12.*

Morus, quia si de folijs arboris mori, dicuntur pasci quidem vermes, qui faciunt sericum: conscientiæ humilium de doctrina, & exemplis Mariæ in præsenti sibi vestem contexunt nuptialem. *Idem ibidem*

Morus, quia si huius arboris folia superiecta serpenti, ipsum dicuntur interimere: verba & orationes Mariæ occidunt in suis amatoribus serpentes vitiorum, & annichilant serpentes, ideſt, venenantes persuasiones Dæmonum. *Idem ibidem.*

Morus, quia sicut morus arbor laudatur, quæ vetustate nigrescit, ita hæc est propriè laus Mariæ, quæ quanto plus, & in senecta vberi, & in senectute venerabili, non annorum numero computata, sed morum, proficiebat interius, tanto per humilitatem veram, nigriorem se, atque abiectiorem exterius exhibebat, vnde Cant. 1. Nigra sum, sed formosa. *Idem ibidem.*

Morus, quia sicut morus arbor, vt inquit Plinius tota ossea est, ita Maria tota virtuosa, & fortis nihil habens in moribus fœmineum, aut puerile. *Idem ibidem.*

Morus, quia sicut morus est arbor amica vitis, vt inquit Palladius, & amat loca calida, fabulosa, & plerumque maritima: ita Maria semper veræ vitis, quæ est Christus, amica fuit: corda calida per dilectionem diligit, fabulosa per castitatem, maritima per paupertatem. *Idem ibidem.*

Morus, quia sicut morus inter arbores nouissima germinat, cum in primis folia dimittat, cumque morum germinare videris, postea timere nolito iniuriam frigoris, & ob id, sapientissima arborum dicta est, nam cum cæperit vniuersa germinatio, subito erumpit: ita Maria toto tempore hyemali, ideſt, omnibus diebus suæ primeuæ ætatis, antequam veniret plenitudo, donec dictum est ei: Hyems abijt, & receſſit, includebatur, & abscondebatur, & sicut arbor in hyeme, ita ipsa tota auiditate humorem gratiæ hauriebat à Domino; ita vt omnibus coetaneis suis ad nuptias se conuertentibus, ipsa sola fugerit consortia omnium, nunquam se cum ludentibus miscuit, sed omni custodia seruabat cor suum, dicens: Fiat Domine cor meum, & corpus meum immaculatum, vt non confundar: magis eligens incidere in manus, & maledictiones hominum, quam amittere dulcedinem incorruptionis, pinguedinem deuotionis,

nis, & feruorem pulchrę dilectionis: vt inter cæteras mulieres, tanquam inter ligna fructifera, promoueretur: propter quod, & sapientissima mulierum merito dicitur, & vocatur, nam vbi venit plenitudo temporis, & hyems abijt, & recessit, subito erupit in germen, & germinauit Saluatorem, & exinde non oportuit iniuriam frigoris antiqui aliquam formidare. *Idem ibidem.*

Morus, quia sicut succus huius arboris aduersatur venenis serpentium, ita B. Virginis clementia resistit tentationibus Dæmonum. *Idem ibidem.*

MOTVS Martyrum, & Sanctorum. *Theod. Lasch. Imperat. in Can. ad SS. Deiparam.*

MOYSES noster, quatenus nos reconciliat cum Deo Exod. 32. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ super lib. Exod.*

MVLCTRVM, scilicet vas, in quo mulcetur lac: in Maria siquidem, & per Mariam mulcemus lac consolationis, & diuinæ dulcedinis; Filius enim Dei ex ea mulsus est homo, vnde dicit Patri Iob. 10. Nonne sicut lac mulsisti me? *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. X.*

MVLIER, ex qua Dei Filius factus est homo. S. *Paulus in Epist. ad Galat. cap. 4.*

Mulier fortis, de qua scriptum est: Mulierem fortem quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius. *S. Iacob minor Apostol. ser. in transitu.* B. *Virg. apud Amadeum Raptu* 8.

Mulier ætatis maturitate. *Orig. hom. 8. in Leuitic.*

Mulier, non pro corruptela integritatis, sed pro sexus indicio ab Apostolo nominata ad Galat. 4. Misit Deus Filium suum, factum ex muliere. *Idem ibidem.*

Mulier, ex qua editus est Filius Dei. *Tertullianus in lib. de Carne Christi.*

Mulier Virgo. *Idem in lib. de velandis virginibus.*

Mulier sanctissima Virgo, ex qua Deus Verbum, carnem, & perfectam humanam naturam assumere dignatus est, & homo nasci. D. *Greg. Thaumaturg. orat. 2. in Annunc. B. Mariæ*

Mulier amicta sole. *D. Epiphan. in serm. de Laud. Virg. Hugo de S. Victore lib. 4. de propriet. & epithetis rerum cap. 2.* D. *Bernard. serm. de B. Virg. super illud Apocal. Signum magnum. Cæsar Cisterc. in lib. 7. de miracul. B. Virg. cap. 1. & Ioan. Thaulerus in tract. de 10. cæcitatibus cap. 11.*

Mulier gestans lucem in vlnis. *D. Epiphanius in serm. de laud. SS. Virg.*

Mulier sancta. *Idem lib. 3. contra hæreses Hæresi 77. & Maurit. de Villaprob. serm. 4. Coronæ nonæ B. Virg. Mariæ.*

Mulier virgo, ex qua omnium Dominus, & Saluator, volens curare morbum, & ædificare subuersum, & corrigere imminutum, quando quidem à muliere mors in mundum venit, genitus est, quo mortem concluderet, & defectum expleret, & imminutum perficeret. *D. Epiphan. lib. 3. aduersus Hæreses Hæresi 79.*

Mulier ratione sexus, non corruptelæ. *S. Ambrosius in lib. de bono Virg.* Petrus Abbas Cellens *lib. 9. Epistol. Epist. 10. & D. Bonau. in speculo B. Virg. cap. 7.*

Mulier, quę sola absque viro genuit, nam corruptionis expers erat, qui gubernabatur; virgoque peperit, propter eum, qui puritatis, ac castitatis fons erat; voluptatis expers procreationi filij inseruiuit, nam vitiorum extirpatorem produxit. *D. Ephrem. in serm. sine tract. de Margarita pretiosa*

Mulier circumdans virum Ierem. 31. *D. Hieron. in Epist. sive serm. de Assumpt. B. M. ad Paulum, & Eustochium. & D. Bruno Carthus. serm. 1. de laud. B. Mariæ.*

Mulier, quę Saluatorem parturijt. *D. Hieron. in Epist. ad Amicum ægrotum de viro perfecto, quæ tom. 9. est in ordine 7.*

Mulier, quæ diuino partu sic cæpit esse Mater, vt Virgo sacratior permaneret. *D. Gaudentius Tract. 2. de lectione Euangelij.*

Mulier veritate sexus, non detrimento integritatis. *Idem ibidem.*

Mulier incorrupta, quam Deus ex omnibus selegit in ipsa ineffabiliter vniens sibi naturam nostram. *Cæsarius Dialogo 1.*

Mulier sancta, cuius intacta, perpetuaque virginitas. *Idem Dialogo 3.*

Mulier impolluta. *S. Proclus in orat. 6. quæ est de laud. B. Virg.*

Mulier, plantam non proferens mortis, sed vitæ fructum pariens. *Idem in orat. 4. quæ est in diem Natalem Domini.*

Mulier, quæ ex hominum genere trahens originem, & ex terrestri compositæ massa, ob donum virginitatis Mater effecta est eius, qui Angelorum Dominus est. *Idem in orat. 6. quæ est de laud. B. Virg.*

Mulier tenella, quæ absque vllo plane viri congressu concepit. *Idem ibidem.*

Mulier, ex qua sexus omnis fœmineus benedictionem decerpsit, exqua illa in viros gratia transiuit, vt ex qua prquaricatio accidit, vt ex ipsa prouenirent etiam gratia, humano generi Regnum Cœlorum præstans. *Theodor. Ancyr. orat. in Natal. Domini.*

Mulier beatissima. *D. Augustin. in ser. de Assumpt. B. V. Mariæ tom. 10. & D. Anselm. in lib. de Excellentia Virg. cap. 11.*

Mulier, Sole iustitiæ cooperta, & lunam sub pedibus habens, quia mortalitatem crescentis, & decrescentis carnis virtute calcauit. *D. Augustin. enarratione in Psal. 142.*

Mulier sola, qua vita rediit. *Sedulius in hymno de Christo, qui incipit. Cantemus socij.*

Mulier, Cœlorum naturam superans puritate. *Andreas Cret. orat. 2. de Dormit. B. Virg.*

Mulier, ex qua Deus naturam habet humanam. *Chrysippus in ferm. de SS. Maria.*

Mulier, per quam reuocati sumus ad filiorum adoptionem, quâ initio habebamus. *Idē ibid.*

Mulier, quæ Dæmonem à tyrannide deturbauit. *Idem ibidem.*

Mulier, quæ vno tempore lætata est præmijs fi-

mul-

mul, pudoris, & prolis. *D. Hildephonſ. in lib. de virginitate S. Mariæ cap.* 3.

Mulier, de qua ſcriptum Lucæ 1. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, & ad Gal. 4. Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. *S. Germanus Conſtan. ſerm. in Natiuit.* B. Virg.

Mulier noſtra cognata, & conſanguinea, cuius pulchritudo animæ eo immenſitatis omnino excreuit, vt Chriſtum, ipſum, qui ſumma pulchritudo eſt, in ſui deſiderium attraxerit, effeceritque, vt illa ſecundam ex ea generationem ſine Patre voluerit; cuius etiam corpus adeo ſpecioſum fuit, & tanta puritate viguit, vt vel ipſam caperet incorpoream, immenſamque ſuper eſſentialis naturæ maieſtatem, per vnam tribus eius hypoſtatibus. *Idem ibidem.*

Mulier Seraphinis ſublimior. S. *Io. Damaſc. orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Mulier, quæ virum circumdedit gignendo ex ſe. *Paſcaſius Rutbert. lib. 2. in Matth. Euangeliū.*

Mulier ſapientiſſima. *Simon Metaphr. in orat. de ortu, vita, & Aſſumpt. B. Virg.*

Mulier, naturam cœlorum puritate tranſcendens. *Io. Epiſcop. in Tract. de Dormit. SS. Virg.*

Mulier Cananea egreſſa de finibus Tyri, & Sydonis, ideſt, de profundo ſæcularis conuerſationis, quæ quotidie clamat ad Dominum pro filia, ideſt pro peccatrice anima, quam in ſe miſericorditer transformat dicens; Miſerere mei Filij Dauid Matth. 15. *Idiota de B. Virg. part. 14. Contemplat. 7.*

Mulier fortis, quæ in Salomone quærebatur dicente Prou. 31. Mulierem fortem, quis inuenie? Fortis enim fuit contra carnem per virginitatem, contra mundum per paupertatē, contra Diabolum per humilitatem, contra omne genus peccati per patientiam, quia aduerſa omnia æquanimiter ſuſtinuit, & proſpera omnia pro amore Sponſi ſui viriliter cōtempſit. *Idem ibidem.*

Mulier hebræa vnica, quæ fecit confuſionem in domo Nabuchdonoſor Iudith. 14. Eſt enim vna, ideſt ſingularis dignitate, pietate, charitate & præſidio: eſt etiam hebræa, ideſt tranſiens ad maternitatem de virginitate, de Ancilla ad Reginam, de Filia Dei in Matrem, nec aliqua ita perfectē tranſiuit mundum, tranſeuntem per concupiſcentiam ipſius; fecit autem confuſionem in domo Nabuchdonoſor, hoc eſt in inferno, cuius limbum euacuauit per filium, qui captiuis Cœlum aperuit. *Idem ibidem.*

Mulier illa, de qua dictum eſt ſerpenti Gen. 3. Ponam inimicitias inter te, & mulierem, quia contriuit caput ſerpentis, quod ſuperbē erigebat, exultans de homine deiecto; contriuit enim caput ipſius, ideſt vitium capitale, quod eſt ſuperbia, initium omnis peccati pede ſuæ humilitatis, & concupiſcentiam carnalem pede virginitatis. *Idem ibidem.*

Mulier immaculata, de qua ſcriptum eſt Eccl. 36. Vbi non eſt mulier, ingemiſcit egens, nam vbi ipſa non eſt per gratiam, non poteſt eſſe niſi miſeria, gemitus, & egeſtas. *Idem ibidem.*

Mulier, quæ vaſa vacua impleuit oleo ad præceptum Eliſæi, ideſt Chriſti, vaſa vacua ſunt corda vacuata ab amore terrenorum, & ab immunditia peccati mortalis, lota, & ſincerata per veram confeſſionem, lachrymarum effuſionem, clauſa inferius per contemptum temporalium, aperta ſuperius per appetitum cœleſtium, capacia per profunditatem humilitatis, & latitudinem charitatis. *Idem de B. Virg. part. 6. Contempl.* 15.

Mulier ſancta omnino, & pura. *Leo Imperator in orat. de partu.* B. *Virg.*

Mulier prudentiſſima. *Io. Geom. in Cat. Gregor. ſuper Luc.*

Mulier, quæ ſerpentis caput contriuit, in eo, quod virginitatem ſimul, & humilitatem Deo ſacrificauit. *D. Fulbert. Carnoten. ſerm. 1. de Natiuit. B. Virg. Mariæ.*

Mulier fortiſſima inter omnes, qui fuerunt, vel erunt à principio vſque ad finem, quia prima, & ſine exemplo carnem, ſexum, & ætatem vincens, virtute mentis conſeruauit in nobilitate humilitatem, in paupertate honeſtatem, in coniugio virginitatem. *Rodulphus Ardens hom. 2. in Annunc.* B. Virg.

Mulier, per quam Dominus ſalnauit genus humanum. *Idem ibidem.*

Mulier bona. *Goffridus Abbas ſerm. 3. in Natiuit. Domini, & D. Bernardin. Senenſ. tom. 1. ſerm.* 55.

Mulier ſine coitu concipiens, ſine granitate grauida, ſine dolore pariens. *Goffridus Abbas ſerm. 1. in Natiuit. Domini.*

Mulier circumdans virum, Chriſtum in vtero concipiendo. *Idem lib. 2. Erudition. Theologicar. ex Miſcellaneorum. 2. tit.* 1.

Mulier, de qua factus eſt vir, qui perdita ſaluet. *Rupert. Abbas lib. 3. Commentar. in Cant. Cantic.*

Mulier, inter quam, & ſerpentem, inimicitias ſe poſiturum dixit, & poſuit Deus. *Idem lib. 2. de victor. Verbi Dei cap.* 17.

Mulier, quæ ſola amore Dei, ideſt, Spiritu ſancto concepit. *Idem lib. 1. Commen. in Matth.*

Mulier benedicta in mulieribus. *D. Bernard. ſerm. 1. in Aſſumpt. B. Mariæ, & in ſerm. de B. Virg. ſuper illud Apocal. Signum magnum.*

Mulier circumdans virum, ideſt, Chriſtum. *D. Bernard. ſerm. de B. Virg. ſuper illud Apocal. Signum magnum.*

Mulier felix, quæ non exploratores Hyericho, ſed potius fortiſſimum illum expoliatorem ſtulti illius, qui verē, vt luna mutatur, non legatos Ieſu Filij naue, ſed ipſum magis ſuſcipere meruit verum Ieſum Filium Dei. *Idem ſerm. 2. in Aſſumpt. B. Mariæ.*

Mulier fortis, quæ ſerpentis caput contriuit. *Idem ibidem.*

Mulier fortis, temperans, prudens, & iuſta. *Idem ſerm. 9. ex partu.*

Mu-

Mulier nouam profeſſa virtutem. *Idem ſerm. 2. in Annunciat. Beatæ Mariæ.*

Mulier pulcherrima. *Idem in Tractatu de Paſſione Domini cap. vltimo.*

Mulier, quę nos cibauit fructu benedicto. *Idem ſerm. in Natiuit. Virg. de Aquæductu.*

Mulier quondam à Deo promiſſa, ſerpentis antiqui caput, virtutis pede contritura. *Idem ſerm. de B. V. ſuper illud Apoc. ſignum Magnũ.*

Mulier fortis, quam ipſe inuenit, qui eam ſibi matrem ante mundi conſtitutionem prouidit, quæ ſine exemplo alterius, mundi illecebras contempſit, carnis illuuiem horruit, & quod nulla altera ante eam fecit, virginitatis pudorem, & puritatem elegit. B. Aelredus *Abbas in ſerm. de B. M.*

Mulier amicta ſole, quia ſol diuinitatis infulget ei, & circumfulget eam, & totam occupat, & poſt eam maxime illuſtratam, cęli ciues illuminat. *Richard. de S. Victore Expoſitione in Cantic. Canticorum cap. 39.*

Mulier circumdans virum, id eſt, Deum. *Idem ibidem.*

Mulier euangelica, quæ panem de tribus ſaccis farinæ commiſcuit, dum tres ſubſtantias diuinitatem ſcilicet, carnem, & animas vnitas in vnum hominis perſoua concepit. *Petrus Bleſ. ſerm. 6.*

Mulier fortis, quam Salomon potius prophetando, quam dubitando, quærebat cum diceret Prouer. 31. Mulierem fortem quis inueniet? Sceptrum enim exactoris, & virgã onetis eius ſuperauit, ſicut in die Madian. Ilai. 9. mediante filio fortem armatum fortiter alligauit, caput antiqui ſerpentis contriuit. *Idem ſermone 34.*

Mulier, in qua, & per quam diſpenſatio, & gratia Sacramenti abſconditi à ſæculo in Deo impleta eſt. *Idem ſerm. 38.*

Mulier, quæ præ cunctis mulieribus excellit incomparabiliter genere, ſanctificatione, nomine, integritate vitæ, contemplatione, angelica familiaritate Dei, & hominis conceptione, partus nouitate, Filij cohabitatione, in cęlis aſſumptione. *Petrus Cellenſis ſerm. 3. de Aſſumptione Beatæ Virg.*

Mulier, de qua ſol proceſſit mundum illuminans. *Richard. à S. Vict. in Cantic. Cantic. cap. 39.*

Mulier fortis, cuius pretium procul eſt, & de vltimis finibus. *Idem Expoſitione in Cantic. Canticorum cap. 26.*

Mulier fortis, quæ manum ſuam miſit ad fortia. *Petrus Bleſſenſis ſer. 1. in Aduent Domini.*

Mulier impropriè; mulier enim propriè, quaſi mollior dicitur, quæ mollitiem ſentit, quæ muliebria corporis ſui iam paſſa eſt. *Idem ſer. in Purificat. Beatę Virginis.*

Mulier fortis, ad quam fortitudo Dei Gabriel, mittitur, quam gratia, & fortitudine plenam inuenit, & parituram Verbum omnipotens proteſtatur. *Adam de Perſ. ſerm. in Aſſumpt. Beatæ Virgin.*

Mulier fortis, cuius fortis, vt mors dilectio in tantum virtutis Altiſſimi obumbratione conualuit, vt & Rex virtutum Dominus fortis, & potens in prælio, infirmus in ea fieret, & fortis armatus atrium, quod non in pace poſſidebat, dimitteret, & infirmitas hominum ad ſalutem ex ea plenatiam peruenire. *Idē ibid.*

Mulier fortis, fęcunda, & potens, ad quam nobis confugiendum eſt, qui ſumus inopes, & infirmi. *Idem ibidem.*

Mulier fortis, quam quærere virtus eſt, inuenire ſalus, apprehendere gaudium, diligere laus, & honor tenere, & nunquam dimittere ſummum bonum. *Idem ibidem.*

Mulier fortis, quæ ſine exemplo, tam ſexum, quam ſæculum innicti ſpiritus fortitudine ſuperauit. *Idem ibidem.*

Mulier, non fracta mollitie voluptatis, ſed quod ſit in ea natura ſexus fragilis, vel quod molleſcat affectu, vtpote miſericordiæ mater ad teneritudinem pietatis. *Idem ibidem.*

Mulier ſacratiſſima. *Petrus Abbas Cellenſis lib. 9. Epiſtolarum Epiſt. 10.*

Mulier à mollitie gratiæ dicta, quæ cito mollitur lachrymis pœnitentium, cito flectitur ad prĕces humilium, cito conuertitur, ad rogandum pro eis Iudicem Filium: Eſt enim Mater gratiæ, & idcirco potens citò emollire peccatorem, cito flectere iudicem, cito etiam punire cum neceſſe fuerit contumacem; mollit enim peccatorem, vt pœniteat, flectit Iudicem vt parcat, punit contumacem, vt blaſphemare deſiſtat. *Helinand. Ciſterc. ſerm. 2. de Aſſumptione Beatæ Virg.*

Mulier fortis, inuentu quidem difficilis, ſed tamen aliquando tandem inuenta tam fortis, vt ſemper de hoſtibus mulier de fortiſſimis, ſola Dei numeris triumpharit, tam pulchra, vt nec maculam, nec rugam peccati aliquando habuerit, & ideo totius pulchritudinis Auctor ſingulariter eam dilexit. *Idem ſerm. 1. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Mulier fortis non ſolum ſuper omnes mulieres, ſed ſuper omnes homines: vndè, & Chriſtus ſemper appellat ſe Filium hominis, nunquam filium mulieris; Maria namque pulcherrima mulierum, viris quoque fuit fortior, quia per gratiæ cæleſtis auxilium, ex omni parte vicit peccatum. *Idem ſer. 2. de Aſſumpt. B. V.*

Mulier fortis vincendo Diabolum, mundum, carnem, & mortem: maximè autem in eo vicit mortem, quod moritura non timuit moriens, dolorem non ſenſit, mortua corruptionem non vidit. *Idem ibidem.*

Mulier illibata, circumdans Deum gremio ventris ſui. *Innocentius Papa III. ſerm. 2. in Natiuitate Domini.*

Mulier Chananea, egreſſa de finibus Tyri, & Sydonis: Matth. 15. id eſt, de profundo ſæcularis conuerſationis, quæ clamat ad Deum pro filia, id eſt, peccatrice anima, cuius etiam perſouam miſericorditer in ſe transformat,

dicens: Miſerere mei Fili Dauid: & cui miſericorditer reſpondit filius: O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. *Rieb.d S.Laurentio de laud.Virg.lib.6.*

Mulier Cęlorum Regina, & Dei Genitrix effecta. *Idem de laud.Virg.lib.1.*

Mulier, cui datæ ſunt duæ alæ, ſcilicet, virginitas, & paupertas Apocal.12. vt fugiat à facie ſerpentis, qui primam mulierem maledictioni ſubiecit Gen.3. *Idem de laud.V.lib.6.*

Mulier, de qua dicitur ad Gal.4.Vbi venit plenitudo temporis miſit Deus Filium ſuum, factum per mulierem, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret; ille enim, qui legem dederat, ſeruos lege oppreſſos redemit,& ſanguinem,quem de Virgine traxerat, pro eis in cruce libauit, & ſic prius ſeruos libertati reſtituit. *Idem ibidem.*

Mulier,de quadictum eſt ſerpenti.Gen.3.Ponam inimicitias inter te, & mulierem; quaſi diceret:Vide amicitiam factam inter te, & mulierem, ſcilicet,Euam,ſed inimicitias ponam inter te, & quandam aliam, ſcilicet Mariam, quæ conteret caput tuum. *Idem ibidem.*

Mulier, de qua legitur 4. Reg.4. quæ vaſa vacua impleuit oleo,ad præceptum Eliſei,id eſt, Chriſti, ſed plena nequaquam, quia ſicut dicit Philoſophus; fundit potius, qui mittit in plenum;vaſa autem vacua, ſunt corda vacuata ab amore terrenorum, & ab immunditia peccati mortalis lota, & reſincerata per veram confeſſionem, & lachrymarum effuſionem: clauſa inferius per contemptum temporalium, apertа ſuperius per appetitum cæleſtium, hiantia per gratiæ deſiderium, & capacia per profunditatem humilitatis,& latitudinem charitatis. *Idem de laud.Virg.lib.4.*

Mulier,de qua loquiturZorobabel 3.Eſdr.4.fortior vino, & rege,quod enim non potuit vinum libaminum,nec aliquis RexHebræorum, fecit ipſa per filium;liberauit enim genus humanum,ad quod non ſufficiebant legis ſacrificia, nec prælatorum quantacumque iuſtitia; confregit enim cornua ceraſtis, cum contriuit pede virginitatis luxuriam, & pede humilitatis ſuperbiam. *Idem ibidem.*

Mulier ex omnibus Eccl.7. bonis, ſcilicet mulieribus collecta, omnes proprietates, & virtutes bonarum mulierum in ſe vna, & vnica repreſentans. *Idem de laud.Virg.lib.7.*

Mulier fidelis, per cuius fidē ſaluatus eſt Adam vir infidelis, quem feſellerat infidelitas primæ mulieris, nec ipſum ſolum, ſed & totam poſteritatem ſuam, vnde Apoſtolus dicit 1. Cor. 7. Sanctificatus eſt, vir infidelis per mulierem fidelem. *Idem de laud.Virg.lib.6.*

Mulier fortis, contra carnem per virginitatem, contra mundum per paupertatem, contra Diabolum per humilitatem, & contra omne genus peccati per patientiam: quia aduerſa omnia æquanimiter ſuſtinuit, & proſpera omnia viriliter contempſit pro amore Sponſi ſui, *Idem ibidem.*

Mulier fortis, quæ à Salomone quærebatur dicente Prou.30. Mulierem fortem quis inueniet? ſed donec ventum eſt ad Mariam, non inueniebatur, vndè ſequitur: Procul, & de vltimis finibus pretium eius. *Idem ibidem.*

Mulier fortis, quæ carnem contempſit, vouens virginitatem, & contemnens mundum, contra legem,quæ temporalia permittit:& etiam ſupra legem, quæ neminem ad perfectum duxit. Hebr. 7. *Idem de laud. Virb.12.*

Mulier fortis, quæ in tantum Deum hominem factum,emolliuit, quod vere oblitus eſt punitionis, & vindictæ erga hominem, quem vt ad eum, à quo per peccatum receſſerat,filius reduceret, ipſum filium formauit, vel creauit Pater ex vtero Virginis, ſeruum ſibi,Iſai.49. vnde dicit 45. Ego Dominus creaui eum,hominem ſcilicet. *Idem de laud.Virg.lib.6.*

Mulier fortis, quæſita à Salomone, & à ſanctis Patribus, ſed tamen inuenta à Chriſto, quæ omnia aſpera, & aduerſa per fortitudinem ſubiugauit. *Idem de laud.Virg.lib.11.*

Mulier fortis,quæ tempore paſſionis Filij ſui ſola gubernaculum fidei conſtāter tenuit: quia tota nauis Eccleſiæ, tunc eius fidei innixa eſt, ſcilicet,ſexta feria,& Sabbatho Paſchali;propter quod vniuerſæ fideles Eccleſiæ in omni Sabbatho ipſam ſpecialiter venerantur, & propter hoc, in illo Sabbatho, canticum eius in Miſſa decantatur *Idem ibidem.*

Mulier gratioſa, quæ inuenit gratiam, & gloriam,non ſolum ſibi,ſed nobis.quia gratiam, & gloriam exemploFilij ſui,dabit Domina noſtra. *Idem de laud. Virg.*

Mulier hebræa, aduocata per gratiam ad nutriendum Moyſem infantulum, ideſt Chriſtum Exod. 2. *Idem de laud.Virg.lib.6.*

Mulier, propter fæcunditatem operum bonorum, quæ non ceſſat impendere Filij creaturis. *Idem de laud.Virg.lib.4.*

Mulier, propter fortitudinem, & fęcunditatem operum. *Idem de laud.Virg.lib.2.*

Mulier, quæ dicitur quaſi emolliens herum, vel berorum; emolliuit enim Filium Dei,qui quaſi durus erat, antequam incarnaretur, quia offenſus humano generi propter peccatum Adæ; vnde quaſi iratus totum genus humanum trudebat in iuternū: vnde dicit ei Iob. 30. in perſona generis humani: Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſarij mihi: B. autem Virgo ipſum factum hominem emolliuit, & placauit, & genus humanum ei reconciliauit. *Idem de laud. Virgin. lib.6.*

Mulier, quæ dicitur quaſi emolliens virum;Maria enim in tantum emolliuit Dominum, & adhuc, emollit meritis, & precibus ſuis, vt nunc maiora peccata patienter toleret, qui quondam minora duriſſimè vindicabat;conſtat enim, quod multò grauius peccant moderni, quam peccauerunt antiqui, qui atrociter ſunt puniti. *Idem ibidem.*

Mulier,

Mulier, quæ vbicumquè non eſt, non eſt niſi gemitus, & egeſtas Eccl. 36. vbi non eſt mulier ingemiſcit æger; vbicumque enim non eſt hæc mulier per gratiam non poteſt eſſe niſi miſeria & egeſtas. *Idem ibidem.*

Mulier, quia molliuit Deum, & quia emollit corda dura. *Idem de laud. Virg. lib. 2.*

Mulier, ratione ſexus fœminei, non ſecundum corruptionem integritatis; vnde Eua ſtatim vt facta eſt de latere viri, nondum contacta à viro, mulier appellata eſt, vnde Gen. 3. ædificauit Deus coſtam in mulierem. *Idem de laud. Virg. lib. 6.*

Mulier ſapiens, ponens in olla cordis noſtri per impatientiam bullientis, aquam conſolationis. *Idem de laud. Virg. lib. 2.*

Mulier ſapiens, ædificans domum ſuam, Prou. 14. & cuius ſpecies in ornamentum domus ſuæ Eccl. 26. *Idem de laud. Virg. lib. 6.*

Mulier ſenſata, habens ſenſum Domini in regendo familiam Eccleſiæ. Eccl. 7. *Idem de laud. Virginis lib. 2.*

Mulier vna hebræa, quæ fecit confuſionem in domo Nabuchdonoſor. Iudith cap. 14. Maria enim in Iudith figurata, dicitur vna, id eſt, ſingularis dignitate, poteſtate, charitate, & præſidio; dicitur hebræa, id eſt, tranſiens, quæ ad maternitatem de virginitate tranſijt, manens virgo, de Ancilla tranſijt ad Reginam: de filia Dei in matrem Dei: nec aliqua ita perfectè tranſijt mundum tranſeuntem, & concupiſcentiam eius, fecitque confuſionem in domo Nabuchdonoſor, hoc eſt, in inferno, cuius limbum euacuauit per filium, & captiuis illis Cœlum aperuit. *Idem de laud. Virg. libr. 6.*

Mulier, cuius pede preſſus coluber, contritus eſt. *Hildebert. in Proœm. de Natiu. Dom.*

Mulier, quæ ſola circumdedit virum. *D. Amedæus hom. 2. de laud. Virg. & D. Laur. Iuſt. ſer. de Annunciat. B. M. V.*

Mulier ſancta, & pudica. *D. Bonauent. ſerm. 2. de B. Virg. Maria.*

Mulier ſedula. *Idem in Speculo B. V. cap. 5.*

Mulier, ſuper omnes mulieres pudorata. *Idem ibidem cap. 6.*

Mulier amicta ſole, id eſt ornata Chriſto, qui, de ſe ipſo ipſam ornauit, decorauit, & fecit totam luminoſam non ſuis radijs ſolum, ſed & ſe ipſo, vnde Virginis claritas in alios redundabat. S. *Thom. Aquin. in cap. 12. Apocal.*

Mulier, apparens in Cœlo amicta Sole, Lunam habens ſub pedibus, coronam 12. ſtellarum in capite, quia fulgor diuinus ſplendet in ea in miraculis. Quicquid gratiæ in luna ſignatur in Eccleſia, procumbit eius meritis: quicquid lucis refulget in Cœlo in Beatis, refertur, in eam, eo quod Mater eſt Redemptoris aperientis ianuam Regni Cœleſtis. *Albert. Mag. in Poſtillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Mulier, de qua Luc. 15. quæ mulier habens dragmas decem, & ſi perdiderit vnam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat; habens enim in ſe omnem imaginem, nouem beatitudinibus Angelorum, & vna beatitudine hominis inſignitam; perdita eſt vna, culpa parentum, ipſa autem accenſa lucerna flammæ Deitatis in teſta humanitatis, euertit totam domum ſuperna infimis in vtero ſuo ſociando, noua veteribus commiſcendo, æterna temporalibus ingerendo, incorruptibilia mortalibus vniendo, pretioſa vilibus imponendo, & ſic quæſiuit diligenter, donec dragmam perditam inuenit & Regnum Cælorum redintegrauit. *Idem ibidem.*

Mulier euangelica, quæ tria ſata, id eſt, corpus Chriſti, animam, & diuinitatem coniunxit. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 197.*

Mulier fortis, de qua Prouerbiorum vltimo: cuius pretium de vltimis finibus, id eſt, de humanitate, & diuinitate coniunctis, hominem perditum redemit. *Idem ibid. c. 192.*

Mulier fortis, quæ manus mittens ad fortia, viriliter in virtutum exercitijs deſudauit. *Idem ſer. 2. in Annunciat. B. M. Virg.*

Mulier fortis, quæ vltimos fines, Diuinitatem, ſcilicet, & humanitatem, in vnam perſonam coniunxit gigneudo ſapientiam, quæ attingit à fine diuinitatis, vſque ad finem humanitatis fortiter. *Idem ſuper Miſſus eſt c. 31.*

Mulier fortiſſima, quæ vltimos fines Deitatis, & humanitatis, maximè à ſe diſtantes coniunxit. *Idem ibidem cap. 100.*

Mulier magna, quæ ad recipiendum Cœleſtem Heliſæum, Dominum Prophetarum, in vtero, Cœnaculum fecit, apothecam u. ſancti corporis ſui 4. Reg. 4. *Idem in Poſtillis ſuper c. 10. Lucæ.*

Mulier prudentiſſima, in omnibus delectans virum, & filium ſuum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 222.*

Mulier, quæ fidei fermento tria miſcuit ſata, id eſt, diuinitatem, animam, & corpus. *Idem ibidem cap. 34.*

Mulier, quæ in Cælo amicta ſole apparuit, in ſplendore diuino coronam 12. ſtellarum, hoc eſt, claritatis Sanctorum reſtaurata ruina habens in capite. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Mulier, quæ in Eua perdidit dragmam decimam, ad imaginem ſummi Regis inſignitã, & accendit lucernam, flammam Deitatis operiens in teſta aſſumptæ humanitatis, infundens liquorem pinguiſſimum deuotionis, & euertens domum creaturarum Dei, donec inuentam demonſtraret, & in ipſa inueniſſe ſe gaudeus eum, quem diligit anima ſua. *Idem ibidem.*

Mulier, quæ lucernam accendit, per quam dragma decima inuenta eſt. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 193.*

Mulier, quæ non fractura ſexus, vel pudoris, ſed proprietate pietatis ſingularis herum, vel he-

roem ſummam emolliuit, & flexit à duritia, qua aduerſabatur nobis, quando pijs lachrymis & deuotione flexum molli carne induit. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Mulier, quæ ſuſcepit Dominum in domum ſuam *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 31.*

Mulier, quæ tria ſata, id eſt corpus, & animam, & deitatem coniunxit per quod naturam in primum, imò ſuper primum ſtatum inſtitutionis reduxit. *Idem ibidem cap. 193.*

Mulier, quia miſericordia emollita; mollia enim ſenſit de nuptias celebrantibus, qui ex paupertate vini, in proximo manifeſtanda, verecundati fuiſſent. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 2 Ioannis.*

Mulier vnica, quæ fecit confuſionem in domo Regis Babilonis Iudith. 14. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Mulier amicta ſole, quæ volauit in deſertum, id eſt, in Cælum à malignis ſpiritibus derelictum cum duabus alis, id eſt cum glorificatione animæ, & corporis Apocal. 12. *Iacobus de Voragine in Mariali fer. 4. 0.*

Mulier de qua dicitur in Parabolis Salomonis Prou. 11. Mulier gratioſa inueniet gloriam: gloria autem Patris Filius ſapiens, inuenit ergo gloriam Filium videlicet Dei Patris. *Alanus de Inſul. in cap. 2. Cantic.*

Mulier gratioſa, quæ in terris quidem inuenit plenitudinem gratiæ, nec non in Cælis plenitudinem gloriæ. *Ern. Pragen. in Mariali cap. 136.*

Mulier hebræa, quæ fecit confuſionem in domo Nabuchdonoſor, id eſt Diaboli, quę caput ſerpentis antiqui contriuit, & ceruicem Holofernis amputauit. *Idem in Mariali c. 17.*

Mulier gratioſa, ad eam in cunctis confugientibus. *Bathol. de Piſis lib. 1. de laud. V. fructu 8.*

Mulier Sichimita, in Diaboli Proſtratione. *Idem lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

Mulier Sunamitis per pietatem. *Idem ibid.*

Mulier Thecuites in obſecratione. *Idem ibid.*

Mulier inter omnes creaturas benedicta, cujus pretium procul, & de vltimis finibus innocentia ſcitiect, & puritate. *Antonius Pocqu. ſerm. 4. de Concept. B. Virg.*

Mulier ſapiens Auellana, quæ Sebæ caput in Regem Dauid coniurantis, popoſcit amputari, & amputatum Dauid obtulit Principibus, in ſuorum liberationem. *Idem ſer. 8. de Conceptione Beatę Virg.*

Mulier vna, quæ ſerpentis capite contrito, confuſionem fecit in domo Nabuchdonoſor. *Idem ibidem.*

Mulier amicta ſole, id eſt, veritate ſolari, ſapientia, & charitate Chriſti, habens ſub pedibus lunam, id eſt, temporalia, & creata, & ſtans in Cælo, id eſt, in ſupercæleſtibus mente, & contemplatione ſtabiliter fixa, habens in vtero, id eſt, in viſceralı, & materiali affectu Filium Dei, & totum myſticum Chriſtum, hoc eſt, caput cum toto corpore electorum, atq; triumphat de Dracone rufo, habente capita ſeptem, & cornua decem, id eſt, triumphat de Diabolo, qui principium eſt omnis virulentæ malitiæ. *D. Bernard. Senenſis Tom. 3 ſerm. 3. de glorioſo Nomin. Mariæ.*

Mulier amicta ſole, quia in illa ipſa diuina ſapientia, qua Deus ab æterno mundum ſibi reconciliare diſpoſuit, pleniſſima fuit; quam non ſolum per diuinam reuelationem præſciuit, verum etiam cuncta, quæ ad incarnati verbi myſteria pertinebant, certo experimento cognouit. *Idem Tom. 2. ſer. 51.*

Mulier diuinæ glorię ſociata. *Idem Tom. 3. ſerm. de Aſſumptione Beatæ Virg.*

Mulier euangelica, quæ lucernam accendit, quando virginitatis exemplum labili mundo dedit; domum euertit, quando per mentis induſtriam in omnibus requiem quæſiuit, & niſquam niſi in dragma perdita, id eſt, in Dei ſapientia inuenit. *Idem ſerm. 1. de conſenſu Virginali.*

Mulier fortis, cuius pretium procul & de vltimis finibus, quod eſt Chriſtus, de ſinu Dei Patris, quæ ſua fortitudine Diabolum ſupplantauit, ſicut Gen. 3. de ipſa myſticè ſcriptum eſt: ipſa conteret caput tuum. *Idem Tom. 1. ſerm. 52.*

Mulier immaculata. *Idem Tom. 3. ſer. 1. de glor. Nom. Mariæ, & Philippus de Greue ſerm. 190. in Pſal. 88. quę ſermo eſt de B. Virg. comparata Throno Soli, & Lunæ.*

Mulier amicta ſole, ſub cuius pedibus luna, & in cius capite corona duodecim ſtellarum Apocal. 12. *D. Anton in ſum. par. 4. tit. 15. c. 20*

Mulier beata. *Idem ibidem.*

Mulier euangelica, quæ tria ſata, id eſt, corpus, animam, & diuinitatem in vna perſona Chriſti coniunxit. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. c. 44.*

Mulier fortior quodammodo vino gratiæ, in quantum ſcilicet ipſa procurauit congregatis Apoſtolis, & alijs in quibus tunc erant nuptiæ Eccleſiæ, vinum ipſius gratiæ. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 42.*

Mulier fortis, cuius pretium de vltimis finibus, ideſt, diuinitate, & humanitate coniunctis. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 44.*

Mulier magna, & fortis. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 22. quod eſt de cauſis ob quas Deus fuit cum Maria.*

Mulier, quæ lucernam accendit, per quam dragma decima reperta eſt. Luc. 15. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 44.*

Mulier, ſine qua ingemiſcit æger. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 2. quod Virgo Maria eſt Mater noſtra quadruplicitèr.*

Mulier digniſſima, cuius pulchritudo, & ſpecies eſt in ornamentum domus ſuæ, domus ſuperna, domus totius triumphantis Eccleſię, ſicut Sol Oriens in mundo in altiſſimis Dei, eſt in ornamentum totius mundi ſenſibilis; vade in diuinis Dionyſius veriſſimè docuit, quod etiam ſummi ordines Angelorũ, Throni,

ui, Cherubin, & Seraphin, purgantur, illuminantur, ac perficiuntur ab ea, multo præclarius ſine dubio, quã inferiores ordines à quocumque choro ſuperiore, ſecundum quod ipſa vnica, & incomparabilis Virgo in omni ſapientia, ſcientia, & diuinorum notitia ſecretorum, incomparabiliter ſuperat vniuerſos ciues Cæleſtes. *Dionyſius Carth. lib. 4. de laud. Virg. art. 15.*

Mulier ſaluatrix, vitæ redditrix, oppoſitis omnino qualitatibus à damnatrice illa mortiſq; inductrice fœmina, adornata. *Idem lib. 3. de prec. Mariæ art. 12.*

Mulier, ex qua naſci voluit, & caro humana fieri verbum non recens, ſed æternum, non tranſiens, ſed permanens, & immortalitatis gloria præfulgens, quatenus Adę preuaricationem deleret. *Claudius Rap. Caleſt. ſerm. 2. de Concept. B. V.*

Mulier, quæ, ſacro teſte eloquio contriuit antiquum victori calce Draconem, & muliebre ſimul diluit opprobrium, ac Summi Imperatoris functa partibus, & officio, tartareas profligauit Dęmonum legiones, ac glorioſum de Diabolo referens triumphum, genus humanum ab inferis liberauit; & ad optatam æternæ beatitudinis ciuitatem, ſanctamque Ieruſalem reduxit; non quidem gladio pugnans, vel haſta, ſed innocentia, & puritate innocentis vitæ, fragranti virtutum odore, ac diuino ſplendore gratiarum. *Idem ibid.*

Mulier amicta ſole, id eſt ornata clariſſimo fulgore gratiæ Spiritus ſancti. *Maur. de Villaprobata ſerm. 9. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Mulier, omni virtute ornatiſſima, omnium hominum prudentiſſima, temperatiſſima, fortiſſima, iuſtiſſima, & ſapientiſſima. *Marcus Vigerius in Decachordo Chriſtiano lib. 1. c. 17.*

Mulier glorioſiſſima, generoſiſſima, puriſſima. *Ioan. Picus lib. 3. in Cantic. cap. 5.*

Mulier ſtabilis, de qua Eccleſ. 26. pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris, ſtetit enim firma in paſſione Apoſtolis fugientibus *Petrus Bardus ſerm. 5. de Concept. B. Virg.*

Mulier admirabilis, & ſtupenda, de qua Ioannes in Apocalypſi admiratus expauit, dicens: Signum magnum apparuit in Cœlo, mulier amicta ſole. *S. Thom. de Villanoua Conc. 1. de Aſſumptione Beatæ Virg.*

Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, cuius partum obſeruat ſerpens antiquus. *Idem Conc. 2. de Aſſumpt. B. V.*

MVNDATRIX vitiorum. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 7. cap. 2. §. 5.*

MVNDVS ſpecioſior, ac dignior quam totus mundus; nam quem totus mundus non capere poterat, nec merebatur accipere, quaſi in anguſtum cubiculi vteri ſui ſola ſuſcepit. *S. Io. Chryſ. homil. 1. in Matth.*

Mundus magnus in paruo eius, qui mundum ex nihilo creauit, ſuæ ipſius magnificentię nuncium. *Andreas Cretenſis orat. 1. de Dormit. Beatæ Virgin.*

Mundus pretioſus. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſentat. B. Virg.*

Mundus magnificus. *S. Ioan. Damaſcen. in orat. 4 de Natiuit. Beatæ Virg.*

Mundus, mundo admirabilior; quamuis enim prior mundus admirandus quam maximè ſit: quippe cum dicat, quando facta fuerunt aſtra, laudauerunt me voce magna Angeli mei, hymniſque celebrarunt Iob. 36. nequaquam tamen quidquam in eo eſt, quod ſic Deum oblectet, quemadmodum Beata, & ſuper omnia admiranda Virgo: quodque verum ſit, Iob ipſe audiatur, qui innumera perpeſſus eſt, dicens: Cælum quidem non eſt mundum, aſtra verò irreprehenſibilia non ſunt in conſpectu eius: at hac ipſa quid purius? quid irreprehenſibilius? cuius ſummæ, ac puriſſimę lucis amore adeo captus fuit Deus, vt per ſuperuenientem ſpiritum ſubſtantialiter, cum ipſa commixtus ſit, & ex ipſa egredi voluerit perfectus homo, ſine mutatione, & confuſione immutabilis diuinitatis ſuæ. *Idem ibidem.*

Mundus Creatoris. *D. Bernar. ſerm. de B. Maria, cuius initium Aue Maria.*

Mundus ſpecialiſſimus altiſſimi Dei. *Idem ibid.*

Mundus ſupramundanus. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 3.*

Mundus minor, à quo maior gloria Deo, & Angelis maior lætitia, atque homini, eius bonitate frui volenti, maior vtilitas prouenit, quam de hoc mundo maiori proueniat. *D. Birgitta in ſerm. Angelico de excell. V. cap. 5.*

Mundus minor, in quo Deus etiam ante illius creationem, magis delectabatur, quam de hoc maiori mundo. Nam licet ante Virginem mundus creatus extiterit, periturus tamen erat cum omnibus, quæ in eo eſſent; ipſa tamẽ in ſua immarceſcibili pulchritudine, iuxta æternam Dei præordinationem, in ipſius amantiſſima dilectione, inſeparabiliter permanere debebat; item in nullo maior mundus meruit, nec mereri potuit, vt ſempiternus fieret; ſed felix Maria virtutum pleniſſima, poſt ſuam creationem, diuina opitulante gratia, omnia quæ ſecum Deus facere dignatus eſt, cum omni virtutum perfectione, digniſſimè meruit. *Idem ibidem.*

Mundus, qui à Deo illuminatus, illuminat totam Eccleſiam militantem. *Bernard. de Buſt. ſerm. 3. de Virtutibus Mariæ, Iacob. de Vorag. in Mariali ſer. 19. V. & Maurit. de Villoproba. ſer. 20. Coronæ nouæ B. M.*

MVNIMEN. *Auony. in Euchologio, ſeu Rit. Græcorum in officio Olei ſancti.*

Munimen tutiſſimum. *S. German. orat. 2. in Dormit. Beatæ Mariæ.*

Munimen poteutiſſimum Chriſtianorum. *S. Ioan. Damaſc. in Menæis Græcor. die 27. Ianuarij.*

Munimeu laudantium Deum. *S. Ioſeph Hymngr. in Mariali.*

Munimeu peccatorum. *Ioan. Hailgrinus in cap. 4 Cantic. Canticor.*

Mu-

Munimen vitæ præſen tis, ac futuræ, cunctis eam ex corde rogantib us. *D. Amad. homil. 7. de laud. Virgin.*

MVNIMENTVM iuſtitiæ. *D. Gregor. Thaumatur. orat. 2. in Annunc. B. Mariæ Virg.*

Munimentum mundum, ac diuinum caſtitatis. *S. Io. Chryſ. in Canone 1. Eliæ Prophetæ.*

Munimentum hominum. *S. Ioſeph hymn. in Mar.*

Munimentum ſapientiſſimorum martyrum. *Idem ibidem.*

Munimentum Eccleſiæ, & omnium fidelium. *Richar. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 8.*

Munimentum obumbrans, & abſcondens peccatores. *Albert. Mag. in Biblia Mariæ ſuper Micheam Prophetam.*

Munimentum impenetrabile à Deo factum. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

Munimentum firmiſſimum pectoris noſtri, vt nullum alium præter Ieſum amatorem admittat, & vt ipſi Ieſu per omnia placeat decentiſſimum ornamentum. *Ern. Prag. in Mar. c. 82*

MVNITIO hominum. *S. Ioſeph hymn. in Mar.*

Munitio ſignata 1. Machab. 5. per munitionem Datheman, quod interpretatur, doni ſufficientiam accipiens, & ſignificat Mariam, quæ à diuina munificentia tãtam recepit ſufficientiam gratiæ, quod ſibi, & toti huic mũdo copioſiſſimè ſufficeit ad hanc munitionem in omni tribulatione, ſicut Iſraelitæ ad illam munitionem refugerunt in tempore Iudę Machabæi. *Rich. à S. Laur. de laud. V. lib. 11.*

Munitio fortis, opulenta, magna, & maxima, ad ſe confugientibus. *Hugo Careuſ. in Pſal. 86.*

MVNVS Deo ſacratum. *D. Gregor. Niſſen. orat. in Chriſti Natiuitate.*

Munus pulchrum, Deo dicatum. *Andr. Cretenſ. orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Munus Deo acceptabile. *Georg. Nicomed. orat. 1. de Præſent. B. Virg. & Iacob. Monachus orat. de Natiuit. B. Virg.*

Munus benedictum, Deo oblatum *S. Germ. Conſtant. orat. 1. in Præſent. B. Virg.*

Munus diuinitus ornatum, & ſanctificatum. *Idem ibidem.*

Munus honorabile, S. Annę ab ipſo munificentiſſimo perfectorum donorum largitore conceſſum. *Idem orat. 2. Præſent. B. Virg.*

Munus immaculatum. *Idem ibidem.*

Munus omninò inſuetum, atque diuinum. *Idem ibidem.*

Munus pretioſum, & reconditum, immenſum, & inſcrutabile. *Idem orat. 1. in Præſent. B. V.*

Munus ſupra omnem creaturarum conditionem, Deo dicatum. *Idem ibidem.*

Munus, omnium Dei donorum præſtantiſſimum, ſimul & chariſſimum, mundo datum. *S. Io. Damaſc. orat. 1. de Aſſumpt. B. V.*

Munus omnium glorioſiſſimum. *Idem in orat. de Purificat. B. Virg.*

Munus Dei, Sanctis Sanctorum à S. Anna conſecratum. *Nicetas Dauid in Homil. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Munus Ioachimo, & Annæ à Deo datum, quale nemo vnquam, ex omni æternitate, accepit. *Leo Imperator in orat. de Natiuitate Beatæ Virginis.*

Munus, quo accepto, Opifex ſecundam largitur creationem. *Idem in orat. de Præſentat. Beatæ Virg.*

Munus Creatori depoſitum. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 3.*

Munus Deo oblatum. *Idem in Mariali orat. 4.*

Munus diuinum in templo aſſeruatum. *Idem ibidem.*

Munus diuinum in templo præſentatum. *Idem in Mariali orat. 3.*

Munus Domino conſecratum. *Idem in Mariali orat. 6.*

Munus Domino dicatum. *Idem in Mariali oratione 4.*

Munus pretioſiſſimum. *Idem in Mariali orat. 6.*

Munus verè pretioſum, & Angelis venerabile. *Idem in Mariali orat. 2.*

Munus pretioſum, quod terra noſtra direxit in Cælum in Aſſumptione. *D. Bernard. ſerm. 1. in Aſſumptione Beatæ Mariæ.*

Munus, quo placatur altiſſimus. *Bartholom. de Piſis lib. 2. de laud. Virg. fruct. 6.*

MVRENVLA aurea, quæ in camino tribulationis, ad odorem ignis inſtar paleę non pręuenta, non fœno, non ſtipulæ, ſed auro primo ſimilis eſt inuenta; & quam prudentem maris in profundũ aquarum illuuio non demerſit, non turpauit caminus ignis fuligine, ſed exterſit; nullum quippe ſcrupulum, nullã offendiculum in ea tribulationum inuenit magnitudo, cui poſſet adhærere quæuis noxia, ſeu dedecens, turpitudo; ſed per eam, vel ſupra eam, cum fluctus, & ignes certatim tranſierunt, eam nimirum, & fluctus Murenulam, & ignis auream inuenerunt. *Philippus Abbas lib. 2. Cant. Canticor. cap. 8.*

Murenula in fluctibus maris huius mundi; ſicut enim Murenula Piſcis eſt, qui nutritus in aquis, vndoſo earum diluuio tundi ſe multoties ſuſtinet, & propelli gaudet: tamen ad mortem impulſu aquatico non compellì; ſic in huius vitæ ſtatu non ſtabili, ſed vndoſo, in hoc mari nimis horribili, fide perdita, naufrago, multis Virgo ſenſit moleſtijs, & tribulationibus ſe pulſari, ſed vſque ad defectum, & impatientiam non grauari; Sponſus enim in ea quandam velut piſcium fortitudinem operatur, qua in medio ſtans aquarum illuuione multifaria non laxatur; & inuocato eo, cuius amore extuat, cuius ęſtu inextinguibili detinetur, diluuium non formidat, non aquis profundioribus abſorbetur. Saluum me fac Deus (ait) quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam, & digne conſequenter, non abſorbeat me profundum inquieta vndarum profunditas, fluxa tribulationum multiplicitas, nonſufficiunt admirari, quod feſtinant aduerſus virginem

facto

facto velut agmine congregari, & tamen nullo assultu, nullo impetu, frangere prœualent resistentem, illæsam inter vndas instar piscium persistentem impellunt, non expellunt, conuellunt non euellunt, concutiunt non excutiunt à statu solidæ firmitatis; obstupescunt attendentes tantæ Virginem grauitatis, quam sicut noua gratia, incomparabilis species, inaudita prosperitas non extollit, sic dura tribulatio, persecutio malignorum, aquarum fluxa congeries non emollit; manens enim in carne, erat spiritu non carnalis, sed aurea, ideſt, dives auro, & thesauro sapientiæ spiritualis, non molle quid, non fluidum, nihil in se retinens hȝbetudinis imperitæ, sed solida, & lucida, sensu graui, thesauro fortitudinis exquisitæ. *Idem ibidem.*

MVREX, quo arcanæ Verbi incarnationis lana infecta est. *Andreas Cretenſis Can. in Concept. B. Virg. Mariæ.*

MVRVS nullis arietibus rumpendus. *S. Sabba in Mœneis Græcorum die 17. Ianuarij.*

Murus fidelium inexpugnabilis. *Andreas Cretenſis in S. Demetrium Martyrem.*

Murus virginum, & omniumad eam confugientium. *Idem orat. 2. in Annunc.*

Murus refugij nostri. *Anonymus in Eucologio, ſeu Rituali Græcorum in Canone funereo pro pueris vita functis.*

Murus imperfractus inexpugnatus, & inconcussus, barbararum, & sanguine gaudentium gentium aduentui, & incursionibus opponendus. *Idem in Can. ad SS. Deiparam, qui extat in Rituali Græcorum pag. 813.*

Murus inconuulsus, inexpugnatus, inconcussus. *Idem in Eucologio, ſiue Rituali Græcor. in officio communis ſupplicationis.*

Murus indomitus. *Idem in Eucologio, ſeu Rituali Græc. in offic. funereo inſacerdotem vitæ functum.*

Murus noſter inexpugnabilis. *Idem ibidem.*

Murus validus, & inexpugnabilis. *Idem in Can. ad SS. Deiparam, qui extat in Rituali Græcor. pag. 813.*

Murus firmissimus multitudinis Christianorum. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS. Dominæ noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Murus inexpugnabilis. *S. Germ. orat. 2. in Dormit. B. V. & Theodorus Laſch. Imper. in poem. B. V.*

Murus mundi, à Deo extructus. *S. Germ. in orat. 3. de Aſſumpt. B. Virg.*

Murus ad eam recurrentium. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl. B. Virg. & in Oſſocc. Græcorum.*

Murus Christianorum. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Murus eorum, qui in præceps deturbati sunt, dolosa fraude bellatoris hostis, per cibum, quem comedit primus Parens. *Idem ibidem.*

Murus fidelium omnium, qui in prorundo malorum, & tribulationum fluctuoso mari semper periclitantur. *Idem ibidem.*

Murus fortissimus à facie inimicorum, ab expectatione eorum liberans nos. *Idem ibidem.*

Murus mundi. *Idē in Mœneis Græc. die 15. Auguſti.*

Murus noſter firmissimus. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Murus noſter inconcussus. *Idem ibidem.*

Murus noſter inexpugnabilis, oppugnans impugnantes nos Dæmones. *Idem ibidem.*

Murus omnium fidelium. *Idem ibidem.*

Murus omnium noſtrum. *Idem ibidem.*

Murus vitæ inuiolatus. *Idem ibidem.*

Murus eam inuocantium. *S. Ioan. Damaſcenus in Can. SS. Deiparæ.*

Murus refugij. *Idem in Oſſocc. Græcor. & Barthol. de Piſis lib. 1. de land. Virg. fructu. 2.*

Murus imperfractus, inexpugnatus, & inconcussus, barbararum, & sanguine gaudentium gentium aduentui, & incursibus à Christianis opponendus, vt liberentur. *S. Io. Damaſc. in Can. ſupplici ad SS. Deiparam rumore Belli.*

Murus omnium Christianorum. *Idem Can. in S. Maxim.*

Murus validus, & inexpugnabilis Christianorū. *Idem in Can. ſupplici ad SS. Deip. rumore Belli*

Murus, quo abundè munimur, præsidio eius circumuallati. *Theophanus Nicenus Græcorum die 17. Ianuarij.*

Murus eorum, qui hostium depredationibus sunt expositi. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Murus fidelium. *Idem ibidem. Theodorus Laſcbus Imperator in Can. ad. SS. Deiparentem, & Ioan. Picus in Cant. lib. 3.*

Murus inexpugnabilis Christianorum. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Murus laudantium Deum. *Idem ibidem.*

Murus Martyrum. *Idem ibidem.*

Murus totius mundi. *Ioan. Epiſc. Arctin. in tract. de Dorm. SS. Virg. Mariæ.*

Murus ad mala fortiter repellenda à se, & aliis propter fortitudinem, & magnanimitatem. *Idiota de B. Virg. part. 14. Contempl. 38.*

Murus aqueus propter abundantiam gratiarum, quando Filijs Israel transeuntibus mare rubrum aquæ erant pro muris à dextris, & à sinistris Exod. 14. Per has enim aquas significantur gratiæ, quas habemus per Beatam Virginem, quæ veros Israelitas, ideſt veros Christianos, videntes benedictum Filium eius, & eam, fide, & dilectione duplici muro custodit contra Ægyptios, ideſt, Dæmones, & peccata, & ipsos Ægyptios interfecit, & submersit. *Idem ibidem.*

Murus firmissimus propter propositi seruandæ virginitatis firmitatem. *Idem ibidem*

Murus fortissimus, quem qui vilipendit, exponit se Ægyptijs, ideſt Dæmonibus, ipsorum tentationes recipiendo voluntarie, & ad effectum perducendo. *Idem ibidem.*

Murus igneus in circuitu Hierusalem, ideſt, Ecclesiæ, de quo ipsa Beata Virgo dicit cum Filio suo benedicto Zacch. 2. Ero murus igneus in circuitu eius: quia Beata Virgo ignis appellatur illuminans cęcos, calefaciens frigidos, incuruans duros, deficcans humidos in terrenis, & restringens sol fluidos ad peccandum. *Idem ibidem.*

Murus

Murus igneus nos protegens contra Diabolum, & contra vitia, & peccata. *Idem de B. Virgin. part. 14. Contemplat. 2.*

Murus in defensionem, & conseruationem aliorum. *Idem de B. Virg. part. 14. Contempl. 38.*

Murus inexpugnabilis, qui non potest suffodi, perfodi, aut transcendi; nam non potest suffodi, quia fundatus est super firmam petram, idest Christum, non super arenam in terra propter amorem terrenorum; non potest perfodi propter patientiæ firmitatem, quam ostendit passione benedicti Filij sui, nec etiam potest transcendi propter humilitatis altitudinem cœlos attingentem. *Idem ibidem.*

Murus nobis ad defensionē, & conseruationem. *Idem de B. Virg. part. 14. Contempl. 3.*

Murus propter firmitatem propositi conseruandæ virginitatis. *Idem ibidem.*

Murus, quantum ad virtutes, quibus malis resistitur. *Idem de B. Virg. part. 14. Contemplat. 38.*

Murus, quia sicut Murus dicitur, quia munit, & tuetur interiora ciuitatis nē ab hostibus diripiantur: sic Beata Virgo munit ciuitatem Dei, idest, Catholicam, ne bona interna eius, scilicet opera bona gratiæ, & virrutis diripiantur à Dæmonibus, vel vitijs, & ne fideles Ecclesiæ ducantur à Diabolo captiui in peccatum, vel in infernum, aut ne spolientur armis, & vestimentis virtutum. *Idem ibidem.*

Murus, super quo sancta Trinitas ædificauit. *Idem de B. Virg. part. 14. Contempl. 3.*

Murus tantæ defensionis, & firmitatis, quod super eam ædificauit tota sancta Trinitas. *Idem de B. Virg. part. 14. Contempl. 38.*

Murus fortitudine. *Hugo de S. Victore serm. in Natinit. B. Virg. M. qui est in ordine 34. & Guilielm. Paruus in cap. 8. Canticorum.*

Murus, de quo dicitur Cant. 8. in persona Angelorum: si Murus est ædificemus super eum propugnacula argentea; murus siquidem fuit quandiu per humilitatem, suæ cælauit excellentiam sanctitatis: sed quia vera humilitas nunquam nouit esse otiosa, habuit etiam hic murus propugnacula argentea, cum se ipsam per charitatem exercuit in operibus pietatis, & claritate enituit perpetuę castitatis. *Enricus Clarenal. de peregrinante Ciuitate Dei Tract. 12.*

Murus compactus, non lapidibus, & cæmento, sed virtutibus copulatis charitatis medio ligamento. *Philip. Abbas lib. 6. in Cant. c. 45.*

Murus congeriem viuorum lapidum, charitate ligante media, non casurus. *Idem l. 6. in Cant. Canticorum cap. 46.*

Murus, qui Ierusalem ciuitatem sancti, collectionem fidelium numerosam, addictam in præsenti fructuosis laboribus, spe inconfusibili gloriosam, quam in vnum velut manipulum vnus Dominus, vna fides copulat, & constringit, exemplo, & doctrina, meritis, & intercessionibus, circumcingit. *Idem lib. 6. in Cant. Canticor. cap. 45.*

Murus ad muniendum omnibus ad se confugientibus. *Gulielm. Paruus in cap. 8. Cant.*

Murus ad protegendum. *Idem ibidem.*

Murus inexpugnabilis, circumcingens eos, qui ad eum confugiunt. *Idem ibidem.*

Murus inexpugnabilis, & excelsa habens propugnacula. *Idem ibidem.*

Murus, intra quem, qui propter insufficientiam virium campum timet, abscondi debet à facie inimici. *Idem ibidem.*

Murus, quo qui circumdatur beatus est, ab ijs, qui in circuitu ambulant impij. *Idem ibid.*

Murus fidelium, quo inexpugnabiles sunt è vitijs, si eius vitam imitentur. *Honor. Augustodun. in sigillo B. Mariæ.*

Murus pugnantium Asceterum. *Theodor. Lascb. Imper. in Can. ad SS. Deip.*

Murus aqueus propter abundantiam gratiarum, de quo legitur. Exod. 14. Quod filijs Israel transeuntibus mare rubrum, aquæ erāt pro muro à dextris, & à sinistris: per has aquas signantur gratię, quas habemus per Mariam, quæ veros Israelitas, idest, veros Christianos, videntes filium, & matrem, fide, & dilectione, quasi duplici oculo muniunt contra Ægyptios, idest Dæmones, & peccata, & ipsos Ægyptios interficiunt, & submergunt. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. l. 11.*

Murus igneus, in circuitu Hierusalem, idest, Ecclesiæ, vnde ipsa videtur dicere cum Filio illud Zachariæ 2. Ero Murus ignis in circuitu eius: & benè Maria dicitur ignis, quia illuminat cæcos, calefacit frigidos, decoquit carneos, purgat fæculentos, incinerat duros, deficcat humidos, refrīngit fluidos. *Id. ibi.*

Murus igneus, nos protegens contra diabolum, & contra vitia, & peccata, vnde dicit cum filio Zacch. 2. Ego Murus ignis in circuitu eius, idest Ecclesiæ. *Idem de laud. Virg. lib. 7.*

Murus inexpugnabilis amatoribus suis. *Idem de laud. Virg. lib. 6.*

Murus inexpugnabilis, quia non potest suffodi, perfodi, aut transcendi, non potest suffodi, quia fundatus est supra firmam petram, idest Christum, non super arenam, non in terra, per amorem terrenarum, non potest perfodi, propter patientię firmitatem, non potest trāscendi propter humilitatis altitudinem, Cęlos attingentem, est ideo inexpugnabilis, & propter hoc orare debent assiduē fideles Ecclesiæ: Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine. *Idem de laud. Virg. lib. 11.*

Murus nostrę defensionis, super quam ædificauit tota Trinitas propugnacula argentea: hoc est, ad defensionem Ecclesię tota Trinitas ædificauit in ea, vt precibus suis bene sonantibus inimicum repellat; & signatur hoc in argento, quod cæteris metallis dulcius sonat. *Idem de laud. Virg. lib. 5.*

Murus, quia munit Ciuitatem Dei, idest Ecclesiam Catholicam, ne bona interiora eius, scilicet, bona opera, & gratię, & virtutes diripian-

ripiantur à Dæmonibus, & vitijs, vel ne fideles Ecclesiæ ducantur à Diabolo captiui in peccatum, vel in infernum, aut ne spolientur armis, & vestimentis virtutum; dicitur enim murus actiuè, quia munit, & tuetur interiora ciuitatis, ne ab hostibus diripiantur possessiones ciuium: & passiuè, quia munitur multipliciter contra machinas hostium. *Idem de laud.Virg.lib.11.*

Murus nostræ defensionis, super quem ædificauit tota Trinitas propugnacula argentea. Io.*Hailgr.in cap.8.& vlt.Cant. Canticorum.*

Murus, eam deuotè venerantibus, pie recolentibus, strenuè imitantibus, obnixè deprecantibus, & vbera eius, & fœcunditatem in memoria sancta habentibus. *Hugo Carensis in cap.8. Cant. Canticorum.*

Murus stabilis, & firmus, nobis ad defensionem, & munitionem datus, super quem ædificauit Dominus propugnacula argentea, ideſt, diuina eloquia. *Idem ibidem.*

Murus conseruationis, contra Diabolum, mundum, & peccatum. *Zach. 2. Alb.Magn.in Biblia Mariæ super Zachariam Prophetam.*

Murus defensionis. *Idem in Biblia sup. librum Canticorum.*

Murus ob firmum propositum, quod habuit seruandi virginitatem, quam Deo vouit, super quem ædificata sunt propugnacula argentea, dum instructa fuit in scientijs diuini eloquij, vt crederet de se nasci Filium Dei, iuxta auctoritates diuini Verbi. *Alan. de Iosul. in cap.8. Cantic.*

Murus ad altitudinem vsque cœli erectus, & ad ipsum planè cœli culmen se extendens. *Matth. Cantacuz.in cap.8. Cant. Canticorum.*

Murus inexpugnabilis, à Deo fundatus. *Iacob Monach. orat. de Natiuit. B. V. & in Mariali orat.2.*

Murus, in quo salutis nostræ ædificata sunt fundamenta. *Idem orat.6.*

Murus, cuius portæ non claudentur Apoc. 21. quia ipsa sinum misericordiæ nemini claudit, omnibus aperit. *Ern.Prag.in Mariali cap.91.*

Murus duplex, ideſt murus, & antemurale, contra ignem iræ Dei, ne nos deuoret: & contra Dæmones, ne totam Ecclesiam obruant amplius per diluuium peccatorum. *Idem cap.14.*

Murus Ecclesiæ fortissimus, quia adamantinus; & glutino charitatis, indissolubilis à Deo ædificatus, & litus, Amos.7. Vidi, & ecce Dominus stans super murum litum, siue adamantinum, & pulcherrimum, quia ex lapide candido, & mundo, & pretiosum, quia ex Iaspide & omni lapide pretioso ornatus. Apoc.21. *Idem in Mariali cap.91.*

Murus protegens totam Ecclesiam. *Idem in Mariali cap.14.*

Murus validus, totam ciuitatem Ecclesiæ circumcingens, protegens, & amplectens. *Idem in Mariali cap.19.*

Murus, quia insultus Dæmonum à nobis repellit. *Barth.de Pisis lib.1.de laud.Virg.fruct.8.*

Murus per gratiæ affluentiam, atque in bono confirmationem, per firmum quoque propositum perpetuæ virginitatis. *Dion. Carthus.in Cant.art.27.*

Murus, super quem ædificauit Deus propugnacula argentea, quia quotidie valde perfecit eum omni sapientia, virtute, & gratia, ad expugnandum inuisibiles hostes, & ad conterendum caput antiqui, fraudulentissimique serpentis. *Idem ibidem.*

Murus inexpugnabilis cum propugnaculis. *Bernard.de Bust.in Mariali ser.6.de Concept.B.M.*

Murus aduersitates à fidelibus eliminans, & excludens: simplices quoque, & humiles in vnitate continens, conseruans, ac tuens. *Ioan. Picus lib.3. in Cant.cap.14.*

Murus æneus, roboris inuicti. *Idem ibidem.*

Murus defensionis nostræ. *Idem lib.1. in Cantic. cap.10.*

Murus integer ab omni iniuria. Nos protegens, muniens, ac tuens. Virginalis intactus, & illæsus. *Idem in Cant.lib.3.cap.14.*

MVSICA, effectum musicæ scientiæ in summo habens, cuius vox maximè armonica, delectabiliſſima Deo ad audiendum fuit. *Albert. Magn.super Missus est cap.143.*

MVSTELA, quia sicut Mustela basiliscum occidit, qui tamen tam venenosus est, vt interimat visu, illumque aggreditur tuta munita, & non curans eius venenum, ipsum fortissimum interficit, nec contra eam quicumque potest, ità Dei Mater alma munita fuit singulariſſima gratia, qua in originali non fuit concepta. *Ioan.de Meppis in Tract.de Immaculata Concept.pag.90.*

MVTATIO calamitatum in res secundas. *S.German.Const.orat.2. in Præsent.B.Virg.*

MVTATRIX cursus naturalis. *Bernardin.de Busti in Mariali ser.2.de Coronat. B. M.*

MVTVATRIX carnis omnifactori Verbo. *Cosmas Hierosolym.in Theogoniam hymn.9.*

Mutuatrix nostra ditissima, volenti mutuare ab ea non se auertens. Matth.5. *Albert. Magn.in Biblia Mariæ super Euangel.Matthæi.*

MYRIA latinè innumera, seu infinita, propter innumerabilem, seu infinitam laudationum copiam; quamquam enim innumera quis de ea dixerit, numquam tamen quod sit ex dignitate, assequi queat. *S.Io.Damasc,in orat.4 de Natiuitat. B.Virg.*

MYROTHECA gratiæ digna. S. *Io. Chrysost. orat.10.de Partu B. Virg.*

Myrotheca sanitatis. *Georg. Nicomed. orat.1. de Præsent.B.V.*

Myrotheca mystica quæ vnguentum suauissimè spirans effudit. S. *Ioan. Damascen.in Can. SS. Deipar.*

Myrotheca medicinæ, quæ ex sanctis Ioachim, & Anna nobis exornata est. *Iacob Monach.in Mariali orat.2.*

MYRRHA maris de immortalitate; peperit enim gemmam immortalem in mari, hoc eſt, in mundo. *D. Epiph. in ſerm. de laud. Virg.*

Myrrha electa, cui aurum, & Myrrha oblata ſunt. S. *Ioan. Chryſoſt. orat. 7. in Ss. Deip.*

Myrrha marina, quę in ſalſo vitæ huius fluxu, carnem peccato emortuam geſtauit, ex qua dulcedo, ac totus deſiderium eſt, qui dicit in Canticis: Meſſui Myrrham cum aromatibus meis. s. Io. *Damaſc. in orat. 4. de Nat. B. V.*

Myrrha electa, quia ſi illa Myrrha dicitur electa, quæ ſine vulnere manat ab arbore, & illam amaram carnis mortificationem deſignat, quam prefert anima nullo peccati vulnere ſauciata, talem Myrrham diſtillauit Beata Virgo, quę licet peccati vulnus non haberet, ſemetipſam tamen multipliciter mortificare voluit. *Idiota de B. V. p. 14. contempl. 52.*

Myrrha, quia ſi Myrrha conſumit putredinem vulnerum, Beata Virgo animas peccatorum putrefactas iteratione multiplici vitiorum ſanat, & in eis conſumit putredinem, & fœtorem ſuis ſanctiſſimis orationibus, & exemplis, & à recidiuis defendit. *Idem ibidem.*

Myrrha, quia ſi Myrrha corpora perunctа ſervat à corruptione, Beata Virgo per gratiam meritorum, & exemplorum, & orationum ſuarum preſeruat ſeruitores ſuos, & alios ſibi deuotos à corruptione vitiorum. *Idem ibidem.*

Myrrha, quia ſi Myrrha eſt arbor in Arabia, quę interpretatur veſpera, & Myrrha interpretatur amaritudo: Beata Virgo Maria interpretatur mare amarum propter amaritudines, quas ſuſtinuit in Filio, & fuit Arbor Myrrhęin veſpera ſacratiſſimę paſſionis benedicti Filij ſui. *Idem ibidem.*

Myrrha, quia ſi myrrha eſt arbor quinque cubitorum, quę creſcit in altum, B. Virgo per quinque cubitos creuit in altum. Primus cubitus fuit ſanctificatio eius in vtero materno. Secundus fuit eius natiuitas beatiſſima. Tertius fuit gloriosa Annunciatio ei facta per Gabrielem Archangelum, quod benedictum Dei Filium conciperet in vtero ſuo virginali operante Spiritu ſancto. Quartus fuit, quando more purgandarum mulierum poſt partũ ad templum acceſſit, & benedictum Filium ſuum obtulit, & in manibus ſancti Simeonis tradidit. Quintus fuit, quando deuictis hoſtibus tranſitoria huius miſeri mundi reliquit, & ad Cœlum aſcendit. *Idem ibidem.*

Myrrha, quia ſi Myrrha reſtringit humores à capite effluentes, Beata Virgo cogitationes, & tentationes, quæ ſunt caput peccati per aſſiduas deprecationes excellit, & reſtringit. *Idem ibidem.*

Myrrha, quia ſi Myrrha ſpinæ eſt ſimilis, & per ſpinas intelliguntur peccatores, Beata Virgo apparuit quaſi ſpina, quando legem totam de mulieribus, quæ de viris conceperant, & conſuetudinem obſeruauit. *Idem ibidem.*

Myrrha electa, omnibus mundo renuncianti-

bus, & Chriſto commorientibus, cum carnem ſuam mundi illecebris crucifixit, & ſeiiunijs, & vigilijs afflixit; Myrrha enim mortuorum corpora condiebantur. *Honorius Auguſtodun. in ſigillo B. M.*

Myrrha, quia ſicut Myrrha corpora indè perunctа, conſeruat à corruptione: ità Maria per gratiam meritorum, & exemplorum, & orationum ſuarum ſeruat familiares ſuos à corruptione luxuriæ. *Rich. à s. Laur. de laud. Virg. lib. 12.*

Myrrha, quia ſi Myrrha arbor eſt in Arabia, quæ interpretatur amaritudo, Maria fuit mare amarum propter multas amaritudines, quas ſuſtinuit in Filio, ſuitque arbor Myrrhæ in veſpera paſſionis Filij. *Idem ibidem.*

Myrrha, quia ſicut Myrrha corpus à corruptione conſeruat, & vulnera curat, & oculis, auribus, ori, pectori, naribus, totique corpori vtilis prędicatur: ità B. Virginis gratia interius, exteriuſque cuſtodit, & omnes ſpiritus hominis interiores viuificat, & confortat. *Eraard. Prag. in Mariali cap. 66.*

Myrrha electa, cuius odor aſcendens ad Deitatem, reduxit eam in corpus ſuum. D. *Birgitta lib. 1. Reuelation. cap. 46.*

Myrrha incorruptionis. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fruct. 2.*

Myrrha, quia ſicut optima Myrrha amara eſt, & à corruptione præſeruatiua, ac boni diffuſiua odoris: ità Beata Virgo in adorandi Filij ſui acerbiſſima paſſione vehementiſſimæ compaſſionis ſuæ amaritudine extitit plena, & peccatoribus iugiter condolens, & innumerabilibus gratiam compunctionis obtinuit: à corruptione quoque peccati præſeruat, & ſuauem fundit odorem, in tantum, vt piæ memoriæ portam nunquam ſine inſitæ ſibi ſuauitatis reſperſione introeat. *Dionyſ. Carthuſ. in cap. 24. Eccleſ.*

Myrrha, nos à fluxu illicito reſtringens, ad bene incepta dirigenda, & perficienda confortans, malas à nobis affectiones auferendo, cor noſtrum purgans, à peccati putrefactione nos præſeruans, fœtorem mali exempli à nobis elongans, à delicto labiorum ſanans, intellectum noſtrum confortans, vermes carnalitatum occidens, à nobis curas ſuperfluas tollens, & in bono propoſito nos confirmans, & perſeuerare faciens; proprium enim eſt myrrhæ, rheumata, & fluxus inordinatos reſtringere, digeſtionem confortare, viſcoſos humores purgare, à putrefactione preſeruare, fœtorem emundare, labiorum vlcera curare, cerebrum confortare, vermes necare, carnem ſuperfluam corrodere, ac bonam, & ſanam conſeruare, ex Plinio, Dioſcoride, & alijs. *Bern. de Buſt. ſer. 1. de Aſſimilat. B. M.*

Myrrha conſolidans vulnera peccatorum. *Ioan. Trith. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

MYRTVS breuis ſtaturæ per humilitatem, frigidę naturę per virginitatem, impetribilis

lis ſicut dicunt, quia ſine inuidia, & cupiditate temporalium, quę putrefaciunt corda amatorum ſuorum. *Rich.à s.Laurent.de laud. Virg.lib.12.*

Myrtus, quia ſi ex Myrto fit potus myrtinus, qui valet ad frangendum calculum: per partum Mariæ confracta eſt Idololatria, propter quod ei canitur: Gaude Maria Virgo, cunctas hęreſes ſola interemiſti; & hoc ſignificatum eſt, quando ipſa ingrediente in Ægyptum cum Filio, corruerunt ſimulacra Ægypti. Iſa.19. *Idem ibidem.*

Myrtus, quia ſi Myrtus facit dormire laborantes febri acuta: Maria extuantes carnalibus deſiderijs, vel terrenis concupiſcentijs refrigerat, eiſdem indulgens ſomnum, ideſt quietem pectoris, virtutem caſtitatis, contemptũ rei temporalis, ſabbatum, vel otium contemplationis. *Idem ibid.*

Myrtus, quia ſi myrtus reſtringit vomitum, B. Virgo ſuis orationibus, meritis, & exemplis coercet homines, & maximè ſibi deuotos, ne ad vomitum tedeant, ideſt, ne peccata reiterent, quæ confitendo euomuerant, quia ſic euomeret eos Chriſtus ex ore ſuo. Apoc. 3. Reſtringit etiam fluxum concupiſcentiarum, & deſiderium temporalium, & vomitum guloſitatis, qui ſequitur intemperantiam. *Idem ibidem.*

Myrtus, quia ſicut Myrtus ſecundum Phyſicos, idonea eſt multis neceſſitatibus mulierum: B. Virgo cunctis neceſitatibus fidelium animarũ. *Idem ibidem.*

MYSTERIVM pretioſum omnium noſtrum. & neceſſariorum. *Iſichius ad illud Pſalm. 44. Eructauit cor meum verbum bonum.*

Myſterium peregrinum, atque horrore plenum *S.Ioan Damaſc. in Can.SS. Deiparæ.*

MYSTIS arcani conſilij. *Anonim.in hymn.Grecor. apud Buteonem, & Nomenclatorem Marianum P. Theophili Raynaudi.*

# LIBER DVODECIMVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera N.

NAASSON Deo per obſequium ſanulatione. *Bartbol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu. 4.*

NACHOR mentis à Deo illuſtratione. *Idem ibidem.*

NARDVS. *D. Bern. ſer. 3 ſuper Salue Regina.*

Nardus profluens, ac vngueutariorum more caſtitatis aromata irrigans, quorum euaporatio odor ſuauiſſimus dicenti in Canticis: Nardus mea dedit odorem ſuum. *S. Io. Damaſc. orat. 4. de Natiu. B. Virg.*

Nardus aromatica, dans infirmantibus ſpem ſalutis. *Philippus Abbas lib. 2. in Cantic. Canticor. cap. 10.*

Nardus pretioſa ſuauis fragrantiæ. *Idem ibidem.*

Nardus, cuius odor ſicut virgula fumi, per deſertum ouium nonaginta aſcendens, & omnium virtutum cæleſtium acies penetrans, & tranſgrediens ipſum Regis accubitum gratiſſima ſuauitate reſperſit, & tota domus cæleſtis repleta eſt ex odore vnguenti. *Ern. Prag. in Mariali cap. 73.*

Nardus, parua per humilitatem, calida per charitatem, odoriſera per honeſtatem. *Idem ibidem.*

Nardus ſemper virens, ſemper florens, ſemper candore virginitatis angelicę rutilans, ſuauiſſimum ſanctæ humilitatis ſpirans odorem, & miram cæleſtis gratiæ effundens fragrantiam, qua longe, lateque diſperſa ad ſe attraxit glorioſum Regiæ Maieſtatis Principium, Sacerdotalis dignitatis diademate inſignitum Ieſum Chriſtum auctorem omnium. *Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Virg.*

Nardus obedientiæ. *Bartholom. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu. 2.*

Nardus ſemper virens, ſemper florens, candore rutilans, quæ ſuauiſſimum ſanctæ humilitatis emiſit odorem, & ad ſe attraxit Principem Maieſtatis, Regiæ atque Sacerdotalis dignitatis diademate inſignitum, vt non ad tempus, ſed perpetuam ſecum faceret manſionẽ. *D. Laur. Iuſtin. libro de humilitate cap. 8.*

Nardus parua per humilitatem, medicinalis per curationem infirmitatum ſpiritualium, & corporalium, odoriſera per exemplorum vitæ ſuæ diffuſam ſuauitatem; Nardus enim eſt herba parua, medicinalis; & multum odoriſera *D. Anton. in ſum par. 4. tit. 15. cap. 8.*

Nardus, quæ permaximè dedit odorem ſuę humilitatis, quando tota ſe Deo committens, & ſubijciens: Ecce Ancilla Domini. *Idem ibid. cap. 21. quod eſt de modis, quibus Deus fuit cum Maria.*

Nardus Regis æterni, quæ dedit odorem ſuum. *Cantic. 1. Idem ibidem cap. 8. quod eſt de Annunciatione B. Virg.*

Nardus parua per humilitatem, odoriſera per virginitatem, calida per charitatem, virtuoſa per pietatem. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 1. de Aſſimilatione* B. *Mariæ.*

Nardus, humilitatis amore calens, deuotione vigens, bona opinione redolens, ac diuinis flagrans vaporibus, quæ tantam gratiam inuenit apud Deũ odore & decore ſuo, vt perfuſis regionibus vniuerſis, ipſum quoq; Chriſti accubitum aſcendens, ipſum grata ſuauitate reſperſerit, dicens in Epiſtola: Cum eſſet Rex in cubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis. *Claudius Rap. Cæleſtin. ſerm. 2. de Conceptione Beatæ Virg.*

Nardus pudicitiæ fragrantiſſima. *Ludouic. Bloſ. in Endologia 2. ad B. Virg.*

NARRATIO amabilis. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 3.*

Narratio vocaliſſima. *Idem ibidem.*

Narratio hominibus rerum nunquam ante auditarum. *Idem in Mariali orat. 6.*

Narratio noua, ac peregrina, quæ à linguis circumfertur. *Idem ibidem.*

NASVS, quia ſicut miniſterio naſi purgantur humores capitis, ſic adiutorio Beatæ Virginis purgantur vitia, & praui humores mentis, quæ eſt caput animę. Et quia ſicut Naſus diſcernit

ſcernit inter fœtorem, & odorem, ſic Beata Virgo ad virginitatē ſe ipſam, velut ad aromata conuertit, & carnis corruptionem velut fœtorem longè à ſe proiecit. Et quia ſicut in Naſo attenditur motus indignationis, ſic Beata Virgo quicquid vile eſt, & ſordidum deteſtabatur, & omnem mundanam altitudinē exollentē ſe aduerſus Deum abominabatur. Et quia ſicut per Naſum attrahitur, & emittitur ſpiritus, ſic B. Virgo attrahit ſpiritum, & eundem ad alios emittit exemplo Domini, qui in faciem hominis inſpirauit ſpiraculum vitæ; dicendo enim, monendo, conſulendo, pro peccatoribus orando inſpirat, ſpirat ſpiraculum vitæ, quo reuiuiſcant à morte peccati, *Idiota de B. Virg. par. 1. Contempl. 8.*

Naſus Eccleſiæ ſpecioſus, qui per duo virginitatis, & humilitatis foramina de capite, id eſt, de Cælo eduxit ſpiritum noſtrum, id eſt Dei Filium. *D. Bernard. ſer. 4. ſuper Salue Regina.*

Naſus, cuius miniſterio purgantur vitia mentis noſtræ, ſicut per Naſum humores capitis, & ſuis amicis tribuit gratiam diſcernendi inter aromata, & fœtores, quibus deſignantur vitia, & virtutes. *Richard. à S. Laurent. de laud. Virg. lib. 6.*

Naſus non paruus, quia non deficit ei diſcretio, non grandis, quia non adfuit ei præſumptio, non tortus, quia nulla occaſione declinauit à recto; de his enim tribus impedimentis agitur Leuit. 21. & ideo fuit idonea miniſtrare Domino vnde dicit Eccl. 24. in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. *Idem ibid. l. 5.*

Naſus, qui nobis eſt via ſpiritus, id eſt gratiæ Dei, quæ meritis eius, & precibus nobis datur, & miniſtrat ſpei reſpirationem peccatoribus deſperatis. *Idem ibidem lib. 2.*

Naſus, quia ſi miniſterio naſi purgantur humores capitis, adiutorio Mariæ purgantur vitia, & praui mores noſtræ mentis, quæ caput eſt animæ. *Idem ibidem lib. 5.*

Naſus, quia naſus diſcernit inter fætorē & odorem: Maria V. fouens virginitatem, ad ipſam velut aromata ſe conuertit, & carnis corruptionem tamquam fætorem longe à ſe proiecit. *Idem ibidem.*

Naſus, quia ſi naſus eſt via ſpiritus: Maria, & ipſa via eſt, quaſpiritus ſanctus venit ad nos, ad noſtram, ſcilicet iuſtificationem, & conſolationem, & quandoque quaſi recedit à nobis ad noſtram humiliationem. *Idem ibid.*

Naſus, quia ſi naſus miniſtrat animæ, id eſt vitæ carnis reſpirationem: Maria vitæ noſtræ ſpirituali ſpei reſpirationem; vnde dicit Eccl. 24. In me omnis ſpes vitæ, & virtutis. *Idem ibidem.*

Naſus, quia ſi penes naſum attenditur motus indignationis: Maria per ſanctam ſuperbiam, quidquid vile erat, & ſordidum deteſtabatur, & omnem mundi gloriam per humilitatem abominabatur. *Idem ibidem.*

NATA, quæ diuturno debito matrem liberauit, & Patris nuditatem operuit, tum mutuo dedit Opifici carnis indumentum. *Leo Imperat. in orat. de Præſentat. B. Virg.*

Nata ſui Nati. *Io. Geom. in Beat. Virg. hym. 3.*

Nata criminis expers, vt modo vult hominum pars maxima. *Ioan. Bapt. Mantuan. lib. 7. de ſacris diebus ad diem 26. Iulij.*

NATATORIA Syloe, ad quam miſſus eſt cæcus natus, lauare oculos ſuos Ioan. 4. vt illuminarentur; ipſa enim dicitur illuminatrix, præcibus ſuis, meritis, & exemplis illuminans peccatores, & reſtituens viſum interiorem. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 9.*

NATHAN filius Dauid, Ieſu Filij ſui mundo donatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laudib. Virg. tractu 4.*

NATVRA virginea *Amphiloch. in orat. de occurſu Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Natura prima, proximè accedens ad Deum, opificem omnium generationis. *Andr. Creten. orat. 2. de Domit. B. Virg.*

Natura creata; latior omni, quæ ſub aſpectum cadere, & non cadere conſpecta eſt; in qua comprehenſus, qui comprehendi non poteſt, vitij latitudinem redegit in anguſtiſſimum. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS. Domina noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Natura terrena, ſuas ipſius rationes ſupergreſſa. *Idem orat. 3. de Præſentat. B. Virg.*

NAVICVLA, nullo modo à Dæmone concuſſa. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de laud. B. V.*

Naiucula Domini. *Albert. Mag. ſerm. in Dominic. 5. poſt Trinitat.*

Naiucula fidelis, per quam nos peccatores munuſcula noſtra, id eſt, orationes, lachrymas, eleemoſynas, & ieiunia noſtro Iudici permittere debemus, vt cum venerimus, ipſum propitium inueniamus. *Idem ibidem.*

Naiucula, in qua transfretauit Filius Dei, de littore immortalitatis ad littus mortalitatis aſſumens noſtram humanitatem, conferens nobis ſuam Deitatem. Matth. 9. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euang. Matthæi.*

Naiucula, per quam Dominus deſcendit in mundum. *Idem ſerm. in Dominic. 5. poſt Trinitat.*

Naiucula nobis à Deo prouiſa in mari tempeſtoſo huius mundi. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 3. de Aſſimilat. Beatæ Mariæ.*

Naiucula vtilis ad transfretandum occurſus periculoſos mundialis occupationis, ad deferendum prouentus delitioſos diuinalis cõtemplationis, ad debellandum incurſus anguſtioſos dæmonialis tentationis. *Idem ibidem.*

NAVIGIVM vniuerſo mundo maius, Cæliſque ipſis amplius, Conditori Nauis conſtructum. *Nicephorus Gregor. orat. in S. Deiparam apud Ceraſolam Tom. 6.*

Nauigium, quo aduenit ad nos Dei Verbum. *Bartholom. de Piſis lib. 2. de laud. V. tractu 6.*

NAVIS regia, quæ de Tharſo diuitias portat è gen-

gentilium Regione offerẽs Regi cælestis Hierusalem conuersionem gentium 3. Reg. 10. *S. Proclus in orat. 6. quæ est de laud. B. V.*

Nauis mercibus referta, nulloque egens gubernatore. *Isychius ser. 2. de laud. Virg.*

Nauis mare percurrens, onusque quærens frugiferum. Io. *Eubœus orat. in Conceptione S. Dei Genitricis.*

Nauis à diuina Trinitate facta, compaginata omnium virtutum firmitate, ac plenitudine omnium gratiarum, & omnium bonorum, cuius institor fuit Spiritus sanctus, qui eam gubernauit, & ornauit virtutibus pretiosis, scilicet auro sapientiæ, argento eloquentiæ, pomis odoriferis sanctæ opinionis, cibarijs omnium scripturarum, & mandatorum Dei, carnibus Agni immaculati, oleo misericordiæ, & pietatis, sale discretionis, lacte beniginatis, & doctrinæ, speciebus aromaticis omnium virtutum, igne diuini amoris, operto tamen humilitatis cinere, lignis bonæ operationis, & ad istas merces custodiẽdas fuit in ea cor humile, spiritus mansuetus, mens tranquilla, verecunda frons, demissa supercilia, oculi columbini, os taciturnum, labia sine morsu, lingua veridica, gustus moderatus, tactus promptus ad bona opera, modestus incessus, pedes prohibiti ab omni via mala, & sensualitas ex toto subiecta rationi. *Idiota de B. Virg. Part. 14. Contempl. 39.*

Nauis, in quam intrare possumus per deuotionem, dilectionem, vt tutè nauigãdo per mare mundi cum tranquillitate perueniamus ad portum salutis. *Idem ibidem.*

Nauis, per quam possumus feliciter nauigare per hoc mare mundi: vnde de ea scribitur Prouerb. 31. Facta est, quasi nauis institoris de longe portans panem suum. *Idem ibidem.*

Nauis, quæ portauit panem de longe, quia de Cælo venit Panis Angelorum, & fuit coctus clibano eius vteri virginalis, igne Spiritus sancti, & secundo fuit coctus in ara Crucis, vbi induruit per ignem passionis, & sic fuit bis coctus, qui competit nauigantibus. *Idem ibid.*

Nauis tutissima, sine qua nullus potest euadere pericula maris huius mundi suscipiens nos, ne submergamur impulsu ventorum, qui vndique nos concutiunt, & impellunt, & velut arundinem agitant hinc, & inde. *Idem ibid.*

Nauis nos sustentans, & portans in mundi mare. *S. Anselm. Luc. super Aue Maria.*

Nauis maris. *D. Bernard. serm. 3. super Salue Regina.*

Nauis ab artifice commendanda; eius enim factor, & conditor Deus. *Rich. à S. Laur. de laud. lib. 11.*

Nauis ad hunc finem à Deo facta, vt per eam panis cælestis deferretur ad homines, vt ipsum gustando fierẽt Angeli; quia per Mariam panem Angelorum manducauit homo Psal. 77. & per ipsam Cæli cibaria misit hominibus in abundantia Deus Pater. *Idem ibid.*

Nauis aperta à superiori, ad pluuias gratiarum, & charismata donorum, quæ de sursum veniunt à Patre luminum. Iac. 4. *Idem ibidem.*

Nauis aperta superius, quasi quodam velamine patientia forti, qua passiones aeris, id est, tribulationes, quas procurant aereæ potestates, constanti animo repellebat. *Idem loco. cit.*

Nauis bitumine linita intrinsecus, & extrinsecus, scilicet, quoad Deum, & proximum, charitate feruentissima, & indissolubili, vel charitate in affectu, & effectu. *Idem ibidem.*

Nauis clausa ab inferiori, ad aquas mundanarum vanitatum, & carnalium voluptatum, quæ transeunt velut aqua, & ad perpetuam amaritudinem suos rapiunt amatores. *Idem ibidem.*

Nauis concaua interius per humilitatem veram, & ideo capax effecta est veri panis. *Idem ibidem.*

Nauis, cuius anchora fuit timor filialis, & castus, quo firmiter stabiliebatur inter omnes procellas fluctuum, vnde in Psal. 88. Christo dicitur. Posuisti firmamentum eius formidinem, id est, timorem B. Gregor: Anchora cordis pondus timoris Eccles. 34. qui timet Deum trepidabit. *Idem ibidem.*

Nauis, cuius gubernator, & rector, Christus sapientia Patris, & ei conuenit illud Psalm. 22. Dominus regit me. *Idem loco citato.*

Nauis, cuius institor, fuit Christus, qui de Cælo per eam venit in mundum ad negotiandum, vendendum, & emendum, sicut enim de patria sua institor transit ad alienam spe lucri, & desiderio acquirendi, sic & Christus venit in sua incarnatione de Cælo in terram ad emendum, & redimẽdum animas nostras, vnde dicit Hiere. 12. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam. *Idem ibidem.*

Nauis, cuius velum fuit virginitas dependens ex antenna charitatis; ex vehementia enim eximiæ dilectionis emisit prima virgo nostra votum perpetuæ castitatis; vel eius velum fuit sanctum desiderium eius, quod inspirabat, & inflammabat Spiritus sanctus, iuxta illud Cantic. 5. Veni Auster perflat & idcirco cum ex vehementia desiderij respondueret: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi, venit Auster, id est, Spiritus sanctus, & flauit, & velum intumuit, quia in momento, quo verbũ illud protulit, scilicet: Fiat mihi: Dei Filium de Spiritu sancto, id est, de operatione Spiritus sancti, concepit; & sic nauis ista versus portum vitæ perpetuæ iugiter mouebatur; dicitur autem velum à volatu, iuxta illud poeticum: Velorum pandimus alas; bene autem velum signat desideria virginis, quæ exeuntia à corde ipsius, statim volabant in cælum, vnde, & ipsi proprijssimè conuenit illud Psal. 37. Domine ante te omne desiderium meum; vel eius velum fuit charitas vento gratiarum perflata continue, extensa in anteriora appetitu

æter-

æternorum, & ſiniſtram,& dexteram compatiendo miſeris, & congratulando deuotis. *Idem ibidem.*

Nauis, cuius virga, ſeu antenna fuit Charitas, nam ſicut antenna componitur ex duabus lignis,& ſe extendit ad dexteram, & ſiniſtram, ſic charitas conſiſtit in dilectione Dei,& proximi, amicos in Deo, & inimicos diligens propter Deum. *Idem ibidem.*

Nauis deducens amicos ſuos in portum voluntatis eorum. *Idem de laud. Virg. lib. 7.*

Nauis de longe portans panem ſuum, Pou. vlt. id eſt, de cælo apportans panem ſuum, qui non fuit de terra, ſed de cęlo Ioan. 6. reſpirans ad vitam cæleſtem non terrenam, quod adimpletum eſt ad litteram, quando Chriſtus, qui vinus panis eſt in eius vtero, quaſi in nauigio virginali de Nazareth venit in Bethleem domum panis. *Idem de laud. Virg. lib. 11.*

Nauis immenſæ magnitudinis, & hoc oportebat, quia ad hoc facta eſt à Deo, vt omnes electos contineat iuxta illud: ſicut lætantium omnium noſtrum habitatio eſt in te. Pſal. 86. & omnes quodammodo ferat ad portum vitę, vndè dicitur ei Iſa. 48. Affer filios meos de longinquo. *Idem ibidem.*

Nauis lata in medio, ſcilicet, in corde per capacitatem deſiderij, vt mercimonijs bonorum omnium impleretur. *Idem ibidem.*

Nauis linita bitumine caſtitatis, carnis, & ſpiritus, ſicut Arca Noe, cui dictum eſt Geneſ. 6. Linies arcam intrinſecus,& extrinſecus, vel linita bitumine charitatis, quia aquæ multæ, id eſt, tribulationes non potuerunt extinguere charitatem eius, nec intrare per deſolationem vſque ad animam eius. *Idem ibidem.*

Nauis onerata mercimonijs humanæ ſalutis in gratiarum plenitudine, vndè gratia plena in Spiritus ſancti ſuperuentione Filij Dei, qui eſt omne bonum, & à quo eſt ſufficientia noſtra 2. Cor. 3. admirabili Conceptione. Ipſe enim onerauit nauē iſtam omnibus mercibus pretioſis, & chariſmatibus omnium donorum, quibus copioſiſſimè pauperiē ditauit humanam, quando diuitias totius veri boni nobis conferre voluit per Mariam. *Idem ibidem.*

Nauis, quæ ad littus optatum peruenit in Filij reſurrectione, ad portum veræ ſalutis in ſua aſſumptione & quæ tunc in mundo pręſſuras paſſa eſt cum Filio, nunc cum ipſo pacem poſſidet, & quietem. *Idem ibidem.*

Nauis, quæ cum Piratis, & latronibus prælibatur, id eſt, cum aereis potęſtatibus, & adhuc pugnat aſſiduè pro ſalute famulantium ſibi, vnde, & dicitur terribilis ipſis dæmonibus, vt caſtrorum acies ordinata Cantic. 6. *Idem ibidem.*

Nauis, quæ ſuſcipit amicos ſuos naufragantes in fluctibus huius maris. Vnde dicit Eccl. 24, in fluctibus maris ambulaui, cum familiaribus meis, videlicet, tamquam nauis, vt ipſos eriperem à naufragio peccatorum,& ereptos deducerem in portum voluntatis eorum, ambulat etiam in fluctibus maris mæſtos conſolando, & triſtes lætificando. *Idem de laudib. Virgin. lib. 2.*

Nauis, quæ toti mundo fame pereunti portauit panem ſuum, id eſt, Dei Filium, quem fecit ſuum, & illum quodammodo emit à patre pretio virginitatis, & humilitatis, & cæterarum virtutum, quando ſcilicet, Syndonem fecit, id eſt, virginitatem vouit, & vendidit, quaſi pro pretio Filij Dei, & de Cælo venit ad nos panis iſte per hanc nauem, qui ſedebamus in tenebris, & vmbra mortis,& vincti eramus in mendicitate, & ferro Pſal. 106. ad innuendum, quod veniebat reparare nos, qui fame moriebamur, ad vitam cæleſtem, non terrenam: & cum eſſet panis Angelorum, dati voluit hominibus, vt ipſo guſtando fierent Angeli. *Idem de laud. Virg. lib. 11.*

Nauis tribulationibus, & præſſuris, quas patiebatur in Filio, in ſublime elata: Vnde Gen. 7. factum eſt diluuiū,& multiplicatæ ſunt aquę, & eleuauerunt arcam in ſublime à terra; ſed quanto tunc in mundo grauius preſſa, tanto nunc in Cęlo ſublimius exaltata. *Idem ibid.*

Nauis virtutum omnium firmitate compaginata,& omnium gratiarum, omniumque bonorum operum plena. *Idem ibidem.*

Nauis ampla, quæ nos portat in cælum. *Hugo Cardenſis in Pſalm. 80.*

Nauis huius maris, per quam omnes peruenīe ad portum ſalutis. *Idem in cap. 24. Eccleſiaſt.*

Nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum, id eſt Chriſtum, qui eſt panis vinus, qui de longe venit, qui de cælo deſcendit. *Idem in Pſalmo 80.*

Nauis, qua homo à tentationum fluctibus liberatur. *D. Bonauent. ſer. 2. de B. V. M.*

Nauis refertiſſima inſtitoris, id eſt, Chriſti, de longe portans panem ſuum, ſcilicet nobis: Panem Angelorum manducauit homo. *Albertus Magnus in Biblia Mariæ ſuper lib. Proverbiorum.*

Nauis illius nobilis inſtitoris, de quo dicitur Prouerb. 30. Facta eſt quaſi Nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum. *Idem ſerm. de S. Margarita Virgine.*

Nauis inſtitoris de longe portans panem ſuum. Pouerb. vlt. id eſt panem viuum, qui de cælo deſcendit. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 197.*

Nauis, quæ negotiatorem cæleſtem deduxit ad terras. *Idem ſerm. de S. Margarita Virg.*

Nauis ad hoc facta, vt Deum de cælo ad terram portaret. *Iacobus de Voragine in Mariali ſermone 3. N.*

Nauis à tota Trinitate fabricata; in ea enim Pater poſuit ſuam potentiam, in quantum potentiam diuinitatis receptiuam ei contulit, Filius ſuam ſapientiam, in quantum ei ſigillum integritatis integrum ſeruauit; Spiritus ſanctus gratiam, in quantum plenitudinem gratiæ ei dedit. *Idem ibidem.*

Nauis,

Nauis, cuius arbor, & velum ipſe Chriſtus fuit. *Idem ibidem.*

Nauis diuina arbore inſignita, nempe Chriſto. *Idem ſer.2.pro Sabat.poſt Ciner.*

Nauis facta de Cedro virginitatis, de Cypreſſo charitatis, de Oliua pietatis, de Platano humilitatis. *Idem in Mariali ſerm.3. N. & Bernardin.de Buſt.ſer.de Aſſimil. B.M.*

Nauis in medio mari, quia mediatrix inter Deum, & peccatores. *Iac.de Vorag. ſer.2.pro Sabat. poſt Ciner. qui eſt de dignitate, & pietate Beatæ Virg.*

Nauis onuſta mercibus maximarum virtutum, humilitatis, virginitatis,& fœcunditatis,quibus Deo,Angelis,& toti humano generi grata fuit. *Idem in Mariali ſerm.3. N.*

Nauis, quæ nobis panem apportauit cæleſtem. *Idem ſer.2. de Natiuit. B.Virg.*

Nauis, quæ portauit Mercatorem cæleſtem. *Idem ſer.2.pro Sabat.poſt Ciner.*

Nauis ſuperius aperta ad amorem cæleſtium, inferius clauſa ad amotem terrenorũ, in medio lata, quia totius Trinitatis nobile Triclinium effecta. *Idem in Mariali ſer.3. N.*

Nauis virtutum mercibus onuſta. *Idem ſerm.2. pro Sabat. poſt Ciner.*

Nauis, cui beatus erit, qui commiſerit animam ſuam ex vero corde, & puro, vt ipſa regente, & ipſa duce, cum venerit ad diſtrictum de Marrae, id eſt, ad horam mortis,integra naui, & ſaluis mercibus perueniat ad portum ſalutis. *Ern.Prag.in Mar. cap.106.*

Nauis, in quam Rex ipſe Cęli inſtitor,ac negotiator factus aſcendit, & per eam venit in ciuitatem noſtram, afferens ſecum omnes, theſauros ſapientię, & ſcientiæ, quærere, & emere huius margaritas, ſcilicet, paupertatem, vilitatem,aſperitatem, perſecutiones, paſſiones,& omnes miſerias mundi huius,& peccata noſtra, pro quibus vendidit, & tradidit ſemetipſum. *Idem ibidem.*

Nauis inſtitoris currens, & tecutrens de nundinis mundi ad nundinas cæli, deferens ſecum noſtras miſerias, quas ei committimus, & referens nobis aurum, id eſt,manſuetudinem cordis: argentum,id eſt,dulcedinẽ oris: ebur, id eſt firmã caſtitatem corporis: ſimias,id eſt iucunditatem mentis: pauos, id eſt,honeſtatem conuerſationis. *Idem ibidem.*

Nauis inſtitoris, quæ bene, & verè de longe portauit panem ſuum,quia procul,& de vltimis terræ,id eſt de ſumma, & extrema humilitate. *Idem ibidem.*

Nauis, quæ in tempeſtate paſſionis Filij, quando omnes naues ſubmerſæ fuerunt, Apoſtolis in Scyllam cadentibus, & Iudæis à Charybdi abſortis, integra,, & ſaluis mercibus peruenit ad portum Dominicæ Reſurrectionis. *Idem ibidem.*

Nauis Salomonis, quæ, cum elaſſe Hyram Regis Tyri, ibat in Tharſis, quod interpretatur explotatio gaudij,id eſt, ad nundinas ceIeſtes ibat cum peccatoribus, & erat in illis, quaſi vna ex illis; naues ſiquidem Hyram Regis Tyri ſunt peccatores humiles huius mundi. *Idem ibidem.*

Nauis gubernatione. *Barthol. de Piſis lib.1. in laude Virg. fructu 8.*

Nauis inſtitoris, in qua congregauit Spiritus ſanctus omnium ſpiritualium copiam diuitiarum,ſuitque cunctis virtutibus donis, fructibus, & beatitudinibus in termino excellentiæ omninò onuſta. *Dionyſ.Carth.in c.31. Prouerbior.*

Nauis, quia ſicut nauis defert contenta in ſe ad loca remota, ſic Beata Virgo exuberantiam ſuorum chariſmatum vndique longiſſimè,atque latiſſimè diffundit, diſperſis communicauit, ità quod de plenitudine eius accepimus omnes. *Idem in cap.31.Prouerb.*

Nauis à tota Trinitate fabricata, & facta. *Bernardin.de Buſt.ſer.3.de Aſſimilat.B.M.*

Nauis habens Chriſtum pro velo. *Idem ibid.*

Nauis,in qua arbor erectus fuit Chriſtus. *Idem ibidem.*

Nauis liberans à tempeſtatibus. *Idem ibid.*

Nauis mercibus virtutum, & gratiarum onerata, id eſt, humilitatis, virginitatis, fœcunditatis. *Idem ibidem.*

Nauis officioſa. *Idem ibidem.*

Nauis, qua mediante vadimus ſecuri, & libeti ab omnibus periculis maris, & fluminum. *Idem ibidem.*

Nauis, quæ Deum de cęlis in terram portauit. *Idem ibidem.*

Nauis, quæ nobis Chriſtum panem Angelorum deportauit. *Idem ibidem.*

Nauis, quæ nobis detulit theſaurum maximũ,id eſt Chriſtum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi. *Idem ibidem.*

Nauis, quam omnes debent conſcende re, qui ad portum ſalutis æternę volunt proſpere, & feliciter peruenire. *Idem ibidem.*

Nauis ſalutis. *Idem ibidem.*

Nauis ſuperius aperta ad amorem cæleſtium, inferius clauſa ad amorem terrenorum. *Idem ibidem.*

Nauis tutiſſima. *Idem ibidem.*

NAVM floris vitæ germinatione. *Barthol.de Piſis lib.1.de laud.Virg. fructu 4.*

NAVTA mundi, ne mergamur In profundo. *D. Bonauentura in Pſalter. minor. Beatæ Virg. Quinquagena 3.*

NAZARETH, quæ interpretatur tranſmigratio facta, vel reuelatio, vel rota, quia per ipſam tranſmigramus à vitijs ad virtutes, de malo ad bonum, de bono ad melius, de meliori ad optimũ. Item ipſa,quæ illuminatrix eſt, reuelat ad oculos noſtros interiores vt videre, id eſt cognoſcere valeamus mundi vaniratem,vilitarem noſtram, & Dei bonitatem.Reuelat etiam nobis myſteria ſcripturarum: rectificat etiam quoſdam, qui rotaban-

tur

tur ambulantes in circuitu per temporalia, exemplo ſuæ paupertatis. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib.* 11.

NEBVLA, in cuius gremio Chriſtus pluuia cæleſtis, curſu venit in Ægyptum, fugiens voluntariè ſceleratas manus iniquorum. *Anaſt. Synaita lib.* 8. *Anagog. Contempl. in Haxamer.*

Nebula lucida, ex qua fons luminis ſcatet. *Georg. Nicomed. orat. de exitu* SS. *Dominæ noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Nebula, qua ſol ſpiritualis vehitur, cuius radijs luminaria ipſa illuſtrius decorantur. *Idem orat.* 3. *de Concept. Deiparæ, quæ Græcè M. S. extat in Cod. Vatic. num.* 436.

Nebula lucis in vitæ, hac ſolitudine nouũ Iſraelem interceſſione obumbrans, ex qua gratiæ audita decreta, ac de qua ortus iuſtitiæ ſol incorruptionis cuncta radijs colluſtrat. *S. Io. Damaſcen. orat.* 4. *de Natiu. B. V.*

Nebula lucis iuxta Prophetarum vaticinia, quãdoquidem Dominus in ipſa venit, vt ruerent Ægyptia erroris ſimulacra, & lucerent ea venerantibus. *Idem in Cantic. Græcor. ſuno* 1.

Nebula tegens omnem carnem ab ardore iræ Dei, per humilitatem, tenuis per charitatem, rorans exemplo caſtitatis, refrigerans contra ardorem ſolis, id eſt tentationis, vel perſecutionis obumbrans. *Hugo Carenſis in cap.* 24. *Eccleſ.*

Nebula abſconſionis Filij Dei. *Albert. Magu. in Biblia Mariæ ſuper librum* 3. *Regum.*

Nebula refrigerans, pluens, & donans. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.* 3. *Regum.*

Nebula, quæ texit omnem carnem, id eſt, totam Chriſti ſubſtantiam. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 15.

Nebula, quia ab hominum concurſatione ſemota. *Barth. de Piſis lib.* 1. *de laud. V. fructu* 8.

Nebula, quia à terrenis ſubleuata. *Bern. de Buſtis ſerm.* 4. *de Nominat. Mariæ. & Maurit. de Villaprob. ſer.* 9. *Coronæ nonæ* B. *Mariæ.*

NEGOTIATRIX prudens, quia amorem creaturæ omninò commutauit in amorem Creatoris; habuit enim prudentiam ſerpentis, omnia pro capite exponendo. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib.* 12.

NEGOTIVM ſæculorum. D. *Bernard. ſerm.* 2. *in die Pentecoſtes.*

Negotium quietum, & pacificum. *Arnold. Carnotenſis Tractatu de illo verbo Domini*: Mulier ecce filius tuus.

NEMVS Abrahæ, quod plantauit in Berſabea. *Geneſ.* 21. *Ern. Prag. in Mar. cap.* 62.

Nemus, in quo viror non herbarum, ſed gratiarum: venuſtas non florum, ſed morum: celſitudo non arborum, ſed virtutum: concentus, non auium ſed Angelorum. *Idem ibi.*

Nemus regio cultu, & manu conſitum, de quo tot pulchra, & mira dicuntur. Heſter. 1. In quo ille Beatus Aſſuerus omnibus, qui erant in Suſis, quod interpretatur lętitia, feſtum facit; conſtat enim omnem populum ciuitatis, à maximo vſque ad minimum, inuitatum, fuiſſe ad conuiuium illud nuptiale celebrandum in memore pectoris virginalis, ideſt omnes animæ intentiones, cogitationes, affectiones, vota conſilia, ac deſideria, ſenſus quoque, & appetitus. *Idem ibidem.*

Nemus pœnitentiæ. *Barth. de Piſis lib.* 1. *de laud. Virg. fructu* 3.

Nemus virtuoſorum. *Idem ibidem fructu* 2.

NEPTIS Evæ. *Andr. Cret. orat. de Nat. B. V.*

Neptis, quæ maiorum habuit reparare caſum. *Photius Conſtantinop. orat. in S. Mariæ Nat.*

NERI aliorum ſui gratia, & gloria irradiatione. *Barthol. de Piſis, lib.* 1. *de laud. Virg. fructu.* 4.

NIDVS Dei. *S. Germ. orat.* 1. *in Dorm. B. V.*

Nidus columbæ, ideſt, receptaculum Spiritus ſancti, qui ſicut columba deſcendit in Chriſtum. Luc. 3. Vndè ei dictum eſt: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib.* 10.

Nidus columbæ, ideſt Chriſti, qui dicitur columba. Ier. 25. Facta eſt tunc in deſolatione à facie, ideſt ab inſtantia iræ columbæ, ideſt Chriſti, qui etiam quando punit, tranquillus eſt in ſe, & qui non continet in ira ſua miſericordias ſuas. *Idem ibidem.*

Nidus, concauus per humilitatem interiorem; ſphericus per æternorum inquiſitionem, aſper exterius, ſcilicet in carne, per abſtinentiam, & macerationem: mollis, & ſuauis interius per mentis benignitatem: ſuſpenſus per contemplationem: clauſus inferius per amorem paupertatis, quo ad terrena: apertus ſuperius per deſiderium ſupernæ beatitudinis. *Id. ibid.*

Nidus, in quo quieuit auis, ideſt, Chriſtus, vndè ipſa dicit. Eccl. 24. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. *Idem ibidem.*

Nidus, in quo iuſtus à mundi preſſuris pacem inuenit, & quietem. *Idem ibidem.*

Nidus, in quo vir iuſtus inſtar auis ponit, & fouet oua ſua, & pullos, ideſt, opera, & bonos motus. *Idem ibidem.*

Nidus, quem Chriſtus ſiguatus per aquilam, eleuatus in Cælum ad præceptum patris. Iob. 39. poſuit in arduis: cum matrem ſuam in aſſumptionem etiam ſuper Angelos collocauit. *Idem ibidem.*

Nidus, vbi paſſer ſolitarius, Ieſus Chriſtus, demoratur. *D. Bonauent. in Pſalterio minori B. Virg. Quinquagena* 3.

NILVS, quia ſi Nilus, quando ſol per Virginem ſignum tranſit, omnes exitus ſuos reuocat, & cum ingreſſus fuerit ſol in libram, tunc Nilus totus intrà ripas colligitur, nec perfundit terram, quod eſt in tempore vindemiæ, & ideo dicitur de Gehon, qui eſt, ideſt ac Nilus, & aſſiſtens quaſi Gehon in die vindemiæ, ideſt non influens: Beata Virgo in tempore vindemiæ, ideſt in die Iudicij, aſſiſtet Filio ſuo, nec tunc mundabit, aut perfundet aquis gratiarum ſuarum corda arida peccatorum. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib.* 9.

Nilus, quia ſicut Nilus in maximis feruoribus, ita Maria maximè in maximis neceſſitatibus ſubuenire ſolet; & ſicut ſunt ſeptem oſtia Nili, & ſeptem beneficia temporaliter: ita ſimiliter Maria ſpiritualiter; infundit enim terram, ideſt cor peccatoris durum, & exuſtum emollit ad pœnitentiam, impinguat illud per gratiam, fœcundat per bona opera, firmat per conſtantiam, ditat per virtutum magnificentiam, porat in deuotione, lætificat in contemplatione. *Ern. Prag. in Mariali cap.25.*

NITOR. *Venant. Fortunatus Eleg. in laud. S. M. V.*

Nitor tota. *Philoth. in Menæis Græc. die 16. Iul.*

Nitor orbis. *D. Petrus Damian. in Carminib. de Aſſumpt. B. M. apud Surium tom. 7.*

NIX propter refrigerium Spiritus ſancti, & natiuum candorem virginitatis, quæ eſt virot genitus. *Rich. à S. Laur. de laud. lib. 5.*

Nix, quia ſicut Nix calorem in viſceribus terræ augmentat, & nutrit, & per eam radices in hyeme virtutem accipiunt, & vigorem, quem in æſtate oſtendunt: ſic & B. Virgo, amorem diuinum interius fouet, & auget, & per eam omnes cogitationes, & affectus interni virtutem accipiunt, & vigorem. *Erneſt. Prag. in Mariali cap. 17.*

Nix, quia ſicut Nix in altiſſimis montibus, ita B. Virgo in altiſſimis mentibus perpetuò habitat, & hoc propter puritatem aeris, quia calor niſi groſſo aere non feruet: & ita eſt de illis altiſſimis mentibus, in quibus propter puritatem Spiritus, ardor libidinis vim non habet. *Idem ibidem.*

Nix, quia ſicut Nix in terra multa bona operatur, ita Beata Virgo in corde humili multa bona facit, tempore frigoris, ideſt timoris; induit enim illud candore, & decore, infundit illud pietate, inebriat charitate, germinare facit in operatione, vt dicitur Iſaiæ 55. Deinde poros terræ conſtringit, ideſt timore, & religioſitate cor compeſcit, & caſtigat, ne euagetur per cogitationes inutiles, & affectiones. *Idem ibidem.*

Nix per pudicitiam. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

Nix, quia extinguit incentiua libidinum. *Idem lib. 1. de laud. Virg. fructu 8.*

Nix candidiſſima. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Nix de alto ad nos deſcendens, non in ſtrepitu, aut furore magnæ ſeueritatis propter peccata noſtra, ſed in dulcedine, & pietate humaniter ad nos veniens; nix enim propter ſubſtantiæ ſuæ mollitiem, & leuitatem in ſuo deſcenſu, ſtrepitum, vel ſonum non generat. *Idem ibidem.*

Nix niue candidior. *Idem ibidem.*

Nix occultans turpitudinem delictorum noſtrorum, dum eius interuentu veſtimur indumento innocentiæ, & ſanctitatis; nix enim ſua præſentia loca fœtida tegit, & occultat. *Idem ibidem.*

Nix, quæ à Deo miſſa eſt in mundum, vt ſua cooperatione veſtiret, & impinguaret terram humanæ generationis. *Idem ibidem.*

Nix, quæ libenter in montibus, ideſt in ſanctis, & deuotis deſcendit, dans eis abundantiam conſolationum. *Idem ibidem.*

Nix, quæ quemlibet ſuum deuotum impinguat conſolationibus diuinis. *Idem ibidem.*

Nix reſtringens venas libidinum. *Idem ibidem.*

Nix ſicut lana Pſalm. 147. quia noſtram nuditatem tegit. *Idem ibidem.*

NOBILITAS populi Chriſtiani. *S. Anſelm. in med. de Beat. Virg.*

Nobilitas generis Dauid. *D. Bruno Carthuſian. in ſerm. de Annunciat. B. M.*

Nobilitas mundi. *Bern. de Buſtis in Mar. ſerm. 2. de Coronatione B. M.*

Nobilitas generis humani. *D. Bern. Senen. To. 1. ſerm. 61. qui eſt de ſuperadmirabili gratia, & gloria B. V. matris Dei. & Manuſcr. de Villaprobata ſerm. 25. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

NOE, præceptorum diuinorum impletione. *Barth. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 4.*

NOEMI, in qua macula etiam venialis peccati non eſt, in vtero portans candidum, & rubicundum. *Albert. Magn. in Biblia Mar. ſuper lib. Ruth.*

Nocmi in afflictione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

NOMEN dulce ſpirans. *S. Amphil. Iconij Epiſcopus orat. in laud. Deiparæ.*

Nomen ſupra modum deſiderabile. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſentat. B. Virg.*

Nomen à Deo impoſitum. *Iacob Monach. in Mariali orat. 5.*

NORMA veritatis. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de laud. B. Virg.*

Norma fidei orthodoxæ. *S. Cyrillus Homil. 6. Epheſi dicta contra Neſtorium.*

Norma omnium. *D. Petr. Damian. lib. 2. Epiſtolar. Epiſtola 14.*

Norma omnis mortificationis. *Rupert. Abbas lib. 5. Commentar. in Cant. Canticor.*

Norma recta virtutum vniuerſis fidelibus Chriſti. *Honor. Auguſtodun. in ſigillo B. V. M.*

Norma caſtitatis. *B. Bonau. in Pſalt. minori B. Virg. Quinquagen. 2.*

Norma vitæ. *Henricus ab Haſſia in Epiſtola ſui Tractatus de Concept. B. V. Mariæ.*

Norma omnium hominum une defectu. *D. Anton. in ſum. 3. part. tit. 31. cap. 3.*

Norma omnium mulierum. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 22.*

Norma virginum. *Gulielm. Vinc. ſerm. de Concept. B. Virg.*

Norma iuſtitiæ. *Dion. Carth. lib. 4. de præc. B. V. art. 4. Bernard. de Buſt. in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M. & Io. Trithem. de Mirac. B. V. prope Dittelbach. lib. 1. cap. 12.*

Norma innocentiæ. *Bern. de Buſt. in Officio Concept. B. Mariæ.*

Norma virginitatis, & pudicitiæ, & omnium alia-

aliarum virtutum. *Idem ſer. 7. de Natiu. B. M.*

Norma cunctis virginibus ſanctis. *Io. Trithem. de Mirac. B. V. prope Dittelbach. lib. 1. cap. 10.*

Norma ſuperabundans ſapientiæ Chriſtianæ. *Idem lib. 1. de Miracu. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

Norma morum. *B. Caſimirus Poloniæ Princeps, in hymno de B. Virg.*

Norma obedientiæ. *Io. Picus lib. 2. in Cant. c. 19.*

Norma totius humilitatis. *Idem lib. 1. Cant. c. 1.*

NOTA candoris. *Ioan. Hildesheimenſ. cap. 16. defenſorij Ord. Carmeli.*

NOX de qua Pſalm. 18. & Nox nocti indicat ſcientiam. *S. Germ. Conſtant. ſerm. in Natiuit. B. Virgin.*

Nox per abſconſionem. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

NVBECVLA leuis, per immunitatem peccatorum, dulcis per plenitudinem Chariſmatum. *S. Ioann. XLIV. Epiſcopus Hieroſolymitanus in libro de inſtitutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perſeuerantium. Cap. 32.*

Nubecula nata contra mare, ideſt contra ſolitam amaritudinem in vitioſa propagine naturæ humanæ. *Idē ibid.*

Nubecula, quæ à diſcipulis Elię de mari, (ideſt de amara, & vitioſa natura humana) oriri, & aſcendere viſa eſt. *Idem ibidem. cap. 33.*

Nubecula, quæ in ſeptima ætate à diſcipulis Eliæ viſa fuit in Carmelum ſpiritualiter aſcēdere. *Idem ibidem. cap. 34.*

Nubecula, materia corporis ſolaris, ideſt mater, & materia corporis Saluatoris. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 160.*

Nubecula carna per humilitatem, ſed immenſa per gratiam. *Idem in Biblia Mar. ſup. l. 3. Reg.*

Nube cula adducens pluuiam ſalutarem, quam ſol Iuſtitiæ Deus noſter, propter eximiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, tamquam quemdam vaporem dulciſſimum eleuauit de mari, ideſt de populo Iudæorum amariſſimo. *Ecn. Prag. in Mariali cap. 15.*

Nubecula parua, quaſi veſtigium hominis. 3. Reg. 18. quia ſicut cera mollis retinet veſtigium ſigilli, ita retinuit Maria formam Filij. *Idem ibidem.*

Nubecula aſcendens in Carmelum, hominis, patris videlicet Eliæ, præferens veſtigium. *Idem lib. de Patronatu, & Patrocinio Deipar. Virg. in ſibi dicatum Carm Ord. cap. 5. §. 1.*

Nubecula leuis. *D. Laur. Iuſtin. in lib. de caſto Connubio Verbi, & animæ cap. 9.*

Nubecula lucida, de qua ſol ſpiritualis Chriſtus Deus noſter, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, factus eſt conceptus, & natus. *D. Anton. in ſum. p. 4. tit. 15. c. 4.*

Nubecula, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari in Carmelum. Traditum tenemus Deum ſub figurata hac viſione reuelaſſe tunc Eliæ quatuor magna myſteria. Primò, quod quędam infantula naſceretur, quę ab vtero matris ſuę ab omni peccato munda egrederetur. Secundò, tempus, quo hoc adimpleretur. Tertiò, quod hęc infantula virginitatem perpetuam amplexaretur. Quartò, quod Deus iungens naturam ſuam humanę naturę de Virgine illa homo naſceretur. *Arnold. Boſt. l. 4. ſpec. Hiſtor. Ord. B. M. V. de mont. Carm.*

Nubecula clara. *Bern. de Buſtis ſerm. 3. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Nubecula diuina, in qua omnis amaritudo maris, ideſt humani generis, ſcilicet, peccati originalis in dulcedinem conuerſa eſt inſelitię originalis virtute radij ſolaris, ideſt filialis præſeruationis. *Idem ibidem.*

Nubecula diuina, per humilitatem parua, in qua Rex æternus transfiguratus eſt, & de terribili Iudice in Patrem pijſſimum mutatus eſt: tota lucida per ſupernaturalem virtutem, ab omni tenebra præſeruata. *Idem ibidem.*

Nubecula diuina, in qua Rex æternus transfiguratus eſt, & de terribili Iudice in Patrem pijſſimum mutatus. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 8. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

NVBES Iſaiæ. *Iacobus Niſibenſis in Cantic. in laudem B. Virg.*

Nubes leuis, cui imber diuini aduentus nunciatus eſt. *D. Greg. Thaumat. ſer. 2. in Annunc. B. V.*

Nubes cęleſtis, quę tonitruum Spiritus ſancti in ſeipſa reconditum deduxit in mundum, & imbrem Spiritus ſancti in vniuerſam terram ad producendum fidei fructum, cum impetu dimiſit. *D. Epiphan. in ſerm. de laud. Virg.*

Nubes columnæ ſimilis, Deum habens, qui populum deduxit per deſertum. *Idem ibidem.*

Nubes lucida, habens intus Deum Verbum, ad quam vocati ſimus Iſaias: Ecce nubes leuis, & venit in Ægyptum. *Idem ibidem.*

Nubes lucida, quæ fulgur de cœlo lucidiſſimum ad illuminandum deduxit Chriſtum. *Idē ibid.*

Nubes tonitrui formis fulgur interius in vtero geſtans. *Idem ibidem.*

Nubes leuis, per quam Dominus venit in Ægyptum, ideſt in afflictionem mundi huius. *S. Ambroſius in lib. de Viduis part. 2.*

Nubes leuis, quia carnem gerebat leuem, quia Virgo erat nullis oneribus grauata coniugij. *Idem ibidem.*

Nubes, de qua per Moyſen figuratē eſt ſcriptum: Ecce gloria Domini apparuit in nube. *S. Io. 44. Epiſt. Hieroſolymorum in lib. de inſtit. primorum Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perſeuerantium cap. 32.*

Nubes, per quam genus humanum accepit à filio Dei deideratum pluuiæ, ideſt gratiæ diuinæ beneficium. *Idem ibidem. cap. 36.*

Nubes, columnæ ſimilis, Deum habens, qui in deſerto Iſraelis ductor fuit. S. Io. *Chryſ. hom. in Chriſti Natal apud Combef. Tom. 1. ſuæ Bibl.*

Nubes leuis, cui Gabriel diuini aduentus imbrem annunciauit. *Idem S. Chryſoſt. orat. de Annunc. B. Virg.*

Nubes Domini, quod ex Spiritu ſancto, eum concepit, quem impatibiliter peperit. *S. Pro-*

*elus in orat.5. quæ eſt de laud. B.Virg.*

Nubes leuis, qui eum qui ſuper Cherubin ſedet ſuo geſtauit in corpore. *Id.in orat.1.de laud.V.*

Nubes virginea, è qua ſol Iuſtitiæ naſcendo illuxit. *Idem in orat.4. quę eſt in diem Natalem Domini.*

Nubes cœlo fulgida. *S.Sabba in Menæis Græcor. die 12. Ianuarij.*

Nubes lucem ferens. *Euthych. in vita S. Theoph. apud Surium Tom.1.die 4. Februarij.*

Nubes contiuens Deum. *Andr.Cret.Can.in Partum* B. *Virg.*

Nubes lucida, ex qua magnus ſol Iuſtitiæ proceſſit, & terram illuminauit. *Idem Can. in Iſa. Troph.*

Nubes tota lucida. *Idem orat.3. de Darmit.Virg. Theod.Laſch.Imperat. in Can.ad SS.Deiparam. & Maurit.de Villaprob.ſerm.8. Coronæ B.M.*

Nubes pluuias incorruptas continens. *Iſychius ſerm.2.de laud. Virg.*

Nubes pluuiæ potum animis Sanctorum exhibens. *Chryſippus in ſerm.de S.Maria Deipara, qui extat Tom.6.Biblioth.magnæ Veter.PP.p.2*

Nubes velox, de qua locutus eſt Iſaias gloriosus. *D.Seuerus Alexandrinus in libro de Ritibus Baptiſmi Tom.4. Biblioth. PP. Editionis. & Tom.7.Bibliath.Magnæ.*

Nubes, in qua Chriſtus lux inaccceſſa corporaliter inſedit, & inſcitiæ meæ tenebras illuſtrauit. *Anonym.in Euchelog.ſeu Rituali Græc. in Canone funerea pro mulieribus defunctis.*

Nubes leuis Prophetæ, cui inſidens Dominus Ægyptum intranit, atque ſanctos Aſeetas in ea regione aliquando futuros, inſtar ſiderum præparauit. *Idem in Menæis Græc.die 16.Maij.*

Nubes præ omnibus omnino luminibus fulgida. *Idem in Menæis Græc.die 17. Iunij.*

Nubes vndique lucida. *Idem ibidem die 9. Iulij.*

Nubes ſpiritualis, ex qua luminis, quod neſcit occaſum, radij mundo orti ſunt, & per quam impietatis tenebrę diminutionem accipiunt, & fugantur. *Georg.Nicomed. orat.1.de Conc. B.Virg.*

Nubes ſublimis aere gradiens, in qua ſedens, qui ingreditur ſuper nubes cœleſtes, deſtruxit ſimulacra quæ colebantur ab Ægyptijs. *Idem in orat.de exitu SS. Dominæ noſtræ quando fuit oblata in templo.*

Nubes, de qua ſcriptum Iſai.19. Ecce Dominus ſedet ſuper nubem leuem, & veniet in Ægyptum, & commouebuntur ſimulacra Ægypti. *S.Germ.Conſtantin.ſerm.in Nat. B.Virg.*

Nubes lucida, à qua ſol ſplendidiſſimus ortus eſt detentis vmbra mortis. *Idem orat. 1. in Præſent. B.Virg.*

Nubes lucida, cui lachrymarum imber copioſus fuit tempore paſſionis Filij. *Idem in Mariali fragm.16.*

Nubes tempore paſſionis Filij lachrymarum imbribus plena. *Idem ibidem.*

Nubes vndique rutila. *Idem ibidem fragm. 15.*

Nubes valde ſubtilis ex qua altiſſima Dei Maieſtas in tenebris, & vmbra ſedentibus effulgere voluit iuſtitiæ ſolem. *Coſmas Hieroſolymitanus in Menæis Græc.die 15. Auguſti.*

Nubes lucis, terrenum, ac graue pondus, leue quodammodo tabernaculum ſortita, ac ſi aereum, velutque in altari panem vltæ operiens, in qua Dominum ſediſſe Iſaias vaticinatus eſt Iſai.Cap.19. S. *Io.Dam.orat.4.de Nat.B.V*

Nubes lucis in deſerto veteris vitæ nouam adumbrans Ieruſalem, per quam lex gratiæ excepta eſt, & ex qua ſol Iuſtitiæ exortus eſt fulgoribus incorruptionis exhilarans vniuerſa. *Idem ibidem.*

Nubes lucis, ſoli inſtitiæ expanſa. *Idem ibidem.*

Nubes, quæ totius diuinitatis imbrem excepit, depluens nobis ſtillas indulgentiæ. *Idem in Paracl.* B. *Virg.*

Nubes ſolis tota lucida illuminans animas noſtras, & diſpellens nubila iniquitatum noſtrarum. *Idem ibidem.*

Nubes tota lucida, quæ ſolem iuſtitiæ Ieſum lucis datorem, ac Deum concepit. *Id. ibid.*

Nubes animata. *S.Io:Dam.Can.in SS. Deip.*

Nubes ex qua ſol iuſtitiæ refulſit. *Idem Can. in SS.Apoſt.Petrum, & Paulum.*

Nubes leuis ex qua Deus altiſſimus iuſtitiæ ſol ijs, qui in tenebris, & vmbra verſabantur effulſit. *Idem Can.2.in Dorm.B.Virg.*

Nubes leuis imbrem ferens Chriſtum. *Idem in Officc. Græcorum.*

Nubes lucida aquę viuæ pluuiam incorruptionis Chriſtum nobis pluens. *Idem ibidem.*

Nubes lucida, quæ ſolem Chriſtum tulit ex ea incarnatum propter ſalutem noſtram. *Idem Can.in Concept.S.Ioann.Baptiſtæ.*

Nubes lucis. *Idem Can.in SS.Coſm.& Dam.*

Nubes ſolis. *Idem in Can.Sanctiſſimæ Deip.*

Nubes animata ſolis, ad cuius ortum atra malitiæ caligo imminui cæpit. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Nubes Deo gratiſſima. *Idem ibidem.*

Nubes diuina in templo Dei tamquam in cęlo expanſa, quæ dulcediuem ſtillauit, vniuerſam animarum noſtrarum amaritiem auferentem. *Idem ibidem.*

Nubes ex qua aqua viua ſtillauit. *Idem ibidem.*

Nubes, guttatim ſalutarem pluuiæ diuinæ vndam diſtillans, & animabus noſtris propter vitiorum ariditatem penitus incultis exhibẽs ſe, vt quandam fontanam ſcaturiginem, qua nos irrigati ad faciendos fructus pietatis fœcundamur. *Idem ibidem.*

Nubes intellectualis. *Idem ibidem.*

Nubes luce refulgens, quæ nouum populum præcedit ad terram promiſſionis. *Idem ibidem.*

Nubes lucida, animæ noſtræ nubes multas, & graues illuminatiuis inrerceſſionibus ſuis diſſoluens, vt radios illius, qui ex ea tamquam ſol ortus eſt, videre poſſimus, & ex eius luce lucem inoeciduam acquiramus. *Id.ibidem.*

Nubes lucida, ex qua cum apparuiſſet Dominus, Ægypti ſimulacra penitus aboleuit. *Idem ibidem.*

Nu-

Nubes lucida , ex quâ ortus eſt in carne ſol intellectualis . *Idem ibidem* .

Nubes lucida,ex quâ ſol magnus Chriſtus Deus apparuit nobis , & ea , quæ prius tenebris perfuſa erant, illuminauit . *Idem ibidem* .

Nubes lucida ſolis, effundens in nos lucem ſpiritualem veræ pœnitentiæ , & prauarum cogitationum tenebras diſſipans . *Idem ibidem*.

Nubes lucida ſolis , emittens nobis iubar luminis ſpiritualis veræ pœnitentię , & diſpellens tenebras prauarum cogitationum. *Idem ibid.*

Nubes lucida ſolis iuſtitiæ , per cuius interceſſionem ab obſcuriſſimis tenebris , & ab æterno ſupplicio liberamur . *Idem ibidem* .

Nubes lucida , quę iuſtitię ſolem inocciduum vlnis continuit , illuminans nos multis malis obtenebratos . *Idem ibidem* .

Nubes lucida , quę noſtrę puſillanimitatis , ac ſocordię nubes diſpellit . *Idem ibidem* .

Nubes lucida, quę præceſſit nouum populum ad terram veram promiſſionis. *Idem ibidem.*

Nubes lucifera,quę diuinum lumen peperit,miſerabilis animæ noſtrę nubila diſpellens , & luce ſalutis nos illuminans. *Idem ibidem* .

Nubes lucis, in quam ſol radios ſuos explicuit, & ex qua indulgentia plenis criminibus pluit. *Idem ibidem* .

Nubes lucis , quę olim ſolem obſcuratum vidit, dum crucifigeretur ille , qui eſt immortalis . *Idem ibidem* .

Nubes leuis , quam vidit olim Iſaias Propheta Spiritu illuminatus , ſuper quam deuectus Dominus gloriæ venit, & abſtulit omnia Ægyptiorum ſimulacra . *Idem ibidem* .

Nubes lucis ſancta , ex qua ſedentibus in tenebris , & vmbra , exortus eſt ſol , Chriſtus lucis dator . *Idem ibidem* .

Nubes ſolis luciduiſſima , depellens animæ noſtrę nubes interceſſionibus ſuis , & mentem noſtram illuminans negligentię tenebris obductam. *Idem ibidem* .

Nubes ſplendida ſpiritualis ſolis. *idem ibidem.*

Nubes tota lucida , quæ aſſiduè fideles obumbrat . *Idem ibidem* .

Nubes Verbi . *idem ibidem.*

Nubes vndequaque lucida , ex qua nobis illuxit ſol, qui ignorat occaſum , Chriſtus ſcilicet Deus noſter, vt eos,qui in ignorantiæ tenebris detinebantur,illuminaret. *Id.ibidem.*

Nubes aquoſa per gratiarum , & omnium chariſmatum abundantiam , & ideo dicta eſt gratia plena. *Idiota de* B.*V.p.*14.*Contempl.* 21

Nubes de qua ſcriptum eſt Pſalm. 104. Expandit nubem in protectionem eorum , à Deo enim facta, & ordinata eſt, vt peccatores protegeret , & defenderet . *Idem ibidem* .

Nubes humectans , & fœcundans fructus terræ, ideſt refrigerans ardorem concupiſcentiarũ , & fœcundans homines ad bene operandum : ardorem etiam ſolis iuſtitię , ideſt iram , & indignationem ſuis ſanctiſſimis precibus modificat, & refrigerat , nè peccatores illicò feriat . *Idem ibidem* .

Nubes lucida per gratię illuſtrationem , & ſanctæ conuerſationis exemplum. *Idem ibidem.*

Nubes nigra per humilitatem, quę dicitur quaſi humi latens;eſt etiam Nubes nigra , ideſt, obſcurata tribulatione,& denigrata ex compaſſione , & doloribus Filij ſui benedicti patientis, quando Filij Dei, & ſui non erat ſpecies, neque decor . *Idem ibidem* .

Nubes , quæ vento ducitur , & agitatur , ideſt, gratia Spiritus ſancti , quę eam traxit, reduxit, & circumduxit,docuit, & cuſtodiuit onerata aquis ſapientię ſalutaris , nam ſpiritus ſapientiæ docuit eam Angelo reſpondentem, ſpiritus pietatis traxit eam ad Eliſabeth,ſpiritus intellectus docuit eam, & eam duxit cũ benedicto Filio ſuo deſcẽdere in Ægyptũ.*Id.ib.*

Nubes , quę miſericorditer abſcondit peccatores ab ardore ſolis , ideſt ab ira Filij ſui , & quia obumbrat eis, & ipſos refrigerat ab ęſtu concupiſcentiarum , & velut pluuia quadam, gratia ſua fęcundat eos ad bene operandum. *Idem de* B.*V.p.*6. *Contempl.*

Nubes, quia ſicut nubes protegit nos , & defendit à calore ſolis , ſic Beata Virgo protegit nos à feruore irę , & vindictæ ſolis iuſtitiæ . *Idem de* B. *Virg. part.*14. *Contempl.* 21.

Nubes rubicunda per pulchritudinem naturalem,& verecundiam virginalem,feruentiſſimã charitatem,& patientiam ſingularem. *Id.ibid.*

Nubes, ex qua iuſtitię ſol exiſtens , iniſidelitatis caliginem in omnes terrę fines diffuſam diſiecit, ſublato diuinę cognitionis lumine ijs, quibus oculi ad diuinum lumen hauriendum non ęcciuiunt. *Leo Imp.in or.de Ann.V.*

Nubes,diei pariter, & recti itineris nuncia . *Io. Geom.ſerm.in Annunc.SS.Dei Genitricis .*

Nubes leuis , quam ſol verus conſcendit Chriſtus iuxta Iſaiam cap.19.Vt tenebroſum mundi huius illuſtraret Ægyptum , quæ pluuia ſotius fęcunditatis interrę terrenorum pectorum glebas emollit . *Gnibertus Abbas in lib.de laud.* B. *Mariæ cap.6.*

Nubes leuis, quæ tantam à peccati omnis additamento in ſe leuitatem habuit , quantam ſacroſanctæ Chriſti dignitas carnis animæque commeruit . *Idem ibidem* .

Nubes protectione . *Hugo de S.Victore ſerm.in Natiu. vel Aſſumpt.B.M.V.qui eſt in ord.*34.

Nubes leuis , per quam Dominus noſter in Ægyptum , ideſt in hunc mundum aduenit ; ipſa enim rectè poteſt appellari nubes , quia illa pluuia ſpiritualis gratiæ plena fuit : leuis autem quia eam nulla ſarcina mundi onerauit ; ſuper hanc nubem Dominus aſcendit, & Ægyptum,ideſt mundi infima,intrauit ſecundum illam Prophetiam , de qua Iſaias 19. Aſcendet Dominus ſuper nubem leuem , & ingredietur Ægyptum . *B. Aelredus Abbas ſerm.in Annunc.* B.*Virg.*

Nubes luciduiſſima Chriſti Dei . *Theodor. Laſch. Imperat.in Can.ad SS. Deiparam* .

Nubes aquoſa, per gratiarum, & omnium chariſma-

riſmatum abundantiam, vnde dicta eſt gratia plena, ideo dicuntur nubes, quaſi nimborum naues, aquis etiam ſapientiæ ſalutaris onerata fuit hęc nubes, quando conſeruabat omnia verba, quæ de filio dicebantur, conferens in corde ſuo. Luc. 2. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 7.*

Nubes candida per virginitatem, & omnimodam puritatem, vnde Apoc 14. Vidi, & ecce nubem candidam, per innocentiam, virginitatem, benignitatem, & immortalitatem: & ſuper nubem ſedentem ſimilem Filio hominis. *Idem ibidem.*

Nubes expanſa à Deo, in protectionem noſtrã, Pſalm. 104. ideſt, nobis data, vt nos protegat à feruore ſolis iuſtitiæ tamquam nubes *Id. ib.*

Nubes hyacinthina per cæleſtem conuerſationem, veriſſimè dicere potuit, mea conuerſatio in cælis eſt: ad Philip. 4. *Idem ibidem.*

Nubes lucida, per prædictæ illuſtrationem, & ſanctæ conuerſationis exemplum, deſignata per illam nubem lucidam, de qua legitur in hiſtorijs de opere quartę diei, quæ antequam ſol fieret mundum illuminabat, & de qua ſecundum quoſdam factum eſt corpus ſolis; ideo dicitur Iob. 37. Nubes, ideſt Maria & ſancti ſpargunt lumen ſuum, ſcilicet lumen Exemplorum. *Idem ibidem.*

Nubes nigra per humilitatem, ideo dicit ipſa Cant. 1. Nigra ſum ſed formoſa, quia nigredo humilitatis excellentiſſima eſt, formoſitas animæ fidelis: vel nigra, ideſt obſcura, & guttis noctium, ideſt tribulationibus plena, & denigrata ex compaſſione, & doloribus Filij patientis. *Idem ibidem.*

Nubes quaſi ſuſpenſa, inter cælum, & terram, & hoc per deſiderium æternorum. Iob. 7. ſuſpendium elegit anima mea, ideſt ſuſpenſionem à mundo, vel eleuationem, vt conuerſatio eius eſſet in cælo, & quæ ſurſum ſunt quæreret. *Idem ibidem.*

Nubes, quia ſicut nubes ad fructum terrã habilitat, & fœcundat, vnde dicitur Eccl. 35. Speciosa eſt miſericordia eius in tempore tribulationis, ſicut Nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis; ita Maria velut nubes miſericorditer abſcondit peccatores ab ardore ſolis, & ipſis refrigerat ardorem concupiſcentiarum, ac eos fœcundat ad benè operandum. *Idem ibid.*

Nubes, quia ſicut nubes fructibus, hominibus, & animalibus ſolis ardorem temperat: ità Maria ardorem, ideſt iram ſolis iuſtitiæ, ſuis precibus mortificat, & refrenat nè peccantes illicò feriat. *Idem ibidem.*

Nubes, quia ſicut Nubes ſecundum Beatum Iſidorum dicitur ab obnubendo: Beata Virgo humana carne velauit vnigenitum Dei, obnubere enim operire eſt. *Idem ibid.*

Nubes, quia ſicut Nubes ſolis temperat claritatem, & refrigerat feruorem; ita Maria mortalium lippientibus oculis ſolis æterni temperauit claritatem, & refrigerauit feruorem vnde dicit Ezech. 32. Solem nube tegam, & hoc quando Deus dixit vt habitaret in nebula 3. Reg. 8. & quando nubes carnis facta eſt latibulum eius Iob. 32, propter hoc etiam dicit ipſa Eccl. Sicut nebulam texi omnem terram, ſcilicet à feruore ſolis Iuſtitiæ temperans illi claritatem diuinitatis. *Idem ibid.*

Nubes, quia ſicut Nubes vento impellitur, ità Maria vento vehementiſſimę perſecutionis impulſa fuit in Filij paſſione, & tunc reſoluta eſt in multa lacrhymarum ſtillicidia. *Idē ibid.*

Nubes rubicunda per pulchritudinem naturalem, verecundiam virginalem, ſeruentiſſimã charitatem, patientiam ſingularem; vel rubicunda per martyrium animæ, quando vt luna conuerſa eſt in ſanguinem, per compaſſionem in Vnigeniti paſſinne Ioel. 2. *Id. ibidem.*

Nubes vento ducta, ideſt gratia Spiritus ſancti, qui ipſam, & impellebat, & trahebat, & circumducebat, & ducebat, & cuſtodiebat, vt de ea poſſit illud exponi Deuter. 32. Circumduxit eam, & docuit, & cuſtodiuit: Spiritus enim ſapientiæ docuit ipſam Angelo reſpondere; Spiritus pietatis traxit eã ad Eliſabeth; Spiritus intellectus deduxit etiam cum filio ad templum, Spiritus timoris impulit eam, & fecit cum Filio deſcendere in Ægyptum, & ſic de alijs. *Idem ibidem.*

Nubes media inter terram, & Solem, ideſt inter peccatores, & Deum, cuius ardorem, & iram mirigat. *Hugo Cærenſis in Pſal. 104.*

Nubes plena imbre gratiarum. *Idem ibidem.*

Nubes pluuialis, quæ peruſta mille malis corda noſtra refecit, illis Deum infundens. *D. Bonau. in Pſalterio minori B. V. Quinquag. 2.*

Nubes roriſera. *Idem in Pſalterio B. Virg.*

Nubes leuis, quia nunquam pondere alicuius peccati fuit aggrauata. *Albert. Magn. ſerm. in Dominic. 1. Aduentus.*

Nubes leuis, quia ſine omnis peccati grauedine. *Idem ſer. 1. in Dom. infra oct. Nat. Domini.*

Nubes per quam Dominus venit in mundum, *Idem ſerm. in Dominic. 1. Aduentus.*

Nubes puriſſima ſine omni peccato. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Prophet. Iſaiam.*

Nubes, quæ pluuiam diuinæ gloriæ pluit toti mundo. *Idem ſerm. in Dominic. 1. Aduent.*

Nubes vmbrationis, & ductionis. Numeror. 10. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Numerorum.*

Nubes æſtus tribulationum, & carnalium concupiſcentiarum rore ſuæ gratię refrigerans, patientiam tribuendo, & carnalem concupiſcentiam extinguendo. *Iacob de Voragine in Mariali ſerm. 6. N.*

Nubes à terrenis elenata per contemplationem cæleſtium, concaua per humilitatem, aquoſa per compaſſionem, & pietatem. *Idem in Mariali ſerm. 12. A.*

Nubes concaua per humilitatem, & ideò valdè idonea ad recipiendum cæleſtium gratiarum infuſionem. *Idem in Mariali ſer. 6. N.*

Nubes imbre gratiarum ſuarum totam Eccleſiam

ſiam irrigans, & fœcundans. *Idem ibidem.*

Nubes in motu benè operandi velociſſima. *Idem ibidem*

Nubes, in qua fuerunt multi vapores marini, id eſt multæ tribulationes, quæ tamen tribulationes virtute diuini amoris ſibi in dulcedinem vertebantur. *Idem ibidem.*

Nubes nos ſubleuans à terrenis. *Idem ibidem. & Bern. de Buſtis de Aſſimil. B. M. ſerm. 2.*

Nubes, quæ concaua per humilitatem, & rorida per plenitudinem gratiæ, genuit in ſe cœleſtem arcum, ideſt Chriſtum, qui eſt ſignum fœderis inter nos, & Deum, per quem promiſit Deus dare gratiam, & gloriam. *Iacob de Verag. in Mariali ſerm. 6. N.*

Nubes, quæ ſe interponens inter ſolem, & nos, Dei iuſtitiam ad miſericordiam flectit, & nobis refrigerium magnum facit. *Id. ibidem.*

Nubes lucida, & leuis, ſuper quam Dominus aſcendens per carnis aſſumptionem, ingreſſus eſt mundum. *Ægidius Columna ex Expoſit. in Salutat. Angelicam.*

Nubes imbris vitalis. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B. Virg.*

Nubes lucida, iugem illum depluens rorem, quo mæſtitiæ æſtus extinctus eſt. *Idem ibid.*

Nubes intellectualis, cuius dum prædicatur expanſio, inoccidua lucis in mundum radij exoriuntur. Vis autem, ac robur infidelitatis imminui, incipit, ac diſpelli. *Iacob Monach. in Mariali orat. 1.*

Nubes lucida, qua ſol iuſtitiæ circumdatus, carnis efficitur operimentum, ex qua naturam noſtram indutus, maledictionis primos parentes expoliauit. *Idem in Mar. orat. 6.*

Nubes lucida, quæ rorem perennem effudit, qui flammeum conſternationis, ac mœroris imbrem eſt extincturus, & aquam, quæ mortis eſt viuificaturam. *Idem in Mariali orat. 2.*

Nubes lucidiſſima ad ſe accedentium gratiæ ſuæ oculos reuerberans, ita vt illam difficilè poſſint intueri. *Idem in Mariali orat 6.*

Nubes lucidiſſima iuſtitiæ ſolem in ſinu gerens, quæ clariſſimos mundo radios explicauit. *Idem in Mariali orat. 5.*

Nubes lucis receptaculum. *Idem in Mar. orat. 6.*

Nubes noſtra lucida. *Idem in Mariali orat. 2.*

Nubes pluuiæ vitalis ſuper omnes terrarum fines expanſa. *Idem ibidem.*

Nubes ſolem ſpiritualem continens, cuius radijs luminaria cæleſtia præclarius illuſtrantur. *Idem in Mariali orat. 1.*

Nubes caua ob humilitatem, in qua conceptus eſt ineffabiliter ad inſtar arcus, ſine opera hominis, ille, qui eſt imago Dei inuiſibilis, qui eſt pax noſtra, quem in ſignum ſalutis, & fœderis poſuit Deus pater. Arcus enim, vt dicit Seneca, nihil aliud eſt, niſi imago ſolis, caua nube concepta. *Ern. Prag. in Mar. cap. 15.*

Nubes leuis, ſuper quam Dominus aſcendit. Iſai. 19. leue enim eſt, quod recedit à centro; & Maria ſemper toto ſpiritu cordis fugit ex mundo, obliuiſcens populum ſuum, & domum patris ſui. *Idem ibidem.*

Nubes per gratiæ infuſionem. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

Nubes, quia abdicatrix terrenorum. *Idem ibidem fructu 8.*

Nubes leuis, quia grauamen in portando Filiũ non habuit Iſaiæ 10. *D. Anton. in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 13.*

Nubes leuis, quia onera coniugij ignorauit, ac etiam pondera peccati. *Idem ibid. in ſum. cap. 21. quod eſt de modis, quibus Deus fuit cum Maria.*

Nubes manna pluens. *Arnol. Boſtius in prolog. lib. de Patronatu M. V. in dicatum ſibi Carm. Ord.*

Nubes à terra, ideſt à terreno amore eleuata. *Bern. de Baſil. ſerm. 3. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Nubes concaua per humilitatem, idonea valdè ad recipiendum cæleſtium gratiarum infuſionem. *Idem ibidem.*

Nubes leuis, quia nullam peccati grauedinem habuit. *Idem ibidem.*

Nubes nos protegens ab incendijs tentationum, illuminans in nocte tenebroſa ignorantiæ, & oſtendens nobis viam cæleſtis patriæ, & nos ducens ad fluenta diuinæ gratiæ Exod. 14. *Bernard. de Buſtis ibid. ſerm. 3.*

Nubes omnis laboris noſtri conſolatiua. *Id. ibid.*

Nubes, quæ æſtus tribulationum, & carnalium concupiſcentiarum rore ſuæ gratiæ refrigerat. *Idem ibidem.*

Nubes, quę concaua humilitate, & rorida cœleſtis gratiæ plenitudine, genuit in ſe arcum cœleſtem, ideſt Chriſtum, qui eſt ſignum fœderis inter nos, & Deum. *Idem ibidem.*

Nubes, quę infundendo diuinę gratię rorem facit nos multiplicare bonorum operum meſſem. *Idem ibidem.*

Nubes, quę inter ſolem, & nos ſe interponit, diuin Dei iuſtitiam ad miſericordiam flectit. *Idem ibidem.*

Nubes, quæ nobis Chriſtum tamquam pluuiã ſalutarem compluit. *Idem ibidem.*

Nubes, quę ſuarum gratiarum imbre totam Eccleſiam irrigat, & fœcundat. *Idem ibidem.*

Nubes velociſſima ad benè operandum. *Id. ibid.*

Nubes virginea, in qua fuerunt multi amari vapores, ideſt multæ amaræ tribulationes, quę tamen tribulationes virtute ſolis, ideſt diuini amoris, in dulcedinem ſibi conuertebantur. *Idem ibidem.*

Nubes ſerena diuinæ pinguedinis. *Io. Trithem. de Mirac. B. Virg. prope Dittelbach l. 1. c. 10.*

Nubes, æſtus tribulationum refrigerans, patientiam tribuendo. *Mauri. de Villaprobata ſerm. 8. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Nubes figurata per illam, quæ ducebat filios Iſrael per deſertum. Exod. 14. quę nos protegit ab inſidijs tentationum, & illuminat in nocte tenebroſa ignorantię, & oſtendit nobis viam cœleſtis patrię. *Idem ibidem.*

Nubes imbre ſuarum gratiarum totam terram irri-

irrigans, & fœcundans. *Idem ibidem.*

Nubes leuis, quia à mundi effectibus prorſus exonerata. *Idem ibid. ſerm.16.*

Nubes leuis, quia parua, & integra. *Id. ib. ſer.8.*

Nubes ob conuerſationem cœleſtem. *Id. ibid.*

Nubes omnium malorum noſtrorum mitigatiua. *Id. ib. & Bern. de Buſt. de Aſſimil. B. M. ſer.3.*

Nubes, quę concaua per humilitatem, & rorida per gratię plenitudinem, genuit in ſe arcum cœleſtem, ideſt Chriſtum, qui eſt ſignum fœderis inter nos, & Deum. *Maurit. de Villaprobata ſerm.8. Coronæ nouæ B. M.*

Nubes, quę eleuata eſt de thalamo fœderis. Numer.10. *Idem ibidem.*

Nubes, quę interponendo ſe inter nos, & ſolem vmbram generat, & refrigerium præſtat dum Dei iuſtitiam ad miſericordiam flectit. *Id. ib.*

Nubes, quia ſicut Nubes eſt laborantium recreatiua, ſic, & ipſa eſt omnis laboris noſtri conſolatiua. *Idem ibidem.*

Nubes, quia ſicut Nubes eſt ſolaris radij incorporatiua, & tamen radius, qui in ipſa nube incorporatur, ipſam penetrans, & exiens non eam ſcindit, nec ipſa nubes diuiditur: ſic ipſa Domina noſtra Filium in ſe recepit, & carne veſtiuit, & ſine ſui corruptione peperit. *Idem ibidem.*

Nubes tota lucida, & per ſupernaturalem virtutem ab omni tenebra præſeruata. *Id. ibid.*

Nubes candida, ardorem ęſtus temperans. *Lud. Bloſ. in Enchologia 2. ad B. Virg.*

NVNTIVM fauſtũ gaudij. *Iac. Mon. in Mar. or. 6.*

NVNDINÆ ſalutaris commercij. *S. Proclus in orat. 1. de laud. Virg.*

NVPTA agni. *D. Bon. in Pſalt. min. B. V. Quinq. 3.*

NVRVS patris. *D. Althel. in lib. de laud. V. c. 22.*

NVTRICIA Filij, ac Verbi Dei. *S. Io. Damaſc. orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

NVTRIX Chriſti. *Tert. in lib. 3. aduerſ. Marcion.*

Nutrix altoris, vel ſecundum alios nutrix omnia nutrientis. *S. Method. hom. in feſto Purif. V.*

Nutrix eius, qui mundum alit, & nutrit orbem terrarum. *Amphil. orat. de occurſu D. N. I. C.*

Nutrix cęleſtis panis. *D. Hieron. in Epiſt. ſiue ſer. de Aſſumpt. B. M. V. Tom. 9. & D. Ildephonſus ſerm. 2. in Natiuit. B. Mariæ.*

Nutrix ſui nutrientis. *S. Proclus orat. 15. quæ eſt in S. Paſcha, & S. Io. Euangeliſtam.*

Nutrix Dei. *D. Auguſt. lib. de Aſſumpt. B. M. V. Tom. 9. Operum eius. D. Ildephonſ. lib. de Virginit. S. M. c. 3. & D. Ant. in ſum. p. 4. tit. 15. c. 20.*

Nutrix vitæ noſtræ. *S. Sabba in Menæis Græcor. die 25. Iul. & Andr. Cret. in Cant. in Nat. B. V.*

Nutrix alentis. *Id. orat. 3. de Dormit. B. V.*

Nutrix vitę. *Anaſt. Syn. orat. 1. in Annunc. V.*

Nutrix ſummè myſtica ſacerdotis, mundum ad ſe attrahentis. *S. German. Conſtant. orat. 1. in Præſentat. B. Virg.*

Nutrix eius, qui mundum nutrit. *S. Ioan. Damaſcen. orat. 1. de Natiuit. B. Virg.*

Nutrix ſui, & omnium Nutricoris, *Ambroſ. Anſbert. hom. in feſto Purific. B. V. & Philippus Abbas lib. 1. in Cantic. Cantic. cap. 4.*

Nutrix Creatoris ſui. *Idiota de B. Virgin. part. 1. Contempl. 19.*

Nutrix carentis matre ante ſæcula, & in fine ſæculorum nati ſine patre Filij, & omnem ſpiritum alentis. *Leo Imperat. in orat. de Natiuitat. B. Virg.*

Nutrix altorum cunctorum. *Io. Geom. in B. Virg. Hymn. 3.*

Nutrix noſtra, nos lauans à ſęcibus peccatorum, nos conſolans etiam in cunabulis vagientes, lactans paruulos eſurientes, blandimentis nos alliciens, delicijs nos fouens, & nutriens. *S. Anſelm. Lue. ſuper Salue Regina.*

Nutrix ſalutis mentis noſtræ. *S. Anſelm. in orat. ad B. Virg.*

Nutrix Creatoris. *S. Petr. Clun. Proſa in honorem Matris Domini.*

Nutrix omnipotentis Filij Dei. *Idem lib. 3. Epiſtolar. Epiſtola vltima.*

Nutrix ſapientię. *Helinan. Ciſt. ſer. 1. Nat. B. V.*

Nutrix adoleſcentularum. *Guilelm. Paruus in cap. 6. Cantic.*

Nutrix Dei digna. *D. Bonauent. in Pſalt. minor B. Virg. Quinquagen. 1.*

Nutrix refouens mentem noſtram. *D. Bonauent. in Pſalt. B. Virg.*

Nutrix filia, & Sponſa Dei. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 107.*

Nutrix noſtra, & totius Eccleſię. *Ern. Prag. in Mariali cap. 133.*

Nutrix omnium fidelium iuſtorum, & omnium fidelium peccatorum. *Idem ibidem.*

Nutrix paruulorum. *Idem ibidem cap. 141.*

Nutrix pulchrę dilectionis. *Idem ibid. cap. 170.*

Nutrix veri pacifici, quem in inuolumentis nutriuit, & curis multis, quem puerum portauit in vlnis, & infantulum præ filijs hominum, ſpecioſum, & gratioſum vultu placido intuita eſt, materno affectu illum deoſculans, dulciſſimè amplectens, ludens manibus, ridens ore, iubilans animo, & dicens: Riſum fecit mihi Dominus meus, qui audierit me, corridebit mihi Gen. 21. *Idem ibid. cap. 99.*

Nutrix Chriſti, & hoc tam capitis, quam membrorum. *Idem ibidem cap. 133.*

Nutrix ſibi obſequentibus. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 8.*

Nutrix diligens Filij ſui. *D. Bernardin. Senenſis Tom. 1. ſerm. 61.*

Nutrix affectuoſiſſima Filij ſui. *Dionyſ. Carthuſ. de laud. Virgin. lib. 3. art. 3.*

Nutrix totius Eccleſiæ, cui competebat de concernentibus Eccleſiam præſcire ventura, ac vaticinari. *Idem lib. 2. de laud. Virg. art. 18.*

Nutrix populorum, & orphanorum. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M.*

Nutrix veri Sponſi. *Idem ſerm. 1. de Nat. B. M.*

Nutrix certiſſima egenorum. *Ioann. Trithem. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Vrticeto cap. 9.*

# LIBER DECIMVSTERTIVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera O.

BED Christi nutritione. *Barthol. de Pisis lib. 1. de laud. Virg. fructu 4.*

OBIECTVM gloriæ præcipuum, poſt Deum. *Ioan. Mauburn. in Roſario de præconijs Beatæ Virg. membro 8.*

Obiectum contemplandi Deum in ſuis effectibus, quo poſt aſſumptam verbi æterni humanitatem, non eſt inuniuerſa machina mundi, & in toto ordine rerum obiectum tam præclarum, & euidens, tam glorioſum, & admirabile. *Dion. Carthuſ. lib. 1 de laud. Virg. art. 28.*

OBLATIO humanæ naturæ, planè Deo digna, atque angelorum ſpirituali ſacrificio, & oblatione ſpiritualior, ſacratiorque, ac purior ipſorum puritate. *S. Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſentat. Beatæ Virg.*

Oblatio iuſtorum Ioachim, & Annę, quæ mundi facta eſt redemptionis pretium. *Idem ibid.*

Oblatio acceptiſſima. *Iacobus Monachus in Marieli orat. 3.*

Oblatio Creatori tantummodo deſtinata. *Idem ibidem orat. 4.*

Oblatio Domino conſecrata. *Idem ibid. orat. 3.*

Oblatio pretioſiſſima creaturarum. *Idem ibidem oratione 5.*

Oblatio ſingularis puritatis, quam oportebat à puris grefſibus recedere. *Idem ibidem or. 3.*

Oblatio terræ, per quam ipſa terra purgata, & purificata hoſtiæ myſticæ Altare euaſit, cum anteà Idolorum nidoribus inquinata fuerit, & impio cruore reſperſa, ac fœdata. *Idem ibidem orat. 6.*

OBLATRIX prima inter fœminas, glorioſi muneris virginitatis. *Zacharias Chryſopolit. lib. 1. in vnum ex quatuor cap. 3.*

OBLECTAMENTVM omnium terrigenarum. *D. Ephrem. ſerm. de laud. B. Mariæ Virg.*

Oblectamentum pereane. *Iacobus Monachus in Marieli orat. 3.*

Oblectamentum commune omnium. *Iſidorus Theſſalonic. de Annunciat. Beatæ Virg.*

OBLECTATIO arcana animarum. *Auorym, in Maneis Græcorum die 4. Aprilis.*

Oblectatio animi. *Georg. Nicom. orat. 2. in Conceptione Deiparæ.*

Oblectatio ſempiterna Patriarcharum. *S. Ioan. Damaſcen. orat. 1. de Aſſump. B. Mariæ.*

OBLITERATIO vnica mœroris. *S. Ioan. Damaſcen. orat. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

OBSECRATRIX pro mundi ſalute. *Arnoldus Carnotenſis in Tractatu de laud. Mariæ.*

OBSERVATRIX legis. *Ambroſ. Autbert. homil. in feſt. Purificationis B. Virginis.*

Obſeruatrix magnifica diuinorum præceptorũ: tanta enim obedientia Deo ſubiecta fuit, & tanta cordis promptitudine, eius voluntati parere, & adhærere voluit, quod de præceptis ipſius nihil penitus detraxit, ſed omnia corde peruigili, opere continuo abſque vlla diminutione inuiolabiliter obſeruauit. *Deum ſuper omnia diligendo, & proximum ſicut ſe ipſam. Idiota de B. Virg par. 11. Contem pl. 4.*

Obſeruatrix perfectiſſima conſiliorum, & præceptorum Dei. *Albe. Magnus ſuper Miſſus eſt cap. 66.*

Obſeruatrix perfectiſſima mandatorum, & conſiliorum Dei ſuper omnes. *D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15. & 18.*

OBSES fidei mundi apud Deum. *D. Auguſtin. ſerm. 2. in Annunciatione B. Virginis.*

Obſes, quam ſuæ fidei mundus fecit Deo. *Idem ſer. 17. de Natiu. Domini, qui eſt 21. de tempore*

OBSIGNATIO teſtamenti Dei. *S. German. Conſtantin. orat. 2. Præſentat. B. Virg.*

OBSTETRIX, & virgo. *Aurel. Prudentius hymno 11. ad 8. Kalend. Ianuarij.*

Obſtetrix Filij ſui. *D. Hieron. lib. aduerſus Heluidium de perpetua Virg. S. Mariæ.*

Obſtetrix ſui ipſius in diuini puerperij celebritate. *Arnold. Carnot. in Tract. de laud. M.*

OCCASIO Incarnationis Dei. *Dionyſ. Carth. in Cant. art. 12.*

Occaſio libertatis damnatis B. *Caſimir. Polonię Princeps in hymno de Beat. Virg.*

OCCASVS, de quo ſcriptum. Pſal. 77. Iter facit ei, qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi. *S. Germ. Conſtan. ſerm. in Natiuitate Beatæ Virg.*

OCVLVS Columbæ, quia Dux præuia Eccleſiæ. *Honor. Auguſtod. in Sigillo B. Mariæ.*

Oculus Cæli, id eſt, Eccleſiæ ſanctius ſtellis illuſtratæ, ratione puritatis ſuæ, quia ſicut oculus totum corpus, ſic Maria totam illuſtrat Eccleſiam, quæ eſt corpus Filij ſui ſanctorum radijs exemplorum, vnde canitur de ea: cuius vita inclyta totas illuſtrat Eccleſias. *Richard. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 4.*

Oculus per diſcretionem, vel reſpectu miſericordiæ iuſtos à dextris, peccatores reſpiciens à ſiniſtris. *Idem de laud. Virg. lib. 9.*

Oculus cæco, id eſt peccatori, ipſum ducens, ipſi viam monſtrans, ipſum à fouea inferni defendens Iob. 29. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper librum Iob.*

Oculus orbis. *Bernard. de Buſt. ſerm. 2. de Aſſumptione B. Mariæ.*

Oculus cæco. Iob. 29. quia multos ſanat cæcos quotidie. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 7. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

ODOR beneuolentiæ Chriſti. *Andr. Cret. orat. 2. in Annunciat.*

Odor Dei iucundus ad olfaciendum. *S. Ioann. Damaſcen. in Cant. Sanctiſ. Deip.*

Odor mortis in mortem non credentibus. *D. Amedeus homil. 7. de laud. Virg.*

Odor vitæ in vitam credentibus in filium ſuum. *Idem ibidem.*

Odor balſami, præſeruans à corruptione culpæ, balſamum enim à corruptione præſeruat *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 3. L.*

Odor cinamomi, confortans homines, vt perſeuerent, in dono gratiæ; odor enim cinamomi habet confortare. *Idem ibidem.*

Odor myrrhæ fugans vermes tentationis Diabolicæ; odor enim myrrhæ fugat vermes. *Idem ibidem.*

Odor ſuauiſſimus lætitiæ. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

Odor ſuauiſſimus virtutum aromatibus plenitudinem terræ ſuaueolentia perfundens. *Idem in Mariali orat. 6.*

Odor ſuauitatis. *Bernard. de Buſt. ſer. 4. de virtutibus Mariæ, & D. Petrus Damian. in Carminibus de Aſſumptione B. M.*

OECONOMIA, Dei ad homines attemperationis. *Leo Imperator in orat. de Natiuitate Beatæ Virg.*

OFFICINA vnitarum inter ſe naturarum. *S. Proclus in orat. 1. de laud. Virginis.*

Officina celebris diuinorum cum hominibus contractuum. *Andr. Cret. orat. 3. de Dorm. B. M.*

Officina communis reconciliationis. *Idem orat. 3. de Dormitione Beatæ Virg.*

Officina tremendi incarnationis myſterij, in quod deſiderant Angeli proſpicere. *Idem ibidem.*

Officina Dei. *S. German. Conſtan. orat. 1. in Præſentat. Beatæ Virg.*

Officina diuinitatis, & humanitatis, paſſionis, & impaſſibilitatis, vitæ, ac mortis. *S. Ioann. Damaſc. orat. 1. de Natiu. B. M.*

Officina immenſorum bonorum, atque omnem mentis captum, & cognitionem ſuperantium. *Idem orat. 1. de Annunc. B. M.*

Officina medica, gratuita omnibus vulneratis. *Idem in Paracl. Beatæ Virg.*

Officina medicaminum, nos vitæ participes efficiens, quippe quæ vitam vitæ illius, quæ principium lucis eſt, nobis oriri fecit. *Idem ibidem.*

Officina medicamiuum, quibus dolores curantur. *Idem ibidem.*

Officina noſtræ ſalutis. *Idem orat. 3. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Officina aromataria ſpiritus. *S. Ioſeph. hym. in Mariali.*

Officina in qua verbum caro factum eſt. *Arnol. Carnotenſ. Tractatu de illo Verbo Domini: Mulier ecce filius tuus.*

Officina purgatiſſima Spiritus ſancti. *Idem in Tractat. de laudib. Mariæ Tom. 12. Biblioth. PP.*

Officina diuinæ incorporationis. *Petrus Cellen. ſerm. 3. de Pentec.*

Officina ſaluationis noſtræ, quia cauſa, & materia ſoluendi pro nobis debiti ab ea ſuſcepta eſt. *Idem ſerm. 4. in Annunc.*

Officina verbo incarnando apta, & ſolius Dei reaptiua, opere incomparabili à Deo conſtructa quam ipſe Deus extra circumliniuit ſpetie, & pulchritudine quam Rex concupiſceret, intus repleuit optimis terræ mercibus nullo modo antè pretio emptis, vel adeptis. *Idem ſerm. 7. in Annunciat.*

Officina virginalis, in qua omnipotentia Patris vas nouum de noua materia, nouaque cælatura exculpſit. *Idem ſerm. in Vigilia Natiuitatis Domini.*

Officina medica opportuna, animorum pariter, atque corporum nobis à Deo exhibita. *Iacobus Monach. orat. de Natiu. B. Virg.*

Officina pigmentaria, medicaque, quæ nobis ex SS. Ioachim, & Anna ſtructa eſt. *Idem ibidem.*

Officina medica à Deo facta, ad congruam animorum, corporumque curationem. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 2.*

Officina diuinæ diſpenſationis. *Matth. Cantacuzen. in cap. 1. Cantic. Canticor.*

Officina, in qua, & per quam Spiritus ſanctus fabrefecit quicquid in gratia mirificum operatur. *D. Bernard. Senen. Tom. 3. ſerm. de Aſſumptione B. Virg.*

Officina ſtupenda operationis Spiritus ſancti, in qua, & de qua fabricatum eſt corpus mundiſſimum Filio Dei, & noua infuſa Anima, ambo ſimul tamquam vnam naturam humanam integram, & perfectam in perſona Filij Dei vniunt. *Idem ibidem.*

Offici-

Officin Sapiritus ſancti. *Ioan. Mauburn. in Roſario de Præconijs SS. Virg. Membro 1.*

Officina eximia miræ operationis Spiritus ſancti, in qua, & de qua, formatum eſt corpus mundiſſimum Filio Dei, & ſumma creata eſt anima Chriſti, oſtenditque Spiritus ſanctus vniuerſis beatis, quod in hac officina, & per eam fabrefecit quicquid in gratia mirificum operatur. *Dion. Carth. lib. 4. de land. V. a. 9.*

Officina ſtupendæ operationis Spiritus ſancti. *Bernard. de Buſt. ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Officina totius ſalutis humanæ. *Arnold. Boſtius cap. 5. §. 1. lib. de Patron. & Patrocin. Deip. V. in ſibi dicatum Carmeli Ord.*

Officina puriſſima Spiritus Sancti. *Ludouic. Blo. ſius in Endologia 2. ad* B. *Virg.*

OLEA frugifera, per quam ſcaturijt Oleum, exhilarans, & pinguefacit creaturam. *S. Geor. Nicomed. orat. de Exitu SS. Domina noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

OLEASTER, quia ſi Oleaſter eſt arbor inculta, ſylueſtris, amara, & infructuoſa: Maria fuit humano exercitio inculta: ſylueſtris, quia à mundana conuerſatione ſequeſtrata: amara, per compaſſionem, & infructuoſa, quoad propoſitum virginitatis. *Rich. à S. Lauron. de laud. Virgin. lib. 12.*

OLEVM. D. *Bernard. ſer. 3. ſuper Salue Regina.*

Oleum vnctionis ſacrum. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de laud. Beatæ Virg.*

Oleum maximè propter miſericordiam effuſam extra vas ſuum, cuius vas eſt ipſe Chriſtus, cuius plenitudinē Beata Virgo accepit, & nobis de ſua plenitudine, gratiam pro gratia, refudit. *Idiota de* B. *Virg. par. 4. Contempl. 2.*

Oleum miſericordiæ, quod verus Samaritanus, id eſt Chriſtus Ieſus infudit vulneribus ſauciati, id eſt generis humani per præuaricationem primæ matris de Ieruſalem in Iericho deſcendentis. *Idem ibidem, & Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 1.*

Oleum iuxta multas proprietates olei, & maximè propter miſericordiam, effuſum, id eſt, extra vas fuſum, & cuius vas ipſe Chriſtus, de cuius plenitudine accepit, & nobis de ſua plenitudine gratiam pro gratia refudit. *Rich. à S. Laur. de Laud. Virgin. lib. 1.*

Oleum, quia ſicut oleum extinguit, & ampliat ignem; extinguit enim ignem in lapide & accendit in ligno: ita Maria incendium peccati extinguit in eo, qui aliquando lapideus, & durus fuit peccando, & ex toto corde conuerſus eſt ad eam. Etſi proprietas eſt olei extinguere ignem græcum, & lapidē ignitum: conſuetudo eſt Mariæ in ſuis amatoribus extinguere feruorem peccati. Si autem quis lignum fuerit, id eſt, tractabilis, & patiens, ſuccendet in eo dulcedinem Dei, ſi nominis eius miſericordiam inuocauerit toto corde. *Idem ibidem.*

Oleum ſanctum omni liquori ſuperemiuens. *Bernardin. de Buſt. in Mariali ſerm. 6. de Conceptione Beatæ Virg. Mariæ.*

OLFACTORIVM Numinis ſuaue ſpirans. S. Io. *Damaſc. in Menæis Græcor. die 27. Ianuarij.*

OLFACTVS bonæ redolentiæ Chriſti. *Anonym. Græcus in hymn. ad Beat. Virg. apud Nomcucl. Marianum.*

OLIVA. *D. Bernard. ſer. 3. ſuper Salue Regina.*

Oliua ſpecioſa, quæ fructum gloriæ attulit, cuius flos odoramentum ſuauiſſimi halitus. *S. Ioan. Chryſoſt. orat. 7. de SS. Deipara.*

Oliua fructifera, plantata in domo Dei, à quæ corporalem Domini ramum accipiens Spiritus ſanctus, naturæ humanæ tempeſtate conuulſæ, pacem cælitus læto, fauſtoque nuncio prædicatam attulit. Pſalm. 51. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de laud.* B. *Virg.*

Oliua fructifera, in domo Dei. *D. Hildeph. ſer. 4 de Aſſumpt. B. M. S. Germ. Conſtan. in. ſerm. in Natiuit. B. V. S. Io. Damaſc. orat. 1. de Natiu. B. V. Nicephor. Gregor orat. in S. Deipar. apud Coæſolam tom. 6. Bernardin. de Buſt. ſerm. 1. de Aſſimilat.* B. *M. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 22. Coronæ nouæ B. M.*

Oliua fructifera, per quam miſericordia orbis plenus factus eſt. *Anonym. in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio Olei ſancti.*

Oliua perpetuo vernans, ac pulchrum fructum proferens olei ſpiritualis. S. Io. *Damaſc. or. 2. de Aſſumpt. ſiue Dormitione Beatæ Mariæ.*

Oliua fructifera, quæ produxit Verbum miſericors, quod ſemper miſericordia, & veritas præcedunt. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Oliua per affectum pietatis ſpecioſa per effectū: effectus enim pietatis nihil valet niſi ſit ex affectu, nam ſicut ex oliua fructus, ſic ex affectu meritorij opus. *Idiota de B. V. par. 6. Cont. 15.*

Oliua plena pinguedine pietatis, & compaſſionis. *Idem ibidem.*

Oliua, quia ſicut oliua fructus facit in hyeme, ſic Beata Virgo fructum peperit tempore hyemali, quo refrigerata erat charitas, & iniquitas abundabat. *Idem ibidem.*

Oliua, quia ſicut oliua humore olei plena eſt, ita Beata Virgo humóre gratię perfuſa, huius vitæ tempore non aruit, ſed vitæ æternæ amœnitatem inter omnes Euæ filias glorioſa ſuſcepit. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa, id eſt omnimoda ſpecioſitate repleta per pietatem, & compaſſionem, quæ ſunt virtutum B. Virginis gloria. *Idem ibid.*

Oliua ſpecioſa in campis, id eſt in illis, qui ſequuntur latitudinem ſuę pranę voluntatis, & diſcurrunt per campos velut Equi infrenes, non retardati freno timoris, ſeu mundani pudoris, aut, vinculis diuinorum præceptorū, quando corde toto pœnitentes confugiunt ad eam. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa in campis, id eſt in peccatoribus incultis, quibus gratiam ſanctiſſimis ſuis precibus, exemplis, & meritis ſubminiſtrat, vt excolantur per fidem, & pœnitentiam, & referant fructum. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa in campis propter communi-

tatem pietatis, & compaſſionis ſuę quantum eſt in ſe ſine acceptioue perſonarum. *Idem ibidem.*

Oliua per miſericordiam. *Hugo de S. Victore ſerm. in Aſſumpt. B. M. V. qui eſt in ordine 47. & Bernardin. de Buſt. ſer. 1. de Aſſimil. B. M.*

Oliua fructifera in campis, id eſt in Eccleſijs. Chriſti enim Eccleſię cāpi congruè dici poſſunt, quos diſciplinę cęleſtis aratrum colit, doctrina Euangelij ſerit, iuſtitię executio fertiles reddit. *Adam de Perſ. in Mar. frag. 7.*

Oliua, quia ſi de oliua profluit pinguedo olei: fundit gratię plenitudinem, & miſericordię vnctionem profert Mater Chriſti. *Idem ibid.*

Oliua ſpecioſa, & ſuauis, ex qua ſpecioſus forma præ filijs hominum naſcitur, ſanctę ſuauitas vnctionis. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa in campis, quia gratia eius, & miſericordia omnibus eſt communis. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa, quę in campis poſita florem cāpi protulit, ex cuius amœnitate pulcherrima campeſtria ſibi humanę turpitudinis nuditas procurauit; campeſtria enim ſunt perizomata velamenta turpitudinis, quę de flore iſto ſibi conſuunt, quicunque per fidem, & amorem virginei partus, criminum verecundā deponunt. *Idem ibidem,*

Oliua fructifera, medicinaliter impingueſcens, ex qua ſudat oleum, quod omni pretioſius eſt vnguento, digna fluunt aromata, non auro comparabilia, non argento. *Philippus Abbas lib. 4. in Cantic. Canticor. cap. 30.*

Oliua ſpecioſa in campis, de qua poſluxit oleū gaudij, & miſericordię, quod nos ſanans ab infirmitate, vngit in regnum cęleſtis glorię. *Honorius Auguſtodun. in ſigillo B. Mariæ.*

Oliua ęſtate, & hyeme virens, cuius viror animę fides, & perſeuerantia, quę non aruit in ea propter hyemem dominicę paſſionis, ſicut in omnibus diſcipulis; tunc enim defecit omnis Sanctus, ideo prędictum erat de ea Prouerb. vlt. Non extinguetur in nocte Dominicę paſſionis lucerna eius, id eſt fides. *Richar. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 12.*

Oliua, cuius folia amara ſunt, & medicinalia, quia eius verba inuitant ad pœnitentiam, vel folia eius, ſunt verba Euangelicę prędicationis, quibus docuit Apoſtolos, & filios naſcentis Eccleſię: folia etiam eius medicinalia. Ezech. 47. & Apocal. 22. quia ſanant Cācrum, & exemplum verborum eius, detractionem, cętera turpiloquia. Cancer corrodit os, & linguam, & Sap. 1. dicitur à detractione parcitę linguę. *Idem ibidem.*

Oliua, de qua Ier. 11. dicitur oliuam vberem, pulchrā, fructiferam, ſpecioſam vocauit Dominus nomen tuum. Fuit enim oliua vber per affectum miſericordię, pulchra per puritatem affectus, fructifera per effectum miſericordię, ſpecioſa per abundantiam effectus. *Idem ibidem.*

Oliua, de qua proceſſit, & nata eſt vera oliua, id eſt Chriſtus, qui eſt pax noſtra, miſericordia noſtra, lux noſtra, ſine qua non videmus. *Idem ibidem.*

Oliua, ex qua habetur oleum, quod eſt liquor oliuę, ſcilicet Chriſtus, qui eſt oleum gratię, infirmis, dimittendo eis peccata. Iſ. 10. oleum ſapientię ad Cathecumenos inſtruendos; oleum lętitię, ad Reges, & Sacerdotes inungendos, id eſt ſpirituales viros lętificandos. *Idem ibidem.*

Oliua frondoſa, & ramoſa, cuius frondes, & rami amatores eius, ei quodammodo fide, ſpe, & charitate inſerti, quia amor eſt amantis, & amati vnio quędam ſpiritualis; vnde talis poteſt dicere mihi: adhęrere ei bonum eſt, & ponere in ea ſpem meam Pſalm. 72. quia talibus nutrimentum gratię ſubminiſtrat, maximè autem inſeruntur ei imitatores eius in pietate, & duplici miſericordia, ſcilicet in affectu, & effectu. *Idem ibidem.*

Oliua fructum ſuum, quantum in ſe eſt, omnibus communicans, quod apparuit quando filium ſuum peperit in via, vt poſſet ab omni prętereunte capi, & dicerent tranſeuntes: Filius datus eſt nobis. Iſ. 9. *Idem ibidem.*

Oliua fructus, quia plena pinguedine diuinę gratię, & miſericordię, luce ſapientię, & hilaritate bonę conſcientę. *Idem ibidem.*

Oliua noſtra, quę ęſtate, & hyeme viret, nam humore gratię perfuſa huius vitę tempore non aruit, ſed vitę ęternę amœnitatem intet omnes Euę filias glorioſa ſuſcepit. *Idem ibid.*

Oliua per affectum pietatis. *Idem de laud. Virg. lib. 5.*

Oliua propter miſericordiam, & pietatem, dulcis in fructu, odorifera in flore, nempe in Filio, qui dicit Eccleſ. 24. Spiritus meus ſuper mel dulcis, & ſicut Cynamomum, & balſamum aromatizans dedi ſuauitatem odoris. *Idem de laud. Virgin. lib. 12.*

Oliua, quæ comam ſuam diu conſeruat; comam enim virginitatis iugiter ſeruauit, quia ante partum, in partu, & poſt partum virgo. *Idem ibidem.*

Oliua, quæ fructum facit in frigore, pinguem, quia ad literam in hyeme peperit Saluatorem, & quando refrigerat charitas, & abundabat iniquitas. *Idem ibidem.*

Oliua, quia ſi oliua eſt arbor inſignis, Maria glorioſa eſt generis nobilitate, glorioſior morum honeſtate, & gratiarum vniuerſitate, glorioſiſſima Filij dignitate. *Idem ibidem.*

Oliua, ramos habens flexibiles, quia facillimè flecti poteſt oratione deuota, vt habeatur fructus eius, qui Chriſtus eſt. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa in campis, ab effectu, quia ſpeciem, & virtutem tribuit abundanter familiaribus ſuis, maximè ſi habuerint in ſe proprietates campi, vt ſint florigeri per caſtitatem, exculti per pœnitentiam, fructiferi per operationem bonam, & fructus ſuos pro eius honore

nore libenter ſubminiſtrent neceſſitatem patienti. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa in campis, id eſt in illis, qui ſequuntur latitudinem ſuæ prauæ voluntatis, & diſcurrunt per campos licentię, velut equi emiſſarij, & infrenes, non tetardati freno timoris, vel diuini amoris, ſeu mundani pudoris, aut vinculis diuinorum præceptorum, quando ex toto corde pœnitentes confugiunt ad eam. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa in campis, id eſt peccatoribus incultis, quibus gratiam ſuis orationibus exemplis, & meritis ſubminiſtrat, vt excolantur, & referant fructum. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa in campis propter communitatem, nam miſericordia eius & gratia communis eſt omnibus inuocantibus eam, in veritate. *Idem de laud. Virgin. lib. 4.*

Oliua ſpecioſa in campis, propter communitatem pietatis eius; & miſericordiæ, quam cunctis exhibet, quantum in ſe eſt, ſine acceptatione perſonæ. *Idem de laud. Virg. lib. 12.*

Oliua ſpecioſa in germine, & liquore, id eſt in filio, in floribus ſacrorum deſideriorum, in folijs verborum, in frondibus, & ramis operum, quia habuit in ſe opera actiuè, & contemplatiuè. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa propter omnimodam ſpecioſitatem corporalem, quæ in diſpoſitione membrorum, & ſpiritualem, quę conſiſtit in virtutibus animę. *Idem ibidem.*

Oliua valde copioſa in fructu, vndè dicit: Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Domini. Pſal. 51. id eſt, in Eccleſia, quia fructus eius omne bonum eſt, & ſummũ bonum, qui omnibus omnia factus eſt, vt lucrifaciat vniuerſos. 1. Cor. 9. & ipſe in futuro erit omnia in omnibus, id eſt, ſufficientia omnium. 1. Corinth. 15. *Idem ibidem.*

Oliua, quæ fructum fecit in frigore, id eſt, in hyeme peperit Saluatorem, de qua naſcitur oleum ad infirmos, oleum gratiæ, oleum ad cathecumenos, oleum ſapientiæ, oleum ad inungendos Reges, & Sacerdotes, oleum lætitiæ. *Hugo Carenſis in cap. 24. Eccleſiaſt.*

Oliua, de qua diuerſi generis oleum dimanauit, oleum videlicet effuſionis, oleum puritatis, oleum lætitiæ, oleum vnctionis, *Abſalon Abbas in ſerm. de Natiuit.* B. *Virg.*

Oliua, cuius folia verba ſunt Euangelicæ veritatis, quæ ipſa Apoſtolos, & alios naſcentes Eccleſiæ filios docuit. *Idem ibidem.*

Oliua, cuius fructus ſunt opera actiuæ, & contemplatiuæ vitæ, vt pote, aures Deo inclinare, orationibus ſecretis diuinis intereſſe, puerum Ieſum lacte paſcere, & his ſimilia. *Idem ibidem.*

Oliua, cuius rami ſunt viri iuſti, qui imitatione virtutis etiam ſine ſanctitatis propoſito, Beatæ Virginis quodammodo inſerti ſunt, longitudine ſpei, & latitudine charitatis vndequaque diffuſi. *Idem ibidem.*

Oliua noſtra, quæ & æſtate, & hyeme virorem ſuum retinuit, quia humore ſpiritualium gratiarum perfuſa, præſentis vitæ tempore non aruit, & æternæ vitæ amœnitatem inter omnes filias Euę glorioſa ſuſcepit. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa in ramis, ſpecioſa in folijs, ſpecioſa in germine, ſpecioſa in liquore. *Idem ibidem.*

Oliua totius miſericordię, & pacis, & bonitatis. Ierem. 11. *Alber. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Ieremiam.*

Oliua fœcunda in ſobole; multos enim generat in fide, & gratia. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 2. O.*

Oliua propter pinguedinem ſpiritualis gratiæ. *Idem in Mariali ſer. 11. Bernard. de Buſt. ſerm. 1. de Aſſimil. B. M. & Maur. de Villaprob. ſerm. 33 Coronæ nouæ B. M.*

Oliua reconciliationis, quę Deum nobis reconciliauit. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 2. O. & Bernard. de Buſt. ſerm. 1. de Aſſimil. B. M.*

Oliua rubra per charitatem, viridis per virginitatem, & nigra per humiliationem. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 2. O.*

Oliua ſignum victoriæ, quia Dæmones ſuperauit, ac vicit. *Idem ibidem, & Bernardin. de Buſt. ſerm. 1. de Aſſimil. B. M.*

Olina ſpecioſa, quia pulchra in ramis, in folijs, & fructibus; habuit enim miſericordiam in ramis, ſcilicet in corde, exhibendo maternæ compaſſionis affectum: habuit in folijs, ſcilicet in ore, aduocando pro nobis apud Deũ; habuit in fructibus, id eſt in opere, exhibendo ſuæ miſerationis auxilium. *Iacobus de Voragine in Mariali ſer. 3. O.*

Oliua tenebroſos illuminans, lumine ſuę gratię: vulneratos ſanans, medicina ſuę miſericordię: famelicos ſatians dulcedine ſuę conſolationis. *Idem in Mariali ſerm. 2. O.*

Oliua viriditatis continuę: nam virorem ſuę ſanctitatis nunquam amiſit, nec in æſtate conſolationis, nec in hyeme tribulationis, nec in vere iuuentutis, nec in autumno ſenectutis. *Idem ibidem.*

Oliua in amplitudine huius mundi, velut in medio campi ſpecioſitatem virtutum retinens, ſanctis cogitationibus virens, bonis operibus florens, nobis fructũ æternę beatitudinis pariens, cęleſti oleo fœcunda, id eſt, Spiritus ſancti gratia. *Alanus Inſul. in ſerm. de Sancta Maria.*

Oliua fructifera, ex qua oleum exhilarans effluxit, & vniuerſas creaturas impinguauit. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 3.*

Oliua, quia ſi oliua arbor pacis eſt: B. Virgo totius mundi reconciliationem obtiuuit. *Ern. Prag. in Mariali cap. 50.*

Oliua, quia ſi oliua eſt mater olei, Beata Virgo proprie eſt mater gratię, & mater miſericordię. *Idem ibidem.*

Oliua ſpecioſa in campis, id eſt inter Patriarchas, qui fuerunt viri miſericordię, in latitu-

diue

dine charitatis, vel legis naturalis ambulantes. *Idem in Mariali cap.49.*

Oliua fiducię. *Barthol. de Pisis libr.1. de laudib. Virgin. fructu 2.*

Oliua, quia misericordissima. *Idem libr. 1. de laud. Virg. fructu 8.*

Oliua speciosa in campis, omnibus se cõmunicans, & parata dare singulis de oleo suo, quo foueatur, non extinguatur ignis in lampadibus suis, quatenus in nocte, lucerna non extincta sponso parati sint occurrere, & ad nuptias secum intrare pro voto sponsi copia fruituri. *Anton. Pocq. ser. 7. de Concept. B.V.*

Oliua speciosa in campis, quę mundo naufrago ramum illum oliuę paternę protulit Iesum Christum. *Io. Gerf. tract. 9. super Magnificat.*

Oliua virens. *D. Laur. Iustinian. lib. de Casto connubio Verbi, & animæ cap. 9.*

Oliua speciosa in campis, ad quam, & iusti, & peccatores accedere possunt, vt in oleo misericordię accipiant. *D. Anton. in summ. 3. par. tit. 31. cap. 4. quod est de multiplici misericordia, quam accepimus à Deo mediante Virg. Maria.*

Oliua speciosa in campis, ob misericordiam. *Idem in sum. par. 4. tit. 7. cap. 2. §. 5.*

Oliua, quia sicut olina iugiter viret, & dulcem fructum producit, & pacis est signum, & pietatem, misericordiamque designat: sic Beata Virgo iugitet in omni virore profecit sapientia, ac virtutum, & suauissimum protulit fructum, reparatorem pacis generanit hominibus, & iugiter reconciliat Deo, estque totius misericordiæ mater, & pietatis fontana. *Dionys. Carthus. in cap. 24. Ecclesiast.*

Olina, cuius fructus fuit Christus, viridis in tota sua conuersatione, rubens in passione, niger in morte. Fructus enim oliuæ primò viresçit, deinde rubesçit, postea nigresçit. *Bernardin. de Bust. ser. 1. de Assimilat. B. Mariæ.*

Oliua, cuius oleum, id est pietas, illuminat tenebrosos in Dei cognitione. *Idem ibidem.*

Oliua in campis speciosa. *Idem in Mariali ser. 6. de Conceptione B. Mariæ.*

Oliua in sobole fœcunda, nouellas plantationes filiorum generans in fide, & gratia. *Idem serm. 1. de Assimilatione B. Mariæ.*

Oliua pullulans. Eccles. 24. *Idem ibidem.*

Oliua solida, & imputribilis. *Idem ibidem.*

Oliua viriditatis continuæ; nam viriditatem suæ sanctitatis nunquam amisit, nec in æstate consolationis, nec in hyeme tribulationis, nec in vere iuuentutis, nec in autumno senectutis. *Idem ibidem.*

Oliua fructuosa misericordię. *Io. Trithem. lib. 1. de Miraculis B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Oliua glorioſa. *Maur. de Vill. ser. 5. Cor. nou. B. M.*

Oliua in campis, quia communis omnibus personis. *Idem ibidem serm. 22.*

Oliua, quæ viriditatem suæ sanctitatis, & innocentiæ nunquam amisit. *Idem ibidem ser. 5.*

OLIVETVM amœnissimum. *Bernardin. de Bust. serm. 1. de Assimilatione B. Mariæ*

OMEGA, ideſt nouissima creaturarum, humilitate. *Cæsar Cisterc. hom. de Nomine Mariæ.*

OMNIA omnibus. *D. Bernard. serm. de B. Virgin. super illud Apocal. Signum magnum. D. Antonin. in summ. par. 4. tit. 15. cap. 26. & B. Ioseph Steinfel. Opusc. 4.*

Omnia omnibus facta, vt quantum in se est lucrifaciat vniuersos, eum non sit, qui se absondat à calore charitatis eius. *Richar. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 2.*

Omnia omnibus, non secundum assimilationem, vt Paulus, sed secundum veritatem. *Albertus Magnus super Missus est cap. 126.*

Omnia omnibus, vt nostra curet vulnera. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B. Virg.*

Omnia omnibus facta, vt naturæ vulneribus mederetur. *Iac. Monach. in Mariali orat. 2.*

ONYX, quia si onyx gemma phantasmata tristitiamque depellit: Maria cogitationes inutiles, & Dæmonum suggestiones. *Ern. Prag. in Mariali cap. 42.*

Onyx lapis trasparens, animæ fœtum educens, & portum boni proposiri suis meritis apud Deum in opus bonum accelerans, internumque mentis oculum intrans, ab omni puluere terrenæ cupiditatis effieaciter purgans. *Ioan. Trithem. lib. 1. de Mirac. Beat. Virg. in Vrticeto cap. 7.*

OPALVS spiritualis, longè præcellens lapidem opalum varij coloris pretiosissimum, qui sanat omnes ægritudines oculorum. In sola India hic lapis reperitur ad quantitatem magnæ nucis auellanæ, & Deum sola Virgo peperit humilis, & innocens Maria: opalus aspectu mirabilis Carbuneuli, Smaragdi, Saphiri, Amethisti, & aliorum diuersorum fulgẽtium coloribus lapidum decorus, pulcherrimusque describitur: Et Maria intacta Dei Genitrix cunctis sanctorum in Cęlo virtutibus, & meritis, vt lucidissimum speculum exornatur. *Ioan. Trithem. lib. 1. de Miraculis Beatæ Virg. in Vrticeto cap. 7.*

OPERATORIVM Spiritus sancti. *Alber. Magn. in Postillis super cap. 11. Lucæ.*

OPERATRIX vnica conceptione Filij Dei. *Matthæus Cantacuzenus in cap. 5. Cant. Cantic.*

Operatrix virtutum. *Ioann. Mauburnus in Roseto Exercitat. spiritualium tit. 21. cap. 6. & Rupert. Abbas lib. 4. Comment. in Cant. Cantic.*

OPERIMENTVM nostræ nuditatis. *S. German. Constan. orat. 2. in Præsentat. B. Virg.*

OPES inexhaustæ. *S. Ioan. Damascen. orat. 2. de Assumptione B. Mariæ.*

OPIFICINA vnitronis naturarum. *S. Proclus in orat. 1. de laud. Virg.*

Opificina virginitatis, aduersus quam Dæmones insidias struere non potuerunt. *Idem orat. 6. quæ est de laud. Beatæ Virg.*

Opificina virginalis, in qua Princeps pacis, corporis arma videns, eaque incontaminata diuinitate temperans, eisdem Diabolum interemit hostem, *Idem in orat. 4. quæ est in diem Natalem Domini.*

OPI-

OPIFICIVM vnitionis naturarum. *S. Proclus in orat. 1. de laud. Virg.*

Opificium virtutum arboribus venuſtatem habens, caſtitatis floribus ſuauiſſimè olens, ſenſorum ſplendoribus clareſcens, cunctiſque, alijs vberrimis bonis, nulla penuria gaudens; dignum prorſus, in quo Deus ad homines veniens domicilium nanciſceretur. *S. Io. Damaſcen. in orat. 4. de Natiuit. Beatæ Virg.*

Opificium excellens naturę, & pars nobiliſſima rerum. *Arnoldus Boſſius Cap. 1. §. 2. lib. de Patrocinat. Deip. V. in ſibi dicatum Carm. Ord.*

OPINIO prędicationis S. Pauli Apoſtoli; nam Sanctus Paulus antequam exequijs, & funeri B. Virginis intereſſet B. Virginem in gentibus Chriſtum carne peperiſſe prædicebat, deinceps verò etiam commigraſſe illam ad ipſum docuit; quo exploratum in gentibus fieret, ipſorum ſalutem in eius confirmatam eſſe intereeſſione, vt & ipſę immobili apud Deum defenſione gauderent. *S. Germ. Conſtant. orat. 3. de Aſſumptione B. Virg.*

OPITVLATRIX periclitantium. *D. Ephrem ſer. de laud. Beatæ Mariæ Virg.*

Opitulatrix ſtudioſa omnium. *Anonymus in Euchologia, ſeu Rituali Græcorum officio funereo in ſacerdotem vita functum.*

Opitulatrix iuſtorum, & peccatorum. *D. Fulbert. Carnotenſ. ſerm. 1. de Natiuit. V. Mariæ.*

Opitulatrix cęleſtis. *Frideric. Fornerus in Epiſtol. dedicat. ſuæ palmæ triumphalis.*

OPTATRIX affectuoſiſſima, vniuerſalis humanę ſalutis. *Dion. Carth. lib. 1. Præſent. M. a. 25.*

OPVLENTIA ſanctiſſima, quę ex abundanti virtute ſcaturijt. *S. Georg. Nicomed. orat. 3. de Concept. Deiparæ, quæ Græcè M. S. extat in Cod. Vatic. num. 436.*

Opulentia bonorum copioſiſſima ex peculiaribus virtutibus effuſa. *Iacobus Monachus in Mariali.*

Opulentia gaudij *Iſidor. Theſſalonicenſ. orat. de Annunciat. Beatæ Virg.*

OPVS ſui figura veſtiens artificem. *D. Zeno ſer. 3. in Natiuit. Chriſti.*

Opus opificis ſui. *S. Petr. Chryſo. ſer. 143.*

Opus nobis artis ad laudem artificis. *Venant. Fortunat. Elegia in laud. S. Mariæ V.*

Opus eius, qui in ea factus eſt temporaliter, & non exceſſit à ſua ęternitate. *Andr. Cret. orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Opus magnificum, in quod Angeli deſiderant proſpicere. *Idem ibidem.*

Opus redemptionis noſtræ; quod enim Deus in noſtra redemptione eſt operatus, in eius perſonæ veritate formauit. *D. Hildephonſ. lib. de Virginitate S. Mariæ cap. 12. & vlt.*

Opus ſolum Incarnationis Dei noſtri. *Idem ibidem.*

Opus precationis. *S. Georg. Nicomed. orat. 1. de Præſentat. Beatæ Virg.*

Opus Dei ſpeciale. *Idiota de Beata Virg. par. 16. Contemplat. 1.*

Opus excelſi excogitatum ante ſęcula, conſummatum in fine ſęculorum, in quo bene fabricando ſtuduit excelſus Dominus. *Idem de B. Virg. par. 14. Contempl. 57.*

Opus primarium Dei dignitate, & præfiguratione. *Idem de B. Virg. par. 14. Contempl. 11*

Opus ſpeciale inter omnia opera ęterni artificis poſt operationem illam, qua naturę noſtrę vnitus eſt filius Dei, quia Deus ad hoc fecit Beatam Virginem, vt quod de primo opificio fuerat deformatum per eam reformaretur. *Idem de B. Virg. par. 3. Contempl. 1.*

Opus, quod ſolus opifex ſupergreditur. *D. Petrus Damian. ſerm. 1. de Natiu. B. Virg Mariæ.*

Opus ſpeciale Dei artificis, de quo dicitur Eccleſ. 24. Gloria Domini plenum eſt opus eius, quam ad hoc fecit, vt quod de priori artificio fuerat deformatum, per eam reformaretur. *Richard. à S. Lauren. de laud. Virg. lib. 10*

Opus ſpeciale Dei Patris. *Idem de laud. Virgin. libr. 12.*

Opus ſpeciale, & principale Dei, nam cum vniuerſa opera Domini dicantur bona valde Gen. 1. opus quod eſt Maria, vel opus quod factum eſt in Maria; ſcilicet incarnatio Filij debet dici bonum melius optimum valdè.

Opus ſpeciale illius artificis, qui fabricatus eſt auroram, & ſolem Pſalm. 37. *Idem de laud. Virgin. lib. 10.*

Opus digitorum Dei grande nimis, & decorum. *D. Bonauentura in Pſalterio minori Beatæ Virg. Quinquagena 1.*

Opus Domini excellentiſſimum, plenum gratia eius in mundo, & gloria in cœlo. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap. 3.*

Opus Domini mirabile antonomaſticè, de quo dicitur in Eccleſ. Vas admirabile opus excelſi. *Idem ibidem cap. 7.*

Opus plenum Dominicæ gloriæ: nam præter aſſumptam verbo naturam, nullum eſt opus, nulla eſt creatura, in qua tanta diuinæ gloriæ materia eluceat, ſicut in Maria. *Idem ibidem.*

Opus vere mirabile, quia nuſquam inuenitur ſimile, vnde de eo dicitur: non eſt factum tale opus in vniuerſis Regnis. *Idem ibidem.*

Opus admirationis, tam Angelorum, quam hominum. *Albertus Magnus in Biblia Mariæ ſuper Euangelium Ioannis.*

Opus totius nouitatis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Hieremiam Proph.*

Opus Dei ſingulare, perfectiſſimum, & ab omni naturæ impuritate, & defectu alienum, & ab omni culpa actuali puriſſimum. *Anton. Vocq. ſerm. 1. de Concept. Beatæ Virg.*

Opus admirandum diuinæ artis, cuius ſpecie captus fuit, & ipſe conditor, & ſumma illud ſibi cognatione coniunxit. *Iſidor. Theſſalonic. in orat. de Natiuit. Beatæ Virg.*

Opus eximium ſupra naturæ vires. *Idem ibid.*

Opus ſublime Creatoris diuina formoſitate diſcens. *Idem in orat. de Præſentat. Beatæ Virg.*

Opus

Opus Dei mirabiliſſimum. *Bernardin. de Buſtis ſer. 4. de Natiuit. Beatæ Mariæ.*

Opus primum mirabile, productum à Deo in nouo teſtamento. *Idem ibidem.*

ORACVLVM Spiritus ſancti. *Rupert. Abbas lib. 5. Commentar. in Cantic. Canticor.*

Oraculum Prophetarum. *D. Bonauent. in Speculo Beatæ Virg. cap. 2. & Ioan. Picus lib. 2. in Cantic. cap. 3.*

Oraculum, ex quo loquitur Dominus peccatoribus, & reſpondet in dubijs. *Ern. Prag. in Mariali cap. 114.*

Oraculum nouum, à Deo factum, per quod Deus, qui multifariam, multiſque modis, olim loquebatur in Prophetis, de medio oraculi figuratiui nouiſſimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio verbum viuum, & efficax quod eſt ipſe Dei Filius Ieſus Chriſtus. *Idem in Mariali cap. 113.*

Oraculum tabernaculi, id eſt, Eccleſiæ fidelium veteris teſtamenti. *Idem ibidem.*

Oraculum templi, id eſt, Eccleſiæ noui teſtamenti *Idem ibidem.*

Oraculum verum, ad quod confugere debemus, quoties verba propitiatoria, & bona, & completoria, audire volumus; Oraculum enim, locus dicebatur propriè vndè reſponſa diuina dabantur. *Idem ibidem.*

Oraculum contemplantibus. *Bartholom. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 8.*

Oraculum Sancta Sanctorum per ſui totam Deo exhibitionem. *Idem lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

Oraculum diuinum, & cæleſte. S. *Thom. de Villanoua in Conc. 4. de Aſſumpt. B. Virg.*

ORATIO pulchra omnium hymnographorum *D. Ephrem in ſerm. de laud. Beatæ Mariæ Virg.*

ORATRIX apud eum, qui ex ipſa natus eſt. *S. Ioan. Damaſcen. in Paracl. B. Virg.*

Oratrix noſtra nobis à Deo poſita, quæ rubore non ſuffunditur, cuius interceſſionibus Filius propitium nobis impartitur Spiritum communicatiuum bonitatis, qui ex patre per ipſum procedit. *S. Ioan. Damaſcen. in Octoech Græcorum.*

Oratrix acceptiſſima ad Deum, quem peperit, *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Oratrix noſtra, vt ab hoſtibus noſtris liberemur. *Idem ibidem.*

Oratrix gratioſa, pro noſtris infirmitatibus ad Deum. *Ioan. Tritbem. de Miracul. Beatæ Virg. propè Dittelbach lib. 1. cap. 12.*

ORBIS proprius ſolis iuſtitiæ Chriſti. *Anaſtaſ. Synaita lib. 3. Anagog. Contempl. in Hexameron.*

Orbis terræ. *Hugo Carenſis in Pſalm. 23. & Maur. de Villaprobata in ſer. 1. Corona nouæ Beatæ Mariæ.*

Orbis terræ, quia ſicut orbis terræ, & machina mundi multam præbet materiam ſtudendi, diſputandi, & exercitandi ſe hominibus ſtudioſis, & interdum curioſis, de quibus dicit Salomon, quod Deus mundum tradidit diſputationi eorum. Eccleſ. 3. ita Maria multam, & ſanctam daree occupationem huiuſmodi ſtudioſo ad exercitandum ſe in laudibus & creaturę, & Creatoris, ſi quis cor ſuum tradere vellet diluculo ad hæc exercitia, quę propriè ſunt ſtudia liberalia, & nobilia. *Ern. Prag. in Mariali cap. 33.*

Orbis terrę, quia ſicut ſunt infinita beneficia, quę præſtat, & corporaliter, & temporaliter orbis terrę mortalibus: Sic infinita ſunt beneficia temporalia, & ſpiritualia quę præſtat Beata Virgo fidelibus. *Idem ibidem.*

Orbis filij Dei, Prophera atteſtante, qui ait: Illuxerũt corruſcationes tuę orbi terrę, id eſt Marię, quę facta eſt orbis Filij Dei, qui eſt terra, quę in æternum ſtat. *D. Bernard. Senenſ. Tom. 3. ſerm. 1. de glorioſo Nomin. Mariæ.*

Orbis Filij ſui. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 6. de Nominat. Mariæ.*

Orbis Filij Dei. *Maurit. de Villaprobata in ſer. 1. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Orbis vnus, in quo omnium, qui fuerunt, vel futuri ſunt poſt Chriſtum ſpiritualia decora abſolutiſſimis clauſa numeris reperiuntur. *Io. Picus lib. 2. in Cantic. cap. 12.*

ORDINATRIX ordinis virginalis. *Albertus Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Apocal.*

ORDO aptus moderantium, & moderatorum ſeditionem excludens. S. *Georg. Nicomed. or. 3 de Conc. Deip. quæ Græcè M. S. extat in Cod. Vatic. num. 436.*

Ordo inconcuſſus Principum, & ſubiectorum. *Iacob Monachus in Mariall orat. 1.*

Ordo Angelorum, quia protegit ab hoſtium inſidijs ſuos fideles. *Barth. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

Ordo Archangelorum, quia reuelat ſactis inſpirationibus Dei magnalia ſuis deuotis. *Id. ibi.*

Ordo Dominationum, quia cuſtodit Chriſti fideles. *Idem ibidem.*

Ordo Poteſtatis, quia Diabolum ab hoſte fugat. *Idem ibidem.*

Ordo Principatus, quia Imperatrix eſt. *Id. ibid.*

Ordo virtutum, quia miracula plura exercet. *Idem ibidem.*

ORGANVM Domini ex ſe naſcituri. *Theodor. Ancyr. orat. in Natal.*

Organum gaudij, per quod ſoluta eſt dirarum condemnatio, eiuſque loco inducta gaudij iuſtificatio. *Andr. Cret. orat. in Annunc. B. V.*

Organum virginale. *Sergius relatus à Caniſio lib. 1. de Deipara cap. 11. & Coccio Tom. 1. pag. 307 in orat. de Natiuit. Virg.*

Organum diuinum Incarnationis Verbi. *S. Ioſeph Hymnogr. in Mariali.*

Organum à Spiritu ſancto pulſatum. *Iacob Monachus in Mariali orat. 6.*

Organum hymnologicum. *Idem ibidem.*

Organum puritatis reſonans melodiam, quod in materialium poteſtatum Canticis præludit. quod cum cherubica glorificatione conſonas voces emittit. *Idem ibidem.*

ORIENS

ORIENS intelligibilis Solis iuſtitiæ. *D.Gregor. Thaumaturg.orat.1.in Annunc. B.M.Virg.*

Oriens domui primi parentis Adæ. *Andr. Cret. Can.in 1. Lazarum.*

Oriens, de quo ſcriptum Pſalm.77. Regna terræ cantate Deo,pſallite Domino, quia aſcendit ſuper cœlum cœli ad Orientem. S. *German.Conſtant.ſerm.in Natiu. B.Virg.*

Oriens, luminare dans, quod nunquam occidit, cuius egreſſio à ſummo cœlo, euiuſque calorem, hoc eſt, prouidentiam gubernantem, nemo vnquam effugere potuit. *Idem orat. 1. in Præſent.B.Virg.*

Oriens in occaſu naturæ noſtræ, propter benignitatem Solis iuſtitiq,qui apparuit. S. *Ioſeph Hymnogr. in Mariali.*

Oriens Solis illius,qui ſuper occaſum humanæ naturę natus eſt. *Idem ibidem.*

Oriens Solis, qui ante luciferum coruſcauit,per quem illi, qui in tenebris verſabantur, lucem viderunt. *Idem ibid.*

Oriens Solis Iuſtitiæ. *Idem ibidem.*

Oriens paterni ſplendoris, & Solis, qui ante luciferum ex patre ortus eſt. *S. Ioann. Damaſcenus in Can.SS.Beipar.*

Oriens Verbi. *Idem ibidem.*

Oriens Oriens. D.*Petrus Damian.in Carminibus de Aſſumpt.B.V.M.apud Surium Tom.7.*

Oriens lucis, nam ex ea ortus eſt Chriſtus, qui eſt lux mundi. Io.8. *Rich.à S.Laur. de laude Virg. lib.7.*

ORIGO, per quam detruncata eſt origo peccati. D.*Auguſtin.ſerm.17. de Natiuit. Domin. qui eſt 21. de tempore.*

Origo ſalutis. *Andr.Cret.orat. de Nat. B. V. & Innocent.Pap.3.ſer.2.de Aſſumpt. B.V.*

Origo vitæ, quæ ipſam diuinitatis viuificam plenitudinem totam excepit. *Andr.Cret.orat. 1. de Dormit.B.Virg.*

Origo prima lætitiq. *Anaſtaſ.Antiochen.in orat.2. in Annunc.B.Virg.*

Origo bonorum. *Anonymus in Rituali Græcor. in Officio communis ſupplicationis.*

Origo verarum mundi hilaritatum. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Maij.*

Origo incorruptionis.*S.Io.Dam.or.4.de Nat.V.*

Origo omnium amœnitatum. *Idem in Mæneis Græcorum die 16. Ianuarij.*

Origo lucri. *Leo Imperat.in orat. de Partu B.V.*

Origo principij, quia ille ex ea prodijt per materiam carnis, qui caput eſt, & initium omnium rerum per eſſentiam Deitatis. *D.Petr. Damian. hom.in Natiuit.B.Virg.Mariæ:*

Origo noſtrarum fœlicitatum. *Guib. Abbas in lib.de laud.B.Mariæ cap.6.*

Origo virtutum. *Adam de Perſenia ſerm. in Annunc.B.Virg. Innoc.Pap.3. ſerm.2.de Aſſampt. B.V.& Alanus de Inſula in Antiel.lib.5.*

Origo totius noſtræ beatitudinis; quidquid enim beatitudinis ab illo mari magno, ideſt illa infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum peruenit, totum per eam venam defluxit. *Rich. à S.Laur.de Virg. lib.1.*

Origo lucis in regeneratione. *Albert. Magu. in Biblia Mariæ ſuper lib.Apocal.*

Origo omnis gratiæ,in humanum genus transferendæ, & ſecundum ſtatum viæ, & ſecundum ſtatum patriæ, vnde Eccl. 24. Ego mater pulchræ dilectionis, timoris, & agnitionis, & ſanctę ſpei: in me gratia omnis viæ,& veritatis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.61.*

Origo omnium, quia mater Dei, qui eſt origo omnium;quicquid enim per ſe eſt origo cauſæ, eſt per ſe origo, & cauſa cauſati. *Idem ibidem cap.182.*

Origo omnium virginum. *Idem ibid.cap.181.*

Origo temporalis Chriſti. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.211.*

Origo omnium gratiarum. *Iacob de Voragine in Mariali ſerm.2. M.*

Origo beatiſſima pietatis. *Mart. de Magiſtris in Expoſit.ſuper Canticum Salue Regina.*

Origo copioſiſſima miſerationis. *Idem ibid.*

Origo miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Origo pulchræ dilectionis. *Ernеſt. Prag.in Mariali cap.130.*

Origo Dei ſecundum id, quod natum eſt.*D.Anton.in ſum.part.4. tit.15. cap.20.*

Origo lucis. *Idem ibidem cap.14. quod eſt de Nom.V. M. & Dionyſ.Carth.lib.1.de præſent. Mariæ. art.29.*

Origo omnis benedictionis.*D.Ant. ibid. cap.25 quod eſt de triplici fructu B. M. Virg.*

Origo omnis gratiæ in humanum genus transfundendę, & ſecundum ſtatum viæ, & ſecundum ſtatum Patriæ. *Idem ibidem cap.15.quod eſt de plenitudine gratiæ in B.Maria V.*

Origo, ex qua, & per quam Deus noſter factus eſt frater noſter,Creator noſter factus eſt noſter Saluator, Iudex noſter, factus eſt noſter Aduocatus, & Dominus ſcientiarum factus eſt Magiſter noſter, ac Legislator, & Dominus Angelorum, inter hominem conuerſari dignatus eſt. *Dion. Carth.lib.2.de laud.V.ar.9*

Origo poſt Deum vniuerſorum, quæ nobis conferuntur charismatum, ei namque regnum miſericordię eſt commiſſum, & per manus ipſius dat nobis,& dare diſpoſuit Deus,quicquid gratię tribuit nobis. *Id.in Cant. art.15.*

Origo pacis, & communę bonum. *Ioan. Bapt. Mantuanus Tom.2.lib.1.Parthenices Mariane.*

Origo conſolationis. *Maurit. de Villaprobata ſerm.24. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Origo bonorum omnium, mundique melioris. *Ioann. Picus lib.1. in Cantic. 2.*

ORITHES ſpiritualis, plusquam triplicis ſpeciei. Orithes virtute mirabilis, cum nigro rotundo, morſus infernarum ferarum venenatos curans, & præſeruans à ſerpentum aliarumque beſtiarum diabolicarum percuſſionibus: cum virente albis permixto venulis, aduerſus reſiſtens caſibus: cum tenui verò non ſinens animam fœtum concipere malignantis. *Io.Trithem. lib.1. de Miraculis B.V.in Vtic.cap.7.*

ORNAMENTVM præclariſſimum cęleſtis Hierarchiæ. *D.Ephrem.in ſerm.de laud. B.M.V.*
Ornamentum illibatæ virginitatis. *S.Proclus in orat.1.de laud. Virg.*
Ornamentum præclarum naturæ noſtræ. *Iſichius ſerm.3. de laud. Virg.*
Ornamentum virginitatis ſingulare. *Sergius Hierapol. in orat.de Natiuit. B. Virg.*
Ornamentum peculiare, & peregrinum naturę. *Georg.Nicomed. orat.2. de Concept. Deiparæ.*
Ornamentum proprium Sancti Sanctorum. *Idē orat.3. de Præſentat. B.Virg.*
Ornamentum, quod nobis tribuit fiduciam, & honorem. *Idem orat.3.de Conc. Deiparæ.*
Ornamentum ſummum omnium pulchrorum, quæ primæ imaginis extinctam venuſtatem, ad priſtinam reparauit pulchritudinem. *Idem orat. de exitu SS. Dominæ noſtræ Deip. quando fuit oblata in templo.*
Ornamentum caſtitatis. *S.German.Conſtantinop. orat.1. in Præſent. B.Virg.*
Ornamentum longè præſtantiſſimum naturæ muliebris. *Idem orat.in Annunc. B.Virg.*
Ornamentum generis humani. S. Io. *Damaſcenus orat.1.de Aſſumpt.B.Mariæ.*
Ornamentum mulierum. *Idem orat.1. de Natiuitat.B.Mariæ.*
Ornamentum mundi ſuſcipiens deprecationem noſtram,& eos,qui illam deprecantur: quemadmodum ſuſcepit Filius eius,lachrymas Meretricis, fidem Cauaneæ, gemitus Publicani, Petri pœnitentiam, & Viduę mineta. *Idem in Paracl.Beatæ Virginis.*
Ornamentum ſanctorum Angelorum. Id.*ibid.*
Ornamentum fidelium. *S.Ioan. Damaſc.in Triod. Græcor & S.Ioſeph Hymn.in Mariali.*
Ornamentum diuinum Apoſtolorum ſacrorum. *S.Ioſeph Hymn. in Mariali.*
Ornamentum diuinum confeſſorum. *Idem ibid.*
Ornamentum diuinum Hierarcharum. Id. *ibid.*
Ornamentum diuinum Martyrum. *Idem ibidem.*
Ornamentum hominum. *Idem ibidem.*
Ornamentum ſanctorum. *Idem ibidem.*
Ornamentum iuſtorum. *Idem ibidem.*
Ornamentum matrum. *Theodor. Laſcb.Imperat. in poem. B. Virg.*
Ornamentum Prophetarum. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B.Virg.*
Ornamentum leuiticum. *Idem in Mariali orat.6.*
Ornamentum naturæ. *Id.in Mariali orat.2.*
Ornamentum ſacerdotale. *Idem in Mar. orat.1.*
Ornamentum virginum. *Idem ibidem.*
Ornamentum præcipuum, ac ſpecioſiſſimum totius Eccleſię. *Ern.Prag.in Mariali cap.94.*
Ornamentum pudicitiæ. *D. Laurent. Iuſtinian. in ſerm. Natiuit. Mariæ Virg.*
Ornamentum Cœli ſplendidiſſimum. *D. Bern. Seneuſ.Tom.3. ſer.1.de glorioſo Nom. Mariæ.*
Ornamentum Cœli. *Dionyſ. Carth. lib.1.de Præſentat. Mariæ art.29.*
Ornamentum præclariſſimum creaturarum omnium, *Idem in Cant. art.24.*
Ornamentum pulcherrimum curiæ ſupernorum patriæ Beatorum. *Idem lib.4.de laud.V.ar.15.*
Ornamentum totius creaturæ. *Idem lib.2. de laud.Virg.art.7.*
Ornamentum Cœli Empyrei. *Bernardin.de Buſt. ſerm.6. de Nominat.Mariæ.*
Ornamentum omnium Angelorum. *Idem in Mariali ſerm.2.de Coronat.B.Mariæ.*
Ornamentum Regni diuini. *Idem ſerm.2.de Aſſimilat. B.Mariæ.*
Ornamentum Vniuerſi. *Idem in Mariali ſerm.2. de Coronat. B. Mariæ.*
Ornamentum totius ſalutis. *Maurit.de Villaprobata ſerm.25.Coronæ nouæ B.Mariæ.*
Ornamentum Cœli ſingulare. *Ludouic. Bloſius in Endologia 2. ad B.Virg.*
ORNATVS Paradiſi. *Venant.Fortunatus Elegia in laud. S.Mariæ Virg.*
Ornatus Sacerdotum. *Georg.Nicomed.orat.3.de Conc.Deip.quæ Græc.M.S.extat in C.Vat.n.436*
ORTVS ſolis,qui nullum ferre poteſt occaſum. *Chryſippus in ſerm.de S.Maria Deipara.*
Ortus ſolis. *D.Petrus Dam.in Carminibus de Aſſumpt. B.M. apud Surium Tom. 7.*
Ortus veri Solis. *Alb.Mag.ſer.2.in feſt.Om.Sanct.*
OS non ſilens Apoſtolorum. *Andr. Cretenſis orat.2. in Annunciat.*
Os facundum humanæ naturæ. *Georg. Nicom. orat. 2. in Concept. Deiparæ.*
Os noſtrum ad defenſionem. *Idem in orat. de Præſentat. B. Virg.*
Os Domini, de quo dicitur. Ierem.15. Si ſeparaueris pretioſum à vile, ideſt animam à peccato, quaſi os meum eris, dicit Dominus. *Richard. à S.Laurent.de laud. Virg.lib.7.*
Os Eccleſiæ, quia pro Eccleſia Catholica exorat aſſiduè, & allegat. *Idem de laud.Virg.l.12.*
Os noſtrum, quia aſſiduè pro nobis Filium interpellat, vndè Apoc.12. Terra, ideſt Maria, os ſuum ad Filium exorandum, pro muliere, ideſt, fideli anima, quam ſerpens, ideſt Diabolus infeſtabat, & ipſa eſt, quæ primo legitur in nouo teſtamento pro homine exoraſſe,dicens: Vinum non habent. *Ioann. 2. Idem de laud.Virg.lib.2.*
Os Prophetarum. *Iacob. de Vorag. ſermon.6. de Aſſumpt. B. Virg.*
Os à Deo humano generi conceſſum. *Iacob. Monach. orat.de Natiuitate B.Virg.*
Os libertatis plenum. *Idem ibidem.*
Os noſtræ libertatis. *Idem ibidem.*
Os confidentiſſimum precationis. *Iacob Monachus in Mariali orat.2.*
Os humanę genti à Deo datum. *Idem ibidem.*
Os durum, quia impenetrabilis omnibus iaculis inimici. *Maurit.de Villaprobat.ſermon. 14. Coronæ nouæ B.Mariæ.*
Os humanæ naturæ diſertiſſimum ſermone celebratum. *Iacob.Monach.in Mariali orat. 1.*
Os noſtræ confidentię. *Idem ibidem orat.2.*
Os veraciſſimum. *Idem ibidem orat. 5.*
OSTENSIO illius temporis, de quo ad Galatas:

tas: Cum igitur venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum natum ex Virgine. *Io.Hailgrinus in cap.6. Cantic. Canticorum.*

OSTIARIA, quantum ad immundorum exclusionem, & mundorum introductionem. *Alb. Magn.in Biblia Mariæ super lib.Prouerbiorum.*

Ostiaria spiritualis, habens cum ostiarijs mundorum introductionem, & immundorum exclusionem. D. *Anton.in sum.part.4.tit.15.c.16. quod est de triplici gratiarum genere in B. V.*

Ostiaria Paradisi. *Bernar.de Busti.serm.1.de Nat. B.V.& Iacob de Voragin.serm.8. de Assumpt. B.Virg.*

OSTIVM saluris. *S.Proclus in orat.1.de laud.V.*

Ostium veritatis. *Rupert.Abbas lib.5. Comment. in Cantic.Canticor.*

Ostium, de quo dicitur Cant. 8. Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis, facta est enim ostium, cum superueniente in eam Spiritu sancto, & virtute Altissimi ei abumbrante, quæ prius absconderat per humilitatem, conseruans, & conferens in corde suo, ijs, qui scire ea digni inuenti sunt, reuelauit per charitatem. Compactum quoque fuit hoc ostium tabulis cedrinis, quia, & tabularum planitiem in humilitatis habuit æqualitate, & cedri naturam incorruptilem retinuit in virginitatis integritate; benè autem dictum est compingamus, quia virtutes istæ, ex quo versæ in habitum, transierunt in affectum cordis, tanta inuicem inueniuntur vnitate compactæ, vt non iam aliud sit humilitas, vel castitas, quam charitas, & in vno charitatis præcepto omnia cætera consumentur. *Henric. Clarenallens. Tractat. 12. de Peregrinat. Ciuit. Dei.*

Ostium Ciuitatis Hierusalem, quod quicquid est ciuitati necessarium ministratur; per Virginem enim Sponsus ad collectionem fidelium diligit introire, per eam quoque omnibus in ea confidentibus subuenire; ipsa omni clausa viro, soli Deo fidei reseratur clauicula, vt per ipsam ad homines Verbum caro visibiliter inferatur. *Philipp. Abbas lib. 6. in Cantic. Canticorum cap.45.*

Ostium, per quod Christus in mundum introiuit. *Honor.Augustod.in sigillo B.M.*

Ostium in Ecclesia, malignis obsistens spiritibus, ne ad deuotos suos intrent, & accedant sicut volunt. *Rich.à S.Laur.de laud: Virg.lib.5. & Io. Hailgrin.in cap.8.& vlt.Cantic.*

Ostium tot tabulis cedrinis à S. Trinitate compactum, quot in ipsa sunt virtutes, & priuilegia dignitatum. *Rich. à S.Laurent. de laud. Virg.lib.5. & Ioann.Hailgrin. in cap.8. et vlt. Canticorum.*

Ostium, per quod ingressus est ad nos Filius Dei, compactum ex tabulis cedrinis geminæ charitatis, qua Deo nos coniungit, *Hugo Cauensis in cap.8. Cantic. Canticorum.*

Ostium Cœli, per quod si quis introierit saluabitur. *Albert.Magn.in Biblia Mariæ super Euangel.Ioann. & Maurit. de Villaprobata serm. 3. Coronæ nouæ B.M.*

Ostium mundationis, ad quod leprosus, idest, peccator, mundatur per Agnum, idest pinguedinem Dei, misericordiam, & gratiam. Leuit.14. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ super lib. Leuit.*

Ostium præsentationis, ad quod omnis peccator præsentari debet. Leuitic.1. *Idē ibid.*

Ostium, per quod ad Paradisum intramus. *Iacob de Vorag.serm.8.de Assumpt. B.Virg.*

Ostium, per quod ingressus est Saluator in mundum. *Ern.Prag.in Mariali cap.91.*

Ostium spei omnibus, & in omni negocio coram Deo. *Idem ibidem.*

Ostium, per quam Saluator mundi venit in carne assumpta, ad genus humanum, & per ipsam omnes habemus accessum ad Saluatorem iudicem nostrum. *Dion.Carth.in Cant. art.27.*

Ostium, quod Deus compegit tabulis cedrinis, idest latitudine charitatis, plenitudine pietatis, omni diuinorum ornatu, & permixtione charismatum, vt vere aptissima sit, vt existat regiua misericordiæ, genitrix gratiæ, aduocata pijssima quoque, & opulentissima sit ad præcurrendum, ac protegendum, atque saluandum. *Idem ibidem.*

Ostium in Cœlo. *Bernardin. de Busti. sermon.5.de Nominat. Mariæ.*

Ostium, quod Deo per fidem, & obedientiam, & humilitatem præbuit aditum ad se, vt incarnaretur de ipsa, compactum tabulis cedrinis, idest instructum sacris scripturis, vt intelligeret de se esse dicta, quæ à Prophetis de Virgine sunt prædicta. *Alan.de Insi.in c.8.Cant.*

Ostium virginale nos ad Christum salutis nostræ ostium supremum introducens. *Io.Picus lib.3. in Cantic. cap.14.*

OSTREA incontaminata preciosæ margaritæ. *S.Proclus in orat.6.de laud.B.Virg.*

OSTREOLA, quæ inter inundationes maris in passione Filij, ad instar vnguis humani, immobilis permansit sine omni sensu impatientiæ, vel rancoris. *Ern.Prag.in Marial. cap.60.*

OVICVLA vna electa, vna perfecta, omnes habens perfectiones ouium cæterarum. *Ernest. Prag.in Mariali cap.80.*

Ouicula vna, quia in se, & à se indiuisa, & ab omnibus alijs ouibus, quæ percusso pastore dispersæ sunt, longè diuisa; quæ in omni gratia creuit apud Deum cum filijs suis, idest cum Angelis, de pane illius comedens, & de calice eius bibens; comedit enim quotidiè de pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ Spiritus sancti potata, in sinu Dei Patris familiarissimè dormiuit. 2.Reg.12. *Idem ibid.*

OVIS. *D.Bern.serm.3. super Salue Regina.*

Ouis immaculata, quæ peperit Agnum Christum. *D.Ephrem.in serm.de laud. Virg.*

Ouis nullo modo à Dæmone seducta. *S. Procl. in orat.6. de laud.B.Virg.*

Ouis innocentia. *Hugo de S.Victore serm.in Natiuit.*

*Vuit. vel Assumpt. B. M. V. qui est in Ord. 34.*

Ouis, in cuius vellus illa cęlestis pluuia descendit, sicut dicit S. Dauid: Descende sicut pluuia in vellus; vellus enim, vt ait quidam, cum sit de corpore, nescit corporis passiones: sic virginitas cum in carne sit, vitia carnis nescit, vellus potest illum humorem, qui desursum venit recipere, sed non potest humorem de carnis voluptate sentire: sic virginitas Beatæ Mariæ illum rorem, qui de Cœlo venit, excepit, sed nullam carnis voluptatem sentire potuit. *B. Aelredus Abbas ser. in Annun. ciat.* B. *Virg.*

Ouis, mater Agni, de qua ortus est agnus ille cęlestis, qui tollit peccata mundi, qui tamquam ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum. *Idem ibidem.*

Ouis, quia Agnum peperit, qui tollit peccata mundi, *Petr. Blef. ser. 1. in Aduentu Domini.*

Ouis, in cuius vellus descendit per incarnationem pluuia, seu aqua salutaris sapientiæ patris, nempe filius. *Garnerius Lingon. serm. 1. in Aduentu Domini.*

Ouis mater Agni, quæ videns Filium crucifigi patienter sustinuit, nec remurmurauit, aut contradixit, licet ipsius animam gladius Filij pertransiret. *Rich. à S. Laur. de laude Virg. lib. 12.*

Ouis Christi præcipua, quæ nos suis meritis induit, & calefacit. *Iacob de Voragine in Mariali serm. 3. V. Bern. de Busti. serm. 4. de Assim. B. M. & Maurit. de Villaprobata ser. 16. Corona nouæ* B. M.

Ouis Dei, cuius pascua sunt vberrima, pinguia, & virentia, Sunt vberrima, quia pascitur in cognitione summæ veritatis. Sunt pinguia, quia pascitur in delectatione summæ suauitatis. Sunt virentia, quia pascitur in virore summæ amœnitatis. *Iac. de Vor. in Mar. ser. 6. O.*

Onis Dei fœcunda, quia vnum fructum protulit, qui totum mundum sustinuit. *Idē ibid.*

Ouis Dei, quæ nullum vnquam læsit, sed nos nutrit suis doctrinis, pascit suis meritis, vestit suis exemplis. *Idem ibidem.*

Ouis Dei, quæ suum Pastorem cognouit, & à Pastore agnita fuit. *Idem ibidem.*

Ouis propter obedientiam spontaneam; Dei enim præcipientis, consulentis, & inspirantis vocibus obediuit. *Idem ibidem.*

Ouis propter simplicitatem veram. *Idem ibid.*

Ouis, quæ abhorruit herbam putridam, ideſt, amorem peccati, quæ facit animam putrescere, & fœtere: contempsit herbam siccam, & aridam, ideſt, amorem mundi, qui citò siccatur, & arescit, & solum herbam viridem comedit, ideſt, amorem Dei, qui facit animam virentem, Deo gratam, & placentem. *Idem ibidem.*

Ouis, quæ dicitur locuta fuisse in translatione ossium Ioseph, quæ signabat mysticè transmigrationem Apostolorum à Iudæis ad gentes, de qua ipsa locuta est, & prophetauit dicens: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. *Ern. Prag. in Mariali cap. 80.*

Ouis, quam noster verus Ioseph reportauit in humeris suis gaudens, in die Assumptionis eius, gaudentibus Angelis, & dicentibus: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens, innixa super dilectum suum. *Idē ibid.*

Ouis virtutum plurimarum, nobis, qui sumus oues errantes proposita in exemplar. *Idē ibid.*

Ouis mansuetudine. *Barthel. de Pisis lib. 1. de laud. Virgin. fructu. 8.*

Ouis per mititatem. *Idem ibidem. fructu 2.*

Ouis Dei benignissima, quæ in maxima abundantia habens indumendum diuinæ gratiæ, de illa nobis omni anno, imò omni die communicat. *Bernard. de Busti. serm. 2. de Assimilat. B. Mariæ.*

Onis Dei bona. *Idem ibidem.*

Onis Dei fœcunda. *Idem ibidem.*

Ouis Dei propter simplicitatem veram, & propter obedientiam spontaneam. *Idē ibid. ser. 3.*

Ouis nos nutriens lacte suæ deuotionis, pascens carne Filij sui, quam ipsa generauit, & vestiens vestimento gratiæ in hoc sæculo, & gloria in futuro. *Idem ibidem.*

Ouis nos nutriens suis doctrinis, pascens suis meritis, & vestiens suis exemplis. *Idem ibid.*

Ouis Dei benignissima, quæ in maxima abundantia habens indumentum diuinæ gratiæ de illa nobis omni anno, omni die, communicat. *Maurit. de Villaprobata serm. 7. Corona 20. nouæ B. Virgin.*

Ouis Dei, quæ pastum amoris Dei habuit in hac vita, modo vero habet alia Pascua gloriosa, de quibus dicitur Ezech. 33. In pascuis vberrimis pascam oues vestras, & in montibus excelsis, & ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel; pascitur enim in cognitione summæ veritatis, in dilectione summæ suauitatis, & in virore summæ æternitatis. *Idem ibidem. serm. 7.*

Onis Dei vera. *Idem ibidem.*

Ouis innocentissima. *Idem ibidem. & Bernard. de Busti. serm. 2. de Assimilat. B. Virg.*

Ouis plena sapientia, prudentia, & patientia. *Maurit. de Villaprob. ser. 7. Corona nona* B. V.

Ouis propter cognitionem mutuam; oues enim cognoscunt Pastorem, & Pastor cognoscit oues suas, & similiter Christus agnouit Matrem suam in hac vita, sibi tamquam Filius obediendo, in morte eam discipulo commendando, post mortem eam ad æternam gloriā deducendo, & ad suam dexteram collocando, & ipsa agnouit Christum in vtero eum 9. mensibus fouendo, extra vterum, eum lacte virgineo fouendo, & nutriendo, in mundo sibi tanquam Filio fiducialiter imperando; in patibulo ipsum associando. *Idem ibidem.*

Ouis propter obedientiam; oues enim multum sunt obedientes voci Pastoris. *Idem ibidem.*

Ouis

Ouis propter ſimplicitatem veram ; ouis enim nullum lædit, ſed omnibus ſeruit, quia lacte ſuo nutrit, & de carne paſcit, & de lana veſtit: & ſimiliter B. Virgo nullum vnquam læſit, ſed nos nutrit ſuis doctrinis, paſcit ſuis meritis, ornat ſuis exemplis ; vel nutrit lacte ſuæ deuotionis, paſcit carne Filij ſui, quem ipſa generauit, veſtit veſtimento gratiæ in hoc ſæculo, & gloriæ in futuro. *Idem ibid.*

Ouis, quæ peperit Agnum mitem, qui tollit peccata mundi. *Idem ibidem.*

Ouis, quo ad paſtum: non comedit herbam putridam peccati, ſed virentem amoris diuini. *Idem ibidem.*

Ouis ſancta, & immaculata, quæ nobis peperit illum immaculatum Agnum, de quo dicitur Ioan. 1. Ecce Agnus Dei. *Idem ibidem. & Bernard. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Virgin.*

OVVM, cui Spiritus ſanctus obumbrare dignatus eſt, ſuperueniens in illud, in modum volucris ouo ſuo ſuperſedentis, donec pullus in eo formetur *Rupert. Abbas lib. 7. in Matth.*

Ouum, quod petere debemus à Patre: nam Pater nobis non porrigit ſcorpionem, vt de Beata Virgine quicquam ſuſpicemur, quod pertineat ad hæreticam prauitatem. *Idem ibidem.*

Ouum, quod Sancti omnes antiqui à Patre miſericordiarum deſideratiſſimè poſtularunt, & prophetica oracula ſine dubio dandum eſſe confirmarunt. Si petierit Ouum, nunquid illi porriget ſcorpionem? *Idem ibidem.*

Ouum, quod ſine dubio petierunt priores filij, maximè, qui non ſolum fidem, verum etiam propheriã habebant Sacramenti incarnationis. *Idem ibidem.*

Ouum, quod Spiritus ſancti ſuperuentione, & virtutis Altiſſimi obumbratione concepit, & peperit Filium volucrem, ideſt non terrenum, ſed cæleſtem, non carnalem, ſed ſpiritualem, quamuis veram carnem, & terreaum corpus habentem. *Idem ibidem.*

OZIAS ſpiritualiter, qui interpretatur robuſtus ; firma enim, & rubuſta fuit in ſancto propoſito virginitatis. *D. Anton. in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 16.*

# LIBER DECIMVSQVARTVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera P.

PACIFICATRIX mundi. *S.Io Damasc. in orat. de Purificat. B. Mariæ V.*

Pacificatrix Dei, & hominum. *Idiota in contemplatione de Virgine Maria.*

Pacificatrix noſtra ad Angelos. *D. Bonauent. in Speculo Beatæ Virg. cap. 9.*

Pacificatrix diſcordantium. *Bernardin. de Buſt. in Mariali ſer. 2. de Coronat. B. M. V.*

PAGINA, candore caſtitatis dealbata, diſciplina honeſtatis raſa, æqualitate, & continentia morum adæquata, omni virtute præparata: grandis Sacramentorum captu, & continentia, quam Spiritus ſanctus aſſumens per fidei conſenſum, ſcripſit in ea verbum ſtylo hominis, per incarnationem. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc.*

PALATIVM animatum Regis Angelorum. *D. Greg. Thaumaturg. ſerm. 2. in Annunc. B. M. Virg. & S. Io. Chryſoſt. orat. de Annunc. B. V.*

Palatium vndique floribus ornatum, & figillo regio munitum. *Idem orat. 7. in SS. De par.*

Palatium Regis Chriſti. *S. Sabba in Menais Græcorum die 8. Maij, & S. Io: Damaſc. in Can. SS. Deipar.*

Palatium Regis ſacroſanctum. *Andr. Creteníis orat. 1. in Annunc. B. Virg.*

Palatium terrenum Regis cęleſtis. *Idem orat. 1. de Dormit. & Io. Epiſc. Areth. in tract. de Dormit. SS. Virg. M.*

Palatium Regis æterni. *Anonym. in menais Græcor. die 15. Auguſti, & D. Petrus Damian. ſer. 2. de Natiuit. Beatæ Virg. M.*

Palatium Regis puriſſimum. *Anonym. in Euchologo, ſeu Rituali Græcor. in officio olei ſanctí, & S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Palatium Deo adapertum, & paratum. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Concept. Deiparæ, quæ græcè M. S. extat in Cod. Vatic. n. 436. & Iacob. Monachus in Mariali orat. 2. & orat. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Palatium animatum Maieſtatis, & glorię diuinę. *S. German. in Mariali fragm. 5.*

Palatium ſacroædificatum, immaculatum, puriſſimumque ſummi Regis Dei. *Idem orat. 1. in Præſentat. B. Virg.*

Palatium illuſtriſſimum ſummi omnium Regis. *S. Io. Damaſc. in Menæis Græcor. die 15. Ianuar.*

Palatium mundiſſimum Regis conditoris. *Idem in Paracl. Beatæ Virg.*

Palatium Regi præparatum. *Idem orat. 3. de Natiuit. Beatæ Mariæ Virg.*

Palatium Regis mundiſſimum, mentem noſtrā omnium peccatorum genere, commaculatam emundans, ac iucundum diuinitatis faciens hoſpitium. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Palatium Regis ſtatuens nos precibus ſuis domos Trinitatis *Idem ibidem.*

Palatium venuſtum. *Idem ibidem.*

Palatium Verbi. *Ioan. Euchaita in Menæis Græcorum die 30. Ianuarij.*

Palatium admirandum, in quo cęlorum virtutes diuerſantur, cuius opus omnem ſuperat cogitationem. *Ioan. Eubœus orat. in Concept. S. Dei Genitr.*

Palatium, portam habens in ædem ad Orientem, per quam portam nemo ingreſſus eſt, niſi ſolus Dominus Deus. *Idem ibidem.*

Palatium Regis cæleſtis, ſine hominum manibus conſtructum. *Idem ibidem, & Alanus de Inſul. in Prol. ſuper Cant. Cant.*

Palatium, ſine terreſtrium artificum opera conſtructum, ſublimius cęlis, latius vniuerſa rerum creatura, in quo nullus habitauit, niſi Artifex, creaturarumque Conditor cęleſtium, & terreſtrium. *Ioann. Eubœus orat. in Conceptione S. Dei Genit.*

Palatium Creatoris. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Palatium Dei ampliſſimum, Dei animatum, Dei capax, in quo inhabitauit Chriſtus Rex vniuerſi. In quo habitans omnes homines ædificauit. *Idem ibidem.*

Palatium Dei luminoſum. Dei præclariſſimum. Dei regis vniuerſorum Domini luciditſſimum. glorię plenum. Glorioſiſſimum Regis ſæculorum. *Idem ibidem.*

Pa-

Palatium iucundum continens regem factum, ſimilem nobis. Iucundum Domini vniuerſorum. Lucidiſſimum Chriſti omnium Regis, & magnum Chriſti. *Idem ibidem.*

Palatium regis diuinum, in quo quemadmodum ſe voluit, habitauit. *Idem ibidem.*

Palatium Regis, in quo faciens habitationem ille ſuperſubſtantialis, effecit fideles Domicilium Sanctiſſimæ Trinitatis. *Idem ibidem.*

Palatium Regis ſpirituale. Solius regis. Verbi animatum. Glorioſiſſimum, & lucidum, *Idem ibidem.*

Palatium præparatum Dominici aduentus. *Photius Conſtantinopol. orat. in S. M. Natiuit.*

Palatium, ex quo humili habitu progreſſus Rex, erectam contra nos mortis potentiam ſuſtulit, duriſſimamque ipſius, & moleſtiſſimam tyrannidem in quietem commutauit. *Leo Imperator in orat. de Aſſumpt. B. Virg.*

Palatium Dei Regnantis. *Guarric. Abbas ſer. 1. de Aſſumpt. S. Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſer. 12. Coronæ nonæ B. Mariæ.*

Palatium mirificis impenſis conſtructum, & gazis incomparabilibus locupletatum. *Petrus Cellenſis ſer. 6. de Aduentu.*

Palatium pretioſiſſimum Regis gloriæ. *Theodorus Laſchus Imperator in Can. ad Virg.*

Palatium regale Domini. *Richar. à S. Laurent. de laud. Virg. libr. 2.*

Palatium Dei ſacratum. *D. Bonauent. in expoſitione ſuper Salue Regina.*

Palatium Dei in corpore ſuo. *Ioannes Thaulerus ſerm. in feſto Annunciat. B. Virg.*

Palatium magnum Regis. *Nicephor. Gregoras orat. in S. Deipar.*

Palatium inſolubile. *Iacobus Monachus in orat. de Natiuit. Beatæ Virg.*

Palatium Cælis amplius, & ſpatioſius. *Idem in Mariali orat. 6.*

Palatium Cœlis ſuperius. *Idem ibidem.*

Palatium myſticum, ineffabili puritate adornatum, Vniuerſi Regem, & eum, qui cuncta creata continet, mirabiliter excipiens. *Idem in Mariali orat. 5.*

Palatium regalis habitationis. *Idem in Mar. or. 6*

Palatium Regis Angelorum ipſis ſublimius. *Idem ibidem.*

Palatium diuinitatis. *Io. Gerſ. ſer. in feſto Trinit.*

Palatium totius puritatis. *Idem ſerm. de Concept. Beatæ Virg.*

Palatium ſplendidum Imperatoris æterni, *Lud. Bloſius in Endelogia 1. ad B. Virg.*

PALLIVM Eliæ. *Iacob. Niſibenſis in Cantic. de Laude Beatæ Virg.*

Pallium hyacintinum, operiens candelabrum, ideſt, Chriſtum incarnatione, & omnia vaſa, quibus miniſtratur in ſanctuario, id eſt, omnes ſeruos Chriſti, qui ſeruiunt Deo, inuoluens hyacintino veſtimento, quia ipſa protegit omnes ſeruientes Filio ſuo. Num. 7. *Alb. Mag. in Biblia Mariæ ſuper librum Numerorum.*

PALMA. *Venant. Fort unatus elegia in laud. SS. Mariæ Virg. & D. Bern. ſer. 3. ſup. Salue Reg.*

Palma exaltata in gloria, cuius dulcedine repletus eſt orbis terrarum. *S. Ioan. Chryſoſt. orat. 7 in SS. Deiparam.*

Palma, in quam aſcendimus eleuando mentem ad eam per deuotam orationem, & per vitæ eius quantum humana fragilitas ſufficit imitationem, eiuſque fructum pretioſiſſimum hic apprehendimus per veram fidem, & in gloria per veram cognitionem, & fruitionem *Idiota de Beata Virg. par. 8. contempl. 7.*

Palma, quæ in altum creuit per altiſſimam contemplationem, & dilectionem. *Idem de Beata Virg. par. 14. contempl. 46.*

Palma, quia ſi fructus palmæ immenſam dulcedinem in ſe habet, fructus B. Virginis, ſcilicet benedictus Filius eius dulcis eſt in verbo, dulcis in exemplo, dulcis eſt in promiſſo, dulcis in iugo imponendo, dulcis in operatione, dulcis in peccatorum remiſſione, dulcis in flagellatione filiorum, & tandem ſentietur dulciſſimus in præmij retributione, quando cibabit nos ſe ipſo, qui eſt manna abſconditum, & potabit nos torrente voluptatis ſuæ. *Idem de B. Virg. par. 1. Contempl. 21.*

Palma, quia ſi palma amariſſima eſt in radice, ſed dulciſſima eſt in fructu, Beata Virgo amariſſima fuit in radice Iudæorum, quę Deo ſuo erat gens amariſſima, ſed dulciſſima in fructu, quia fructus eius vteri virginalis, ſcilicet benedictus Filius eius fuit nobis dulciſſimus in amaritudinibus peccatorum noſtrorum dulcorandis. *Idem de B. V. par. 14. contempl. 46*

Palma, quia ſi palma eſt arbor victorioſa, & deſignat victoriam, Beata Virgo victorioſiſſima fuit, quia mundum paupertate, carnem virginitate, & Diabolum vicit humilitate, pro nobis etiam pugnat quotidie contra hoſtes inuiſibiles, & eius adiutorio de ipſis triumphamus, nam ante eam nunquam apparuit victoria, ſed omnes tanquam deuicti in carcerem trudebantur. *Idem ibidem.*

Palma, quia ſi palma inferius anguſtatur, & ſuperius dilatatur, Beata Virgo anguſta fuit inferius, & ſtricta circa pœnas corporis, & contemptum mundanorum, ſed ſuperius dilatata, & amplificata fuit in his, quæ pertinent ad animam, & dilectionem Dei, & proximi. *Idem ibidem.*

Palma, quia ſi palma inferius eſt aſper, & contemptibilis, & rugoſa, Beata Virgo in hoc mundo fuit humillima, & aſpera, in abſtinentia vitæ, & multas ſuſtinuit aſperitates, & miſerias, tribulationes, & contemptus præſertim in benedicti Filij ſui acerbiſſima paſſione. *Idem ibidem.*

Palma virtutum. *D. Anſelm. in hom. de V. Concept.*

Palma excelſa priuilegio meritorum, in quam ſponſus aſcendere tamquam in arbore voluit ſycomorum, cuius aſcenſio, id eſt, carnis aſſumptio, fideli cuique ficus fatua reputatur: ei autem, qui dignè ſuſcipit, & humili-

ter ſuſcipit, fructum ſalutiferum operatur; quem fructum ipſe ſponſus gratanter apprehendit cum in eo diſplicere nihil ſibi penitus deprehendit, cum acceperat, cum approbat, cum ſuo gaudet beneplacito conuenire, quod ſalucem fidelium datur palmæ fœcunditas parturire; apprehendit inquam, cum ei cuſtos fideliſſimus appropinquat, cum præmunit & præcauet, ne quid illi exponendum auibus derelinquat, cum ipſam palmam fouet, & tantam prouehit in virtutem, vt ex ipſa dependeat, quicquid mundo congruit ad ſalutem; Dependet autem ex ea Chriſti caro, carnis paſſio, lignum crucis, culparum abolitio, noctis fuga, reditus veræ lucis, mundi reconciliatio, virtutum conſtantia, fiducia præmiorum: quæ omnia gratanter apprehendit, qui autor, & diſpoſitor eſt eorum: Dixi aſcendam in palmam, & apprehendam fructus eius. *Philippus Abbas lib. 6. in Cantic. Canticorum cap. 24.*

Palma ſanctificationis Cades, id eſt, ſanctificatis, quia per eius generoſam ſobolem nanciſcuntur victoriam, & ſanctificationem. *Honor. Auguſtod. in ſigillo Beatæ Mariæ V.*

Palma, in hoc mundo cortice paupertatis aſpera, ſed in cœlo pulchra, & glorioſa. *D. Anton. de Padua ſerm. in Dom. 3. Quadrageſimæ.*

Palma, quia ſi palma diuturna eſt in foliis: Maria diuturna eſt in verbis; eius enim verba poſita in Euangelio nunquam deficient ab Eccleſia Dei. *Rich. à S. Laur. de laud. V. lib. 12.*

Palma, quia ſi palma eſt arbor victorioſa, deſignans victoriam: Maria mundum paupertate, carnem virginitate, Diabolum vicit humilitate, & pugnat pro nobis contra hoſtes inuiſibiles, & eius adiutorio de ipſis triumphamus. Idem *ibidem.*

Palma, quia ſi palma donantur victores, & coronantur: Mariæ dicitur Iſai. 62. Eris corona gloriæ in manu Domini, & Diadema Regni in manu Dei tui, fructu etiam huius palmæ cibantur, qui vicerint. Apocyp. 2. *Idem ibidem.*

Palma, quia ſi palmæ fructus Dactylus, exterius mollis, & rubens, ſed robuſtum lapidem continens interius: Mariæ fructus Chriſtus eſt, qui carnem quaſi mollem, id eſt, peccatrici ſimilem, exterius prætendebat, ſed robur diuinitatis interius occultabat. Iſai. 45. Vere tu es Deus abſconditus, quæ videlicet caro mollis per benignitatem, quæ ipſum coegit incarnari: tandem rubricata eſt in paſſione ſanguine proprio, vnde dicitur ei Iſai. 63. Quare rubrum eſt indumentum tuum, id eſt, caro? virtus autem lapidis huius Dactyli, quo Filij diuinitas figuratur, Diabolum excerebrauit quod ſignatũ eſt. 1. Reg. 17. in facto Dauid, qui lapide deiecit Goliam. *Idem ibidem.*

Palma, quia ſi palma ramos ſuos circumquaque diffundit: Maria nos protegit contra iracundiam filij, & feruorem concupiſcentiarum. *Idem ibidem.*

Palma, quia ſi palmæ rami omnes ſurſum eriguntur: Maria quicquid boni habuit, Deo attribuebat, dicens. Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Luc. 1. *Idem ibidem.*

Palma, quia ſi palma ſecundum figuram corporis, ſicut dicunt qui palmas viderunt, ſimilis eſt aſperſorio aquæ benedictæ. Maria eſt aſperſorium aquæ, id eſt, gratiæ Spiritus ſancti, quod Ieſus Sacerdos magnus ſecundum ordinem Melchiſedech apprehendit, quia in ipſa ſemen Abrahæ apprehendit. Hebr. 2. & ipſum aſperſoriam aqua benedicta repleus, vndè dicta eſt Gratia plena, populum vndiq; aſperſit ſicut promiſerat. Ezech. 36. affundam ſuper vos aquam mundam ab effectu, ſcilicet, quia de plenitudine eius omnes accepimus. *Idem ibidem.*

Palma, quia ſi palma ſimilitudinem humanæ manus quodammodo exprimit in frondibus, & à palma humana forte appellatur, palma, propter conformitatem, vel quia ramo palmæ ſolet ornari palma, id eſt manus victoris: Maria extendit manus ſuas inopi per largitatem, & palmas ad pauperes Prouerb. vlt. nec collecta eſt manus eius in pugnum ad percutiendum, ſed extenſa, ſicut frondes palmæ, ad donandum; dat enim omnibus effluenter, quantum in ſe Iacob. 1. Idcircò de ea poteſt dici ſicut dicitur de ſapientia Sap. 8. In operibus manuum illius honeſtas ſine defectione, quia opera eius, quæ exhibuit Filio Dei, honeſtatem habent indeficientem, ſimiliter, & opera miſericordiæ, quę miſeris peccatoribus impendere nunquam ceſſat. *Idem ibid.*

Palma, quia ſi palma ſpatulas habet pro foliis, & eſt ſpatabellicum inſtrumentum, cuius diminutiuum ſpatula, quibus, quantum in ſe eſt, à nobis reſecat per exempla, ſuperfluitatem, & magniloquium verborum quaſi diceret: Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes. 1. Reg. 2. Sed recedant vetera de ore veſtro; item rami eius, id eſt, virtutes, gladij ſunt, quibus dimicauit contra vitia, & nobis reliquit exemplum dimicandi. *Idem ibid.*

Palma, quia ſi palma ſpecioſa in floribus, Maria in exemplis, & virtutibus, eiuſque flores honoris, & honeſtatis Eccl. 24. *Idem ibid.*

Palma, quia ſi palma ſuauis eſt in fructibus, Mariæ fructus, quos colligimus in preſenti, ſunt ſuauitas miſerationum ipſius, vel fructus eius Sacramentum Filij, qui dulciſſimum ferculum eſt dignè recipienti. *Idem ibidem.*

Palma angulta in infimis, id eſt in amore terrenorum, ſed lata in ſummis, id eſt, in amore cæleſtium. *Iacobus de Voragine in Mariali ſermone 1. P.*

Palma, cuius folia, id eſt, verba fuerunt ſurſum elata, quando eis Dominum magnificauit: fuerunt acuta, quia eis Dæmonem perforauit: fuerunt plena, & ſuauia, quia eis Dei beneficia

neficia in ſe recognouit: fuerunt in longum protenſa, quia eis vſq; in finem mundi à generatione in generationem, Dei miſericordiam omnibus affuturam eſſe prædixit: fuerunt inciſiua, quia eis vitia incidit: fuerunt deniq; virentia, quia eis admonuit, quod beneficium incarnationis diuinæ in cordibus noſtris ſemper debet virere. *Idem ibidem.*

Palma fructifera. *Idem ibidem.*

Palma honorabilis ad triumphum. *Idem ibid.*

Palma ſemper virens; habuit enim virides cogitationes, quia fuerunt ſanctæ: virides intentiones, quia fuerunt mundæ: virides affectiones, quia fuerunt valde ſollicitæ. *Idem ibid.*

Palma vmbroſa ad quieſcendum, cuius vmbra, id eſt vita, refrigerium nobis præſtat, & malum ignem refrigerat. *Idem ibidem.*

Palma, quia ſi palma horridam quandam radicem habet, aſperum corticem, roboris firmitatem, ſtipitis proceritatem, pulchra in culmine, delectabilis in flore, dulcis in fructificatione, ſoletque deferri in ſignum victoriæ: Beata Virgo proceſſit de radice horrida, id eſt peccatrice Synagoga, tanquam de ſpinoſa, aſperum habuit corticem, quia quantum ad ſecularem honorem fuit infima, quantum ad diuitias temporales paupercula, ſed firmitatem habuit roboris per conſtantiam mentis, erecta fuit in ſtipite, quia ad cœlum ſuſpenſa animi intentione, pulchra vt culmine in virginitate, & humilitate celſitudinis, delectabilis in flore, quia ſine concupiſcentia concepit florem campi, & lilium conuallium, dulcis in fructificatione, quia ſine pœna peperit mundi Saluatorem, quæ nobis proponitur in ſignum victoriæ, & exemplum, vt ſicut ipſa vicit mundum, peccatum, Diabolum, ita, & nos vincamus iuxta poſſe noſtrum. *Alanus de Inſul. in cap. 7. Cantic.*

Palma in ſupernis ſpecioſa, dilatata, & exaltata, faciens comam ſanctarum meditationum, & affectionum ſtabilium, eloquiorumque caſtorum, folia ſine ſucceſſione conſeruans, quæ multis mortalibus ſunt vſque modo in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & in abſconſionem à turbine, & à pluuia. *Ern. Prag. in Mariali cap. 48.*

Palma, quæ ad flatum venti Spiritus ſancti, Angelo nuntiante concepit, & protulit fructum ſuum, tenerrimum, rubicundum, & dulciſſimum in humanitate, & carne exteriori, ſed intus oſſeum, & fortiſſimum per diuinitatem Dominum virtutum, & potentem in prælio. *Idem ibidem.*

Palma, quia victoriam de hoſte conſecuta. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 8.*

Palma victoriæ. *Idem ibidem fructu 2.*

Palma frondens. *D. Laur. Iuſtin. in libro de Caſto Connubio Verbi, & animæ cap. 9.*

Palma exaltata in cades, quia exaltata ſuper Apoſtolos; principales enim victorioſi de mundo cum palma martyrij fuerunt Apoſtoli. *D. Antoninus in ſumma par. 3. tit. 31. cap. 3.*

Palma, in quam vnigenitus Dei per incarnationis myſterium deſcendit, & apprehendit fructus eius, quia merito præclariſſimæ virginculæ tam acceptiſſima habuit, quod dignatus eſt fieri filius eius; apprehendit quoque fructus eius, quia ex puriſſimis eius ſanguinibus aſſumpſit, & formauit ſibi corpus humanum, qui (teſte Apoſtolo) nuſquam Angelos, Sed ſemen Abrahæ apprehendit. *Dionyſ. Carthuſ. in Cant. art. 24.*

Palma, per culpam nunquam incuruata, ſed in omni virtute, & ſapientia iugiter erecta, ac glotioſiſſimè de inuiſibilibus hoſtibus triumphans. *Idem ibidem.*

Palma, quia ſicut palma in oppido cades præfulget, & in ſuperioribus ſuis decorus, ac ſuauis aſpectus eſt; ita B. Virgo per dona gratiæ, & gloriæ ſplendidiſſima eſt effecta, & cunctis ſuauior. *Idem in cap. 24. Eccl.*

Palma anguſta in infimis amore terrenorum, ſed lata in ſummis amore cæleſtium. *Bernard. de Buſt. ſerm. 1. de Aſſimilat. B. M. V.*

Palma, cuius fructus dulciſſimus, & ſapidiſſimus. *Idem ibidem.*

Palma excellentiſſima, incorrupta, & ſemper integra. *Idem ibidem.*

Palma in ſua conceptione, quia de Diabolo mirabiliter triumphauit, & nunquam ei ſubiacuit. *Idem in Mariali ſer. 5. de Conceptione Beatæ Mariæ Virg.*

Palma pulcherrima. *Idem ſerm. 1. de Aſſimilat. Beatæ Mariæ Virg.*

Palma ſemper virens, quia virorem fidei ſemper tenuit, & nunquam amiſit, nec tempore æſtatis, id eſt proſperitatis, nec tempore hyemis, id eſt aduerſitatis. *Idem ibidem.*

Palma ſuper omnes arbores exaltata. *Idem in Mariali ſerm. 6. de Concept. Beatæ M. V.*

Palma virginalis ſummè fructuoſa. *Idem ſer. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ Virg.*

Palma vmbroſa ad requiem, quia vmbra vitæ ſuæ refrigerium nobis præſtat, & malum ignem refrigerat. *Idem ibidem.*

Palma florens, & fructifera. *B. Caſimirus Poloniæ Princeps in hymno de B. Virg.*

Palma excellentiſſima. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 20. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Palma ob ſpiritus firmitatem. *Idem ibidem.*

Palma ſemper virens. *Idem ibidem.*

Palma in cades diuinitus exaltata, indeciduis gratiarum foliis vernans, virtutum floribus eximia, & pæcipuo illo vitæ fructu ſublimata. *Ioan. Picus lib. 3. in Cantic. cap. 8.*

Palma iuſtitiæ ſpecioſiſſima. *Ludou. Bloſius in Enchiridio 2. ad B. Virginem.*

PALMES, cuius vitis vera effecta eſt fructus. *D. Aug. ſer. 5. de Nat. Dom. qui eſt 9. de tempore.*

Palmes germinis immarceſcibilis. *Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunciat.*

Palmes, quę botrum incorruptionis produxit Chriſtum, qui viuit in æternum. *Idem Can. in diem Paraſceue.*

Palmes racemi diuini, animatum nectar, & ambrosiam emittentis. *S. Ioan. Damasc. orat. 3. de Assumpt. Beatæ Virg.*

Palmes verè, & singulariter ben edictus, qui à sua vite, id est, Christo, nullo potuit timore præcidi tempore passionis. *D. Bern. in Tractatu de Passione Domini cap. 2.*

Palmes vitis veræ. *D. Bonauent. in Psalterio minori Beatæ Virg. Quinquagena 3.*

PANDORA nostra, quę Deo suo non stupori, sed amori magis fuit; in poetarum etenim figmentis legitur, Pandoram quandam mira sui pulchritudine etiam suis factoribus stupori fuisse: placuit virginitate, placuit puritate, placuit humilitate, placuit deniq; omnigena morum virtute. *S. Thom. de Villanoua serm. 2. de Annunciat. Beatæ Virg.*

PANEGYRIS salutaris reconciliationis. *S. Proclus in orat. de laud. V.*

PANIS. *D. Bernar. ser. 3. super Salue Regina.*

Panis de Cęlo præstitus Christianis, sicut exponit Aug. omne delectamentum in se habens, & omnis saporis suauitatem. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 4.*

PANNVS purpureus, & floridus, quem perfectissimus Artifex Deus de lana corrupta, id est, de massa humani generis infecta, sine vlla infectione fabricauit, vt omnes de eius opificio mirarentur. *Bernard. de Bust. in Mariali serm. 8. de Concept. B. Mariæ Virg.*

PAPA, quia sicut Papa est Pater Patrum, habens in Cęlo, & in terra potestatem: sic ipsa mater est omnium christianorum, & habet potestatem in Cęlo, & in terra, & in purgatorio. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ super libr. Prouerbiorum.*

Papa, vel Papissa spiritualis, ob omnium Ecclesiarum sollicitudinem, potestatis spiritualis plenitudinem, & priuilegiatorum actuum vniuersitatem. *D. Antonin. in summa par. 4. tit. 15. cap. 16.*

PARADISVS spiritualis. *D. Iacob. Apostolus in Lyturgia, siue diuina Missa.*

Paradisus virginalis, habens omnia, ex qua vnigenitus Deus Verbum genitus est. *D. Dionys. Alexandr. in Epistola contra Paul. Samosaten.*

Paradisus Dei ratione præditus. *D. Greg. Thaumaturg. ser. 3. in Annunc. B. Mariæ Virg.*

Paradisus immortalitatis semper vigens, in qua lignum vitæ plantatum, cunctis immortalitatis fructum suppeditat. *Idem orat. 2. in Annunciat. Beatæ Mariæ Virg.*

Paradisus, diuina plantatus manu. *D. Athanas. orat. in Purific. Beatæ Mariæ Virg.*

Paradisus deliciarum, totiusq; amœnitatis, atq; immortalitatis. *D. Ephr. ser. de laud. B. M. V.*

Paradisus florentissimus virginitatis, in quo lignum vitæ satum produxit fructus omnibus salutares, ex quo Euangeliorum fons in quatuor ora sectus misericordiæ flumina credentibus deduxit, siue vt alij transferunt, paradisus castimoniæ perpetuo virens, in quo vitæ lignum plantatum omnibus salutis fructum fundit, ex qua quadripartitus Euangeliorum fons dimanans mortalibus, fide exornatis, misericordium fluenta vbertim emittit. *D. Basilius Seleuc. Epist. orat. in Annunc. Deiparæ V.*

Paradisus Domini dans suauitatem odoris. *S. Io. Chrysost. orat. 7. in SS. Deipar. V.*

Paradisus Dei rationalis. *Idem orat. de Annunc. Beatæ Mariæ Virg.*

Paradisus floridus, & immarcescibilis, in quo, plantatum est lignum vitæ, quod omnibus vltrò fructum præbet immortalitatis. Genes. 2. *S. Proclus orat. 6. quę est de laud. B. Virg.*

Paradisus rationalis secundi Adam. Spiritualis secundi Adami. *Idem orat. 1. de laud. B. Virg.*

Paradisus virgineus, ex quo impollutis Domini manibus efformatus est secundus Adam. *Idem in orat. 6.*

Paradisus, ex quo flos immortalitatis germinauit. *S. Sabba in Men. Græcor. die 6. Ianuarij.*

Paradisus Dei, è quo fons vitæ æternæ Iesus Christus Dominus noster egressus est, qui potat omnes ad se venientes. *Petrus Diacon. ser. in Assumpt. Beatæ Mariæ Virg.*

Paradisus, in quo est lignum vitę. *Andreas Cretensis Can. in Natiu. S. Ioan. Præcurs.*

Paradisus spiritualis vitalis ligni salutis, quæ ipsum eiusdem satorem Christum, in ea velut figuratum, expressumque intus habuit, Christum inquam, qui ineffabili virtute, instar fluminis, ex fœcunda eius vulua egressus, quatuor velut initijs orbis terræ faciem fluentis Euangelij irrigauit. *Idem orat. 1. in Annun. B. V.*

Paradisus immortalitatis. *Isychius serm. 2. de laude Virginis.*

Paradisus ratione pollens. *Anonymus in Menæis Græcorum die 4. Iunij.*

Paradisus Dei amœnissimus, & rationalis, ad orientem voluntatis Dei plantatus, ipsi Deo floridum lilium, & immarcescibilem proferēs rosam, ac nobis, qui ad occidentem mortis pestilentem ebibimus, animisque perniciosam amaritudinem. *S. German. Constan. orat. 1. in Præsentat. Beatæ V.*

Paradisus, in quo floret vitale lignum ad sciendam veritatem, quod qui degustant, immortalitatem consequuntur. *Idem ibidem.*

Paradisus perennis. *Idem orat. 2. in Dorm. B. V.*

Paradisus terrestris, à Deo consitus, ex quo imperauit Deus Cherubinis, vt quas accepit à natura leges, ad sanctitatem excolerent, ensemq; ignem circà eam in orbem rotarent, ipsamque ab omnibus fraudulenti serpentis insidijs tuerentur. *Idem orat. in Annunc. B. V.*

Paradisus mysticus, illaborate germinans Christum. *Cosmas Hierosolymitan Theog. Hymn. 12.*

Paradisus, ad quem serpens aditum non habuit. *S. Io. Damascen. orat. 2. de Assumpt. Beatæ M.*

Paradisus ligni vitæ. *Idem or. 3. de Assumpt. B. V.*

Paradisus deliciarum perpetuarum. Rationalis. Voluptuosus. *Idem in Octoet. Græcorum.*

Para-

Paradiſus, prędium Eidem beatius, vbi virtutis planta omnis virore germinauit, ac in quo arbor vitæ enituit, cuius commercio ad priſtinam vitam redimus, terga dante, atque cedente flammeo gladio, vti ſcriptum eſt. *Idem orat. 4. de Natiuit. Beat. Virg.*

Paradiſus ſpiritualis noui Adami, in quo condemnatio abrogata, in quo vitæ lignum conſitum, in quo nuditas noſtra conteſta eſt. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. ſiue Dormitione B. M. V.*

Paradiſus voluptatis. *Idem in Menæis Græcor. die 27. Ianuarij, & Ludouicus Bloſius in orat. ad Sanctiſſ. Virg.*

Paradiſus ſpiritualis, quæ eum, qui Paradiſum plantauerat, ex incontaminatis ſuis progenuit viſceribus. *Ioan. Eubæus orat. in Concept. SS. Dei Genitricis.*

Paradiſus animatus, in cuius medio eſt arbor vitæ Dominus, qui dulcedine ſua viuificat omnes ſui participes, & corruptioni obnoxios. *S. Ioſeph. hymn. in Mariali.*

Paradiſus refulgens, qui ſplendidè efflоruit, & hominibus paradiſum, & cum Chriſto reconciliationem acquiſiuit. *Idem ibidem.*

Paradiſus nouus, habens in medio ſui lignum vitæ, ex quo comedens Adam à mala morte liberatur. *Idem ibidem.*

Paradiſus nouus, in quo vitæ lignum ſitum eſt, cuius eſca eos, qui per eſcam ceciderant, nouæ vitę reſtituit. *Idem ibidem.*

Paradiſus, quæ vitæ lignum ſemper habuit in medio ſui. *Idem ibidem.*

Paradiſus, per quam Paradiſo deliciarum digni facti ſumus. *Idem ibidem.*

Paradiſus animatus. *Coſmas Veſtitor orat. in SS. Ioachim, & Annam Dei Parentes.*

Paradiſus, cuius fructum edentes, inſitam nobis, & interitus effectricem rubiginem abijcimus, & ad floridam, ſenijque expertem formam traducti ſumus. *Leo Imperator in oratione de Annunc. B. Virg.*

Paradiſus, è quo planta pullulauit immortalis. *Idem orat. de Natiuit. B. Virg.*

Paradiſus Beatitudinis. *Guarricus Abbas ſer. 2. de Annunc. B. M. Virg.*

Paradiſus deliciarum. *Rodulph. Ardens hom. 2. in Natiuitat. B. Virg. Hugo Victorin. lib. 3. Erudit. Theolog. ex Miſcellaneor. 2. tit. 125. Petrus Bleſ. ſerm. 38. Theodorus Laſch. Imperator in Can. ad SS. Deip. & Alb. Mag. in Poſtill. ſuper c. 11. Luc.*

Paradiſus cæleſtis, cæleſtis boni plenitudine. *Hugo Victorin. ſer. in Natiuit. SS. Virgin. qui eſt in Ordin. 34.*

Paradiſus à Deo plantatus, vt illum ingredientes, lignum vitæ æternæ comedamus, & non moriamur. *Rupert. Abbas lib. 4. Commentar. in Cant. Canticor.*

Paradiſus, de quo ille fluuius, ſiue illud flumen egreſſum eſt, de quo Pſalmiſta dicit: Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei, qui inde diuiditur in quatuor Euangelia. *Idem ibidem.*

Paradiſus nouus, & cæleſtis, in quo non poſuit Deus hominem, quem formauerat, ſicut in Paradiſo antiquo, & terreſtri, ſed formauit hominem, qui apud ipſum in principio erat. *Idem ibidem.*

Paradiſus Dei, quia lignum vitæ mundo protulit, de quo, qui manducauerit, viuet in æternum. *D. Bernard. in deprecat. & laude elegantiſſima ad Mariam Virg.*

Paradiſus, de qua egreditur fons gratiæ, qui diſtenditur per mundum, & extenditur vſq; ad mundi terminum. *Rich. Victorin. in expoſit. Cant. Cantic. cap. 23.*

Paradiſus Filij Dei. *Petrus Cellenſis ſer. 7. de Aſſumpt. B. Virg.*

Paradiſus paradiſo terreſtri præſtantior, quia ſi in Paradiſo illo ſerpens cum homine reperitur, in Virgine ſolius Spiritus ſancti obumbratio cum Ieſu ſuſcipitur. *Idem in ſer. de B. V.*

Paradiſus ſerpentem luuidum non admittens. *Philippus Abbas lib. 4. in Cantic Cantic. cap. 25.*

Paradiſus nouus, & cœleſtis, de quo flumen illud egreſſum eſt, de quo legitur: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. *Guilelmus Paruns in cap. 4. Cantic.*

Paradiſus fœcundè germinans. *Theodor. Laſch. Imp. in Can. ad SS. Deip.*

Paradiſus vernans, in qua viret noſter viſus, de qua ſurgit flos dulcoris, de qua fluit fons amoris, & omne quod eſt optimum. *S. Ioſeph Steinfel. opuſc. 4.*

Paradiſus, cuius ligna non fructificarunt iuxta genus ſuum, ſed ſupra genus ſuum, dum Vnigenitum Dei concepit, & peperit, virginitatis gloria permanente. *Richard. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 12.*

Paradiſus, de quo exiuit fluuius Doryx, ideſt, Dei Filius, qui ſe comparat fluuio, dicens: Ego quaſi fluuius Doryx; ſi enim Doryx interpretatur medicamentum generationis, partus virgineus medicamentum fuit generationis humanę in peccato primi hominis lethaliter vulneratæ. *Idem ibidem.*

Paradiſus, in quo creuit ille fructus vitæ, de quo qui dignè manducauerit, mortem non videbit in æternum. Io. 8. *Idem ibidem.*

Paradiſus, in quo honorificè poſitus eſt ſecundus Adam Gen. 2. quia ſaluo pudore materno. *Idem ibidem*

Paradiſus non apertus ſerpenti, qui ſeduxit Euam, ſed concluſus contrà omne nociuum. *Idem ibidem.*

Paradiſus terreſtris, quia ſi ex Paradiſo terreſtri fluuius egrediens quatuor fluuijs totam terram irrigat; Chriſtus Dei ſapientia, qui aquę ſapientiæ ſalutaris ſe comparat, Eccl. 15. & dicit Eccl. 24. Ego quaſi fluuius Dioryx egrediens per carnalem natiuitatem de Beata Virgine, quatuor fluminibus Euangeliorum totam terram Eccleſiæ copioſè irrigat, & fœcundat. *Idem ibidem.*

Paradiſus terreſtris, quia ſi ibi creſcunt lignum vitæ, & lignum ſcientiæ boni, & mali, in

B. Virginis vtero paulatim ſecundum carnem adoleuit Chriſtus, lignum plantatum ſecus decurſus aquarum Pſalm. 1. qui eſt lignum ſcientiæ, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi, ad Coloſſ. 2. & lignum vitę vnde Ioan. 14. Ego ſum veritas, & vita. *Idem ibidem.*

Paradiſus terreſtris, quaſi in Paradiſo terreſtri non eſt homo carnaliter genitus, ſed diuina virtute poſitus, ſicut legitur Gen. 2. Tulit Deus hominem, & poſuit in Paradiſo voluptatis: ſimiliter, & ſecundus homo de Cœlo cœleſtis 1. Cor. 15. non generatione carnali in B. Virginem venit, ſed ſolo opere Trinitatis. *Idē ibid.*

Paradiſus terreſtris, quia ſi Paradiſo terreſtri poſitus eſt Adam, vt operaretur, & cuſtodiret illum: in Beata Virgine poſitus eſt Chriſtus homo, vt operaretur in ea fœcunditatem, vt cuſtodiret in ea illibatam virginitatem, operatus eſt, vnde ipſa dicit Luc. 2. Quia fecit mihi magna. Cuſtodiuit eam, integram conſeruauit operatus eſt dum fœcundauit, cuſtodiuit, dum florem non abſtulit. *Idem ibid.*

Paradiſus terreſtris, quia ſi Paradiſus terreſtris, aquis diluuij non contingitur: B. Virginis ſublimem conuerſationem, quæ vere erat in Cœlis, non attigit illud dilnuium, de quo dicitur Oſeę 4. Maledictum, & mendacium inundauerunt. *Idem ibidem.*

Paradiſus terreſtris, quia ſi Paradiſus terreſtris cuſtodia Angelorum munitur, ſicut legitur Gen. 3. Beatam Virginem Angeli ſollicitè cuſtodiebant, vnde Cant. 3. lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt. *Idem ibid.*

Paradiſus terreſtris, quia ſi Paradiſus terreſtris, terra eſt ſuperior, & Cœlo inferior, B. Virgo omni puro homine, qui de terra eſt Io. 3. ſuperior: Deo, qui ambitu poteſtatis ſuæ omnia continet, inferior. *Idem ibidem*

Paradiſus terreſtris, quia ſi Paradiſus terreſtris tertio die ſæculi plantatur: B. Virgo poſt tempus ante legem, & tempus ſub lege, tertio tempore ſæculi, quod eſt gratiæ, virtutum plenitudine ornatur. *Idem ibidem.*

Paradiſus terreſtris, quia ſi Paradiſus terreſtris totum genus noſtrum in gaudio euutriſſet, niſi peccatum primi hominis impediſſet: B. Virgo omnes homines ſine perſonarum diſcretione glorioſo fructu ventris ſui in gaudio æterno reficeret, niſi eorum peccata impedirent. *Idem ibidem.*

Paradiſus, in qua plantauit Deus lignum vitæ, quando ex ea Filius Dei, qui vita eſt, carnē aſſumpſit. *Io. Hailgrin. in cap. 4. Cant. Canticor.*

Paradiſus ſic à Domino concluſus, vt nulli hoſti maligno eiús pateret ingreſſus. *Idem ibid.*

Paradiſus habens mala punica in varietate virtutum, fructus pomorum in perfectione operum, cyprum cum nardo, illam fertilem vuarum, hanc miri odoris herbam aromaticam, ob ſobriam ebrietatem ſenſuum, & ſuaue fragrantem opinionem virtutum, quibus adduntur crocus lætitiæ, fiſtola expoliationis carnis, cyuamomum ſuauitatis, cum vniuerſis lignis libani, per quę virtutum vniuerſitates figurantur. Myrrha quoque mortificationis, & Aloes incorruptionis, cum omnibus primis vnguentis, effuſis in oratione ab illo vnguento, quando conſiſtens in capite, deſcendit in barbam, barbam Aron, non illius veteris, & ſignificantis, ſed noui, & ſignati. *D. Amadeus hom. 7. de laud. Virg.*

Paradiſus cœleſtis. *D. Bonauent. in Pſalt. Minori B. Virg. Quinquag. 3. & Ern. Prag. in Marial. c. 2.*

Paradiſus Dei in benedictionibus multiplicium deliciarum ſpiritualium. *D. Bonau. in ſpeculo B. Virginis Mariæ cap. 5.*

Paradiſus Dei non ſolum mente, ſed & ventre continens in ſe lignum vitæ, Ieſum Chriſtū. *Idem ibidem. cap. 12.*

Paradiſus Dei ſpecialis. *Idem ibidem cap. 9.*

Paradiſus plantationis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſis.*

Paradiſus voluptatis à principio, in quo poſuit Deus hominem ideſt Chriſtum, quem formauerat. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 150.*

Paradiſus deliciarum, in quo fuit Cedrus contemplationis excelſæ, Cipreſſus odoriferæ famæ, Palma glorioſæ victorię, Roſa patiētiæ, Oliua miſericordiæ, & Platanus fidei perfectæ. *Iacob de Vorag. in Mariali ſerm. 2. P.*

Paradiſus valde amœnus ob arborum diuerſitatem, ob riuulorum iucunditatem, ob auræ tenuis gratum refrigerium, ob auium cantum, ob dulcedinem fructuum, & pomorum. *Idem ibidem.*

Paradiſus fructus vitæ. *Ioann. Hondemius hymn. 1. de partu virgineo.*

Paradiſus Dei in anima ſua. *Io. Thaulerus ſerm. in feſto Annunc. B. Virg.*

Paradiſus amœniſſima omnigenæ voluptatis. *Henr. Suſo in cap. 16. Dial. ſapientiæ, & Miniſtri eius*

Paradiſus, in quo ortus eſt fructus ligni vitalis omne delectamentum, & gaudium in ſe continens. *Idem ibidem.*

Paradiſus multo præſtantior terreſtri illa, ex qua eiecti ſumus Paradiſo. *Idem ibidem.*

Paradiſus afflictorum. *Barth. de Pis. lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

Paradiſus vitalis. *D. Io. Ruſbroch. lib. 2. de ornatu ſpiritual. nuptiar.*

Paradiſus deliciarum, quia ſpiritualium copia deliciarum fuit in ea, dum ageret in terris, recondita propter virtutum omnium perfectionem, diuinæ conſolationis aſſiduitatem, familiarem cum Angelis loquutionem, aſſiduam plenè diuinorum contemplationem, & actualem diuinæ maieſtatis fruitionem. *Antonius Porq. ſerm. 1. de Concept. B. Virg.*

Paradiſus, quæ ne ad momentum quidem ſerpentis admiſit ingreſſum. *Idem ibidem.*

Paradiſus, talis nobis, & de nobis à Domino Plantatus, in cuius medio poneretur lignum

vitæ

vitæ temporis veniente plenitudine, quod redemptionis, & glorificationis humanæ fructum ferret in tempore suo, ad cælestem euecturus Paradisum pios huius cultores Paradisi. *Idem ibidem.*

Paradisus voluptatis, quam diuina clementia plantauit ab initio, & ante sæcula, dignitate, & præuisione, non existentia, & actuali in esse productione, in cuius medio poneretur lignum vitæ, cuius folia ad sanitatem gentium, & fructus dulces ad vescendum, quam donari voluit gratiarum, & priuilegiorum munere singulari, ne quo possit morsu serpentis attingi, aut illius infelici flatu lætifero, cuius caput virulentum mira foret virtute contritura. *Idem ibidem.*

Paradisus amœnissimus, in quo fuit fons copiosus, clarus, perlucidus, diffundens ex se riuos limpidissimarum meditationum, sanctissimarumque affectionum. *Dion. Carth. in Cant. a. 12.*

Paradisus cælestium gaudiorum, mysticarum secretarum nuptiarū, quibus vnita est Verbo æterno natura humana. *Idem lib. 1. de laude Virgin. art. 20.*

Paradisus vernans, in qua viget noster visus, de qua surgit flos decoris, de qua fluit fons amoris, & omne, quod est optimum. *Ioann. Gerson. in Iosephina.*

Paradisus, ad quam aquæ dilunij, ideſt peccati originalis non peruenerunt. *Bern. de Bust. in Mariali serm. 8. de Concept. B. Mariæ Virg.*

Paradisus amœnissimus. *Id. ser. 1. de Assim. B. M. V.*

Paradisus Cœlestis, ad cuius custodiam collocauit Deus multos Angelos, & flammam ignis Spiritus sancti ad defendendum, ne aliquis Dæmon vnquam in eum introiret per peccatum, & non solum, ad custodiendum ipsum Paradisum, sed etiam eos, qui in illum per deuotionem ingrediuntur. *Idem ibid.*

Paradisus in benedictionibus Eccles. 24. *Id. ibid.*

Paradisus Virginalis. *Idem ibidem.*

Paradisus voluptatis in partibus Orientis, ideſt gratiæ à Deo plantatus. *Idem ibidem.*

Paradisus omnium cælestium diuitiarum. *Ioan. Truth. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

Paradisus Dei nostri. *Maurit. de Villaprobata serm. 32. Coronæ nouæ B. Mariæ. & D. Thomas à Villanoua in Conc. 2. de Assumpt. B. V.*

Paradisus voluptatis à principio, in quo posuit Deus hominem, ideſt Christum, quem formauerat. *Idem ibidem.*

Paradisus voluptatis, in qua fuerunt cedrus contemplationis excelsæ, Cypressus odoriferæ famæ, palma gloriosæ victoriæ, rosa patientiæ, oliua misericordiæ, platanus fidei perfectæ. *Idem ibidem serm. 2.*

Paradisus spiritualis pulcherrimus deliciarum Dei, quam plantauit Dominus ab initio, eam prædestinando, eam prefigurando, & eam suo ordine producendo: in cuius medio posuit lignum vitæ Christum, mundi Saluatorem, de Virgine creatum, vt custodiret illam, & in ea operaretur magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. *Dionys. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Virg.*

Paradisus virginalis, cui adfuit fons gratiæ spiritualis, infundens, & irrigans vniuersam superficiem terræ; fluens oleo misericordiæ, compassionis pietatis, lacte, & melle summę, ac sempiternę dulcedinis, qui, & diuiditur in quatuor, omnem terram reddens aptam frugibus alendis, & vniuersis gratiarum charismatibus recipiendis. *Idem ibidem.*

Paradisus virginalis, ex qua fons diuinus, id est fontana paracliti Spiritus sancti gratia manare dignatus est, tanta copia spiritualium charismatum rigans, & inebrians massam generis humani, vt cum sanctorum, & electorum omnium cedris, oliuis, & vineis lignum etiam vitę, Christum scilicet Deum, & hominem nasci fecerit de terra virgineę carnis benedicta, in qua ab ipsa hora sue cōceptionis accepit ex eo ipso plenitudinem beatitudinis. *Idem ibidem.*

Paradisus amœnus sacratum deliciarum. *Ludou. Blosius in Endologia 3. ad B. Virg.*

Paradisus Beata, affluens consolationum delicijs. *Idem in Endologia 2. ad B. Virg.*

Paradisus amœnitas, ex qua pependit multis diebus infans Deus. *Io. de Iesu Maria Tom. 2. oper. suor. pag. 63. Theol. mystica.*

PARENS Beatissima. *Melito Sardensis in libello de transitu Sanctis.* Virg.

Parens Dei. *Titus Bost. in Comm. sup. c. 1. Luca.*

Parens nostra secundum generis, prosapiæque rationem. *D. Atban. ser. de SS. Virg. Deipara.*

Parens omnium. *D. Ephr. in ser. de laud. B. M. V.*

Parens expers laboris, & doloris. *D. Greg. Nazianz. in Tragœdia de Christo patiente.*

Parens, quæ Christum dedit luci. *Idem ibidem.*

Parens Verbi. *Idem ibidem. & Photius Constant. orat. in Natiuit. S. M.*

Parens conditoris nostrum omnium. *S. Proclus orat. 6. qua est de laud. B. Virg.*

Parens sancta, cuius viscera celestis intrauit gratia. *Sedulius in hymn. de Christo, qui incipit A solis ortus cardine.*

Parens Dei intemerata. *Eutych. in vita S. Theoph.*

Parens Dei mundo desiderata. *Idem ibidem.*

Parens Dei semper Virgo. *Idem ibidem.*

Parens Dei venerāda, & omnibus laudibus celebranda, quæ est sola casta, & pura, quæ est sola sancta anima, & corpore, quæ sola habet fiduciam ad eum, qui est natus ex ipsa. *Idem ibidem.*

Parens gaudij incomprehensibilis. *Andr. Cretensis orat. in Annunciatione Beatæ V. M.*

Parens prolis sine patre. *Idem orat. de Nat. B. V.*

Parens Agni, & Pastoris. *S. Germanus orat. 2. in Dormitione Beatæ Virg.*

Parens Dei summopere admiranda, cuius venter Cælum est, in quo habitauit is, qui nullo loco capi potest. *S. Ioann. Damascen. orat. 2. de Natiuit. Beatæ Mariæ Virg.*

Parens

Parens gloriæ. *Idem orat.2. de Aſſumptione, ſiue Dormitione Beatæ Mariæ. Virg.*

Parens ſanctiſſima, per quam ſalutem conſecuti cælitus ſumus. *Idem in carm. de Epiphan.*

Parens ſine concubitu, quæ nuptialis viri concubitus ignara, vbera quę lactarent infantem, vt cæterę matres habuit, è quibus lac emulgetur virgineum alens vniuerſa. *Idem orat.4. de Natiuitate* Beatæ V.

Parens vitæ, cuius laudes cantare decet; ſola enim ventre clauſit ἀ'γον, ægris medelam, qui tulit mortalibus. *Idem in carmine de Penteceſte, & S.Germ.orat.2. de Dormit.B.V.*

Parens abſque dolore. *Io.Geom.in B.V. hymn.1.*

Parens grata Sophiæ rationis, & æqui. *Idem in Beata Virg. hymn.3.*

Parens luminis. *Idem in B.Virg.hymn.2.*

Parens pulchra, caſta, grauidata Verbo. *Idem ibidem.*

Parens Dei Regis inſtitiæ. *Theophylactus in orat. de Præſentat. Beatæ Virginis.*

Parens parientis. *D.Petr.Damian.hom. in Natiuitate Beatæ V.M.*

Parens ſalutis, & ſaluatorum. *s.Anſelm.in orat. ad Beat.Virg.*

Parens ſummi Nati. *Goffridus Abbas in orat. ad Matrem Domini.*

Parens noſtri Parentis. *Petr.Maurit. Cluniacenſis proſa in honorem Matris Domini.*

Parens iuſtitię. *Adam de Perſenia ſerm. in Annunciatione Beatæ M.V.*

Parens Ieſu Chriſti ſancta. *Innoc.Papa III. in hymno de SS.Virg.M. & Arnold. Carnoten. in tract.de laud.* B. *M.V.*

Parens ſingularis, & vnica Dilecti ſui. *Richar. à Laur.de laud. Virg. lib.6.*

Parens alma Domini. *Amadeus hom.8.de laude Beatæ Mariæ* V.

Parens chariſſima, per cuius caſtiſſima viſcera Verbum Dei venit ad nos. *Idem homil. 7. de laud.Virg. Deiparæ.*

Parens abſque næuo. *D.Bonauent. in Pſalter.minori Beatæ Virg. Quinquagena 3.*

Parens caſta. *Idem in Opuſculo de Compaſſione Beatæ Mariæ.Virg.*

Parens Dei intacta. *Idem in Pſalterio minori B. Virg. Quinquagena 1.*

Parēs Patris. *Idem in Pſalt.min.B.V.Quinquag.2*

Parens, cuius imperio paret Rex mateſtatis. *Ioan.Hondemius in innocatione SS. Deip.*

Parens eximia. *Idem hymn.2. de partu virgineo, & lactatione pueri Ieſu.*

Parens Filij Dei. *Ioann. Thaulerus ſerm. in feſto Annuneiat. Beatæ V.*

Parens longè pijſſima vnigeniti Dei. *Idem in Tract.de 10, Cæcitatibus cap.11.*

Parens noſtra longè fideliſſima. *Idemibidem.*

Parens omnium. *Iſidor.Theſſalonic. orat.de Aſſumptione Beatæ M.V.*

Parens, & Virgo ſimul. *D.Bernard.Senenſ.Tomo 1. ſerm.52.*

Parens fidentiſſima. *Martinus de Magiſtris in Expoſit. ſuper Cantieum Salue Regina.*

Parens illuſtriſſima. *Idem ibidem.*

Parens inclyta pietatis. *Idem ibidem.*

Parens miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Parens pijſſima Dei, atque hominum. *Idem ibid.*

Parens Principis miſericordiæ. *Idem ibid.*

Parens Deiſera. *Dion.Carth. in cap.31. Prouerb.*

Parens ſalutipara. *Bapt. Mantuan. lib.12. de ſac. diebus ad diem 8. Decemb.*

Parens Orphanorum. *Bernardin.de Buſt. ſerm.1. de Natiuitate* M.*V.*

Parens reſtauratiua omnium creaturarum. *Idem ſerm. 2. de Aſſumptione B.M.V.*

Parens Chriſti ſaeratiſſima. *Io.Trithem. de Miracul.B.V.propè Dittelbach lib.1.cap.14.*

Parens Dei lucidiſſima. *Idem lib.3. de Miraculis Beatæ* V. *in Vrticeto.*

Parens Dei ſancta. *Idem ibid. lib.3.in Præfat.*

Parens Dei ſuperinnocentiſſima. *Idem de Miraculis* B.V. *propè Dittelbach lib.1.cap.2.*

Parens omnipotentis Dei ſanctiſſima. *Idem ibid. lib. 1. cap. 1.*

Parens omnium in fide Chriſti viuentium. *Idem lib.1. de Miraculis B.Virg. in Vrticeto cap.8.*

Parens ſalutis noſtræ. *Idem ibidem cap.2.*

Parens beatiſſima ſummæ clementiæ, ſummæq; lætitiæ, per quam cæleſtis benedictio, & felicitas æterna ad nos dimanauit. *Ludou. Bloſius in Endologia 1. ad B. Virg.*

Parens pietatis dulciſſima, quæ fideles ſui cultores fœliciter transfert ad amœnas Paradiſi manſiones. *Idem in Endologia 2. ad B.V.*

Parens magna magni Dei. *Iuſtus Lipſius in diua Virg. Aſprieollenſ.cap.30.*

Parens ſacræ partionis. *Idem ibidem.*

Parens cæleſtis eloquentiæ, è cuius ore melle duleior fluit oratio, quæ linguam deſertam adepta es, & deſideriorum verba capis, remitte mihi, vt refrigerer reſponſo tuo, cui tota patet anima mea. *Ioan.à Ieſu Maria Tom.2 Oper.ſuor.Tract.myſ.pag.65.*

PARIES mundi. *Andreas Cretenſis Can.in Sanctum Andream Apoſtol.*

Paries firmiſſimus multitudinis Chriſtianorum. *Iacobus Monachus in Mariali orat.6.*

PARS, quæ inſolubiliter, & non per diuiſionem Deo vnijt hominem. *Andreas Cretenſis orat. 3 de Dormitione V.M.*

Pars Dei. *Rodulph.Ardens hom.1.in Aſſump.B.M.*

Pars magna ſanctæ Ciuitatis Syon. *Rupertus Abbas lib.2.Comment.in Eſaiam cap.31.*

Pars magna ſanctæ Eccleſiæ. *Idem ibidem.*

Pars optima prioris Eccleſiæ. *Idem lib.1.de operibus Spiritus ſancti cap.8.*

Pars abſque pare. *D. Bonauent. in Pſalterio minori B. V. Quinquagenar. 2.*

Pars vna, quam Iacob, ideſt Deus pater in gladio, & arcu tulit de manu Amorrei, & dedit Ioſeph, ideſt, Chriſto filio ſuo. *Alber.Magn.in Biblia Mariæ ſuper lib.Geneſis.*

Pars non modica lętitię, & exultationis ſanctorum. *Ioan. Picus lib.3.in Cantic.cap.16.*

PAR-

PARTICIPATIO affluens bonis omnibus virtutum. *S.Ia.Damasc.in orat.4.de Nat.B.M.V.*
PARTVS, quo bona vim omnem intellectus superantia, genitoribus comparata sunt. *Georg. Nicomed.orat.1.de Præsent.Beatæ V.*
Partus optimus ex bonis lumbis redditum. *Iacobus Monachus in Mariali orat.1.*
Partus, qui auctoribus tuis ineffabilia bona concilauit. *Idem in Mariali orat.2.*
Partus precum, timorisque Dei. *Isidor.Thessalon. orat. de Natiuit.Beatæ V.*
PASCVA. *D.Bernard.ser.3.super Salue Regina.*
Pascua virens fide, & virtutibus, & æterna perseuerantia sanctitatis. *Richard.à S. Laur. de laud. Virg. lib.8.*
PASSERCVLVS nitidissimus absque vlla næui vmbra. *S. Io.Damascen.in Menæis Græcorum die 22. Ianuarij.*
PASTOR bonus, pascens Ecclesiam continuè benedicto fructu ventris sui, pane Angelorum in ipsa formato, in Sacramento Altaris nobis ministrato. *D.Antonin.in summa.par.4. tit.15. cap.19.*
PATER Christi; non enim Christus alium patrem habuit in terris. *D. Antoninus in summa par.4. tit.15. cap.41.*
PATRIA exulibus. *Barth.de Pisis lib.1.de laud. V.fructu 10. & Bernardin.de Busti. serm.3.de Natiuitate Beatæ M.V.*
PATROCINATRIX perpetua eorum; qui illam honorant. *S.Ia.Damasc. in Paracl. B.V.*
Patrocinatrix semper fidelium. *Idem in Octoec. Græcorum.*
Patrocinatrix continua terrigenarum. *D. Fulb. Carnotens.serm.1.de Natiu.V.M.*
PATROCINIVM commune omnium. *S.Germ. Constant.orat.2. in Præsent.B.V.*
Patrocinium inconcussum. *Idem orat. 2. in Dormitione Beatæ Mariæ V.*
Patrocinium omnium Christianorum. *Idem in suo Mariali fragm.13.*
Patrocinium validissimum. *Idem or.2 in Dormitione Beatæ Mariæ V.*
Patrocinium animarum nostrarum. *S.Ioan.Damascen. in Octoec. Græcorum, & S.Ioseph Hymnograph.Mariali.*
Patrocinium generis hominum. *S.Ioan.Damasc. in Octoec. Græcorum.*
Patrocinium inexpugnabile Christianorum. *Idem ibidem.*
Patrocinium nostrum vnicum. *Idem Can. in S. Leontium.*
Patrocinium omnium fidelium. *Idem Can. in S. Alben.*
Patrocinium Christianorum, quod pudore non confunditur. *S.Io.Damas.in Paracl. B.V.*
Patrocinium diuinum, saluans nos à passionibus, & concupiscentiarum nebulam dissoluens. *Idem ibidem.*
Patrocinium fidelium in hora mortis. *Idem ibidem.*
Patrocinium formidabile seruorum suorum. *Idem ibidem.*
Patrocinium forte, suos saluans famulos. *Idem in Canticis Græcorum sono 1.*
Patrocinium mundi. *Idem in Paracl.B.V.*
Patrocinium nostrum firmissimum. *Idem ibid.*
Patrocinium nostrum in tempore resolutionis nostræ. *Idem ibidem.*
Patrocinium nostrum post Deum. *Idem ibidem.*
Patrocinium omnium, à grauissima damnationis sententia liberans nos. *Idem ibidem.*
Patrocinium omnium, quod confundi non potest. *Idem ibidem.*
Patrocinium peccatorum. *Idem ibidem.& S.Ioseph. Hymnog. in Mariali.*
Patrocinium validum, liberans nos ab angustijs, passionibus, peccatis, & igne sempiterno. *S.Io.Damascen.in Paracl.B.V.*
Patrocinium vitæ nostræ. *Idem ibidem.*
Patrocinium mundi, per cuius interceßiones mundus ipse consistit. *Theosterictus in vita S. Niceta apud Surium Tom.1. die 3. Aprilis.*
Patrocinium eorum, qui eam laudant. *S.Ioseph Hymnog. in Mariali.*
Patrocinium seruens seruorum suorum apud Deum. *Idem ibidem.*
Patrocinium fidelium, quod pudore non confunditur. *Idem ibidem.*
Patrocinium firmissimum piorum. *Idem ibid.*
Patrocinium liberans nos ab omni tribulatione. *Idem ibidem.*
Patrocinium omnium fidelium, assistens, & auxilians nobis à molestijs vitæ circumuentis, neque permittens nos fluctibus illius immodicis agitari, & conteri. *Idem ibidem.*
Patrocinium omnium fidelium, qui in profundo malorum, & in salo tribulationum periclitantur. *Idem ibidem.*
Patrocinium omnium, qui in ea confidunt. *Idem ibidem.*
Patrocinium omnium, qui laboribus conficiuntur, & exclamant: Benedictus Deus Patrum nostrorum. *Idem ibidem.*
Patrocinium vnicum fidelium. *Idem ibid.*
Patrocinium vniuersorum, à Deo constitutum. *Idem ibidem.*
Patrocinium verum Christianorum. *Euthymius encamio in adorationem veneranda Zonæ Sanctiss. Deiparæ, & fasciarum Domini.*
PATRONA nostra accepti sima erga Filium suum. *D. Greg.Nazian.in Tragedia de Christo patiente.*
Patrona omnium iniquè oppressorum. *S. Sabbas in Menæis Græcorum die 28.Ianuarij.*
Patrona sermonis. *Andr.Cret.orat. 1.de Dormitione Sanctiss. Virg.*
Patrona vnica sub pallium suum confugientium clientulorum. *Anonymus in Menæis Græcorum die 4. Ianuarij.*
Patrona peccatorum. *S.German.Constan.in or.3. pe Assumpt. B. Virg. & D. Anselm. in Hymn. SS. Dei Genitricis.*
Patrona populi fidelis. *S.German.Constan.orat. in Zon.Deip.& Ia.Trith.de Mirac.B.V.prope Dittelbach lib.1.cap.9.*

Pa-

Patrona eorum, qui in neceſſitatibus, & rebus aduerſis verſantur. *S. Io. Damaſcen. in Paracl.* Beatæ Virginis.

Patrona firma, ac immobilis vitæ noſtræ. *Idem ibidem.*

Patrona hominum à Deo conſtituta. *Idem ibid.*

Patrona immaculata, & pura. *Idem ibidem.*

Patrona in periculis, quæ non confunditur. *Idem ibidem.*

Patrona mundi, à Filio, ac Deo ſuo conſtituta. *Idem ibidem.*

Patrona noſtra bona. *Idem ibidem.*

Patrona noſtra apud Deum confuſionem repulſę non patiens.

Patrona noſtra, quæ pudore non ſuffunditur. *Idem ibidem.*

Patrona, quam mundo conſtituit Deus Patrum noſtrorum benedictus. *Idem ibidem.*

Patrona vitæ noſtræ. *Idem ibidem, & S. Ioſeph Hymneg. in Mariali.*

Patrona glorioſa peccatorum, qua Redemptorem, ac Saluatorem peperit. *Idem ibid.*

Patrona noſtra apud Chriſtum, vt liberemur ab æterno iudicio, & ab omnimoda ſerpentis læſione. *Idem ibidem.*

Patrona Chriſtianorum. *Idem ibidem.*

Patrona omnium. *Idiota in Contemplatione de SS. V. Maria, & Abſalon Abbas ſerm. 2. de Aſſumptione Beatæ V.*

Patrona diligens nobis in auxilium propoſita inter tentationum impetus, inter omnes periculorum anguſtias, inter omnia quæ timere poteſt humana miſeria. *Petrus Bleſ. ſer. 34.*

Patrona gregis chriſtiani, quæ non ſolum ante faciem noſtram per exempli ducatum ingreditur, ſed, & à tergo nos contra ſpiritualia tela nequitiæ brachio non carneo tuetur. *Guilelmus Parnus in cap. 1. Cantic.*

Patrona mundi inuicta. *Theodorus Laſchus Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Patrona noſtrá vere. *Idem ibidem, & Martinus à Magiſtris in expoſit. ſuper Cant. Salue Regina.*

Patrona cunctorum hominum, ipſius opem flagitantium. *Io. Thaulerus ſerm. in feſto Annunciat. Beatæ Mariæ V.*

Patrona miſeri peccatoris. *Henricus Suſo. in cap. 16. Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Patrona compatiens miſerijs noſtris. *D. Antoninus in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 44.*

Patrona humani generis. *Io. Turrecremata in proœmio ſui Tractatus de Concept. Beatæ V. & Ioan. Trithem. lib. 3. de Miracul. Beatæ V. M. in Vrticeto cap. 10.*

Patrona ſumma, per cuius manus iudicia ſuperna tranſeunt, & implentur. *Thomas à Kempis in 3. par. ſermonum ſerm. 2.*

Patrona felix, quæ ne ſcit non eſſe propitia in gregem ſuum: hoſtem ſæuire non ſinit: opem non tardat ſuæ beneuolentię, obicem in ſlakum obijci non permittit: quodque ſua virtute iuſſerit, rotum confirmat. *Baldvin. Lauſius in Colle&tanco exemplor. cap. 3.*

Patrona labe carens. *Io. Palconydorus in Prologo Faſciculi tripartiti Hiſtoriarum Ord. Carmeli*

Patrona fidelis, in cunctis tribulationibus noſtris ad Filium. *Ioan. Trithem. lib. 1. de Miraculis Beatæ V. in Vrticeto cap. 10.*

Patrona noſtra amica, & potens ad Filium. *Idem de Miraculis Beatæ V. prope Dittelbach lib. 1. capite 11.*

Patrona pientiſſima humani generis, in omni periculo, in omni neceſſitate, & in omni moleſtia mentis, & corporis, fiducialiter inuocanda. *Idem de Miraculis Beatæ Virg. in Vrticeto cap. 1.*

Patrona pientiſſima miſerorum. *Idem lib. 1. de Mirac. Beatę V. in Vrticeto cap. 6.*

Patrona prompta in tribulationibus. *Idem ibidem lib. 2.*

Patrona promptiſſima humano generi ad Filium. *Idem ibidem lib. 1. cap. 9.*

Patrona ſapiens, & potentia pleniſſima. *Maur. de Villaprobata ſerm. 21. Coronæ nouæ B. M.*

Patrona noſtra vnica, ad quam omnes aſpicimus. *S. Thom. de Villanoua Conc. 3. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Patrona benigniſſima. *Iuſtus Lypſius in Diua Hallenſi cap. 14.*

Patrona in periculis, in moleſtijs, & in omni vitæ curſu. *Idem ibidem cap. 1.*

Patrona ſingularis hominum peccatorum. *Robert. Bellarm. in Conc. de Aſſumpt. BV.*

PAVOR ſpiritualibus nequitijs. D. *Laur. Iuſtin. in lib. de Caſto Connubio Verbi, & Animæ c. 9.*

PAVSATIO feſtis. *Alan. de Inſul. in Anticlaud. lib. 5.*

PAX mundi. *D. Ephrem. ſerm. de laud. Beatæ Mariæ Virg.*

Pax eorum, qui oppugnantur. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 24. Februarij.*

Pax eorum, qui bellum ſuſtinent. *Theod. Laſchus Imperator in Can. ad SS. Deipar.*

Pax beata cordium. *D. Bonauent. in Pſalterio Beatæ Virginis.*

Pax Domini. *Alber. Mag. ſuper Miſſus eſt c. 121.*

PECVLIVM Chriſti. *D. Athanaſ. orat. in Purificat. B. Virginis.*

PECVS Dei ſignatum. *Matthæus Cantacuzenus in cap. 8. Cantic. Canticor.*

PELAGVS virgineum. *D. Baſilius Seleuc. orat. in Annunc. Deiparæ Virg.*

Pelagus gaudij inexauſtum. *S. Ioan. Damaſ. orat. 2. de Dormit. B. M. Virgin.*

Pelagus gratiarum. *Idem orat. 1. de Nat. B. Virg.*

Pelagus intimæ pietatis. *Idem in Paracl. B. V.*

Pelagus miſerationum. *Idem ibidem*

Pelagus ſanationum. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. ſine Dormit. B. Virg.*

Pelagus inenarrabile. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Pelagus immenſum ſcientię, perpetuæ lætitiæ, dignos faciens eos, qui eam honorant. *Theod. Laſch. Imperator in Can. ad SS. Deip.*

Pelagus formoſicatis. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Annunc. B. Virg.*

Pela-

Pelagus dulcoris, fons pietatis, flumen bonitatis. *Arnold Bostius cap.4.§.5.lib.de Patron.& Patroc.Deip.Virg.in sibi dicatum Carm.Ord.*

Pelagus repellens a nobis vndas tentationum; Pelagus enim dicitur, quasi pellens vndas. *Bernardin.de Busti in ſerm.2.de Aſſimilat.B. Virg.*

Pelagus infinita multitudine gratiarum. *Marc. Vigerius in Decachordo Chriſtiano lib. 9.cap.14.*

PELLIS Adami veneranda, ex qua Paſtor exortus eſt. S. *Ioan. Damaſc.in Canticis Græc. ſono 1.*

Pellis ouilla veneranda, & ex Adamo nata, è qua re vera pellem eandem indutus proceſſit Paſtor ille, qui totum hominem ſuperexaltat propter incomprehenſam miſericordiam ſuam. *Idem in Menæis Græcor. die 22. Ianuarij.*

Pellis veneranda Adæ, vndè proceſſit ille Paſtor, qui totum hominem verè induit. *Idem Can. in S. Andream Apoſtolum.*

Pellis ab ijs, quæ ſunt carnis illo forti raſorio ſeparata, quod acutius omni gladio ancipiti, vſque ad diuiſionem pertingere ſpiritus, & animæ prædicatur, cuius tracta, & detracta ferramento, affectiones, & afflictiones corporis, quaſi neſciens, diligit obliuiſci, & in his, quæ ſupra ſunt extenſa, eorum præcipuè reminiſci. *Philippus Abbas lib. 1.in Cantic.*

Pellis, quam verus Salomon ad omne ſuum libitum informauit, detractam quippe à carnis concupiſcentia, & affectu noxio prauitatis, manu miſericordiæ in ſublime extulit puritatis: & abraſis cupiditatibus, quaſi colores varios, ſtellatamque pulchritudinem ſuperduxit, imo virtutum merita, & cœleſtem gratiam introduxit. *Idem ibidem.*

Pellis Salomonis, ideſt veri pacifici Chriſti, tunc facta, quando idem Chriſtus pro ſalute generis humani de ea naſci dignatus eſt. *Idem tom. 6. Moralitatum in Cant. Canticor.*

Pellis Salomonis, quam ſummus ille Opifex, Salomonis nomine deſignatus, longè tamen amplioris beneuolentiæ, ſapientiæ potentatus ab affectu detractam corporeo ſpirituali ſuo beneplacito ſic aptauit, ſic pervnctam oleo gratiæ ad omnia, quæ digna fuerant, informauit, vt nulla rebellio, nulla prorſus in ea contrarietas haberetur, ſed inſtar pellis ad obediendum agilis per omnia redderetur. *Idem lib.1. in Cant. Cantic. cap.18.*

Pellis veri pacifici, tegens arcam, ideſt Chriſtum. *Honorius Auguſtod.in ſigillo B.Virg.*

Pellis Salomonis, quæ molles erant, & fortes, & more pelliũ excarnatæ, & extenuatæ, Hyacinthinæ, & rubricatæ; talis enim fuit Maria fortis patientia, mollis obedientia, quaſi diſtincta varietate virtutum, ab omni carnalitate, & carnali voluptate ſeparata per virginitatem, extenuata per paupertatem, & humilitatem, hiacinthina per contemplationem, & deſiderium ſupernorum, rubricata in Filij paſſione per animæ martyrium. *Rich. à S.Laur.de land.Virg. lib. 5.*

Pellis delicata veri Salamonis, Chriſti veri pacifici. *Io.Hailgr.in 6.1.Cant.Canticor.*

Pellis hiacynthina contemplatione cœleſtium, & amore. *Idem ibidem.*

Pellis protegens totum tabernaculum, ideſt, ſub vmbra ſuæ protectionis defendens totam Eccleſiam. *Idem ibidem.*

Pellis rubrica, quia per compaſſionem doloris tincta in paſſione Filij. *Idem ibidem.*

Pellis Salomonis, quæ non typicam, ſed veram Arcam, Chriſtum videlicet, intra ſua viſcera continuit. *Idem ibidem.*

Pellis Chriſti, multis tribulationibus expoſita. *Iacob.de Voragine in Mariali ſerm.8.F.*

Pellis, quę os noſtrum, id eſt, Chriſtum carne veſtiuit. *Idem ibidem.*

Pellis, quæ ſemper adhæſit oſſi, ideſt, Chriſto. *Idem ibidem.*

Pellis Salomonis propter mortificationem carnis, & propter varietatem virtutis; Pelles enim Salomonis erant de corijs mortuorum animalium picturatæ varietate colorum. *Alan. de Inſul. in cap.1. Cantic.*

Pellis ſeparata ab oue in ſua conceptione, mundata ſua ſanctificatione, extenſa per diſciplinam, deſiccata per abſtinentiam, dealbata per continentiam, raſa per paupertatem, lenis per manſuetudinem, tenuis per humilitatem, punicata in ſalutatione Angelica, regulata in inſtructione eiuſdem, in qua ſcriptum eſt digito Dei Verbum illud abbreuiatum, quod fecit Dominus ſuper terram. Iſai. 9. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 85.

Pellis Chriſti. *Bernardin.de Buſtis ſerm.3. de Concept.B.Mariæ.*

Pellis Salomonis admirabilis. *Idem in Mariali ſerm.6. de Concept.B. Virg.*

PELVIS, ſic vocata, quod ibi pedes lauantur. Io.3. dicitur de Domino: Miſit aquam in peluim, ideſt, implenit Mariam gratia, & cæpit lauare pedes diſcipulorum; hoc enim officium exemplo Filij implet in nobis humilis Virgo, quæ ſe ſemper ancillam exhibet, cuius eſt hoc officium. *Richar. à S. Laurent. de laud.Virg. lib.*10.

PENARIVM vitæ, cui nihil poteſt auferri. *Andreas Cretenſ.orat.3.de Aſſumpt. B.Virg.*

Penus inconſumpta, & indeficiens medelarum. *Anonymus in Eucologio, ſeu Rituali Græcorum in officio communis ſupplicationis.*

PERDVCTRIX hominis ad Regna cœleſtia. *D.Anton. in ſumma parte 4.tit. 15.cap.* 44.

Perductrix hominum ad ſocietatem Angelorũ. *Idem ibidem.*

PEREMPTRIX Diaboli pulcherrima. *S.Antoninus in ſum. part.4.tit.15. cap.*24.

PERENNITAS longęuitatis æternę. *Theod.Laſchus Imper.in orat.de Annunc.B.Virg.*

PERFECTIO ſtudioſorum. *Georg.Nicomed.orat. 3.de Concept. Deiparæ.*

Perfectio diuinarum ordinationum. S. *German. Conſtant. orat.2.in Præſent.B.Virg.*

Perfectio eorum, qui in virtute exercentur. *Iacob Monachus in Mariali orat. 1.*

Perfectio totius creatę naturæ; omnes enim naturas, & mundi perfectiones, vltima sua perfectione Virgo sacra complenit per partum suum. *D. Bernard. Senens. tom. 1. ser. 61.*

Perfectio hominum. *D. Anton. in sum. 3. part. tit. 31. cap. 2. §. 2.*

PERFVGIVM diuinum conciliationis inter Deum, atque homines. *Andreas Cretensis orat. 1. in Annunc. B. Virg.*

Perfugium certissimum. *S. Germ. orat. 2. in Dormit. SS. Virg.*

Perfugium commune omnium Christianorum. *Idem serm. in Natiuit. B. Virg.*

Perfugium nostrum. *Idem orat. 2. in Præsent. B. V.*

Perfugium validissimum peccatorum. *Idem orat. 2. in Dormit. B. Virg.*

Perfugium, totum mundum continens, & seruans. *Leo Imperat. in orat. de Assumpt. B. Virg.*

Perfugium peccatoris. *Goffridus Abbas in orat. ad Matrem Domini.*

Perfugium vnicum peccatorum. *Henric. Suso in cap. 16. Dialogi sapientiæ, & Ministri eius.*

PERGAMENVM virgineum, purissimum sine nota, & næuo peccati, in quo scriptura præclara, charactec pulcherrimus Verbi æterni scriptus est. *S. Thomas de Villanova in Concio. 1. de Natiuitate B. Virg.*

PERPETVATRIX omnis boni in nobis. *D. Bonauent. in speculo B. Virg. cap. 8.*

PERSONA omnibus sanctis spectanda, atque imitanda, perfectior longe, quam nostra oratione demonstrari possit. D. *Fulbertus Carnot. serm. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Persona illustris, cuius vita non solum Ecclesias illustrat, sed & cœlos adornat. *Guarric. Abbas serm. 2. de Purificat. B. Mariæ.*

Persona suprema, ac dignissima in Ecclesiastica Hyerarchia. *Albert. Magn. super Missus est cap. 68.*

Persona, quæ nobis dona contulit cœlestia. *B. Casimirus Poloniæ Principi in hymno de B. M.*

Persona communis, communem, non propriam vestigans vtilitatē. *Io. Picus lib. 2. in Cant. c. 1.*

PES claudo, ideſt, peccatori. *Iob. 29. Albert. Magn. in Biblia Mariæ super librum Iob.*

PETITIONARIA nostra apud Deum. *Iacob de Vorag. in Mariali serm. 7. M.*

PETRA è montis vertice abscissa, quæ mammā sugendam dedit Petræ illi spirituali, quæ mentis lumine comprehenditur. *D. Athanasius serm. in descriptione SS. Deip.*

Petra deserti, cui Deus præcepit, vt aquā scaturijret; scaturiret, non quam sinu haberet, sed quam præceptum reposuisset; sicut enim Petra illa Dei nutu fons effecta est, aquarumq; impetu fluentium partu torrentes edidit, nulla subiecta vena, nihilque à fluuio mutuata, sed cum arida, venarumque, ac humoris expers esset, repente facta est fluuiorum parens, vberrimè profluens aquam, qua prius destituta erat: sic & innupta Virgo obumbrante sancto Spiritu, Dominum nostrum peperit carne, non naturæ excitata lege, sed Altissimi virtute ad partum prouocante; non enim cum à natura mutuo accepisset ex naturæ peperit lege, sed cum Spiritus sanctus roborasset, ita demum peperit, vt visum est Dei gratiæ. *S. Io. Chrys. orat. in Theophania, & in S. Ioan. Præcursorem.*

Petra, ex qua lac vitæ emanauit, præbens omnibus alimentum. *Idem orat. 7. in SS. Deip.*

Petra non excisa. *Idem orat. in Annunc. B. Mariæ*

Petra potum præbens sitientibus, & vitam. *Andr. Cretens. orat. 2. in Annunc.*

Petra durissima, ex qua torrens vitę exortus, eos, qui iam iam siti rerum ad salutem pertinentium morituri erant, non solum vitali potu in vitam restituit, sed & omnes sordes, quas ex via inter passiones contraxerant, abluit. *Leo Imperator orat. in Annunc. B. Virg.*

Petra verbum mellis instar, fundens. *Io. Geometra in Annunc. SS. Dei genitricis.*

Petra, quia in amorem integritatis proposito firma, affectu solida, sensu quoque ipso aduersus illecebram peccati tota insensibilis erat, & lapidea. *Guarricus Abbas ser. 2. de Annunciat. B. Mariæ.*

Petra agri, de qua non defecit nix Libani Ieremia 18. ideſt, sapientia Patris, Verbum in principio apud Deum, candor lucis æternæ, speculum sine macula. *Petrus Cellens. ser. 6. in Annunc. B. Virgin.*

Petra deserti, cui attendere debent, vt fortes fiant in tentatione, qui cito consentiunt mundo, siue carni. *Garner. Ling. ser. 2. de Purif. V.*

Petra deserti, de cuius cauerna, ideſt, beatis visceribus, nobis emissus est Agnus. *Idem ibidem.*

Petra deserti, quæ orta est de Tribu Noëmi, vnde dictum est Is. 16. Emitte Agnum Domine dominatorem terræ de petra deserti, ad montem filiæ Sion. *Idem ibidem.*

Petra, ad quam allidendi sunt paruuli Babylonis, ideſt primi motus, & malitiæ, & nequitię cogitatus, de quibus in Psalm. 136. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petrā, ideſt, Mariam, inuocando fideliter auxilium huius petræ; ipsius enim adiutorio conteritur caput serpentis, ideſt initium suggestionis. *Richard. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 8.*

Petra, de qua Psalm. 103. Petra refugium herinaceis, vel secundum aliam litteram, leporibus: herinacei sunt magni peccatores, obsiti dentis peccatorum aculeis, qui cum coniuguntur, armant se spinis suis, ideſt, excusationibus: tamen si humiliter ad Mariam conuertantur, possunt apud eam refugium inuenire; vel herinacei sunt humiles pœnitentes, hirsuti per ieiunia, per vigilias, saccum, & ciliciū; & huiusmodi spinis debet se armare, qui vult apud eam refugium inuenire, ne possint morderi à carne, vel Diabolo, sicut pertica armata spinis suis non timet morsum

Lucij

Lucij deuorantis, Lepores sunt timidi peccatores, fugientes à iustitia Filij ad misericordiam Matris, sicut fecit Theophilus: de huiusmodi dicitur Prou. 30. Lepusculus plebs inualida, collocat in petra cubile suum, ideſt, in Maria refugium suum, & in eius misericordia ſpem ſuam. *Idem ibidem*

Petra dura contra tribulationem, & grauis contra inſtabilitatem, de qua dixit Dominus Moyſi, & Aron Num. 20. Loquimini ad Petram, & dabit vobis aquas. *Idem de laud.* B. *V. lib.* 2.

Petra, ſuper quam non eſt inuentum veſtigium colubri, ideſt, Diaboli Prou. 30. triplex eſt, Superbia, Auaritia, Luxuria, primum excluſit ab ea humilitas, ſecundum charitas, tertium virginitas. *Idem de laud.* V. *lib.* 8.

Petra deſerti, de qua Dominus emiſit Agnum dominatorem terræ Iſai. 16. *D. Anton. de Padua ſerm. in Dom.* 1. *Quadrag.*

Petra deſerti, quia inarabilis; Virgo enim, ante partum, in partu, & poſt partum extitit. *Idem ibidem.*

Petra propter firmum propoſitum virginitatis, vnde reſpondit Angelo Luc. 1. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? ideſt, firm iter propoſui non cognoſcere. *Idem ibid.*

Petra duriſſima contra inimicum. D. *Bonau. in Litanijs Pſalterij* B. *Virg.*

Petra illa, ſuper quam Domus fundata eſt, & firmata, quam, & fi flumina, & venti percutiant, tamen inter flumina illa immobilis perſeuerat. *Idem ſerm.* 1. *de* B. *Virg.*

Petram, ſuper quam Chriſtus ædificauit Eccleſiam ſuam, quia in paſſione Dominica, tota deficiente Eccleſia primitiuorum, in fide, ſola Domina noſtra, firma in fide permanſit, vt petra. *Idem ibidem.*

Petra dans aquas gratiarum, & gaudiorum. *Albert. Mag. in Biblia Mariæ ſuper Proph. Iſai.*

Petra dura contra tribulationem, grauis contra inſtabilitatem, frigida contra libidinem, de qua Dominus Moyſi Num. 20. Loquimini ad petram, & ipſa dabit vobis aquas. *Idem ſuper miſſus eſt. cap.* 197.

Petra fundens riuos olei, ideſt, dona Spiritus ſancti, largiter, & libenter. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*

Petra refocillationis, dans aquas gratiarum, limpidiſſimarum Num. 20. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Num.*

Petra deſerti, de qua exijt Agnus Dei, dominator terræ Iſai. 16. *Ern. Prag. in Marialiæ cap.* 39.

Petra Eccleſiæ. *Idem ibidem.*

Petra fundens nobis riuos olei, ad curationem vulnerum animarū noſtrarum Iob. 29. *Id. ibid.*

Petra refugij, & ſecuritatis Ericio, ideſt, homini peccatori, ſpinis, aculeiſque peccatorum oneratō, & vndique circumſepto Pſalm. 103. Petra refugium herinaceis. *Idem ibidem*

Petra conterens Diabolum. *Barthol. de Piſis lib.* 2. *de laud. Virg. fruct.* 8.

Petra per præſidium. *Idem ibidem. fruct.* 2.

Petra primaria in gradu, & excellentia. *Paul. de Heredia in Tract. de Concept.* B. *Virg.*

Petra, ſupra quā conſtructus eſt mundus. *Id. ibid.*

Petra incommouibilis Chriſtianę fidei, per quam nobis iter oſtenditur cœleſtis patriæ. *Io. Trith. lib.* 1. *de Mirac.* B. *Virg. in vrticeto c.* 6.

Petra primaria, ex Iſrael exciſa, cuius dilectione, & Meſſiæ Filij eius, creauit Deus ſanctus, & benedictus hunc mundum, ob quod quidem Arcanum dictum eſt apud Ieremiam cap. 33. Niſi pactum meum (ſupple eſſet) diem, ac noctem leges cœlo, & terræ non poſuiſſem; nomina enim Hebraicha, Ieſus, & Maria aſcendunt ad numerum Berith, quod eſt idem, quod pactum; quamobrem verba ipſa Ieremiæ ità interpretantur: Niſi pactum meum eſſet, ideſt niſi amore mei Ieſu, & Mariæ diem, & noctem leges cœlo, & terræ non poſuiſſem, hoc eſt mundum non creaſſem. *Petrus Galat. lib.* 7. *de Arcan. cap.* 2. *ex Rab. Hacados.*

Petra primaria, ex qua, vt antiqui Iudeorum expoſuerunt, excedendus erat Meſſias, neque quidem ab re, cum, tempore, gradu, & excellentia primaria foret. *Idem lib.* 7. *de Arcan. cap.* 3.

Petra primaria, quam vidit Deus ſanctus, & benedictus, ex Iſrael excidendam, ex qua Meſſias futurus erat, qui miſericordias ſuas extenderet ſuper totum orbem. *Idem ibidem. cap.* 2. *ex Rab. Haccados.*

Petra ſpiritualis, potum copioſiſſimum fundens. *Ludouic. Bloſ. in Endolog.* 2. *ad* B. *Virg.*

PHALEG fidelium defenſione. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de laud. Virg. Mariæ fructu.* 4.

PHARES, ab omni prauo ſeparatione. *Idem ibidem fructu* 4.

PHARMACVM, ex omni pectore dolorem propulſans, *S. Io. Dam. orat.* 2. *de Aſſumpt. B. M. V.*

Pharmacum dolorem primigenium tollens. *Nicetas Dauid hom. de Natiuit.* B. *Virg.*

PHAROS alta luminis. *Venant. Fortunatus elegia in laud.* 2. *Mariæ Virg.*

PHIALA aurea, propter plenitudinem ſapientiæ cœleſtis, & cæteras auri proprietates. *Rich. à S. Laur. de laud. V. lib.* 10.

Phiala odorifera, quia plena odoramentis, id eſt orationibus ſanctis, quibus ſanctam delectat Trinitatem, & totam curiam cœleſtem, ſicut odoramenta ſuam circumquaque diffundunt ſuauitatem, quæ odoramenta, ideſt, preces ſentire deſiderat Filius ſuus, dicens ei Cant. 2. Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis ad audiendum, & odorandum. *Idem ibidem.*

Phiala Principum, impleta butyro, de qua legitur 5. Iudic. in Cantic. Deboræ; Principes enim fuerunt Apoſtoli, & Euangeliſtæ, quibus Beata Virgo propinauit butyrum, docens eos incarnationis Dominicę venerabile Sacramentum. *Idem ibidem.*

Phiala, propter amplitudinem charitatis, qua

diligit nos, quia Phiala inferius ampla, ſuperius ſtricta propter virtutem taciturnitatis. *Idem ibidem.*

Phiala vitrea, propter virtutem virginitatis; vitrum enim de cinere fit, omnis caro fœnum eſt. Iſai. 40. Tranſparens propter confeſſionem diuinæ laudis; vitrum enim colorem non celat, contenti in ſe liquoris: lucida propter honeſtatem conuerſationis. Matth. 5 Luceat lux veſtra. *Idem ibidem.*

Phiala Deum ferens. *Iſid. Theſſalon. orat. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg.*

PHILATERIVS lapis, ſuis meritis humilem, deuotumque pœnitentem ſpe bona de miſericordia Dei donãs, ſimul & certa repromiſſionis confidentia. *Ioann. Trithem. lib. 1. de Miraculis Beatæ V. in Vticeto cap. 7.*

PHILOCAPTA Dei. *D. Bernard. Senenſis Tom. 4 in ſermonibus extraordinarijs ſerm. in feſto Purificationis Beatæ V.*

PHILOMELA dulcis, cuius vox amore plena. *B. Ioſeph Steinfeld. in opuſculo 4.*

Philomela ſuprema ſummas voces Angelorum, omne genus muſicorum ſua vincens cantilena. *Idem opuſc. 2.*

Philomela dulcis, cuius vox amore plena, cuius ſuaui cantilena laus Sanctorum eſt amœna, & gaudium angelicũ. *Io. Geſſ. in Ioſephina.*

Philomela, omnes aues, id eſt, Sanctus ſuperans in cantu. *Bernard. de Baſt. ſer. 2. de Viſit. B.M.*

Philomela, quę omnes alias aues, id eſt ſanctos ſuperauit in cantu poſt Chriſtum. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 23. Coronæ nouæ B.M.*

PHISON, qui & Ganges fluuius, quia ſi Phiſon interpretatur oris immutatio, Maria aperuit os ſuum ſapientiæ, dum credendo cœpit dicens: Ecce ancilla Domini: Eua enim aperuit os ſuum inſipientiæ, dum dubitando reſpondit ſerpenti. Geneſ. 3. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 9.*

Phiſon, quaſi phiſon circuit terram Heuilat, quod interpretatur, vel dolens, vel parturiens: Beata Virgo circuit dolentes per contritionem ad conſolandum eos, maximeque parturientes peccata ſua per confeſſionem, & bona opera per ſatisfactionem. *Idem ibid.*

Phiſon, quia ſi phiſon interpretatur caterua, quia fluit cum caterua decem magnorum fluuiorum: Maria venit in mundum cum multitudine gratiarum, vt de immenſa plenitudine eius omnes reciperent abundanter. *Idem ibidem.*

Phiſon, quia ſi phiſon interpretatur os papillæ, quod ſemper videtur eſſe clauſum, & tamen lac emittit: os B. Virginis, quaſi ſemper clauſum videbatur, per cenſuram ſilentij, & tamen quandocunque loquebatur, dulce verbum emittebat, & de eius verbis, velut pueri de lacte, nutritur infantia ſpiritualis, ſi diſcrete perpendatur. *Idem ibidem.*

Phiſon circumiens terram Euilath id eſt, dolentes conſolando eos. *Hugo Carenſis in cap. 24. Eccleſiaſtici.*

Phiſon, qui oris mutatio interpretatur, mutans nobis os ſeueritatis in os benignitatis. *Alber. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſ.*

Phiſon per nominis ſui interpretationem, per loci ſui circuitionem, per beneficij ſui largitionem. *Ern. Prag. in Mariali cap. 24.*

Phiſon, quia mater pauperum. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 8.*

PHOENIX, de cuius aromatibus ſingularis auis, & phœnix vnicus igne Spiritus ſancti mediante in lucem prodijt, & cordibus Sanctorum nidificauit. *Garnerius Lingon. ſerm. 1. in Natiuitate Beatæ Virg.*

Phœnix aromatizans, gratius Cinamomo, & Balſamo, & Nardo ſuauius Regem in aſpectu ſuo delectans. *D. Amadeus homil. 6. de laud. Sanctiſſ. Virg.*

Phœnix, quæ congregans omnes ſpecies, & igne circumfuſa ſupereſſentiali, cęlum cęlorum, & cæli poteſtates angelicas, mirifico repleuit ſuauitatis incenſo. *Idem ibidem.*

Phœnix, quia ſicut phœnix eſt vnica auis in terris: Ita B. Virgo vnica eſt in mulieribus. *Ern. Prag. in Mariali cap. 77.*

Phœnix, quia ſicut phœnix eſt auis vna, & vnica in mundo, & ſicut à plaſmatore ſuo mirabiliter concipitur, mirabili modo viuit, modoque mirando moritur, ſingulariter ſuper omnes aues mundi concipitur, ſine putredine, & fœtore, ex aromatibus etiam lignis pretioſis: Ita B. Virgo Conditoris mater abſq; originalis peccati, fœtore eſt concepta, vnde ait Pſalmiſta. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate, & omnis gloria filiæ Regis ab intus. *Io. de Meppis in Tract. de Immacul. Concep. B.V. pag. 88.*

PIGMENTARIA antidoti, ſeu vnguenti aduerſus omnem luem valentis, nempè Chriſti. *S. Dominic. in Compendio Conc. de Salut. Angel.*

Pigmentaria peritiſſima. *Ioann. Picus lib. 3. in Cantic. cap. 11.*

PIGMENTARIVM fragrantiſſimum florum omnium. *Iſid. Theſſalon. orat. de Aſſump. B.M.*

PIGMENTVM diuerſis virtutum aromatibus plenum. *Iacob. de Voragine in Mariali ſer. S.G. & Bernard. de Baſt. ſerm. 1. de Aſſimilat. B.M.V.*

PIGNVS ſine macula. *S. Io. Chryſoſt. orat. de Annunciat. Beatæ Virg.*

Pignus in Sanctis educatum. *Theodor. Ancyr. orat. in Beatam Mariam.*

Pignus gaudij. *Georg. Nicom. or. 1. de Præſ. B.V.*

Pignus Annę dulciſſimum. *S. Ioan. Damaſcen. orat. de Natiuit. Beatæ M.V.*

Pignus promiſſionis. *Idem or. 2. de Nat. B.M.V.*

Pignus nobis datum eliminandæ penitus triſtitiæ, à parentibus transfuſę, & felici Ioachimi, & Annę ſinu, quaſi de theſauris productum. *Leo Imperator in orat. de Natiu. B.V.*

Pignus diuinum libertatis. *Iacobus Monachus orat. de Natiuit. Beatæ Virg.*

Pignus reparationis ſperatę. *Idem ibidem.*

Pignus pretioſiſſimum. *Iac. Monach. in Mar. or. 6*

Pi-

Pignus ſeperatæ antea reuocationis. *Idem in Mariali orat. 2.*

PINVS propter altitudinem, & eminentiam vitæ, excellentiam contemplationis, ſapientiæ, ſpei, & conuerſationis ſanctæ, de qua promittit Dominus Eccleſiæ ſuę. Iſai. 60. Gloria libani ad te veniet pinus, &c. & de hac pinu, poteſt exponi illud Iſai. 44. Plantauit pinum, quã pluuia nutriuit, & facta eſt hominibus in focum; Plantauit enim Deus Pater in horto Eccleſiæ ſuæ pinum iſtam, ſcilicet, Mariam, & nutrita fuit pluuia, hoc eſt abundantiã gratiarum, & quia gratia plena, ideo facta eſt hominibus in focum, quia diligitur ab omni vero Chriſtiano. *Richard. à S. Laur. de laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 12.*

Pinus propter rectitudinem, & fructus ſuaues, atque multiplices iuſtitię, quos continuit varijs, & ordinatis cellulis, & quaſi contexit teſtis ſolidiſſimis, & quaſi in frangibilibus iuncturæ fortitudinis. Conſidera pomum pineum, & videbis, quo ordine ſibi cohęreant partes eius, qualiter vnicuique nucleorum propria cellula prouiſa ſit, qualiter maiores maioribus, & minores minoribus deputatæ ſunt: & apparebit tibi mirabilis ordo, & rectitudo iuſtitię, & cohęrentia partium eius: Similiter viris iuſtis, vel in iudicando, vel in ſuſtinendo iuſtitiam magna fortitudo neceſſaria eſt, ne amore, vel odio, prece vel pretio, deuient à recto, quia tam his, quam alijs diuerſis modis inſidiatur Diabolus, deuorationi fructuum eius, ſcilicet iuſtitiæ. Prou. 15. In abundanti iuſtitia virtus maxima eſt, id eſt virtuoſitas Eccl. 7. Noli velle fieri iudex niſi virtute valeas irrumpere iniquitates. *Idem ibidem.*

Pinus, quia ſi pinus ſecundum Iſidorum omnibus prodeſſe creditur, quæ ſub ea ſeruntur: Maria promouet, & augmentat quicquid boni incipitur à fidelibus, ad imitationem exemplorum ipſius. *Idem ibidem.*

PINCERNA vini virgines germinantis. *D. Bern. ſer. 4. ſuper Salue Regina.*

Pincerna Beatorum, dicens. Cant. 5. Quaſi loquens cãBeatis: Bibite & inebriamini chariſſimi. *Richardus à S. Laur. de laud. SS. V. lib. 12.*

Pincerna Domini, & Filij ſui, dicens Cant. 8. vbi loquitur de dilecto: Dabo tibi poculum ex vino condito. *Idem ibidem.*

Pincerna gloriæ, quæ confecit claretum de vino, & aromaticis ſpeciebus, id eſt, de virtutibus ſuis, quo Filium potat, & cæleſtes conuiuas. *Idem ibidem.*

Pincerna gratiarum, dilectores ſuos, & conuiuas potans vino, & potu multiplici, largiens differentias potuum, ſecundum differentias potatorum. *Idem ibidem.*

Pincerna iuſtorum deſignata per Rebeccam. Gen. 24. quæ de hydria ſua potauit camelos, id eſt, iuſtos. *Idem ibidem.*

Pincerna, propinans muſtum forte, & calidum, ſpiritualem gratiam primo guſtantibus, quo calefacti, & à ſe alienati, in amorem matris, & filij dulciter inardeſcunt. *Idem ibidem.*

Pincerna propinans vinum compunctionis, pœnitendo lugentibus, qui dicere poſſunt: Potaſti nos ô Maria, vino compunctionis. Pſalm. 59. *Idem ibidem.*

Pincerna propinans vinum lætitiæ ſpiritualis de impetranda venia, per eius adiutorium, ſpem concipientibus, de quo dicitur: Vinum lætificat cor hominis. Pſal. 103. *Id. ibidem.*

Pincerna propinans vinum mixtum deuotionis, ipſam ex corde inuocantibus, quod non debet bibi ſine aqua lachrymarum, ne reddat hominem præſumptuoſum, & bibitur in nuptijs Chriſti, & animæ pœnitentis ad ipſum redeuntis, & talibus dicit ipſa Prou. 9. Bibite vinum, quod miſcui vobis. *Idem ibid.*

Pincerna ſanctorum dicens conuiuis ſuis Prouerb. 9. Bibite vinum, quod miſcui vobis, & Cant. 5. Bibite, & inebriamini chariſſimi. *Idem ibidem.*

Pincerna cæleſtis curiæ. *D. Bonauent. in Litanijs Pſalterij Beatæ Virg.*

Pincerna gratiæ dulcoris. *Idem in Pſalt. B. V.*

PINGVEDO omnis ſacrificij. *S. Method. hom. in feſto Purificationis Beatæ Virg.*

Pinguedo cęleſtis dulcedinis. *Io. Trithem. lib. 1. de Miraculis B. V. in Vrticeto cap. 6.*

PINNA, ſeu concha; eſt enim pinna etiam concharum genus genitrix pretioſiſſimæ Margaritæ, nempe Chriſti; Margarita enim in mari rubro generatur, generatur autem ſic: extremitates maris rubri ſiccantur, paucarum aquarum fluxum habentes: inueniuntur autem ibi marini piſces, teſtacea cute muniti in toto mari illo rubro Pinnæ nominati: ſtant igitur Pinnę illę ſemper hiantes, & expectantes eſcas ad nutrimentum ſui, interim dum ità conſtituunt hiantes, & expectant nutrimentum, & magna copia accedunt Aſtrapæ, accedit aliqua Aſtrapa ad pinnam, & cum reperiat teſtas pinnæ apertas, ingreditur in illam, pinna vero contracta, ſtatim, & conſtricta in ſe ipſam intus in ſe includit Aſtrapam. Aſtrape vero coagulata cum pinnæ oculis, oculos pinnæ illuſtrat fulgore, & commutat eas in Margaritas: Egreſſæ autem Margaritæ ex pinna, procidunt ad littus maris illius, atque ita piſcatores capiunt illas. Perinde intelligędum de incarnatione ſermonis: mare quidem eſt mundus, & virgo concha; ſtabat autem virgo quemadmodum pinna in templo, & concipiebat cæleſtem panem Chriſtum Deum, qui & deſcendens, & ingreſſus in eam, vt Aſtrape, & coaluit in viſceribus virginitatis illius, & ſplendidam reddidit ter ſanctiſſimam carnem, quam aſſumebat incarnatus eſt ex ea, vt pura, & pretioſiſſima Margarita, ſermo Dei, ſine congreſſu maris, & vt Margarita cæleſtis eſt, & terrena: cæleſtis quidem ſecundum Aſtrapem, terreſtris vero ſecun-

ſecundum commiſſionem oculorum pinnæ: ſic etiam Chriſtus cæleſtis eſt, & terrenus: cæleſtis quidem ſecundum Deitatem, terreſtris autem ſecundum humanitatem, & quemadmodum Margarita generatur ſine congreſſu maſculi, & fœminæ ex Aſtrape, & pinna, ita etiam natus eſt Chriſtus ſine congreſſu maſculi, & fœminæ ex Deitate & ex carne Virginis, & quêadmodum Margarita, cum ſæpe conteritur: materia quidem oculorum pinnæ conteritur, & reſoluitur, nonne fulgor Aſtrapis patitur, alter vero fulgor Aſtrapis impatibilis manet, materia autem oculorum pinnæ ſola conteritur, & patitur: ita & in Chriſto hæc intelligenda ſunt; cum enim ille Saluator noſter flagellaretur, & pateretur à Iudæis infidelibus, excruciatus in cruce: materia quidem carnis hoc eſt humanitas ſola paſſa eſt, Deitas autem impatibilis permanſit. *D. Athanaſ. in quæſtionib. variis quæſt. 19.*

PISCINA probatica, in quam Angelus Domini deſcendebat ſecundum tempus; & mouebatur aqua, & ſanabatur vnus. Io. 5. tempore enim incarnationis, deſcendit Angelus magni Conſilij in Virginem Mariam, & mota eſt aqua, quoniam ad nouam ſalutationem turbata fuit Virgo & ſanatus eſt vnus, id eſt quotquot crediderunt Deum Trinum, & Vnum, & vni, id eſt Chriſto adhæſerunt per fidem ſuæ incarnationis, & ideo de intemerata Virgine cantatur.

Tu piſcina puritatis
Rore plena pietatis,
In quam Deus Maieſtatis
Voluit deſcendere.
In quam reus eſt conuerſus
Si contritus eſt reuerſus
Se diſponat erit terſus
A peccati vulnere.

*Idiota de B. Virg. par. 14. Contempl. 28.*

Piſcina, quæ eſt aquarum collectio, quia ſicut piſcina eſt collectio aquarum ſine piſcibus, ſic ſplendidiſſima Virgo eſt velut piſcina, quia in in ea fuit congregatio omnium aquarum, id eſt gratiarum, & ſcientiarum ſine piſcibus mundanarum curioſitatum. *Idem ibidem.*

Piſcina quinque porticus habens, id eſt quinq; principalia genera miſericordiæ, primum, quod conuertit errantes in via; ſecundò quod illuminat in tenebris ambulantes, cum ſit ſtella, & luna, tertium, quod viuificat mortuos cum ſit vena vitæ, id eſt dilectionis, quartò, quod ſpem infundit deſperatis, ideo dicit: In me eſt omnis ſpes viæ. Eccleſ. 24. quintum, quod multis, quorum lata erat ſententia, impetrauit ab altiſſimo Filio ſuo ſpatium pœnitendi. *Idem ibidem.*

Piſcina in Hexebon. *S. Anſelm. in Med. B. V. & Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Piſcina probatica, à Domino fœcundata. *Petrus Bleſſenſis ſer. 1. Aduent. D.*

Piſcina probatica, in quam deſcendit magni conſilij Angelus. *Idem ibidem.*

Piſcina ſolitudinis. *Idem ibidem.*

Piſcina miſericordiæ. *Adam de Perſenia, in Mariali fragm. 3.*

Piſcina de cælo recipiens aquas viuas, quas ad Eccleſiam defert, & animas ſanctas, velut aqueductus. *Rich. à S. Laur. de laud. V. lib. 9.*

Piſcina, per compaſſionem redundans aqua pietatis in Heſebon, per charitatis feruorem, quia Heſebon interpretatur ignis in eis, in porta filiæ multitudinis, quia omnibus communis, & præſto eſt omnibus miſeris ſubuenire. *Idem ibidem.*

Piſcina probatica. Ioann. 5. in quam Angelus Domini, ſecundum tempus deſcendebat, & mouebatur aqua, & ſanabatur vnus; tempore enim incarnationis, deſcendit Angelus magni conſilij in Mariam, & mota eſt aqua, quando ad nouam ſalutationem turbata eſt Maria & ſanatus eſt vnus, id eſt quotquot crediderunt Deum Trinum, & Vnum, & iſti vno, id eſt, Chriſto adhæſerunt per fidem ſuæ incarnationis. *Idem ibidem.*

Piſcina puritatis, plena pietatis rore, in qua Deus Maieſtatis voluit deſcendere, in quam reus, & peruerſus, ſi contritus, & conuerſus ſe deponat, erit terſus à peccati vulnere. *Idem ibidem.*

Piſcina ſuperior in via agri Fullonis Iſaiæ 7. quia plena aquis gratiarum, quę veniunt de ſupernis *Idem ibidem.*

Piſcina, quia ſi piſcina eſt collectio ſine piſcibus, & dicitur piſcina, quaſi per contrarium: in Maria fuit congregatio omnium aquarum, id eſt gratiarum, ſine piſcibus mundanarum curioſitatum. *Idem ibidem.*

Piſcina Saluatoris, quinque porticus habens. Ioan. 5. In quam piſcinam ſecundum tempus miſericordiæ deſcendebat Angelus Domini, id eſt Filius Dei, mouens in ea aquam gratiarum ad ſanandum, vndè ibi ſanus fiebat à quacumque infirmitate detinebatur. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Euang. Ioan.*

PISCIS murenula inter fluctus maris huius vitæ. *Philippus Abbas lib. 2. in Cantic. Canticorum cap. 8.*

Piſcis, quia ſicut piſcis gaudet in mari, & ibi nutritur: ità Maria in tribulationibus, quas patiebatur cum Filio, & pro Filio exultabat, & ſic ſpiritualiter impinguebatur, vnde & de ipſa, & cæteris ſanctis dicitur Deuter. penult. Inundationes maris, id eſt, tribulationes mundi, quaſi lac, quod dulce, & nutritiuum, ſugent, id eſt dulciter, & cum deſiderio attrahent, ſicut paruuli lac de mammilla. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 7.*

Piſcis natans in mari tribulationum. *Alb. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 160.*

PISTRINVM, quia in ea fuit piſtus panis vitę, vndè ſignata eſt per Saram, cui dixit Abraham, Gen. 18. Accelera, tria ſata ſimilę commiſce, & faç ſucceniritios panes. *Richard. à*

*S. Lau-*

*S. Laur. de laud. Virg. lib.* 10.

PIXIS noua vnguentaria vnguenti inexhausti. *Andreas Cretensis orat.* 3. *de Dormit. Virg.*

Pixis, quæ est vas vnguentarium, factum ex busso, in qua transmilit nobis Pater illud vnguentum medicinale, quo sanatus est mundus, qui prius omnimoda infirmitate laborabat, scilicet Filium suum. *Richar. à S. Lauren. de laud. Virginis lib.* 10.

Pixis aurea, quę nobili Electuario gratię à summo Pigmentario est impleta. *Alber. Magnus serm.* 2. *de Annunciat. Beatæ Mariæ V.*

PLACATIO Iudicis iusti. *Andreas Creten. orat.* 2. *in Annunciatione.*

PLAGA non confita. *S. Ioan. Chryſ. orat. de Annunciatione Beatæ Virg.*

PLANTA incorruptionis. *Iſyeb. ſer.* 2. *de laud. V.*

Planta feraciſſima virginitatis, per quam virginitatis pulchritudo latiſſimè ſe ſe diffudit. *S. Io. Damaſc. orat.* 1. *de Natiu. B. M. V.*

Planta cęleſtis, pretioſior cunctis, ſanctior vniuerſis. *D. Bern. ſer.* 2. *de Aduentu Dom.*

Planta, ex qua procedens immortalitatis fructus filiorum, terrę ſterilitatem in fructiferam pietatem commutauit. *Iacobus Monachus in Mariali orat.* 6.

Planta, quę in cæleſtibus fornicibus aduenit, quę & iſtos cælites tranſcendit, & vniuerſas intellectuales poteſtates ſuperauit. *Idem ibidem.*

Planta cunctis efficaciſſima, medelam afferens. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Natiu. B. V.*

Planta noua, de qua habemus florem odoriferum, Verbum videlicet vnigenitum Dei. *D. Catharina Senenſis in* 11. *ſuarum orationum, quam orationem Romæ habuit in die Annunciationis Beatæ Virg. Anno* 1379.

Planta peregrina, quæ fructum protulit nuptiarum, & florem virginitatis non amiſit. *Rob. Bellarm. Conc.* 1. *ſuper Miſſus eſt.*

Planta ſingularis, cuius pretium procul, & de vltimis finibus, quæ fructum ſaluberrimum, & ſalutem omnium gentium peperit. *Idem ſuper Miſſus eſt.*

PLANTATIO Roſæ, quia Roſam genuit, & florem mundi Chriſtum, qui dicit: Ego flos campi, & verè Roſam, id eſt, Virginem, & Martyrem: Virginum, & Martyrum Rege. *Helinand. Ciſterc. ſer.* 1. *de Aſſumpt. B. M. V.*

Plantatio Domini ad glorificandum Iſa. 61. ad gloriam enim ſuam fecit Dominus Beatam Virginem, quia ab omni fideli inceſſanter inde glorificatur. *Richard. à S. Lauren. de laud. Virg. lib.* 12.

Plantatio Roſæ in Hierico, quia ſi plantatio Roſę, & ſi ſit flore venuſta, eſt tamen tactu aſperæ: B. Virgo fuit intacta, & intangibilis ad corruptionem, ſed flore venuſta per fœcunditatem, & ſuper hunc florem requieſcit ſpiritus Altiſſimi. *Ern. Prag. in Mar. cap.* 49.

Plantatio Roſæ exaltata in Hierico, quia exaltata ſuper Martyres; Roſa enim pulcherrimus flos eſt, ſed in ſpinis naſcitur, & ſignificat Martyres, inter ſpinas ortos tormentorum. *D. Antonin. in ſum* 3. *par. tit.* 31. *cap.* 3.

PLASMA Dei. *Petr. Diaconus ſerm. in Aſſumpt. Beatæ Mariæ Virg.*

Plaſma, quæ Deo plaſmatori ſuo in nullo contradixit. *Philippus Abbas lib.* 1. *in Cantic. Canticorum. cap.* 18.

PLASMATIO illius, quem genuit. *Origen. hom.* 1. *in diuerſos.*

PLATANVS D. *Bern. ſer.* 3. *ſuper Salue Regina.*

Platanus exaltata ſuper aquam, quæ fontem vitæ in vtero portauit. S. *Ioann. Chryſoſt. orat.* 7. *in SS. Deiparam.*

Platanus iuxta aquas, quia donis irrigata diuinis, in bonis operibus dilatata ſemper fuit. *Hugo de S. Victore ſerm. in Aſſumpt. B. M. Virg. qui eſt in ordine* 45.

Platanus, cuius vmbra dici poteſt incarnatio Verbi Dei in ea, cui Spiritus ſanctus ad hoc obumbrauit, vt ipſam in vmbraculum Eccleſiæ præpararet; vmbra enim ex lumine eſt, & corpore opaco, oppoſito ad lumen, & tunc platanus hæc copioſiſſimam reddidit vmbrã, quando lumen incorporeæ diuinitatis corpus in ea aſſumpſit noſtrę humanitatis. *Rich. à S. Lauren. de laud. Virg. lib.* 12.

Platanus axalata iuxta aquas in plateis Eccl. 24. quia ſi platanus latis foliis vmbram faciens, exterius refrigerat, aqua interius; homo verò dupliciter exæſtuat exterius in tribulationibus, interius in tentationibus, & cõcupiſcentijs: Maria, vt in ea plenum oſtendatur refrigerium tanquam platanus, contra æſtum exterioris tribulationis, & interioris concupiſcentiæ, ſeu tentationis remedium præſtat, & per hoc digna eſt exaltari, & laudari in plateis, id eſt, in populis. *Idem ibid.*

Platanus iuxta aquam, quia ſicut rami, vel arbores plantatæ iuxta aquas iuuant illos, qui ſubuerguntur in aquis ad exeundum: Sic Maria iuuat ad exeundum de aquis carnalis concupiſcentiæ, & aliorum peccatorum ſuis orationibus, meritis, & exemplis. Iuuat inquam ſi ſe prændiderint ei fide, & dilectione, & manibus bonæ operationis, ad eius honorem, & gloriam, quod bonum eſt operantes. *Idem ibidem.*

Platanus iuxta aquas plantata affectu miſericordiæ, id eſt, iuxta peccatores fluxibiles ad vitia, nam propè eſt omnibus inuocantibus ſe in veritate. Pſal. 144. & iuxta eſt omnibus, qui tribulato ſunt corde Pſalm. 33. *Idem ibidem.*

Platanus, quia ſi platanus eſt arbor mollis, & tenera in foliis, Maria pia, & compatiens peccatoribus, quos inſtruit verbis, & exemplis in ſpiritu lenitatis, quia lex clementiæ in lingua eius Prou. 3. *Idem ibidem.*

Platanus, quia ſi platanus eſt arbor patula, quę expanſis ramis vberem facit vmbram & idoneum præbet vmbraculum calore ſolis nimio

fati-

fatigatis; Maria ſolis, id eſt, Chriſti feruorem, id eſt iram iuſtitiæ eius, & vindictę ſuis temperat precibus à peccatoribus deuotè, & fideliter exorata; & patulam ſe exhibet, peccatoribus omnes quantum in ſe eſt, parata recipere ſub ſua protectione, & omnes refrigerare malo igne exuſtos: protegit autem contra carnalem concupiſcentiam, quia Virgo: contra ventum mundanæ vanitatis, quia humillima: contra tentamenta diuitiarum, quia pauperrima: contra feruorem ſolis, quia mater Solis iuſtitiæ. *Idem ibidem.*

Platanus, quia ſi platanus ſimilis eſt viti in foliis: Maria in moribus ſimilis Filio, qui eſt vitis vera Ioan. 15. Vnde nubes, quæ aſcendebat de mari 3. Reg. 18. Quaſi veſtigium hominis dicitur habuiſſe Oſeæ. 10. Vitis frondoſa Iſrael, id eſt, Maria, fructus, id eſt, Chriſtus adæquatus eſt ei. *Idem ibidem.*

Platanus, cuius vmbra in plateis dicitur diffuſa, quoniam omnibus criminoſis, & ſub peccati onere gemẽtibus opem ſuæ protectionis porrigit, omnibus, inquam, poſt lapſum redeuntibus, & deſiderantibus viam ſalutis. *Abſalon Abbas in ſerm. de Natiuit. B. V.*

Platanus, quæ vmbram copioſiſſimam reddidit, quando lumen incorporeæ diuinitatis in ea aſſumpſit corpus noſtræ humanitatis. *Idem ibidem.*

Platanus, ſub cuius vmbra nobis pausãdum eſt, & in æſtu vitiorum refrigerium, in præſſuris fœcui vmbraculum, & in omnibus laboribus, qui vitæ huic faſtidium ingerunt quietem aſſequamur.

Platanus, cuius latitudo charitas, cuius radix ſapientia, cuius cortex humilitas, cuius ſemen fides, cuius folia ſermones. *Ern. Prag. in Mariali cap. 51.*

Platanus exaltata in plateis, id eſt, inter Prophetas, qui iuxta aquas ſcripturarum in charitatis latitudine habitabant. *Idem in Mariali cap. 49.*

Platanus, quia defendit nos à Diabolo. *Barth. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fruct. 8.*

Platanus exaltata, qui ſemper retinet viriditatem, ob virorem perfectæ caſtitatis. *D. Antoninus in ſumma 3. par. tit. 31. cap. 3.*

Platanus, quia ſicut platanus folia mollia, ac lata habet, ſic Beata Virgo fuit totaliter mãſueta, cuius verba, & opera erant latitudine ampliſſima, quæ etiam ſub alarum ſuarum latitudine, id eſt, pietatis, & poteſtatis ſubuentione ſuſcipit, ac tuetur cunctos ad ipſam confugientes, & inſtar platani ſublimatur, ac colitur à Chriſti fidelibus. *Dionyſ. Carthuſian. in cap. 24. Eccleſiaſtici.*

Platanus, cuius folia, id eſt virtutes, patula per exemplum, & ampla per meritum, & tamen plana, id eſt, humilis per deſpectum, quia quantumcumque eſſet gratia, & virtutibus plena, tamen ſe ſemper humiliabat, & deiiciebat ancillam Dei vocando. *Bernard. de Buſt. ſerm. 1. de Aſſimilat. Beatæ Mariæ.*

Platanus iuxta aquas exaltata. *Idem in Mariali ſerm. 6. Concept. Beatæ Mariæ.*

Platanus, quæ iuxta aquas diuinæ gratiæ optimè creuit. *Idem ſer. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ, & Maurit. de Villaprob. ſer. 24. Coronæ nouæ B. M.*

Platanus ſterilis per votum virginitatis, ſed per inſertionem Spiritus ſancti fœcũdiſſima; pro, duxit enim ex ſe, & protulit in vtero ſuo pomum dulciſſimum Paradiſi. *Bernard. de Buſtis ſerm. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Platanus, quę inſertione Spiritus ſancti produxit fructum dulciſſimum, pomum fragrantiſſimum Filium Dei. Platanus enim ſi inſeratur, facit valentes fructus. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 24. Coronę nouæ B. M.*

PLENITVDO diuinorum oraculorum. *Georg. Nicomed. orat. 1. de Præſentat. Beatæ V.*

Plenitudo Prophetiæ. *S. German. Conſtant. orat. 2. in Præſentat. B. Virg.*

Plenitudo perfectiſſima omniumgratiarum poſt Dominum. *Albertus Magnus in Biblia Mariæ ſuper libr. Geneſ.*

Plenitudo prophetica. *Iacobus Monach. in Mariali orat. 6.*

Plenitudo fontalis omnium bonorum. *Ern. Prag. in Mariali cap. 22.*

Plenitudo omnium bonorum poſt Conceptionem Filij. *Idem in Mariali cap. 36.*

Plenitudo cæleſtis gratiæ. *Io. Trithem. de Miraculis Beatæ V. propè Dittelbach lib. 1. c. 10.*

Plenitudo gratiæ. *B. Caſimirus Poloniæ Princeps in hymno de Beata Virg.*

PLVSQVAMABRAHAM, ex quo Patres prodierunt in mundum, ex ea enim nati ſunt ſpiritualiter omnes Patres etiam Abraham, id eſt, in fide Filij. *D. Antonin. in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 22.*

PLVSQVAM MARTYR. *D. Antonin. in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 17. quod eſt de gratia virtuali B. Mariæ Virg.*

Pluſquam Martyr, quia ſpiritualiter, & atrocius pluſquam ſancti paſſa eſt gladio paſſionis Chriſti. Alij namque ſancti, & ſi paſſi ſunt pro Chriſto in carne, tamen in anima (quia immortalis eſt) pati non potuerunt. Beata verò Dei Genitrix in ea parte paſſa eſt, quæ impaſſibilis habetur: Et tuam ipſius animam pertranſiuit gladius. Luc. 2. *D. Hieron. in Epiſt. ſiue ſer. de Aſſumpt. B. M. Virg. ad Paulam, & Euſtochium.*

Pluſquam Martyr, quia nimio amore vulnerata teſtis extitit Saluatoris, & præ mœrore in animo cruciatum ſuſtinuit paſſionis. *D. Hildephonſ. ſerm. 2. de Aſſumpt. B. M. Virg.*

Pluſquam Martyr, quia duplex pertulit martyrium, dum mortem benedicti Filij ſui vidit, & eius ſalutifero exemplo ſua membra ſanctiſſima ſuper terram mortificauit, quod genus martyrij alio illo, nimirum, quo membra cæduntur ferro, horrore quidem mitius, ſed diuturnitate eſt moleſtius, & ſicut non fuit

dolo r,

dolor, ſicut dolor ille, qui tranſiuit corpus, & membra benedicti Filij eius ſicut ipſe dicit: O vos omnes qui tranſitis per viam, attēdite, & videte ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Sic non fuit, ſicut dolor ille, qui eius viſcera virginea per compaſſionem pertranſiuit. *Idiota de B.Virg. part.12. Contempl.5.*

Pluſquam Martyr, quia in ea corporeæ ſenſum paſſionis exceſſit compaſſionis affectus. *D. Bern.ſer.de B.V.ſuper illud Apoc.Signum mag.*

Pluſquam Martyr in paſſione Filij ſui. *D. Birgitta lib.1. Reuelat. cap.52.*

Pluſquam Martyr, propter vehementiſſimum ſuæ compaſſionis dolorem, in paſſione Filij. *Dion. Carth.in Cant. art. 12.*

Pluſquam Martyr tempore paſſionis Chriſti, mente, & corpore vehementiſſimè prorſus afflicta, & dolens, in tantum, quod niſi diuinitus fuiſſet conſeruata, ſpiritum exhalaſſet. *Idem lib.4. de laud.Virg.art.18.*

Pluſquam Martyr, quia in anima propter Chriſti paſſionem nimium doluit. *Io.Trith. lib.1. de Mirac.B.Virg.in Vrticeto cap. 10.*

Pluſquam Martyr, quia eius martyrium fuit anima, & ſpiritus. *Maurit. de Villaprobata ſerm.30. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

PLVSQVAM PROPHETA, ſi enim Ioannes dicitur pluſquam Propheta, quia de eo prophetatum eſt; & quia parentes in ſua Natiuitate Prophetas quodam modo fecit: multò magis dici debet pluſquam Propheta Beata Maria, quæ copioſiſſimè, & apertè per Prophetas eſt prænunciata, à Patriarchis deſignata, & in multis generibus rerum figurata, & ipſum Ioannem conſtituit Propheta. *D. Antonin in ſum. part.4. tit.15. cap.19.*

PLVSQVAM VIRGO, quia mater fœcunda, Virgo concipiens, & Virgo pariens. *Heliand. Ciſterc.ſerm.1.de Aſſumpt. B.M.Virg.*

POCVLVM miſcens exultationem. *Andreas Cretenſ orat.2. in Annunc.*

POLLEX noſter, potenter nos in ciuitatem cęleſtem introducens. *Iacob.de Voragine in Marialiſerm.1. M.*

Pollex manus, quia potenter nos ciuitatem cęleſtem introducit. *Maurit. de Villaprobata ſer. 9.Coronæ nouæ B.Mariæ.*

POLVS conditus, ipſis Cęli axibus præſtantior, ex qua ipſa Deus perſona cum hominibus verſatus eſt, ac ex qua æterna mundo propitiatio aduenit. *S.Io.Dam.in orat.4. de Natiu. B. Virgin.*

Polus globis ornatus ſeptenis, decoris Zonis inſignis, ſpiritibus Sophiæ. *S. Ioann. Geometra in B.Virg.hymn.2.*

Polus mente plenus. *Idem ibidem.*

Polus mille oculis præditus, ſidera circum ſolem clara regens innumera charitate clarius. *Idem ibidem.*

Polus ter radians, & circum æthera pandens, immenſum, & nicidum, nec tenebras capiens. *Idem ibidem.*

Polus immobilis in Areturo cæleſti Eccleſię ijs, qui timent in mari mundi huius naufragium, prębens ſalutis portum. *Alan. Inſul. in ſerm. de Annunc. B. Virg.*

Polus arcticus, quem videre poſſunt, qui nunquam ab oriente, ideſt, ab innocentia receſſerunt. *Ern.Prag.in Mariali cap.8.*

Polus per ſecuritatem. *Barth.de Piſis lib.1. de laud. Virg. fructu 2.*

POMERIVM Domini, conſitum manu ſapientiæ omni arborum genere, ideſt, omninoda virtute. *Rich. à S.Laur.de Laud.Virg. lib.12.*

POMVM bene olens, fructus ſterili prognatus, ac diuina venuſtate decorus, canens in canticis: Stipate me malis, quia vulnerata charitate ego ſum, cuius Chriſtus puritatem decerpens intemeratam mundo fragrantem odoris ſuauitatem in epulis habuit. *S.Io.Damaſc.orat.4. de Natiuit. B.Virg.*

Pomum ſuauiſſimi odoris. *S.Ioſ.bym.in Mariali.*

Pomum virtutum. *S.Vincent.Ferrerius in ſerm.de S. Anna Matre Virg. Mariæ.*

Pomum granatum odoriferum, totum ſua dulcedine reficiens mundum. *Io.Trith. lib.1. de Mirac.B.Virg.in Vrticeto cap.6.*

PONS deferens ad Creatorem. *S.Io. Chryſoſt. in Can. S.Eliæ Prophetæ.*

Pons, per quem Deus ad homines deſcendit. *S.Proclus in orat.1.de laud. Virg.*

Pons hominibus ad Deum. *Eutichianus in vita S.Theophili.*

Pons penetrando polos. *Venant. Fortunat.elegia in laud.S.Mariæ Virg.*

Pons traducens terreſtres ad cœlum. *Andreas Cretenſis oratione 2. in Annunc.*

Pons eorum, qui fluctibus iactantur. *s.German. Conſtantinop.orat.3.de Aſſumpt. B.Virg.*

Pons inducens nos in Regnum. *s.Io.Damaſc.in Paracl. B.Virg.*

Pons tranſmittens nos ad Deum. *Idem ibidem.*

Pons ad Creatorem. *s. Io. Damaſc. Can.in Natiuit. B.Virg.*

Pons ſalutis, per quem mortales ex Inferno, in quem deciderant, aſcenſum inuenientes Chriſtum Deum vitæ largitorem, hymnis glorificant. *Idem ibidem.*

Pons vnicus mundi ad Deum traducens mortales ad vitam ſempiternam. *Idem in Offoec. Græcorum.*

Pons ſecurus Chriſtianorum. *D.Theodor.Studit. in Canone, qui canebatur in exeq. ss.Imaginum.*

Pons ad Creatorem traducens, per quem omnes ad ſalutem tranſvehuntur. *S.Ioſeph hymn. in Mariali.*

Pons ad diuinam vitam traducens eos, qui concinunt: Benedicat omnis creatura Domini. *Idem ibidem.*

Pons deducens ad Deum. *Idem ibidem.*

Pons in excelſum terrigenas deducens. *Id.ibid.*

Pons traiectu feliciſſimus, & facilliimus. *Id.ibid.*

Pons, transferens ad lucem genus humanum. *Idem ibidem.*

Pons vere tranſmittens à morte ad vitam omnes laudantes ſe. *Idem ibidem.*

Pons tranſmittens omnes ad immateriales manſiones. *Idem ibidem.*

Pons fluctuantium. *Io.Epiſc.Aretinus in Tract. de Dormit.SS.Virg.Mariæ.*

Pons traijciens populos à terra in Cœlum. *Theodor.Laſch.Imp.in Can.ad* SS.*Deiparam.*

Pons à Deo factus, quo nos à mundi fluctibus traijcientes ad tranquillum portum Dei perueniamus. *Iacob.Monachus orat.de Nat.*B.V.

Pons à Deo fabricatus, à mundi tempeſtatibus nos traijciens, & ad diuinam tranquillitatem deducens. *Iacob.Monach. in Mariali orat.* 2.

Pons liberatis à corruptione. *Em. Pal. Imper.*

Pons periculoſi huius mundani fluminis. *Bernard. de Buſtis in Mariali ſer.*12.*de Coronat.V.*

POPVLVS.*D. Bernard. ſer.*3. *ſuper ſalue Regina.*

Populus Iſrael, cuius non ſolum non premit, vel opprimit caput vnde cõgeries imminentis, ſed nec riuus prætereiens pedes attaminat incendentis, imo pede ſicco, puto veſtigio, munda vita viam prætetit huius mundi nullo vitiorum attactu laceſſita. *Philipp. Abbas ſer.* 2.*Cant.Cantic. cap.*5.

PORTA, per quam Deus in carne exoritur, ſiue porta, per quam in carnem ingreſſus eſt Deus. *S.Method. in hom.feſti Purific.*B. *Virg.*

Porta, per quam Dominus ingreſſus eſt mundũ, *D.Cyprianus in Expoſit.ſymboli Apoſtolorum.*

Porta orientalis. D.*Gregor.Thaumaturg. ſer.*3. *in Annunc.B.Mariæ. S.Io. Chryſoſt.orat. de Annunc.V.& Philippus Abbas tom.*1. *moralit. in Cantic. Canticor.*

Porta cœlorum de qua Propheta vociferatus eſt his verbis: Ecce porta clauſa, & nullus ingredietur per eam, nec egredietur, prꝛterquam ſolus Dñus, & erit Porta clauſa duci, quia Dux ipſe vocabitur, & in ipſum ſperabunt omnes gentes. *D.Epiph. in ſerm.de laud. Virgin.*

Porta, de qua ſcriptum eſt, quia Dominus pertranſibit per eam, & erit clauſa poſt partum, quia Virgo concepit, & genuit. *S. Ambroſ. lib.*1.*Epiſtolar. Epiſt. ad Syriacum.*

Porta iuſtitiæ, ſicut ipſe Dominus dixit: ſine nos implere omnem iuſtitiam. *Idem ibidem.*

Porta ſanctuarij, per quam in hunc mundum Redemptor intrauit. Ezech. 44. *Idem ibidem.*

Porta clauſa Ezechielis. *Amphiloch. in orat.de occurſu Domini noſtri Ieſu Chriſti.D. Hieronym. in Epiſtol.de Aſſumpt.*B.*Mariæ ad Paulam, & Euſtochium. Rupertus Abbas lib.* 1. *comment.in Matthæum. Petrus Bleſ.ſerm.*2. *in aduentu Domini. Abſalon.Abbas ſerm.*5. *de aduentu Domini.& S.Anton.in ſum.part.*4. *tit.*15. *cap.*20.

Porta virginea nunquam patefacta. *Amphiloch. in orat.de occurſu Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Porta Cœlorum. D. *Ephrem in ſerm.de laud.* V. S. *Io.Chryſoſt.orat.in Natiuit.*B. *Virg. Barthol. de Piſis lib.*1.*de laud.Virg.fruct.*2.*& Io.Epiſc. Aretin.in tract.de Dormit. SS. Virg.*

Porta orientalis, vt ait Ezechiel, ſemper clauſa & lucida, operiens in ſe, vel ex ſe proferens Sancta ſanctorum, per quam Sol iuſtitiæ, & Pontifex noſter ſecundum ordinem Melchiſedech, ingreditur, & egreditur. *D.Hieronym. in Anoleg. ad Pammachium pro lib. aduerſus Iouinian.*

Porta Palatij, quæ munita eſt, & intus in cubiculo Rex agnitus. *S. Io. Chryſoſt. orat.* 7. *in SS. Virg.*

Porta Paradiſi. *Idem orat. in Natiuit.*B. *Mariæ D.Seuerus Alexandrin.in lib. de ritib. Baptiſmi tom.*4.*Bibliot.PP.edition.*1. *Adam de Perſenia ſerm.in Aſſumpt.* B. *Virg. Egidius Columna expoſitione in Salut. Angelic.* Io.*Thaulerus in tract. de decem cęcitatibus cap.* 11. S. *Vincentius Ferrer.in ſerm.de Concept.SS.Virg. D. Laurent. Iuſtin.de triumphali Chriſti agone cap.*7. *& Bernard.de Buſt.ſerm.*5.*de nominat.V.M.*

Porta, quę ad orientem reſpicit, propter ingreſſum, & egreſſum Domini, in æternum clauſa Ezech.44.*S. Proclus orat.*6.*quæ eſt de laud.*B.V.*S.Io.Damaſc.in Paracl:B.M. & Alexus de Inſula in Antic. laud.lib.*5.

Porta clauſa in æternum, quia virgo ante partum, virgo in partu, virgo poſt partum. *D. Auguſt.ſerm.*14.*de Nat. Dom. qui eſt.* 18. *de tempore.*

Porta cœli. *Idem ibidem.Andreas. Creten. orat.* 3. *de Dorm.*-B.*Virg.Rich.à S.Vict. expoſit.in Cant.Cantic. cap.* 39. *Adam de Perſenia in Mariali freg.*3.*D.Laur.Iuſtin ſerm.de Natiu. SS.Virg. D.Bernard.Senenſ. tom.*3. *ſerm.*1.*de glorioſo nomine. Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſer.* 25.*Coronæ. nouæ.*B. *Virg.*

Porta Ezechielis, per quam Dominus ſolus intrat, & egreditur, quia Spiritus ſanctus impregnauit eam. *D.Auguſt.ſerm.*14. *de Nat. Domini.*

Porta Ezechielis, per quam non tranſiuit homo, quia Ioſeph non cognouit eam. *Idẽ ibid.*

Porta in domo Dei clauſa. *Idem in ſerm. de Aſſumpt.*B.*Virg.tom.* 10.

Porta ſactatiſſima perpetuo clauſa. *Idem ſerm.* 19. *ad fratres in Eremo.*

Porta ad vitam, quæ ſola vera eſt vita. *S.Sabbas Menæis Geæcorum die* 28. *Ianuarij*

Porta nemini peruia, & ſigillo quodam arcano concluſa. *Idem.in Menæis Græc.die* 17. *Ianuarij.*

Porta clauſa, per quam hominibus apertus eſt Paradiſus ille vetuſtus. *Idem in Menæis Græcodie* 20. *Ianuarij.*

Porta Creantis. *Arator ſubdiaconus lib.*1.*Hiſtoriæ Apoſtolicæ.*

Porta vera, quam peccatores pulſamus, & ſæpe aperitur, & offert preces noſtras Deo, qui ex ipſa natus eſt, & accepit peccatorũ noſtrorum remiſſionem. *Eutich. in vita S. Theophili. apud Surium tom.* 1. *die* 4. *Feb.*

Porta ad cœlos humano generi, ſub tartaro lapſo. *Venant.Fortunat.eleg.in laud.SS.Virg.*

Porta

Porta clausa, in quam intrat vir nemo, nec exit, niſi Dominus ſolus, cui quoque clauſa patent. *Idem ibidem.*

Porta clauſa, quam vidit olim Ezechiel, per quam ingreſſus eſt ille, qui eſt incomprehenſibilis vniuerſis, & egreſſus eſt cuſtodiens illius veterum immaculatum, ſicut erat etiam ante partum. *Andreas Cret. Can. 5. in partum V.*

Porta cœleſtis. *Idem in Can. de Annunc. B. Virg. 5. Io. Damaſ. in Cant. Eccleſiaſt. Græc. ſono. 1. Theodorus Laſch. Imperator. in Can. ad SS. Deiparam, & Iacob. de Vorag. in mariali ſer. 6. P.*

Porta cœlorum, de qua dixit ille Gen. 28. Quã terribilis eſt locus iſte; non eſt is aliud, quam Domus Dei, & hæc eſt porta cœli. *Andreas Cret. orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Porta impertranſibilis, quam prophetauit Ezechiel. Ezech. 44. *Idem Can. in Concept. B. V.*

Porta inacceſſibilis luminis. *Id. Can. in Nat. V.*

Porta intelligibilis, per quam ingreſſus eſt Creator noſter, eo modo, quem ipſe nouit. *Idem Can. in Dominic. Palmar.*

Porta myſtica. *Idem Can. in Sab. Sanctum.*

Porta orientalis Chriſti orientis exalto orientis. *Idem orat. 1. de Dormit.*

Porta, per quam nulli ingredi licet. *Idem Can. 5. in Partum B. Virg.*

Porta Regalis. *Idem Can. in Dominic. poſt diem 17. Decembris.*

Porta ſublata ſuper cœlos cœlorum. *Idem orat. 3. de Dormit. B. M.*

Porta Paradiſi, per quam itur ad incorruptionem. *Anaſtaſ. Antioch. orat. 2. in Annunc. B. V.*

Porta clauſa, in oriente ſita; quæ introduxit portarum clauſarum Regem. *Iſych. ſerm. 2. de laude SS. Virg.*

Porta in oriente ſita, quia lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, vtero eius proceſſit, velut è quodam thalamo regio. *Idem ibidem.*

Porta præſentis vitæ Vnigenito Dei. *Idē. ibid.*

Porta clauſa, ſoli Regi aperta. *Cryſip. in ſerm. de S. Maria Deipara.*

Porta conſiſtens ad orientem ſemper clauſa, quæ neque ante natum, neque poſt natum Filium, alterius acceſſum, vel tranſitum nouit, quia ipſe ſolus Dominus, per eam naſcendo tranſiuit, vnde & ſemper eſt clauſa, quia ſemper virgo. *D. Ildephon. lib. de virginitate S. Mariæ cap. 3.*

Porta, cuius egreſſor, & cuſtos eſt ſolus Deus, nemo cum illo ingreſſus eſt, nemo egreſſus; in adeundo eam nemo ſocius; & in egrediendo nemo ſodalis, qualiter introierit, nemo nouit, qualiter exierit egreſſio ſola cognoſcit; abſque veſte Deus, vt ita dicam ingreditur, qui vt certè dicam, carne veſtitus egreditur. *Idem ibidem cap. 2.*

Porta Dei clauſa. *Idem ſerm. 1. in Nat. B. Virg.*

Porta Domus Dei, eius in exitu clauſa. *Idem lib. de virginit. Mariæ. cap. 2.*

Porta in Domo Domini clauſa, in qua Princeps ſedit vt comederet panem coram Domino, quia Dei Filius in vtero illius nouem menſũ ſpatio moratus eſt, indeque egreſſus, & tanquam ſponſus de thalamo ſuo, vt comederet panem coram Domino, iuxta quod ipſe dixit: Meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius, qui miſit me Patris. *Idem ſer. de Aſſumpt. B. Virg.*

Porta, quæ oſtenſa eſt Ezechieli, de qua dicit: Vidi portam in domo Domini, & hæc erat clauſa, & vir non tranſiet per eam, quia Dominus Deus exercituum ingreſſus eſt per eam. *Idem ſerm. de Purific. B. M.*

Porta lucidiſſima à Deo penetrata. *Anonym. in Euceolog. ſeu Rituali Græcor. in officio funereo virorum ſæcularium.*

Porta Numinis. *Idē. in Menæis Græc. die 15. Auguſ.*

Porta pœnitentiæ. *Idem in Eucologio, ſeu Rituali Græcor. in officio communis ſupplicationis.*

Porta ſemper occluſa, & myſticè obſignata. *Idem in Eucologio, ſeu Rituali Græcorum in officio funereo in Sacerdotem vita functum.*

Porta Solis ex alto progreſſi. *Idem in Menæis Græcor. die 4. Ianuarij.*

Porta vnica, per quam Chriſtus ad redimendũ genus humanum tranſiuit. *Idem in Menæis Græcorum die 10. Februarij.*

Porta ad orientem reſpiciens, ex infecundo ſterilis vtero, ex promiſſione partu edita, Deoque in habitaculum conſecrata. *Georg. Nicomed. idiom. in feſto præſentat.*

Porta Dei Ezechiel. 44. *Idem in orat. de exitu SS. Dominæ noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Porta, quę percipitur intelligentia, per quam cum ſolum tranſiſſet Dei Verbum, obſignatam conſeruauit, ſicut nouit. *Idem ibidem.*

Porta Regis, in ſua Conceptione fixa, per quam nulli tranſitus patet; ei quidem mirabili quadam ac cogitatu maiore ratione per eam tranſituro præparata, nobis autem peruias Cæli portas præuiè efficiens. *Idem orat. 1. de Conceptione Beatæ Virg. Mariæ.*

Porta vitæ immortalis. *Idem orat. in SS. Martyres Coſmam, & Damianum.*

Porta cęlorum, per quam vnus tranſiuit cælorum Dominus, nemini ſecum, aut ante ſe patere eius aditum paſſus. *S. Germ. Conſt. ſer. in Natiuitate Beatæ Virg. Mariæ.*

Porta, de qua dixit Dominus ad Ezechielem: Porta hęc clauſa erit, & non aperietur, & nemo tranſibit per eam, & erit porta clauſa. *Idem ibidem.*

Porta Emanuelis clauſa, reſpiciens ad orientem. *Idem orat. 1. in Præſentat. Beatæ V. M.*

Porta magni Regis vndequaque munita. *Idem orat. in Annunciat. Beatæ Virg.*

Porta ad orientem extructa, per quam Chriſtus ingreditur, & egreditur. *S. Ioan. Damaſc. orat. 1. de Natiuit. Beatæ Mariæ Virg.*

Porta Dei, per quam tranſiuit Conditor incarnatus ſigillatam illam cuſtodiens. *Idem in Octoec. Græcorum.*

Porta diuinæ lucis, diſſipans caliginem peccatorum. *Idem ibidem.*

Porta imperuia, per quam Chriſtus Dominus pertranſiuit. *Idem in Can. SS. Deip.*

Porta inuia Domini. *Idem in Octoec. Græcor.*

Porta ornatiſſima, ac lucidiſſima orientis, qui apparuit ex alto ſuper terram, mundum illuminans radijs puritatis, & fidelibus perenniũ miraculorum ſplendores emittens. *Idem Can. in SS. Coſm. & Damian.*

Porta, per quam tranſiuit Dominus Deus mirabilium, Deus Patrum noſtrorum. *Idem Can. in Natiuitate Beatæ Virg.*

Porta rota lucida Solis. *Idem Can. in SS. Coſm. & Damian.*

Porta concluſa. *Idem ibidem.*

Porta Dei, diuinos ſplendores oſtendens miſerę animæ noſtrę, in quos ingredianur cum confeſſione, & malorum noſtrorum expiationem accipiamus. *Idem in Paracl. B. V. M.*

Porta Dei, perpetua virginitate prædita. *Idem orat. 1. de Natiuitate B. Mariæ V.*

Porta diuinæ lucis, animarum noſtrarum tenebricoſam noctem immarcrialibus lucis ſuæ fulgoribus illuſtrans. *Idem in Paracl. B. V.*

Porta diuinæ lucis illuminans animas noſtras. *Idem ibidem.*

Porta Ezechielis clauſa, Domino peruia, neque tamen aperta, quemadmodum idem Ezechiel propheticò ſpiritu prędixit. *Idem in or. 1 de Aſſumptione Beatæ Vig. Mariæ.*

Porta gratiæ, quæ hominibus cęleſtem portam aperuit. *Idem in Paraclet. B. V.*

Porta imperuia quę ducit ad Deum, pœnitentię portas aperiens nobis. *Idem ibidem.*

Porta lucifera, luce inoccidua in ſe ſuſcepta illuminans eos, qui cum fide clamant ad eam: Benedictus fructus ventris tui. *Idem ibid.*

Porta lucis, aperiens portas animę noſtræ, peccati occludendo aditus, ne nos apprehendat manus crudelis inimici, quę nos ad exitium atque horribile ſupplicium deducat. *Idem ibidem.*

Porta lucis, aperiens nobis lucidas portas pœnitentiæ, & voluptatum aditum occludens precibus ſuis. *Idem ibidem.*

Porta lucis, illuminans animam noſtram paſſionibus obcæcatam, & prauis cogitationibus obſcuratam, & in diſcrimine poſitam. *Idem ibidem.*

Porta lucis, illuminans cor noſtrum malitia excæcarum, & non ſinens nos obdormire in mortem, dum cogitationum immundarum tenebris aſſidue oſtundimur. *Idem ibidem.*

Porta lucis, illuminans oculos cordis noſtri peccati tenebris excæcatos, & diuinarum illuſtrationum capaces efficiens. *Idem ibidem.*

Porta lucis, illuminans oculos cordis noſtri, quos profundiſſimę peccati tenebræ obſcurauerunt, & pœnitentiæ radium immittens nobis. *Idem ibidem.*

Porta lucis, illuminans oculos cordium noſtrorum, & paſſionum prauorumque affectuum nubes, & profundas tenebras expellens. *Idem ibidem.*

Porta lucis inacceſſibilis, diuino ſplendore ſuo illuminans animam noſtram, vitæ calamitatibus, & malarum cogitationum nigredine obtenebrata. *Idem ibidem.*

Porta lucis, luce ſua veſperis neſcia diſſipans graues tenebras animę noſtrę, & lucidas pœnitentiæ vias oſtendens nobis, vt per eas incedentes, peccati caliginem effugiamus. *Idem ibidem.*

Porta lucis, nobis affulgens puriſſimis pœnitentiæ radijs, & peccatorum noſtrorum nebulas diſſipans. *Idem ibidem.*

Porta lucis, portas lucis aperiens nobis, ne nox peccati cooperiat nos. *Idem ibidem.*

Porta, per quam intrauit, & exiuit Deus, figillatam illam relinquens. *Idem ibidem.*

Porta, per quam prodijt lux omnia illuminans. *Idem in Menæis Græcorum die 18. Ianuarij.*

Porta, quæ ad orientem reſpicit, ex qua virę oriens, morris occaſum ab hominibus expulſit, per quam Dei pes pertranſijt, & virginitatis claues retinuit. *Idem orat. 4. de Natiu. B. V.*

Porta ſalutaris, eiectis ex ędę; per eam enim nobis omnibus meliora promanant. *Idem in Paracl. Beatæ Virginis M.*

Porta ſalutaris eorum, qui per fidem ſaluantur. *Idem ibidem.*

Porta ſalutifera, per quam ſolus Factor omnium tranſiuit. *Idem ibidem.*

Porta Solis iuſtitiæ, oriri faciens nobis radium pœnitentię, & diſſipans nubes prauarum cogitationum. *Idem ibidem.*

Porta Verbi diuini, aperiens nobis portas pœnitentiæ, & ſuſcipiens nos confugientes ad ſe. *Idem ibidem.*

Porta virginalis, ex qua, & per quam, qui eſt ſuper omnia Deus, in orbem terrarum corporali ratione ingreſſus eſt. *Idem in orat. 1. de Natiuitate Beatæ Virg. Mariæ.*

Porta virę ſemper aperta. *Idem in Paracl. B. V.*

Porta Ezechielis, quę bene monſtratur clauſa, quia Virgo ſemper manſit intacta, per quam vir non tranſijt, ſed Dominus Exech. 43. *Ratramnus Corbeien. in opuſc. de Partu B. Virg.*

Porta clauſa, ab Ezechiele viſa, per quam tranſiuit Ieſus, qui habitauit in vtero eius, & carnem accepit ex ſanguinibus eius, ſine vlla permixtione, aut confuſione. S. *Ioſeph hymnograph. in Mariali.*

Porta cæleſtis, per quam clauſa eſt ianua, quæ introducebat ad mortem. *Idem ibidem.*

Porta celeſtis, per quam omnes peccatores in atria indulgentię ingrediuntur. *Idem ibid.*

Porta cæleſtis, per quam peccatoribus vniuerſis indulgentię aperiuntur, & patent ingreſſus. *Idem ibidem.*

Porta cæleſtis templi portas expandens. *Idem ibidem.*

Porta Dei, à Propheta prænuiſa, per quam ipſe

Deus

Deus modo ſibi tantum viſo traſiuit. *Idem ibidem.*

Porta Dei clauſa, per quam ſolus Dominus tranſiuit, deducens nos in ſemitas diuinas, & ſalutis portas aperiens nobis. *Idem ibidem.*

Porta Dei clauſa, per quam ſolus intrauit Altiſſimus, dirigens nos in vias Cęli, & aperiens nobis ſalutis portas.. *Idem ibidem.*

Porta diuina, per quam Dominus tranſiuit. *Idem ibidem.*

Porta diuinæ gloriæ, à portis inferni eruens miſerabilem animam noſtram. *Idem ibid.*

Porta ducens ad diuinum introitum. *Idem ibid.*

Porta ferens ad ingreſſum diuinum. *Idem ibid.*

Porta gratiæ, quę hominibus cęli portam aperuit, aperiens nobis patenter portas pœnitentię, & à portis mortis liberans nos. *Idem.*

Porta impenetrabilis, pœnitentiæ portas aperiens nobis. *Idem ibidem.*

Porta imperuia, per quam tranſitur ad Deum. *Idem ibidem.*

Porta ineffabiliter efferens Solem iuſtitię, qui corda noſtra diuinis ſplendoribus illuminat. *Idem ibidem.*

Porta luciſera, ab Ezechiele prędicta, per quam tranſiuit lux vera Chriſtus Deus noſter. *Idem ibidem.*

Porta lucis benedicta, atque omnimoda puritate exornata, diſſoluens cordi noſtro circumfuſam nubem, atque euibrans in nos radium veræ pœnitentiæ, vt ſicut in die honeſte ambulemus in præceptis Dei. *Idem ibid.*

Porta lucis, cor noſtrum illuſtrans luce diuina, peccati tenebras depellendo. *Idem ibid.*

Porta lucis diuinæ, illuminans animas noſtras. *Idem ibidem.*

Porta lucis fulgida, à Propheta prædicta, lucis enim datorem nobis ſimilem factum ineffabili ratione peperit. *Idem ibidem.*

Porta lucis illuminans animam noſtram ab affectibus excæcatam, prauiſque cogitationibus obtenebratam, ac periclitantem. *Idem ibidem.*

Porta lucis, illuminans animam noſtram paſſionum caligine excæcatam, prauiſque cogitationibus obſcuratam. *Idem ibidem.*

Porta lucis, illuminans animam noſtram, quam inimicus peccatorum tenebris obſcurauit. *Idem ibidem.*

Porta lucis, illuminans cor noſtrum à malitia excæcatum, & non ſinens nos obdormire in mortem, qui ſemper impurarum cogitationum tenebris obuoluimur. *Idem ibidem.*

Porta lucis, illuminans oculos cordis noſtri, & procul repellens profundiſſimas peccati tenebras ex infelici anima noſtra. *Idem ibidem.*

Porta lucis, illuminans oculos cordis noſtri peccati tenebris obcæcatos, capaces faciens eos diuinarum illuſtrationum. *Idem ibidem.*

Porta lucis, illuminans oculos cordis noſtri, quos denſiſſimæ peccati tenebræ obſcurauere, & emittens nobis pœnitentiæ radium. *Idem ibidem.*

Porta lucis intellectualis, lumine vultus ſui illuſtrans nos iacentes in tenebris paſſionum, ne nox mortis comprehendat nos, quæ irritas reddat ſpes ſalutis noſtræ. *Idem ibidem.*

Porta lucis intelligibilis, luce ſua illuſtrans nos, qui in huius vitæ nocte cæcitate laboramus, ac fluctibus iactamur peccatorum. *Idem ibid.*

Porta lucis, oriri ſuper nos faciens radium diuinæ cogitationis, cum tenebris ignorantiæ grauiter oppreſſi ſimus. *Idem ibidem.*

Porta lucis, quæ ex incorruptis viſceribus eius effulſit, vibrans in nos illuminatiuos pœnitentiæ radios, & diſſipans peccatorum noſtrorum tenebras. *Idem ibidem.*

Porta lucis ſpiritualis. *Idem ibidem.*

Porta luminis, quæ lucem diuinam, atque immaculatam in lucem edidit. *Idem ibidem.*

Porta, quæ aditum fecit ad vitam. *Idem ibid.*

Porta, per quam ad nos Dominus deſcendit ſupernaturali modo, gignens orientem, & ſolem, & lucem myſtice aduocatam, atque accerſitam, Deum ſcilicet hominem natura duplici prædituin. *Idem ibidem.*

Porta, per quam nulli hominum conceditur via, aperiens nobis verè pœnitentiæ portas, & oſtendens nobis ſemitam ſalutis. *Idem ibid.*

Porta, per quam nulli patet aditus, & ſolus Creator tranſiuit, ſicut ipſe ſolus nouit, reſeruans eam clauſam, quemadmodum erat ante partum. *Idem ibidem.*

Porta, per quam nulli tranſitus patet, pœnitentiæ portas aperiens nobis, & in vias rectas dirigens nos. *Idem ibidem.*

Porta, per quam ſolus Chriſtus Deus pertranſiuit ſaluans genus humanum. *Id. ibid.*

Porta ſalutaris pœnitentiæ, portas aperiens nobis, & à peccati portis liberans nos, cuſtodiens nos diuina potentia ſua. *Id. ibid.*

Porta ſolis gloriæ. *Idem ibidem.*

Porta ſpiritualis lucis, per quam ingreſſus eſt ad nos Chriſtus, ſpecioſus appareus, ſplendoribus diuinitatis occultatis, in ſtola carnis inuiſibilis vt Deus, in forma autem noſtra viſibilis. *Idem ibidem.*

Porta vnica, per quam Verbum ſolum pertranſiuit, quæ vectes, & portas inferni arcu ſuo contriuit. *Idem ibidem.*

Porta, de qua ſcriptum legitur Ezech. 44. Porta hæc clauſa erit, & vir non tranſiet per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa principi; Deus namque veram ex Virgine ſuſcipiens carnem, perfectionem ex ea humani corporis ſumpſit, virginitatis ei gratiam non ademit. *Enricus hom. in feſto Purificat. B. M. V.*

Porta clauſa, quia ſemper fuit clauſa peccato cogitationis, peccato locutionis, & peccato operationis, & ideo ſcribitur: Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. *Idiota de Beata Virgine par. 13. Contempl. 2.*

Porta Cæli, per quam cæli Rex venit in mundum, ideo canitur de ea: Tu Regis alti Ianua. *Idio-*

*ta de Beata Virg. par.14.Contempl.33.*

Porta Cęli reſpiciens ad orientem,per quam factum eſt admirabile commercium,& terrena fuerunt cæleſtibus ſociata. *Idem ibid.*

Porta lucis,per quam egredimur à tenebris culpæ,& pœnę, & totius miſeriæ, & ingredimur ad lucem,quę eſt Chriſtus, & ad lucem gratiæ, & virtutis & meritorum, & beatitudinis æternæ. *Idem ibidem.*

Porta lucis, per quam verus Sol inſtitiæ terram, id eſt Eccleſiam illuſtrauit, & fidelem animam radijs gratiarum, vnde dicitur de ea: Porta lucis fulgida. *Idem ibidem.*

Porta orientalis,per quam ingreſſus eſt in mundum vetus oriens,id eſt Chriſtus,& per quam nobis oritur gratia, & patet acceſſus ad verum orientem, qui ortus eſt ex ea. *Idē ibid.*

Porta Templi, quę dicebatur ſpecioſa,ad quam debemus ſedere exemplo illius claudi, quem ſanauit ibi Beatus Petrus dicent ei. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Act. 3. hæc namque duo ſummè ſunt nobis neceſſariæ, ſcilicet ſurgere à peccato, & ambulare de virtute in virtutem paſſibus fidei, & bonorum operum. *Idem ibidem.*

Porta ter clauſa, id eſt ante partum, in partu,& poſt partum. *Idem de B.V.par.8.Contempl.7.*

Porta clauſa virginitate,è porta ſterilitate clauſa egreſſa,vni regi ſeruata ad permanendum, ex qua is progrediens ineffabiliter, & admirabiliter ad ſe ſe conuertit eos, qui malè auerſi erant. *Leo Imperator in orat. de Natiu. Beatæ Mariæ Virg.*

Porta, quæ ſoli Regi ad ſalutem noſtram procurandam ingreſſuro prępparata eſt, & deſtinata,clauſtris venerandæ virginitatis ſuę immotia. *Idem in orat.de Aſſumpt.B.M.V.*

Porta peruia ſimul,atque clauſa. *Ioan. Geometra ſerm.in Annunciat.SS.Dei Genitricis.*

Porta orientalis, ſemper clauſa in domo Domini, quæ tamen Deum Iſrael admiſit, & emiſit. *Guarricus Abbas ſerm.3. de Annunciat. Beatæ Virg. Mariæ.*

Porta ſanctuarij, perenniter clauſa. *Idem ſerm.2 de Annunciat. B. Mariæ Virg.*

Porta cæli peruia. *Herm.Contractus, in Antiphona Alma Redemptoris.*

Porta illa,de qua Ezechiel teſtatur dicens:Conuerti me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad oriętem,& hæc erat clauſa.Et dixit Dominus ad me: Porta hęc,quam vides clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſiet per eam, & ſemper erit clauſa: verè ſemper clauſa, quia sēper incorrupta,incorrupta ante partum, incorrupta poſt partum, concipiens virum, neſciens virum. *D. Petr. Damian. hom.in Natiuit.B. Virg. Mariæ.*

Porta miſericōrdiæ. *Idem ſerm. de Annunc. Beatæ V.M. D. Bernard.in Concept.V.M. & Dionyſ. Carthuſ.lib.3. de laud.V. ar.21.*

Porta templi clauſa. *D.Petr.Damian.in Carminibus in Aſſumpt.Beatæ Mariæ, & Goffrid. Abbas ſermone 4. in Natiuitate Domini.*

Porta Chryſtallina.S.*Anſelmus Luc.ſuper Ave Maria.*

Porta in domo Domini clauſa,quam Dominus intrauit, & exiuit, & clauſam reliquit, quia virgo ante partum, & poſt partum. *D. Bruno Carthuſian. ſerm.1. de laud. Beatæ M.V.*

Porta apud Ezechielem cap.40.quę reſpiciebat ad viam orientalem, & ecce gloria Dei Iſrael ingrediebatur; hęc enim reſpexit ad viam orientalem, quia quicquid ipſa fuit,quicquid in ea actum eſt, nil aliud, quam diuini luminis indicauit actionem. *Guibert. Abbas in lib.de laud. Beatæ Mariæ cap.4.*

Porta Atrij interioris, per cuius pręcordialem amorem, ac puriſſimę fidei excurrimus intellectum, qui ipſius fidei fructus eſt,ex quo ſentimus quomodo ſub eadem perſona, & quid Deus, & homo eſt. *Idem ibidem.*

Porta Atrij interioris, quę non tam prius,quam omnium excellentius ad ſummam Dei notitiam intromiſſa eſt, & quo ipſa Spiritu ſenſit per eundem id ipſum nobis ſeutire cauſas dedit. *Idem ibidem.*

Porta, cuius limen ſumma eſt virginalis obedientia, in qua Princeps tunc ſteterit,cum per diuinitatis potentiā,quæ motis omnibus sēper ſtat, virginem ſe fęcundaſſe,& quomodo per Spiritum ſanctum fœcundauerit, virginemque dimiſerit,ipſe monſtrauit. *Idem ibid.*

Porta,de qua dicitur Ezechielis 46.Non claudetur vſque ad veſperam. Porta enim iſta vſq; ad veſperam non clauditur, quia clementię eius aditus vſque in finem ſęculi,nulli piè petenti obſtruitur. *Idem cap. 6.*

Porta Ezechielis, quę clauditur ſex diebus, in quibus opus fit, quia conceptionis eius myſterium, ex qua introitus ad vitam homini patuit,omnem in præſenti ſęculo naturam, quod ſignificare ſex dies aſſolent latuit. *Idem capite 4.*

Porta Ezechielis, teſpiciens ad Orientem, quia quo nullus mortalium, imò nulla creaturarū rationalium vix ſcintillare pręualuit,illuc iſta in Deum videlicet Auctorem luminis liberrimè mentem fixit.*Idem ibidem.*

Porta Ieſu Domini,per quam iuſti intrant;nulli enim iuſtitiam aſſecuntur, niſi per fidem Incarnationis eius introeant. *Idem cap.6.*

Porta, per quem Deus ad nos ingreditur. *Idem ibidem cap. 4.*

Porta, qua fidei myſteria deteguntur. *Idem ibidem.*

Porta,ſuper cuius limen princeps ille apud Ezechielem aderat, qui non ſuper liminare dignitatis, ſed limen eius humilitatis, quod omnibus eſt peruium adorantes, id eſt in omnimoda veneratione habentes inſpirat: hoc enim plane Deus iure facere dicitur, quod fiendum alijs adminiſtrat. *Idem c.6.*

Porta Cæli, ex qua mundo lux eſt orta. *Goffridus Abbas in orat. ad Matrem Domini.*

Porta

Porta clauſa. *Hugo de S. Victore lib. 4. de Proprietatibus, & Epithetis rerum cap. 2. D. Bonau. in Pſalterio minori B. V. Quinquag. 2. & D. Laurent. Iuſtin. in lib. de Caſto connubio Verbi, & animæ cap. 9.*

Porta clauſa, ante partum, & poſt partum. *Rupert. Abbas lib. 2. Comment. in Ezechiel, 32.*

Porta clauſa Principi, id eſt ad opus, vel ad honorem Principis; Princeps enim magni Principatus, qui eſt in forma Dei, ledit in ea. *Idem lib. 2. in Comment. in Ezech. cap. 32.*

Porta cæli, per quam Dominus noſter, paruulus propter nos factus, egreſſus eſt. *Idem lib. 3. de diuinis officijs cap. 18.*

Porta maxima cæli, per quam ad nos Verbum Dei, caro factum, de cælo deſcendit. *Idem lib. 3. de diuinis officijs cap. 13.*

Porta reſpiciens ad orientem, & verum in ſemetipſa ſuſcipiens Solem iuſtitiæ. *Idem lib. 2. Commentar. in Ezech. cap. 32.*

Porta ſanctuarij exterioris ab Ezechiele viſa, per quam primo patuit ianua ſanctuarij interioris, ſanctuarij cæleſtis, quod erat extra nos, extra quod eramus nos. *Idem ibidem.*

Porta Ezechielis. *D. Bern. ſer. 3. ſuper Salue Reg.*

Porta, qua ad nos intrauit ſalutis antidotum. *Idem ſer. 2. in Annunciat. B. M.*

Porta. *S. Petrus Mauritius Cluniacenſis Proſa in honorem Matris Domini.*

Porta clauſa, & bene munita; nullum enim acceſſum inuenit inimicus, nullum omnino foramen, clauſa erat, & ſignata ſignaculo caſtitatis, quæ per ingreſſum Domini non fracta, ſed potius magis ſolidata, & firmata eſt; quia ille, cuius muneris eſt virginitas, per præſentiam ſuam non abſtulit virginitatem, ſed magis confirmauit. *B. Aelred. ſerm. 1. in Aſſumptione Beatæ Virg.*

Porta orientalis, nam ſi porta, quæ ſolet eſſe aduerſus orientem, primo recipit claritatem ſolis: Beatiſſima Virgo, quæ ſemper reſpiciebat aduerſus orientem, ad claritatem ſcilicet Dei, primo ſuſcepit in ſe radium, imò totam plenitudinem claritatis illius veri ſolis, ſcilicet Filij Dei, de quo ait Zacharias Propheta. Luc. 1. Viſitauit vos oriens ex alto. *Idem ibidem.*

Porta, in qua nobis erit Chriſtus, vir Eccleſiæ, cum ſederit ad iudicandum cum ſenatoribus terræ. *Rich. à S. Victore expoſit. in Cantic. Canticorum cap. 39.*

Porta iudicij. *Idem ibidem.*

Porta ſemper obſerata, ſoli Regi peruia. *Idem expoſitione in Cant. Cantic. cap. 42.*

Porta, per quam in noſtram Deus inhumanatus ingreſſus eſt Ciuitatem, id eſt Eccleſiam. *Petrus Bleſ. ſerm. 2. in Aduent. Dom.*

Porta clauſa propter virginitatis integritatem. *Idem ſerm. 38.*

Porta ſanctuarij. *Idem ibidem.*

Porta, ad quam venit Dominus egreſſus de Samaria, quia ipſe in mente aperta per fidem, & in corpore clauſa per caſtitatem, ſine pollutione eum munda concepit, & ſine læſione integra generauit. *Adam Præmonſtratenſis lib. 1. ſerm. 16.*

Porta oriẽtalis in Ezechiele reſpiciens ad orientem, quia in ea Chriſtus ſuum ſine omni violatione & ingreſſum habuit, & egreſſum, & per eam nos introitum habemus ad Regnum. *Idem ibidem.*

Porta reſpiciens ad orientem, id eſt ad Dominum Chriſtum, qui eſt verus oriens, & ei ſoli placeat in interna intentione. *Idem ibidem.*

Porta reſpiciens ad orientem, id eſt, ad opus ſanctitatis, vt illud pro Chriſti nomine exerceat in conuerſatione. *Idem ibidem.*

Porta ſancta, & perpetua, vt dictum inuenitur in Ezechiele cap. 44. quia porta hæc clauſa erit, & non aperietur, quia ipſa ſemper, & ante partum incorrupta, poſt partum manſit illeſa. *Idem ibidem.*

Porta duodecima ciuitatis Dei. *Henricus Clareual. Tract. 11. de Peregrinante ciuit. Dei.*

Porta luce clarior, per quam totius multiformis benedictionis, velut cæleſtis cuiuſdam vnguenti, ex varijs ſpeciebus à cæleſti Pigmentario confecti plenitudo, ad nos tranſfuſa eſt; vnde & ab angelo dicta eſt in mulieribus benedicta, non ſolum, quia Euæ maledictio per eam eſt in benedictionem conuerſa, ſed quod etiam, ea mediante, ſpiritualem à Deo accipere meruimus benedictionem. *Idem ibidem.*

Porta lucis, quæ igne charitatis ſuecenſa, ciuitatem noſtram purificare, iucundare, illuminare fumo excellentiſſimę ſuæ opinionis non ceſſat, meritis purificans beneficijs, iucundans exemplis, eam illuminans, & inflammans. *Idem tract. 12. de Peregrinante Ciuitate Dei.*

Porta noſtra ad Filium, interim incarnationis eius, & ciuitatis ſuæ peregrinantis myſteria reuelando; tandẽ ad ciuitatem regnantem; & triumphantem in cælis poſtLię limpitudinem accedentibus, non Rachelis, ſuam, & Filij ſui pulchritudinem, ſine ſpeculo, & enigmate reuelata facie oſtendendo. *Idem Tract. 11. de Peregrinante ciuitate Dei.*

Porta omnium fidelium ad Chriſtum accedentium, introducens ad fidem teſtimonium fidei perhibendo. *Idem ibidem.*

Porta orientalis, per quam ipſis etiam Apoſtolis primo noſtræ redemptionis primordia patuerunt; à quo enim melius, quæ de noſtri Redemptoris infantia ſcripturi, & prædicaturi erant in vniuerſo mundo, ac fidelius potuerunt addiſcere, quam ab ea, quæ omnia viderat, & audierat, & manibus ſuis tractauerat firmiter conſeruauerat, conferens in corde ſuo? vnde eis, niſi per eam innotuit angelicum illud: Aue mundo tam ſuaue? Vnde tota ipſius Angelicæ ſalutationis ſeries, cuius ſingula verba, velut cuiuſdam diuinæ Epiſtolæ per Angelum allatę, ſed Spiritu ſancto di-

ctante

ſtante, oracula ſunt diuina, vnde ipſius reſponſio Virginis, & ipſius Angeli, qualiter quæ dicta erant ab eo fieri deberent inſtructio, & conceptus Eliſabeth, tam prænunciatio angelica facta ad Zachariam, quam annunciatio edita ad Mariam? vnde Mariæ aſcenſio ad montana, & ad ſalutationem eius, propheticum Eliſabeth reſponſum, & ipſius Mariæ canticum, non magis propheticum, quam profundum? vnde tandem Domini noſtri ſtupenda, & veneranda ipſiſque cæleſtibus miranda natiuitas, pannorum inuolutio, reclinatio in præſepium, anguſtia diuerſorij, angelica apparitio ad paſtores, euangelizatio magni gaudij, quod foret omni populo, hymni Angelici decantatio glorioſa? hęc omnia Maria conſeruans, & conferens in corde ſuo, portam ſe clauſam vſque ad octauum Circumciſionis diem mundo exhibuit, quæ iam Spiritu ſancto reſerata, Filio Dei patuerat, & non ſoli Gabrieli, ſed etiam multitudini cæleſtis exercitus patefacta luce clarius reſplendebat: hæc etiam octauo Filij ſui die mundo cæpit ſenſim aperiri, ne ſi ſubito totam ſe aperiret, oculis minus ſanis, non tam lucem fulgore, quam cæcitatem inferret. *Idem ibidem.*

Porta patens paſtoribus ad Saluatorem mundi accedentibus. *Idem ibidem.*

Porta, qua nihil glorioſius in tota ciuitate Domini apparet, præter eum, qui ipſius portæ, & ciuitatis fundamentum eſt, & fundator, initium, & finis, conditor, & dominator. *Idem ibidem.*

Porta Saluatori mundi mundum intranti. *Idem ibidem.*

Porta orientalis clauſa, ſolique Principi in ingreſſu, & egreſſu ſanctorum peruia. *Petrus Cellenſis ſerm. 5. in Annunc.*

Porta orientalis, per quam ſolus Princeps ingreſſus eſt. *Idem ſerm. 6. de Aduentu.*

Porta, per quam Chriſtus ingreſſus eſt mundum ad noſtram redemptionem. *Idem ſerm. 1. de Aſſumptione Beatæ V.*

Porta clauſa non propter ſolam pudicitiam, ſed propter perfectam ſanctitatis, & iuſtitiæ cuſtodiam, & propter carentiam omnis offenſionis, quia ita cuſtoditum eſt corpus eius, & cor eius omni cuſtodia, vt ex vlla vnquam parte intrare potuerit in eam peccati macula à tempore primæ ſanctificationis. *Helinan: Ciſtercienſis ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Porta in domo Domini clauſa. Ezech. 44. *Innocent. PP. III. ſerm. 3. in Natiu. Domini.*

Porta filiæ multitudinis, quia multitudo fidelium per eam intrabit cæli palatium. *Honor. Auguſtod. in ſigillo Beatæ Mariæ.*

Porta, per quam clauſam Rex cælorum ad nos intrauit in mundum. *Idem ibidem.*

Porta, per quam nulli patuit via. *Theod. Leſch. Imperat. in Can. ad SS. Deiparam.*

Porta anguli Ierem. 31. duo enim parietes è diuerſo venientes faciunt angulum; valde enim è diuerſo veniebãt virginitas, & maternitas, ſi quis attendat naturam, ſed per Dei gratiam in ipſam concurrentes, vnitæ ſunt, & in occurſum virginitatis, & maternitatis ipſa facta eſt porta anguli, & ianua paradiſi; per quam portam ille ingreſſus eſt in Rrgionem noſtram, qui eſt angulus duorum populorũ; & ſicut vbi porta in angulo eſt, non toti concurrunt parietes, ſed partes parietum: ſic in Maria non totæ concurrerunt virginitas, & maternitas, quia quaſi pars virginitatis eſt ſterilitas, quaſi pars maternitatis corruptio, quę non concurrerunt in Virgine noſtra, ſed de virginitate integritas, de maternitate fœcunditas, quia optimam partem elegit Lucæ 10. *Richar. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 11.*

Porta aquarum 2. Eſdr. 3. propter abundantiam gratiarum, & donorum, vel propter multitudinem lachrymarum Filio patiente. *Idem de laud. Virg. lib. 10.*

Porta clauſa Ezech. 44. quia clauſa fuit ſemper peccato cogitationis, peccato loquutionis, peccato operationis, & hoc eſt, quod ſub appellatione ciuitatis Hieruſalem dicit de ea Apoc. 21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum per conſenſum in cogitatione, & facieus abominationem in operatione, & mendacium in loquutione. *Idem de laud. Virginis lib. 3.*

Porta clauſa occaſionibus peccatorum Ezech. 44. Ideo ſicut dicitur; nam primo non adijciet, vt pertranſeat per eam Belial, ſed vniuerſus interijt, quia ipſa contriuit caput ſerpentis Gen. 3. id eſt etiam initium tentationis. *Idem de laud. Virg. lib. 6.*

Porta clauſa Principi, id eſt ad honorem principis, id eſt Chriſti, cui clauſa dicitur, quia ad hoc, vt ſolus ſederet in ea, ſicut dicitur Ezechielis 44. omnibus alijs clauſa fuit. *Idem de laud. Virg. lib. 10.*

Porta clauſa principi, id eſt peccato, quod principatur in quibuſdam, contra quod Apoſtolus ad Roman. 6. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. *Idem ibidem.*

Porta clauſa principi Chriſto intranti, ſcilicet, & exeunti, ſicut radius ſolis intrat, & exit per vitrum, ſine ſui, & vitri corruptione. *Idem de laud. Virg. lib. 1.*

Porta cęli, qua cæli Rex venit in mundum, de qua Gen. 28. Terribilis eſt locus iſte, vere non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cœli. *Idem de laud. Virg. lib. 10.*

Porta, de qua dicitur Exech. 46. porta atrij inferioris, quæ reſpicit ad orientem, erit clauſa ſex diebus, in quibus opus fit, die autem Sabbati aperietur, quia Maria clauſa fuit ad humanam peccandi conſuetudinem: aperta vero ad introducendos nos in requiem, & pacem pectoris in præſenti, & in futuro in æternam requiem, & in illam pacem, quæ eſt ſempter duratura. *Idem ibidem.*

Porta

Porta Eccleſiæ, quia niſi per illam non intrant fideles ad vitam. *Idem de laud. Virg. lib.* 7.

Porta equorum 2. Paralip. 23. ob prædicationē, & doctrinam, quam docuit Apoſtolos, qui fuerunt equi Domini. Vnde Habac. 3. viam feciſti in mari equis tuis, id eſt mundo. *Idem de laud. Virgin, lib.* 10.

Porta Ezechielis, clauſa principi, quia nullis patuit tentationibus Diaboli, qui dicitur princeps mundi Ioann. 14. *Idem ibidem.*

Porta Ezechielis, in qua princeps ipſe, ideſt, Deus ſedit, & non alius per aſſumptæ carnis humilitatem; ſicut enim qui ſedet in parte proſtratus eſt, & parte erectus, ſic Dei Filius in natura humana proſtratus, in diuina fuit erectus. *Idem ibidem.*

Porta fontis, 2. Eſdr. 2. ob virginitatem, vel quia ipſa eſt fons ſignatus, vel quia fidelibus, & puris maximè patet. *Idem ibidem.*

Porta Hieruſalem ciuitatis ſuperne, de qua dicit Ezechiel. 44. Conuerti me ad viam portæ ſanctuarij exterioris, quæ reſpiciebat ad orientem, & erat clauſa, & dixit Dominus ad me: Porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & vir non tranſibit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, eritque clauſa principi. *Idem ibidem.*

Porta lucis, quia per eam egredimur à tenebris culpæ, pœnę, & totius miſeriæ, & ingredimur ad lucem, quæ Chriſtus eſt, & ad lucem gratiæ virtutum, & meritorum, & beatitudinis æternę. *Idem ibidem.*

Porta lucis, quia per eam verus Sol iuſtitiæ totam illuſtrauit, & illuſtrat Eccleſiam, & fidelem animam radijs gratiarum, vndè dicitur: Et porta lucis fulgida. *Idem ibidem.*

Porta orientalis, quia per eam ingreſſus eſt in mundum verus oriens, id eſt, Chriſtus, & per eam oritur in nobis gratia, & patet acceſſus ad verum orientem, qui ortus eſt ex ea, ipſa etiam principium ortus noſtri ad vitā. *Id. ibi.*

Porta piſcium 2. Paralip. 33. quia ipſa recipit eos, qui tonduntur, & impugnantur fluctibus perſecutionum. *Idem ibidem.*

Porta, quæ nunquam clauditur vſque ad veſperam Ezech. 46. quia vſque ad finem vitę noſtrę, ſemper poſſumus inuenire miſericordiā apud matrem miſericordiæ, & vſque ad finem mundi vnde dicitur Eccl. 24. vſque ad futurum ſæculum non deſinam, ſcilicet miſereri miſeris, & pro peccatoribus aduocare. *Id. ibi.*

Porta Samariæ, id eſt Eccleſię, cuius meritis, precibus, & exemplis intramus in Eccleſiam non ſolū numero, ſed merito. *Id. de laud. V. l.* 12

Porta ſanctuarij exterioris, id eſt, Eccleſię militántis, per quam Chriſtus intrauit in mūdum, & per quam ad nos, & nos acceſſum habemus ad Deum, nam antequam Maria fieret porta, erat quaſi murus continuus, diuidens inter nos, & Deum, & ideo pauca, aut nulla celebrantur commercia angelorum, & hominum, facta autem hac porta, factum eſt admirabile commercium & deinceps terrena cœleſtibus ſociata. *Idem de laud. Virg. lib.* 10,

Porta templi, quæ dicebatur ſpecioſa. Act. 3. ad quam debemus ſedere, & mendicare exemplo illius claudi, quem ſanauit ibi Petrus dicens ei: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, ſurge, & ambula; hæc enim duo ſummè ſunt nobis neceſſaria, ſcilicet ſurgere à peccato, & ambulare de virtute in virtutem paſſibus fidei, & bonorum operum, qui claudicauimus à ſemitis noſtris. *Idem ibidem.*

Porta Vallis, 2. Eſdr, 3: ob humilitatem, vel quia humiles in Paradiſum introducit. *Idem ibid.*

Porta vetus 2. Eſdr. 3. ob charitatem, quæ eſt vetus mandatum 1. Ioan. 1. *Idem ibidem.*

Porta clauſa, de qua Ezech. 44. Porta hęc clauſa erit in æternum. *D. Anton. de Padua ſerm. in Dom. 1. poſt Epiphan.*

Porta clauſa principi, id eſt ad honorem principis, ſcilicet Filij Dei. *Idem ibidem.*

Porta Ezechielis, in qua ſolus princeps Chriſtus ſedit per aſſumptam carnis humanitatem. *Idem ſerm. in Domin. 3. poſt Trinitatem.*

Porta Ezechielis, principi huius mundi, id eſt, Diabolo, clauſa, quia nulli tentationi ipſius mens eius patuit. *Idem ibidem.*

Porta, in qua Dauid, id eſt, Chriſtus Rex Regum, ſurgens de ſinu Patris ſedit, carnem ex ipſa aſſumendo 2. Reg. 19. *Idem ibidem.*

Porta aperitionis neſcia. *D. Bonau. in lau. B. V. M*

Porta libertatis. *Idem in Pſalt. min. Quinquag.* 1.

Porta peruia Paradiſi. *Idem in Litan. Pſalt. B. V.*

Porta vitæ. *Idem in Pſalt. B. Virg.*

Porta cæli, per quam exiuit quicquid vnquam gratiæ creatum, vel increatum in hunc mundum venit; omnium enim bonorum mater eſt, & mater gratiæ, & mater miſericordiæ, & etiam ipſa ſapientia increata tamquā aquæductus exiuit ab ipſa, & venit in mundum. *Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt cap.* 185.

Porta cæli, per quam omne genus hominum ad ſummam familiaritatem Dei Patris introductum eſt. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 9.

Porta Cæli, quæ egredientem exportauit. & ingreſſuros importat. *Idem ſup. Miſſus eſt c.* 185.

Porta homines portando, *Idem ibidem.*

Porta illuminationis omnis creaturæ. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ezechiel. Proph.*

Porta omnibus iutrare volentibus peruia. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 185.

Porta orientalis domus Domini, per quam toti mundo lux effulſit. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ezechiel. Prophetam.*

Porta orientalis, per quam ingreſſus eſt ille, cui nomen oriens. *Idem in Poſtillis ſup. c.* 10. *Luc.*

Porta patens per miſericordiam peccatori. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ezechiel. Proph.*

Porta, per quam intrauit quicquid vnquam boni de cælis in terram deſcendit, & è conuerſo. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 185.

Porta, quę principē, & imitatores ſuos introducit, indignis clauſa. *Idem ſup. Miſſus eſt c.* 74.

Porta Regni,& noſtræ ingreſſionis in Regnum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.Geneſis.*

Porta ſpecioſa TempliEcclefiaſtici,iuxta quam veſtibulum eſt veteri,in qua ſummus Rex, & Sacerdos ſacris eſt indutus;in quibus pro nobis immolaturus ad Deum accedat. *Idem in Poſtillis ſuper cap.11. Luc.*

Porta templi ſpecioſa,quæ FilioDei exeunti per ipſam,fuit clauſa.*Idem ſup. Miſſus eſt c.185.*

Porta cæli; ſicut enim per portam intus inferimus,& extra efferimus, ſic & ipſa per merita ſua nos portat ad cælum,& ad nos reportat dona gratiarum. *Iacobus de Voragine in Mariali ſerm.6. P.*

Porta felix, quia per ipſam ad felicitatem æternam intramus. *Idem ibidem.*

Porta Regia ſemper clauſa,per quam Rex Chriſtus intrauit, & exiuit,firmatam muniuit,ipſe ſenſus velut parietem quodam protexit, ipſius virtute implicitas maculas, hæc porta diſſoluit: ipſo adiuuante conieƈta tela diſpulit,ac reiecit. *Iacob Monach.in Mariali or.6*

Porta Ezechielis ob virginitatem clauſa. *Ægidius Columna ex Expoſit. in ſalut.Angelic.*

Porta, de qua Dominus ad Ezechielem Cap.44 porta hæc clauſa erit, & non aperietur,aperta quidem fuit Domino, ſed non viro, ſicut ibidem ad ipſum dicitur: Vir nõ tranſiuit per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eam, aperietur autem Domino nõ virginalis integritas corporis,quia ſicut Ezechiel poſt prædiƈta ſubdidit: Hæc clauſa erit ipſi etiam principi,ſed aperietur porta auris, & porta cordis,quia videlicet intrauit per aurem Virginis Verbum incarnandum.*Alanus de Inſul.in cap.5. Cantic.*

Porta, quam per Gabrielem vox Vnigeniti Filij Dei pulſauit. *Idem ibidem.*

Porta, pee quam nullus tranſijt, & per quam ſolus ille potens, tranſiens portas, ac vectes inferni confregit. *Iacob Monachus orat. de Natiuit. B. Virg.*

Porta clauſa, de qua Ezechiel dixit, porta hæc clauſa erit, & non aperietur, & nemo vnquã tranſibit pee eam,& erit clauſa, quia hic ipſe Dux ſedebit in ea ad comedendum panem. *Matthæus Cantacuz. in cap.5.Cant.Canticor.*

Porta Domini,pee quam ipſe Dominus cęlorum ingreſſum conſtituit, & ianuam in Paradiſo collocauit. *Idem ibidem.*

Porta imperuia, per quam ſolus potentiſſimus ingreſſus, inferorum portas, vectęſque confringit,noſque eanquam validiſſimos eripiet. *Idem in Mariali orat.2.*

Porta ſpiritualis, pee quam ſolum Dei Verbum ingrediens, ſigillatam eo modo, quo nouit conſeruauit. *Idem in Mariali orat. 3,*

Porta, de qua Dominus dixit ad Ezechielem: Porta hæc clauſa erit, & nullus penitus pee tranſibit per eam; hoc enim oraculo, non ſolum Deus affirmauit pueiſſimam illam generaſſe virginem, virginemque ſemper manſiſſe, ſed etiam humanis cogitationibus, quę varijs diſquiſitionibus, & conſilijs ſeſe torquent, imperuiam fuiſſe, nullus prorſus per eam prohibitę cogitationis ſenſus pertranſivit, nulla naturalis neceſſitatis voluptas,nulla naturæ legi permiſſa conſuetudo, ſed vni Deo, & ſeruata eſt, & conſecrata, quia Dominus Deus Iſrael tranſiuit per eam, & fuit clauſa, ipſe ſolus tranſiuit per eam, ipſe eam ſigillauit, ipſe ſigilla illius munita conſeruauit,ipſe cogitationum habenas rexit, ac moderatus eſt, ipſe mentem pudicitia firmatam. *Idem ibidem.*

Porta miſericordiæ, nulli vnquam præcluſa. *Henricus Suſo in cap.16. Dialogi ſapientiæ, & Miniſtri eius.*

Porta reſpiciens ad Orientem, quia mentis eius intentio ad illum, de quo dicitur: Ecce vir oriens nomen eius ſemper erat intenta. *Ern. Prag.in Mariali cap.93.*

Porta digniſſima. *D. Birgitta in ſerm. Angelico de Excellentia Virg.cap.9.*

Porta, qua Deus ad homines exiuit. *Bartholom. de Piſis lib.1.de Laud.Virg. fruƈt.8.*

Porta Regis diuinalis. *Idem ibid. fruƈt.6.*

Porta ſanƈuarij, quæ clauſa perhibetur. Ezech. 44. per quam minimè per materialem coitũ tranſiuit Ioſeph, quoniam Vniuerſorum Dominus ſolus ingreſſus eſt per eam, ignorante Sacramentum hoc, tenebrarum Pprincipe. *D.Laur.Iuſtin.in faſticulo amoris cap. 12.*

Porta Cœli, ad omnia magnalia Chriſti, animas ſibi deuotas admiranda gratia inducens *D.Bernardinus Senenſis tom.2.ſerm. de Laudib. Virginitatis, & 12.Domicellab.Matris Dei.*

Porta Cæli, quia per eam alea, & ſacra Cęli, & Sceipturarum,Sacramentorum myſteria reſeranrur. *Idem Tom:1.ſer.16.qui eſt de ſuperadmirabili gratia,& gloria B.Virg.Matris Dei.*

Porta ſoli Peincipi ſeruata, quam Peinceps non violauit egrediens,ſicut nec etiam ingrediens ſicut myſticè ponitur. Ezech.44.*Id.to.1.ſer.12*

Porta clauſa, quia à nullo violata. *D.Antoninus in ſumma part.4.tit.15. cap.5.*

Porta cęleſtis, quia ipſa ſapientia increata Dei Filius,tamquam aquæductus intrauit, & exiuit per eam veſtitus carne noſtra. *Idem in ſumma part.4.tit.15. cap.20.*

Porta Cęli felix, quia omnes importat in Cęlos per benediƈtum Filium ſuum. *Idem ibidem.*

Porta Cęli felix, pee quam bona ſpiritualia de Cęlo nobis exportantur,& homines in cęlum importantur.*Idem in ſumma part.4.tit.15.c.5.*

Porta Cęli, per quam exiuit de cælis ad nos quicquid vnquam gratiæ creatum venit in mundum. *Idem in ſumma part.4.tit.15.cap.20 quod eſt de gratia Priuilegiorum ſingularium Beatæ Mariæ Virg.*

Porta Cęli, per quam intrauit quicquid boni, id eſt omnis, qui de terris intrauit in cælum, vt ſanƈi omnes. *Idem ibidem.*

Porta Cæli, quia per eius ſuffragium, & vitæ exem-

exemplum nos importat in cęlum. *Idem ibid.*

Porta in templo Eccleſiæ. *Idem ibidem.*

Porta orientalis, per quam ingreſſa eſt gloria Domini Ezech. 43. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15 c. 10. quod eſt de miſſione Spiritus ſancti ad M.V.*

Porta piſſima omnibus parens, & aperta, per quam omnes habemus acceſſum ad Saluatorem Iudicem noſtrũ. *Dion. Carth. in Cant. ar. 27*

Porta ſalutis, & Cæli ſcala: ſane non eſt, nec fuit aliquando ſub cæli gyro tam immundus, tam ſceleſtus, tam deſperatus, ſi cor ſuum ad Mariam mellitiſſimam mulierem, conuertit, quia de illa dulcedinem, & virtutem exire, qua perfectam ſalutem conſequatur, ſentiat.

*Nemo caret venia, cui dulcis in ore Maria.*
*Arnold. Boſtius cap. 4. 5. 1. lib. de Patron. & Patrocin. Deip. Virg. in ſibi dicatum Carmeli Ord.*

Porta clauſa Ezechielis vnquam per peccatum aperta. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 6. de Conceps. B. Mariæ.*

Porta cæleſtis Ciuitatis. *Idem ſerm. 4. de Aſſimilation. Beatæ Mariæ Virg.*

Porta cæleſtis, quia nobis cælum aperuit. *Idem ſerm. 5. de Nominatione Mariæ.*

Porta Cæli, quia per merita ſua nos portat ad Cælum. *Idem ibidem.*

Porta felix, quia per ipſam ad felicitatem æternam intramus. *Idem ibidem, & Maurit. de Villaprobat. ſerm. 4. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Porta Regia. *Bern. de Buſt. ſer. 5. de Nominat. M.*

Porta humanæ ſalutis, per quam nobis, ſi fuerimus in eius obſequio ſedulò deuoti, pœnitentibus indulgentia miſerationis Chriſti impetratur. *Io. Trith. de Mirac. B. Virg. prope Dittelbach. lib. 1. cap. 10.*

Porta Ciuitatis Paradiſi. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 30. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Porta clauſa in æternum ob perpetuam virginitatem. *Idem ibidem ſerm. 25.*

Porta Regia reſpectu Chriſti. *Idem ſerm. 4. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Porta Ezechielis ter clauſa, ſcilicet ante partum, in partu, & poſt partum Virgo. *Petrus Galat. lib. 7. de Arcanis cap. 14.*

Porta Cęli, nos redeuntes in multitudine miſericordię, gratiæ, & glorię largitate, ſuo modo cum tota Trinitate ſuſcipiens. *Ioan. Picus ſub. 3. in Cantic. cap. 14.*

Porta, per quam mundum ingreſſus, qui mundi Dominus eſt. *Idem ibidem.*

Porta orientalis clauſa, per quam ſolus intrat, & egreditur Princeps. *S. Thom. de Villanoua in Conc. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg.*

Porta clauſa, quam vidit Ezechiel. *Ludou. Bloſius Endologia 3. ad B. Virg.*

Porta orientalis inuiolata, per quam ſpecioſus forma præ Filijs hominum, ad nos venit. *Idem ibidem.*

PORTARIA cęli, quia per ſua merita nos portat ad cœlum, & ad nos reportat dona gratiarum. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 4. Corona nouæ Beatæ Mariæ.*

PORTATRIX ſui, & omnium Creatoris. *Ambroſ. Anbert. hom. in feſto Purificat. B. Virg.*

Portatrix infirmarum animarum, portauit enim Filium Dei pro nobis in vtero ſanctitatis, vt nos portet in vtero miſerationis. Deuteronomij 1. cap. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Deuteronomij.*

Portatrix ignis. *D. Catharina Senenſis in 11. ſuarum orationum, quam orationem habuit Romæ in die Annunciat. B. Virg. Anno 1379.*

Portatrix Chriſti. *D. Antoninus in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 35.*

PORTENTVM glorioſũ cunctis ſæculis admirãdum. *S. Thom. de Villan. ſer. 2. de Annun. B. V.*

PORTICVS templi Salomonis 3. Reg. 6. Sicut enim ingredientibus templum patebat iugiter hæc porticus, & per illam intrabatur in templum, & primitus occurrebat: ſic Mariæ miſericordia ſemper patet exiſtentibus in hac vita, & per illam intratur in Eccleſiam militantem merito, & in triumphantem præmio, & prima omnium ſanctorum occurrit ad adiutorium noſtrum, & ad ſuſcipiendum in amplexu pietaris, ad Filium ſuum per pœnitentiam reuertens. *Rich. à S. Laurent. de laud. Virg. lib. 10.*

PORTINARIA Dei, uos introducens ad Chriſtum. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 6. P.*

Portinaria Dei, theſaurum nobis aperiens, & nos in cæleſte Palatium introducens. *Id. ibid. et Bernard. de Buſt. ſerm. 5. de Nominat. Mariæ.*

Portinaria Paradiſi. *Idem in Mariali ſerm. 2. de Coronat. Beatæ Mariæ Virg.*

PORTIO, quæ indiſſolubiliter, & indiuiſè iunxit Deo humanitatem. *Andr. Cret. orat. 3. de Dormit. B. M. Virg.*

Portio Chriſti. *Guarinus Abbas ſerm. 4. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg.*

Portio chriſtianæ plebis ſola expetenda. *Guibertus Abbas in Rythm. ad B. M. Virg.*

Portio maxima, & optima totius Eccleſiæ, pro felicitate veteri propitij. *Rupertus Abbas lib. 7 Commentariorum in Apocalypſim.*

Portio Domini antonomaſticè. *Albertus Magnus in Biblia Mariæ ſuper Librum Eccleſiaſt.*

Portio dignior, & ſanctior vtriuſque Eccleſiæ, ſcilicet, Eccleſiæ fidelium veteris teſtamenti, & Eccleſiæ noui teſtamenti. *Erneſt. Prag. in Mariali cap. 113.*

PORTVS naufragantium tutiſſimus. *S. Ephrem. in ſerm. de laud. B. Mariæ Virg.*

Portus noſter. *Idem ibidem. Anonym. in Menæis Græcor. die 2. Aprilis. Theophanus Niceenus in Menæis Græcorum die 30. Ianuar. & Adam de Perſ. in ſerm. de Aſſumpt. B. V.*

Portus tranquilliſſimus. *S. Ephr. in ſerm. de laud. B. V. & S. Io: Damaſc. in Can: SS. Deiparæ.*

Portus tutiſſimus in hac vita nauigantium. *D. Ephrem. in ſerm. de laud: B. V.*

Portus in fluctibus laborantium. *S. Sabbas in Menæis Græcorum die 28. Ianuarij.*

Portus eorum, qui ad illam confugiunt. *Eutich.*

*in vita S. Theophili apud Surium Tom. 1. die 4. Februarij.*

Portus vitæ nauratum. *Andr. Cret. orat. in Annunc.*

Portus tempestate jactatorum. *Idem in magn. Can. S. German. orat. 2. in Dormit:* B. *V. & S. Io: Damasc. orat. 1. de Assumpt.* B. M. *V.*

Portus naufragantium. *S. Germanus orat. 2. in Dormit.* B. M. *V. Petrus Cellen. serm. 6. de Adu. D. Bonauent. in Canticis Psalterij* B. *V. Barthol. de Pisis lib. 1. de laude V. fructu 10. D. Laurent. Iust: lib. de casto Connubio Verbi, & animæ cap. 9. & de Triumphali Christi Agone cap. 7. Guiel: Vinc. serm: de Concept:* B. M. *V. & Bernardin: de Busti serm. 3. de Natiuitate* B. M. *V.*

Portus Christianorum. *S. Io: Damasc: in Canone de Sanctis: Trinitate.*

Portus eorum, qui grauibus turbantur procellis, *Idem in Paracl:* B. M. *V.*

Portus noster, dum grauibus passionum procellis in pelago vitæ assiduè immaniter iactamur. *Idem ibidem:*

Portus noster placidus ex peccatorum tempestatibus. *Idem ibidem.*

Portus periclitantibus in æstu tentationum, passionum nostrarum fluctus tranquillans. *Id. ib.*

Portus salutaris illis, qui in vitæ pelago versantur. *Idem ibidem.*

Portus salutis. *Idem ibidem.*

Portus serenus. *Idem in Menæis Græcorum die 27 Ianuarij.*

Portus ad eam cum fide recurrentibus à perturbationum procella liberans eos. *S. Io: Damascenus in Octoec. Græcorum.*

Portus animarum nostrarum. *Idem in Can. in S. Simeonem Stylit.*

Portus generis hominum. *Idem in Octoec. Græc.*

Portus salutis omnibus à Deo datus. *Idem Can: in Natiuitate B. Virg.*

Portus tranquillus eorum, qui tempestatibus iactantur. *Idem in Paracl. B. V.*

Portus tranquillus ipsam laudantium. *Id. ibid.*

Portus tranquillus, quem Saluator Dominus, & Creator ex impolluto vtero eius, corpore assumpto, constituit omnibus in tempestate versantibus: vnde omnes, qui passionum procellis iactantur, & doloſi ventis percelluntur, ad eam confugiunt deprecantes, vt refrigerij, ac pacis participes efficiantur: *Idem ibidem:*

Portus à tempestate tentationum, nobis grauiter periclitantibus passionum nostrarum fluctus mitigans, & peccatorum nostrorum pelagum deſiccans. *S. Ioseph Hymn. in Mariali:*

Portus eorum, qui tempestate iactantur. *Id. ib.*

Portus in pelago aduersitatum fluctuantibus, quæ vniuersam hominum naturam naufragium passam, partu suo saluauit. *Idem ibidem.*

Portus nobis in mari versantibus. *Idem ibidem.*

Portus noster, dirigens nos ad quietam stationem salutis, dum agitamur marinis fluctibus vitæ. *Idem ibidem.*

Portus noster, nobis grauissimis passionum procellis sine intermissione semper iactatis, in mari vitæ huius. *Idem ibidem.*

Portus salutaris, vniuersis passionum tempestates, fluctusque sedans, & serenans, atque omnes, qui in terra sunt miserabiles, ad pœnitentiæ tranquillitatem perducens. *Idem ibid.*

Portus Christianorum, nos multis periculis circumdatos, & peccatorum tempestate periculosissimè iactatos, dirigens Spiritus sancti aura ad pacatissimam stationem. *Idem ibidem.*

Portus timentium naufragium. *Io; Geometra in B. V. Hymn. 4.*

Portus vnicus fidelium omnes vexationibus, & iniurijs inimici Dæmonis, seu tempestate iactatos, quieti, & saluti restituens. *Theoleptus in Canone siue Cantico compunctionis.*

Portus in naufragio. *Adam de Perſen. in Mariali fragm. 2.*

Portus totius misericordiæ, mundo naufragium patienti. *Idem in serm. de Assumpt. B. M.*

Portus noster in tempestatibus. *Theodorus Lascbus Imperator in Poem:* B. M. V.

Portus orthodoxorum. *Idem in Can. ad SS. Deip.*

Portus salutaris. *Idem ibidem.*

Portus tranquillus animarum nostrarum. *Idem ibidem.*

Portus, à quo iter nauigantium inchoat, quia fidem Dominicæ Incarnationis, cuius Maria fuit ministra, inchoatur iter Christiani versus cœlestem Ierusalem; inde enim est motio veniendi ad Deum. *Rich. à S. Laur. in laud. V. l. 11.*

Portus dictus à deportandis commercijs, veniès enim Dei Filius saluare, mundum apportauit secum ad Mariæ portum quidquid erat nobis necessarium. *Idem ibidem.*

Portus, quia si Portus à mari corroditur: Marie derrahunt Iudei, Pagani, Hæretici, & Blasphemi, qui pleni sunt amaritudinibus vitiorum. *Idem ibidem.*

Portus salutis, vbi figenda est anchora nostræ spei, vt nauis mentis nostræ contra pericula maris, id est mundi firmiter teneatur. Dominus enim per eam illos retinuit, qui antequã ipsa nasceretur in æternas amaritudines descendebant, velut in profundum maris. *Id. ibi.*

Portus indulgentiæ. *D. Bonau. in Psalt. B. Virg.*

Portus vitæ miseris. *Idem in laud. Virg. Mariæ.*

Portus nostræ salutis à Deo factus. *Iacob Monachus or. de Natiuit. B. Virg.*

Portus salutaris à Deo factus. *Idem in Mariali orat. 2.*

Portus, ad quem tantocius currere debent, qui verè diuites esse cupiunt. *Ern. Prag. in Mariali cap. 22.*

Portus voluptaris, & copiositatis, vbi nullius boni penuria est, ad quem confluunt omnes merces, omnes diuitiæ mundi huius, omnes nimirum, qui pericula mundi huius euadunt, omnem gloriam suam, & omnes merces suas afferunt ad hunc portum. *Idem ibidem.*

Portus nobis spes nostras in eam piè collocantibus. *Emanuel Pal. Imp. in Can. ad SS. Deip.*

Por-

Portus, quia peccatores ad viam ducit ſalutis. *Barthol. de Piſis de laud. Virg. fructu* 8.

Portus communis, & refugium omnium hominum, & Mater vniuerſalis omnium Chriſtianorum, omnibus omnia ſe faciens, ſinum miſericordię cunctis aperiens, vt de plenitudine eius ſuperefluentiſſima recipiant vniuerſi. *Arnold. Boſtius cap. 4. §. 2. lib. de Patronat. ac Patrocinio Deip. Virg. indicatum ſibi Carmeli Ordin.*

Portus deſiderabilis. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. Virg.*

Portus naufragi ſæculi. *Ludou. Bloſius in Endologia 1. ad B. Virg.*

Portus, & tranquillitas diu deſiderata, quando requieſcam in te? quando ſedebo in pacis huius pulchritudine? cur, ò ſpecioſitas dulciſſima cœleſti delectatione priues me? *Ioan. à Ieſu Maria tom. 2. oper. ſuor. Tract. de Theologia myſt. pag. 64.*

POSSESSIO fructus incorrupti. *Andr. Cretenſis orat. 2. in Annunciat.*

Poſſeſſio, cuius Dominus eſt virtutum Deus. *D. Hildeph. in lib. de virginit. S. Mariæ V. cap. 2.*

Poſſeſſio Dei. *Idem ibidem.*

Poſſeſſio Dei ſpecioſiſſima. S. *Ioſeph Hymn. in Mariali.*

POSTICA fœlix totius expectationis, & deſiderij, & poſtulationis aduentus boni Ieſu, in qua omnia deſideria ſanctorum præcedentium conſumari, & terminari videntur. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 27. Coronæ nouæ* B. V.

POTENTATVS nullius Dominium paſſus, nimirum, qui nullis affectibus ſuccumbebat, ſed puritate omnes ſupergreſſa erat. *Andreas Cretenſ. orat. 3. de Dormit. B. Mariæ.*

POTENTIA, quæ nequit labefactari, quatenus nequaquam vincebatur ab animi perturbationibus, vt quę erat puritate omnibus ſuperior. *Andreas Cret. in Dorm. B. Mariæ.*

Potentia diuinarum illuminationum immediatè ſuſceptiua, & omnium bonitatum veluti diſtributiua. *Albert. Magn. ſup. Miſſus eſt cap. 53.*

POTESTAS in ſupernaturalium operatione. *Albert. Mag. in Biblia Mariæ ſuper lib. Apocal.*

Poteſtas conſummata omnium creatorum. *D. Bernardin. Senenſ. tom. 1. ſerm. 61. qui eſt de ſupernaturali gratia, & gloria B. M. & Mauritius de villaprobata ſerm. 25. Coronæ nouæ B. Mariæ*

POTVS. *D. Bernard. ſerm. 3. ſuper Salue Regina.*

Potus ſobrietate plenus. *Iacob Monach. in Mariali*

PRÆCENTRIX illius cantici noui, quod à virginibus cantatur ante ſedem Dei, & Agni. *Albert. Magn. ſer. 1. de Aſſumpt.* B. Mariæ.

Præcentrix lætitiæ. *Iacob Monach. in Mariali or. 6.*

Præcentrix in choris cœleſtibus, quia ſicut in cęteris gratijs, & gaudijs, ita in Dei laudibus vocem eius præcellere conſtat. *Ern. Prag. in Mariali cap 135.*

Præcentrix in choro virginum, quæ quaſi tympaniſtriæ concinunt, provt ſibi fuerit imperatum. *Idem in Mariali cap. 136.*

PRÆCEPTVM pudicitiæ, atque incorruptionis. *D. Ephrem in ſer. ſiue tract. de Margarit. pretioſa.*

PRÆCONIVM Apoſtolorum. *D. Ephrem. in ſer. de laude B. Mariæ V. & D. Bonauent. in Cantic. Pſalter. B. Virg.*

Præconium Patrum. *D. Ephrem. in ſer. de laud. V.*

Præconium prophetarum. *Sergius Relatus à Caniſio lib. 1. de Deipara cap. 11. & Coccio Tom. 1. pag. 307. in orat. de Natiuit. B. M. Virg.*

Præconium prophetarum honorificum. *S. Ioſeph Hymnograph. in Mariali.*

Præconium venerandum ſanctorum Martyrum. *Idem ibidem.*

Præconium auguſtum libertatis, & honoris. *Iacob Monachus in Mariali orat. 1.*

PRÆDICATIO veriſſima imperueſtigabilium Dei præſcientiarum, ac decretorum. *Andreas Cretenſis orat. in Annunc. B. M. Virg.*

Prædicatio auguſta. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Prædicatio magna omnium Prophetarũ. *Id. ibid.*

Prædicatio ſpecioſa, & veneranda Prophetarum. *Idem ibidem.*

PRÆDIVM patens. *D. Ephr. in ſer. de laud. B. M. V.*

Prædium æde beatius, vbi virtutis planta omni virore germinauit. *S. Io. Damaſc. orat. 4. de Natiuit.*

PRÆLATA cælorum eleuata, non elata, ſubiecta regens æthera. *B. Ioſeph Steinfeld. Opuſc. 4.*

Prælata hominum. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 191.*

Prælata noſtra. *D. Antonin. in ſum. parte 4. titulo 15. cap. 44.*

Prælata Deo, quia mater Dei, licet ſubiecta Deo, in quantum creatura. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 7. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

PRÆLIATRIX victoriоſa. *Bernardin. de Buſt. in Mariali ſerm. 1. de Coronat. B. Virg.*

Prœliatrix noſtra contra omnes Dæmones. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 7. Coronæ nouæ B. M.*

PRÆMIVM ſalutis, ac vitę æternæ, ſimul, & gloriæ, & grandi opulentia magnum. *D. Ildeph. in lib. de virginit. S. M. cap. 12. & vit.*

Præmium coronę vniuerſis certantibus repoſitum. *Helinand. Ciſtercienſ. ſerm. 1. de Aſſumpt. B. M. Virgin.*

Præmium beatificum ſanctorum poſt Deum. *Io. Maubur. in Roſario de Præconijs B. V. membr. 8.*

PRÆPARATIO Domini. *D. Epiphan. in ſer. de laud. B. Virgin.*

PRÆSEPE. *D. Bernard. ſer. 3. ſuper Salue Regina.*

PRÆSERVATIO generis humani. *D. Bern. Senenſis tom. 1. ſerm. 61. & Maurit. de Villaprob. ſerm. 25. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

PRÆSES vitæ noſtræ. *D. Gregor. Nazianz. in Tragedia de Chriſto patiente, & S. Io. Damaſc. in Paraclet. Beatę Mariæ Virg.*

Præſes noſtra, ratione ſuæ ſanctitatis, ac puritatis eminentiſſimæ, modumque omnem ſuperantis naturę. *S. Germ. Conſtant. orat. in Annunc. B. Virg.*

Præſes noſtra, à nobis beatificanda. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. Mariæ Virg.*

Præ-

Præſes Chriſtianorum. S. *Ioſeph Hymn. in Mariali.*
Præſes omnibus, ad eam accurrentibus. *Eman. Pal. Imperat. in Can. ad SS. Deiparam.*
PRÆSIDIVM firmum omnium Chriſtianorum. *D. Ephrem in orat. ad SS. Deiparam.*
Præſidium vnicum Chriſtianorum. S. *Sabba in Menæis Græcorum die 24. Februarij.*
Præſidium fidelium vniuerſorum. *Andreas Cretenſ. Can. in Concept. B. V.*
Præſidium animarum noſtrarum. *Anonym. in Menæis Græcor. die 7. Aprilis, & S. Ioſeph Hymnog. in Mariali.*
Præſidium inconcuſſum. S. *German. orat. 2. in Dormit. B. Virg. Mariæ.*
Præſidium noſtrum. *Idem orat. 2. in Præſent. V.*
Præſidium fidelium omnium, qui in profundo malorum, & tribulationum fluctuoſo mari ſtur per periclirantur. *S. Io. Damaſc. in Paracl. V.*
Præſidium inexpugnabile fidelium. Tribulatorum. Mirabilis animę noſtrę. Mundi. *Idē ibid.*
Præſidium noſtrum poſt Deum. *S. Io. Dam. in Octoec. Græcorum.*
Præſidium noſtrum inexpugnabile, nos ad Deum conducens, & vitam nobis, gloriamq; præſtans ęternam. *Idem ibidem.*
Præſidium noſtrum ſemper vigilans poſt Deum *Idem ibidem.*
Præſidium omnium noſtrum. Stabile in rentationibus. Totius vitę noſtrę. Vndequaque hoſtes repellens, qui gratis oppugnat, & perterrefaciunt, & vexant miſerum cor noſtrum. *Idem ibidem.*
Præſidium vniuerſorum. *Idem ibidem.*
Præſidium noſtrum ſingulare. *D. Theodot. Studit. in Can. qui canebatur in erection. Sanct. Imaginū.*
Præſidium firmiſſimum Chriſtianorum. Formidabile eorum, qui inuocant eam. Fortiſſimum in neceſſitatibus. Inexpugnabile laudantium. Deum. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*
Præſidium noſtrum ſemper vigilantiſſimum. Seruorum ſuorum. Tribulatorum, impenſis precibus orans pro nobis, vt a periculis liberemur. Tutiſſimum, & ad propugnandum aptiſſimum. *Idem ibidem.*
Præſidium peccatorum. *Leo Imp. in orat. de Aſſumpt. Virg. & S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*
Præſidium vrbanum, mœnibus hoſtes arcens, & moles concutiens horrificas. *Io. Geomet. in B. M. Hymn. 4.*
Præſidium pugnę ſingulis circumpoſitum. *Hellinand. Ciſtero. ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg.*
Præſidium incaſtellatum contra timores inimicorum. *Albert. Mag. in Poſtillis ſuper c. 10. Luc.*
Præſidium ſingulare deſperatorum. *Dionyſ. Carthuſ. lib. 2. de Præcat. Virg. art. 9.*
Præſidium multitudinis chriſtianę. *Io. Trith. lib. 1. de Miraculis B. V. in vrticeto cap. 6.*
Præſidium noſtrum dulce. *Ludouic. Bloſius in Endolog. 1. ad B. Virg.*
Præſidium terræ ſingulare. *Idem in Endologia 2. ad B. V. Mariam.*
PRÆVIA virginum; exemplo enim illius, aliæ ſe offerunt in templum Regi Domino. *Albert. Magnus in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*
PRATVM fragrantiſſimum. *D. Gregorius Thaumaturg. orat. 1. in Annunc. B. Mariæ.*
Pratum totius fragrantiæ Spiritus ſancti. *Chryſippus in ſerm. de Sanctiſſ. Virg.*
Pratum, & pratorum maximè odoriferum, & varium, & incorruptione coronans eos, qui decerpunt non vernis comatum floribus, qui ſpeciei habent delectationem, quę facile marceſcit, ſed emittens gratiæ bonum odorem, profundit ſenſum, & mentem, apud ſe longè ſuauiſſima promulcet auditione. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS. Dei parentis, quando fuit oblata in templo.*
Pratum Deo conſitum ſuauiſſimi odoris. S. *Ioan. Damaſc. in Can. Sanctiſſ. Deiparæ.*
Pratum manu diuina conſitum. *S. Ioan. Damaſc. in Menais Græcorum die 27. Ianuarij.*
Pratum virginale. *S. Bernard. ſerm. ad milites templi cap. 6.*
Pratum odore ſuaui redolens. *Theod. Laſch. Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*
Pratum ſalutare. *Idem ibidem.*
Pratum pulcherrimum. *Iſidorus Theſſalon. orat. de Aſſumptione Virginis Mariæ.*
PRECATRIX noſtra coram Deo. *Albertus Magnus in Biblia Mariæ ſuper lib. Eſther.*
PRETIVM omne pretioſitatis ſuperans munus. *Georgius Nicomed. in oratione de exitu Sanctiſſ. Virginis quando fuit oblata in templo.*
Pretium pretiorum. S. *Germanus Conſtant. orat. 2. in Præſent. Beatæ Virg.*
Pretium ſplendidum, ac magnificum, à Deo pro Eua donatum. *S. Io. Damaſc. in orat. 4. de Natiuitate Beatæ Virginis.*
PRIMA, quę ſeruandæ virginitatis votum Deo omnipotenti vouit, quia ex quo homo factus eſt ab initio ſęculi, nulla hoc votum obtulit; & quia prima inter fœminas conſtituit in corde ſuo, vt diceret: Domine offero tibi virginitatem meam, cum à nullo homine, nec verbo didiciſſet, neque exemplo, ad imitationem videlicet inuitata, conſtituiſſet, vt virgo pro amore Dei ſpecialiter permaneret. *S. Bartholom. Apoſtolus in or. ad Polymium regem apud Abdiam lib. 8. Hiſtor. Apoſtolor.*
Prima, quę fœcunditati carnis virginitatem ſponte prętulit. *Hugo de S. Victore lib. de perpetua virginitate S. Mariæ Virg.*
Prima, quę votum virginitatis Deo ſponſo ſuo obtulit. *Idem lib. 4. de proprietat. & Epithetis rerum cap. 2.*
Prima de primitijs pomorum Dei. *Rupert. Abbas lib. 4. Commentar. in Canticum Canticor.*
Prima vouens voti egregij virginitatis. *Idem lib. 3. Commentar. in Cantic. Canticor.*
Prima, quę votum virginitatis glorioſum ſanctimoniæ munus obtulit Deo. *Petrus Bleſſenſis ſerm. 1. in Aſſumpt. Beatæ V. Mariæ.*
Prima Eccleſiæ primitiuorum. *D. Amadeus homil. 7. de laude Virginis.*

Pri-

Prima poſt Deum ſuper omnes cęligenas in ſede glorię collocata. *Idem ibidem.*

Prima poſt Redemptorem in mulieribus benedicta. *Idem hom. 1. de laudib. Virginis.*

Prima, quę Deo deuouit cęlibatum. *Alber. Magnus in Poſtillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Prima, quę virginitatem Deo conſecrauit. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 33.*

Prima inter primas ſummi Regis cohortes. *D. Antoninus in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 47.*

Prima omnium creaturarum Dei, quę purę creaturę ſunt. *Idem in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 14.*

Prima, quę votum virginitatis emiſit, & ſemper ſeruauit ſine aliquo illicito motu. *Idem ibid. cap. 18. quod eſt de gratia 7. Donorum, quæ fuit in B. M. V.*

PRIMAS humani generis, ab Architecto, & Dominatore omnium Deo creata. *S. Sabba in Menais Græcorum die 1. Ianuarij.*

PRIMICERIA voto fœminarum virginum. *Ioan. XLIV. Epiſc. Hieroſolymitanus in libro de inſtitutione primorum Monachorum in lege veteri exortorum, & in noua perſeuerantium c. 36.*

Primiceria Virginitatis, ſine corruptione fœcunda, ſine grauamine grauida, ſine dolore puerpera. *Idiota de B. M. V. p. 16. contempl. 1.*

Primiceria virginum. *D. Fulbertus Carnotenſ. ſer. 3. de Natiu. B. M. V. Petrus Bleſenſ. ſer. 33. D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 31. & Bernar. de Buſt. ſer. 1. de Aſſumpt. Beatæ Mariæ V.*

Primiceria virginitatis *D. Bernar. ſerm. 3. de B. V. ſuper illud Apocal. Signum magnum. Dion. Carthuſ. lib. 4. de Præc. B. M. V. art. 15. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 31. Coronæ nouæ B. M.*

Primiceria virginitatis, quia prima nouit virginitatem, & ideo prima, quia ante eam nulla. *Rich. à S. Laur. de laud. SS. Virg. M. lib. 3.*

Primiceria Dominarum. *D. Bonauent. in Pſalterio Beatæ Mariæ Virg.*

Primiceria Virginum. Prima enim ſuam virginitatem Deo conſecrauit; ideo Pſalmus de ipſa ait: Adducentur Regi, id eſt, Chriſto, virgines poſt eam, id eſt, poſt Reginam, quę prima ſummo Regi dedicauit virginitatem. *B. Bernardin. Senenſis Tom. 1. ſerm. 52.*

Primiceria in numero militantium pro Chriſto. *D. Antonin. in ſumm. par. 4. tit. 15. cap. 16.*

Primiceria continentiæ vniuerſalis. *Io. Mauburnus in Roſario de gloria Virg. membr. 6.*

Primiceria virginum in nouo teſtamento, ſicut Elias, & Eliſęus in veteri teſtamento. *Balduinus Leerſius in Collectaneo exemplorum, & Miracul. cap. 1.*

Primiceria virginum, quæ ſe totam Deo conſecrans, virginitatis votum ei mente grata obtulit. *Ludou. Bloſ. in Endologia 1. ad B. Virg.*

PRIMIGENIA virginum. *S. Anſelm. Lucenſis ſuper Aue Maria.*

PRIMIPILA virginitatis. *Idiota in ſua Contemplatione de Sanctiſſ. Virg. Maria.*

PRIMITIÆ muliebris puritatis in caſtitate; non enim plauſibile eſt alij, præter Mariam, virginitatis primitias adſcribere. *Orig. c. 13. Mat.*

Primitiæ communionis, & coniunctionis omnium genitoris Dei cum ſuo figmento. *Andreas Cretenſis orat. 3. de Dormit. B. Virg. M.*

Primitiæ ex nobis ſumptæ, quas Deo Adam offerre incępit ab ipſo Virginis ortu. *Idem orat. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Primitiæ gaudij. *Idem Cah. in Concept. B. M. V.*

Primitiæ generis humani. *Id. or. de Nat. B. M. V.*

Primitiæ maſſę Adami in Chriſto deitate donatæ. *Idem orat. 1. de Aſſumptione B. M. Virg.*

Primitię immortalitatis, quia mors inſtar fluminis ruens apud ipſam perdidit vires, parrui eius alliſa. *Anony. in Men. Græc. die 5. Maij.*

Primitiæ humanæ naturæ. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſentat. Beatę Mariæ Virg.*

Primitiæ noſtri generis. *Idem ibidem.*

Primitiæ noſtræ maſſę. *S. Ioann. Damaſc. orat. 3. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Primitiæ ſanctiſſimę generis humani. *Idem in orat. 4. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Primitiæ ſalutis omnium. *Coſmas Veſtitor or. in SS. Ioachim, & Annam Dei genitricis parentes.*

Primitiæ reuera pretioſiſſimarum rerum. *Leo Imperator in orat. de Præſentat. B. Virg.*

Primitiæ mirandorum operum Chriſti. *D. Anſelm. in Hymn. 2. Beatæ Dei genitricis.*

Primitiæ vitæ beatę. *Theodor. Laſcbus Imperator in Cant. ad SS. Deiparam.*

Primitiæ Virginum, *D. Bonau. in Spec. B. V. M. c. 2*

Primitiæ omnium. *Iacob. Monach. in Mar. orat. 6.*

Primitiæ muliebris naturę. *Idem in Marial. or. 1.*

PRIMITIVA omnium. *Bernardin. de Buſt. ſer. 6. de Nominat. Mariæ.*

PRIMOGENITA, quę rerum omnium conditarum Primogenitum, in quo omnia coagmentata ſunt peperit. *S. Ioann. Damaſc. orat. 1. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Primogenita Filij ſui, pro qua redimenda plus venit in mundum, quam pro omni alia creatura. *S. Bernardin. Senenſis Tom. 1. ſer. 61.*

Primogenita Redemptoris Filij ſui Ieſu. *Idem Tom. 2. ſer. 15. qui eſt de feſtiuitatibus B. Virg. maxime Conceptione, Natiuit. & Annunciat.*

PRINCEPS virginitatis. *D. Epiphan. lib. 3. aduerſus hæreſes hæreſ. 78.*

Princeps omnium prudentiſſima, ac ſagaciſſima. *D. Ephrem in ſerm. de laud. B. Mariæ Virg.*

Princeps intelligibilis reformationis. *Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunciat.*

Princeps noſtra, ratione ſuę ſanctitatis, ac puritatis eminentiſſimæ, modumque omnem ſuperantis naturę. *S. Germ. or. in Annunc. B. V.*

Princeps à principatu, quia cęlorum, ſed Regina in ſua ſanctiſſima aſſumptione, & ſola cum Deo principatum tenet in cęlo, & in terra, & in omnibus abyſſis. *Idiota de Beatæ Virg. par. 14. Contemplat. 9.*

Princeps à principio, quia Chriſto dedit principium eſſendi ſecundum naturam humanam, quam aſſumpſit ex ea. *Idem ibidem.*

Princeps Cœli, & Terræ. *Idem ibidem.*

Prin-

Princeps Eccleſiæ, per quam princeps huius mũdi, id eſt, diabolus, qui dicitur princeps, id eſt, principium captiuitatis eijcitur foras, ſcilicet à cordibus electorum; iſte enim princeps primam mulierem captiuauit, ſed à Maria principe captiuatus eſt, quia ſcriptum eſt de ea Gen. 2. quod conteret caput eius, non ſolũ ſemel, ſed quotidie etiam facit, quãdo eius adiutorio diabolus expugnatur. *Idem ibidem.*

Princeps, id eſt, primum capiens, ſcilicet illum, qui dicit Apocal. 1. Ego ſum primus, & nouiſſimus. *Idem ibidem*

Princeps illa, de qua ſcribitur Eſa. 32. Princeps, ea, quę digna ſunt principe cogitat, ſcilicet cogitationes pacis, & non afflictionis; vnde ſicut Filius eius benedictus eſt princeps Regum terrę, ſic etiam ipſa nominatur princeps Regum terræ, quia ad eius principatum ſanctiſſimum pertinent illi, qui vt regnent in cęlo, regnant in terra, & bene regunt ſe, & ſuos ſubditos. *Idem ibidem.*

Princeps, quaſi principium capiens, id eſt illum, qui dicit Ioann. 8. Ego ſum principium, qui & loquor vobis. *Idem ibidem.*

Princeps, quia filia Principis, id eſt Dei Patris. *Idem ibidem.*

Princeps, quia mater Principis, ſcilicet Chriſti, qui dicitur Princeps Regum terrę Apocal. 1. *Idem ibidem.*

Princeps eloquij, melliſluique ſoni. *Ioann. Geometra in Beat. Virg. hymn. 4.*

Princeps ſuperum, terrigenumque. *Idem ibid.*

Princeps inter choros ſanctarum virginum. *D. Fulbert. Carnotenſ. ſerm. 3. de Natiuit. B. Virg.*

Princeps mulierum. *Idem ibidem.*

Princeps ſuper omnes creaturas poſt Deum. *Goffrid. Abb. ſer. in omni feſtiuitate B. M. V.*

Princeps in omnibus agendis. *Rupertus Abbas lib. 1. Commentarior. in Cantic. Canticor.*

Princeps cęlorum. *Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Princeps Angelorum. *Richard. à S. Laurea. de laude Virg. lib. 12.*

Princeps à principatu, quia cęlorum facta eſt Regina in ſua aſſumptione, & ſola cum Deo principatur in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis, vnde & deſignatur per Iſrael, qui interpretatur princeps cum Deo. *Idem de laud. Virgin. lib. 6.*

Princeps, à principio dicta, quia dedit Chriſto principium eſſendi ſecundum humanam naturam, quam aſſumpſit ex ea, vnde dicit ei Chriſtus, Iob. 10. Pelle, & carnibus veſtiſti me. *Idem ibidem.*

Princeps, à qua Diabolus, qui primam mulierem captiuauit, captiuatus eſt, vnde Gen. 3. Conteret caput tuum, quod nõ ſolum ſemel, ſed quotidie fit, cum à viris iuſtis ipſius adiutorio Diabolus expugnatur. *Idem ibidem.*

Princeps à tota Trinitate Eccleſię data, vt per eam princeps mundi, id eſt Diabolus, qui dicitur princeps, id eſt, principium captiuitatis, eijceretur foras, ſcilicet à corporibus electorum. *Idem ibidem.*

Princeps, de qua dicitur Iſai. 32. Princeps, ea, quæ digna ſunt principe cogitabit, ſcilicet cogitationes pacis, & non afflictionis Ierem. 39. *Idem ibidem.*

Princeps deſignata multipliciter in Geneſi per Saram, quę interpretatur princeps. *Idem ibid.*

Princeps, quę cum Filio Apoc. 1. poteſt dici congruè princeps Regum terrę, quia ad eius principatum pertinent illi, qui vt regnent in cælo, bene regnant in terra, & bene regunt ſe, & ſubditos ſuos. *Idem ibidem.*

Princeps, quaſi principium capiens, id eſt illum, qui dicit Ioan. 8. Ego principium, qui & loquor vobis: vel quaſi primum capiens, id eſt illum, qui Apocal. 1. & Iſai. 48. Ego ſum primus, & nouiſſimus. *Idem ibidem.*

Princeps recta, quia & filia Principis, id eſt, Dei Patris, Cant. 8. & Mater Principis, id eſt Chriſti, qui dicit: Princeps Regum terrę Apoc. 1. *Idem ibidem.*

Princeps mundi, & Regina. *S. Simon Stock in hymn. de Deipara V.*

Princeps fęminarum. *D. Bonau. in Pſalt. minori Beatæ Virg. Quinquagena 2.*

Princeps Regum, & Regnorum. *Idem in Pſalt. minori B. Virg. Quinquagena 1.*

Princeps in principum ſubiectione. *Alber. Magun. in Biblia Mariæ ſuper librum Apoc.*

Princeps nobiliſſima. *Idem ſup. Miſſus eſt c. 5.*

Princeps omnium creaturarum, quantum ad defenſionem, cohortationem, & commiſſionem. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Geneſis.*

Princeps Phariſæorum, qui diuiſi interpretantur; ipſa enim eſt Princeps, & Domina fidelium, qui vita, & moribus diuiſi ſunt à populo Diaboli; populus quippe Diaboli ſuperbus eſt, iracundus, inuidus, & accidioſus, auarus, luxurioſus, & guloſus: Et populus Beatæ Virginis è diuerſo humilis eſt, mitis, benignus, & religioſus ſufficiens etiam in his, quę à Deo habet, & caſtus, & ſobrius. *Idem ſerm. in Domin. 17. poſt Trinitatem.*

Princeps prouinciarum cæli, & terrę. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Lamentationes Ierem Proph.*

Princeps Sara, quæ panem viuum, qui de Cœlo deſcendit, ex tribus ſatis farinæ ſub cineribus mortalitatis noſtræ decoxit Geneſ. 18. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Princeps ſtellis coronata, claritatem virtutis omnium ſanctorum poſſidens. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Matthæi.*

Princeps non vnius tantum gentis, ſed totius mundi, ideò non Sarai, ſed Sara, id eſt, princeps ſimpliciter eſt nomen eius. *Ern. Prag. in Mariali cap. 146.*

Princeps principum dicens Prouerb. 8. Per me principes imperant, & ſicut ſpirituum, qui principatus appellantur, miniſterium eſt, ſuos ſubditos adiuuare, magnificare, & defendere, ab hoſtium iniquorum oppreſſione iniuſta

ſta, ità & Beata Virgo hæc eadem ſuis ſeruulis fideliſſimè facere conſueuit. *Idem ibid.*
Princeps ſuper diabolum. *D. Birgitta lib. 1. Reuelation. cap. 16.*
Princeps Eccleſiæ Chriſti. *Bernard. de Buſt. ſer. 1. de Aſſimilat. Beatæ M. V.*
Princeps maxima inter principatus. *Idem in Mariali ſer. 2. de Coronat. Beatæ Mariæ V.*
Princeps mundi. *Idem ſer. 2. de Aſſumpt. B. M. V.*
Princeps Martyrum. *Ioan. Trith. lib. 1. de Mirac. Beatæ Mariæ Virg. in Vrtiecta cap. 6. & Dion. Carth. lib. 4. de Præc. B. V. art. 11.*
PRINCIPISSA principatuum. *D. Anton. in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 44.*
Principiſſa Cœlorum. *Dionyſ. Carthuſ. in cap. 31. Prouerbiorum.*
Principiſſa Cœli, & terræ. *Fridericus Forner. lib. 5. cap. vltimo Palmæ triumphalis.*
PRINCIPIVM circumciſionis ſpiritualis; per aurem enim intrans Chriſtus in eam, vniuerſa cordis diſſecuit vitia, vulnus muleris, dum de Virgine natus eſt, curauit. *D. Zeno in ſer. de Circumciſione.*
Principium feſti, ſiue feſtiuitatis noſtræ. *S. Method. in hom. in feſto Purificat. B. M. Virg.*
Principium reparationis, ſiue reſurrectionis mulieribus. *D. Gregor. Thaumaturg. orat. 2. in Annunciatione Beat. M. Virg.*
Principium vitæ. *Coſmas Hieraſolym. in Menais Græcor. die 15. Auguſti, & Theod. Laſcb. Imperat. in Can. ad SS. Deipar.*
Principium vitæ indefinentis. *S. Io. Damaſc. orat. 2. de Aſſumptione Beatæ M. Virg.*
Principium beneficiorum Dei in genus humanum. *Idiota de B. M. Virg. par. 9. contempl. 8.*
Principium ortus noſtri ad vitam. *Idem de Beata M. Virg. par. 14. contemplat. 33. & Richard. à S. Lauren. de laud. Virg. lib. 4.*
Principium virginitatis. *Idiota de Beata Virg. par. 6. contemplat. 6.*
Principium nouæ creaturæ, quia nouæ ſpecialitatem profeſſionis, ſcilicet virginitatis, habuit, & nouo gignendi genere Auctorem totius ſanctæ nouitatis expoſuit. *Guilbertus Abbas in lib. de laud. S. Mariæ cap. 1.*
Principium humanitatis Chriſti. *Petrus Abbas Cellenſis in libro de panibus cap. 7. & Richard. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 4.*
Principium ſalutis. *Abſal. Abbas ſerm. 1. de Aſſumptiani Beatæ Mariæ Virg.*
Principium Chriſti. *Hugo Carenſis in cap. 24. Eccleſiaſtici.*
Principium fœminarum ſecundum dignitatem. *Albert. Magnus ſuper Miſſus eſt c. 198.*
Principium omnis gratiæ in nobis poſt Deum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Geneſis.*
Principium vitæ increatæ. *Id. ſup. Miſſus eſt. c. 193.*
Principium nouæ vitæ. *Iacobus de Voragine in Mariali ſerm. 10. S.*
Principium omnium gratiarum. *Idem ſer. 2. M. & Bernard. de Buſt. ſerm. 2. de Naminat. Mariæ*
Principium non ſolum materiale, ſed aliquum conceptionis carnis Chriſti, vnde ipſa præ omnibus mulieribus, quę ſuſcepto ſemine cõcipiunt, verius dicitur mater, vel vt ita dixerim, pluſquam mater, quia in alijs fœminis fit commixtio ſeminum viri, & mulieris conceptione, & ſperma agentis in matrice locum obtinet in generatione fœtus, vt dicunt Galenus, & Hippocrates; hic autem tota maſſa, atque materia corporis Chriſti fuit ex ſubſtantia ipſius Virginis ſola, & ipſa B. Virgo ex Spiritu ſancto, & virtute Altiſſimi non ſolum accepit virtutem conceptiuam, paſſiuam, verum etiam generatiuam, actiuam. *Ern. Prag. in Mariali capite. 122.*
Principium, ex quo recreatum fuit omne creatum. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. c. 18.*
Principium fœminarum, quia, quicquid boni fuit in fœminis, ipſa habuit, & in ſummo gradu, & aliquod bonum habuit, quod nulla alia habuit. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. c. 23. quæ eſt in quadruplici benedictione B. M. Virg.*
Principium conceptionis Filij Dei. *Paulus de Heredia in Tract. de Conceptione B. M. Virg.*
Principium diei gratiæ. *Bernardin. de Buſt. ſer. 2. de Aſſimilat. Beatæ Virg. Mariæ.*
Principium diuinarum gratiarum in quantum principalius propter ipſam Filius Dei incarnatus eſt, per quem omnis gratia mundo elapſa eſt. *Idem ibidem.*
Principium noſtri amoris. *Idem in Mariali ſer. 2. de Coronat. Beatæ Mariæ Virg.*
Principium nouæ vitæ, id eſt, legis Chriſti. *Idem ſer. 6. de Nominatione Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſerm. 13. Coronæ nouæ B. M. V.*
Principium diuinarum gratiarum, in quantum principalius propter ipſam Filius Dei incarnatus eſt, per quem omnis gratia mundo elapſa eſt. *Idem ſerm. 12. Coronæ nouæ B. M. V.*
Principium ſplendoris iuſtis, & peccatoribus. *Idem ibidem ſerm. 31.*
Principium ſplendoris ſanctis Prophetis. *Idem ibidem.*
Principium alterum à Deo ſanctitatis, peccati, peccandique immunitate. *Ioannes Picus lib. 1. in Cantic. cap. 2.*
Principium diadematis, id eſt humanæ mortalitatis altiſſimo Dei Filio. *Id. l. 1. in Cant. c. 15*
Principium quoddam reparationis noſtræ. *Idem lib. 3. in Cantic. cap. 7.*
Principium ſaluandorum. *Idem ibidem.*
Principium lucis æternæ iuſtis, & iniuſtis: *Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Conceptione B. Virg. M.*
PROBATICA, quæ non miniſtrum Angelum accepit, ſed illum magni conſilij Angelum, qui tamquam bona pluuia in vellus abſque vllo ſtrepitu deſcendens, omnem naturam morbo laborantem, atque ad interitum vergentem, in certam ſanitatem, ac vitam ſenio carentem reſtituit. *S. Ioan. Damaſc. orat. 1. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*
PROCREATRIX ſanctificationis aquę. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Conceptione Deiparæ.*

Procreatrix Numinis. *S. Ioann. Damaſcen. in Menæis Græcorum die 1. Ianuarij.*

Procreatrix boni immenſi. *Theophan. Nicen. in Menæis Græcorum die 9. Ianuarij.*

PROCVRATRIX ſola ſupernaturalium bonorum mortalibus. *S. Ioann. Damaſcen. in Canone de Sanctiſſ. Trinitate.*

procuratrix negotiorum, & petitionum noſtrarum apud Patrem, & Filium. *Idiota in contemplatione de Sanctiſſ. Virg. Maria.*

Procuratrix noſtra. *B. Ioſeph Steinfel. Opuſc. 4.*

Procuratrix æternæ benedictionis. *Albert. Magnus in Biblia Mariæ ſuper Libr. Geneſis.*

Procuratrix fideliſſima omnium peccatorum. *D. Birgitta in orat. 1. Renelation.*

Procuratrix feliciſſima, quæ magna gaudia nobis procurauit, & adhuc non definit quotidie procurare. *Idiota de Beat. Maria Virg. par. 15. Contemplat. 6.*

Procuratrix clementiſſima pauperum. *Io. Trithem. lib. 3. de Mirac. B. M. V. in Vrticeto c. 6.*

Procuratrix feliciſſima, quæ immenſa gaudia nobis procurauit. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 8. Corona nouæ Beatæ Mariæ.*

PRODIGIVM exiſtit. *D. Ignatius Epiſtol. 1. ad S. Ioannem Euangeliſtam.*

Prodigium incomprehenſum. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 30. Ianuarij.*

Prodigium ſtupendum, quod Io. Apoc. 12. cap. ſcribit dicens: Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim. *D. Bernardin. Senenſ. Tom. 3. ſerm. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Prodigium diuinum, præclariſſimumque. *Dion. Carth. lib. 3. de laud. Virg. art. 29.*

Prodigium ſummum. *Idem lib. 1. de laud. V. a. 29.*

PRODVCTRIX eiuſdem germinis cum Deo, diuinitati effecta ſimillima, amplioremque, quam qui cogitari, aut fari, excellentiam deiformem ſortita; Etenim idem ipſe Chriſtus, qui patris Filius eſt, ſapientia, & virtus, Mariæ quoque vnigenitus eſt. *Dionyſ. Carthuſ. lib. 1. de Præc. Mariæ art. 18.*

PROOEMIVM miraculorum Chriſti. *Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunc. B. V. M.*

Proœmium gaudij. *S. German. Conſtant. ſerm. in Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

PROFLIGATRIX inferni. *S. Ioan. Damaſcen. in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

Profligatrix omnium peruerſorum. *Io. Trithem. lib. 1. de Mirac. B. M. V. in Vrticeto cap. 6.*

PROFVGIVM firmum omnium peccatorum, *D. Ephrem. in orat ad SS. Dei Genitricem.*

Profugium in Hieroſolymis. *Idem in ſerm. de laud. B. Mariæ Virg.*

Profugium exulum miſerorum. *Martinus de Magiſtris in Expoſitione ſuper Cantic. Salue Regina.*

Profugium certiſſimum omnium, ad eam recurrentium. *Ludouic. Bloſius in Endologia 2. Beat. M. Virg.*

PROFVNDITAS, cuius arduæ eſt inſpectio. *Andr. Creten. Can. in SS. X. Martyres in Creta.*

Profunditas difficultatum, contemplabilis angelorum oculis. *Idem orat. 2. in Annunc.*

Profunditas inexplicabilis ineuacuatæ plenitudinis eius, qui omnia implet in omnibus. *Idem orat. 1. de Dormit.*

Profunditas, cuius ſubtilem receſſum, ne quidem acies angelica penetrat. *S. Io. Damaſc. in Menæis Græcor. die 25. Martij.*

Profunditas, quam Angelorum oculi non poſſunt intueri. *Idem Can. in Annunciatione Deipar.*

Profunditas immenſa. *S. Ioſeph Hymnograph. in Mariali.*

Profunditas intelligibilis. *Idem ibidem.*

PROFVNDVM inexplicabile plenitudinis non euacuabilis, omnia in omnibus implentis. *Andreas Cretenſis orat. 1. de Dormit. Beatæ M. V.*

Profundum inuiſibilis oculis Angelorum. *S. Anſelmus in Hymno 2. B. Dei Genitricis.*

Profundum ſcientiæ. *Iſidorus Theſſalon. orat. de Annunciatione Beatæ Virg. M.*

PROGENIES Dauid. *Ioann. Eubœus orat. in Conceptione Sanctiſſ. Dei Genitricis.*

Progenies diuinitus ordinata. *D. Fulbert. Carnotenſis ſerm. 1. de Natiuitate Virg. Mariæ.*

PROLES impolluta. *S. Ioann. Chryſoſt. hom. in Chriſti Natali.*

Proles fœcunda Annæ ſterilis. *Andreas Cretenſis Can. in Natiuitate Beatæ M. Virg.*

Proles Sanctæ Annæ. *Idem ibidem*

Proles ampla, beataque non habentium prolem. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Concept. Deiparæ.*

Proles felix parentum. *Idem orat. 1. de Præſentat. Beatæ Mariæ Virg.*

Proles illuſtris ex iuſtis hominibus Ioachim, & Anna. *S. German. in ſuo Mariali.*

Proles pulcra. *S. Io. Dam. or. 3. de Natiu. B. M. V.*

Proles acerba, ſententia potior, quæ delargita eſt ad mundi fines lætitiam. *Leo Imperator in or. de Natiuitate Beatæ M. Virg.*

Proles tardè edita, ſed omnibus naturę fœtoris antecellens. *Idem ibidem.*

Proles nobilis regiæ generoſitatis. *Guarric. Abbas ſerm. 1. de Annunciat. Beatę V. M.*

Proles generoſa Ieſſe. *Goffridus Abbas in orat. ad Matrem Domini.*

Proles ſiderea de humano germine de immundo ſemine nata. *Helinand. Ciſtercien. ſerm. 1. in Natiuitate Beatæ Virg. M.*

Proles alta Regum. *D. Bonauent. in Pſalterio B. Virg. Quinquagena 3.*

Proles nobiliſſima ſummi Patriarchæ. *Alb. Magnus in orat. ad B. M. Virg. inſipiente: Salue in vtero Virginali.*

Proles magna, qua prole orbata aucta eſt diua Anna. *Iac. Monach. orat. de Natiu. B. M. V.*

Proles præclara parentum. *Idem ibidem.*

Proles Dauid, *Ioann. Hondemius hymno 2. de partu virgineo, & lactationę pueri Ieſu.*

Proles floridiſſima ſuorum parentum. *Dionyſ. Carth. in Cant. ar. 8.*

Pro-

Proles magni Tomantis. *Iuſtus Lypſius in Carmine ad Patron. Virginem pro Panegyricis Mariannis Martini Delrij.*

PROMA conda noui mũdi Conditoris. S. *Ioaun. Damaſc. in orat. 4. de Natiuit. B. V.* M.

Proma lætitiæ. *Ioan. Geom. in B. V. hymn. 1.*

Proma conda diuinorum donorum. *Emmanuel Pal. Imperator in orat. de Dormit. B. V.* M.

PROMISSIO Iſraël. *Hugo Carenſis in cap. 24. Eccleſiaſtici.*

Promiſſio Patriarcharum. D. *Bonauentura in Canticis Pſalterij B. Virg.* M.

PROMOTRIX Iuſtorum. *D. Bonauent. in Canticis Pſalterij Beatæ V.* M.

Promotrix dulciſſima pœnitentium. *Ioan. Trith. lib. 1. de Miracul. B. V.* M. *in Vrticeto cap. 6.*

Promotrix omnium humilium. *Idem ibidem.*

PROMPTVARIVM indeficiens famelicæ creaturæ. S. *Io. Chryſoſt. Hom. in Chriſti Natali.*

Promptuarium ineffabilium Domini miraculorum. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. Virg.*

Promptuarium omnis puritatis. *S. Io. Damaſcen. in Can. Sanctiſſ. Deipar.*

Promptuarium latum Deitatis omnia complecentis. *Idem orat. 2. de Aſſumptione, ſiue Domit. Beatæ Mariæ.*

Promptuarium omnium munditiarum. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

Promptuarium Chriſti immaculatum. *Theodor. Laſch. Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Promptuarium plenitudinis, vndè omnes ſtipendiantur. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Euangelium Ioannis.*

Promptuarium dominicæ œconomiæ. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

Promptuarium gratiarum. *Idem in Mar. orat. 5.*

Promptuarium venerandorum myſteriorum. *Idem ibidem. orat. 6.*

Promptuarium Dei. *Barthol. de Piſis lib. 2. de laud. Beatæ Mariæ Virg. fruct. 2.*

PRONVBA ſui Nati-Io. *Geom. in B. V. hymn. 2.*

PROPAGATIO benedictionis in omnes. *Alb. Magnus in Poſtillis ſuper Cap. 1. Lucæ.*

PROPAGATRIX operariorum. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 2.*

PROPAGO naturæ irreprehenſæ. *Chryſipp. in ſerm. de SS. Maria Deipara.*

PROPHETA Dei. *D. Bonauent. in Canticis Pſalterij Beatæ Virg. Mariæ.*

Propheta ſumma, quæ Deum non ſolum demonſtranit, ſed genuit. *Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt cap. 158.*

Propheta, & pluſquam Propheta; nam ſi ideo Ioannes Baptiſta dicitur Propheta, & pluſquam Propheta, quia quem alij prophetando prædixerant, ille & venturum prædixit, & venientem digito oſtendit, quanto magis Maria pluſquam Propheta dicetur, ad cuius vocem ipſe Baptiſta ſpiritum prophetandi accepit, quæ ipſum Dominum Prophetarum peperit, & exhibuit, ipſa nimirum prophetauit, & de præterito dicens: Suſcepit Iſrael puerum ſuum, & de præſenti ſalutando Eliſabeth, & de futuro dicens: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. *Ern. Prag. in Mariali cap. 140.*

Propheta illuminatiſſima, ſapientiſſimaque doctrix doctorum Eccleſiæ. *Arnold. Boſt. c. 11. §. 2. lib. de Patronatu, & Patrocinio Deiparæ Virg. in ſibi dicatum Carmeli Ordinem.*

PROPETISSA. *Franc. Abb. lib. 8. de gratia Del.*

Prophetiſſa, de qua Iſaias: Et ingreſſus ſum ad prophetiſſam: Dixit enim, & vaticinata eſt: Ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes terræ. *D. Epiphan. lib. 1. contra hæreſes hæreſi 30.*

Prophetiſſa, ad quam proximè acceſſit Iſaias per prænotionem ſpiritus: prophetico enim afflata ſpiritu elocuta eſt: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. D. *Baſilius in cap. 8. Iſaiæ.*

Prophetiſſa, iuxta Iſaiam cap. 8. quę peperit Emanuelem ſine viro, natum illum nobis ſine Patre, qui ipſe ante ſęcula ſapientia eſt, iuſtitiaque, & ſanctificatio, & redemptio à Deo Patre. S. *Amphyl. Sydæ Epiſc. or-in SS. Deip. V.*

Prophetiſſa, quæ non agnito conceptionis modo ex auditu concepit, & peperit Deum viuentem. *Idem ibidem.*

Prophetiſſa, ex qua ille, de quo Moyſes ſcripſerat Propheta, Chriſtus, ipſa veritas aduenit. *Andreas Cretenſis orat. de Natiu. B. M. V.*

Prophetiſſa orta ex Dauid, laudibus honoranda. Id. *Can. in Dominicam poſt diem 17. Decēb.*

Prophetiſſa, quam vidit Iſaias cap. 8. *Idem orat. 1. in Annunciat.* B. V. M.

Prophetiſſa Dei. D. *Ildephonſ. ſerm. 2. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Prophetiſſa, de qua ſcriptum, Iſai. 8. Et acceſſi ad prophetiſſam, & concepit, & peperit Filium, vt dixit Dominus ad me: Voca nomen eius accelera, ſpolia detrahere, feſtina, prædare: quia antequam ſciat puer vocare Patrem, & Matrem, auferet fortitudinem Damaſci, & ſpolia Samariæ. S. *Germ. Conſtant. ſerm. in Natiuit. Beatæ Virg. M.*

Prophetiſſa, ad quam acceſſit Propheta, id eſt Spiritus ſanctus, Iſai. 8. *Ratramnus Corbeienſis in Opuſc. de Partu B. M. Virg. cap. 4.*

Prophetiſſa, quæ plena Spiritu ſancto, pulcherrimam nobis edidit prophetiam: Magnificat anima mea Dominum. D. *Bruno Carthuſ. homil. de Natiuitate Domini.*

Prophetiſſa, ad quam accedendo beatum, ſe Iſaias, imò beatos ſe omnes prophetæ ſancti non immerito crediderunt, quod ad Dei templum, ad Spiritus ſancti ſacrarium, quippiam verbi boni ſe afferre cognouerant. *Ruper. Abbas lib. 1. de operibus Spiritus ſancti cap 9.*

Prophetiſſa, ad quam acceſſit omnis ſanctus, & fidelis Propheta, ad quam tendebat, & in qua completa eſt omnis ſancta, & fidelis prophetia. *Idem lib. 6. Commentarior. in Cantic. Canticorum.*

Prophetiſſa, ad quam Iſaias, imò, & omnes acceſſerunt Prophetæ ſancti: omnium quippe ſanctus, & omnium verbum ad vterum eius tendit. *Idem lib.1. Commentar. in Iſai. c.34.*

Prophetiſſa, ad quam Iſaias Propheta iuſſus acceſſit, cuius in vtero omnium Prophetarum ſanctorum completa eſt prophetia, nec enim quod carne concepit, mente ignorare potuit. *Idem ibidem.*

Prophetiſſa, ad quam omnes omninò Prophetę ſancti conuenerunt; omnium enim, & ſingulorum diuinæ gratiæ, & particulares prophetię in eam ſimul Spiritu ſancto ſuperueniente concurrerunt. *Idem lib. 1. de operibus Spiritus ſancti cap. 9.*

Prophetiſſa, ad quam Prophetæ omnes acceſſerunt, & in qua omnium fides, & omnium prophetiæ conuenerunt, ſciens ipſa quid ageretur ſecum ſecundum veritatem ſcripturarum. *Idem lib.9.de glorificatione Trinitatis, & Proceſſione Spiritus ſancti cap.8.*

Prophetiſſa, de qua gratulabſidus, loquitur Propheta ſanctus Iſaias: & acceſſi ad prophetiſſam, & concepit, & peperit filium. *Idem lib.1. de operibus Spiritus ſancti cap.9.*

Prophetiſſa, ex qua Mater Dei facta eſt. *Idem lib.1. Commentar.in Cantic.Canticor.*

Prophetiſſa fidelis, ad quam, non ſolus Iſaias, ſed Prophetæ omnes acceſſerunt, quia prophetiæ omnium, & ſcripturæ omnes in eius ſenſum, cum ſuperueniente in ea Spiritu ſancto conuenerunt. *Idem ibidem.*

Propetiſſa, in qua omnis prophetia impleta fuit. *Idem Prologo in Explanatione 12.Prophetarum.*

Prophetiſſa magna, & capax omnium Prophetarum, ſiue prophetiarum. *Idem lib. 5. Commentar.in Cantic.Canticor.*

Prophetiſſa magna, quæ nihil Spiritu ſancto docente ignorauit. *Idem lib.1.Commentar. Cantic. Canticorum.*

Prophetiſſa magna, quæ quid ageretur non ignorabat, quoniam gratia plena erat. *Idem ibidem.*

Prophetiſſa, nulli Prophetarum comparanda, cuius in ſacrarium pectoris Spiritus ſanctus Prophetias omnes conuexerat. *Idem libr. 2. de operibus Spiritus ſancti.*

Prophtiſſa Prophetarum, *Idem lib.1.Commentar. in Matthæum.*

Prophetiſſa ſingularis; neque enim hæc particularem, vt ſinguli Prophetarum, verbi gratiam, ſed vniuerſam Spiritu ſancto ſuperueniente, ſuſcepit ex eo Verbi Dei ſubſtantiã. *Idem lib.1. de operibus Spiritus ſancti cap.9.*

Prophetiſſa magna, quæ concepit, & peperit Filium Dei. *Hugo Carenſis in cap.24.Eccleſiaſt.*

Prophetiſſa per excellentiam, alios excellens in prophetia. *Albert.Magn.ſup. Miſſus eſt c.151.*

Prophetiſſa ſapientiæ. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Canticorum.*

Prophetiſſa, cum dixit: Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes. *D. Antoninus in ſumm.par.4. tit.15. cap.3.*

Prophtiſſa, prophetas faciens. *Idem ibidem c. 22. quod eſt de cauſis, ob quas Deus fuit cum Maria.*

Prophetiſſa, quia dixit in cantico: Beatam me dicent omnes generationes; quæ tunc erat omnibus ignota, ſed futurum erat poſt tempora quod dixit. *Idem ibidem cap.19.quod eſt de gratijs gratis datis Mariæ V.*

Prophetiſſa; ſi enim Ioannes Baptiſta dicitur Propheta, quia Chriſtum digito demonſtrauit occultum alijs, quanto magis dici debet Prophetiſſa, quæ eum genuit, & toti mundo occultum, Deum viſibilem oſtendit? *Idem ibidem.*

Prophetiſſa, & pluſquam prophetiſſa; nam ſi de magno, & Sancto Ioanne Baptiſta aſſeritur, quod fuit Propheta, & amplius quam Propheta, quoniam quem prædixit venturum, monſtrauit præſentem; quanto magis B.Virgo fuit prophetiſſa, & pluſquam prophetiſſa, quoniam Chriſtum, de quo nondum nato ex vtero multa in ſuo cantico prophetauit, non ſolum monſtrauit præſentem paſtoribus, Magis, Simeoni, & Annę, multiſque alijs, ſed & toti mundo peperit eum, ac præſentem exhibuit? *Dion.Carth.de laud.Virg.lib.2.art.18.*

Prophetiſſa, de qua Spiritus ſanctus per Iſaiam loquitur dicens: Acceſſi ad prophetiſſam, & concepit, & peperit Filium; ad eam enim acceſſit Spiritus ſanctus non locũ mutando, ſed per Prophetam loquendo, & demum tempore ab æterno prædeſtinato, virtutem ſine viro concipiendi ei conferendo, & tunc Virgo ipſa concepit, & peperit Filium Dei Verbum, carne humana indutum, ac mundi Saluatorẽ. Hic autem Spiritus ſancti acceſſus tunc ad eam factus eſt, cum vt ait Lucas Cap.1. Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo ad Virginem deſponſatam viro, & nomen Virginis Maria, & ait Angelus ei: Ecce concipies in vtero, & paries Filium &c. *Petrus Galat. lib. 7. de Arcan. cap. 16.*

Prophetiſſa illa, de qua Iſaias meminit cap.8. Et acceſſi ad prophetiſſam, & concepit, & peperit Filium. *Idem lib.7. de Arcan. cap.17.*

Prophetiſſa parens Regis Meſſiæ. *Idem ibidem.*

Prophetiſſa, quia ſuo vaticinio ſcit omnia, à primordio ad finem vſque, quod nemo vnquam prophetarum cognoſcere potuit. *Idem ibidem.*

PROPINATRIX vitæ. *D. Amadeus hom. 8. de laude Beatæ Mariæ Virg.*

Propinatrix in nuptijs Chriſti, & ſacroſanctæ Eccleſiæ. *Albertus Magnus ſerm.in Dom.2.poſt Epiphan.*

PROPITIATIO communis mundi vniuerſi. *Andreas Cretenſis orat.3. de Dormit.* B.M.V.

Propitiatio noſtra. S.Io.*Damaſc.in Paracl.B.M.V.& Photius Conſtant.orat.in S.M. Natiu.*

Propitiatio peccatorum noſtrorum. *S.Io.Damaſcen. in Paracl. B.M.V.*

Pro-

Propitiatio benigniſſima Chriſtianorum apud Deum. *S.Io:Damaſ.Can.in Decol: S.Io:Bapt:*

Propitiatio peccantium. *S.Ioſeph Hymn.in Mar.*

Propitiatio noſtra apud Filium, quia rogat pro culpis noſtris. *Petrus Abbas Cellenſis in libro de panibus cap.21.*

Propitiatio noſtra apud Filium, vtpotè genitrix. *Em.Pal.Imp.in orat.de Dormit. SS.Virg.*

Propitiatio peccatoribus. *Barthol.de Piſis lib. 1. de Laude Virg. fructu 10.*

Propitiatio deſperatis. *Bern.de Buſtis ſerm.3.de Natiuitate B.M.V.*

PROPITIATORIVM. *Arnoldus Carnot.Tract. de illis verbis Domini: Mulier ecce Filius tuus.*

Propitiatorium, ex quo Deus hominibus in forma humana innotuit. *S.Method. in homil. feſti Purificat.B.M.V.*

Propitiatorium laborantium. *D.Ephrem.in ſerm. de laude B.M.Virg.*

Propitiatorium ad Sancta Sanctorum, & in penetralibus diuinæ, myſticæque arcæ diſpoſitum, quod ſeraphinorum pennis obumbratum eſt,& myſticoleſu adventu peccata noſtra expiauit. *Andreas Cret.orat. 3. de Dormit.B.V.*

Propitiatorium mundi, *Anonymus in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in Officio Aquæ Benedictæ Minoris: S.German:in ſuo Mariali frag. 15.& orat.1.in Præſent.B.M.V.S.Ioſeph Hym. in Mar.& Theod.Laſcb.Imp.in Can:ad SS.Deip.*

Propitiatorium commune omnium Chriſtianorum. *S.German.in ſuo Mariali fragm.15.*

Propitiatorium planè nouum, Deoque ſimillimum, purgandi vi preditum, & non manufactum. *Idem orat.1.in Præſent. B.M.V.*

Propitiatorium reuera ſacrum, in quo Deiferi S.Eccleſiæ Doctores diuinarum reuelationum habentes oraculum, reſponſa de futuris accipiebant. *Idem ſer.in Natiu.B.M.V.*

Propitiatorium culparum noſtrarum. *S. Ioann: Damaſc.in Paracl.B.M.V.*

Propitiatorium eorum, qui lapſi ſunt. *Id.ibidem.*

Propitiatorium noſtrum, à multis peccatis redimens nos, & ſaluos faciens. *Idem ibidem.*

Propitiatorium noſtrum apud Deum, eripiens nos à futuris terribilibus ſupplicijs, & liberans nos ab omnibus minis, & inſidijs hoſtium viſibilium, & inuiſibilium. *Idem ibidem.*

Propitiatorium noſtrum apud Filium ſuum, grauium delictorum abſolutionem impetrans nobis. *Idem ibidem.*

Propitiatorium noſtrum, beneuolentiæ plenam conſolationem nobis præbendo. *Idem ibid.*

Propitiatorium omnium mortalium, iudicem Filium ſuum propitium nobis reddens. *Id.ibi.*

Propitiatorium commune fidelium. *S. Ioſeph Hymnograph,in Mariali.*

Propitiatorium iucundum lucis illius, quæ illuminat vniuerſa. *Idem ibidem.*

Propitiatorium noſtrum apud Deum, eruens nos à futuræ vitæ terribilibus tormentis, ac liberans nos ab omnibus minis, & conatibus hoſtium tam viſibilium, quam inuiſibilium. *Idem ibidem.*

Propitiatorium noſtrum apud eum, qui ex ea natus eſt, grauium debitorum remiſſionem impetrans nobis, & diuini Regni Dei ingreſſum, & deliciarum fruitionem, luciſque conſortiũ. *Idem ibidem.*

Propitiatorium omnium hominum, propitium nobis reddens Iudicem Filium ſuum. *Id.ibid.*

Propitiatorium peccatorum, à tempeſtatibus immenſorum liberans nos. *Idem ibidem.*

Propitiatorium purum peccantium, interceſſione ſua effringens peccatorum noſtrorum chirographum. *Idem ibidem.*

Propitiatorium ſpirituale, à quo omnium preces ſuſcipiuntur, quas Filio ſuo offert in pretium redemptionis eorum, qui ſuauiter canunt: Benedicite opera Dominum. *Idem ibid.*

Propitiatorium commune totius mundi. *Ioann. Epiſc. Aretinus in Tractatu de deuotione Sanctiſſ.V.Mariæ.*

Propitiatorium ſacratiſſimum. *Leo Imperator in orat.de Præſentat: B.Virg.*

Propitiatorium totius ſæculi. *D.Anſelmus in libr. ſiue Tractatu de Concept.SS. Virg. M.*

Propitiatorium exauditionis. *Petrus Bleſ ſer.33.*

Propitiatorium animarum. *Theodor.Laſcbus Imperator in Can.ad Ss. Deiparam.*

Propitiatorium, ſic dictum, quaſi propitiationis oratorium; propitiatio enim placatio eſt; Mariæ namque datum eſt à tota Trinitate, vt ſit noſtra propitiatrix ad Filium offenſum pro peccatis noſtris ipſum pro nobis orando, & ei ventrem, in quo portauit, & vbera, quæ ſuxit, repræſentando. *Rich.à s.Laur. de Laude Sanctiſſ.Virg.lib.10.*

Propitiatorium, ſuper quod propitiatur Dominus peccatoribus Exod. 26. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap 5.Matthæi.*

Propitiatorium veniæ. Exod. 21. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.Exodi.*

Propitiatorium aureum, quo aperitur Arca, ideſt, Eccleſia, ſeu Congregatio Fidelium. *Ern.Prag.in Mariali cap. 115.*

Propitiatorium gratiarum. *Idem in Mariali c.23.*

Propitiatorium, ideſt quidam fons patens domui Dauid, & toti Eccleſiæ, non ſolum in ablutionem peccatorum, ſed in redemptionẽ captiuorum, in ſanationem infirmorum, in liberationem victorum, in illuminationem cæcorum, in reſtaurationem deperditorum, in conſolationem noſtrorum, in ſaluationem iuſtorum, & quidquid aliud excogitari poteſt ad opus propitiationis pertinens. *Idem in Mariali cap.115.*

Propitiatorium totius Eccleſiæ. *Idem in Mariali cap.123.*

Propitiatorium per veniæ peccatoribus impetrationem. *Barth.de Piſis lib.1.de laude Sanctiſſ. Virg.fructu 2.*

Propitiatorium, quia ipſa Deus ad parcendum inclinatur. *Idem ibidem fructu 6.*

Propitiatorium traditis Diabolo. *Idem ibidem fructu 8.*

Propi-

Propitiatorium verum, in quo dignatus eſt Dei Filius corporaliter habitare, humano generi repropitiaturus . *Anton. Pocq. ſerm. 2. de Concept. B. M. Virg.*

Propitiatorium templi, *D. Laur. Iuſt. in libro de caſto Connubio Verbi, & Animæ cap. 9.*

Propitiatorium Dei. *Ludou. Bloſius in Endologia 3. ad B. Virg.*

PROPITIATRIX noſtra apud Filium ſuum, & Dominum noſtrum. *Ioann. Epiſc. Aretinus in Tractatu de Dormit. SS. V. Mariæ.*

Propitiatrix pro peccatis. *Idem ibidem.*

Propitiatrix noſtra ad Filium offenſum, pro peccatis noſtris, ipſum pro nobis orando, & ei ventrem, in quo portauit, & vbera, quæ ſuxit, repræſentando. *Richard. à S. Laurent. de Laud. B. Virg. lib. 10.*

PROPVGNACVLVM fidei Chriſtianæ. *Andr. Cretenſis orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Propugnaculum animarum noſtrarum. *Anonymus in Eucologio, ſeu Rituali Græcorum in Officio communis ſupplicat.*

Propugnaculum inexpugnatum cunctorum mortalium. *Idem ibidem. in Officio pro pluuia obtinenda.*

Propugnaculum noſtrum aduerſus barbaros. *Idem in Eucologio, & Officio funereo pro ſacerdote vita functo.*

Propugnaculum turritum Chriſtianarum ciuitatum. *Idem in Menæis Græcor. die 15. Auguſti.*

Propugnaculum Chriſtianorum. *S. Ioan. Damaſ. in Can. de SS. Trinitate.*

Propugnaculum mundi. *Idem in Menæis Græcorum die 15. Auguſti.*

Propugnaculum forte, Filium ſuum pro noſtra ſalute exorans. S. *Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Propugnaculum validiſſimum fidelium. *S. Ioan. Damaſc. in Can. SS. Deiparæ.*

Propugnaculum in pelago tribulatorũ. *Idẽ ibid.*

Propugnaculum omnium fidelium, qui in profundo malorum, & in ſalo tribulationis ſemper periclitantur. *Idem ibidem.*

Propugnaculum defenſione. *Hugo de S. Victore ſerm. in Natiuit. vel Aſſumpt. B. Mariæ qui eſt in ordine 34.*

Propugnaculum eorum, qui in eam ſpes ſuas piè colloeant. *Emmanuel Pal. Imperat. in Can. ad Sanctiſſ. Deiparam.*

Propugnaculum tutum, contra omnes inſultus Diabolicæ prauitatis. *Io. Trith. lib. 1. de Miraculis. B. Virg.*

Propugnaculum Eccleſiæ. *S. Thom. de Villanoua Conc. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*

PROPVGNATRIX eorum, qui in eam, ſpem collocarunt. *Andreas Creten. orat. 3. de Dor. V.*

Propugnatrix Chriſtianorum. *Coſmas Hieroſol. in Tocogoniam Hymn. 2.*

Propugnatrix eorum, qui in neceſſitatibus, & tribulationibus poſiti ſunt. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. Virg.*

Propugnatrix nda fidelium. *Idem ibidem.*

Propugnatrix noſtra fortiſſima. *Idem ibidem.*

Propugnatrix noſtra, inuiſibiles hoſtes nos inuadentes repellens. *Idem ibidem.*

Propugnatrix veritatis. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Propugnatrix noſtra immenſæ clementiæ, quæ magno ſuorum profectu, venenoſi ſarpentis caput, membraque in dies conterens, eum ad nihilum vſque deducit, & veneratores ſuos glorificat. *Arnold. Boſtius cap. 4. §. 1. lib. de Patroc. Deip. V. in ſibi dicatum Carmel. Ord.*

Propugnatrix cœleſtis addictorum clientelæ ſuæ ſeruorum. *Friderie. Fornerus in Epiſtola dedicatoria ſuæ Palmæ Triumphalis*

PROPVLSATIO noſtra in periculis. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. Mariæ.*

Propulſatio Diabolorum. *Theophan. Nicenus in Menæis Græcorum die 16. Ianuarij.*

PROSA chara mæſto. *S. Ioſep. Steinfeld opuſc. 4.*

PROSAPIES pietatis, per quam impietatis proſapies eſt deſtructa. D. *Auguſtinus ſerm. 17. de Natiuit. Domini, qui eſt 21. de tempore,*

PROTECTIO luculenta noſtrorum genitorum. *D. Ephrem. in ſerm. de Laude B. M. Virg.*

Protectio noſtra poſt Deum. *Eutichianus in vita ſancti Theophili.*

Protectio omnium. *Andreas Cretenſis Can. in S. Andream Apoſtol. S. Io: Damaſc. in Paracl. B. M. V. D. Theodor. Studites in Canone, qui caneb. in Erectione Sanctar. Imagin. & S. Io: Damaſceu. can. in Natiuit. B. Virg.*

Protectio animarum. *Anonymus in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in Officio magni, & Angelici habitus.*

Protectio Chriſtianorum non confundenda. *Idẽ in Eucologio, ſeu Rituali Græcorum, in Officio communis ſupplicationis.*

Protectio mundi. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in Officio aquæ benedictæ minoris.*

Protectio omnium ad ſe currentium. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in Officio funereo pro Sacerdote vita functo.*

Protectio viuorum, & mortuorum. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in Officio funereo virorum ſæcularium.*

Protectio immobilis. *S. German. orat. 2. in Dormitione B. Mariæ Virg.*

Protectio tremenda, eam ſincero corde Dei genitricem confitentium. *Idem in ſuo Mariali fragm. 15.*

Protectio fidelium conſtituta à Deo, qui ex eius ſanguinibus incarnatus eſt. *S. Io: Damaſc. in Paracl. B. Mariæ Virg.*

Protectio fortis illam honorantium. *Idem ibid.*

Protectio noſtra, nos ad Deum conducens, & vitam nobis, gloriamque præſtans æternam. *Idem ibidem.*

Protectio pauperum. *Idem ibidem.*

Protectio ſalutifera, quam Deus incarnatus dedit omnibus Chriſtianis. *Idem ibidem.*

Protectio ſeruorum ſuorum. *Idem ibidem.*

Protectio vitæ noſtræ. *Idem ibidem.*

Protectio caſta laudantium Deum. *S. Ioſeph Hymnograph. in Mariali.*

Pro-

Protectio diuina populi Christiani. *Idem ibid.*
Protectio fidelium, quæ non confunditur, nec erubescit. *Idem ibidem.*
Protectio periclitantium. *Idem ibidem.*
Protectio totum mundum continens, & seruans. *Leo Imp. in orat. de Assumpt. B. M. Virg.*
Protectio animarum nostrarum. *Theodorus Lasc. Imperat. in Can. SS. Deip.*
Protectio fidelium. *S. Io: Damasc. in Can. SS. Deip.*
Protectio diuina. *Idem in Poem. B. Virg.*
Protectio mundi laudabilissima. *Idem in Can. ad sanctiss. Deiparam.*
Protectio nostra fortissima. *Idem in Poemate B. Mariæ Virg.*
Protectio nostra gloriosissima. *Idem in Can. ad Sanctiss. Deipar.*
Protectio totius Ecclesiæ, nam super arcam positum est propitiatorium, & Maria super mundum; vnde Luna, ideſt mundus iſte, qui mutatur vt Luna, quotidie sub pedibus eius esse dicitur Apoc. 12. *Eus. Prag. in Mariali c. 115.*
Protectio Iustorum. *Maurit. de Villaprobata serm. 12. Coronæ nouæ B. Virg.*
Protectio simplicium, & innocentium. *Idē ibid. serm. 16. & Bernard. de Busti serm. 4. de Assimilat. B. Mariæ.*
Protectio nostra. *S. Thom. de Villanoua Conc. 3. de Natiuit. B. V. & D. Bonauent. in Psalterio B. M.*
PROTECTRIX feruens in præsenti vitæ cursu, hostiles quoscumque impetus à nobis auertens: & in via salutis nos constituens. *D. Ephr. in orat. ad SS. Dei Genitricem.*
Protectrix in prosperis. *D. Idaphon. serm. 6. de Assumpt. B. Mariæ Virg.*
Protectrix animarum nostrarum. *Anonymus in Menæis Græcor. die 16. Martij.*
Protectrix fidelium. *Idem in Encologio, seu Rituali Græcar. in officio funereo virorum sacularium.*
Protectrix hominum. *Idem in Encologio, seu Rituali Græcor. in officio funereo exequiarum.*
Protectrix nostra. *Idem in Encologio, seu Rituali Græcorum. in officio communis supplicationis.*
Protectrix valida. *Idem in Encologio, seu Rituali Græcorum in officio. Olei sancti.*
Protectrix vitæ nostræ. *Idem in Encologio, seu Rituali Græcor. in officio communis supplicationis. & D. Bonau. in Psalt. minori B. V. quinquag. 3.*
Protectrix sola fidelium. *S. Ioan. Damasc. in Cant. Ecclesiast. Græcor. sono 2.*
Protectrix nostra benigna. *S. Ioseph Hymn. in Mariali.*
Protectrix seruorum suorū apud Filium. *Id. ibi.*
Protectrix vigilantissima in necessitatibus. *Id. ib.*
Protectrix potentissima seruientium sibi. *Idiata in sua contemplatione de SS. Virg. Maria.*
Protectrix potentiæ; protegit enim nos potenter ab omni aduersitate, vel protegit potentiam, quam dedit seruis suis ad bene agendum, & ad declinandum à malo: quia licut dicit Gregorius lib. 9. Moral. cap. 78. Citò bonum perditur, quod à largiente non custoditur, vel protegit eos contra potentiam malignorum spirituum. *Rich. à S. Laur. de laud. SS. Virg. lib. 2.*
Protectrix tribulatorum. *Albert. Magn. in Postillis super cap. 2. Lucæ.*
Protectrix domus totius Ecclesiæ. *Dionys. Carth. in cap. 31. Eccl. Prouerb.*
Protectrix Ecclesiæ à Deo constituta, cuius certissimè bonum materno semper zelo affectauit. *Idem lib. 3. de prec. Mariæ art. 5.*
Protectrix fidelissima Ecclesiæ militantis, in quam tanquam in hortum suum descendit quotidie, omnem statum, ac dispositionem Ecclesiæ considerando, preces pro eo fundendo, dona gratiæ impetrando. *Idem in Can. art. 21.*
Protectrix fortis, atque fidelissima miserorum. *Idem lib. 1. de prec. Mariæ art. 9.*
Protectrix nostra fidelissima, potentissima, ac pijssima à Deo constituta. *Idem lib. 3. de laude SS. Virg art. 20.*
Protectrix totius Ecclesiæ militantis, cui decuit plurima reuelari de statu, processu, euentu eiusdem Ecclesiæ militantis, vt ex illorum præcognitione magis procuraret, ac tueretur bonum totius Ecclesiæ. *Idem lib. 2. de laud. B. Virgin. Mariæ art. 18.*
Protectrix pijssima Monachorum, & Cœnobitarum. *Io. Mauburnus in Rosario de Gloria B. Virg. membr. 6.*
Protectrix fidelissima omnium eam laudantium. *Ludouic. Blos. in Endolog. 2. ad B. Virg.*
PROTVRBATRIX Dæmonum nos inuadentium. *S. Ioan. Damasc. in Paracl. B. Mariæ.*
PRVDENTIA infantium. *Georgius Nicomedus. orat. 3. de Concept. Virg. Deiparæ.*
Prudentia animarum sanctarum. *D. Anselm. in hymn. 2. B. Dei Genitricis.*
PSALTERIA egregia. *D. Laurent. Iustin. in ligno vitæ de humilitate cap. 2. & 3.*
PSALTES nostra. *Ioan. Gerson. Tract. 2. Cantic.*
Psaltes gloriosa, quæ præcisè Dei laudes canere studuit. *D. Antoninus. in sum. part. 4. tit. 15. cap. 28.*
PVDOR. *Venant. Fortunat. Eleg. in laud. SS. Virg.*
Pudor virgineus. *Arnold. Carnoten. tract. de illis verbis Domini: Mulier ecce filius tuus.*
PVELLA sancta, & præclara, quæ in virginitate manſit. *D. Epiphan. in serm. de laud. Virg.*
Puella Virgo. *Idem ibidem.*
Puella honoratissima. *D. Ephrem in ser. de laud. V.*
Puella sacratissima. *Idem ibidem. & Isidor. Thessalon. in orat. de Natiuit. B. Virg.*
Puella gratia æquanda nullis, siue puella gratiosa. *D. Greg. Nazian. in Traged. Christi patien.*
Puella sponsa. *D. Greg. Nyssen. orat. in Christi Nat.*
Puella intacta. *Aurelius Pruaent. in Apotheosi.*
Puella intemerata. *Idem Hymn. 3. ante cibum. & Iacob Monach. in Mariali orat. 6.*
Puella innupta, quæ sponsum generauit immortalem. *D. Basilius Seleuc. orat. de Adamo.*
Puella à Prophetis olim prædicta. *S. Io. Chrisost. orat. in SS. Deiparam.*

Puel-

Puella genere regali, & omnibus virtutibus ornata, pulchritudinem dauidicæ radicis propriam ſernans, tota pulchra, & intacta. *Idem ibidem.*

Puella innupta, ſine ſemine partus. *Idem orat. de Annunc. B. Virg.*

Puella innupta, ex qua egreſſus eſt Propheta magnus à Moyſe ſignatus. S. *Proclus orat. 6. quæ eſt de laud. B. Virg.*

Puella puerpera. *Idem orat. 4. quæ eſt in diem Natal. Domini.*

Puella, viri ſalutationis ignara. *D. Auguſt. ſer. 2. in Annunc. S. Mariæ.*

Puella, cuius ventet ſecreta incognita baiulanit. *Sedulius in Hymn. de Chriſto, cuius initium: A ſolis ortus Cardine.*

Puella, cuius vterum ſydereum impleuit onus. *Idem lib. 2. Carm.*

Puella, quæ ſic Deum in ſui pectoris capit, recipit, oblectat hoſpitio, vt pacem terris, cœlis gloriam, ſalutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cœleſtibus parentelam, ipſius Dei, cum carne commercium, prò ipſa domus exigat penſione, pro ipſius vteri mercede conquirat, & impleat illud Prophetæ: Ecce hæreditas Domini Filij merces fructus ventris. Pſalm. 126. *S. Petrus Chriſolog. ſerm.*

Puella prorſus diuina. *S. Sabba in Menæis Græc. die 24. Martij.*

Puella ſacratiſſima, quæ per ſuum viuificum partum potentiam mortis diſſipauit. *Idem in Menæis Græc. die. 3. Ianuarij.*

Puella innupta, ex qua Deus, cum eſſet corporis expers, corpus anima rationis, ac intellectus, facultate prædita animatum noſtri cauſa induit. *Leontius orat. in occurſu Domini ſeu in Purificat. B. M.*

Puella aſtrigeris prælata choris. *Venant. Fortunat. Elegia in laud. V.*

Puella benedicta, noua dona gerens. *Idem ibid.*

Puella caſta. *Idem ibidem.*

Puella dulcis, & pretioſa, omnes vltra homines dona decoris habens. *Idem ibidem.*

Puella caſtiſſima parens illius, qui humiliatam naturam ſublimem euexit. *Andreas Cretenſis in magno Can.*

Puella coniugij, ac rei maritalis expers. *Idem Can. in Natinit. B. M.*

Puella magni nominis. *Idem. Can. in ſanctos decē Martyres in Creta.*

Puella omni næuo carens. *Idem in Can. de Natiuitate B. V.*

Puella, ſine ſemine pariens omnium Dominū. *Idem Can in 7. Machab.*

Puella ſola immaculatiſſima. *Idem Can. in Concept. B. M. & Iacob. Monach. in Mariał. orat. 4.*

Puella virgo, ex Iuda, Dauideque procedens, regni, ſacerdotiſque eius præ ſe ſpeciem ferens, qui ſecundum ordinem Melchiſedech, Aron ſacerdotium geſſit. *Andreas Cret. orat. de Nat. B. V.*

Puella, cuius beatitudini congratulatus eſt Dauid. *Chryſip. in ſerm. de S. Maria.*

Puella impolluta. *Idem ibidem*

Puella innupta, cuius membris infunditur, qui toto mundo non capitur. *D. Ildephon. ſerm. 1. in Natiuit. B. V.*

Puella, cuius lacte nutritus eſt ille, qui nutriuit omne, quod ſpirat. *Anonymus in Menæis Græc. die 25. Iulij.*

Puella diuina. *Georg. Nicomed. orat. de Præſent. V. Nicetas Dauid in homil. de Nat. B. M. Theophilact. in orat. de Præſent. B. V. & Iacob Monachus orat. de Nat. B. V. & in Mariali orat. 2.*

Puella omni creatura ſublimior, ſemper Virgo, & pueri Mater, viri neſcia, & fœcundiſſima. *Georg. Nicomed. orat. de Concept. Deiparæ apud Cerafolum tom. 6.*

Puella admiranda. S. *German. Conſtant. ſerm. in Natinit. B. Virg.*

Puella beatiſſima, quæ vna Deum nobis incommutabiliter carne peperit. *Idem orat. 1. in Præſentat. B. M. Virg.*

Puella cœlis ſublimior. *Idem ibidem.*

Puella Deo dicata. *Idem ibidem.*

Puella, de qua eſt ſalus, & per quam totius mundi redemptio, Ieſus Chriſtus, Deus Verbum. *Idem ſerm. in Nat. B. Virg.*

Puella omni puritate fulgens. *Idem ibidem.*

Puella ſemper Virgo, nunquam experta nuptias. *Idem ibidem.*

Puella incorrupta, cuius primogenitus infans apparuit, qui ex Patre eſt ante ſæcula primogenitus. *Coſmas Hieroſol. in Theogon. hymn. 13.*

Puella pariens, expers viri. *Id. in Theog. hymn. 11.*

Puella Dei Genitrix. Deo chariſſima. Cariſſima *S. Io. Damaſ. in Paracl. B. M. & D. Amedeus in homil. 2. de Sanctiſſ. Virg.*

Puella diuina felicitate cumulatiſſima. Immaculatiſſima. Immunis ab omni macula. Incorruptiſſima. Innocentiſſima. Innupta. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl.* B. *Mariæ.*

Puella integerrima, lucis ſuæ ſplendoribus nobis illuceſcens. Omni laude digniſſima. Omnis maculæ expers. Quæ Datorem lucis peperit. Quæ Dei capax fuit, & Dei Filium genuit. Quæ ſola Deum, qui à nullo capi poteſt, propter ſuam bonitatem comprehenſibilem effectum peperit. *Idem ibidem.*

Puella ſacra, & prorſus immaculata. *Idem orat. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*

Puella ſanctiſſima, ac Deo gratiſſima. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Puella ſpecioſiſſima, atque dulciſſima. Tota pura. *Idem orat. de Natinit. B. V.*

Puella Virgo ſancta, per quam is, qui capi non poteſt, cum mortalibus conſuetudinem habuit. *Idem in Carm. de Annunc.*

Puella incorrupta, quæ ſine viri experientia peperit ſalutem animarum noſtrarum. *Idem in Officc. Græcor.*

Puella pura, & auguſta, quæ non hominem ſimplicem attulit, ſed hominem perfectum, & veriſſime perfectum Deum. *Idem ibid.*

Puella, quæ ea, quæ matrum propria ſunt i-

gno-

gnorauit, & ſupra naturæ ordinem Deum conceptum in carne peperit. *Idem Can. in Apparitione S. Crucis.*

Puella ſemper Virgo, ex ſterili in ſalutem mortalium nata. *Idem Can. in Natiuit. S. M.*

Puella ſuperadmirabilis, quæ terrarum orbi Chriſtum oriri fecit, & vniuerſa æternæ vitæ gaudio repleuit. *Idem Can. in S. Simeon Styl.*

Puella ſanctiſſima, & noua. Io. *Eubens orat. in Concept. B. Mariæ.*

Puella egregia, Iſrael claro de germine gentis. *D. Altbel. in lib. de laud. virginū verſib. conſcript.*

Puella, in quam, vt pluuia in vellus, deſcendit Verbum Patris, vt voluit. *Theophan. Niceu. hymn. in Annunc. B. Virg.*

Puella, nuptialis thori expers. *Idem in Menais Græcor. die 9. Ianuarij.*

Puella Dei genitrix, ſemper beatiſſima. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Puella illibatiſſima. *Idem ibidem.*

Puella immaculatiſſima, cuius nomen dominium reſonat; quæ Deum, bonorum datorē peperit. *Idem ibidem.*

Puella maritalis thori ignara. *Idem ibidem.*

Puella multis nominibus celebrata. *Idem ibidem.*

Puella, multorum nominum appellatione conſpicua, ex qua Verbum natum eſt, quod nos à fœdarum actionum irrationalitate liberat. *Idem ibidem.*

Puella multorum titulis decorata. *Idem ibidem.*

Puella omni benedictione cumulata, ac diuina gratia pleniſſima. *Idem ibidem.*

Puella omnibus miraculis admirabilior; illum enim gennit, qui ante omnia ſæcula, nobis ſimilem factum propter ſummam miſericordiam ſuam. *Idem ibidem.*

Puella, præter conſuetum morem Legislatorem in vtero congeſtans, qui illam ſupra rationis captum, incorruptam, atque immaculatam conſeruauit. *Idem ibidem.*

Puella puriſſima ferens Verbum illud, quod à delictorum flamma, & à peccatorum combuſtione vniuerſos obumbrat. *Idem ibidem.*

Puella, quæ maſſam noſtram terrenam, cœleſtē efficit. *Idem ibidem.*

Puella, quę per vocem Angeli concepit magni conſilij Angelum, & ex ſuis ſanctiſſimis ſanguinibus incarnatum peperit. *Idem ibidem.*

Puella veneranda. *Idem ibidem.*

Puella vnica Deo cariſſima, quæ fontem impaſſibilitatis peperit. *Idem ibidem.*

Puella immaculata, è cuius puriſſimis ſanguinibus ſacratiſſimum ſibi Deus extruxit templum. *S. Greg. Tauromenia Archiepiſc. orat. de Annunc. B. Virg.*

Puella, cuius Filius vniuerſorum Deus. *Leo Imperat. in orat. de Natiuit. B. Virg.*

Puella infans, per quam natura pulchra fit nouam adepta formoſitatem, quæ turpitudine vitiorum deformis conſenuerat. *Idem ibid.*

Puella, qua mundus lætitia ditatus eſt. *Idem ibid.*

Puella, quæ tanquam forceps prunam diuinitatis tenuit. *Idem in orat. de Purific. B. M.*

Puella caſta, parens ſemper geniti. *Ioan. Geom. in B. Virg. hymn. 2.*

Puella eximia, a qua nunquam abfuiſſe credendus eſt Spiritus ſanctus, circa quam omnis frequentia cæleſtium agminum inuigilauit. *D. Fulbert. Carnotenſis ſer. 3. de Natiuit. Virg.*

Puella maxima. *Idem ibidem.*

Puella pudica, quæ amatorem peperit integræ caſtitatis. *Idem ibidem.*

Puella ſacra. *Idem ibidem.*

Puella puritate perfecta; Cherubim, & Seraphim antecellens. *Michael Pſellus in c. 6. Cant.*

Puella infans, Deo ob innocentiam, ac rectitudinem, in templo oblata. *Theophylact. in orat. de Præſentat. B. M. V.*

Puella, quam in templo à parentibus præſentatam locus ſuſcepit, nulli præterea virorum aſpectus, nulli ſacerdotum acceſſus, ac neque Pontificis, præter quam ſemel dumtaxat veſtigio calcatus; decebat enim, vt quę puritatis merito ſupra omnem naturam ſanctificata, atque ex vulua iuſtificata fuerat, legis minimè grauitati ſeruiret, quæ nulli iuſto poſita ſolis peccatoribus impoſita eſt. Lex enim, tranſgreſſionum cauſa, intrauit, ijſque pædagogus impoſita eſt, qui rudiori ea inſtitutione, ac pædagogica diſciplina egent, illi verò, quæ & Angelis emineret, non lex ſed gratia perfectiora præſtabat. *Idem ibidem.*

Puella, cuius in gremio confouebatur, quem vaſtiſſima Cęli non recipit latitudo. *D. Petrus Damian. hom. in Natiuitate B. Mariæ V.*

Puella innupta, cuius membris infunditur, qui toto mundo non capitur. *Idem ibidem.*

Puella de propagine Adam nata, quę peperit hominem Deum. *D. Anſelmus in libro de Excellentia SS. Virg. Mariæ cap. 3.*

Puella laudatiſſima, & ab omni labe aliena. *Eutbym. Encomia in adorationem venerandę Zonæ SS. Deiparæ, & faſciarum Domini.*

Puella pudica. *Goffridus Abbas in ſerm. de Purificatione B. Mariæ Virg.*

Puella verecūda, cuius prolocutor eſt ipſe Deus, ipſe Spiritus ſanctus. *Rupert. Abbas lib. 1. Commentarior. in Cantic. Cantieor.*

Puella electa, & præparata Altiſſimo Filio. *D. Bernard. ſerm. de B. Virg. ſuper illud Apoc. Signum magnum.*

Puella decora nimis, & incognita viro, quæ ad fontem iam deſcenderat, & onuſta redibat, cui ei occurrit Gabriel Archangelus nuncius deferens de deſponſatione contrahenda inter eam, & Iſaac filium Abrahæ, cui quas detulerit inaures aureas, quas armillas non ignorant, qui eam in veſtitu deaurato intuiti ſunt adſtantem à dextris Regis Filij eius. *Petrus Cellenſis ſerm. 3. in Annunc.*

Puella de terra Iſrael, quam cum de æterno cōſilio tempus beneplaciti immineret, vt Deus Pater per vnicum Filium diſperſiones Iſrael per adoptionem hæreditari immarceſcibili

aggregaret ipſe Deus ſibi deſponſauit,& dote bona de theſauris ſuis cumulauit, publicis inſtrumentis matrimonium confirmans, atq; legitimo priuilegio donationem propter nuptias contrà Dæmonum, hæreticorumq; verſutias corroborans. *Idem ſerm.3. de Aſſumptione B. Virginis.*

Puella pura. B.*Ioſephus Steinfeld.Opuſc.*4.

Puella paruula, quæ vtero ſuo circumdedit hominem perfectum, Cælo, terraque maiorem. *Richar.à S.Laur.de laud. SS.Virg.lib.*4.

Puella præclara. *D. Bonauent.in Præfatione Pſalterij Beatæ Mariæ Virg.*

Puella Dei, ex radice Dauid genita. *Matthæus Cantacuzenu. in cap.*3. *Cantic.Canticor.*

Puella tenera. *Io.Thaulerus ſerm.in feſto Natiuitatis Beatæ Virg.Mariæ.*

Puella, quam ad antiqui illius Samuelis ſimilitudinẽ in ſacrario fouendam ſacerdotes duxere. *Nicephorus Caliſt.lib.*1. *Hiſt.Eccl.c.*7.

Puella,quam præparauit Deus ſponſam electam, & chariſſimam Filio Domini Dei noſtri, qui eſt veriſſimè Iſaac riſus noſter. *Ern. Prag. in Mariali cap.*30.

Puella auguſta. *Em. Pal. Imperator in Canone ad SS. Deiparam.*

Puella,cuius gloria totum in orbem diffuſa. *Iſidor.Theſſalon.in orat.de. Natiu.B.M.V.*

Puella Deo adamata. *Idem in orat.de Præſentat. Beatæ Mariæ Virg.*

Puella Deo chariſſima, illuſtris,& ipſo illuſtrior lumine,ſine qua neque lumen,neque cælum, neque omnis creatura potens eſt animam, verè illuſtrem reddere, Deoque dedicare. *Idem ibidem.*

Puella Deo ſeruata. *Idem in orat.de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Puella diuina, immaculata, & inculpatiſſima. *Idem ibidem.*

Puella magnipotens, & natura ſublimior,vnica ad decorem vniuerſæ creaturę. *Idem ibidem.*

Puella, per quam omnis caro vidit ſalutare Dei. *Idem in orat. de Præſentat. B.V.M.*

Puella ſuperior natura,& ineffabiliter in faſcijs mater. *Idem in orat.de Natiu.B.M.V.*

Puella venuſtiſſima, per quam eripitur à calamitate homo, & reſumit dignitatem priſtinam. *Idem ibidem.*

Puella feliciſſima,à Verbo æterno,ac adorando, in veram matrem prælecta. *Dionyſ. Carthuſ. lib.*2. *de laud.SS.Virg.art.*1.

Puella formata,atque electa,vt perditi huius redimeretur ſæculi proles. *Idem de Precat. SS. Virg. Mariæ lib.*1. *art.*3.

Puella honeſtiſſima. *Idem lib.*1. *de laud. SS.Virg. Mariæ art.*24.

Puella illuſtris, noſtra mater, & ſoror, à Dominatore Deiformiter ſublimata. *Idem lib.*1.*de Precat. SS. V. Marię art.* 31.

Puella pudica, deuota, & ſereniſſima. *Idem ibid. lib.*1. *art:* 27.

Puella, quę nedum gratia, ſed gratiarum quoque plenitudine, ipſoque gratiarum fonte impleta fuit, & dotata. *Idem ibid.lib.* 1.*ar.*38.

Puella ſacerrima, ab æterno Patre prælecta, ac præparata, vt naturalem, ac Vnigenitum Filium ſuum,ipſius Verbum,ſapientiamque exiſtentem, fœlici ventre effunderet. *Idem ibidem lib.*2. *art.*18.

Puella ſacra, ex cuius puriſſimis ſanguinibus virtus Altiſſimi, Vnigenito Dei corpus parauit, & in eodem inſtanti perfectiſſimè organizauit. *Idem ibidem lib.*1. *art.*28.

Puella ſancta, cuius pars modica aſſumpta,omnium fuit idonea ſæculorum relaxare delicta. *Idem ibidem lib.*1, *art,*26.

Puella ſanctiſſima. *Idem lib.*1.*de laud.Sanctiſſ. Virgin. art.* 12.

Puella omnium pulcherrima, ſanctiſſima, ſapientiſſima, humaniſſima, benigniſſima,elegantiſſima, gratioſiſſima. *Bernardin. de Baſt. ſerm.*1.*de Vita B.Marię Virg.*

Puella, quæ ſuæ fragrantis humilitatis, virginitatis, charitatis, aliarumque odorem virtutum Rhinocerotem,id eſt, fortiſſimum Deum ad ſe traxit, atque ſuauiſſimum fidei ſuæ ſinum aperiens,illũ manſuetiſſimum fecit,adeo quod in eius vtero requieuit, vnde illum poſtea alijs venatoribus eum quæreutibus, ſcilicet Apoſtolis,tradiderit capiendum. *Idem.ſer.* 2. *de Aſſimilat.B. Marię Virg.*

Puella ſuper omnes prælecta. *Idem in Mariali ſerm.*2. *de Coronatione B.Mariæ V.*

Puella adoleſcentula, quæ Filium æterni Patris, quem Cæli cęlorum non capiunt, , in vtero geſtauit, peperit, & proprijs vberibus lactauit. *Claudius Rap.cæleſt.ſerm.*2. *de Conceptione Beatæ Mariæ Virg.*

Puella ſimplex, & humilis, quæ eo honoris gratiæ, & glorię prouehi meruit , vt Deum de Deo , de æterno coæternum , & Filium à Patre procedentem vnigenitum concipere potuerit, Deumque nobis parere , & hominem. *Idem ibidem.*

Puella Dei æterni coniugio deputata . *Maurit. de Villaprobata ſerm.*27. *Coronæ nouæ B.M.*

Puella mitiſſima, & omnibus grata. *Idem ibid. ſerm.* 26.

Puella modeſtiſſima. *Io.Pic.lib.*1.*in Cant.c.*6.

Puella mira. *S.Thom.de Villanoua in Conc.*2.*de Natiuitate Beatæ Mariæ* Virg.

Puella amabiliſſima *Ludou. Bloſius in Endologia* 3. *ad B. Mariam Virg.*

Puella beatiſſima . *Idem in Can. vitæ ſpiritualis cap.* 20.

PVERPERA , quæ licet humanæ naturæ particeps ſit, dona tamen homine maiora, diuina largitate conſecuta eſt. *D. Athanaſ. orat. in Domini occurſu,ſeu in Purificat.B.M.Virg.*

Puerpera thori naturalis neſcia, quam Spiritus ſanctus in partu adiuuit, quapropter , neque quod natum eſt ſigillum virginitatis commouit, neque Virgo laborem, ac dolorem in partu ſenſit. *D. Ephrem in ſer. ſiue Tractatu de margarita pretioſa.*

Puer-

Puerpera Virgo. *D. Baſilius in cap. 7. Iſaiæ Prophetæ. D. Ildephonſ. in lib. de Virginitate S. M. Virg. cap. 12. & vlt. & D. Althelmus in lib. de laud. Virginum verſibus conſcript.*

Puerpera ſublimis. *D. Hieronym. in Epiſt. ſiue ſer. de Aſſumptione B Mariæ Virg. Tom. 9. & D. Auguſt. in ſer. de Aſſumpt. SS. V. M. c. 10.*

Puerpera ſine viro Virgo, ac poſt partum Virgo exiſtens. S. *Ioan. Chryſoſt. homil. in Chriſti diem Natalem.*

Puerpera ſine puerperio. *S. Proclus in orat. 4. quo eſt in diem Natalem Domini.*

Puerpera noſtra. *D. Auguſtin. ſerm. 17. de Natiuit. Domini, qui eſt 21. de tempore.*

Puerpera Virgo in partu. *Idem ſer. 17. de Natiuitate Domini, qui eſt 21. de tempore.*

Puerpera enixa eum, quem Gabriel prædixerat, quem matris aluo geſtiens, clauſus Ioannes ſenſerat. *Sedulius in hymno de Chriſto, qui incipit. A ſolis ortus cardine.*

Puerpera, gaudia matris habens, cum virginitatis honore. *Idem lib. 2. ſuorum Carminum.*

Puerpera Regem enixa, qui cælum, terramq; tenet, per ſæcula. *Idem ibidem.*

Puerpera, quæ ventrem non labefecit, nec ſemine partus indiguit. *Andreas Cretenſis orat. de Natiuitate Beatæ M. Virg.*

Puerpera integra. *D. Ildephonſ. in lib. de Virginitate S. Mariæ Cap. 11.*

Puerpera ſublimis, cuius viſceribus Auctor Cæli, terræque committitur. *Idem ſerm. 7. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Puerpera ſola inter omnes virgines. S. *Io. Damaſc. in orat. 4. de Natiuit. B. Virg. M.*

Puerpera capax Dei, omnibus hucuſque Cælis incomprehenſi. *Theophan. Nicenus in Menæis Græcorum die 18. Auguſti.*

Puerpera incontaminata, virginali puerperio ptędita, cuius aluum veneranda Dei proles à ſummo cælorum faſtigio deſcendens ouem erroneam redemptura, & dragmam perditam quæſitura, ſine periculo perpetuæ virginitatis, & diſpendio caſtitatis intrauit. D. *Althelmus in lib. de laud. Virg. cap. 3. qui extat Tom. 8. Bibliothec. Magn. Veter. Patrum.*

Puerpera ſine dolore. *Idem in ſua Contemplatione de SS. Virg. Maria.*

Puerpera ſine ſuæ integritatis diſpendio. *S. Odilo in ſerm. de Aſſumpt. SS. Virg. M.*

Puerpera felix, quæ ſic gaudet de fœcunditate prolis, vt nequaquam doleat de amiſſione virginitatis. D. *Petr. Damian. in ſer. in Natiuitate Domini.*

Puerpera glotioſa, in qua ſola reperitur fœcunda virginitas, quę ſic intemeratis viſceribus Filium Dei protulit, vt illibatæ pudicitiæ creſceret integritas, non libido, virginalis integritatis ſigillum violaret. *S. Anſelm. in Medit. de Beata Virg.*

Puerpera caſta. D. *Bernard. hom. 3. de laudib. Virgin. matris ſuper miſſus eſt.*

Puerpera intacta. *Idem in orat. Rhytm. ad D. Ieſum Chriſtum, eiuſque SS. Matrem.*

Puerpera, ſine muliebri dolore. *Idem ſer. in Natiu. SS. Virg. M. de Aquæductu.*

Puerpera Emanuelis noſtri, in omni virtutum conſummatione perfecta. *Richard S. Vict. lib. 2. de Emanuele cap. 29.*

Puerpera virginalis, cui nihil de plena virtutum conſummatione defuit. *Idem ibidem.*

Puerpera, in cuius partu facies vniuerſitatis riſit, & lętus orbis ſuo plauſit Domino, *D. Amadeus hom. 4. de laud. SS. Virg. M.*

Puerpera noua. D. *Bonauent. in laud. B. V. M.*

Puerpera vera cęleſtis Regis. *Idem in Canticis Palterij Beatæ Virg.*

Puerpera Dei puriſſima. *Matthæus Cantacuzenus in caput. 5. Cantic. Canticorum.*

Puerpera, in cuius vtero, virture Altiſſimi, Verbum Caro factum eſt. D. *Laurentius Iuſtinianus in ſcticulo Amoris cap. 12.*

Puerpera cęleſtis, & cunctis angelicis mentibus purior. *Dionyſ. Carth. lib. 1. de laud. V. art 27.*

Puerpera ſingularis. *Thom. Bradinij in Tract. de Fundatione, & antiquit. Ordin. Carmeli cap. 2.*

Puerpera Regis. *S. Thom. de Villanoua in Concione 2. de Aſſumpt. Beatæ V.*

PVGNATRIX pro ſuis contra mundum, contra Diabolum, & peccatum. Iudic. 1. *Albert. Magnus in Biblia Mariæ ſuper lib. Iudicum.*

PVLCHRITVDO Martyrum. D. *Ephrem in ſer. de laud. Beatæ Mariæ V.*

Pulchritudo Iacobi, à Deo dilecta. *Cæſareus Dialog. 1.*

Pulchritudo excellentiſſima. *Andreas Cretenſis orat. 3. de Dormit. Beatæ V. M.*

Pulchritudo Iacob, quam elegit Deus, & in qua habitauit, & ex ipſa proceſſit, tanquam ſponſus è thalamo, & nos renouauit. *Idem Can. in Iſaiam Prophetam.*

Pulchritudo eximia. *Idem. or. 3. de Dorm. B. M. V.*

Pulchritudo, quam Deus dilexit Iacobus ille cæleſtis, quamque à ſe electam velut tabernaculum ſanctificationis incoluit. *Anonym. in Menæis Græcorum die 4. Ianuarij.*

Pulchritudo pulcherrima. Geerg. *Nicomed. in orat. de exitu SS. Dominæ noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Pulchritudo fidelium. S. Io. *Damaſc. in Cantic. Eccleſiaſt. Græcorum ſono 1.*

Pulchritudo Iacob, quam ſolam matrem Deus elegit, per quam, cum eiuſdem Iacobi poſteris annumeratus eſt. *Idem in Parael. B. M. V.*

Pulchritudo vnica Iacob, à Deo electa. *Idem in Menęis Græcorum die 25. Martij.*

Pulchritudo Iacobi, quam ſolam Deus elegit. *Theophan. Nicenus Hymn. in Annunc. SS. Deip.*

Pulchritudo Iacob, quam Deus amauit, & elegit. *S. Ioſeph Hymnograph. in Mariali.*

Pulchritudo Martyrum, & Apoſtolorum omnium. *Idem ibidem.*

Pulchritudo Prophetarum. *Idem ibidem.*

Pulchritudo humani generis. *Io. Epiſc. Aretinus in Tractatu de Dormit. SS. Virg. Maria.*

Pulchritudo Virginum. *Idiota de B.Virg. par.8. Contemplatione 20.*

Pulchritudo virginea. *Rupert. Abbas lib. 6. in Oſeam Prophetam.*

Pulchritudo ſpecialis Eccleſiarum. *Adam de Perſinia in Mariali fragm.7.*

Pulchritudo iuſtitiæ. D.*Bonauent. in Speculo* B. *Mariæ Virg.cap.12.*

Pulchritudo Eccleſiæ, quid enim decoris Eccleſiæ eſt, quod non inueniatur in Maria. *Albert. Magn.in Poſtillis ſuper.cap.2.Lucæ.*

Pulchritudo inamiſſibilis naturæ. *Iacob. Monachus in Mariali orat. 6.*

Pulchritudo clariſſima. Deſideratiſſima. Honeſtiſſima. Noua. Potentiſſima. Pretioſiſſima. D.*Birgitta lib.4. Reuelat. cap.19.*

Pulchritudo, quam omnes videre optabant Patriarchæ, de qua omnes cecinerunt Prophetæ, de qua omnes electi gaudent. *Eadem ibid.*

Pulchritudo ſuauiſſima. *Eadem ibidem.*

Pulchritudo magnificentiſſima. *Iſidor. Theſſal. in orat.de Natiuitate Beatæ V.M.*

Pulchritudo Orbis vniuerſi. *Idem in orat.de Præſentat. Beatæ M.V.*

Pulchritudo intellectualis. *Idem ibidem.*

Pulchritudo ſacratiſſima, expreſſiſſimè referens Deum. *Idem ibidem.*

Pulchritudo dulciſſima cælo, ac terræ dominans. *Ioan.à Ieſu Maria Tom. 2. Oper. ſuor. pag. 63. Theolog. myſt.*

PVLVIS, non terræ, qualem ventus diſpergit, & aura tollit, ſed puluis pigmentarius, ſiue puluis pigmentarij, puluis myrrhæ & thuris, qualem pigmentarius Spiritus ſanctus confecit ex optimo thure, quod eſt ſuauitas mentis, & ex myrrha probatiſſima, quod eſt mortificatio, ſiuè corruptio carnis. *Rupert. Abbas lib.3. Comment.in Cantic.Canticor.*

PVPILLA oculi, quam Deus Trinitas cuſtodiuit ſemper ab omni nociuo. *Idiota de B.V. M. par.16. Contempl.1. & Richard.à S.Lauren. de laud. SS. Virg. lib.2.*

PVRGATRIX criminum. D. *Bonauent. in laud. Beatæ Virg. Mariæ.*

PVRIFICATORIVM animarum noſtrarum. S.*Ioſeph Hymnograph. in Mariali.*

PVRIFICATRIX aliorum. *Ioan.Picus lib. 2. in Cantic. cap.16.*

PVRITAS virginea, de qua aſſumptum eſt purum ſemen. D.*Petrus Damian.ſerm. de S.Victore Confeſſore.*

Puritas virginalis, pura in vtero, purior in mundo, puriſſima rutilans in Cælo. *D.Bonauent. in lib.de Eccleſiaſtica Hierarchia par 4. circa fin.*

Puritas à putrefactione non læſa. *Ioan. Hondem. in hymno de Aſſumptione B.M.V.*

Puritas ſanctitatis. *Dionyſ.Fab.Tract.de Conceptione Beatæ Mariæ Virg.*

PVRPVRA Regia, quæ Cæli, terræque Regem induit, vniuerſale corporis indumentum purpuram referens. *D.Epiphan.in ſer.de laud.V.*

Purpura veriſſima, ad indumentum, & gloriam ſummi Regis diuinitus aptiſſimè dedicata. *D.Hieronym.in Epiſt.ſiue ſerm. de Aſſumptione Beatæ Mariæ V. ad Paulam, & Euſtochium.*

Purpura à Deo contexta. *Andreas Cretenſ. orat. 3. de Dormitione SS.M.V.*

Purpura intellectualis Dei incarnati. *Idem Can. in Dom. poſt diem 17.Decembris.*

Purpura, qua Deus Rexque vniuerſorum indutus, mortalibus apparuit. *Idem Can. in Conceptione Beatæ Mariæ V.*

Purpura regia, quam Deus inficiens Dauidico ſanguine purpurauit. *Idem orat.de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Purpura Verbi, ex qua contexta eſt ſtola carnis. *Idem Can.in diem Paraſceue.*

Purpura regia, in ſua conceptione contexta, qua futurus nunciatus eſt omnium Regis aduentus hominum, qui inimici erant, preuiè reconciliatio ſancita, & trophæa aduerſus hoſtem erigenda occupato celebrata. *Georg. Nicomed.orat.1.de Concept. Beatæ M.V.*

Purpura Dauid, varietate à Deo indita fulgens, quæ incarnato Dauidis Deo, veluti trabeam obtulit carnem, quę aſſumpta eſt. *S.German. Conſtant.ſerm.in Natiuit.B.M.V.*

Purpura, exqua interſtinctum ſummi ſupernarum virtutum Antiſtitis humerale contextum *Io. Damaſc.orat.4.de Natiu.B.M.V.*

Purpura regia, quæ ex virginali ſuo ſanguine purpureum ſtragulum texuit dicenti in canticis: Plexus capitis tui, vt purpura, Rex vinctus in tranſcurſibus. *Idem ibidem.*

Purpura, quæ virtutum Regi purpureis floribus contextam veſtem ſuis ſanguinibus tinxit. *S.Ioſeph Hymnograph in Mariali.*

Purpura, quam inſtar Conchę Anna protulit, quæ lanam incarnationis Regis tinxit. *Id.ibid.*

Purpura verè, quia ſuper omnes ſanctos regali dignitate, velut Domina mundi, & Regina cæli effulſit, & ſe præ omnibus regaliter egit & rexit. *Hugo de S.Victore ſer.de Aſſumpt. B. M.V. qui eſt in ordine 46.*

Purpura, ſanguine Conchilij tincta, quæ ita Spiritu ſancto compluta, & madefacta fuit, vt nullis de cætero vſibus manciparetur, niſi diuinis. *Nicolaus Monachus in Epiſtola de Conceptione B.M.Virg.ad Petrum Cellenſem.*

Purpura ſanguine Conchilij tincta. *Petrus Abbas Cellenſis lib.6.Epiſtolar.Epiſtola vltim.*

Purpura veraciſſima ad indumentum, & gloriam, ſummi Regis diuinitus aptiſſimè dedicata, vt nulli deinceps ea vti vſu fœmineo licuerit, niſi Deo. *Idem ibidem.*

Purpura Chriſti ſanguine infecta, quæ ſummo Regi tam propriè, tam ſpecialiter exhibetur, vt non humano, ſed diuino tantum vſui coaptetur, vt non virum, ſed Deum, & hominem noſſe, & diligere comprobetur. *Philipp. Abbas lib.6.in Cantic.Canticorum cap.22.*

Purpura regalis *Iacob. Monachus orat. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg. & in Mariali orat.2.*

Purpura Regis noſtri, tincta tinctura mundiſſima,

ma, ſanguine ſcilicet Filij ſui, qua melior nulla cogitari poteſt. *Ern. Prag. in Mariali cap. 6.*

Purpura ſoli Deo dicata. *Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Conceptione Beatæ Mariæ Virg.*

PVTEVS aquarum viuentium. *D. Hieronym. in Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumptione B. Mariæ Virg. ad Paulam, & Euſtochium. D. Ildephonſ. ſer. 1. de Aſſumpt. Beatæ M.V. Rupert. Abbas lib. 4. Comment. in Cantic. Canticorum, & Guilelmus Paruus in cap. 4. Canticor.*

Puteus quintus veri iurisiurandi, in quo afluxit immortalitatis aqua, per aduentum Domini, in carne, tempore plenitudinis quinti fœderis; primum enim fœdus fuit tempore Adami ſcriptum, ſecundum tempore Noe, tertium tempore Abrahami. quartum tempore Moyſis, & quintum tempore Domini. Geneſ. 26. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de Laud. Beatæ M. Virg.*

Puteus ſemper viuentis aquæ. *Chryſipp. in ſerm. de S. Maria Deipar. qui extat Tom. 6. Bibliothecæ magnæ Veter. Patrum par. 2.*

Puteus inexhauſtus aquę vitæ. *S. Ioſeph. Hymnograph. in Mariali.*

Puteus altus, id eſt profundus, ad quam profunditatem humanæ conditionis fragilitas non attingit. *Idiota de Beat. Virg. M. par. 14. Contemplat. 25.*

Puteus altus, ſuper quem requieuit, & quaſi humiliatus reſedit Ieſus Chriſtus Filius eius benedictus fatigatus ex itinere noſtræ redemptionis. *Idem ibidem.*

Puteus aquarum viuentium, ad quem vertere debet, qui habet aridum cor nec tinere debet laborem extrahendi, nam fluunt ſemper aquæ propter viuacitatem, & fœcunditatem. *Idem de Beat. M. Virg. par. 5. Contemplatione 5.*

Puteus aquarum viuentium, id eſt gratiarum, & doctrinarum, quæ vitam præſtant hic per gratiam, & per gloriam in futuro. *Idem de B. M. Virg. par. 14. Contemplat. 25.*

Puteus aquarum viuentium in quantum peccatores mortuos viuificat à peccato. *Idem de B. M. Virg. par. 5. Contempl. 3. Iacobus de Voragine in Mariali ſerm. 5. G. & Maurit. de Villaprobata ſer. 28. Coronæ nouæ B. M.*

Puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano, de cuius plenitudine licet acceperint omnes non minuetur, imò quanto magis effluxerint, tanto amplius abundat plenitudo. *Idiota de Beat. Virg. par. 14. Contemplat. 5.*

Puteus aquæ viuæ, cuius aqua, qui repletur, aquam vitæ habebit in æternum. *Idem de B. M. Virg par. 14. Contempl. 25.*

Puteus beatiſſimus, cuius aquam id eſt gratiam haurire poteſt peccator hydria, ſeu ſitula concaua humilitatis, quæ capax eſt gratiæ, & ſola meretur impleri. *Idem ibidem.*

Puteus formatus lapidibus ab imò vſq; ad ſummum, in quo lapides fuerunt virtutum vniuerſitas bitumine charitatis, & cemento humilitatis indiſſolubiliter colligata, quibus virtutibus ipſa Beata Virgo erat confirmata in omni bono. *Idem ibidem.*

Puteus obſcurus, quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, nec lingua hominis effari potuit quantum gratiæ, quantum charitatis, quantum pietatis largitus eſt Deus glorioſę Virgini Mariæ. *Idem ibidem.*

Puteus profundus per ſapientiam inattingibilem, & per gratiarum miram profunditatem, quam fragilitas humanę conditionis non attingit. *Idem ibidem.*

Puteus, quem foderunt multipliciter Patres antiqui eius hiſtoriam ſub figuris, & ænigmatibus reuelanda, inter quæ omnia maximè profundum eſt myſterium incarnationis. *Idem ibidem.*

Puteus, quia ſicut puteus in viſcera terræ deſcendit, ſic glorioſa Virgo profundius omni creatura deſcendit per humilitatem, & ideò copioſius plena fuit à Spiritu ſancto plenitudine gratiarum *Idem ibidem.*

Puteus altus, & capax, & myſterij admirabilis profunditate. *Adam de Perſcuia in ſermone in Aſſumptione B. Virginis.*

Puteus altus. *Petrus Bleſſen. ſer. in Annunciatione Beatæ Virg.*

Puteus aquarum viuentiũ, ad cuius aquas quicquam morticinum, quicquam noxium non accedit, non ſerpens inſibilat, non venefico flatu lædit, non lapſus deſuper ramus turbat, limus influens nó ſuccedit, cuſtos earum ſponſus, quicquam ineſſe turbidum non concedit. *Philippus Abbas lib. 4. in Cant. Canticorum cap. 28.*

Puteus virginalis, quem occulto replet ductu ille, qui eſt libanus ſemper candens niuibus non ſolutis, imò ſummæ lucis candor, & diuinæ ſpeculum virtutis: cuius profundos lacus, & ſi largiori copia non haurimus, qui anguſta quidem baſe, & incapaci deſiderio conuenimus; quiſquis tamen penſare prequalet, qua vbertate libanus aquas fundit, nouit quanto impetu earum abundantia huic puteo ſe infundit. *Idem ibidem.*

Puteus, ex quo hauritur peccatis noſtris indulgẽtia, tentationibus medela, flagellis temperamentum, inſidianti aduerſario repugnaculum. *Petrus Cellenſis ſer. 1. in Annunc.*

Puteus aquarum viuentium in die purificationis eruderatus. *Garnerius Lingon. ſerm. 1. in Purificat. Beatę M. V.*

Puteus continens aoyſſos vitę, & immortalium gaudiorum, non tantum ſibi, ſed & alijs. *Guilelmus Paruus in cap. 4. Cantic.*

Puteus effundens Angelis torrentem voluptatis, hominibus verò in hac peregrinatione riuulos ſanctitatis, & ſanitatis. *Idem ibidem.*

Puteus altus, id eſt, excelſus per vitæ ſanctitatem

tem, plenus profunda miſericordia ad replendam vacuitatem cordis peccatoris, quod profundum eſt, & inſcrutabile Ierem. 17. *Richard. à S. Laurentio de laud. V. lib. 9.*

Puteus altus. Ioan. 4. propter profunditatem intelligentiæ, cuius ſcilicet profunditatem humanæ cognitionis, fragilitas non attingit; ſuper quem requieuit, & quaſi humiliatus reſedit Ieſus, fatigatus ex itinere noſtrę redemptionis. *Idem ibidem.*

Puteus obſcurus, quia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis deſcendit, nec lingua hominis effari potuit, quantum gratię, quantum miſericordiæ, quantum charitatis, quantum pietatis largitus eſt Deus Virgini glorioſæ. *Idem ibidem.*

Puteus profundus, per ſapientiam inattingibilem, id eſt gratiarum tantam profunditatem, quod eam fragilitas humanæ conditionis non attingit vndè Eccl. 7. alta profunditas quis inueniet eam? *Idem ibidem.*

Puteus, quantum ad illa beneficia, quæ labore, & cooperatione liberi arbitrij ab ea, & per eam acquiruntur. *Idem ibidem.*

Puteus quantum ad profundas, & ſpirituales deuotiones, quas ſuis ſpiritualibus ſubminiſtrat. *Idem de laud. Virg. lib. 1.*

Puteus ſeptem, nam ſignatur per Berſabeę, quæ interpretatur puteus ſeptem, vel puteus ſatietatis, quia peperit nobis Chriſtum, qui eſt ſufficientia omnium, qui omnia erit in omnibus 1. Corinth. 15. & ideo ſatietatis. *Idem de laud. Virginis lib. 9.*

Puteus ſeptem, quia ab ipſa ſeptiformi gratia repleta, hauriuntur per orationem aquæ ſalientes in vitam æternam. *Idem ibidem.*

Puteus aquarum, propter inſcrutabilem profunditatem gratiarum. *Ioan. Hailgrinus in cap. 4. Cantic. Canticorum.*

Puteus aquarum viuentium, id eſt gratiarum ſalientium in vitam æternam. *Idem ibidem.*

Puteus aquarum, id eſt populorum ſæcularium, viuentium cum vita gratiæ ſaltem primę. *Hugo Carenſis in cap. 4. Cantic. Canticor.*

Puteus per humilitatis profunditatem, de quo Num. 21. Aſcendat puteus, quem foderunt. *Idem ibidem.*

Puteus clauſus, & ſignatus, de quo egreſſus eſt, fons domus Dauid, patens in ablutione peccatoris, & meſtruatæ. *D. Amadeus hom. 7. de laud. SS. Virg. M.*

Puteus, quantum ad ſpecialem deuotionem, quam dat ſuis ſpiritualibus. *Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt cap. 197.*

Puteus, quem foderunt Principes, id eſt Prophetæ per nunciationem, Patriarchæ per exhibitionem, Apoſtoli per oſtenſionem, & patefecerunt duces, id eſt, Reges. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Numerorum.*

Puteus, ſuper quo Dominus loquutus eſt ad Moyſem. *Idem ibidem.*

Puteus totius conſolationis num. 21. *Idem ibid.*

Puteus ſatietatis. *Iacob. de Voraq. ſer. 2. pro Sabbat. 5. hebdom. Quadrag. qui eſt de B. M. V.*

Puteus aquarum viuentium, quia eſt quoddam receptorium capaciſſimum gratiarum, quæ cum impetu, id eſt cum virtute, & magno dantis deſiderio, fluunt de illo monte, qui eſt candor lucis æternæ. *Ern. Prag. in Mariał. c. 32.*

Puteus latitudinis, abundantiæ, & ſaturitatis, vt dicitur Geneſ. 26. vt ſi quis hydriam ſuam tres metretas continentem impleri deſiderat, ex eo hauriat abundanter ſaturitatem iuſtitiæ, abundantiam pacis, & latitudinem cordis, quæ eſt gaudium in Spiritu ſancto. *Idem ibidem.*

Puteus, qui licet, quantum in ſe eſt, ſit omnibus expoſitus, tamen non ſine induſtria, & labore, aquæ, id eſt gratię eius, hauriuntur à nobis. *Idem ibidem.*

Puteus, quia corda noſtra ſua gratia irrigat. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. SS. V. fructu 8.*

Puteus aquarum, quę fluunt impetu de libano candido Paradiſi. *Io. Gerſ. Tract. 3. ſup. Magn.*

Puteus ſatietatis aquæ viuę ſalientis in vitam æternam. *Idem ibidem.*

Puteus aquarum viuentium, gratiæ ſeptiformis ſuperabundans. *D. Antoninus in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 20.*

Puteus aquarum viuentium, id eſt gratiarum perfectarum, quæ fluunt de Paradiſo, quaſi ſimiles illis. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. c. 5.*

Puteus ſeptimus, quia plena ſeptiformi aqua gratiæ Spiritus ſancti. *Idem ibidem c. 44.*

Puteus altus contemplatione, & profundus humilitate. *Bernardin. de Buſt. ſer. de Purif. B. M.*

Puteus apertus omnibus gratioſitate. *Idem ibid.*

Puteus honeſtatis. *Idem in officio Conceptionis Beatæ Mariæ Virg.*

Puteus irriguus ſanctitate. *Idem ſer. 5. de Parturitione Beatæ Mariæ.*

Puteus latus charitate. *Idem ibidem.*

Puteus plenus aquis ſalutaribus. *Idem ibidem.*

Puteus viuentis, & videntis Geneſ. 16. *Idem ibid.*

Puteus inextimabilis miſericordiæ. *Io. Trithem. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vrticeto cap. 6.*

Puteus Innocentię. *Idem ibidem lib. 3.*

PYRITES, quia igne diuini amoris accenſa, emittebat fructus orationis ad Deum, & ignita exempla ad proximum, quibus eum ad feruorem protinus accendebat; Pyrites enim lapis eſt pretioſus, cui ineſt plurimum ignis, & facilè ſcintillas emittit, vt dicitur in libro de proprietate rerum. *Maurit. de Villaprobaſ. cm. 28. Corona nouæ Beatę Mariæ.*

# LIBER DECIMVSQVINTVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera Q.

QVADRIGA, qua currendum eſt ad Filium Dei. *Arnold. Carnotenſis Tractat. de illis verbis Domini* : Mulier ecce filius tuus.

QVIES grata cordis noſtri. B. *Ioſeph Steinfeld. Opuſc. 4.*

Quies Dei. *D. Bonauent. in Pſalterio minori Beatæ Mariæ Virg. Quinquagena 2.*

Quies tutior hominibus. *Idem in laud. de Beata Virg. Maria.*

Quies laborantium. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 160.*

Quies mortuorum. *Idem ibidem.*

# LIBER DECIMVS SEXTVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera R.

RACHEL, de qua dicit ſcriptura, Gen. 29. Erat autem pulchra, & venuſta aſpectu; nam ſecundum corpus fuit venuſtiſſima, & formoſiſſima, & nemo poteſt dignè loqui de interiori eius pulchritudine, quam ipſe, qui eſt ſpecioſus forma præ filijs hominum ſuper omnes creaturas in tantum amauit, concupiuit, ſanctificauit, vt non ſolum eius mentem inhabitaret, ſed & in eius corpore ſibi habitaculum præpararet. B. *Aelred. Abb. ſer. in Annunc.* B. M. V.

Rachel matet noſtri veri Ioſeph, ideſt, Chriſti, ſi enim Rachel mater Ioſeph interpetratur ouis, multo melius poteſt Matia appellari ouis, in cuius vellus illa cęleſtis pluuia deſcendit, ſicut dicit S. Dauid: Deſcendet ſicut pluuia in vellus Pſalm: 71. Et de qua ortus eſt Agnus ille cæleſtis, qui tollit peccata mundi, qui tanquam ouis ad occiſionem ductus eſt, & quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum. *Idem ibidem.*

Rachel ſpecioſa, & amabilis ſuper omnes mulieres Deo patri, quæ peperit verum Ioſeph. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 80.

Rachel, quæ genuit Ioſeph, ideſt, Chriſtum Saluatorem mundi. *Bernard. de Buſtis ſerm. 1. de Nominat. Mariæ V.*

RADIVS Solis intelligibilis. *S. Andreas Cretenſis orat. 2. in Annunc. B. M. V.*

Radius virginitatis, è quo ſeſe ipſius diuinitatis ſplendor diffudit. *Anonymus in Menæis Græcorum die 25. Iulij.*

Radius micans, omni lucidior radio. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſentat. B. M. V.*

Radius Deitatis. *S. Anſelm: Luc. ſuper Salue, & D. Bernard. in meditat. ſuper Salue Regina.*

Radius ſolaris, quia ſicut Radij ſolares deſcendunt ſuper lutum, & ramen non deturpantur à luto, ſed potius illuminant lutum: ſic anima Virginis deſcendit ſupet terrenum lutum humanæ naturæ, & tamen non fuit deturpata à luto peccati originalis, ſed potius totam humanam naturam illuminauit. *Io. de Meppis in Tract. de Immaculata Concept. pag.* 86.

Radius diuini amoris. *Io: Trith. lib. 1. de Mirac. B. M. V. in Vrticeto cap. 6.*

RADIX ſpecioſiſſimi floris. *S. Method: hom. feſti Purificat. B. M. Virg.*

Radix gloriæ. *D. Epiphan. in orat. de laud. SS. V.*

Radix ſanctiſſima, ex qua Chriſtus prodijt. *D. Ephrem in ſerm. de laud. SS. Virg. lib.* 10.

Radix Ieſſe, quæ ex ſeſe ſine extraria ope immarceſcibilem protulit vitæ florem. S. *Proclus in orat. 6. quæ eſt de laud. B. M. Virg.*

Radix Ieſſæ florens. *Venantius Fortunatus Elegia in laud. S. Mariæ V. in hymno de Natiu. Dom.*

Radix omnium bonorum. *Chryſippus in ſerm. de S. Maria Deipara.*

Radix generis Ieſſe, de qua flos Chriſtus aſcendit naſcens, nulla corruptione creatus, ſed ſola ſancti Spiritus infuſione generatus, *D. Ildephonſus in lib. de Virginitate S. M. V. cap. 6.*

Radix immortalitatis. *Anonymus in Menæis Græcorum die 4. Iunij.*

Radix bonorum, in ſterili vtero nata, qua fore prænunciatum eſt, vt quæ vitio exatuerat natura hominum, virentia pietatis germina produceret. *Georg. Nicomed. orat. 1. de Conceptione B. M. Virg.*

Radix expectatorum. *Idem orat. 1. de Præſentat. B. M. Virg.*

Radix, de qua Eſaias 11. Et erit Radix Ieſſe, & qui ſurrecturus eſt, vt dominetur gentibus, in ipſo gentes ſperabunt. S. *German. Conſtant. ſerm. in Natiuit. B. Mariæ V.*

Radix Ieſſe. *Idem ibidem.* Io: *Epiſc. Aretin. in tract. de Dormit. SS. V. M. &* S. Io: *Damaſc. orat. 2. de Natiu. B. Mariæ Virg.*

Radix rami diuini ſermonis. *Idem in orat. 4. de Natiu. B. V. M.*

Radix Ieſſe, de Dauid ſtirpe generata, de cuius radice flos Chriſtus aſcendit. *Paſc haſius Ratbert. lib. 1. in Matthæi Euangelium.*

Radix non irrigata, Deum plantatorem pariens. S. *Ioſeph Hymnographus in Mariali.*

Ra-

Radix nunquam irrigata, quæ vitæ racemum protulit. *Idem ibidem.*

Radix arboris aguitionis vitę noſtræ. *Io: Epiſc. Aretinus in Tract. de Dormit. Sanctiſs. V.* M.

Radix Dei progerminatrix, in prato gloriæ plantata, ex qua ramus pullulauit, ſub cuius vmbra requieſcunt terræ fines. *Leo Imperator in orat. de Præſentat.* B. *V.* M.

Radix pariens. Io: *Geometra ſerm: in Annunciat. Sanctiſs. Dei Genitricis.*

Radix virginitatis. *Idem ibidem.*

Radix conſolationis. S. *Anſelmus Lue. ſuper Salue.*

Radix totius feruoris, & charitatis. *Garnerius Lingon. ſerm: 2. de Aſſumpt:* B. V. M.

Radix ſancta. D. *Bonau. in Pſalterio minori B. M. V. Quinquagena* 1.

Radix prima omnium benedictionum. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap.* 216.

Radix, ex qua reſurrectionis arbor pullulauit, quæ arbor immortalitatem alit, ac vegetat, quæ gratia vbertatem fructificat, cuius fructus non decidet, & delectatio in æternum perſeuerauit. *Iacobus Monachus in Mariali orat.* 2.

Radix gaudij. *Idem in Mariali orat.* 6.

Radix, quę incorruptionis florem parturiuit, ex qua velut ex ſuo folliculo prodiens, ac prominens, incundum erroris, odorem repulit, & gratię ſuauiſſimum habitum ſpirauit. *Idem ibidem.*

Radix rerum expectatarum, quam ſancti Ioachim, & Anna germinarunt. *Idem in Mariali orat.* 2.

Radix rerum in ſpe poſitarum, quam ſancti Ioachim, & Anna germinarunt. *Iacob. Monachus orat. de Natiuit.* B. *M. V.*

Radix reſurrectionis, arborem germinans immortalitate vernantem, vberes gratię ferentem fructus, cuius non defluet fructus, delicięque in ſęcula conſeruabuntur. *Idem ibidem.*

Radix, quę plena humore gratię, poſtquam hyems abijt, & receſſit, & plenitudo temporis aduenit, ſine opere hominis, virtute Spiritus ſancti, & caloris cęleſtis, erupit in germen, de quo Ier. 23. Suſcitabo Dauid germen iuſtum. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 44.

Radix, quia ſicut radicis proprium eſt in terra ſemper abſcondi, & in abſconſo fideliter operari, ita Marię proprium fuit fugere publicũ, amare ſecretum, abſcondi ab hominibus, vacare Deo, ſed non otiari, nam vt dicit S. Bernardus: Otium eſt vacare Deo inió negotium negotiorum eſt. *Idem ibidem.*

Radix, quia ſicut Radix appetitiuam, & attractiuam habet naturam; ipſa enim appetit, fugit, & attrahit humorem, vnde tota arbor viuit, viret, & creſcit: ſimiliter B. Virgo os ſuum aperuit in oratione, & attraxit ſpiritum ſecundum rorem gratię, vndè totum corpus Eccleſię viuit, paſcitur, & proficit. *Idem ibid.*

Radix, quia ſicut Radix non ſolum firma eſt in ſe, ſed totam arborem ſtabilire facit, & eam ſupportat: ita Maria Eccleſiam, vel fidelem animam omnem, quæ ei innititur, non ſolum ſicut baſis columnam, ſed, vt radix arborem, ſuſtentat, & ſtabilit ſemper magis, ac magis viuificando eam, & vegetando. *Idem ibidem.*

Radix, quia ſicut radix ſollicita eſt pro tota arbore, & in hyeme, quando nihil agere putatur, de terra haurit auidè, quod in æſtate effundit abundè: ita Maria ſollicita extitit pro toto humano genere, vnde Eſther non pro ſe ſed pro damnatione Populi ſui ſe affligebat. Eſth. 4. & orabat dicens: Da mihi animam meam, pro qua peto, & populum meum, pro quo obſecro, *Idem ibidem.*

Radix clementię. *Barth. de Piſis lib.* 1. *de laude Sanctiſs. Virg. fruct.* 2.

Radix fructificare nos faciens per opera virtuoſa. *Idem ibidem fructu* 8.

Radix totius ſalutis. *D. Bern. Senenſis Tomo* 1. *ſer.* 61. *qui eſt de ſuperadmirabili gratia, & gloria B. V. Matris Dei, & Maurit. de Villaprob. ſerm.* 25. *Coronæ nouæ B. M. V.*

Radix conſtantiſſima Confeſſorum Chriſti. *Io: Mahuburn. in Roſario de gloria SS. V. memb.* 6.

Radix Deum germinans. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm.* 6. *de Concept.* B. *M. V.*

Radix Filij Dei. *Idem ſerm.* 1. *de Aſſimilatione B. Mariæ Virg.*

RAHAB Ierichontina, nam ſicut Rahab Iudęos exploratores recepit, & abſcondit Ioſ. 2. Sic & Maria Iudæos, ideſt, vere confitentes ſe, & Filium ſuum, & exploratores veræ terræ promiſſionis ad poſſidendum eam; ſicut enim pia Mater abſcondit Filium ſuum ſub pallio, quando Pater vult verberare, ſic Maria refugientes ad ſe, Chriſti iuſtitiam formidantes. *Rich. à S. Laur. de laud. SS. Virg. lib.* 15.

Rahab in defenſione. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de Laud. SS. Virg. fructu* 2.

RAMVS myſterij ſublimè elatus. *Georg. Nicom. orat.* 3. *de Concept. Deiparæ V.*

Ramus virginitatis, ſemper virens. S. *Io: Damaſc. orat.* 4. *de Natiuit. B. M. Virg.*

Ramus diuinæ plantationis. *Idem ibidem.*

Ramus illibatus. *Coſm. Veſtitor. orat. in SS. Ioachim, & Annam.*

Ramus arboris Dauidicæ. *Hugo de S. Victore in Adnotationib. elucidatorijs Epiſt. ad Roman.*

Ramus, qui ex radice omni gratia refertus aſcendit. *Matth. Cantacuz. in c.* 8. *Cant. Canticor.*

Ramus arboris bonæ, quia ſicut ramus abſciſſus ab arbore bona, & inſertus in malam arborem, non inficitur ab ea, ſed potius perficit eam, ſic anima B. Virginis non inficitur ab eo corpore, ſed potius ipſum corpus perficitur, & ſanctificatur in omnibus partibus ſuis, ex redundantia gratiæ ab anima B. Virginis. *Ioann. de Meppis in Tract. de Immac. Concept. B. M. Virg. pag.* 86.

Ramus æternæ dulcedinis. *Maurit. de Villaprobata ſerm.* 10. *Coronæ nouæ B. Mariæ.*

RAPTRIX cordium. S. *Anſelm. Lucenſis ſuper Aue Maria, & ſuper Salue Regina.*

RATIO Spei noſtræ. *D.Bern.ſerm.in Natiuitate Sanctiſs. Virg. de aquæductu.*

Ratio poſt Filium ſuum omnium, quæ facta ſunt, & quæ futura ſunt. *Rich. à S.Laurent. de laud.Sanctiſs.V.lib.2.*

Ratio ſingularis, poſt Filium ſuum, ſalutis peccatorum; nam propter Virginis immenſam dilectionem, tam ipſe Chriſtus, quam tota etiam Beatiſſima Trinitas ſceleratiſſimis peccatoribus frequenter indulget. *D.Bern.Senenſ. Tom.1.ſerm.61. qui eſt de ſuperadmirabili gratia, & gloria B.V. Matris Dei.*

RATIONALE dubiorum. *S.German. Conſtant. ſerm.in Natiu.B.M.V.*

Rationale ſacerrimum. *S.Io.Damaſc.orat.1.de Natiuit.B.Mariæ V.*

Rationale Summi Pontificis, ideſt, Chriſti, quam ſupremus ipſe Pontifex gerebat in pectore. *Ern.Prag.in Mariali cap.137.*

RATIS ſaluari volentium. *Andreas Cretenſis orat.2. in Annunc.*

Ratis, propter conſtantiam animi numquam diſſoluti, per proſpera, vel aduerſa: Ratis enim dicitur quaſi fortis; quia Ratum idem eſt, quod firmum. *Rich. à Laur. de laud. Sanctiſſ.V.M.lib.11.*

Ratis mundi. *D.Bonauent.in Pſalterio minori B. M.V. Quinquagena 1.*

REBECCA, nam ſi Rebecca erat Virgo pulcherrima, quæ non nouerat virum; ſeruus autem Abrahę iuxta aquam eam inuenit, ibique eam allocutus eſt. Gen.24. Beata Maria, Virgo quoque formoſiſſima fuit, libenter manebat iuxta ſpirituales aquas, ideſt ſanctas ſcripturas. ad has aquas ſæpius recurrebat, vt poſſet dicere cum Propheta Pſalm. 22. Super aquam refectionis educauit me: denique ibi eam inuenit Angelus, ſeruus videlicet Abrahæ, non illius terreni, & mortalis, ſed illius cæleſtis, & æterni; ſic enim dicit Euangeliſta Lucæ 2. Ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena, Dominus tecum. Quo ingreſſus ad eam, ſine dubio vbi ipſa ſe abſconderat à vanitatibus ſæculi, & de curis mundi ingreſſa erat in priuatum thalamum ſuum, & clauſerat oſtium ſuum, & priuatim orabat Patrem ſuum, hauriebat ſibi aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, ideſt de ſcripturis ſanctis, vbi legerat, & Virginis partum, & Saluatoris Aduentum: forte eo tempore, quo Angelus venit, habebat Iſaiam in manibus, fortè tunc ſtudebat in illa Prophetia: Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. *B.Aelredus ſerm.in Annunciat. B.V.*

Rebecca, quia ſi ſeruus Abrahæ, ſicut dicit ſcriptura Gen.24. dedit Rebeccæ inaures aureas, & armillas, ideſt ornamenta aurium, & brachiorum: ſeruus magni Abrahæ, ideſt, Gabriel Angelus, ornauit aures Beatæ Virginis decoro ornamento, quando dixit: Aue gratia plena: ornauit brachia ſua, pulchra quadam armilla aurea, quando dixit: Dominus tecum; ille enim, cuius aduentum Angelus nunciabat, poteſt bene nuncupari armilla, quia ſicut armilla nec initium habet, nec finem, ità ille ſecundum diuinitatem, nec incipit eſſe, nec deſinit: hac armilla fuerunt ornata brachia Beatæ Virginis, quia ipſa Dei Filium, quem de ſe genuit, ſæpè inter brachia ſua amplexans portauit. *Idem ibidem.*

Rebecca, quam quæſiuit nuncius Filius Domini ſui, ideſt, Gabriel Archangelo Filio Dei, de cuius Hydria ipſe bibit, quia de conformitate virginitatis eius, & viæ mundiſſimæ biberunt & iumenta, ideſt homines, ſi non de hydria virginitatis, ſaltem de hydria humilitatis; placuit enim propter humilitatem atque propter hanc Deus elegit, & prælegit eam. *Petrus Bleſenſis ſerm.38.*

Rebecca puella nimis pulchra, quæ depoſita hydria de ſcapulis, adaquauit non ſolum ſeruum Abrahæ, ſed etiam Camelos: Omnes ſitientes venite ad aquas Eſaiæ. 55. de fonte, & puteo Saluatoris, de quibus ipſe bibit, & omnis familia eius. *Petrus Cell. ſerm. 2. in Annunciac.*

Rebecca, habens apud ſe veſtes Eſau, valde bonas. Gen.27. Quia carnem, quam Chriſtus, qui Eſau peccator, quia in ſimilitudinem carnis peccati apparuit, tanquam veſtem de puriſſima eius ſubſtantia aſſumpſit, habuit apud ſe; quia non aliunde de ſemine viri, ſed de ſua ſubſtantia tantum formiata, & aſſumpta eſt caro Chriſti. *Rich.à S.Laurent. de laud. Sanctiſs. Virg.lib.10.*

Rebecca, quæ de hydria ſua potauit Heliezer, & Camelos. Geneſ.24. Chriſtum ſcilicet, & omnes ſanctos. *Idem de laud. SS.V.M. lib.12.*

Rebecca, quæ dixit Filio Iacob. Geneſ. 27. Fili mi, acquieſce conſiliis meis; ſicut enim Rebecca Iacob, qui interpretatur luctator, & ſupplantator, appellauit filium ſuum non Eſau, ita ſoli luctatores, & ſupplantatores vitiorum, Filij Mariæ ſunt, & digni hæreditate ipſius, & ſoli tales poſſunt vocare Mariam Matrem ſuam. *Idem de laud.SS.V. lib.2.*

Rebecca Virgo pulcherrima, & incognita viro. Geneſ.24. Quę de hydria ſua, quæ ſignabat vbera eius, potauit Eliezer, & Camelos, ideſt, Chriſtum, & Sanctos, nam ex humilitate Deo placuit, ſed ex fide concepit Sanctum Sanctorum, ideſt, Chriſtum, qui ſanctificat omnes Sanctos. *Idem de laud. SS.V. lib.4.*

Rebecca, de qua dicitur puella decora nimis, Virgoque pulcherrima, & incognita viro. *D.Bonau.in ſerm:2.de B.V.M.*

Rebecca in veritate, quæ multum à Deo accepit. *Albert.Magn.in Poſtillis ſuper cap. 1.Lucæ.*

Rebecca puella decora nimis, virgo pulcherrima, & incognita viro, quæ impleuit hydriam cordis, gratia, vena, gloria. *Idem*

*in*

*in Biblia Mariæ super lib. Geneſ.*

Rebecca, quæ multum accepit à Domino, in cuius aures ſeruus ſummi Patriarchæ, ſermo ſcilicet propheticus, ſuſpendit inaures aureas, vt nullum audire delectaret, præter ſolum Dilectum. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 10. Luc.*

Rebecca, quæ multum gratiæ recepit, virgo pulcherrima, & incognita viro, quam ſummus Patriarcha filio ſuo Iſaac, gaudio vniuerſæ terræ elegit in matrem. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Luc.*

Rebecca, cuius hydria plena eſt aqua, ideſt anima plena eſt Dei gratia. Geneſ. 24. *Iacob de Voragin. in Mariali ſer. 1.*

Rebecca, per dilectionem. *Bartholomeus de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

Rebecca figuratiuè, quæ filium, ideſt, Iſrael, qui interpretatur videns Deum, docuit, & iuuit refectionem offerre Patri ſuauem, cum veſtibus odoriferis, vt benedictionem Patris obtineret. *D. Antoninus in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 2. quod Virgo* M. eſt *mater noſtra quadrupl.*

Rebecca myſticè, quam Heliezer procurator Abrahę ideſt, Arcangelus Gabriel, Dei nuncius, miſſus de terra promiſſionis, ideſt, ſuperne in Aran, ideſt in mundum, inuenit præ cæteris Virginem pulcherrimam mente, & corpore ad fontem aquarum viuentium, gratiarum, & diuinorum eloquiorum, quæ etiã ſua liberalitate ipſi Angelo nuncio deſponſationis ſitienti ſalutem humanam, & Camelis eius, ideſt, hominibus, qui ab eo dirigebantur, & gubernabantur, potum dedit ſatisfaciens deſiderio ſuo, cum nunciaſſet aduentus ſui cauſam, & miſſionis, vt ſcilicet eam deſponſaret Filio Dei, cum conſenſit dicens: Ecce Ancilla Domini Gen. 24. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 8.*

Rebecca ſpiritualis, quæ non ſolum curam habet de electis, ratione viuentibus, vt ſitientibus procuret aquam gratiarum, ſed etiam de peccatoribus curam habet, vt animalibus irrationabilibus, non petentibus, nec deſiderantibus, aquam gratiarum procurat. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 14.*

Rebecca, quia ſuper omnes plus gratiæ accepit; Rebecca enim interpretatur multum accepit. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 7. Coronæ nonæ V.*

Rebecca, puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro, quam legatus Abrahæ cæleſtis ad fontem aquarum reperit, ideſt ſcripturas diuinas, rimantem, & de profunditate litteræ mirificos haurientem hauſtus. S. *Thom. de Villanoua ſer. 1. de Annunc. V.*

Rebecca virgo ſacra, quam inauribus argento vermiculatis, diuitis potentiſque Domini Nuncius ſubarrauit, virgineis auribus miranda ingerens ſermone polito myſteria: datoq; conſenſu Filio Domini ſui, eam perpetuo connubio deſponſauit, vt in eius ſacro vteri thalamo, Deus, & homo iam non ſint duo, ſed vna caro, vna perſona, vnus Deus, & homo Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei naturam, & hominis, ſe ipſo indiſſolubili nexu copulans hypoſtaſi beata. *Idem ibid.*

RECEPTACVLVM capaciſſimum naturæ incomprehenſibilis. *D. Greg. Thaumaturg. orat. 3. in Annunc. B. Mariæ Virg.*

Receptaculum omnium myſteriorum diuinorum. *Idem orat. 2. in Annunc. B. Virg.*

Receptaculum ſupercæleſtis lætitiæ. *Idem ibid.*

Receptaculum ſpatioſum naturæ incomprehenſibilis. S. *Io. Chryſ. orat. de Annunc. B. Virg.*

Receptaculum nouũ lucis immaterialis vniuerſę terræ, diuinæ ſcientię ſplendores effundens. *Andr. Cretenſ Can. in S. Andream Apoſtol.*

Receptaculum ſapientiæ Dei. *Idem or. 2. in Annun.*

Receptaculum gratiæ. *Anaſtaſ. Antioch. in orat. 1. in Annunc. B. Virg.*

Receptaculum diuinitatis. *Sergius relatus à Caniſio lib. 1. de Deipara cap. 11.*

Receptaculum Dei. S. *Ioan. Damaſc. Can. in Annunc. Virg. Ioan. Eubens orat. in Concept. S. M. Theophan. Niceen. in Annunciat. V. Mariæ. S. Ioſeph Hymn. in Mariali, & Bernard. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Receptaculum importabilis. S. *Io. Damaſ. in Octoec Græcorum.*

Receptaculum lucis. *Idem ibidem.*

Receptaculum dignum incomprehenſibilis diuinitatis. S. *Germ. orat. in Annunc. Virg.*

Receptaculum Filij, & Verbi Patris, & ſolius Dei. *Idem orat. 1. in Præſent. Virg.*

Receptaculum omnis puritatis. *Idem in Mariali fragmento 4.*

Receptaculum Sancti Sanctorum. *Idem orat. 1. in Præſent. B. Virg.*

Receptaculum illocabilis. *Coſmas Hieroſolym. in Theogoniam Hymn. 9.*

Receptaculum Dei ſacratum. S. *Io. Damaſc. in Cantic. Græcorum ſono 1.*

Receptaculum incomprehenſibilis Creatoris. *Idem in Canone de Sancti ſ. Trinitate.*

Receptaculum lætitiæ, quippe quę ſupernam vocem auribus excepit. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Receptaculum lucidum diuinæ immenſitatis, in pedaneo vtero illum complexa, qui in ipſo etiam vtero, orbis terræ complectitur fines. *Idem orat. 4. de Natiuitate B. Virg.*

Receptaculum puritatis, capax diuinæ inhabitationis, animæ noſtrę ſordes, ac maculas delens. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Receptaculum ampliſſimum illius, qui immenſus eſt. S. *Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Receptaculum diuinæ gratię capax. *Id. ibid.*

Receptaculum continens incomprehenſibilem. *Idem ibidem.*

Receptaculum Domini puriſſimum, ab omni macula purificans nos, & puriſſimi Spiritus diuini domos nos efficiens. *Idem ibidem.*

Receptaculum Domini venerandum, erigens nos collapſos in chaos grauiſſimę deſperationis, & peccatorum, & tribulationum. *Idem ibidem.*

Receptaculum illius, quem nihil capere poteſt. *Idem ibidem.*

Receptaculum lucis, illuminatiuis radijs ſuis illuſtrans cor noſtrum, ſocordiæ nubes depellens, ac peccati tenebras eliminans. *Id. ibid.*

Receptaculum lucis, quę ex ea pura digne Deo effulſit, illuminans oculos animę noſtrę, atque ignorantię tenebras eliminans, peccatique tenebras deijciens, atque exterminans. *Idem ibidem.*

Receptaculum luminis ſplendentis ante luciferum ex patre, & in ea habitaculum figentis nouiſſimis temporibus, noſtramque ferentis humanam formam, & illam ſine permixtione Deificantis. *Idem ibidem.*

Receptaculum naturę incomprehenſibilis. *Idem ibidem.*

Receptaculum purum caſtitatis, Verbum illud in ſe recipiens, quod à nulla re poteſt comprehendi, aut contineri. *Idem ibidem.*

Receptaculum purum illius, qui à nullo capi poteſt. *Idem ibidem.*

Receptaculum vitę. *Io: Epiſc. Aretinus in Tractatu de Dormit. SS. Virg. Mariæ.*

Receptaculum Dei omnipotentis digniſſimum. *D. Anſelm. hom. de SS. Virginis Conceptione.*

Receptaculum gaudij. *Theodor. Laſcbus Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Receptaculum omnium gratiarum. *Ricard. à S. Laurent. de laud. Virg. lib. 4.*

Receptaculum fugientium ab ira Dei. *Albert. magnus in Biblia Mariæ ſuper lib. Ioſuæ.*

Receptaculum benedictionis. *Iacob de vorag. in Mariali ſer. 2. S.*

Receptaculum Spiritus in templo repoſitum, & ad Verbi ſuſceptionem feliciter præparatum. *Iacob Monach. in Mariali orat. 3.*

Receptaculum gratiæ clariſſimum, ipſis Solis radijs ſplendidius, & illuſtrius. *Nicephor. Calſtus lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 8.*

Receptaculum Dei mundiſſimum. *D. Birgitta lib. 5. Reuelat. interrogat. 12.*

Receptaculum capaciſſimum gratiarum, quæ cum impetu, ideſt cum virtute, & magno dantis deſiderio, fluunt de illo monte, qui non interpretatur candidatio, vt libanus, ſed eſt candor lucis æternę. *Ern. Prag. in Mariali c. 32.*

Receptaculum deificis fulgoribus excipiendis à Deo confectum. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Præſent. B. Virg.*

Receptaculum Dei incomprehenſibilis. *Idem orat. de Aſſumpt. Virg.*

Receptaculum puriſſimum. *Idem orat. de Præſentat. B. Virg.*

Receptaculum vaſtiſſimum, & vires naturę ſuperans, *Idem in orat. de Aſſumpt. B. Virg.*

Receptaculum gratiarum. *D. Laurent. Iuſtin. de Triumphali Chriſti Agone cap. 7.*

Receptaculum benedictionis æternę. *Bernard. de Buſtis ſerm. 12. de Annunc. B. Virg. & Mauric. de Villaprobata ſerm. 25. Coronæ nouæ B. Virg.*

Receptaculum ſecurum omnium ad eam deuotè recurrentium. *Bernard. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ Vig.*

Receptaculum omnium gratiarum diuinarum. *Maurit. de Villaprob. ſerm. 5. Coronæ nouæ B. V. & Bernard. de Buſt. ſer. 4. B. Mariæ.*

RECEPTRIX Dei, in qua diſruptum eſt peccati Chyrographum, in qua Deus factus eſt homo, manens ipſe Deus, geſtarique vtero ſubſtinuit, & ad noſtræ generationis humilitatem ſe deiecit non eximanito paternæ gloriæ ſinu, maternoſque nihilominus opplens amplexus. *Baſilius ſeleuc. orat. in Annunc. B. V.*

Receptrix Filij Dei. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 10. Luc.*

Receptrix generalis Dei, & hominum largiſſima, cuius hoſtium viatori patuit celeriter, totaliter, & frequenter. Iob 31. *Idem in Biblia Marię ſuper lib. Iob.*

Receptrix generalis omnium Peregrinorum Chriſti. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Eccl.*

RECLINATORIVM ſingulare ſapientiæ Dei Patris. *Rudulph. Ardens homil. in Nat. V.*

Reclinatorium vnicum æternæ pietatis. *Mauritius Rothom. in orat. ad SS. Deip.*

Reclinatorium aureum, in quo Deus poſt tumultus Angelorum, & hominum ſe reclinans requiem inuenit. *D. Petrus Damian. ſer. de Annunc. Sanct. V.*

Reclinatorium verum, dulciſſimum vnici Filij Dei omnipotentis. *D. Anſel. in lib. ſiue tract. de Concept. Sanctiſ. V.*

Reclinatorium ſummi boni. *D. Bern. in orat. Rhythmic. ad Dominæ Ieſum Chriſtum, eiusq; SS. M.*

Reclinatorium Filij Dei. *S. Petrus Cluniacen. lib. 3. Epiſtolar. Epiſt. vltim.*

Reclinatorium Regis. *Idem proſa in honorem Matris Dei. & Rich. à S. Victore Expoſit. in Cant. Canticorum cap. 4. 2.*

Reclinatorium pietatis. *Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Reclinatorium Trinitatis. *Adam Præmonſtrat. lib. 1. ſer. 40.*

Reclinatorium Chriſti, in quo ipſe Chriſtus totum caput reclinauit, quia obumbrante Spiritu ſancto in matre accumbens, & requieſcens, quaſi longos ſomnos fecit; dum moras humani corporis per membra diſponendi, ſeu componendi profunda ſecreti ſui ratione patienter expectauit. *Petrus Cellen. ſerm. 4. in Natiuitate Domini.*

Reclinatorium aureum veri Salomonis, in quo, ipſe Fabricator caput ſuum à conturbatione hominum reclinauit. *Philippus Abbas lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 5.*

Reclinatorium, in quo Salomoni grata requies impertitur. *Idem ibidem.*

Reclinatorium, in cuius Chriſtus ſe reclinauit vterum aureū, ſplendore caſtitatis fulgidum. *Honorius Auguſtod. in ſigillo B. Virg.*

Reclinatorium quieſcenti. *Ern. Prag. in Mar. c. 39.*

Reclinatorium ſplendidiſſimum totius ſuperiantæ Trinitatis. *Dionyſ. Carth. lib. 4. de prec. B. Virg. art. 6.*

Re-

Reclinatorium idoneum Filij Dei. *Bernard. de Buſtis ſerm.2.de Aſſimilat.* B. *Virg.*

Reclinatorium ſpecialiſſimum Verbi Dei. *Idem in ſuo Mariali ſerm.2. Coronat. Virg.*

Reclinatorium totius Trinitatis. *Idem ſer.5. de Nat.B. Mariæ.*

Reclinatorium diuinę Maieſtatis. *Io.Trith.lib.1. de Mirac.B.V. in vriceto cap. 6.*

Reclinatorium ſummæ Trinitatis. *Idem de Miraculis B.Virg.prope Dittelbach lib.1. cap.12.*

Reclinatorium ſpeciale Verbi Dei. *Maurit.de Villaprobata ſerm.7.Coronæ nouæ.* B. *Virg.*

Reclinatorium Spiritus ſancti, in quo nullum habuit locum originalis macula delicti, quem ad perfectam eius conſummationē nihil omnino deficit, niſi quod ſatis dignè laudari non poteſt. *Dion.Fab.tract.de Concept. B.V.*

Reclinatorium odoriferum Deitatis. *Lud. Bloſ. in Endolog.1.ad. B.Virg.*

RECONCILIATIO diuina cum hominibus. *Andreas Cret.orat.1.in Annunc. B. Virg.*

Reconciliatio cum Deo omnium illorum, qui eam aſſiduè beatificant. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Reconciliatio peccatorum. *Io. Geomet. ſer. in Annunc.Sanctiſ. Dei Genit.*

Reconciliatio laudabilis. *Iacob Monach.in. Mariali orat.6.*

Reconciliatio opportuna in tempore iracundiæ. *Anton.Pocg.ſer.8. de Concept.B.V.*

RECONCILIATORIVM commune, quo omnes Deo poſſumus reconciliari. *Andreas Creteníſ.orat.3.de Dormit.B. Virg.*

Reconciliatorium totius Eccleſiæ. *Ern. Prag. in Mariali cap. 123.*

RECONCILIATRIX noſtra. *D. Ephrem in ſerm. de laud.B.Mariæ, & Bernard. de Buſtis ſerm. 1. de Nominat.B. M.*

Reconciliatrix pro eo, qui ad precationum eius auxilium confugerit. *D. Seuerus Alexand. in lib.de Ritibus Baptiſmi.*

Reconciliatrix potentiſſima ſeruorum, & amatorum ſuorum, cum ſuperbenedicto Filio ſuo irato. *Idiota in ſua contemplat. de Sanct.Maria.*

Reconciliatrix mundi. *S.Iu.Damaſ.orat. in occurſum Domini, S.Anſel.in hym.inuocat.ad Sanctiſ. Mariam, & Ricch.à S. Victore expoſit.in Cant. Canticor. cap. 23.*

Reconciliatrix ſecunda, poſt ſecundas offenſas, apud Deum. *Ioan. Geometra ſerm. in Annunc. Sanctiſ. Virg.*

Reconciliatrix Filij ſui. *S.Anſel. lib. de Excellentia Virg.cap.12.*

Reconciliatrix piiſſima. *Francus Abbas lib.6.de gratia Dei.*

Reconciliatrix humanæ naturæ. *Rich.à S.Victore expoſitione in Cant. Cantic. cap.23.*

Reconciliatrix ad reos. *Petrus Cellen. ſer. 6. de Aduentu.*

Reconciliatrix erroneorum ouium. *Io. Hailgrin in cap.1. Cant. Cantic.*

Reconciliatrix noſtra apud Deum. *Alber. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib.Exodi.*

Reconciliatrix, per quam omnes fuerunt reconciliati. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.114.*

Reconciliatrix reorum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Matthæi.*

Reconciliatrix Eccleſiæ militantis cum triumphanti. *D.Bernard. Senenſ.Tom.3. ſer.1. de glorioſo Nomine Mariæ.*

Reconciliatrix hominum cum Deo. *D. Antonin. in ſumma part.4.tit.15. cap.13.*

Reconciliatrix omnium. *Idem in ſumma part. 4. tit.15.cap.24.*

Reconciliatrix omnium iniquorum ad eam confugientium. *Dion.Carth.lib.2.de laud.V.art. 23*

Reconciliatrix digna; miſſa ad Deum à Patribus exilio damnatis. *Bernard. de Buſtis in Mariali ſerm.6.de Concept. B. Mariæ.*

Reconciliatrix omnium peccatorum. *Idem ſer. de Compaſſione B.Mariæ.*

Reconciliatrix pœnitentium. *Io.Trith. lib.1.de Miraculis B. V.in Vriceto cap. 8.*

Reconciliatrix noſtra inter Deum, & humanam naturam, miſſa à Patribus tanquam digna. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 5. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Reconciliatrix peccatorum. *Idem ſerm. 17. Coronæ nouæ B.V.& Alb.Magn ſuper Miſ.eſt.c.225.*

RECREATIO generis noſtri. *S.Sabb. in Menæis Græcorum die 24.Martij.*

Recreatio eorum, qui ad ipſam confugiunt. *Eutichian.in vita S. Theophani.*

Recreatio potentiſſima eorum, qui affliguntur. *S.Germ.orat.in Zon.Deip.Virg.*

Recreatio in labore ſeruis ſuis. *Adam de Perſ. in Mariali frag.2.*

Recreatio eorum, qui doloribus tenentur. *Iacob. Monach.orat.de Natiuit. B.V.*

Recreatio à laboribus. *Iacob. Monachus. in Mariali orat. 2.*

Recreatio omnium, ſub fide Chriſti mæſtorum. *Io Trith.lib.1.de Miraculis B.V.in vriceto c.6.*

Recreatio ſumma humilium monachorum. *Idem lib.1.de miraculis B.V.in vriceto cap.6.*

RECREATRIX. *Alb.Mag.ſuper Miſſus eſt c.53.*

Recreatrix mundi. *Dionyſ. Carthuſ.lib.2.de laud. SS. Virg.art.24.*

RECTRIX orbis. *Paulus de Heredia in Tract. de Concept. Beatæ M.V.*

RECVBITVS Chriſti. *Matthæus Cantacuzenus in cap.1. Cantic. Canticor.*

RECVPERATRIX gratiæ. *Dionyſ. Carth.lib.3. de laud. SS.Virg.art.20.*

Recuperatrix perditi orbis. *Bernard.de Buſt.in Mariali ſerm.2. de Coronat. B.M.*

REDINTEGRATIO infrangibilis confractorum, erigens nos dejectos, & ſaluans pereuntes maternis precibus ſuis. *S.Ioan.Damaſcen. in Paracl. B.M.V.*

Redintegratio ægrotantium ad ſalutem. *Theodorus Laſchus Imperat.in Can.ad SS. Deipar.V.*

REDITVS proſcriptis. *Alanus de Inſul. in Anticlau. lib. 5.*

REDV-

REDVCTIO expulſorum. *S. German.orat. 2.in Dormitione Beatæ M. Virg.*

REDVCTRIX luminis apud nos exorti. *S. Io. Damaſc. in Menæis Græcorum, die 1.Ianuar.*

Reductrix exulum. *Ioan. Gerſon. in ſerm. de Spiritu ſancto.*

Reductrix naturæ in primum, imò ſuper primum ſtatum inſtitutionis, quia etſi innocentiam, & perfectam gratiam habebat in illo ſtatu humana natura, non tamen Deitatem vnitam. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 44.*

Reductrix omnium, & omnis creaturæ in homine ad illum, à quo exierunt, ipſi perſonaliter vniendo. *Idem ibidem.*

Reductrix omnium reducibilium ad Deum. *Idem ibidem.*

Reductrix innumerabilium perditiſſimorum ad gratiam, & ſalutem. *Dionyſ. Carthuſian. lib.1. de laud.Beatæ V. initio.*

REFECTIO humanæ mentis. *Bernard. de Buſtis in Mariali ſerm.2. de Coronat.B. M. V.*

REFOCILLATIO afflicti generis noſtri. *S.Ioan. Damaſc. in Menæis Græcor.die 15. Ianuarij.*

Refocillatio noſtra in omnibus malis. *Idem in Paracl. Beatæ Mariæ Virg.*

Refocillatio progenitorum defeſſorum, per quã primæ matris lachrymarum fluenta cohibita ſunt, per quam primi parentis ſudorum ſcatebra ceſſauerunt. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

Refocillatio tribulatorum. *Idem ibidem.*

REFOCILLATRIX Adami, & Euę, per quam receperunt illi fortè felicitatis antiquæ. *S.Io. Damaſc.in Menæis Græcorum, die 27.Ianuarij.*

Refocillatrix animarum ſtibundarum. *Albert. Magnus in Biblia M. ſuper lib.Geneſis.*

Refocillatrix pauperum. *Ioan. Trithem.lib.1. de Miraculis B.V. in Virtuoſo cap.6.*

REFORMATIO eorum, qui in imo corrupti fuerunt cœno. *S. German.orat.2. in Dormitione Beatæ M. Virginis.*

Reformatio poſt ſecundum exitium. *Ioan. Geometra ſerm. in Annunciat. ſanctiſſ. Dei Genitr.*

REFORMATRIX deformationis primi opificij. *Idiota in ſua contemplatione de Sanctiſſima Virg. Maria.*

REFRENATRIX iręDei, quoad peccatores. *Albert.Mag.in Biblia Mariæ ſuper lib.1.Regum*

Refrenatrix potentiſſima cunctorum ſpiritum malignorum. *Dionyſ. Carthuſ.de laud.Sanctiſſ. Virg.lib.3. articulo 20.*

REFRIGERATRIX optima iræ Dei. *D. Bonau. in Speculo B. M. V. cap.9.*

REFRIGERIVM in mœroribus. *S.Ioan. Damaſcen.in Paracl. B.M. V.*

Refrigerium ſudorum. *Idem orat.2.de Aſſumpt. ſine Dormit.Beatæ Marię Virg.*

Refrigerium congregationum ſanctarum. *Adam de Perſ.in ſerm.de Aſſumpt.B.M.V.*

Refrigerium noſtrum in cunctis neceſſitatibus noſtris. *D.Bonauent.in Pſalt.B.V.*

Refrigerium defectorum progenitorum, per quam primę parentis lachrymarũ riui repreſſi ſunt, & per quam primi item parentis ſudorum inhibiti ſunt fontes. *Iacobus Monach. orat.de Natiuit. Beatæ V.*

Refrigerium laborum. *Idem ibidem.*

Refrigerium mœſtorum animo. *Idem ibidem.*

Refrigerium laborantj, & æſtuanti. *Ern. Prag. in Mariali cap.39.*

Refrigerium vnicum peccatorum. *Dion. Carth. lib.1. de Præcon.B.M. art.25.*

Refrigerium laborantium. *Bernardin. de Buſt.in Mariali ſerm.2. de Coronat. B. M.*

Refrigerium expectatiſſimum ſeruitutis humanæ. *Io.à Ieſu Maria Tom.2.oper.ſuor. in Tract. myſticæ Theolog.pag.62.*

REFVGIVM peccatorum. *D. Ephr. in ſerm. de laud.B.M.V. Leo Imper.in orat.de Aſſumptione B.V.M. D.Bonauent.in Canticis Pſalt. B.V.D. Laurent.Iuſtin.de Triumph.Chriſti Agon.cap. 7. & S.Thom.de Villanoua Conc. 1. de Aſſumpt. Beatæ Marię Virg.*

Refugium animarum noſtrarum. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 17. Ianuarij, & Iacobus Laſch.Imp.in Can.ad SS.Deipar.V.*

Refugium eorum, qui afflliguntur. *D. Eutychianus in vita Theophili.*

Refugium eorum, qui ſunt vexati. *Idem ibidem.*

Refugium generis hominum. *Idem ibidem.*

Refugium fidelium. *Anonym.in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio pro infirmis à ſpiritibus immundis obſeſſis, & S.Io.Damaſc. Can.in Eliſeum Proph.*

Refugium mundi. *Anonym.in Euchologio,ſeu Rituali Græcorum in officio communis ſupplicationis, & S.Io.Damaſc.in Paracl.B.V.*

Refugium munitum cunctorum mortalium. *Anonym.in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio tempore ſiccitatis.*

Refugium noſtrum. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio magni, & Angelici habitus. Photius Conſtant.orat.in S.M.Natiuit.D. Bernard.ſerm.3. ſuper Salue Regina, & S. Thomas de Villanoua Conc.3.de Natiuit. B.M.V.*

Refugium paratum hominibus. *Anonym. in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio pro infirmis à ſpiritibus immundis obſeſſis.*

Refugium tutiſſimum. *Idem in Euchologio,ſeu Rituali Græcorum in officio in peſtilentialis morbi periculo.*

Refugium mirabile, & quod facilè afficiatur omnium Chriſtianorum. *S.German.in ſuoMariali fragm. 15.*

Refugium paratiſſimum peccatorum. *Idem orat. in Zonam Deiparę.*

Refugium Chriſtianorum. *S.Io. Damaſc. in Canone de SS. Trinitate, & Can.in Eliſeum Prophet. & Iacob. Laſch. Imper.in Poem.B.M.V.*

Refugium eorum, qui lapſi ſunt. *S. Io. Damaſc. in Paraclet. Beatę M. Virg.*

Refugium fortiſſimum ab omni inuaſione vniuerſorum hoſtium viſibilium, & inuiſibilium

libe-

liberans. *Idem Can.in Eliſeum Proph.*

Refugium hominum deſperatorum. *Idem in Canticis Eccleſiaſticis Græcorum ſono* 1.

Refugium inopum. *Idem in Paracl.B.V.*

Refugium peccatorum, propitiam ſe ſuis ſupplicibus oſtendens. *Idem ibidem.*

Refugium noſtrum in mœroribus. *Idem ibid.*

Refugium noſtrum poſt Deum. *Idem ibidem, & S.Anſelm.in orat.ad B.M.V.*

Refugium, per quod conſequimur ſalutem. *S.Io. Damaſc. in Paracl.B.V.*

Refugium ſeruorum ſuorum. *Idem ibidem.*

Refugium ſtabile mundi, in quo ſaluamur; ex ea enim Deus incarnatus, omnibus eam dedit protectionem ſalutiferam. *Idem ibid.*

Refugium tribulatorum, ab omni malo invulneratos cuſtodiens nos precibus ſuis, ſub eius protectionem cum fide confugientes. *Idem ibidem.*

Refugium fidelium, à periculis cunctis omnes adiuuans, atque liberans. *D. Theodor.Studites in Canone, qui canebatur in erectione ſacrarum Imaginum.*

Refugium omnium. *Idem ibidem.*

Refugium peregrinorum. *S. Joſeph Hymn. in Mariali.*

Refugium eorum, qui ſalutem conſequuntur. *Idem ibidem.*

Refugium fidelium ad eam recurrentium, ab omni neceſſitate, & damno hoſtili ſaluos faciens nos. *Idem ibidem.*

Refugium omnium hominum. *Idem ibidem.*

Refugium omnium Chriſtianorum, eam fideliter laudantium. *Idem ibidem.*

Refugium fidele, & inexpugnabile omnibus impugnatis à triplici concupiſcentia, vel ab hoſte multiplici ſi ad eam refugitur ſapienter. *Idiota de B.M.V. par.14. Contemplat.55.*

Refugium miſericordium, auertens ſuos miſericordes oculos ab eo, quem videt immiſericordem, cum ei ſit omnino diſſimilis. *Idem de B.M.V. par.17.Contempl. 6.*

Refugium tutiſſimum illorum, qui fugiunt à facie eius, id eſt diuini iudicij, & illorum, qui mundum fugiunt, quia de mundo non ſunt, quos mundus exagitat detractionibus, & maledictis. *Idem de B.V. par.14. Contempl.23.*

Refugium tutiſſimum peccatorum, à qua nullus, quantumcumque magnus peccator deſpicitur, nullus repulſam patitur, niſi ex voluntaria malitia eam deſerat, & fugiat, omnes peccatores ad ſe redeuntes, manu pia recipit, nec moram in hoc facit, nec dilationem concedit, ſed ſinum miſericordiæ ſuę aperit omnibus, omnibus exaudibilem aurem præbet. *Idem de Beata V. par.9.Contempl.14.*

Refugium ſalutare omnium ad Filium. *Conſtant. VIII. Imp. in ſuis exapoſtillarijs.*

Refugium expulſorum. *S.Anſelm.Luc. ſup. Salue, & Bernard.in Medit.ſuper Salue Regina.*

Refugium noſtrum tutum. *S. Anſelm. in orat. de Beatæ Mariæ V.*

Refugium præcipuum peccatoribus poſt Filium ſuum, quo poſt lapſum fugiant. *Goffrid. Abb. ſerm.in omni feſtiuit. B.M.V.*

Refugium miſerorum. *Adam Premonſtratenſis lib.1.ſerm.40. Petrus Abbas Cellenſ. in lib.de Panib. cap.21. Dionyſ.Carthuſ.lib.1. de Precat. SS.V.M. art.29. & Maurit.de Villaprob.ſer.7. Coronæ nouæ B. M.*

Refugium miſericordiæ cunctis ſuppoſitum. *Helinand.Ciſtercien.ſer.1.de Aſſumpt.B.M.*

Refugium miſerorum vbique terrarum. *Richar. à S.Laur.de laud.SS.V. lib.1.*

Refugium miſericordię, peccatoribus à Deo prouiſum. *D.Anton.de Padua ſerm. in Domin. 3. Quadrageſimæ.*

Refugium noſtrum in omni neceſſitate noſtra. *D. Bonauent.in Pſalt.B.M.V.*

Refugium pauperum in tribulatione. *Idem ibid.*

Refugium peccantium. *Idem in Canticis Pſalt. Beatæ Virg.*

Refugium ſingulare, hac in vita vacillantes. *Idem in laud.Beatæ Virg.Mariæ.*

Refugium ſui gregis. *Idem.in laud.B.V.M.*

Refugium omnium pauperum. S. *Mechtild.lib.1. gratiæ ſpiritualis Cap.54.*

Refugium omnimodum totius Eccleſię. *Erneſt. Prag.in Mariali cap.123.*

Refugium reorum à facie Iudicis. *Idem in Mariali cap.62.*

Refugium ſingulare, & certum omnibus eam requirentibus, & orantibus. *Ioan. Gerſon. ſer. de Conceptione B.V.*

Refugium peccanti. *D. Laurent.Iuſtinian. in lib. de caſto Connubio verbi, & animæ cap.9.*

Refugium ſingulare, ac potentiſſimum perditorum. *Dion.Carth.de laud.SS.V.lib.2.art.23.*

Refugium, & firmamentum noſtrum. *Arnoldus Boſtius cap.1.§.1.lib.de Patron.Deip.V:M. in ſibi dicatum Carmeli Ordin.*

Refugium noſtræ miſerię. *Bernard.de Buſtis in Mariali ſerm.2.de Coronat.B.M.V.*

Refugium omnium ad eam deuotè recurrentium. *Idem ſer.2.de Aſſumpt.B.M.V.*

Refugium omnium periclitantium, & miſerorum, & tribulatorum. *Idem ſerm.2.de Aſſimilat. Beatæ Mariæ V.*

Refugium peregrinantium. *Idem ſerm.4.de Aſſimilat.B.M.V. & Maurit.de Villaprobata ſer.5. Coronæ nouæ B.M.*

Refugium ſalutis ſibi deuotis, & recurrentibus. *Bernar.de Buſt.ſer.3.de Aſſimil.B.M.V.*

Refugium oppreſſæ mentis *D.Caſimirus Poloniæ Princeps in hymno de B.M.V.*

Refugium, iniuriam pro veritate patientium. *Io.Trith.lib.1.de Mirac.B.V.in Vrticeto.cap.6.*

Refugium in tribulatione gementium. *Idem.l.1 de Mirac. B.M.V. in Vrticeto cap.8.*

Refugium omnium periclitantium, miſerorum, & tribulatorum. *Maurit.de Villaprobata ſerm. 12. Coronæ nouę B.M.*

Refugium ſalutis ſibi deuotis, & reuerentibus. *Idem ibidem ſerm.11.*

Refu-

Refugium in periculis, & tentationibus. *Idem. Blosius in Endologia 1. ad B.M.V.*

Refugium noſtrum charum. *Idem in Speculo ſpirituali cap. 5.*

Refugium ſingulare peccatorum. *Idem in Canone vitæ ſpiritualis, cap.18.*

REGENERATIO Vniuerſorum. *Iſid. Theſſalonic. in orat.de Natiuit. B.Virg.*

REGENERATRIX. *D. Athanaſius ſerm.in Euang. de Sanctiſs.V. Deipara.*

REGIA, ex qua Rex humili habitu egreſſus, perempta morte, quæ principatum in nos obtinuerat, doloris plenam, & laborioſam eius tyrannidem, in quietem commutauit. *Leo Imp. in orat.de Aſſumpt. B.M.V.*

REGINA. *Theophilus Nicenus hym. in Annunc. Sanctiſs. Deiparæ.*

REGINA noſtra, cuius humilitatem imitari debemus, & quoad poſſumus veſtigia ſequi. *S.Petrus Apoſt.apud Amadeum Rapt.8.*

Regina omnium. *D. Andreas Apoſt. ſerm.in tranſitu B.M.V.apud Amadeum Raptu 8. D.Ephrem. ſerm.de laud.B.M.V. Idiota in Contempl.de SS. V.M. Abſalon Abbas ſerm.2.de Aſſumpt.B.M. Theod.Laſcb. Imp.in Can. ad Sanctiſs. Deip. V. & D.Bern. Senenſ. tom.1. ſerm.61.*

Regina noſtra. *S. Iacobus Maior Apoſt. apud B. Amadeum Raptu 8. S.Simeon Apoſt.ſermon.in tranſitu B.M. apud Amadeum Raptu 8. S.Thadæus Apoſt.ſerm. in tranſitu B.M.apud Amad. Raptu 8. S.Athanaſ.ſerm.in Euang.de SS.V.M. Deip. D.Bern.ſerm.de B.M.V. ſuper illud Apoc. Signum magnum. & D.Birgit.in orat.4.reuelata*

Regina noſtra Cęlorum, & Angelorum. *S. Io: Apoſt.ſer.in tranſitu B.M.V.apud Amad.Rapt.8*

Regina noſtra, quàm potentiſſima, quàm tortiſſima, cui omnes inſunt virtutes perfectæ. *S.Philippus Apoſt.ſerm.in tranſitu B.M.V.apud Amadeum Raptu 8.*

Regina Angelorum, & hominum. S. *Matthæus Apoſt.ſerm.in tranſitu B. M. V. apud Amadeum Raptu 8.Petrus Bleſenſ.ſerm.1.in Feſto Omnium Sanctor.Bern.de Buſt ſerm.4.de Aſſimil.B.M.V. & Maurit.de Villapr.ſer.5.Coronæ nouæ B. M.*

Regina verè.S.*Matthæus* Apoſt.*in Liturgia Ethiopum. & S.Methodius in hom.Feſti Purif.M.V.*

Regina Cęli, in qua pulchra, omnia magna, omnia excelſa ſunt. *S.Simon Apoſt.ſerm.in tranſitu B.Mariæ V. apud Amadeum Rapt.8.*

Regina Angelorum. S.*Lucas Euangeliſta ſerm.in tranſitu B.M.V.apud Amadæum Raptu 8.Mauril.Rothom.in orat.ad B.V.M.D. Amadeus hom. 7.de laud.Sanctiſs.V. D.Bonauent. in ſpeculo B. M.V.cap.2. D.Birgit. in ſerm. Angelico de Excellentia Sanctiſs.V.cap.21. D.Antonin. in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 16. Paulus de Heredia in tract.de Concept.B.M.V. & Io: Picus lib.1. in Cantic. Canticor. cap.7.*

Regina miſericordiæ, cui data eſt omnis miſericordia. S.*Dionyſ.Areopagita in orat.ad B.M. Virg.apud* S.*Birgittam in Reuelat. lib.4.c.103.*

Regina adſtans à dextris Dei, in veſtitu deaurato circumamicta varietate: eo quod ſecundum ſexum fœmineum Regina, & Domina, & Mater Dei appellari debeat. *D. Athanaſius ſerm.in Euang.de Sanctiſs.V.M. Deipara.*

Regina propriè, quandoquidem ipſe Rex eſt, qui natus eſt ex ea. *Idem ibidem.*

Regina, quæ aſſiſtens à dextris Filij vbique regnantis, quaſi in veſtitu deaurato incorruptionis, & immortalitatis circumamicta, & varierigata, ſacris, & ſolemnibus verbis celebratur, non quidem ſecundum ſpiritualem, ſimplicitatem, aut quaſi ſine corpore, & carne aſſiſtat, ſed quod induta ſit (quantum ſpectat ad ſanctiſſimam eius carnem) incorruptibilitate, & immortalitate. *Idem ibidem.*

Regina cunctis ſublimior. *D. Ephrem ſerm. de laud.B.M.V.*

Regina præſtantiſſima, ac per quam benedicta. *Idem ibidem.*

Regina Supernorum Ciuium. *Id. ibid.& D.Aelthelm.in lib.de laud.Virginitatis cap. 22.*

Regina virorum pariter, atque mulierum. D.*Ephrem.ſerm. de laud. B.M.V.*

Regina mundi. D.*Hieron.Epiſt.ſiue ſerm. de Aſſumpt.B.M.V.* D.*Greg Nazianz. in Tragœdia de Chriſto patiente. S.Ildebonſus ſerm. 1. de Aſſumpt.B.M.V.* S.*Ioſeph* Hymnog.*in Mariali* D.*Petrus Damian. homil. in Natiuit.* B.*V.M. Richard. à* S.*Vict. expoſit.in Cant. Canticorum cap.42. Abſalon Abbas ſerm. 2. de Aſſumpt.* B. M. D.*Bonauent.in ſerm.1. de* B.M.V. D. *Bern. Senenſ.tom.1. ſerm. 61.* D.*Antonin. in ſummæ part.3.tit.31. cap.3. Thomas à Kempis in Soliloquijs cap. 24.* B. *Caſimirus Poloniæ Princeps in Hymno de* B.M.V. *Maurit. de Villaprobata ſerm.9. Coronæ nouæ* B.M. *& Io: Picus lib. 3. in Cantic. cap. 7.*

Regina omnium verè. S.*Greg.Nazianz. in Tragœdia de Chriſto patiente.*

Regina Cælorum, pro eo, quod Regem peperit Angelorum. D.*Auguſtin. in ſerm. de Aſſumpt. Sanctiſs.* V. M. *Tom.* 10.

Regina totius caſtitatis. *S.Petrus Chryſ.ſer.143*

Regina cælituum ordinum. S.*Sabbas in* Menæis *Græcorum die 15. Auguſti.*

Regina Regem enixa. *Idem in* Menæis *Græcorum die 8. Iulij.*

Regina felix. *Venant. Fortunat. Elegid in laude Sanctiſs.Mariæ V.*

Regina à Deo Rege omnium Principe in Cœli Reginam regaliter aſſumptam. *Andreas Cret. orat.2.de Dormit.* B.M.V.

Regina noua. *Idem ibid.orat.3. & Ioann.Epiſc. Aretin.in tract.de Dormit.Sanctiſs.* V.M.

Regina, quæ habet non comparabilem cum alijs appellationem. *Andr.Cret.or.3.de Dorm.* B.V.

Regina, nuncupationem cum vſu ſinceram retinens. *Idem ibidem.*

Regina, cuius decorem concupiuit Rex. *Chryſipp.in ſerm.de* S.*Maria Deipara* V.

Regina Cæli. D.*Seuerus Alexandrin. in libro de Ritibus Baptiſmi. Franco Abbas lib.6. de gratia*

Dei.

Dei. S. *Dominicus in Compendio conc. de Salut. Angelica.* D. *Amadeus hom. 2. de laud. Sanctiſs.* V.M. S. *Vincent. Ferrer. ſerm 3. de Natiuit.* B. M.V. D. *Laurent. Iuſtin. de Triumphali Chriſti Agone cap. 7.*

Regina beata. *D. Ildephonſ. ſerm. 3. de Aſſumpt.* B. *Mariæ* V.

Regina Cælorum. *Rudulphus Ardens hom. 1. in Aſſumpt. B.M.V. D. Petrus Damian. ſerm. de Natinit. Saluatoris. S. Anſelm. Lucen. ſup. Salue Regina. Petrus Bleſ. ſerm. 38. Philipp. Abbas tom. 6 moralit. in Cant. Canticor. Io. Thaulerus ſerm. in Feſto Annunc. B. M.V.* D. *Bern. Seneuſ. tom. 1. ſer. 52. D. Antonin. in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 24. Thomas à Kempis in part. 3. ſermon. ſerm. 2. & Ioan. Tritbem. de Mirac. B. M.V. in Vrticeto in Præfat. lib. 1.*

Regina gentium. S. *Ildephonſ. ſerm. 4. de Aſſump.* B.M.V.

Regina inter ſorores. *Idem in libro de Virginitate* S. *Mariæ V. cap. 1.*

Regina noſtri Orbis. *Idem ſerm. 1. de Aſſumpt.* B. *M.V.*

Regina ſtans à dextris Dei, in veſtitu deaurato, circumdata varietate. *Idem ſerm. 2. de Aſſump.* B. *Mariæ* V.

Regina amictu inaurato circumdata, Filio Regi nunc aſſiſtens in cælis. *Anonymus in Menæis Græcorum die 23. Iunij.*

Regina Vniuerſi. *Idem in Menæis Græcorum die 5. Iulij. Georg. Nicomed. orat. 1. in Concept. Deipar. & Maurit. de Villaprob. ſerm. 25. Coronæ nouæ* B. *M.*

Regina celebranda, Regem Regum Chriſtum enixa. *Anonym. in Canone ad SS. Deiparam, qui extat in Rituali Græcorum pag. 813. & S. Ioan. Damaſc. in Can. ſupp. ad SS. Deipar.*

Regina aſſiſtens à dextris Dei, quæ propè eſt pulchritudine, & decore, quæ eſt ſpecioſa natura, & nullam ſuſcipit maculam libero ſuo arbitrio, quæ aſcendit ex Libano Virginitatis, & mundum perfudit vnguento, ex qua dulcedo diffluens veterem amatorem ligni, dulcem reddidit, cuius ſupra mel labia extiterunt dulcia, & è lingua eius, tamquam è fonte, manauit lætitia, cuius veſtes vnguento delibutæ, bonum odorem emiſerunt, ſupra omnia terræ aromata. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu Sanctiſs. Deiparentis, quando fuit oblata in Templo.*

Regina Creatorum. *Idem in orat. in Sanctiſſ. Martyr. Coſmam & Damianum.*

Regina, cuius regales faſcias Dauid inter Prophetas, interque Reges eximius Rex, mentis acie præfigurans, acclamauit: Omnis gloria filiæ Regis ab intus, in fimbrijs aureis, circumamicta varietatibus. Pſal. 44. *S. German. Conſtant. ſerm. in Nat. B.M.V.*

Regina, de qua ſcriptum Pſalm. 44. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circũdata varietate. *Idem ibidem.*

Regina ſuper omnia mundi gloriosa. *Idem orat. 1. in Præſent.* B.M.V.

Regina, cuius decus nullâ reperiri lingua tam volubilis poteſt, quæ dignè conciuat. *S. Io: Damaſc. in Carm. de Pentecoſte.*

Regina ex Dauid lumbis procedens, vt iureiurando promiſſum erat, ex qua Deus fructum ſuum ſuper ſedem ſuam ſe poſiturum receperat. *Idem in orat. 4. de Natiuit.* B.V.

Regina ex regio ſemine deſcendens. *Idem orat. 3. de Natiuit.* B.M.V.

Regina generis, ſub Rege Deo rectore omnium. *Idem orat. 3. de Aſſumpt.* B.V.

Regina humanæ naturæ. *Idem ibidem.*

Regina Dominipera animæ noſtræ vulnera, & cicatrices compaſſiua interceſſione ſua abolens. *Idem Can. in Decoll. S. Io: Baptiſtæ.*

Regina Mater. *Idem Can. in Dormit. B. Virg. & Guarricus Abbas ſerm. 1. de Annunc. M.V.*

Regina pura, quæ primi parentis Adæ lapſum, & primæ matris Euæ mærorem in gaudium conuertit. *S. Io: Damaſc. in Can. Sanctiſs. Deip.*

Regina Mater de vniuerſa natura benemerita. *Idem orat. 1. de Aſſumpt. B.M.V.*

Regina Mater Verbi. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ V.*

Regina omnium creaturarum, vt Mater Creatoris. *Idem in Canticis Græcorum ſono 1.*

Regina, Regem omnium ineffabili ratione enixa. *Idem in Paracl. B.M.V.*

Regina, Regi ex vtero ſuo, effulgenti à dextris adiuncta, quem ipſa Regem ſuppliciter interpellat, vt nos quoque in die retributionis conſtituendos à parte dextera curet. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Iulij.*

Regina ſumma puellarum. *Idem in orat. 4. de Natiuit. B.M.V.*

Regina ſuprema, ſtans à dextris Regis, qui ex vtero eius natus eſt, quemadmodum in Pſalmo ſcriptum eſt. *Idem in Paracl. B.M.V.*

Regina Virgo, quæ Regem Chriſtum peperit. *Idem ibidem.*

Regina, quæ Virgines tamquam puras, & impollutas ad honorem, & gloriam ſuam, adducit in Templum Regis. *Io: Eubœus orat. in Concept. S. Deigenitricis M.*

Regina aditans à dextris Chriſti, verè circumdata fimbrijs aureis, meditatione ſua, & interceſſionibus ſuis Cælorum Regnum nobis acquirens. *S. Ioſeph Hymnogr. in Mariali.*

Regina Angelorum omnium, ſimul, & hominum, vt quæ Regem vniuerſorum procreauit. *Idem ibidem.*

Regina caſtiſſima, atque ab omni labe mundiſſima. *Idem ibidem.*

Regina creaturarum omnium, tamquam Creatorem enixa. *Idem ibidem.*

Regina Deo gratiſſima, à peſſimorum Dæmonum, qui nos conturbant vexatione, & ab igne gehennæ, liberans nos. *Idem ibidem.*

Regina immaculata, patiens lumen, quod de lumine coruſcauit, & procul à nobis tenebras tentationum, & concupiſcentiarum depellens. *Idem ibidem.*

Regina, quæ Regem Chriſtum peperit. *Idē ibid.*
Regina, nos Regni cæleſtis hæredes efficiens. *Idem ibidem.*
Regina tota pura, & immaculata. *Idem ibidem.*
Regina veneranda. *Idem ibidem.*
Regina à Domino conſtituta; ex vtero enim eius Deus incarnatus eſt, vt ſuum plaſma ab eo, qui eidem dominabatur, liberaret. *Idem ibid.*
Regina à dextris ſummi omnium Regis in Cælis aſtans. *Nicetas Dauid hom.de Nat.B.M.V.*
Regina, cà, qua Filium contingit, omnem ſuperante cognitionis vim, ſublimatione, ac neceſſitudine. *Idem ibidem.*
Regina, ſupra omnis humanæ naturæ ſolium excelſum eleuata. *Io:Epiſc.Aretin.in Tract.de Dormit. Sanctiſs. V. M.*
Regina Cæli, quam ciues cælici poſt S. Trinitatem honorant, laudant, glorificant. *Idiota de B.M.V.part.9. Contemplat. 21.*
Regina Cælorum, & mundi, habens plenariam poteſtatem, & quidquid poteſt facere Filius eius, ipſa illud poteſt ab ipſo impetrare ſuis precibus. *Idem de B.V. parte 9. Contempl.14.*
Regina mundi propter Reginæ largitatem largitur namque ſeruis ſuis dona gratiarum, veſtes virtutum, theſauros meritorum, & magnitudinem præmiorum, & ideo poteſt dicere. Prou.8. Sunt mecum diuitiæ, & gloria. *Idem de B.M.V.part.14. Contempl. X.*
Regina propter protectionem; protegit enim nos ſub pallio virginitatis, & humilitatis, nam humilitas, & virginitas ſunt alæ eius latæ per vtriuſque virtutis plenitudinem, & ideo ei poteſt, & debet dicere quicumque fidelis: Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie eorum, qui me afflixerunt, quia in vmbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas: in vmbra virginitatis contra incendium luxuriæ, & in vmbra humilitatis contra ventum inanis gloriæ, ſeu tempeſtatem ſuperbiæ. *Idem ibidem.*
Regina Cæli, terræque, quam omnis natura ratione vtens hymnis celebrat. *Leo Imperator in orat. de Natiuit. B.M. Virg.*
Regina Mater Dei. *Idem in orat.de Aſſumpt. B. Virg. Mariæ.*
Regina noſtra è ſtirpe orta. *Idem in orat.de Annunciat. Beatæ M.V.*
Regina à dextris Regis, ſplendens decore, & circumamicta dote Trinitatis, vniuerſis ſimul gratijs, & ornata varietate, & dignitate eorum, qui per ipſam fuere ſaluati. *Ioann. Geometra ſerm.in Annunc.SS.Dei Gen.M.*
Regina lenis, & benigna. *Idem in B.M.Virgin. Hymno 1.*
Regina omnium prudentum virginum. *D.Fulb. Carnotenſis ſerm.3.de Nat. Sanctiſs. V.M.*
Regina coronata, ſedens à dextris Filij in veſtitu deaurato, circumdata varietate. *Guarricus Abbas ſerm.2. de Aſſumpt. B. Mariæ V.*
Regina Virginum. *S.Odilo in hymno de Annunciat.Sanctiſs.V.M. D.Bonau.in expoſit.ſup. Salue Regina. & Ioann.Hondem.Hymno 2. de lætatione Pueri Ieſu.*
Regina Mater miſericordiæ. *Hermannus Contractus in Antiph. Salue Regina.*
Regina, Angelicam reuerberans in cæleſti gloria dignitatem. *D.Petrus Damian. ſerm.1.de Natiuit. B. V. Mariæ.*
Regina cæleſtis. *Idem lib.2. Epiſtolar. Epiſt.14. Bern.de Baſil.ſerm.3. de Nominat. B.M. V. & Maurit.de Villaprob.ſer.22. Coronæ nouæ B.M.*
Regina Cæli, quam Apoſtoli non ſine maximo ſtupore demirantur. *D.Petrus Damian.ſerm.1 de Natiuit. B. Mariæ V.*
Regina illa, quam videntes Filiæ Sion, beatiſſimam prædicauerunt, & Reginæ laudauerunt eam. *Idem ſerm.de Aſſumpt.B.V.M.*
Regina ſedens à dextris Dei, virtutum in veſtitu deaurato, in corpore ſemper immaculato circumdata varietate, virtutum multiplicitate diſtincta. *Idem ſerm.de Aſſumpt. B.V.M.*
Regina miſericordiæ, quia non eſt in hac vita ſic deſperatus, ſic miſer, cui non impetret ſalutarem miſericordiam, ſi quis ad eius declinauerit regionem. *S.Anſelm. Lucenſ. ſuper Salue Regina.*
Regina ſtellatorum. *Idem ibidem.*
Regina cæli, & terræ. *s. Anſelm.lib. de Excell. Sanctiſs.V.M.cap:6. & D.Io:Rusbroch. in Speculo æternæ ſalutis cap.12.*
Regina gaudij. *s. Anſelm.in Pſalterio B. M. V. part. 2.*
Regina gratiæ. *Idem in Pſalt.B.V.part.1. D.Bonauent.in pſalterio B.M.V. Albert. Magn.ſuper Miſſus eſt, cap. 194. & Maurit. de Villaprob. ſerm.19. Coronæ nouæ B.M.*
Regina omnium ſanctorum in Cælo, & in terra. *s.Anſelm.in lib.ſiue Tractatu de Conception. Sanctiſs. Virg. M.*
Regina omnium tam Angelorum, quam hominum. *Idem in libro de Excellentia Sanctiſs. V. Mariæ cap.1.*
Regina Cæli, & terræ à Deo conſtituta. *D.Bruno Carthuſianus in ſerm.de Natiuit.Sanctiſs.V. & s.Thomas de Villanova Conc.1.de Aſſumpt. B.M.V.*
Regina omnium, quæ ſuſcepit in vtero vnicam Deitatis vnicæ hypoſtaſim, verè trinam habentis ſubſiſtentiam, nempè Filium. *Ioan.Zonor. in Canone de Sanctiſs.V.M.contra Hæreſ.*
Regina Cæli, & Terræ, quę ex ſuis circumſtantijs ſe talem vbique propalat in Sanctorum vnionibus, & ſignorum efficacia ex Cæleſtium ſpirituum apparitione, hominum Patrocinio, inferorum exactione. *Guibertus Abbas in lib.de Laud.B.M. cap.2.*
Regina Cęlorum, ſingularis, & honorabilis. *Goffridus Abbas ſerm.in omni feſtiuitate B.V.*
Regina vniuerſalis Angelorum, & hominum. *Idem ſerm.1.in Natiuit.Domini.*
Regina Maieſtate. *Hugo de s.Victore ſerm.in Nat.vel Aſſumpt.B.M.V. qui eſt in ord. 34.*
Regina Cælorum, quam circumſteterunt, obſtetri-

ſtetricum vice, gloriam Deo concinentes Angeli. *Rupert. Abbas lib. 3. Commentar. in Cant. Canticor.*

Regina, Cælorum, totum iure poſſidens Filij Regnum. *Idem ibidem.*

Regina hominum. *Idem lib. 8. de Diu. Offic. c. 6.*

Regina regnorum in terris. *Idem lib. 3. Commentar. in Cantic. Canticorum.*

Regina ſanctorum in cęlis. *Idem ibidem.*

Regina bellatorum. *D. Bernard. in Meditatione ſuper Salue Regina.*

Regina clemens. *Idem ſer. 4. in Aſſumpt. B. M. V.*

Regina cęlorum miſericors. *Idem ſerm. 1. in Aſſumptione Beatæ M. V.*

Regina mundi glorioſa. *Id. ſer. 1. in Aſſ. B. M. V.*

Regina Filiorum Dei. *Idem ſer. 1. ſup. Salue Reg.*

Regina Regni dauidici. *Idem in orat. Rhythm. ad Dom. Ieſum Chriſtum, eiuſque SS. Matrem.*

Regina ſæculi. *Idem ibidem, & D. Bonauent. in Pſalt. minori B. M. V. Quinquag. 1.*

Regina ſingularis, fœcunda, & virgo. *S. Bernar. ſerm. 3. in vigilia Natiu. Domini.*

Regina noſtra, cui debemus ſeruire; Apoſtolus, enim præcipit: Serui ſubditi eſtote omni timore dominis 1. Petr. 2. & ſi ille contra præceptum Domini facit, qui non ſeruit iſtis Dominis carnalibus, ſine dubio reprehenſibiles ſunt, qui ſpirituali huic Dominę non ſeruiunt. *B. Aelredus Abbas ſer. 2. de Natiuitate Beatæ M. V.*

Regina à dextris Dei. *Petrus Bleſ. ſer. 1. Aſſump. B. V. M. & Io. Thauler. in tract. de 10. cæcitatibus cap. 11.*

Regina Angelorum, quam gloriantur Angeli ſe habere Dominam, cum illam Dominus Angelorum ſibi elegerit in Matrem. *Petrus Bleſſ. ſerm. 33.*

Regina Cęleſtium poteſtatum cæli, & terrę poſſidens principatum. *Idem ſerm. 34.*

Regina Angelorum, ad quam confugiendum in omni impugnatione Dęmonum. *Adam de Perſ. in ſerm. de Aſſumpt. B. M. V.*

Regina iuſtitiæ. *Idem ſerm. in partu B. M. V.*

Regina virtutum. *Idem in Mariali ſerm. 4. & S. Mechtild. lib. 1. Gratiæ ſpiritualis cap. 45.*

Regina Domina noſtra beatiſſima. *Petrus Abb. Cellenſis lib 9. Epiſtolæ. Epiſt. 10.*

Regina à dextris Filij circumdata varietate. *Petrus Cellenſis ſerm. 7. de Aſſumpt. B. M. V.*

Regina Cæli, cui à Deo regnum paratum eſt ab origine mundi. *Idem ſerm. 2. de Aſſumptione Beatæ Virg. Mariæ.*

Regina Reginarum. *Idem ſerm. in Vig. Natiuit. Dom. Gulielmus Parvus in cap. 6. Cantic. D. Bonauent. in Pſalt. min. B. M. V. Quinquag. 2. Alb. Mag. ſuper Miſſus eſt cap. 194. Iacob. de Vorag. ſerm. 1. de Aſſumpt. B. M. V. D. Bernard. Senenſ. Tom. 1. ſerm. 61. D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15 cap. 20. & Paulus de Heredia in tractat. de Conceptione Beatæ M. V.*

Regina, regali purpura veſtita. *Philipp. Abbas lib. 4. in Cantic. Canticor. cap. 5.*

Regina Cæli, hominum, & Angelorum. *Balduinus Denou. in Tractat. de Salutat. Angelica.*

Regina glorioſa, cui gratiam, & gloriam dedit Dominus in tanta multitudine, vt præuenta ab eo in benedictionibus dulcedinis, benedicta facta ſit ingrediens, & egrediens, quippè cuius introitum ſimul, & exitum Dominus cuſtodiuit, & cuſtodiens benedixit. *Helinandus Ciſterc. ſerm. 1. in Natiu. B. M. V.*

Regina Cælicorum ciuium. *Honorius Auguſtod. in ſigillo Beatæ Mariæ V.*

Regina Cęlorum, cuius poteſtas Hyeruſalem prædicatur. *Idem ibidem.*

Regina Cælorum, ſuper omnes ordines Angelorum à Filio ſublimata. *Idem ibidem.*

Regina terris omnino appetenda, quæ in via, huius ſæculi, imò vitæ huius diſpendio, triplici ſemita, pœniteutes ad Deum conuertit; videlicet interuentu reconciliationis, exemplo imitationis, & auxilio protectionis, quatenus peccatori intercedendo, impetret veniam, ignoranti beneuiuendi exemplo oſtendat diſciplinam, fortiter agenti, opem impendendo, præſtet fiduciam. *Abſalon. Abbas ſer. 2. de Aſſumpt. B. M.*

Regina veracirer. *Cæſarens Ciſtercienſis in hom. de Nomine Mariæ.*

Regina aſtans à dextris Domini ſui, veſtimentum habens auguſtè varieratum, quemadmodum Dauid ad eam exclamauit. *Theod. Laſcbus Imperator in Can. ad SS. Deiparam V.*

Regina auguſtiſſima. *Idem ibidem.*

Regina incomprehenſibilis hominum. *Id. ibid.*

Regina bene ſe regentium, vndè dominari debet ſenſualitati ſuæ, & caſtigare corpus ſuum, & redigere in ſeruitutem, ſi tantę Reginę familiæ adſcribi concupiſcit. *Riebard. S. Laur. de Laud. SS. Virg. M. lib. 4.*

Regina, cui veriſſimè conuenit, quod dicitur de Filio Prou. 20. Rex, qui ſedet in ſolio Iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo; ſedēs enim cū Filio in Solio Paradiſi, oculo miſericordię reſpiciens peccatorem, intuitu ſuo diſſipat omnem malum, id eſt triplex malum, malum ſcilicet culpæ, cuius impetrat veniam: malum pœnę, quam non ſinit ſtatim infligi: & malum Diaboli, ne tentando tantum nocere prævaleat, quantum deſiderat. *Idem de laud. Virg. lib. 2.*

Regina, de qua dicitur Chriſto per Pſalmiſtam: Aſtitit Regina à dextris tuis, in veſtitu deaurato, circumamicta varietate; adſtat enim ob promptitudinem ſeruiendi, vel miniſtrandi, quia adſtare miniſtrantis eſt, vel ob prōptitudinem auxiliandi, quia adſtare auxiliantis eſt, vel ob promptitudinem contradicendi aduerſarijs noſtris, accuſantibus nos in Curia Vnigeniti ſui, quia adſtare contradicentis eſt, vel ob perſeuerantiam in ſupradictis, quia adſtare perſeuerantis eſt. *Idem de laud. Virg. lib. 6.*

Regina, ob coronarionem; coronata eſt enim

in ſua Aſſumptione, ſicut ei promiſerat Filius Cant. 4. Veni de libano, veni coronaberis. ideo deſignata eſt per Eſther, quam Rex Aſſuerus accepit in vxorem, & voluit eſſe Reginam, & poſuit diadema Regni in capite eius, id eſt, coronam virtutum & gratiæ adimpletionem, & coronam gloriæ in Aſſumptione. *Idem ibidem.*

Regina ob dignitatem; participat enim Regnũ celeſte cum Filio, & quæ in preſenti ſe exhibuit humilem ancillam, ibi tamquam ſublimis Regina à ſanctis omnibus adoratur. *Idem ibidem.*

Regina ob dotationem, cui ſponſus ſuus Rex primò gratiam, ſecundo gloriam, imò & Regnum Cæleſte, cum omnibus pertinentijs ſuis contulit, loco dotis, vnde in figura eius dixit Lya Gen. 30. Ditauit me Deus dote bona. *Idem ibidem.*

Regina ob largitatem; largitur enim ſeruiſuis dona gratiarum, veſtes virtutum, theſauros meritorum, & magnitudinem præmiorum, vnde & ipſa dicit, Prou. 8. Mecum ſunt diuitiæ, & gloria, id eſt, diuitiæ glorioſæ. *Idem ibidem.*

Regina ob liberalitatem; liberalis enim eſt, quia liberalitas eſt virtus omnibus expoſita communis alloquio, dulcis obſequio, omnium bonorum familiaritatem retinens, quę deſcriptio bene conuenit liberalitati Mariæ. *Idem ibidem.*

Regina ob poteſtatem, quà potenter ſubuenit peccatoribus, ab ipſis fideliter inuocata. *Idem ibidem.*

Regina propter parentelam, & generis nobilitatem, quia Regali ex progenie Maria, orta de tribu Iuda, clara ex ſtirpe Dauid; fuit enim de tribu Sacerdotali, & Regia, quia Chriſtum paritura erat, qui eſt Rex, & Sacerdos. *Idem ibidem.*

Regina propter ſignificationem, deſignatam per Reginam Sabam. 3. Reg. 10. & 2. Paralip. 9. & per Reginam Eſther. *Idem ibidem.*

Regina propter vnctionem, vnde, & dicitur ei: Vnxit te Dominus omnium per creationem, Deus Filius tuus ſecundum humanitatem oleo lętitiæ, quo Spiritus ſanctus propriè intelligitur, quo repleta eſt ex vtero matris ſuæ; non enim ad menſuram dedit ei Deus Spiritum ſanctum Io: 3: cuius gratia non ſolum impleta eſt, ſed etiam cumulata, vt de ea plenitudine acciperet omnis mundus gratiam pro gratia. *Idem ibidem.*

Regina Regni Cæleſtis, vbi plenariam habet poteſtatem, quoſcumque voluerit introducendi, quidquid voluerit impetrandi, quidquid à Filio petierit obtinendi: ideò poteſt verè dicere cum Filio: Matth. in fine: Data eſt mihi omnis poteſtas in Cęlo, & in terra. *Idem ibidem.*

Regina, quam ſequuntur omnes Sanctorum Acies ordinatæ ſecundum ſtatus ſuos, & prorias dignitates, & merita, vt ſub ipſa, & cum ipſa militent pro nobis contra hoſtem. *Ioan. Hailgrin. in cap. 6. Cantic. Canticor.*

Regina admiranda, & reuerendiſſima. *D. Bonau. in Prælatione Pſalterij B. M. V.*

Regina ad Regem ęternum, ad Regem gloriæ ingrediens. *Idem in Speculo B. V. M. cap. 11.*

Regina ad Regem omnibus Regibus glorioſiorem ſolemniſſima proceſſione ingrediens. *Idem ibidem cap. 9.*

Regina clamantium in Cælo: Sanctus, Sanctus, Sanctus. *Idem ibidem cap. 11.*

Regina Cæli digniſſima. *Idem in Corona B. V.*

Regina Cęlorum piiſſima. *Idem in Expoſitione ſuper Salue Regina.*

Regina continentium. *Idem in Speulo B. M. V. cap. 15.*

Regina fulgentiſſima Cæli. *Idem in Pſalt. Beatæ Mariæ Virg.*

Regina gloriæ, & honoris. *Idem ibidem.*

Regina iuſtitiæ, & miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Regina nobilis Cælorum. *Idem in Litaniis Pſalterij Beatæ V. M.*

Regina noſtra ſalutifera. *Idem in Pſalt. B. M. V.*

Regina pietatis. *Idem ibidem.*

Regina plena omni gloria. *Idem ibidem.*

Regina potentiſſima. *Idem in Spec. B. M. V. c. 11.*

Regina, quæ regnat in cælis. *Idem in Pſalterio Beatæ M. Virg.*

Regina Regis Mater. *Idem in Pſalt. B. M. V.*

Regina regnantium. *Idem in Expoſitione ſuper Salue Regina, Dionyſ. Carthuſ. lib. 4. de Pręcon. Beatæ Mariæ Virg.*

Regina Saba, quæ cum comitatu multo Angelorum, & diuitijs innumerabilium meritorum, ingreſſa eſt Cęleſtem Hyeruſalem. *D. Bonau. in Speculo Beatæ M. V. cap. 11.*

Regina Saba, quod interpretatur clamor; eſt enim Regina mundi, vbi eſt clamor gemebundus, & Regina Cæli, vbi eſt clamor iucundus. *Idem ibidem.*

Regina Sanctorum. *Idem in Spec. B. M. V. cap. 9.*

Regina totius Cęleſtis Curiæ. *Idem in Canticis Pſalterij Beatæ Mariæ V.*

Regina totius miſericordiæ. *Idem in ſer. 2. de Beat. Virg. Maria.*

Regina totius mundi. *Idem ibidem, Ægid. Columna in Expoſit. in Salutat. Angelic. & Dion. Carthuſ. lib. 1. de laud. Sanctiſſ. V. art. 3*

Regina Virgo regia de genere Dauid Regis. *D. Bonauent. in laud. Beatæ V. M.*

Regina virtutum Cæli. *Id. in Litan. Pſalt. B. M. V*

Regina Orbis beatiſſima. *S. Thomas Aquinas in cap. 12. Apocal.*

Regina à regno ęterno. *Albertus Magnus ſuper Miſſus eſt cap. 91.*

Regina à Regno Filij. *Idem ſuper Miſſus eſt c. 189.*

Regina Cæli, ab ęterno totaliter ordinata. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Prouerbiorum.*

Regina Cæli, & mundi, & Angelorum, & hominum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 223.*

Regina Cæli, ius, & Dominium, & vſumfructum

ctum poſſeſſionis habens in rebus Filij ſui. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.*105.

Regina Cæli, per quam exules in hæreditatem cæleſtis Patriæ reſtituimur. *Idem ſerm. 1. in Natiuitate Beatæ Mariæ V.*

Regina Cælorum, in cuius ſacratiſſimo vtero humanitas Redemptoris iucundiſſimum habitaculum inuenit. *Idem in orat. ad B. M. V. incipiente : Salue in vtero virginali.*

Regina fulgor diuinitatis circumamicta. *Idem in Poſtillis ſuper cap.*1. *Luc.*

Regina glorię. *Idem ſuper Miſſus eſt c.*194. *Bernard. de Buſt. ſer.*5. *de Nominat. B. M. & Maur. de Villaprobata ſerm.*16. *Coronæ nouæ. B. M.*

Regina glorioſa Cæli, & mundi. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap.*183.

Regina maxima, quia Regina miſericordiæ. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 194.

Regina miſericordiæ, gratiæ, & gloriæ. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Apocal.*

Regina miſericordiæ, quia ab ipſa fuit origo regni miſericordię, & ab ipſa eſt poteſtas miſericordiæ, & gratiæ. *Id. ſup. Miſſus eſt c.*109.

Regina miſericordię, qua inſtar Ruth animarum ſpicas, fallente Diabolo, manibus meſſorum Apoſtolorum ſubductas; ſtans in agro actionis, & miſerationis colligit, & in horreum Domini, hoc eſt Eccleſiam, humeris ſui adiutorij reportans, reducit. *Idem in Poſtillis ſuper cap.* 10. *Lucæ.*

Regina noſtra, à maxima fidelitate, bonitate, & miſericordia commendabilis, cuius fere tota ſupplicatio eſt pro nobis coram Deo, vt ab hoſtibus liberemur. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Eſther.*

Regina omnium Prophetarum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Iſa. Proph.*

Regina pacis, charitatis, & dilectionis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 194.

Regina potentiſſima, largiſſima, & æterna. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Eſther.*

Regina propter Filium. *Idem ſup. Miſſ. eſt c.*159.

Regina, quæ aſſtitit à dextris Dei in veſtitu deaurata. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.*50.

Regina, quæ aſſtitit in varietate virtutum, in veſtitu deaurato, ſplendore Deitatis in ea ſuperueniente. *Idem in Poſtillis ſuper cap.* 1. *Matthæi.*

Regina Seraphim, & omnium Angelorum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 189.

Regina Virginum, ipſa enim ſola à maledicto legis, quaſi à ſeruitute carceris, & captiuitatis, virginitatem liberauit, & eam liberam, ac glorioſam reddidit: & ſic omnes virgines, in quantum virgines, à ſeruitute legis liberauit, & ſuę ſeruituti mancipauit: & ſic eſt effecta Regina virginum, omnes aliæ ſunt Ancillę virginis, & poſtilequę. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 117.

Regina Eccleſię. *Iacobus de Voragine in Mariali ſerm.* 1. *R. & Bernardin. de Buſt. ſerm.* 3. *de Nominatione Beatæ M.*

Regina cęlorum, ab omni peccato munda. *Ægidius Columna in Expoſit. in ſalut. Angelic.*

Regina gloriæ, ſtans à dextris Filij, veſtita luciditſimis ſpeculis, in quibus ſanctorum omnium merita miro modo eluceſcunt. *S. Mechtild. lib.* 1. *gratiæ ſpiritualis cap.*40.

Regina, quę Deo ineffabiliter carnem, veluti regiam quandam purpuram, ex ſuis ipſius puriſſimis, virgineiſq; ſanguinibus intexuit. *Nicephorus Gregor. orat. in SS. Deipar. V.*

Regina, cuius gloria conglorificamur diuitijs, gloriarum pulchritudine oblectamur, ac iucundamur. *Iacob. Monach. in Mariali orat.*2.

Regina integerrima. *Idem in Mariali orat.* 4.

Regina iuſtiſſima Patriarcharum. *Idem in Mariali orat.* 1.

Regina noſtra, circa quam ſi virtutibus exornati fuerimus, & puritate reſulgentes expeditum, ac liberum ſatellitium habebimus, ſi autem peccatis veluti quadam veſte obſcura, ac terra induti fuerimus, procul ab illius ſeruitio, ac miniſterio repellemur. *Idem in Mariali orat.*3.

Regina à Deo conſtituta. *Idem ibidem orat.*4.

Regina perora Prophetarum glorificata. *Idem ibidem.*

Regina, per quam nobis immortale regnum apertum eſt. *Idem in Mariali orat.*5.

Regina puriſſimo Regis amore colligata, quæ ad illius deſiderium propriæ puritatis decorem apparauit. *Idem in Mariali orat.*3.

Regina omnium ſanctorum. *Iacobus Monachus orat. de Natiuitate B. M. V.*

Regina primorum parentum. *Idem ibidem.*

Regina clementiſſima inexhauſtæ miſericordię. *Henricus Suſo cap.*16. *Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Regina cælorum dulciſſima, & præclariſſima. *Idem in* 5. *ſuarum Epiſtolarum.*

Regina illuſtriſſima. *Idem cap.* 16. *Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Regina meliſſima cæleſtis Patriæ. *Idem in Dialogo ſapientiæ, & miniſtri eius cap.*12.

Regina præſtantiſſima Cæli, & terræ. *Idem c.*17 *Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Regina ſuauiſſima. *Idem ibidem.*

Regina Cæleſtis, in throno Reſidens, vna cum Filio perpetualiter corregnatura, interpellans fideliter pro peccatoribus, & fidelibus in omni negotio. *Ern. Prag. in Mariali cap.*126.

Regina Cæli; ſicut enim abſente Rege terreno Regina regnum gubernat, ità quando Rex noſter Chriſtus ex aliqua cauſa faciem ſuam abſcondit, tunc Maria maximè miſericordiam ſuam oſtendit. *Idem in Mariali cap.*6.

Regina miſericordiæ ſemper auguſta. *Idem in Mariali cap.* 28.

Regina Reginarum, quam viderunt Reginę cæteræ, & laudauerunt, & beatiſſimâ prædicauerunt, id eſt in ſuperlatiuo gradu, & ſummo beatam. *Idem in Mariali cap.*126.

Regina

Regina ſummæ Maieſtatis ſemper auguſta. *Idem ibidem.*

Regina Cæli, quam ipſe Deus prælegit ſibi in coniunctionem Deitatis, & humanitatis. *D. Birgitta lib.3. Reuelat.cap.17.*

Regina corona virtutum decorata. *Eadem in ſerm. Angelico de Excellentia SS.Virg.cap.6.*

Regina propter munditiam, coronata propter excellentem dignitatem. *Eadem lib.5.Reuel. reuelat.4. in libro Quæſtionum.*

Regina excellentiſſima. *Eadem in ſerm. Angel. de excellentia B.V. cap.19. & Bernard.de Buſt. ſerm.1. de Coronat. B.M.V.*

Regina miſericordiæ, cui data eſt omnis miſericordia *S.Birgitta lib.4. Reuelat.cap.103.*

Regina omnium ſpirituum. *Eadem lib. 6. Reuelation. cap.23.*

Regina cum Filio coronata. *D. Io.Rusbroch. in libello de 7.amoris gradibus cap.8.*

Regina mundi ciuibus. *Barthol.de Piſis lib.1.de laud. SS. V. M.fructu 8.*

Regina benedicta. *Iſidor. Theſſalon.in orat. de Præſent.* B.M.*V.*

Regina Deo ſponſata. *Idem ibidem.*

Regina omnium communis. *Idem in orat. de Natiuit. Beatæ V.*

Regina ſummè venerabilis. *Idem or.de Aſſumptione Beatæ M. Virg.*

Regina alma cælorum. *Ioannes Gerſon in Ioſephina.*

Regina Cæli, imò mundi habens præeminetiam, & virtutem influxiuam ſuper omnes. *Idem Tract. 4. ſuper Magnific.*

Regina adinſtans ſupplex à dextris Filij, pro deuotè poſtulatibus, ad intercedendum contra indignationem Iudicis, ad excuſandum defectum noſtræ infirmitatis, ad ſubueniendum, accipiens pro nobis plene influxum diuinitatis. *D.Bernard.Senenſ.Tom.1. ſer.52.*

Regina Cæli inattingibilis dignitatis. *Idem Tom.3. ſerm.de Aſſumpt.* B.M.V. *& Bernard. de Buſtis ſermon. 2. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Regina, quæ non poteſt ſalutari ſine reſalutatione miranda: ſi enim mille Aue Maria dicis in die deuote, millies à Virgine reſalutaris. *Idem ibidem B. Bernardin. Senenſ. Tom. 1. ſermone 25.*

Regina diuinæ miſericordiæ. *Idem Tom.1. ſer. 61. qui eſt de ſuperadmirabili gratia, & gloria Matris Dei M.*

Regina generoſa, cui lege ſucceſſionis, & hereditario iure, totius vniuerſi debetur primatus, & regnum. *Idem ibidem.*

Regina glorię, gratiæ, & iuſtitiæ. *Idem ibidem.*

Regina gratijs coronata. *Idem ibidem.*

Regina miſericordiæ. *Idem Tom.1. ſerm.52. qui eſt de Angelica ſalutat. Maurit. de Villaprobata ſer.26. Coronæ nouæ* B.M. *& Ioan.Picus lib.1 in Cantic.cap. 9.*

Regina pacis, & dilectionis, patientiæ, & ſapientię. *Bernard.Senenſ.Tom.1. ſerm.62.*

Regiua peccatorum. *Idem ibidem.*

Regina Regni Cælorum. *Idem Tom.4. in ſermonibus extraordinarijs ſermon. de ſeptem flammis Beatæ M. Virg.*

Regina ſemper ſedens ad dexteram Chriſti in gloria ſempiterna. *Idem Tom.1. ſerm.52.*

Regina miſerantiſſima. *Martinus de Magiſtris in Expoſit. ſuper Canticum Salue Regina.*

Regina miſericordiæ, præſentia ſedula, munimine potens, ſollicita periculis, promptitudine facilis. *Idem ibidem.*

Regina aſſiſtens à dextris Dei. *Idem in ſumma par.4. tit.15. cap.15. quod eſt de plenitudine omnis gratiæ in* B.M.*V.*

Regina ius, & Cęli dominium, & vſumfructum poſſeſſionis habens in rebus Filij ſui. *Idem in ſum.par.4. tit.15.cap.24.quod eſt de Benedictione Beatæ Mariæ Virg. apud omnem generationem.*

Regina eius Regni, cuius Deus eſt Rex. *Idem in ſumma par.4. tit.15.cap.21.quod eſt de modis, quibus Deus fuit cum Maria.*

Regina maxima. *Idem in ſum. par.4.tit.15.c.20. quod eſt de gratia priuilegiorum ſingularium* B.M.V. *Bernard.de Buſt.ſer.5. de Nominat.* B. *Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſer. 26. Coronæ nouæ Beatæ* M.

Regina miſericordiæ verè, & propriè. *D. Antonin. in ſumma par.4. tit.15.cap.20.*

Regina non ſolum mundi, ſed cæli. *Idem in ſumma par.4. tit.15. cap.45.*

Regina pacis, & dilectionis. *Idem in ſumma par.4. tit.15. cap.20.*

Regina potentiæ. *Idem ibidem.*

Regina, quæ aſſiſtit à dextris Dei in fimbrijs aureis. *Idem in ſumma par.4.tit.15. cap.3.*

Regina, quæ non ſolum ex gratia, ſed natura inſtigante, iuſtitia hoc dictante eſt ſuper omnes, qui ſunt in regno Filij. *Idem in ſumma par.4. tit.15.cap.44.*

Regina Regni miſericordię. *Idem ibidem c.20.*

Regina ſapientiæ. *Idem ibidem.*

Regina viæ ſimul, & patriæ. *Idem in ſumma par.4. tit. 15. cap.22.*

Regina adſtans Regi gloriæ, in veſtitu deauratiſſimo, ſplendidiſſimo, ac rubicundiſſimo, quoniam ipſa charitate Dei, & proximi ineffabiliter, atque excellentiſſimè æſtuabat, & æſtuat ardentiſſimo, optans affectu Chriſti Filij ſui mortem, & ſanguinem fructificare in nobis. *Dion.Carthuſ.in Pſalm.44.*

Regina clementiæ. *Idem de laud. Sanctiſſ.Virg. lib. 1. art. 2.*

Regina cæleſtis, cui veſcenti Rex Regum miniſtrauit. *Idem de laud. Sanctiſſ. Virgin. artic.33.*

Regina Cæli ineſtinguibilis dignitatis. *Idem lib.4. de laud. SS. Virg.art.9.*

Regina omni venuſtate, temperantia, proportione, intextura virtutum, donorum, & fructuum eminentiſſimè perornata. *Idem in cap. 31. Prouerbiorum.*

Regina

Regina potentiſſima vniuerſitatis, inſtar aciérum, ac exercituum Angelicorum ſpirituum, (qui caſtra Dei vocantur) metuenda Angelis tenebrarum, & omni altitudini contra Deum ſe extollenti; multo enim ſublimius, imperialiùs, glorioſius reprimit, & coercet aereas poteſtates ab impugnatione, & infeſtatione militantis Eccleſiæ. *Idem in Cantic. art.* 21.

Regina, quæ adſtitit à dextris Dei in veſtitu deaurato, ideſt in ſpirituali amictu, charitatis feruore ornato. *Idem lib.* 1. *de laud. Sanctiſs. Virg. art.* 31.

Regina Reginarum, ideſt animarum virtuoſarum, ſanctarum, perfectarum, quæ cæteris eminent, ſicut Reginæ Ancillis, atque ad aſſiduos ſummi Regis amplexus puriſſimos introducuntur, propter quod Reginæ non immeritò nuncupantur, & item quoniam carni, & concupiſcentijs, ac paſſionibus dominantur, tam plenè, vt rectè vocentur Reginæ; nihilominus inter eas eſt ordo ſecundum quod vna eſt ſanctior alia: eſtque glorioſiſſima Virgo omnium earum Regina, & cæteræ velut pediſſequæ eius ſunt, ſicut ait Pſalmiſta: Adducentur Regi Virgines poſt eam. Etenim quo aliqua ſunt perfectiora, ac eminentiora: & ſicut in tota militanti Eccleſia vnus eſt Pontifex Summus, cui ſoli ineſt plenitudo Eccleſiaſticæ poteſtatis, cuius reſpectu alij Prælati, quantumlibet excellentes, ſunt ſubditi, ac modicæ poteſtatis, ſiue authoritatis; ita in vniuerſa triumphanti Eccleſia, imo in tota electorum vniuerſitate, inter electas creaturas ineſſe creato ſubſiſtentes, vna ſola eſt perfecta, & ſumma Deo chariſſima, & incomparabiliter magna, & ſuper omnium Angelicorum ordinum altitudines eleuata, atque cæleſti propinquiſſima Sponſo, pijſſima, puriſſima, & dulciſſima Virgo Maria. *Idem de laud. Sanctiſs. V. lib.* 3. *init.*

Regina ſupercæleſtis. *Idem lib.* 2. *de prec. Mariæ art.* 28.

Regina totius Eccleſiæ militantis, cui decuit plurima reuelari de ſtatu, proceſſu, euentu eiuſdem Eccleſiæ militantis, vt ex illorum præcognitione magis procuraret, ac tueretur bonum ipſius Eccleſiæ. *Idem lib.* 2. *de laud. Sanctiſs. Virg. art.* 18.

Regina vnica, ac ſumma aſtans ſemper à dextris Filij ſui, quæ ineffabiliter delectat Patrem æternum, & placee incomparabiliter Sponſo, ac Filio ſuo. *Idem in Pſalm.* 44.

Regina alta. *Bern. de Buſtis ſerm.* 2. *de Aſſimilat. B. M. Virg.*

Regina Angelorum, & omnium Sanctorum. *Idem ſerm.* 2. *de Aſſumpt. B. M. Virg.*

Regina Cælorum, & totius Orbis. *Idem ſerm.* 3. *de Nominat. Mariæ V.*

Regina inclyta Cælorum. *Idem in Mariali ſerm.* 1. *de Concept. B. V. M. & Ludou. Bloſ. in Speculo ſpirituali cap.* 14.

Regina noſtra beatiſſima. *Bern. de Buſtis in Mariali ſerm.* 2. *de Coronat. B. M. V.*

Regina noſtra Sereniſſima. *Idem ſerm.* 1. *de Coronat. B. M. V.*

Regina omnium Regnorum Dei. *Idem ſerm.* 5. *de Nominat. B. Mariæ Virg.*

Regina omnium Virginum. *Idem in Mariali ſer.* 2. *de Coronat. B. M. V.*

Regina Orbis vniuerſi. *Idem ibidem.*

Regina Paradiſi glorioſiſſima. *Idem ibidem.*

Regina Regum. *Idem ſerm.* 5. *de Parturitione B. M. V.*

Regina adſtans à dextris Dei, ac potioribus bonis, in ſtola corporis, & animæ glorioſa, & deaurata, vndique circumdata varietate gratiarum, & diuerſitate virtutum multiplici adornata. *Claudius Rap. Cæleſt. ſerm.* 2. *de Concept. B. Virg.*

Regina noſtra, quæ Dæmonibus imperat, Cælum aperit, Deum placat, gratiam confert amicis, & gloriam. *Idem ibidem.*

Regina tantæ præeminentiæ, vt indecens ducendum ſit, ipſam, vel ad modicum iugo ſubjacuiſſe diabolicæ ſeruitutis, & odium incurriſſe indignationis. *Idem ſerm.* 1. *de Concept. Beatæ M. Virg.*

Regina, quæ nos diuina illuſtrauit gratia. *B. Caſimirus Poloniæ Princeps in Hym. de B. M.*

Regina Angelorum præcellentiſſima. *Io: Trith. de Miraculis B. M. V. prope Dittelbach lib.* 1. *cap.* 12.

Regina Cæleſtis Patriæ. *Idem de Mirac. B. M. Virg. prope Dittelbach lib.* 1. *cap.* 10.

Regina Eccleſiaſtica. *Idem lib.* 3. *de Mirac. B. M. Virg. in Vrticeto.*

Regina miſerationum. *Idem ibidem.*

Regina omnium potentiſſima. *Idem ibidem lib.* 1. *cap.* 10.

Regina potens Angelicæ charitatis. *Idem ibid. lib.* 3.

Regina potens in Cælo. *Idem ibid. lib.* 1. *cap.* 6.

Regina vnica Cæli. *Idem ibidem lib.* 1. *cap.* 2.

Regina altiſſima omnium Sanctorum. *Maurit. de Villaprobata ſerm.* 19. *Coronæ nouæ B. M.*

Regina bene ſe regentium. *Idem ibidem ſer.* 6.

Regina cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. *Idem ibidem ſerm.* 3.

Regina conſolationis. *Idem ibidem ſer.* 24.

Regina glorioſa. *Idem ibidem ſerm.* 5.

Regina humilitatis. *Idem ibidem ſerm.* 17.

Regina omnium ſæculorum. *Idem ibid. ſer.* 12.

Regina pietatis, pulchritudinis, & miſerationis. *Idem ſerm.* 19. *Coronæ Nouæ B. Mariæ.*

Regina pijſſima. *Idem ibidem ſerm.* 22.

Regina regens omnia. *Idem ibidem ſerm.* 32.

Regina ſuper omnes à Chriſto, in Chriſto, in gratia, & gloria ſublimata. *Idem ibidem ſer.* 33

Regina terrarum. *Idem ibidem ſerm.* 3.

Regina triumphalis. *Idem ibidem ſer.* 16.

Regina virginum glorioſa. *Idem ibidem ſerm.* 8. *B. Mariæ.*

Regina Cælorum præcellentiſſima. *Io: Picus lib.* 3. *in Cantic. cap.* 16.

Regi-

Regina misericordiæ, cuius candidissima puritas, & ab omni sorde aliena non modo solis, & lunæ, ac stellarum omnium, verum etiam Angelorum ipsorum superat puritatem, vtpotè, quæ in maternis visceribus sanctificata, & naturam habens purissimam, nunquam contraxit peccatum, nec originale, nec actuale. *Dionys. Fab. Tractatu 1. de Concept. Beatæ Mariæ Virg.*

Regina cælorum, terrarumque omnium Angelorum dignitati prælata. *S. Thomas de Villanoua ferm. 1. de Annunciat. B. M. V.*

Regina poteus. *Idem Conc. 2. de Assumpt. B. M. V.*

Regina Cæli, & terræ, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa, vt sol, & eadem terribilis Dæmonibus, sicut castrorum acies ordinata. *Ludou. Blosius in Endologia 1. ad B. M. V.*

Regina Cæli potentissima. *Idem in Canone vitæ spiritualis cap. 18.*

Regina Cælorum illustris. *Idem Endologia 3. ad B. M. Virg.*

Regina illustrissima. *Idem ibidem.*

Regina serenissima hominum, & Angelorum. *Frideric. Fornerus lib. 5. cap. vlt. Palmæ triumph.*

Regina Cæli, terræ, maris, supra quam nihil nisi Deus est. *Iustus Lypsius in D. Virg. Hallens. cap. vltim.*

Regina cælitum potens. *Idem ibidem cap. 31.*

Regina supernæ Hierusalem clementissima. *Io: à Iesu Maria Tom. 2. Oper. suor. pag. 62. Theol. mystica.*

Regina Cæli humanissima, & decora valde. *Idem ibidem.*

Regina desideratissima, spero, quod regnatura sis in corde meo, eo quod sis formosa nimis super vniuersas creaturas. *Idem ibid. pag. 64.*

Regina sapientissima, post quam adducuntur Regi electarum virginum multa millia nam constituit te sapientia dines Filius tuus, Magistram suauissimam domus, ac regni sui, vt melius quam Ioseph, erudires Principes eius, prudentiam doceres. *Idem ibidem pag. 65.*

Regina mitissima Hierusalem, & firmissima spes inuocantium, & quærentium te. *Idem ibidem pag. 68.*

Regina Cælo formosior, quis poterit cogitare vim formæ tuæ? quibus oculis intuetur ciuitas sancta Hierusalem? Omnia corda feruntur in te; trahit enim sua quemque voluptas. *Idem ibidem.*

Regina clementissima, & plusquam lepidissima sermone, in cuius labijs gratia diffusa est, vtinam semel pro me Filio tuo supplicares fierem interuentu tuo in animam viuentem, & inciperem noua sacrificare desideria, quibus dulcoris tui sapor misceretur. *Idem ibidem pag. 67.*

Regina specie, ac decore præstantissima. *Idem Tom. 3. Operum suorum in Tractatu de amore, cultuque Reginæ Cæli 1. part. cap. 2.*

Regina Cæli, quæ vt pulchritudine, ita & decore apprime excellit quis possit assequi, quam efficaciter spectatores suos venustissimis actibus demulceat? siue stacum, siue incessum, siue sessionem contemplemur, eximius decor est, quod si intuitum, sermonemque obseruemus, felices plane illi, qui venustate tanta puri amoris alcrice fruuntur, non absque consilio canitur ei: Pulchra es, & decora filia Ierusalem. *Idem ibidem.*

Regina Cæli, stellis coronata, sole amicta, & luna velut calceata. *Io: à Iesu Maria Tom. 3. Oper. suor. Tract. de amore, cultuque Reginæ Cæli 1. part. cap. 3.*

Regina Cæli, ea nitens puritate, quæ maior sub Deo intelligi nequit. *Idem ibidem cap. 4.*

Regina Cæli, cum sapientiam ipsam, Vnigenitum videlicet Dei Filium, alta mente conceperit, & ad regiæ dignitatis proportionem, sapientiæ potu, è propinquo fonte hauserit, quis possit exprimere, quo sit amore digna ex eo capite cumulatissimæ sapientiæ, quæ animum ipsius luculentissimæ illustrat, & honestat. *Idem ibidem cap. 6.*

Regina virginum, quę diuinitatis arcana sublimissima contemplatione percepit felices, qui assistent ei diuina ipsius sapientia fruituri. *Idem ibidem.*

Regina Cæli, cum immortalis Regis gratia plurimum excellat; cæcus profecto, ac delirus est, qui eam summo prosequi amore, & quibus posset obsequijs, velut demereri non satagit. *Idem ibidem cap. 7.*

Regina Cæli, quæ Dei opes, vti proprias possidet, atque dispensat. *Idem ibidem cap. 8.*

Regina Cæli, quæ inuictissimis à Deo viribus roborata, & regno, quod expugnari nequit præfecta est. *Idem ibidem cap. 9.*

Regina Cæli, mundo vniuerso propositam, vnoque dumtaxat Diuinę Maiestatis solio præcedi, cum nouerit populus christianus, debet profecto potentiam tantam suscipere, amare, ritè colere. *Idem ibidem.*

Regina Cęli clementissima, & spes firmissima salutis. *Idem ibidem part. 2. cap. 1.*

Regina Cęli, & absolutissimum sanctitatis exẽplar. *Idem ibidem cap. 3.*

Regina Cęli clementissima, & arx tutissima miserorum ad te confugientium. *Idem ibidem cap. 6.*

Regina potentissima, per te Ecclesia militans sic protegitur, vt quidquid habet boni alatur, & crescat, & quidquid ad mixtum est, vel imminet mali, procul arceatur. *Idem ibidem cap. 9.*

Regina pacifica, cui pendent amoris tributum, nobilissima quęque corda vniuersę terrę. *Idem tom. 4. Oper. suor. pag. 267.*

Regina Clementissima solita semper afflictos, qui ex hac lachrymarum valle ad te suspirant, suauissimè consolari, simulque rigare cęlesti refrigerio, tanquam rore matutino, corda arentia. *Idem ibidem pag. 268.*

Regi-

Regina Orbis. *Robert. Bellarm. in Conc. de Assump. B. Virg.*
Regina potens excelsa. *Idem in Conc. de Natiuit. B. Mariæ.*
REGIO Dei incomprehensibilis. *Andreas Cret. orat. 2. in Annunc. B. Virg.*
Regio Dei spatiosissima. *Idem in Paracl. B. M. V. & S. Ioseph Hymn. in Mariali.*
Regio gaudij spatiosissima. *S. Io. Damasc. in Can. Sanctiſ. Deipar.*
Regio inarata, & à nullo cultore subacta, quæ proseminauit totius mundi Agricolam Deum, qui nimirum cuncta produxit. *Idem in Menæis Græcor. die 27. Ianuarij.*
Regio virginea, in qua figmenti Dominus, totius figmenti causa, cum figmento copulatur, vt figmento salutem comparet. *Idem orat. 3. de Natiuit. B. Virg.*
Regio diuinæ naturæ capax. *S. Ioseph Hymn. in Mariali.*
Regio ab Agricola intacta, cuius fructus ditissimus, ac felicissimus in cunctis generationibus. *Iacob Monach. in Mariali orat. 1.*
Regio imperuia, & inaccessibilis. *Idem in Mariali orat. 6.*
Regio lucis reparatrix, ex qua salutis radij vniuerso terrarum. *Idem in Mariali orat. 3.*
REGISTRVM Apostolorum. *D. Bonauent. in speculo B. Virg. cap. 2.*
REGNATRIX, creta sanguine regum, atque sacerdotum, fœtidicumque virum. *Io. Geometra in B. Virg. hymn. 2.*
Regnatrix, cui Trias est stirps, & caput. *Id ibid.*
Regnatrix, cuius puriſſima radix stirps charitum triplex, atque sata à Triade. *Idem ibid.*
Regnatrix veri. *Idem in B. Virg. Hymn. 1.*
REGNVM, à terrenis quidem sumptum, sed ex superna gloria potentiam habens inexpugnabilem. *Andreas Cret. orat. 3. de Dormit. S. V.*
Regnum Imperatoris cœlestis. *D. Bern. in ſerm. de B. Maria, cuius initium est Aue Maria.*
Regnum cœlorum ipsi Domino. *Albert. Magn. ſuper Miſſus est cap. 17.*
Regnum cœlorum ſpirituale omnium in ipsa lætantium, omnes continens, & saluans, & ambiens in esse lætitiæ, & omnium hominum aſſe ctum trahens ad se, & omnium desiderium quietans in se. *Idem ſuper Miſſus est cap. 198.*
REGVLA vitæ. *Ioan. Epiſc. Aretin. in Dormit. V.*
Regula iustitiæ. *Alan. de Iuſul. in Anticlaud. lib. 5.*
Regula Apostolis de Christo actitatis. *Barthol. de Piſis lib. 2. de laud. Virg. fruct. 6.*
Regula omnis exemplaritatis post Christum. *D. Bernard. Senenſ. tom. 2. ſerm. 6.*
Regula omni statui. *D. Anton. in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 14.*
Regula viatorum. *Idem ibidem.*
Regula perfectionis vniuersæ. *Dion. Carth. lib. 4. de Prec. B. Virg. art. 4.*
Regula omnium hominum. *Bernard. de Buſtis ſer. 5. de Natiuit. B. Virg.*
Regula omnium viuentium. *Idem ſer. 4. de Nomi-*
*nat. Mariæ, & Maurit. de Villaprobata. ſer. 9. Coronæ nonæ B. Virg.*
Regula hominum, obliquæ originis nescia. *Ioan. Picus in lib. 1. in Cant. cap. 7.*
RELEVAMEN in angustijs. *Ludouic. Bloſius in Enchologia 1. ad Sanctiſ. Virg.*
RELEVATIO pristini lapsus. *Theodor. Laſcbus Imperator in Can. ad Sanctiſ. Virginem.*
RELEVATRIX concussi orbis, qui sub sæno duri erat hostis dominio. *D. Fulbert. Carnoten. ſerm. 3. de Natiuit. Virg. Mariæ.*
Releuatrix cadentium. *Idem ibidem. & Albertus Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*
RELIQVIARIVM Spiritus sancti. *S. Thom. de Villanoua in Conc. 3. de Natiuit. Virg.*
REMEDIVM Euæ. *Io. Geomet. ſer. in Annunc. B. V.*
Remedium doloris. *Idem ibidem.*
Remedium post secundam, & extremam desperationem. *Idem ibidem.*
Remedium cæterarum mulierum, quia flagella cæterarum mulierum expiauit. *Rodulphus Ardens hom. 2. in Annunc. B. Virg.*
Remedium Adæ magnum. *Cæſarius Ciſterc. in hom. de. Sanctiſ. Nomine Mariæ.*
Remedium singulare, atque opportunum, peccantibus à Deo prouisum, ne desperarent *D. Antonius de Padua ſerm. 2. in ſab. 2. quadrag. de transfiguratione Domini in B. Virg.*
Remedium, quo curantur animæ vulnera. *Ioan. Trith. lib. 1. de Miraculis B. V. in vtriceto c. 10.*
REMISSIO peccatorum, nobis cæno infixis à Deo data. *S. Germ. Conſtant. orat. 1 in Præſent. V.*
Remissio laborum. *Iacob. Monach. de Nat. Virg.*
Remissio sudorum. *Idem ibidem.*
REMOTRIX maledictionis Euæ Iesu auctore. *Cæſar. Ciſt. in hom. de Sanctiſ. Nomine Mariæ.*
RENOVATIO inueterarorum. *S. Germ. Conſtan. orat. 2. in Præſentatione B. Virgin.*
Renouatio mundi. *S. Io. S. Damasc. in Paracl. V.*
RENOVATRIX humanæ naturæ. *Bernard. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. Mariæ*
Renouatrix ſeculi. *Io. Trith. lib. 1. de Miraculis B. Virg. in vtriceto cap. 6.*
REPARATIO gentis humanæ post Christum. *S. Sabbas in Menæis Græcor. die 22. Februarij.*
Reparatio Euæ. *D. Ildephonſ. ſerm. 4. de Aſſumpt. B. Virg:*
Reparatio vitæ. *Idem ſerm. 1. de. Aſſumpt. B. M.*
Reparatio hominum incorrupta. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*
Reparatio hominum. *Idiota de B. Virgin. part. 3. Contemplat. 1.*
Reparatio hominum, & naturæ nostræ. *Idiota in Contemplat. de S. Maria.*
Reparatio omnium. *S. Anſel. Lucen. ſuper ſal. Reg.*
Reparatio desperatorum. *D. Bernard. ſerm. 1. ſuper Salue Regina.*
Reparatio casus. *Iacob. Monach. in Mariali or. 5.*
REPARATRIX Adæ. *Sergius relatus à Caniſio lib. 1. de Deipara. cap. 11.*
Reparatrix innocentiæ. *Idiota in Contemplat. de Sanctiſ. Virg.*

Reparatrix perditæ gratiæ. *Idem ibidem.*

Reparatrix lapſorum. *D. Anſelmus. in Pſalterio B. Virg. Mariæ part. 1.*

Reparatrix noſtra. *Idem hom. de Concept. Virg.*

Reparatrix perditi orbis. *Idem in lib. de Excellentia Virg. Mariæ cap. 9.*

Reparatrix vitæ. *Idem in Pſalt. B. Virg. part. 1. & Goffrid. Abbas in orat. ad Matrem Domini.*

Reparatrix parentum. *D. Bernard. hom. 2. de laud. Virg. Matris ſuper Miſſus eſt.*

Reparatrix terrarum. *S. Petrus Maurit. Cluniac. Proſa in honorem Matris Domini.*

Reparatrix creaturæ angelicæ, atque humanæ. *Rich. à S. Victore Expoſit. in Cant. Cant. cap. 28.*

Reparatrix ſæculi. *Petrus Bleſ. ſer. 38. & D. Laurent. Juſtin. in ſerm. Natiuit. B. Mariæ.*

Reparatrix gloriæ. *Helinand. Ciſterc. ſerm. 1. in Natiuit. B. Virg.*

Reparatrix perditorum. *D. Bonauent. in Pſalterio minori B. Virg. Quinquagena. 2. & Io. Gerſon in ſer. de Spiritu ſancto.*

Reparatrix debilium; ſicut enim luna in ſuo incremento corporibus humores recuperat: ſic & Beata Maria Deum Iſrael concepit, & peperit, qui dat virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ. *Albert. Magn. ſer. 2. in Aſſumpt. B. M.*

Reparatrix Eccleſiæ triumphantis. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Reparatrix ordinum Angelorum. *Idem ſuper miſſus eſt, & D. Anton. in ſum. part. 4. tit. 15. c. 44.*

Reparatrix opportuna orbis perditi. *Antonius Puoq. ſerm. 6. de Concept. Virg.*

Reparatrix innumerabilium perditiſſimorum ad gratiam, & ſalutem. *Dion. Carth. lib. 1. de laud. Virg. initio.*

Reparatrix ruinæ cœleſtis. *Idem lib. 4. de Præconijs B. Virg. art. 9.*

Reparatrix potens ruinarum angelicarum. *Io. Mauburn. in roſario de gloria virg. membro. 5.*

Reparatrix noſtra, quia reparauit genus humanum, vt nunc ſit fortius, quam eſſet ante. *Bernard. de Buſtis ſerm. 1. de Nominat. Mariæ.*

Reparatrix deſperantis animæ. D. *Caſimirus Poloniæ Princeps in hymn. de B. Vig.*

Reparatrix caſtiſſima humanę ſalutis, quę Deo preſeruante, nulli vnquam reatui fuit ſubiecta. *Io. Trith. lib. 1. de Mirac. B. Virgin. in vrticeto. cap. 4.*

Reparatrix deprauatę naturę. *Idem lib. 3. de Miraculis B. Virg. in Vrticeto.*

Reparatrix famę ſuorum glorioſę. *Idem lib. 1. de Miraculis B. Virg. in vrticeto cap. 6.*

Reparatrix felicitatis ęternę. *Idem ibidem.*

Reparatrix ſalutis ęternę. *Idem lib. 3. de Miraculis B. Virg. in vrticeto.*

Reparatrix ſemper caſtiſſima ſalutis noſtrę, quam omnipotens Deus mundam, ſanctam, & innocentem condidit, & ſpeciali priuilegio puritatis ab omni peccato, tam originali, quam actuali ſemper preſeruauit. *Idem de Mirac. B. V. prope Dittelbach. lib. 1. cap. 10.*

Reparatrix hominum, & naturę noſtrę. *Maurit. de Villa probata ſer. 2. Coronæ nouæ B. Virg.*

Reparatrix omnium gentium. *Idem ibid. ſer. 12.*

Reparatrix Orbis. *Idem ibidem. & Io. Trith. lib. 1. de miraculis B. V. in vrticeto cap. 8.*

Reparatrix gratię. *Io. Picus lib. 1. in Cant. cap. 2.*

Reparatrix magnę miſerę ſortis primorum hominum. *Juſtus Lypſius in D. Virg. Aſpricol. c. 1.*

REPOSITORIVM virginitatis, Dei capax, de quo editus incorruptus partus, & virginitatis opulentia, non eſt paſſa detrimentum. *Germ. Conſtant. ſerm. in Natiuit. B. Virg.*

Repoſitorium pretioſiſſimi theſauri. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 4.*

REPRÆSENTATIO, modis omnibus ſimilis originali ſpeciei, atque decori. *Andreas Cretenſis orat. 1. de Aſſumpt. Sanctiſſ. V. M.*

REQVIES Domini. *Chryſippus in ſerm. de S. Maria Deipar. & Guaricus Abbas ſer. de Aſſumpt. B. Mariæ V.*

Requies æterna Vnigenito Filio Dei. *S. German. orat. 1. in Dormitione B. M. V.*

Requies laborantibus. *S. Io: Damaſc. orat. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ V. & Bern. de Buſt. in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M. V.*

Requies laborum noſtrorum. *S. Io: Damaſc. orat. 2. de Aſſumpt. ſiue Dormit. B. V.*

Requies laborum, ſudorumque, quibus ob ſpinas affligebamur, & miſerias ſubſtinebamus. *Leo Imperator in orat. de Natiuit. B. V.*

Requies Domini in ſæculum ſęculi: Sapientia namque Dei Patris, quę in omnibus requiem quæſuit, in ea velut in hæreditate Domini habitare diſpoſuit. *Serlo Abbas ſer. 2. de Aſſumpt. B M V*

Requies in laboribus noſtris. *Ricard. à S. Lauren. de laud. SS. V. lib. 6.*

Requies Domini glorioſa, quam in omnibus quærebat Filius Dei, qui eſt Sapientia. Eccl. 24. quam inuenit in ea, ſic ipſa dicit ibidem; Qui creauit me, ſcilicet Deus Filius meus, per quem omnia facta ſunt, requieuit, ſecundum quod homo, in tabernaculo meo, ideſt, in corpore. *Idem in laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 10.*

Requies Domini, in qua Chriſtus nouem menſibus requieuit, ſicut ipſa dicit Eccl. 24. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. *Idem de laudib. B. M. lib. 2.*

Requies opulenta, quæ promittitur populo fidei Iſaiæ 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculo fiduciæ, & in requie opulenta. *Idem de laud. V. lib. 10.*

Requies deiectis. *Alanus de Inſul. in Anticlaud. lib. 5.*

Requies peculiaris trium in Diuinis perſonarum. *Antonius Tocq ſerm. 1. de Concept. B. M.*

Requies Chriſti, non tantum, quia in ea nouę menſibus requieuit; verum etiam, quia plus per quietum amorem requieuit in ea, quam in tota alia creatura. *D. Bernard. Senenſ. tom. 3. ſerm. de Aſſumpt. B. V.*

Requies mea, & nutrimentum amoris mei. *Io. à Ieſu Maria tom. 2 Oper. ſuor. tract. de Theol. miſtic. pag. 36.*

RES Chriſti. *D. Athanaſ. orat. in Domini occurſum, ſeu in Puriſic. B. Virg.*

Res prodigioſa, atque inaudita, quippe cum Virgo peperit citra virginitatis corruptionē. *D. Baſilius hom. de humana Chriſti generatione quę eſt 15. in ordine reliquarum.*

Res magna, venerandæ œconomiæ, quam cupiunt inſpicere Angeli. *Andreas Creteuſ. orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Res noua in terris; ipſa enim ſola ſemper Virgo, tanquam Dei mater parit, & Virgo eſt. *Idem Can. in 7. Machab.*

Res lætifica, Deo dicata, ad perſoluendum gratiam communem omnium ſalutem. *S. German. Conſtant. ſerm. in Natiuit. B. V.*

Res creata, quæ Increatum emiſit. *D. Bonauent. in laud. Virg.*

Res diuina, intacta, & ſacroſanta. *Nicephorus Caliſt. lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 7.*

Res omnium pretioſiſſima Deo. *Emmanuel Pal. Imper. in orat. de Dormit. Sanctiſ. Virg.*

Res omni admiratione maior. *Iſidorus Theſſal. in orat. de Natiuit. B. Virg.*

Res omnium ſplendidiſſima, & pretioſiſſima. *Idem in orat. de Annunc. Virg.*

Res pretioſiſſima. *Idem in orat. de Aſſumpt. B. M.*

Res ſingularis, mundo donata. *Bernard. de Buſt. in Mariali ſerm. 6. de Concept. B. M.*

RESA noſtrorum toleratione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſ. Mariæ. fruct. 4.*

RESERAMENTVM portarum cœleſtis Paradiſi. *D. Ephrem in ſerm. de laud. Mariæ.*

RESERATRIX portarum miſericordiæ. *Coſm. Hieroſol. in Theogoniam 6. hymn.*

Reſeratrix viarum pœnitentiæ. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl. B. Mariæ.*

Reſeratrix Paradiſi. *Matthæus Cantacuzen. in cap. 4. Cant. Cantic.*

Reſeratrix Arcanorum futurorum. *Barthol. de Piſis lib. 3. de laud. S. M. fruct. 8.*

RESINA clementiæ omnium Reſinarum in ſe habens gratiam, & virtutem. *Ern. Prag. in Mariali cap. 70.*

RESONATIO omnium Prophetarum. *S. Ioſeph Hymnograph. in Mariali.*

RESPECTVS iuſtitiæ. *Adam de Perſen. in Mariali fragm. 3.*

RESPIRATIO narium noſtrarum; quemadmodum enim aeris exalatio vitalem per nares inſpirat hominibus ſpiritum: ita Mariam omnium ortodoxorum reſpiratio in ore defert: neque ſpiritum ducendo, tantum ex aere refrigerationem haurimus, quantum ex Mariæ nominis patrocinio ſentimus. *S. German. orat. 2. in Dormit. B. M.*

RESTAVRATIO fœminarum, quia per ipſam à ruina primę maledictionis probantur eſſe ſubtractæ. *D. Auguſt. ſerm. 11. de Natiuit. Domini, qui eſt 15. de tempore & D. Fulgent. ſerm. de laud. B. V. & partu Saluatoris.*

Reſtauratio generis. *Andreas Creten. orat. de Nat. Beatæ Virg.*

Reſtauratio Angelorum. *Idiata de B. V. part. 3. Contemplat. 1. & Maurit. de Villaprobata in ſerm. 2. Coronæ nonæ Virg.*

RESTAVRATRIX perditæ vitæ. *S. Eleutherius ſerm. de Natali Domini.*

Reſtauratrix ſęculorum. *D. Bernard. Epiſtola 174. ad Canonicos Lugdunenſes.*

Reſtauratrix Angelorum ruinæ. *Riechar. à S. Victore Expoſitione in Cant. Canticor. cap. 25.*

Reſtauratrix ordinum Angelorum. *Albert. Mag. ſuper Miſſus eſt, cap. 129. & D. Antonin. in ſumm. part. 4. tit. 15. cap. 44.*

Reſtauratrix vitæ. *D. Bernard. Senenſis tom. 4. ſerm. 37. qui eſt de amore incarnante.*

Reſtauratrix numeri Angelorum. *D. Antonin. in ſumma part 4. tit. 15. cap 44.*

Reſtauratrix noſtra. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 1. de Nominat. Mariæ.*

Reſtauratrix boni nominis. *Io. Trith. lib. 1. de Miraculis B. M. Virg. in Vrticeto cap 9.*

RESTITVTIO lapſi in rectum ſtatum. *S. German. Conſtantinop. ſerm. in Natiu. B. M. V.*

Reſtitutio in integrum collapſi generis humani. *S. Io: Damaſc. orat. 2. de Natiu. B. M. V.*

RESVRRECTIO progenitoris Adam. *D. Ephr. in ſerm. de laud. B. Mariæ Virg.*

Reſurrectio mortuorum. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl. Beatæ Mariæ Virg.*

RESVSCITATIO poſt mortem ſecundam, eamque longè profundiorem, multoque ad reuiſcendum difficiliorem. *Ioan. Geometra ſerm. in Annunciat. Sanctiſſ. Dei Genitricis.*

RESVSCITATRIX Eccleſiæ militantis. *Albertus Magnus in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

RETRIBVTIO multarum precum à Deo data. *Iacob Monachus in Mariali orat. 3.*

RETRIBVTRIX magnorum donorum pro exiguis, ex diuitijs ſuarum gratiarum. *D. Athanaſ. ſerm. in Euangel. de Sanctiſſ. Deipara.*

REVERSIO poſtliminio pulſorum. *S. German. orat. 2. in Dormit. B. Virg.*

REVOCATIO profugi orbis terrarum. *S. Io: Chryſoſt. hom. in Chriſti Natal.*

Reuocatio Adam cadentis. *Andreas Creteníis orat. 2. in Annunc. Beatæ Virg.*

Reuocatio exulum. *S. German. orat. 2. in Dormit. Beatæ Mariæ Virg.*

Reuocatio primi lapſus primorum parentum. *Idem ſerm. in Natiuit B. M. V.*

Reuocatio Adæ. *S. Io: Damaſc. in Paracl. B. M. V. Theoph. Nicen. Hymn. in Annunc. SS. Dtiparæ. & Ioſep Hymnogr. in Mariali.*

Reuocatio eorum, qui ceciderunt. *S. Io: Damaſc. in Paracl. B. M. V. et S. Ioſeph Hymnograph. in Mariali.*

Reuocatio noſtra in illecebris. *Idem ibidem.*

Reuocatio Adæ, & Euę, per quam receperunt antiquam felicitatem. *S. Io: Damaſcen. in Can. Sanctiſſ. Deip.*

Reuocatio Adami lapſi. *Idem Can. in Annunc. Deiparæ.*

Reuocatio primæ matris. *Idem Can. in Sanctos*

*Apoſt. Petrum, & Paulum.*

Reuocatio primorum Parentum. *S. Ioſeph Hymnographus in Mariali.*

Reuocatio terrigenarum expulſorum. *Idē ibid.*

Reuocatio poſt iacturam bonorum. Io. *Geometra ſerm. in Annunciat. SS. Dei Genitricis.*

Reuocatio errantium. *Adam de Perſenia in Mariali fragm. 2.*

REVOCATRIX Evæ. *Sergius relatus à Caniſio lib. 1. de Deipara, cap. 11.*

Reuocatrix deſperatorum. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Librum Eſther.*

Reuocatrix deſperatorum. *Io: Trith. lib. 1. de Miraculis B.V. in Vrticeto cap. 6.*

RHEDA aurea Solis, quæ Dominum Solis contulit æthereum. *Io: Geom. in B.V. hymn. 3.*

RHEV, omnium incentiuorum in ea ad malum extinctione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laude Sanctiſs. Virg. fruct. 4.*

RIVVLVS, de quo fons magnus exortus eſt. *D. Auguſt. ſerm. 5. de Natiuit. Domini, qui eſt 9. de tempore.*

Riuulus, de quo ortus eſt fluuius magnus. *Idem ſerm. 19. ad fratres in Eremo.*

Riuulus exiguus, ex quo ortus eſt fons aquæ ſalientis in vitam æternam. *D. Petrus Damian. ſerm. de Epiphania Domini.*

Riuulus honeſtatis. *D. Laur. Iuſtinian. ſerm. de Natiuitate B. Mariæ Virginis.*

RIVVS fontem emittens. *D. Bonauent. in laud. B. Virg. Mariæ.*

Riuus diues miſericordiæ. *Iacob Monach. orat. de Natiuit. B.M. Virg.*

Riuus omnis gratiæ. *Barthol. de Piſis lib. 2. de laud. Sanctiſs. Virg. fructu 6.*

Riuus indeficiens omnis gratiæ. *Marcus Vigerius in Decachordo Chriſtiano lib. 1. cap. 24.*

ROBOAM ſpiritualiter, qui interpretatur latitudo populi; fuit enim in virtutem populo dilatata. *D. Antoninus in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 6.*

ROBORATIO fidei. *D. Birgitta in orat. 1, reuel.*

ROBORATRIX perfectiſſima omnium in fide Catholicâ. *D. Birgitta in ſerm. Angelico de Excellentia Sanctiſs. Virg. cap. 19.*

ROBVR imbecillium. *S. Sabbas in Menæis Græcorum die 28. Ianuarij.*

Robur inconcuſſum, quatenus puritate rebus omnibus eleuatior, nullis vincebatur affectionibus. *Andreas Cretenſis orat. 3. de Dormit. B. Virg. Mariæ.*

Robur omnium Sanctorum. *Idem in Encomio de Zona B.V.*

Robur infirmorum non exuperandum. *Anonymus in Eucologio, ſeu Rituali Græcorum in officio in ſacerdotem vita functum.*

Robur populi. *Idem in Canone ad SS. Deip. qui extat in Rituali Græcor. pag. 813.*

Robur imperij. *Georg. Nicomed. in orat. 3. de Concept. B.M. Virg.*

Robur noſtræ imbecillitatis. *S. German. Conſt. orat. 2. in Præſentat. B.M.V.*

Robur inexpugnabile, liberans nos ab anguſtijs, paſſionibus, peccatis, & igne ſempiterno. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B.V.*

Robur miſerabilis animæ noſtræ. *Idem ibidem.*

Robur noſtrum. *Idem ibidem.*

Robur omnium, qui cum fide laudant eius myſterium. *S. Io: Damaſc. Can. in Nat. B.V.*

Robur Apoſtolorum. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Robur Atlætharum. *Idem ibidem.*

Robur eorum omnium, qui ſemper concinunt: Laudabilis, & glorioſus Deus Patrum noſtrorum. *Idem ibidem.*

Robur eorum, qui eam cum fide ſincera beatificant. *Idem ibidem.*

Robur fidelium. *Idem ibidem.*

Robur firmiſſimum omnium Martyrum. *Id. ib.*

Robur ſanctorum. *Io: Geometra ſerm. in Annunc. Sanctiſs. Dei genitricis.*

Robur debilium. *Adam Præmonſtratenſis lib. 1. ſermon. 40.*

Robur fluctuantium. *D. Laurent. Iuſtinian. in ſerm. de Annunciat. B. Mariæ Virg.*

ROS Gedeonis. *Iacobus Niſibenſis in Cantic. in laudem B. Virg.*

Ros Aridæ animæ. *S. German. orat. 2. in Dormit. B. Virg. M.*

Ros, ad quem anima illa, quæ tamquam concha, vigilauerit, concipiet illum pretioſiſſimum vnionem, ideſt illum deuotionis affectum, quo cum Deo vnus ſpiritus efficitur. *Ern. Prag. in Mariali cap. 18.*

Ros, quem beata erit illa anima, ſi tamquam apis argumentoſa recondat in omnibus cellulis cordis ſui; ſi tamen de corde ſuo fauum fecerit, vt in mellis dulcedinem citius convertatur. *Idem ibid.*

Ros emolliens noſtram duritiem, fœcundans mētis noſtræ terram ſterilem, in æſcu tentationis refrigerans, in fornace tribulationis confortans. *Idem ibidem.*

Ros dulcorans mentem. *Barth. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructu 8.*

Ros per inſpirationem. *Id. ibid. fructu 2.*

Ros, quia gratiam ſpargit: *Idem ibid. fructu 8.*

Ros cæleſtis. *Iſidor. Teſſalon. in orat. de Nat. V.*

Ros aurorę cęleſtis, tribulatos corde refrigerans. *Io: Trith. lib. 1. de Miraculis B. M. V. in Vrticeto cap. 6.*

Ros oportunus, ignem fornacis extinguens. *Ludou. Bloſius in Endologia 2. ad B. Virg.*

ROSA optimi coloris in mulieribus germinans. *S. Io: Chryſ. orat. 7. in SS. Deiparam V.*

Roſa, quam cultura ſpinarum ferax, ſcilicet Iudaicus Populus produxit. *Chryſipp. in ſerm. de S. Maria Deipara Virg.*

Roſa immarceſcibilis, ſummopere fragrans, ac vltra quam dici poteſt; cuius Dominus odore delectatus, in ea requieuit, ac ex ea florens mundi odorem depreſſit. *S. Io: Damaſc. orat. 4. de Natiuit. B.M. Virg.*

Roſa, quæ è ſpinis, hoc eſt Iudæis orta, diuina fragrantia cuncta perfudit. *Idem orat. 1. de Natiuitate B.M.V.*

Roſa

Roſa virginitate clariſſima, odoreque gratiæ ſpirans. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. B. M. V.*

Roſa virginitatis, rubicunda, & cocco tincta. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

Roſa conuallium, quam Deus elegit ex vita, cumque in ea habitaſſet ſecundum carnem, proceſſit, nos diuinæ ſcientiæ ſuauiſſimo halitu afflans. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Roſa diuina, vniuerſos terræ fines replens ſuaueolentia, ac peccati noſtri fœtorem eliminans. *Idem ibidem.*

Roſa electa, quam cum in conuallibus vitæ Verbum Dei inueniſſet, pulchritudinis eius amore captum eſt, & incarnatum, odore repleuit orbem terrarum. *Idem ibidem.*

Roſa in medio ſpinarum huius vitæ, quam cum Deus inueniſſet immaculatam, habitauit in vtero eius inuiolato, & myſtica ſuaueolentia mundum repleuit. *Idem ibidem.*

Roſa in medio ſpinarum, quam vere inuenit in huius mundi conuallibus Ieſus omnium plantator, atque ex vtero eius natus, nos diuinæ cognitionis ſuauiſſimo odore perfudit. *Idem ibidem.*

Roſa redolens, quam cum purus ille in conuallibus reperiſſet, in medio eius habitauit, humanum genus ſuauiſſimo replens odore. *Idem ibidem.*

Roſa aromatica propter odorem vnguentorum ſuorum, ideſt ſuarum virtutum. *Idiota de B. Virg. part. 14. Contempl. 43.*

Roſa fragrantiſſima. *Idem ibidem.*

Roſa plantata in Ierico, quia in ea fuit ſumma perfectio amoris, & martyrium intenſiſſimi doloris; quanto enim diligebat ardentius, tanto eſt vulnerata profundius; non enim fuit talis Filius, nec fuit talis Mater, non fuit tanta charitas, ſicut inter eam beatiſſimam Matrem, & benedictum Filium eius: non fuit tam digna mors, non fuit dolor tantus; ſciebat namque Mater inuiolata, qualis erat eius glorioſiſſimus Filius, & vndè conceptus, & quomodo, & ideo quanto ipſum dilexit tenerius, tãto vulnerata fuit profundius, nihil habens conſolationis, ſed tantum habens tribulationis, & doloris, nam abſorpta ſunt ſacratiſſima viſcera maternis doloribus, vltra quod homo, vel Angelus perpendere poſſet, Martyres namque paſſi ſunt propter fidem; ſed B. Virgo paſſa fuit propter charitatem, ideò de ea ſcribitur: Vulnerata charitate ego ſum, & ſicut charitas maior eſt, quã fides, ſic martyrium B. Virginis excellit martyria Sanctorum. Alij Martyres diuerſis gladijs martyrizati ſunt, ſed Beata Virgo eouem gladio, quo Filius eius benedictus. *Idem de B. Virg. part. 12. Contempl. 6.*

Roſa, quia ſi Roſa antequam marceſcat carpitur, Beata Virgo antequam benedicta eius caro putredine marceſceret, ad vtriuſque ſtolæ immortalitatem de mundo aſſumpta fuit. *Idē de B. Virg. part. 14. Contempl. 43.*

Roſa, quia ſi Roſa de ſpina naſcitur non ſpinoſa, Beata Virgo nata eſt de Iudæis incredulis bene credula. *Idem ibidem.*

Roſa, quia ſi Roſa eſt capitis confortatiua, Beata Virgo confortat caput, ideſt mentes peccatorum, qui ad ſuam miſericordiam currunt. *Idem ibidem.*

Roſa, quia ſi Roſa eſt oculorum clarificatiua, Beata Virgo clarificat oculum mentis noſtræ dirigendo nos in viam mandatorum Dei. *Idem ibidem.*

Roſa, quia ſi Roſa eſt omnium florum delicatiſſima ad olfaciendum, ſic pariter eſt Beata Virgo, quia dicitur de ea: ſpecioſa facta es, ſcilicet ad inſtruendum, & ſuauis, ſcilicet ad tangendum, & olfaciendum. *Idem ibidem.*

Roſa, quia ſi roſa eſt omnium florum ſuauiſſima, Beata Virgo omnium mulierum, & hominum eſt ſuauiſſima. *Idem ibidem.*

Roſa, quia ſi roſa eſt regina omnium florum, quia purpurei coloris eſt, & purpura regibus conuenit: Beata Virgo eſt Regina virginum, & decus mulierum. *Idem ibidem.*

Roſa, quia ſi roſa frigida eſt, Beata Virgo frigida fuit per excluſionem prauí amoris, & quia omnibus ſuis exemplis, ac meritis malarum concupiſcentiarum feruorem reſtrigerat, maximè in ſeruitoribus ſuis. *Idem ibid.*

Roſa, quia ſi roſa in granis eſt crocea, Beata Virgo affectu intimæ charitatis, quia ei cura eſt de omnibus, quia dicit: Teſtis eſt mihi Deus quomodo vos omnes cupiam in viſceribus Chriſti Filij mei benedicti. *Idem ibid.*

Roſa, quia ſi roſa prius clauſa, ad Solis radium aperitur, Beata Virgo cum vouendo virginitatem conſenſum omni conceptioni clauiſſet, & generationi, Soli tamen iuſtitiæ aperuit, cum intellexit, quod Filium Dei poſſet concipere, & parere maneus Virgo. *Idem ibidem.*

Roſa, quia ſi roſa reſtringit, Beata Virgo reſtringit ſuis orationibus fluxum cuiuslibet vitij maximè in amatoribus ſuis. *Idem ibidem.*

Roſa, quia ſi roſa ſpinis adhæret, licet omnino diſſimilis, Beata Virgo peccatoribus, qui ſunt ſpinæ, adhæret pietate, & compaſſione, licet omnino à peccato ſit immunis. *Idem ibidem.*

Roſa rubicunda per Dei, & proximi charitatem, nam igneus color deſignat charitatem. *Idem ibidem.*

Roſa rubicunda per verecundiam virginalem, & per pulchritudirem naturalem, quia tota pulcha eſt, & macula non eſt in ea. *Idem ibidem.*

Roſa lenis. *D. Anſelmus in Hymn. 1. Beat. Dei Genitricis.*

Roſa charitate, vel compaſſione. *Hugo de S. Victore ſerm. in Natiu. vel Aſſumpt. B. Mariæ V. qui eſt in Ordine 34.*

Roſa Iudaicę ſpinæ. *Idem ſerm. in Natiu. Beatæ Mariæ, qui eſt in Ordine 65.*

Roſa

Rosa natura frigida, per vitiorum extinctionem: forma lata, per charitatem: colore alba, aut rubra per puritatem, & passionem, vel certè compassionem: odore grata per bonam opinionem. *Idem ibidem.*

Rosa candida per virginitatem, rubicunda per charitatem, candida carne, rubicunda mente, candida virtutem sectando, rubicunda vitia calcando, candida affectum purificando, rubicunda actum carnalem mortificando, candida Deum diligendo, rubicunda proximo compatiendo. *D. Bern. serm. de B. M. cuius initium est Aue Maria.*

Rosa reddens salutiferam omnibus sortem. *Idem ibidem.*

Rosa omnium affectus mulcendo. *Idem ibidem.*

Rosa per martyrium. S. *Petrus Maurit. Cluniacensis prosa in honorem Matris Domini.*

Rosa plantata super riuos aquarum, id est nutrita in plenitudine gratiarum, & tanquam exaltata super choros Angelorum. *Helinand. Cisterciensis serm. 1. de Assumpt. B. M.*

Rosa mystica, cuius candor subtilis mixta radices foliorum est perpetua cordis munditia, quam semper integram perfectissimè custodinit. *Idem ibidem.*

Rosa mystica, cuius color roseus est verecundiæ rubor, castitatis ardor, & iustitiæ zelus. *Idem ibidem.*

Rosa, quia sicut rosa pulcherrima florum, sic Maria pulcherrima mulierum. *Idem ibidem.*

Rosa sine spina. *Innoc. Papa III. in Hymno de SS. V. M. Maurit. de Villaprobata serm. 21. Corona nona B. M. & S. Mechtildis lib. 1. gratiæ spiritualis cap. 45.*

Rosa à Deo intimè lætificata. *B. Ioseph Steinfeldensis Opusc. 4.*

Rosa charitatis, admirandæ suauitatis, toto corde complectenda, & nequaquam dimittenda, salutanda dulciter. *Idem Opusc. 4.*

Rosa clara. *Idem ibidem.*

Rosa delicata. *Idem Opusc. 3.*

Rosa florens, omnibus præiens virginibus. *Idem Opusc. 2.*

Rosa iuncta Filio. *Idem Opusc. 5.*

Rosa, per cuius merita cum Christo resurgimus, ad Christum ascendimus, & cum Christo in æternum gaudemus. *Idem Opusc. 1.*

Rosa principalis. *Idem Opusc. 2.*

Rosa pulchra nimis, & formosa, super omnes amorosa, sola sine compare. *Idem Opusc. 4.*

Rosa speciosa, super rosam formosa. *Id. ibid.*

Rosa amara: & hoc ab effectu, quia semen eius, id est, verba, & exempla in suis imitatoribus amaricant mundi noxias voluptates; ipsa enim designatur per librum, quem deuorauit Ioannes Apoc. 10. qui erat dulcis gustu, & amarus effectu. *Richardus à S. Lauren. de laud. Virginis lib. 12.*

Rosa capitis confortatiua, per caput mentem intellige; confortauit enim Basilium, Iulianum Apostatam formidantem, & Theophilum iam ferè desperantem, quando locuta est ad eor eius, ideo dicitur Rosa in Ierico, quod interpretatur defectus, quia sæpè, nisi confortaret peccatores, deficerent. *Id. ibi.*

Rosa crocea propter affectum intimæ charitatis; sei enim cura est de omnibus Sapie. 6. quasi dicat illud Philipp. 1. Testis mihi est Deus, quomodo vos omnes cupiam in visceribus Christi Filij mei. *Idem ibidem.*

Rosa delicatissima ad olfaciendum, vnde dicitur adolescentulæ Cant. 1. Curremus in odorem vnguentorum tuorum, & propter pulchritudinem, & hanc suauitatem, dicit ei Ecclesia: Speciosa facta ad intuendum, & suauis ad tangendum, & olfaciendum. *Idem ibidem.*

Rosa florum Regina; purpurei enim coloris est, & purpura Regibus conuenit: alij pulchri flores aliæ bonæ mulieres, ipsa vero Regina virginum, & decus mulierum, sicut Rosa florum. *Idem ibidem.*

Rosa inclinis, & humilis in statura per humilem obedientiam, iuxtà doctrinam Spiritus sancti dicentis ad eam: Audi Filia, & vide, & inclina aurem tuam. Psal. 44. *Idem ibidem.*

Rosa in folijs frigida: Maria enim fuit ab effectu frigida, quia orationibus suis, meritis, & exemplis, malarum concupiscentiarum feruores refrigerat, & maximè in familiaribus suis. *Idem ibidem.*

Rosa in Ierico, quod sonat defectus, quia compassa est Filio, quando fides in omnibus defecerat, præter ipsam. *Idem ibidem.*

Rosa plantata, & firmiter radicata in Iericho, id est, in defectu, & aculeis paupertatis, vnde tamquam pauperrima, non habuit, vnde Filium natum sufficienter operiret, vel vbi honestè reclinaret, & ex hoc defectu, & his aculeis in odorem, & decorem ascendit speciosissimę rosæ. *Idem ibidem.*

Rosa propter Dei, & proximi charitatem; rosa enim coloris est ignei, & per ignem charitas designatur Luc. 12. Ignē veni mittere in terrā, Est etiā rosa intensissimi ruboris, in quo summa perfectio amoris. *Idem ibidem.*

Rosa propter patientiam singularem; purpurei enim, vel sanguinei coloris est, & in sanguine signatur martyrium, quia mente compassa est Filio, & intensio illius doloris, signauit in rosa per intensionem ruboris. *Idem ibidem.*

Rosa propter pulchritudinem naturalem, & verecundiam virginalem. *Idem ibidem.*

Rosa pulcherrima ad intuendum; ipsa enim est pulcherrima mulierum Cant. 5. sicut rosa florum, cui dicit Filius Cant. 2. Ostende mihi faciem tuam &c. quia facies tua decora, idem Cant. 6. dicit ei tota Trinitas: Reuertere, reuertere Sunamitis, vt intuemur te, & in hoc verbo, vt intuemur te, ostenditur, quod tota Trinitas ipsius speciem desiderat intueri. *Idem ibidem.*

Rosa, quæ cum perfectè creuerit sursum patula, deor-

deorsum vndique flectitur, quia ad perfectum crementum exaltationis cælestis sublimata, & ad diuini luminis susceptionem, tota virtute expansa, ad mortalium suffragia per compassionem vndique, sine personarum acceptione, flectitur, & æqualiter, id est, communicatiuè est illi cura de omnibus. Sapient. 6. *Idem ibidem.*

Rosa, quæ prius clausa, ad Solis radium aperitur, cum enim vouendo virginitatem, consensum animi conceptioni clausisset, & generationi, soli tamen aperuit iustitiæ, cum intellexisset se Dei Filium posse concipere, & parere, manens virgo. *Idem ibidem.*

Rosa, quæ spinis adhæret, licet omnino eis dissimilis; Maria enim peccatoribus, qui sunt spinæ, pietate adhæret, & compassione, licet à peccato omnino immunis. *Idem ibidem.*

Rosa stiptica, id est, fluxus capitis restrictiua, quo designatur verbositas; Maria enim est mulier sensata, & tacita Eccl. 26. & suo exemplo in suis imitatoribus fluxum restringit supradictum, quasi dicat: Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes 1. Reg. 2. Restringit etiam suis orationibus, & exemplis fluxum vitij cuiuslibet, maximè in amatoribus suis, & dicitur vicia coccinea Cant. 4. *Idem ibid.*

Rosa suauissima ad tangendum; rosa enim de spina nascitur, non spinosa: & Maria de Iudæis, qui erant quasi spinę, vnde sicut spina rosam &c. sed ipsam non inueniunt peccatores spinosam, aut scrupulosam, quia suauis est vniuersis. *Idem ibidem.*

Rosa pulcherrima, quæ famæ suæ odore, totam pigmentat Ecclesiam. *Hugo Carensis in cap. 24. Ecclesiastic.*

Rosa candidissima. *D. Bonauent. in Canticis Psalterij Beatæ Mariæ Virg.*

Rosa decens. *Idem in Laud. B. V. M.*

Rosa florens, & fœcunda. *Idem ibidem.*

Rosa, gratia diuina facta Cælorum Regina. *Idem ibidem.*

Rosa martyrum. *Idem in Speculo B. V. c. 2.*

Rosa munda. *Idem in laud. B. Virg. M.*

Rosa recens sine spina. *Idem ibidem.*

Rosa speciosa. *Idem ibidem.*

Rosa veris speciosa. *Idem in Litan. Psal. B. M.*

Rosa Paradisi. *Albert. Magn. serm. 1. in Natiuit. Beatæ Mariæ Virg. S. Vincent. Ferrer. serm. de S. Anna Matre V. M. & D. Antonin in summa par. 3. tit. 31. cap. 3.*

Rosa florens sine spina. *S. Gertrudis insinuationum diuinæ pietatis lib. 2. cap. 17.*

Rosa calida, passiones frigidas in hominibus sanans, dum eorum corda ad amorem Dei inflammat. *Iacob. de Vorag. in Mariali ser. 4. R.*

Rosa delectans spiritualem visum sua pulchritudine, spiritualem olfactum sui odoris immensitate, spiritualem gustum sua suauitate, & spiritualem tactum sua lenitate. *Idem ibidem.*

Rosa, quę contrita, id est tribulationibus afflicta, quanto plus sustinuit maiores, contritiones, tanto maiores reddidit odores, nam in Ægyptum expulsa dedit odorem patientiæ: in passione Filij gladio perforata, dedit odorem fidei perfectæ: in tribulationibus aliorũ, dedit odorem compassionis: in tribulationibus, quas patiebatur à Iudæis, dedit odorem gratiarũ actionis: in tribulatione, quam post Christi ascensionem patiebatur ex Filij absentia, dabat odorem sancti desiderij, & deuotionis. *Idem ibidem.*

Rosæ, quæ de spinis, id est, de Iudæis spinosis nata, spinarum natura, id est Iudæorum mores non fuit imitata. *Idem ibidem.*

Rosa tota rorida, id est rore Spiritus sancti plena, à qua rorem diuinæ gratiæ excutimus, quando per feruentia desideria eam exoramus. *Idem ibidem.*

Rosa virtuosissima, cor confortans dando Dei charitatem, fluxum peccatorum refrænat dando Dei timorem, oculum intellectus clarificans dando diuinorum cognitionem, dolorem capitis sanans, spem nostram ad cælestia desideria subleuando. *Idem ibidem.*

Rosa in Ierico: nam sicut Rosa in Ierico plantata, oritur pulchior, redolet fragrantior, maiori rubore vestitur, diutius sua pulchritudine coloratur; sic Beata Virgo quasi quædam rosa in defectu humanæ naturę plãtata. (Iericoenim interpretatur defectus) fuit cæteris mulieribus virtute formosior, rubore terrenarum tribulationum per patientiam venustior, odore bonorum operum redolentior. *Alan. de Insul. in ser. de B. M.*

Rosa florens nescia spinæti, nescia culpæ. *Alanus de Insul. in Anticlaud. lib. 5.*

Rosa redolens. *Io. Hondemius in Hymno de variis Encomijs De para D. Lauren. Iustin. lib. de Casto Connub. verbi, & animæ cap. 9. & Bernard. de Bust. in Mariali ser. 6. de Concept. B. M. V.*

Rosa de prato Paradisi. *Io. Hildesheim. cap. 16. defensorij O d. Fratrum B. M. de Monte Carm.*

Rosa colore rubens per charitatem, odore fragrans per bonam famam, stipata per modestiam, florum speciosissima, quia mulierum pulcherrima, & gratiosissima. *Ern. Prag. in Mariali cap. 49.*

Rosa in Ierico, id est, in ciuitate palmarum, id est, in cœtu discipulorum, vbi erant duodecim Apostoli, tamquam duodecim fontes, & septuaginta Palmæ. *Idem ibidem.*

Rosa benedicta. *D. Birgitta in serm. Angelico de Excellentia SS. Virg. cap. 16.*

Rosa electissima. *Idem ibidem.*

Rosa florens: nam sicut Rosa crescere solet inter spinas, ita hæc venerabilis virgo in hoc mundo creuit inter tribulationes; & quemadmodum, quanto Rosa in crescendo se plus dilatat, tanto fortior, & auctior spina efficitur, ita & hæc electissima rosa Maria, quanto plus ætate crescebat, tanto fortiorum tribulationum spinis acutius pungebatur. *Eadem ibidem.*

Rosa

Roſa læniſſima. *Eadem ibidem.*

Roſa continentiæ. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laudibus SS. Virg. fructu 2.*

Roſa noua. *Io. Gerſon. ſer. de Concept. B. V. M.*

Roſa ſingularis. *Idem in Ioſephina.*

Roſa ſpecioſa, & ſuper Roſam formoſa. *Idem ibidem.*

Roſa, quia ſicut roſa eſt pulcherrima florum: ita B. Virgo eſt venuſtiſſima feminarum, imo ſanctiſſima creaturarum puraruum, quæ mitigatiua eſt dolorum vitæ preſentis, & illuminatiua oculorum cordis: ſicut aqua ex roſis expreſſa, ſedat dolores atque clarificat oculos. *Dion. Carthuſ. in cap. 24. Eccleſiaſt.*

Roſa ſpecioſa, & odorifera, nata inter ſpinas, id eſt, inter feminas conceptas in peccato originali. *Paulus de Heredia in Tract. de Conceptione Beatæ Virg.*

Roſa, quia ſicut roſa producitur de virga ſpinoſa, & tamen in ſe non habet aliquam ſpinam, ſed eſt tota pulchra, & delectabilis viſu: ſic Virgo benedicta, licet fuerit producta de arbore ſpinoſa peccati originalis, tamen in eius anima non fuit aliqua macula peccati originalis: & ita erat delectabilis viſui aſpicientium, quod non ſolum boni proficiebant in eius viſu, ſed luxurioſi eam aſpiciendo, fiebant caſti. *Ioan. de Meppis in Tract. de immac. Concept. Beatæ Virg. pag. 86.*

Roſa à Iudæi per peccatum ſpinoſis nata, nunquam fuit aliqua peccati ſpina infecta. *Bernardin. de Buſt. ſer. 1. de Aſſimilat. B. M. V.*

Roſa admirabilis virtutis. *Idem ibidem.*

Roſa pulcherrima, & immaculta, quæ nullum ſpinę, id eſt peccati aculeum ſenſit. *Idem in Mariali ſer. 5. de Concept. Beatæ M. V.*

Roſa, quæ ſua pulchritudine, & amœnitate delectat viſum hominum, Angelorum, & Dei. *Idem ſer. 1. de Aſſimilat. B. M. V.*

Roſa, quę ſui odoris immenſitate delectat ſpiritualem olfactum. *Idem ibidem.*

Roſa, quæ valde contrita, id eſt tribulationibus affliſta, quanto maiores ſuſtinebat contritiones, tãto maiores reddebat odores: nam in Ægypto expulſa, dedit odorem fidei perfectæ, in tribulationibus vero, quas à Iudęis paſſa eſt, dedit odorem actionis gratiarum. *Idem ibidem.*

Roſa, quam quanto aliquis magis contrectat, de ea meditando, loquendo, & ſcribendo, tanto maiorem ſentit deuotionis odorem. *Idem ibidem.*

Roſa rubens caſtitatis. *Idem in officio Conceptionis Beatæ Mariæ Virg.*

Roſa tota odorifera. *Idem ſerm. 1. de Aſſimilat. Beatæ Mariæ Virg.*

Roſa tota rorida, id eſt rore Spiritus ſancti plena. *Idem ibidem.*

Roſa recens. B. *Caſimirus Poloniæ Princeps in Hymn. de Beat. Virg. M.*

Roſa calidos refrigerans rore gratiæ; Roſa enim frigida eſt in folijs, & paſſiones calidas ſanat frigiditate foliorum. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 21. Coronę nouæ B. Mariæ.*

Roſa frigidos ad amorem Dei inflammando; Roſa enim eſt calida in ſemine, & paſſiones frigidas ſanat caliditate ſeminum. *Idem ibidem ſermone 21.*

Roſa, quia tribulationibus contrita dedit odorem. *Idem ibidem.*

Roſa viſum oblectans ſuæ pulchritudine, olfactum odoris immenſitate, guſtum cogitationibus ſanctis in memoria, intelligentiam vero intentionibus rectis, & voluntatem affectionibus mundis, denique ſpiritualem tactum humanitate, & lenitate. *Idem ibidem.*

Roſa florens. *Io. Trithem. in orat. coram Imagine Beatæ Marię recitanda lib. de modo, & formâ quotidiani exercitij Monachorum, & Maurit. de Villaprobata ſerm. 10. Coronæ nouæ B. M.*

Roſa vernans, ſuauitatem redolens ſupernæ dulcedinis. *Ioan. Trithem. lib. 1. de Miraculis B. M. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Roſa inter ſpinas, de qua Cantic. cap. 2. Sicut roſa inter ſpinas, ſic amica mea inter filias: quia quemadmodum roſa ſpecioſa, & odorifera, ex qua multa conficiuntur aromata, naſcitur inter ſpinas, ipſa tamen ſpinis carens: ita Beata Virgo nata inter fęminas, originali peccato conceptas, tanquam roſa inter ſpinas, & ipſa tamen eiuſdem peccati omninò expers fuit. *Petrus Galat. lib. 7. de Arcan. c. 5.*

Roſa ſine ſpinis, quam Deus prima cauſa produxit de ſpinoſis Iudæis ſine cuiuſcumq; peccati aculeo, vel ſpina, ſicut cauſa ſecunda de ſpinis pungentibus, & putidis producit roſam pulchram, & bene olentem. *Petrus Barduſ. ſerm. 7. de Conceptione B. M. V.*

Roſa vernans, de huiuſmodi ſæculi ſpinoſo, & arenti deſerto lecta, cui in toto Dei cælesti viridario ſimilis non eſt alia. *S. Thom. de Villanoua in Conc. 2. de Aſſumpt. B. M. V.*

Roſa rubens charitatis ardentiſſimę. *Ludouicus Bloſius in Endologia 3. ad B. Virg.*

Roſa venuſta inenarrabilem ſuauitatem ſpirans. *Idem in Endologia 2. ad B. Virg.*

Roſa vernans amœnitatis cælicę. *Idem in Speculo ſpirituali cap. 14.*

ROSARIVM Spiritus ſuaue ſpirans, ex qua Chriſtus, nente nemine, abique vlla ſemente, Salomonis ornatum omnem decore ſuo obſcurante ſtola indutus eſt. *S. Io. Damaſc. orat. de Natiuitate B. M. V.*

Roſarium gratiarum. *Theodor. Laſcbus Imperator in Can. ad Sanctiſ. Deipar.*

Roſarium, in quo ſemper inuenies roſas recentes, roſas immarceſcibiles. *Em. Prag. in Mariali cap. 49.*

ROTA ad Cęlos humano generi ſub tartara lapſo. *Venant. Fortun. Elegia in laud. S. M. V.*

Rota volubilis, ſecundum omnem Spiritus ſancti nutum. *D. Bernard. Senenſis Tom. 3. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Rota Dei, Dęmonibus terribilis. *Bernardin. de*

*Buſtis ſer.4.de Aſſimilat.*B.M.*V.*

Rota diuina,à terrenis eleuata, cogitatione,affectione, & conſeruatione. *Idem ibidem.*

Rota habens quatuor facies, id eſt quatuor virtutes cardinales, Ezechiel, cap.1.*Idem ibidem.*

Rota Dei Ezech. 1. *Maurit. de Villaprobata ſer. 4.Coronę nouæ* B.*Marię.*

Rota Dæmonibus terribilis ; nam ſicut boues terrentur,quando audiunt ſtrepitum rotarum; ità ipſi Dæmones fugiunt, vt audiunt inuocari, & nominari hanc diuinam Rotam. *Idem ibidem.*

Rota diuina. *Idem ibidem.*

Rota habens quatuor facies Ezech.1.id eſt quatuor virtutes Cardinales, ſcilicet, iuſtitiam, prudentiam, fortitudinem, & temperantiam; quatuor facies, id eſt quatuor aſpectus, quorum vnum vertit ad Deum pro nobis intercedendo,alium ad Paradiſum, id eſt,ad beatos, eos lætificando, tertium vertit ad mundum, miſerendo, & protegendo, quartum ad Diabolum exterrendo, & expellendo. *Idem ibidem.*

Rota iuxta quatuor animalia Ezech. 1. quæ ſecundum Expoſitores ſignificant Euangeliſtas, iuxtà quos, ipſa fuit cum eis, conuerſando, atque inſtruendo. *Idem ibidem.*

Rota ſuper tetram. Ezech.1. quia à terrenis eleuata, cogitatione, affectione, & conuerſatione.*Idem ibidem.*

RVBINVS, lætos faciens viuere deuotos ſuos; habet enim Rubinus virtutem lætificatiuam, vt dicitur in libr.de Propr.rerum. *Bernard. de Buſtis ferm.de Nominat. Beatæ* M.*V.*

RVBVS intellectualis abſque combuſtione, Diuinitatis ignem tenens. *D. Epiphanius in ſerm. de laud. Sanctiſ. Virg.*M.

Rubus ardens incombuſtus. *D.Ephrem in ſer. de laud.*B.M.V. *& Hugo de S. Vict. lib.4. Eruditionum Theologicarum, &* Miſcellan. 1.*tit.*134.

Rubus incombuſtus, habens intus ignem Diuinitatis, & combuſtionem nullatenus paſſa. *S.Io.Chryſoſt.orat. in Natiuit. Beatę* M. V.

Rubus naturę animatus, quem diuini Partus ignis non combuſſit.S.*Proclus in orat.* 1.*de laud. Sanctiſ.* M.*Virg.*

Rubus ardens, ſed non conſumptus. *D.Auguſt. ſer.19. ad Fratres in Eremo, & Innoc.Papa* III. *ſerm.2. de Aſſumptione* B.M.

Rubus,quem videns Moyſes Exod.3.dixit: Tranſiens videbo viſionem hanc magnam. *Andr. Cretenſis orat.3. de Dormit.*B.*V.*

Rubus ardens inexuſtus : peperit ſiquidem, & vterum non aperuit ; concepit, & vuluam non corrupit : eduxit infantem, & vterum ſignatum reliquit : lac ſuppeditauit, vbera tamen intacta conſeruauit. *Iſychius ſerm.2.de laud. Sanctiſ. Virg.* M.

Rubus ardens igne ſpirituali, ſine aduſtione. *Chryſipp. in ſerm.de Sanctiſ. Deipara* V.

Rubus, qui ardebat in monte, & non comburebatur. *Georg.Nicomed. orat. de exitu Sanctiſſ. Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Rubus, de quo Moyſes Exod.3. Vadam & videbo viſionem hanc magnam, quare non comburatur Rubus. *S.Germ.Conſtant. ſerm.in Natiuitate* B.*M.V.*

Rubus, igni complexum miraculum,ipſa peccato inacceſſa(nam & planctu intacta erat,ignique illibata,)à cuius diuino partu, ad cælum terrigenis acceſſum redditum eſt. *S.Io. Damaſc.in orat.4. de Natiuit.*B.*M.V.*

Rubus ardens à Moyſe prę uiſus in monte Synai; ſine combuſtione enim intolerabilem ineffabilis eſſentiæ fulgorem portauit,cum vnita eſt vna diuinarum perſonarum illius carnis noſtræ craſſitiei. S. *Ioan.Damaſc.in Can. S.Baſil. Magn.*

Rubus ignifer. *Idem Can.in SS.Deipar.*

Rubus diuinitatis igne non combuſtus, omnes fruticoſas paſſiones noſtras comburens,& ab igne æterno eripiens nos. *Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Rubus diuinum ignem in viſceribus ſuſcipiens, & nullam prorſus combuſtionem patiens. *Idem ibidem.*

Rubus, qui diuinitatis geſtauit ignem,qui illam ſine combuſtione ſeruauit, & poſt partum Virginem incorruptam cuſtodiuit. *Idem ibid.*

Rubus ignem intolerabilem patiens, & materiales paſſiones noſtras comburens. *Idem ibidem.*

Rubus Moyſis, qui ardebat, & non comburebatur ; ſicut enim in rubo erat ignis ſecundum eſſentiam, non ſecundum virtutem combuſtiuam, ſic in Beata Virgine fuit fomes ſecundum eſſentiam, non ſecundum virtutem ad peccatum inclinatiuam. *Idiota de* B.*M. Virg. par. 2. Contemplat.* 1.

Rubus, per quem cæleſte myſterium eſt manifeſtatum, quia cum diuinitatis ille ignis, qui ſuſtineri, & comprimi nequit, humanam materiam comprehendiſſet; luminis quidem communionem immittit, at neque comburit, neque abſumit naturam, diuinitatis flamma circumdatam. *Leo Imperator in orat. de Annunciatione Beatæ M. Virg.*

Rubus incombuſtus, aſſiduè refulgens, atque augens virides igne cremante comas. *Ioan. Geometra in* B. *Virg. hymn.* 1.

Rubus Moyſis. *D.Bern.in orat.de* B.*Mœria, cuius initium Aue Maria.*

Rubus mirabilis, & cunctis prædicabilis ſeculis, in igne illæſus. *Philipp.Abbas lib. 2. in Cantic.Canticorum cap.*10.

Rubus per ndei virorem, ſiue carnis integritatem. *Cæſarius Ciſterc.hom.1.in Dom.*1. *Aduent.*

Rubus incombuſtus. *Theodorus Laſchus Imper. in Can.ad Sanctiſs. Deiparam V. & s. Vincent. Ferrer.in ſerm.de Concept.* B.*M.V.*

Rubus ardens, qui non comburebatur, quia B.Virgo concipiebat Filium, nec violabatur, grauidabatur, ſed non grauabatur, alleuiabatur in partu, nec dolebat. *Richard.à*

*S.Laur.de laud.Sanctiſſ.V. lib. 2.*

Rubus paruula per ſummam humilitatem, & contemptum ſui: aſpera per exercitium virtutum, contrà mollitiem, & diſſolutionem: viridis per fidem, vel perpetuam ſanctitatem: florida per virginitatem: odorifera per ſanctam opinionem: aculeata per multiplicis tribulationis punctionem, & hoc maxime in Filij paſſione. *Idem ibidem.*

Rubus Moyſis, qui ardebat, & non comburebatur; illæſo enim virginitatis pudore, Dei Filium parturiuit ſine dolore. *D. Anton.de Padua ſerm.in Dominic.12. poſt Trinitetem.*

Rubus benedictus. *D. Bonauent. in Speculo B. M. Virg. cap.13.*

Rubus apparitionis Exod. 3. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Librum Exodi.*

Rubus, qui virore carnis incombuſto, prętendit ignem diuini fructus. *Idem in Poſtillis ſuper cap.10. Luc.*

Rubus virginitate virens, qui ignem diuinum per fœcunditatem tenuit, & florem pudicitiæ inconſumptum ſeruauit. *Idem ibidem.*

Rubus contra hæreticos. *Barthol.de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſs. Virg. fructu 2.*

Rubus integritate, & virginitate. *Idem lib. 1. de Laud.Sanctiſſ.V.fruct.8.*

Rubus, quem Moyſes ſancto Spiritu ignicndum, & nulla pollutione humana contaminandum prœuidit, *Idem ibidem fruct.10.*

Rubus igne non vrens. *Bernardin. de Buſtis in Officio Concept.B.M.V.*

Rubus ardens, diuino ſemper fragrans amore. *Io:Trith.lib.1. de Miraculis B.M.V. in Vrticeto cap.6.*

Rubus igne non vſtus. *Maurit. de Villaprobata ſerm.13. Coronæ nouæ B. M.*

Rubus ardens, & incombuſtus, cui Dominus impreſſus. *S.Thom.de Villanoua Conc. 2. de Aſſumpt. B.M. Virg.*

RVTH, quæ reliquit populum ſuum, & Domũ Patris ſui, propter Nœmi, quæ interpretatur pulchra, ideſt propter amorem ſpiritualis pulchritudinis, & ideo Booz, ideſt, Chriſtus concupiuit eam. *Richard.à S.Laurent.de laud. Virg. lib. 6.*

Ruth videns, vel feſtinans: vere videns in contemplatione, bene feſtinans in actione: videns noſtram miſeriam, feſtinans ad impendendam ſuam miſericordiam. *D.Bonauent. in Speculo B.M.Virg. cap.5.*

Ruth noſtra, colligens in agro Eccleſiæ ſpicas remanentes fideliter ſequens meſſorum veſtigia, vt quod alij abijciunt, ipſa ſumat, quæ vſque ad finem mundi fideles ad ſe congregabit. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Ruth.*

Ruth in paupertate. *Barthol.de Piſis lib. 1. de laud.Sanctiſs. Virg. fructu 2.*

Ruth Moabitis, quæ oblita populum ſuum, & Domum Patris ſui à ſene Booz audire meruit: Benedicta es Filia tu à Domino, quia non es ſequuta Iuuenes pauperes, ſed diuites: plenam mercedem recipies à Domino Deo Iſrael, ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas; vere enim Maria non ſolum populum ſum, & Domum Patris, ſed etiam totum mundum oblita, ad Deum Iſrael, & alas eius confugit, neque Iuuenes pauperes ſecuta eſt, ſed ditiſſimum antiquum dierum ſponſum hebere meruit Ruth. 2. & 3. Cap. *Rob. Bellarm.Conc. 2. ſuper Miſſus eſt.*

# LIBER DECIMVS SEPTIMVS

# POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA

### DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera S.

SABA Regina, quæ ingreſſa eſt Ieruſalem ſuperuam cum comitatu multo, quia cum fuit aſſumpta in Cęlum ad ęthereum thalamũ, ei obuiam fuit ipſius Filius benedictus, & Angeli, & Sancti. *Idiota de Beatæ Virg. part.13. Contempl.* 10.

Saba Regina, quæ interpretatur conuerſio, vel incenſio, quia Beata Virgo peccatores conuertit, & eorum affectus per charitatem incendit. *Idem ibidem.*

Saba Regina, quæ Regis adiuit Salomonis regna, cuius ſapientiam audiuit in ſacrario. *Rich. à S. Victore Expoſitione in Cantic. Canticorum cap.* 42.

Saba Regina, quia ſicut Regina Saba tanta, & talia Regi Salomoni attulit aromata, quanta, & qualia non ſunt vltra viſa in Ieruſalem, ſimiliter Regina noſtra de Cælo, & gratia præueniente tales de meute protulit incarnando Dei Verbo affectiones, quales nulla ſperare potuit, aut proferre creatura ſuo Creatori. *Petrus Cellenſis ſerm. de B. V. M.*

Saba Regina, quia ſi Saba interpretatur conuerſio, vel incenſio: Maria peccatores conuertit, & eorum affectus per charitatem incendit. *Richard. à S. Laur. de Laud. SS. V. lib.* 6.

Saba Regina, quæ cum multo comitatu famulorum, ac Sanctorum, imò, & ipſius Filij ſui ingreſſa eſt in Ieruſalem in die Aſſumptionis 3. Reg. 10. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper. librum* 2. *Regum.*

Saba Regina, quæ pretioſa aromata, ideſt, virtutum munera attulit Ieruſalem, ideſt, ad Eccleſiam ſanctam, vnde myſticè 3. Reg. 10. Scriptum eſt: Non ſunt allata aromata tam multa, quam illa, quæ dedit Regina Saba Regi Salomoni. *B. Bernardin. Seneſis Tom.* 3. *ſerm.* 3. *de glorioſo Nom. Mariæ.*

Saba Regina, quæ pretioſa aromata, ideſt virtutum munera attulit in Ieruſalem, ideſt in Eccleſiam ſanctam, & non ſunt allata tam multa, & pretioſa aromata, ſicut illa, quæ dedit Regina Saba Salomoni, ideſt Mariæ Filio Dei, vt myſticè dicitur. 3. Reg. 10. *Bern. de Buſtis ſerm.* 2. *de Nominat. B. V. M.*

Saba Regina, quæ pretioſa aromata, ideſt virtutum munera attulit in Ieruſalem, & non ſunt allata tam multa, & pretioſa aromata, quæ dedit Regi, ideſt, Filio Deo Virgo Maria. *Maurit. de Villaprobata ſerm.* 30. *Coronæ nouæ B. Mariæ.*

SABBATVM à Deo benedictum. *Iacob de Voragine ſerm.* 2. *pro Sabbat poſt Ciner, qui eſt de dignitate, & pietate B. V.*

Sabbatum diuinę requiei. *Idem ibidem.*

Sabbatum, in quo compleuit Deus opera gratię. *Idem ibidem.*

Sabbatum, in quo Deus vniuerſa refecit. *Idem ibidem.*

Sabbatum, medium inter diem gaudioſum, ideſt, dominicam, & diem pœnoſum, ideſt, feriam ſextam, quia mediatrix inter Deum, & hominem. *Idem ibidem.*

SACCVLVS pecuniæ, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſcondiri. *Alb. Magn. ſuper Miſſus eſt cap.* 197.

SACCVS redemptionis, in quo Deus abſcondit pretium humanę Redemptionis, Prouerb. 7. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Prouerbiorum.*

SACELLVM diuina plurima luce coruſcum. *S. Io. Damaſc. in Can. Sanctiſs. Deip. V.*

Sacellum ſancti Spiritus. *Honorius Auguſtod. in ſigillo B. Mariæ V.*

Sacellum Dei electum. *Iacob Monachus orat. de Natiuit. B. Virg.*

SACERDOS pariter, & Altare, quæ quidem menſam ferens, dedit nobis cæleſtem panem Chriſtum in remiſſionem peccatorum. *D. Epiphan. in ſerm. de laud. Virg.*

Sacerdos conſilij Arcani. *Andr. Cret. orat.* 2. *in Annunc. Sanctiſs. V. M.*

Sacerdos Dei. *S. Io: Damaſc. orat.* 4. *de Natiuit. Beatæ M. V.*

Sacerdos à Deo ordinata, quantum ad corporis Domini de ipſa formationem, & diſpenſatio.

ſationem ; communicauit enim nobis corpus Filij ſui in cibum , & ſanguinem ſuum in potum . *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſup. lib. Prouerbiorum .*

Sacerdos iuſtitiæ , quæ proprio Filio ſuo non pepercit. Rom. 8. Sed ſtabat iuxta crucem, vt dicit Ioann. 19. Non vt ſolum dolorem Filij conſideraret, ſed, & ſalutem humani generis eſpectaret . *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Canticorum .*

Sacerdos ſpiritualis ob corporis Chriſti formationem, contractationem , & à culpis, & pœnis per Filium ſuum abſolutionem . *D. Antoninus in ſumma part: 4. tit. 15. cap. 16.*

Sacerdos magna , ſecunda poſt Chriſtum in ſacerdotij ſanctitate, ſecunda in templo , & ſacrificio, poſt quam adducuntur virgines omnes in templum Regis . *Io. Mauburn. in Roſeto Exercit. ſpiritualium tit. 24.*

Sacerdos ſumma poſt Chriſtum . *Idem in Roſario de Præconijs B. Virg. membr. 5.*

SACERDOTISSA iuſtitiæ , quæ proprio Filio non pepercit, ſed ſtabat iuxta Crucem IESV, non vt dicit B. Ambroſius , vt mortem Filij aſpiceret , non vt dolorem Filij conſideraret, ſed vt ſalutem humani generis expectaret; parata ipſa offerre Filium Deo pro ſaluatione mundi. *D. Anton in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 3.*

SACERDOTIVM . *D. Bern. ſerm. 3. ſuper Salue Regina .*

SACRARIVM à Spiritu ſancto ſeruatum. *D. Cyprianus in ſerm. de Natiuit. Chriſti .*

Sacrarium diuinum . *D. Greg. Thaumat. ſerm. 3. in Annunciat.* Beatæ M. *Virg.*

Sacrarium penetrale innocentiæ . *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de laud. B. V.*

Sacrarium Spiritus ſancti . *D. Iſidor. de vita, & morte Sanctorum cap. 68. S. Hildephonſ. in lib. de Virginitate S. M. cap. 10. Radulph. Ardens hom. 2. in Natiuit. B. M. V. D. Petrus Damian. in orat. ad Deum Filium. D. Bernard. ſerm. 4. in Aſſump. B. M. V. S. Petrus Maurit. Cluniac. lib. 3. Epiſtolar. Epiſt. vlt. Nicolaus Monach. in Epiſtol. de Concept. B. M. V. ad Petrum Cellenſem . Petrus Bleſ. ſerm. 38. Cæſarius Ciſterc. in hom. de Viſit. B. M. V. D. Bonauent. in Canticis Pſalterij* B. *M. V. Io: Hildesheimenſis cap. 13. Defenſorij Ordin. Carm. D. Antonin. in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 29. Maurit. de Villaprobata ſerm. 8. Coronæ nouæ B. M. Io: Picus lib. 2. in Cantic. cap. 13. & S. Thomas de Villanoua in Conc. 2. de Aſſumptione Beatæ M. V.*

Sacrarium Dei, quia omnes Theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ in eius vtero ſunt reconditi, in quo & Verbum Caro factum eſt , in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. *S. Hildephonſ. ſer. 1. de Aſſumpt. Beatæ Mariæ V.*

Sacrarium Dei animatum . *S. Io: Damaſcen. in Menæis Græcorum die 25. Martij .*

Sacrarium ſacratiſſimum virginitatis . *Idem in orat. 4. de Natiuit. B. M. Virg.*

Sacrarium purum virginitatis , in quod Spiritus ſanctus deſcendens , effecit ſplendidum , & ſanctiſſimum tabernaculum Filij excelſi. *S. Ioſeph Hymnogr. in Mariali .*

Sacrarium Domini ſpeciale . *Idiota de B. M. V. part. 16. Contemplat. 4.*

Sacrarium , in quo Deus Dei Filius carnem ſuſcepit . *D. Petr. Damian. ſerm. 1. de Natiuitate S. Ioann. Baptiſtæ .*

Sacrarium plenitudinis totius diuinitatis ad inſtar Cæli . *Idem hom. in Natiuit. B. V. M.*

Sacrarium Regis, cuius honor iudicium, pedum, cuius eſt ſcabellum, ſumptæ carnis indumentum . *D. Anſelm. in Pſalterio* B. *V. M. part. 2.*

Sacrarium Spiritus ſancti , in quo , & per quod Dei ſapientia humanæ naturę coniũgi voluit, & incorporari , & omnibus ſe pura mente confitentibus parcere , & miſereri . *Idem in libro, ſiue Tractatu de Concept. Sanctiſs. V. M.*

Sacrarium vniuerſalis propitiationis . *Idem ibid.*

Sacrarium omnium virtutum, gigniendo Dominum virtutum, & Regem gloriæ Chriſtum. *Idem in orat. ad B. Virg.*

Sacrarium ſanctarum ſcripturarum. *Rupert. Abb. lib. 4. Commentar. in Cantic. Canticor.*

Sacrarium Spiritus ſancti illibatum . *Idem lib. 2. Coment. in Ioannem .*

Sacrarium Spiritus ſancti , in quo totus Deus nouem menſibus habitans , dignatus eſt homo fieri . *Idem lib. 3. de Diuinis Officijs cap. 6.*

Sacrarium, in quo Deus requieuit. *Petrus Bleſ. ſerm. 38.*

Sacrarium , in quo repoſiti, fuerunt ſacri libri per ſcientiam vtriuſque teſtamenti : ibi ſacra veſtimenta, quia veſtita fuit , & ornata virtutibus vniuerſis, vel quia ſanctiſſima, & mundiſſima humanitate veſtiuit Vnigenitum Dei: ibi reliquiæ,ſcilicet beatiſſima membra Chriſti : ibi ſacra vaſa miniſterij diuini ; eſt enim ſacrarium, locus templi , in quo ſacra reponuntur. *Rich. à S. Lau. de laud. SS. M. V. lib.* 10.

Sacrarium Chriſti. *D. Bonauent. in Pſalterio* B.M. *Virginis .*

Sacrarium Spiritus ſancti , quia concepit ex Spiritu ſancto . *S. Thom. Aquin. in Expoſ. ſalutat. Angelicę .*

Sacrarium Dei. *S. Mechtild. lib. 1. gratiæ ſpiritualis cap. 45.*

Sacrarium innocentiæ . *Martin. de Magiſtris in Expoſitione ſuper Cant. Salue Regina .*

Sacrarium miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Sacrarium amantiſſimum , ac præelectiſſimum , quod ſpiritus ſanctus indeſinenter inhabitauit, atque poſſedit . *Dionyſ. Carth. lib. 2. de Prec. Mariæ art. 28.*

Sacrarium familiariſſimum Spiritus ſancti. *Idem lib. 2. de laud. SS. Virg. art. 26.*

Sacrarium præſtantiſſimum Paracleti adorandi. *Idem lib. 2. de laud. SS. Virg. art. 9.*

Sacrarium Spiritus ſancti inuiolatum . *Bernard. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coronat.* B. *M. V.*

Sacrarium Spiritus ſancti Deo dicatum , ornatum bonis moribus, pace Chriſti (quæ homines

nes Angelos facit) refertum, intelligentiæ lumine coruſcum, diuina decorum gratia, interiori, exteriorique puritate nitidum, nec vllius vnquam mali conſcium, & omni veneratione digniſſimum. *Claud. Rap. Celeſtin. ſerm. 2. de Concept. B. M. Virg.*

Sacrarium Domini. *Ioan: Picus lib. 3. in Cantic. cap. vlt. & D. Caſimirus Poloniæ Princeps, in Hymno de B.V.*

Sacrarium totius Trinitatis. *S. Thomas de Villanoua ſer. 1 de Annunciat. B. Virg.*

Sacrarium immaculatum Verbi Dei. *Ludouic. Bloſius in Endologia 2. ad B. Virg.*

Sacrarium venerandum Spiritus ſancti. *Idem in Endologia 1. ad B. Virg.*

SACRIFICIVM clariſſimum Deo oblatum. *S. Germ. Conſtant. orat. 1. in Præſent. B.V.*

SADOC, aliorum iuſtificatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laudib. Sanctiſs. V. fruct. 4.*

SAGENA Angelorum manibus ſubtiliſſimè contexta, per quam captus eſt Leuiathan; per ipſam enim proiectus eſt draco ille, & ſerpens antiquus, & ipſa contriuit caput eius, & fecit confuſionem in domo Nabuchdonoſor. *Ern. Prag. in Mariali cap. 108.*

Sagena verè aurea, nam ſi Nero Cæſar, tantę fuit, vt legitur, voluptatis, vt retibus aureis piſcaretur: non eſt mirum ſi noſter Imperator, qui imperat ventis, & mari, piſcari cum hac ſagena delectatur. *Idem ibidem.*

Sagena Dei, quæ non ſibi ſoli laborans, aut pro ſe ſola, vel ſuis etiam domeſticis, aut pro ciuitate ſua, aut pro Populo, aut pro Regno ſollicita exiſtens, ſed totum vniuerſum in ſuo concludens pectore, ipſius reparationem, & renouationem charitate copioſiſſima impetrauit. *Idem ibidem.*

Sagena Dei totum occupans, totum amplectens, totum ad littus trahere ſatagens, vnde ipſa dicit Eccleſ. 24. Gyrum cæli circuiui ſola, & per conſequens, quidquid cęli ambitu continetur, ergo, & ipſum etiam infernum, qui in viſceribus terræ eſſe creditur. *Idem ibidem.*

Sagena, quæ ducta in altum valde nauicula cordis ſui, ac omnibus deſiderijs animæ ſuæ, in capturam laxatis, illum optimum Piſcem cępit, qui in craticula crucis aſſatus fuit, & ad noſtras delicias diligentiſſimè præparatus. *Idem ibidem.*

Sagena, quæ peccatores quoſque, qui ſunt mębra Diaboli capere Chriſto non diſinit, & vſque ad futurum ſęculum non definet. *Idem ibidem.*

SAGITTA, quæ Sponſum cœleſtem vulnerauit. *Hugo Carenſ. in Cap. 24. Eccleſiaſt.*

Sagitta electa, quæ caput iniquorum Iuliannm Apoſtatam interfecit. *Ern. Prag. in Marial. c. 26.*

Sagitta electa, quæ ipſum inuulnerabilem omnipotentis Filium vulnerauit. *Idem ibidem.*

Sagitta Ionatę, ideſt Chriſti, quæ nunquam abijt retrorſum; nunquam enim tam durum inuenit obſtaculum, quod non facillimè penetrauerit. *Idem ibidem.*

Sagitta Chriſti electa, quia eius virtus, & operatio velociſſimè agitur, rectiſſime dirigitur, profundiſſimè penetrat, nunquam reflectitur. *Idem ibidem.*

Sagitta contra ſerpentem antiquum. *Bernard. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coronat. Virg.*

SAL terræ, à peccati putredine præſeruans. *Iacob de Vorag. ſerm. 6. de Aſſumpt. Sanctiſ. M.*

Sal terræ, quod mundum inſipidum condiuit. *Idem ibidem.*

Sal optimum terræ, quod quam plurimos à peccati putredine præſeruauit, & inſipidum mundum condiuit. *Bernard. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſumpt. B. M.*

SALAMANDRA, quia ſicut Salamandra, vt dicit Iſidorus, non modo in igne viuit, ſed, vt glacies ignem extinguere dicitur: ita B. Virgo in fornace ſuccenſa huius mundi, quaſi Salamandra exiit, quia non tantum ab igne illeſa fuit, ſed & ipſum ignem libidinis in alijs extinxit. *Ern. Prag. in Mariali. cap. 81.*

Salamandra, quia ſicut ſalamandra in igne non conrumpitur, aut comburitur, ſed perficitur: ſic Virgo benedicta in igne peccati originalis, non fuit vita, aut combuſta, ſed perfectior effecta, & gratia repleta. *Io. de Mepſi in tract. de Immaculata Concept. pag. 86.*

SALATHIEL virginitate ſeruata filijs editione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. V. fruct. 4.*

SALE templi aſcenſione, & ibidem à parentibus dimiſſione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſ. M. fruct. 4.*

SALEM ciuitas; ſalem enim dicta eſt ciuitas Melchiſedech, qui interpretatur Rex Iuſtitię, vel Rex iuſtus, vel Rex pacis, vel Rex pacificus, & ſignat Chriſtum; Salem vero interpretatur pax, vel iuſtitia, aut miſit, aut perfecti, aut reddens, aut reddita, aut conſumata perfectè, aut conſumatio perfectionis, & deſignat Mariam. *Rich. à S. Laur. de laud. V. M. lib. 11.*

SALINVM; fuit enim vas apcum ſali, ideſt ſapientiæ Dei recipiendæ. *Richard. à S. Laurent. de laud. Virg. lib. 10.*

SALIX, quia ſi ſalix habilis, eſt vitibus vinciendis, eiuſque folia, oliuæ foliis ſunt ſimilia, & ſemen hauſtum in poculo ſterilitatem dicitur operari: Maria vincit, ideſt, ligat vites, ideſt, flexibiles paxillo ſuſtentat, ideſt, Filio, de quo dicit Pater. Iſai. 22. Figam paxillum in loco fideli; eius folia, ideſt verba foliis oliuæ ſunt ſimilia, nam miſericorditer loquitur pro nobis bonum, in conſpectu Vnigeniti ſui: eiuſque ſemen, ideſt, Filius ſua prędicatione multus ſteriles fecit à fructu carnali, alliciens eos ad propoſitum caſtitatis. *Richc. à S. Laurent. de laud. Sanctiſ. Mariæ lib. 12.*

Salix, ſic dicta, eo quod celeriter ſaliat, ideſt creſcat, arbor infructuoſa, prope aquas libenter creſcens, frigida, glacilis, amara, & flebilis; Maria enim ſaliit celerrimè, quia ante tota fuit ſancta, quam nata, fuit infructuo-

diuoſa, quoad propoſitum virginitatis; prope aquas gratiarum, & donorum creuit; fuit frigida per caſtitatem, gracilis per humilitatem, amara per compaſſionem, flebilis quoad Deum obedientiæ, quo ad nos miſericordia, quoad ſe humilitate perfecta. *Idem ib.*

Salix virens. *D. Bonauent. in Pſalt. minori B. Mariæ Quinquagena. 3.*

SALMON corporis, & animæ plena concordia, & coniunctione. *Bartbol. de Piſis lib. 2. de laud. Sanctiſſ. Mariæ fruct. 4.*

SALVTATIO totius mundi. *D. Hildephon. ſer. 7. de Aſſumpt. B. V.*

Salutatio fidelium. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Salutatio mundi. *Idem ibidem.*

Salutatio omnium hominum. *Idem ibidem.*

Salutatio humani generis. *Ern. Prag. in Mar. c. 109.*

SALVATRIX mundi. *Anonym. in Can. ad Sanctiſſ. Deip. qui extat in Rituali Græcor. pag. 813.*

Saluatrix mundi ſuo modo. *S. Ioan. Damaſc. in Menæis Græcor. die 15. Auguſti.*

Saluatrix noſtra apud Deum omnipotentem. *S. Anſel. in orat. de B. Virg.*

Saluatrix generationis. *D. Bonauent. in Canticis. Pſalterij B. Virg.*

Saluatrix noſtra. *Idem ibidem.*

Saluatrix perditorum. *Idem in Pſalt. B. V.*

Saluatrix omnium peccatorum. *Albert. Magnus ſuper miſſus eſt. cap. 225.*

Saluatrix mundi, quia eum, qui orbem refecit, ipſa concepit, & edidit, lactauit, & fouit. *Dion. Carth. lib. 2. de Prec. B. Mariæ art. 9.*

Saluatrix noſtra; ſi enim Paulo Chriſti miniſtro, licuit dicere de Iudæis, vt ſaluos faciam aliquos ex eis, quanto magis potentiſſimæ Matri Chriſti adſcribitur, quod ſit eorum ſaluatrix, quibus indeſinenter auxiliatur, pro quorum ſollicitatur ſalute, quorum eſt fideliſſima aduocata, affectuoſiſſima mater, reconciliatrix piiſſima, adiutrix, & protectrix aſſidua. *Idem lib. 2. de laud. V. art. 23.*

Saluatrix Orbis, non propter efficientiam, quoniam, nec ſalutem, nec gratiam ipſa efficit, ſed propter ſubuentionem, quia gratiam, felicitatemque nobis precatur, atque procurat. *Idem. lib. 2. de Prec. B. M. art. 9.*

Saluatrix peccatorum. *Maurit. de Villaprobata ſer. 17. Coronæ nouæ B. V.*

SALVS firma vniuerſorum Chriſtianorum, ad eam ſincerè, & verè recurrentium. *D. Ephrem. in ſer. de laud. Virg.*

Salus mundi. *Idem ibidem. Goffrid. Abbas in orat. ad Matrem Domini. Ern. Prag. in Mariali cap. 66. Io. Gerſon in ſerm. de Spiritu ſancto. & Maurit. de villaprobata ſerm. 3. Coronæ nouæ B. V.*

Salus omnium. *D. Ephrem. in ſer. de laud. V. & Io. Trith. lib. 3. de Miracul. B. V. in vrticeto cap. 6.*

Salus maxima in quouis loco. *D. Greg. Nazian. in Tragœdia de Chriſto patiente.*

Salus noſtri generis. *Idem ibidem.*

Salus animarum noſtrarum. *Eutychianus in vita Theophili. Andreas Cret. orat. 2. in Annun. SS. V. B. Io. Damaſc. in Paracl. B. V. & Theod. Laſcb. Imperat. in Can. ad Sanct. Deiparam.*

Salus totius mundi. *Eutychian. in vita Theophili.*

Salus conſummata animarum noſtrarum. *Anonim. in Eucologio ſeu Rituali Græcor. in Can. pro pueris vita functis.*

Salus generis Chriſtianorum. *Idem in Eucologio, ſeu Rit. Græc. in Officio Aquæ benedictæ minoris.*

Salus integra animarum. *Idem in Euchiolog. ſeu Rituali Græcorum in officio communis ſupplicat.*

Salus vniuerſorum. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſ. B. V. & S. Io. Dam. Can. in S. Simeon Styl.*

Salus communis humani generis. *S. Germ. orat. in Annunc. B. V.*

Salus indeficiens. *Idem orat. 2. in Dormit. B. M.*

Salus vere mundi. *Idem orat. in Annunc. Sanct. V.*

Salus generis hominum. *Coſm. Hieroſ. in Theogon. hymn. 6.*

Salus certa confidentium in ea. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. V.*

Salus credentium. *Idem in Cant. Græc. ſono 1.*

Salus delinquentium. *Idem ibidem.*

Salus fidelium. *Idem in Paracl. B. V.*

Salus humani generis. *Idem Carmin. de Annunc.*

Salus hominum ſaluans ex corruptione, & ad ſalutem reducens. *Idem in Paracl. B. M.*

Salus noſtra, beneuolentiæ plenam conſolationem nobis præbendo. *Idem in Paracl. B. M.*

Salus noſtra in tentationibus. *Idem ibidem.*

Salus omnium noſtrorum. *Idem in Cant. Eccleſ. Græcor. ſono 2.*

Salus perfecta animarum. *Idem in Paracl. V.*

Salus ſecura in tribulationibus. *Idem ibidem.*

Salus ſecura, quæ genus hominum cœlificauit. *Idem ibidem.*

Salus vera mundi, Creatorem pariendo. *Id. ibid.*

Salus hominum. *S. Io. Damaſc. Cant. in Nat. B. V.*

Salus perfecta animarum noſtrarum. *Idem in Offoec. Græc.*

Salus omnium hominum. *Theoſterictus. in vita S. Niceræ, & Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Salus Chriſtianorum. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali*

Salus confugientium ad ſe. *Idem ibidem.*

Salus in omni loco, & tempore inuocanda. *Idem ibidem.*

Salus omnium fidelium. *Idem ibidem. & Theod. Laſcb. Imperator in Can. ad Sanct. Deip.*

Salus omnium illorum, qui eam veriſſimam Domini genitricem cognoſcunt. *S. Ioſeph Hymnograph. in Mariali.*

Salus omnium moralium. *Idem ibidem.*

Salus Populi chriſtiani. *Idem ibidem.*

Salus à Deo prædeſtinata, Prophetarumque oraculis prænunciata. *Nicetas Dauid homil. de Nat. B. M.*

Salus ægrotantium. *Ioann. Geometr. ſerm. in Annunciat. Virg.*

Salus fœcunditatis. *D. Anſel. in orat. ad B. Virg.*

Salus indeficiens nobis propoſita. *Euthymius encomio in adorat. venerandæ Zonæ Sanct. Deip.*

Salus vnica credentium. *Petrus Diacon. ſerm. in Aſſumpt. B. Mariæ.*


Salus

Salus orbis. *B. Bernard. ſer. ſuper Salue Regina, & D. Bonau. in Pſalt. min. B. V. M. Quinquag. 1.*

Salus mundi, quia omnium ſalus per ipſam facta eſt. *Richard. à S. Victore expoſitione in Cantic. Canticorum cap. 26.*

Salus certa. *Adam de Perſ. in Mariali fragm. 2.*

Salus ad ſe ex fide accurrentium. *Theod. Laſch. Imperator in Pœm. B. M. Virg.*

Salus cordium *D. Bonau. in Pſalterio B. M. Virg.*

Salus ex Iudæis. *Idem in Pſalterio minori Beatæ Mariæ Virg. Quinquagena 1.*

Salus hominum tutior. *Idem in laud. B. V. M.*

Salus inuocantium. *Idem in Cant. Pſalt. B. M. V.*

Salus noſtra in Domino. *Idem ibidem.*

Salus vera. *Idem in Litaniis Pſalterij B. V. M.*

Salus æterna omnium pia ipſam voluntate laudantibus. *Philetheus in Menæi Græcorum die 16. Iulij.*

Salus noſtra, per quam, & Cœlos inhabitamus, & Paradiſum recuperauimus. *Iſidor. Theſſal. orat. de Aſſumptione Beatæ Mariæ V.*

Salus deſperanti. *D. Lauren. Iuſtin. in libro de Caſto Connubio verbi, & animæ cap. 9.*

Salus iuſtorum. *Idem de triumphali Chriſti Agone capite 7.*

Salus in periculis. *Io. Palcouydorus lib. 3. tripartiti faſciculi Hiſtoriar. Ord. Deip. V. M. de Monte Carmelo cap. 7. & S. Ioan. Damaſcen. in Cantic. Græcorum ſono 1.*

Salus mundi fœuientis. *Bernardin. de Buſtis in officio Concept. Beatæ M. Virg.*

Salus tuta, & pacis origo. *Bapt. Mantuan. Tom. 2. lib. 1. Partben. Marianæ.*

Salus viuentium. *Ioan. Tritbem. lib. 1. de Miraculis B. M. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Salus mundi, quia omnium ſalutem, qua nihil Deo gratius, ſemper deſiderauit, quæ fuit, & obtinuit, & quia per ipſam ſalus mundi facta eſt. *Dion. Fab. Tract. 1. de Concept. B. M. V.*

Salus certa fidelium poſt Vnigenitum ſuum. *Ludouic. Bloſius in Endologia ad B. V.*

SALVTARE Dei, per quam S. Iacob iam morti proximus vitam ſperabat æternam, dicens: Gen. 49. Salutare tuum expectabo Domine; per eam enim ipſe Deus Rex noſter ante ſæcula diſpoſuit operari ſalutem in medio terræ. *Richard. à S. Lauren. de laud. Virg. lib. 2.*

SAMARIA, quia ſi Samaria interpretatur cuſtos Domini, vel conuinctio Domino; Maria verè cuſtodiuit Dominum ſibi, vnde dicit: Tenui eum nec dimittam. Cant. 3. Cuſtodiuit etiam ſe Domino dicens. Cant. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Idem Can. 7. Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius, ipſa etiam precibus ſuis coniungit nos Domino diſiunctos prius ab eo per peccatum, ſi tamen pœnitentes, dimiſſo peccato, confugemus ad eam. *Rich. à S. Lauren. de laud. Virg. lib. 12.*

SAMARITANA., quę potui fidei, ſpecialiùs omni creatura Deum potauit, quando reſpondit Angelo: Ecce Ancilla Domini, fiat mihi; tunc enim ei dixit Chriſtus: Da mihi bibere. Ioan. 4. *Richard. à S. Lauren. de laud. Sanctiſs. Virg. lib. 4.*

SAMIVS lapis albus, grauis, atque frangibilis, quia puriſſima, candidiſſima, cunctiſq; ponderoſa virtutibus, & facilis ad commiſeratione, omnem vertiginem, & mentis alienationem à ſuis pellens fidelibus, antiquas ſiſtens pœnitentium lachrymas in oculis cordis, & bonarum cogitationum abortum prohibens, intellectus veram illuſtrationem exercitantibus ſe in contemplatione diuini amoris præbens. *Ioan. Thitbem lib. 1. de Miraculis Beatæ Virg. in Vrticeto cap. 7.*

SANATIO manifeſta ægritudinum eorum, qui ad eam recurrunt. *Theodor. Laſchus Imperator in Can. ad Sanctiſſ. Deiparam Virg.*

SANATRIX percuſſionis Euæ. *D. Auguſtin. ſer. 17. de Natiuit. Dom. qui eſt 21. de tempore.*

Sanatrix hominum, ſecundum animam, & corpus, ſuperans omnes in gratia ſanitatum. *Alber. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 151.*

Sanatrix hominis in anima, & in corpore, per benedictum fructum ventris ſui. *D. Antoninus in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 19.*

SANCTA SANCTORVM. *Andreas Cretenſis Can. in Natiuit. B. M. V. Hugo de S. Vict. lib. 3. Erudit. Theologicar. 2. tit. 125. Rupertus Abbas lib. 7. & vlt. Comment. in Cantic. D. Bernardm. ſer. 2. ſuper Salue Regina, & Arnold. Carnoten. tract. de illo verbo Dom. Mulier ecce filius tuus.*

Sancta Sanctorum, quæ Sanctum Sanctorum nobis peperit ſanctos omnes facientem Chriſtum Redemptorem. *S. Ioan. Damaſcen. in Cantic. Græcorum ſono 1.*

Sancta Sanctorum, quę ſola concepit Deum incommutabilem. *Idem in Canticis Eccleſiaſticis Græcorum ſono 2.*

Sancta Sanctorum, quia ſummum Sacerdotem, qui dicitur Sanctus Sanctorum Dan. 9. ſolum in ſe ſuſcepit. Sancta enim Sanctorum locus erat Templi ſecretior, adiquem nullius erat acceſſus, niſi tantum Sacerdotis. *Richard. à S. Laur. de laud. Sanctiſſ. V. M. lib. 10.*

Sancta Sanctorum, in qua fuit pretioſus ille Theſaurus Tabernaculum Dei, Thronus Dei, atque Thalamus Dei. *D. Bernard. Senenſis Tom. 3. ſerm. de Aſſumptione B. M. Virg.*

SANCTIFICATIO. *D. Epiphan. lib. 3. aduerſus hæreſes hæreſi 79. & S. German. Conſtan. orat. 1 in Præſent. B. M. V.*

Sanctificatio in Sancta Sanctorum nobis nata, per quam digni facti ſumus Regni cæleſtis. *S. Io. Chryſoſt. orat. de Natiu. B. V.*

Sanctificatio rerum omnium. *S. Ioan. Damaſcen. orat. 1. de Aſſumpt. B. M. V.*

Sanctificatio ſplendidiſſima. *Idem Can. in Annunciatione Deipar.*

Sanctificatio Dei. *Iacobus Monachus orat. de Natiuitate B. M. V.*

Sanctificatio immaculata. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 4.*

Sanctificatio vnica, ad cuius ſuſceptionem San-

ta Sanctorum apparata ſunt. *Idem in Mariali orat. 2.*

SANCTIFICATRIX mundi. *Paulus de Heredia in Tractatu de Concept. B. M. V.*

SANCTITAS pleniſſima. *Origen Homil. 1. in diuerſos.*

Sanctitas nitens. *D. Anſelmus in inuocatione Sanctiſſ. M. Virg.*

Sanctitas matronarum. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 2. Luc.*

SANCTVARIVM. *Anonym. in Menæis Græcor. die 30. Maij.*

Sanctuarium Deo præparatum. *S. Gregor. Thaumaturg. ſer. 3. in Annunc. Beatæ M. V. & S. Io. Chryſoſt. orat. de Annunc. B. V. M.*

Sanctuarium Spiritus ſancti. *D. Hieronym in lib. aduerſus Heluidium, & Ioan. Picus lib. 3. in Cantic. cap. 14.*

Sanctuarium totius ſacerdotalis Patriæ. *Andr. Creten. orat. 1. de Dormit. B. Virg.*

Sanctuarium totius ſacri cultus, & ſacrificij. *Idem orat. 1. de Dormit. SS. M. V.*

Sanctuarium perlucidum, ab omni peccati communione liberum ſeruatum. *S. Georg. Nicomed. orat. 1. de Præſent. B. M. Virg.*

Sanctuarium diuinæ gloriæ præconijs celebratum. *S. Germ. Conſtan. ſer. in Natiu. B. M. V.*

Sanctuarium manifeſtum. *Theophan. Nicenus hymn. in Annunciat. SS. Deiparæ Virg.*

Sanctuarium ſpiritale, quod Deum, qui in ſanctis requieſcit, peperit. *S. Ioſeph. hym. in Mar.*

Sanctuarium Dei. *Arnoldus Carnotenſis Tract. de illis Verbis Domini: Mulier ecce filius tuus. D. Antonius de Padua ſerm. 2. in Sab. Dominicæ 2. Quadrag. Iacob. Monach. in Mariali orat 6. & D. Thom. de Villanoua in Con. 3. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Sanctuarium, ad cuius limen alis ſubmiſſis per humilitatem, & capite ad collum retorto per continuam deuotionem prædicantes gloriam Dei, & venerantes ſcabellum diuinitatis adorare debemus, quoniam ſanctum eſt. *Petrus Cellenſis ſerm. 2. in Annunciat.*

Sanctuarium, quod ſi non ſufficimus penetrare, tamen poſternimur adorare, & tanquam ſanctas reliquias tangere. *Idem ſerm. 6. de Aſſumptione Beatæ Virg.*

Sanctuarium Domini ſpeciale, de quo ipſe dicit Leuit. 26. Pauete ad Sanctuarium meum. *Richard. à S. Laur. de laud. SS. Virg. lib. 2.*

Sanctuarium à Deo honoratum. *Iacobus Monachus in Mariali oratione 4.*

Sanctuarium humanis conſilijs nequiſquam deſeruiens. *Idem in Mariali orat. 4.*

Sanctuarium Sanctuarij, digniſſimum continens in ſe Sanctuarium corporis Chriſti. *Ern. Prag. in Mariali cap. 117.*

Sanctuarium, in quo Deus, & Dei Filius carnem ſuſcepit. *D. Bernard. ſerm. de priuilegijs S. Ioannis Baptiſtæ.*

Sanctuarium, in quo repoſita eſt arca Theſaurorum omnium, ſcilicet Filius Dei, in quo ſunt omnes Theſauri ſapientiæ Dei abſconditi. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 6. de Annunciatione Beatæ Mariæ Virg.*

Sanctuarium ſpeciale Domini. *Maurit. de Villaprobata ſer. 26. Coronæ nouæ B. M. V.*

SANGVIS cordis Chriſti: ſicut enim ſanguine viuificantur, & roborantur omnia membra corporis, ſic per Mariam omnes viuificantur à peccato, & fructuoſiores fiunt ad Deum. *D. Birgitta lib. 4. Reuelation. cap. 19.*

SAPIENTIA emphaticè. *Richard. à S. Laurent. de laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 2.*

Sapientia filijs ſuis vitam inſpirans gratiæ, & gloriæ, Eccleſiaſt. 4. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper librum Eccleſiaſt.*

Sapientia, in qua nulla fuit ignorantia ſecretorum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 96.*

Sapientia, iuſtum deducens per vias rectas, & oſtendens illum regnum Dei. *Idem ſerm. 1. in Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Sapientia mater omnium. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Sapientiæ.*

Sapientia, quæ non inuenitur in terra ſuauiter viuentium Iob 28. *Ern. Prag. in Mar. c. 60.*

Sapientia, quam Dei ſapientia Ieſus Chriſtus ſuper ſalutem, & omnem pulchritudinem dilexit. *Idem in Mariali cap. 1.*

Sapientia per emphaticam locutionem. *Ioan. Gerſon. Tract. 9. ſuper Magnif.*

Sapientia totius orbis. *Paulus de Hered. in Tract. de Conceptione B. M. Virg.*

Sapientia mundi, cuius amore creauit Deus cælum, & terram, non ſolum autem totus mundus amore Beatiſſimæ Virginis à Deo conditus eſt, ſed etiam ſuſtentatur; mundus enim ipſe, ob noſtras prauas actiones nullo pacto conſiſtere poſſet, niſi ipſa glorioſa Virgo, cum ſua miſericordia, & clementia pro nobis orando ſuſtineret. *Petrus Galat. lib. 7. de Arcanis cap. 21*

SAPHIRVS inæſtimabilis claritatis. *Alb. Mag. ſerm. in Conuerſione S. Pauli Apoſt.*

Saphirus, quia ſi Saphirus gemma corpus, & membra integra vegetatione conſeruat, ardorem interiorem refrigerat, tollit, & ex oculis, & ex fronte dolores medetur, & linguę vlcera fugat, & ſedat, & illum morbum horribilem, qui vulgo dicitur, Noli me tangere, optiſſimus; eſt contra fraudes, & inuidiam, & contra terrores, de Maria dicitur Sap. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. *Ern. Prag. in Mariali cap. 42.*

Saphirus, in cuius viſceribus operatione Spiritus ſancti generatus eſt rubinus, ſiue carbunculus, ſcilicet Dominus noſter Ieſus Chriſtus. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 1. de Nominat. Beatæ Mariæ Virg.*

Saphirus, ſuper pulchritudinem ſaphiri ſpecioſiſſima, amatoris ſui ſpirituale corpus vegetans, ardorem cupidinis illicitę fugans, caſtitatis donum conferens precantibus, ſudorem reſtringens putridũ in peccatis, frontis

tis intérni hominis dolorem mitigans, ſordes oculorum cordialium purgans, ventris conſcientiæ torſiones pœnitentium ſanans, anthraces ſolo tactu liberans, pium mitemque reddens, atque pacificum, in bonis operibus faciens deuotum, & ſeruans hominem à fraudibus, dolis, ac terroribus Dæmonum immunem ſemper, & illæſum. Et ſicut Saphirus gemma gemmatum ſuapulchritudine, ac virtute mirabili omnes pretioſos excellit lapides: ſic Beatiſſima Dei Genitrix Virgo Maria dignitate, meritis, atque virtutibus, vniuerſos ciues longè ſuperat cœleſtes. *Ioan. Tritbem. lib. 1. de Miraculis Beatæ Mariæ Virg. in Vrticeto cap. 7.*

Saphirus, triſtes fidelium mentes lætificans. *Idem lib. 1. de Mirac. B. M. V. in Vrticeto c. 6.*

Saphirus ſpiritualiter, quia ſicut ſaphirus eſt ſuper omnes gemmas, ſic ipſa ſuper omnes puras creaturas: ſicuti ſaphirus Apollini, ità ipſa Deo eſt conſecrata: ſicuti ſaphirus regis digito conuenit, ſic ipſa Dei Filio cœlesti régi conueniens mater fuit. *Maurit. de Villaprobata ſer. 30. Corona nouæ B. M. V.*

Saphirus, non ſolum ob gloriam, ſed ob omnimodam puritatem, quia ſicut ſaphirus, licet ex elemento terreſtri opaco, & obſcuro originem habeat, à ſui tamen principio diaphanus, & clarus eſt: ità immaculata mater Meſſiæ, etſi à parentibus peccato obnoxijs prodierit, à ſui tamen initio clariſſima, & abſque originalis peccati macula fuit. *Petrus Galat. lib. 7. Arcan. cap. 18.*

SARA, quæ nos peperit Iſa. 51. nam in illo nobis mater facta eſt, qui nos fratres vocare non confunditur, vt ibi: Narrabo nomen tuum fratribus meis, *Garnerius Lingon. ſer. 2. in Purificat. Beatæ M. Virg.*

Sara, quæ princeps interpretatur; obtinuit enim principatum ſui, principatum mundi, & principatum Cæli: principatum quidem ſui, quia voluptatibus non conſenſit: principatum mũdi, quia eam mũdi vanitas non ſeduxit: principatum Cæli, quia ad Filij dexteram ſuper choros angelorum iam aſcendit. *Idem ibid.*

Sara, quia miſcuit tria ſata farinæ. Gen. 18. diuinitatem, ſcilicet animam, & carnem. *Rich. à S. Lauren. de laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 1.*

Sara à Deo Patre viſitata, quæ concepit, & peperit Iſaac, id eſt, Chriſtum riſum noſtrum, & gaudium. *Hugo Carenſis in c. 21. Geneſis.*

Sara noſtra chariſſima. *D. Bonauent. in Speculo Beatæ Mariæ Virg. cap. 6.*

Sara princeps, lactans Filium magno Patriarchæ Patri, multarum gentium, quem peperit ei, ad virtutem eius demonſtrandam iam ſeni in fine mundi; non enim datur hoc naturæ, quod vber arens, non infuſum ſemine viri, lac miniſtret vbertim filio naſcenti. *Alb. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc.*

Sara, quę tria ſata farinę miſcuit, quando Chriſtum exiſtentem in tribus ſubſtantijs de ſuis viſceribus generauit. *Geneſ. 18. Iacobus de Voragine in Mariali ſerm. 4. F.*

Sara, quæ interpretatur princeps, vel earbo, carbo quia intangibilis, Princeps, quia Domina, & Imperatrix iſta commiſcuit tria ſata, ſimile, quia omnes electos de tribus filijs Noè in vnum corpus Eccleſiæ congregari procurauit, vel tria ſata ſimile commiſcuit, quia tres naturas, ſiue ſubſtantias in vna perſona Chriſti, tanquam in vno pane, cauſaliter vniuit. *Ern. Prag. in Mariali cap. 104.*

Sara, per contemptum peccatorum. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. SS. V. M. fructu 2.*

Sara Princeps, quæ verum genuit Iſaac, id eſt Filium Dei, in cuius ſemine benedicentur omnes gentes, per quem omnis Creatura principatum habuit. D. *Bernard. Senenſis Tomo 3. ſerm. 3. de glorioſo Nomine Mariæ.*

Sara, quæ tria ſata farinæ commiſcuit, quando Chriſtum exiſtentem in tribus ſubſtantijs de ſuis viſceribus generauit. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 3. de Natiuitate B. M. V.*

Sara noſtra, cui Abraham, id eſt Deus, dixit Gen. 18. Accelera, tria ſata farinæ commiſce, & fac ſubcinericios panes; tunc enim tria ſata farinæ commiſcuit, quando Chriſtum exiſtentem in tribus ſubſtantijs, nempe animæ, corpore, & diuinitate, de ſuis viſceribus generauit. *Petrus Bardus ſerm. 5. de Conceptione Beatę Mariæ Virg.*

SARDIVS, quia ſi Sardius gemma fluxum ſanguinis reſtringit, Maria fluxum peccati cohibet, vnde: Qui audiuit me, non confundetur; & qui operantur in me non peccabunt. Eccl. 24. *Ern. Prag. in Mariali cap. 42.*

Sardius lapis inter ardentes gemmas coloris rubei computatus, ſpirituales augęs diuitias, Dæmonum à dormientibus horrendas ſomniorum reprimens laruas, hilaritatem inducens, acuens ingenium, inimicos vincens, & ſtringens ſanguinis fluxum. *Io. Tritb. lib. 1. de Miraculis Beatę M. V. in Vrticeto cap. 7.*

SARDONYX, quia ſi Sardonyx gemma compeſcit lites: Maria ſuper omnia deteſtatur eum, qui ſuſcitat inter fratres diſcordias, Prou. 6. *Ern. Prag. in Mariali cap. 42.*

SAREPHTANA mulier, quę etiam modo vati Eliæ in filijs præbes refocillamen, & hoſpitium, cui & iugiter Elię ſucceſſio profecunda patris verba, deuotione feruida replicabit: Da mihi filium tuum. *Arnoldus Boſtius cap. 1. §. 1. lib. de Patron. & Patrocin. Deipar. Virg. in Carm. Ordin.*

SARVG, recta morum regulatione, *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructu 4.*

SATIETAS congregationum ſanctarum. *Adam de Perſenia in ſer. de Aſſumpt. B. M. V.*

SATISFACTIO noſtra digna, coram Largitore cunctorum bonorum. D. *Bernard. Senen. Tom. 1. ſerm. 61: Maurit. de Villaprobata ſer. 2. Corona nouæ Beatæ Mariæ.*

SATVRNVS ſpiritualiter. *Bern. de Buſt. ſer. 2. de Aſſ. B. M. V.*

SAVL ab humero, & ſurſum ſanctis ſupereminens vniuerſis 1. Reg. 10. *Richard. à S. Laur. de laud. Virg. lib.* 4.

SCABELLVM, de quo dicitur in Pſalm. 98. Adorate ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctum eſt. *Idem ibidem lib.* 10.

Scabellum, in quo pedes Domini ſteterunt; ſicut enim Chriſti diuinitas deſignatur per caput, vndè 1. Cor. 11. caput Chriſti Deus, ſic & eius humanitas, in qua venit ad nos, ſicut pedibus ambulatur, deſignatur per pedes. *Id. ibid.*

Scabellum, quia ſicut in ſcabello quieſcunt pedes, ità Chriſtus Deus, & homo, requieuit in vtero matris ſuę, ſine motu, & ſtrepitu contrario. *Idem ibidem.*

Scabellum, quod adorauerunt tres Magi. Matth. 2. Adorantes Filium ſedentem in gremio matris ſuæ. *Idem ibidem.*

Scabellum pedum Dei, per Filii Dei ſuſceptionem. *Bernard. de Baptis ſerm. 2. de Aſſumpt. V.*

SCALA, quam Iacob vidit ad Celos pertingentem Geneſ. 28. *D. Athanaſ. orat. in Domini occurſum, ſeu in Purificat. B. Virgin.*

Scala cœleſtis, per quam Deus deſcendit ad terras, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad Cœlos. *S. Auguſt. ſerm. 11. de Nat. Domini qui eſt 18. de tempore.*

Scala cœleſtis, quia per ipſam Deus deſcendit ad terras, vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cœlos; ipſis enim licebit aſcendere illuc, qui Deum crediderint ad terras Virginem Mariam deſcendiſſe. *S. Fulgentius ſer. de laud. Sanctæ Virg. ex partu Saluatoris.*

Scala cœleſtis, in quam gloria cœlitis deſcendit ad inferiora, quatenus humilitas ad cœli ſubuehereturaltiora. *S. Eleuther. ſer. in feſto Annunc. B. Virg.*

Scala cœleſtis, per quam deſcendit Deus. *Andr. Creten. orat. 2. in Annunc. B. M. & S. Anſelm. in hymn. 2. S. Dei Genitricis.*

Scala intellectualis, per quam deſcendit Deus, noſtraque forma aſſumpta, eandem in cœlos reduxit. *Andreas Cret. Can. in part. B. Mariæ.*

Scala, quam vidit Iacob, qui in diuinis erat initiatus, in qua vidit Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes, quicumque is eſſet aſcenſus, & deſcenſus. *Idem orat. 3. de Dormit. B. Mariæ.*

Scala in cœlum porrecta. *Anaſt. Antioch. orat. 2. in Annunciat. B. Virg.*

Scala Iacob. *Anonym. in Eucolog. ſeu Rituali Græcorum in Can. funereo pro mulieribus defunctis. D. German. Conſtant. ſer. in Nat. B. M. & Bernard. in orat. de B. V. cuius initium Ave Maria.*

Scala ſublimis, & ad cœlum vſque porrecta, per quam Chriſtus deſcendit, cumque mortalibus in exilium pulſis agere vitam incepit. *Anonimus in Menæis Gręcor. die 4. Ianuarij.*

Scala, quæ in cœlum prouehere queat. *D. German. Conſtant. orat. 3. de Aſſumpt. B. Virg.*

Scala à Deo ſuſtentata, ſummo Patriarchę Iacob iucundiſſimè oſtenſa. *Idem orat. 1. in Præſentat. B. M. V.*

Scala celſiſſima, cuius caput ad cęlos vſque pertinebat, ea nempè, quę illic ſunt bona, conſiderans attentius, atque contemplans: ima ſui parte terrę innixa ſubſtantiæ ſuæ, videlicet, pondere deorſum trahente. *Idem orat. in Annunciat. B. M. Virg.*

Scala animata, per quam Excelſiſſimus omnium deſcendens, in terra apparuit, & cum hominibus conuerſatus eſt: quę mortem quaſi ſcalam vſurpans, ex terra in Cœlum in ſua aſſumptione gradum fecit. *S. Io: Damaſc. orat. 3 de Aſſumpt. B. M. V.*

Scala cęleſtis Baſilicæ. *Idem in Cantic. Græcorum ſono 1.*

Scala Cęli. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. B. M. Virg. D. Anſelm. in Medit. B. V. & Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Scala deſcenſus Dei. *S. Io: Damaſc. orat. 1. de Aſſumpt. B. M. Virg.*

Scala Iacob, per quam, qui ſuper terram exaltatur, viſus eſt, & conuerſatus cum hominibus, vt voluit laudabilis Patrum Deus, atque ſuperglorioſus. *Idem in Cantic. Græcor. ſono 1.*

Scala Iacob; vt enim Iacob per extremas ſcalæ partes cęlum cum terra copulatum, & Angelos per eam deſcendentes, & aſcendentes, nec non eum, qui verè fortis, & inſuperabili robore prædituseſt typice ſecum decertantem vidit: eodem quoque modò Beata Virgo mediatricis munere perfuncta, Deique ad nos deſcenſus effecta ſcala (per quam ille infirmam noſtram maſſam aſſumpſit, ſibique ipſi coniunxit, ac copulauit, atque hominem mentem videntem Deum effecit) ea, quæ inter ſe dirempta erant in vnum coegit. Hinc Angeli quidem ad eam deſcenderunt, vt videlicet Domino, ac Deo inſeruirent: homines autem Angelica vitę ratione vſi, in cęlum ſublimes rapiuntur. *Idem in orat. 1. de Aſſumpt. B. M. Virg.*

Scala, per quam è terra in cęlum, & ab interitu aſcendimus ad vitam. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

Scala ſpiritualis in terra firmata ob ortum, quem habuit ex terra, ſed capite pertinens ad cęlum. *Idem orat. 1. de Natiuit. B. M. V.*

Scala viua, quam illud rerum omnium Artifex Dei Verbum ſibi ipſi condidit, cuius ima pars in terra firmata eſt, ſumma autem ad cęlos vſque porrigitur, in qua Deus requieuit, cuius locum Iacob conſpexit, per quam Deus ſine vlla migratione deſcendens, vel, vt rectius loquar, indulgenter ſe dimittens, in terra viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. *Idem ibidem.*

Scala cęleſtis hominibus à Deo facta, per quam Dei Verbum ad nos deſcendit. *S. Io: Damaſc. Can. in S. Iulianum.*

Scala cęleſtis, per quam Dei Verbum deſcendit in terram. *Idem in Octoec. Græcorum.*

Scala intellectualis digna Deo. *Idem Can. in Natiuit. B. M. Virg.*

Scala, per quam ad nos deſcendit Altiſſimus ad cor-

corruptam naturam corrigendam. *Idem in octoec. Græcorum.*

Scala, per quam à terra aſcendimus in Cœlum, & à corruptione ad vitam. *Idem in Can. Sanctiſs. Deiparæ.*

Scala ad cœlum vſque ſublimis à Iacob viſa in ſpiritu, per quam Dominus deſcendit, atque homines ad magnam diuinæ ſcientiæ celſitudinem euexit. *S. Ioſeph Hymn. in Marian.*

Scala cœleſtis, à terra ad cœlum pertingens, per quam Deus Verbum cum hominibus conuerſatus eſt. *Idem ibidem.*

Scala Dei, per quam feliciter imò feliciſſimè aſcenditur. *Idem ibidem.*

Scala Iacob, quæ nos in profundum malorum delapſos, ac perditos ad cœleſtem altitudinem ſubleuauit. *Idem ibidem.*

Scala illa, quæ ad cœlum pertingebat, & in qua Deus innitebatur, homines reddens cœleſtes. *Idem ibidem.*

Scala in exceſſum terrigenas deducens. *Idem ibidem.*

Scala, in qua innixus fuit Deus, è terra ad cœlum exaltans eos, qui cum orthodoxa fide clamant aſſiduè: Benedicite opera Domini Dominum. *Idem ibidem.*

Scala noſtra ſtabilis, atque immobilis. *Idem ibid.*

Scala, per quam quidem Superſubſtantialis deſcendit in terram, nos vero in exceſſum traduxit. *Idem ibidem.*

Scala, quæ omnes per gratiam in altum extollit à terra. *Idem ibidem.*

Scala, quam contemplatus eſt Iacob, per quam omnes in cœlum aſcendimus. *Idem ibidem.*

Scala in cœlum ſubuehens. *Photius Conſtantinopol. orat. in S. Mariæ Natiuit.*

Scala ad cœlum aſcendentium. *Io: Epiſc. Aret. in Tractatu de Dormit. Sanctiſs. V. M.*

Scala cœleſtis tangens cœlum, & per ſuas ſanctiſſimas orationes hauriens aquam viuam luperius de fonte vitæ, qui apud Deum eſt, & indè refundens inferius miſericordiæ nobis miſeris. *Idiota de B. M. V. part. 14. Contempl. 35*

Scala, cui innixus fuit Dominus in incarnatione. *Idem ibidem.*

Scala Iacob, per cuius preces, & interceſſiones pijſſimas, merita, & exempla Angeli aſcendunt contemplando, & deſcendunt ſtrenuè operando. *Idem ibidem.*

Scala Iacob, per quam aſcenderunt, & deſcenderunt Angeli, quando Angelus deſcendit ad eam viſitandum, & noua nunciandum, vel quando Angeli ſancta eius deſideria, ſanctas orationes, & pias loquutiones Domino nunciarunt, quod eſt officium Angelorum. *Idem ibidem.*

Scala Iacob, quam Dominus ei innixus tenet per gratiam illis, qui eam in præſenti imitantur ne à ſeruitio, vel dilectione ipſius impulſu, vel tentatione aliqua corruant. *Idem ibid.*

Scala Iacob, quia ſicut Scala Iacob ſtans ſuper terram tangebat cœlum, ſic Beata Virgine mediante, terrena cœleſtibus vniuntur. *Id. ibid.*

Scala, quam vidit Iacob, quæ ſtabat ſuper terram, & cacumen eius tangebat cælos, & Angeli deſcendebant, & aſcendebant per eam, & Deus erat innixus ſuper Scalam; huius enim pes ſcalæ fuit paupertas, quia B. Virgo contempſit omnia carnalia, & mundana, cacumen fuit exceſſa contemplatio vſque ad cœlum, non ſolum aereum, ſed etiam ſydereum, & empyreum, ſcilicet vſque ad ſedentem in throno Diuinæ Maieſtatis, latera fuerunt virginitas, & maternitas, quæ non facerent ſcalam, niſi coniungerentur ſcalones, ſiue gradus, qui fuerunt fides, ſpes, charitas, puritas, voti firmitas, humilitas obedientia, prudentia, modeſtia, miſericordia, compaſſio, pietas, benignitas, & cæteræ virtutes, vndè ſicut mediante ſcala de alto deſcenditur ad imum, & ab imo aſcenditur ad ſummum; ſic Beata Virgine mediante Dei Filius deſcendit ad nos illectus humilitate eius, & per eam nos miſericorditer aſcendimus in cœlum, qui per Euam ceciderамus in infernum huius mundi. *Idem ibidem.*

Scala, quia ſicut aſcendentes tenent ſcalam manibus, & pedibus, ſic nos tenere debemus Beatam Virginem pedibus, ideſt affectibus, vt eam diligamus, & manibus, ideſt operibus, vt quandiu viximus operemur ei placita, & per eam ſcalam aſcendamus in cœlum, ibique maneamus in æternum. *Idem ibid.*

Scala mortalibus, qua ad cœlos ſcandant. *Leo Imperator in orat. de Aſſumpt. B. M. V.*

Scala, per quam Deus quidem deſcendit, & aſcendit homo incipiens à terrenis, & cœleſtia attingens. *Io: Geometra ſerm. in Annunc. Sanctiſs. Dei Genitricis.*

Scala polum penetrans, & ſydera tangens, quę Deum nobis noſque Deo reparat. *Idem Beatę Virginis hymn. 1.*

Scala cœlum terris iungens, ima ſupernis. *D. Petrus Dam. in Carminibus de Aſſump. B. M. V.*

Scala Dei. *Idem ibidem.*

Scala cœleſtis, per quam ſupremus Rex humiliatus ad ima deſcendit, & homo, qui proſtratus iacebat, ad ſuperna exaltatus aſcendit. *Idem hom. in Natiuit. B. Virg. Mariæ.*

Scala Iacob vniens terrena cœleſtibus. *Hugo de S. Victore lib. 4. Erudition. Theolog. 2. tit. 134.*

Scala peccatorum. *D. Bernard. ſerm. in Natiuit. Sanctiſs. Virgin. de Aquæductu. & Thomas à Kempis in Soliloquijs. cap. 24.*

Scala Angelorum. *Adam de Perſ. in Mar. frag. 3.*

Scala ſpiritualis, à terra in cœlum pertingens. *Theodorus Laſcbus Imperator in Can. ad Sanctiſs. Deiparam Virg.*

Scala, cuius latera, ſibi oppoſita, virginitas, & maternitas, quæ non facerent ſcalam niſi coniungerentur. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. Virg. lib. 10.*

Scala Iacob, cui Dominus innixus viſus eſt, quia iuuat ſeruientes matri ſuæ, & ipſius amatores

tores Filius Dei, contemptores vero eius, & parui pendentes ſeruitium eius, permittit prius cadere in peccatum, deinde in infernum. *Idem ibidem.*

Scala Iacob. Gen. 28. Quæ non oſtenditur, niſi in ſomnis, quia oportet animam ſopitam eſſe à curis ſæcularibus, & occupationibus exterioribus, quæ videre appetit, ideſt intelligere dignitatem, & altitudinem Mariæ, nec oſtenditur eius excellentia, niſi luctantibus contra vitia, & peccata, qui deſignantur per Iacob. *Idem ibidem.*

Scala Iacob, per quam Angeli aſcendentes, & deſcendentes; Angeli enim deſcendebant ad Mariam viſitandam, & aſcendebant ſancta eius deſideria, ſanctas orationes, & pias lachrymas Domino nuntiantes, quod eſt officium Angelorum. *Idem ibidem.*

Scala Iacob, per quam aſcendunt, & deſcendunt Angeli, ideſt viri, qui Angelos imitantur in illis virtutibus, quæ Angelis attribuuntur; hi enim per hanc ſcalam, ideſt, per preces Mariæ, merita, & exempla aſcendunt contemplando, deſcendunt ſtrenuè operando, & qui imitantur eam in præſenti, in morte incurrunt in amplexus Domini, qui videbatur iunixus ſcalæ, quaſi tenens eis ſcalam per gratiam, ne à ſeruitio, vel dilectione Mariæ, tentatione aliqua, vel impulſu corruerent. *Idem ibidem.*

Scala Iacob, per quam deſcendunt Angeli, quaſi parati ad manus eos trahere, qui optarent aſcendere per hanc ſcalam, & ſuccurrere imbecillitati eorum. *Idem ibidem.*

Scala Iacob, quæ ſtare dicitur ſuper terram, & cacumen eius tangere cælum, quia mediante Maria, terrena cæleſtibus vniuntur, ſicut ſcala illa quodammodo cœlum terræ coniungere videbatur. *Idem ibidem.*

Scala innixa ſuper dilectum ſuum per fidem, quia credere non eſt, niſi firmiter inniti veritati. *Idem ibidem.*

Scala, per quam, qui vult aſcendere, debet ſe appendere manibus, pedibus, & genibus; pedibus, ideſt affectibus, vt ipſam diligat, ità quod, ex redundantia illius dilectionis, reſonet in ore eius gratiarum actio, & vox laudis; manibus, vt quandiu viuit ad honorem ipſius Virginis omni inſtantia operetur, quidquid B. Virgini crediderit complacere, genibus, vt ante ipſius imagines, ſiue altaria, & cum recitatur nomen eius, humiliter ea flectat. *Idem ibidem.*

Scala, quia ſicut mediante ſcala ab alto deſcenditur ad Imum, & ab imo conſcenditur ad ſummum, ita Maria mediante; deſcendit Filius Dei ad nos, & per ipſam nos conſcendimus in cælum, qui per Euam cecidimus in miſeriam huius mundi. *Idem ibidem.*

Scala animæ ad Regnum Cœlorum. *D. Bonauent. in Pſalterio B. M. Virg.*

Scala cælica, per quam patet aſcenſus ad æterna. *Idem in libro de Hierarchia Eccleſiaſt. par. 4. circa finem.*

Scala, per quam Angeli aſcendunt, ideſt, qui angelicam vitam ducunt. *Idem ibid.*

Scala, per quam deſcendit Angelus magni conſilij, vt noſtram aſſumeret infirmitatem. *Idem ibidem.*

Scala, quæ à Iacob eſt viſa in ſomnis, quia Mariæ præſentia præuiſa eſt multipliciter à Prophetis. *Idem ibidem.*

Scala Regni Cœleſtis, & gloriæ. *Idem in Canticis Pſalterij B. M. V.*

Scala tangens cœlum. *Idem in Pſalterio minori B. M. V. Quinquagena 1.*

Scala aſcenſionis, de culpa ad gratiam, de mundo ad Cœlum. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper librum Geneſis.*

Scala Cœleſtis, per quam Deus ad nos deſcendit, quæ licet eſſet in terra corpore, tamen cacumen mentis eius cœlum tangebat corde, & amore; quæ Angelos pro nobis ad Deum mittit, & ad nos venire facit; cui Dominus innixus fuit, quando in eius vtero fuit incorporatus Geneſ. 8. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 6. P.*

Scala cœleſtis, per quam Chriſtus deſcendit ad terras. *Ægidius Column. ex Expoſitione in ſalutat. Angelic.*

Scala à Deo erecta, quæ à mœſtitia ad lœta gaudia, atque à terra in cœlum tranſmittat. *Iacobus Monachus orat. de Natiuit. B. V.*

Scala, per quam cœleſtium virtutum Rex ad infimum noſtrum incolatum deſcendit. *Id. ibid.*

Scala à Deo ſulta, & firmata ab animi conuerſatione ad alacritatem, & à terra ad cœlum nos transferens. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

Scala, per quam Rex virtutum cœleſtium ad profundiſſimum incolatum noſtrum deſcendit. *Idem ibidem.*

Scala, per quam deſcendit Vnigenitus Dei cum venit ad nos. *Ern. Prag. in Mariali cap. 107.*

Scala noſtra ad Filium. *Emanuel. Tal. Imper. in orat. de Dormit. Sanctiſs. V. M.*

Scala ad Cœlum, ſubuectione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fruct. 8.*

Scala Cœlum adeuncium. *Idem lib. 1. de laud. Sanctiſs. Virg. fruct. 2.*

Scala ſanctis, & iuſtis, vt Cœlum aſcendant. *Idē lib. 1. de laud. Sanctiſs. Virg. fruct. 10.*

Scala Paradiſi. *D. Laurent. Iuſtin. in ſerm. de Annunc. B. M. V. & Bern. de Buſtis in Mariali ſer. 6. de Concept. B. M. V.*

Scala Iacob, cuius ſummitas Cœlum tangit, & per conſequens ad ipſum ducit, in qua deſcendunt Angeli, & aſcendunt, quia per ipſam deſcendunt angelici ſpiritus ad noſtram protectionem, atque per ipſam aſcendunt homines ſancti ad gloriæ Cœli ſuſceptionem. *D. Bern. Senenſis Tom. 3. ſerm. 1. de glorioſo Nomine Mariæ.*

Scala omnium virtuoſorum. *Io. Mauburnus in*

*Roſa-*

*Roſario de gloria Sanctiſs. V. membr. 6.*
Scala Iacob florida. *Arnold. Boſtius in prologo libri de Patron. & Patrocinio Delp. Virg. in dictum ſibi Carmeli Ord.*
Scala peccatorum, ſingulis ad ſe confugientibus ſinum aperiens miſericordiæ, in ſubleuamen ſuæ miſeriæ. *Antonius Poeq. ſerm. 2. de Concept. B. M. V.*
Scala Cæli, per quam ad nos Deus deſcendit. *Bernar. de Buſtis ſerm. 5. de Nominat. B. M.*
Scala Iacob, ad Cælum pertingens. *Idem ſerm. 1. de Natiuit. Beatæ Mariæ Virg.*
Scala, per quam Angeli ad noſtram protectionem deſcendunt, & gratiæ diuinæ nobis dantur. *Idem ſerm. 2. de Aſſimilat. B. M.*
Scala, per quam Cælum ſcandere poſſumus. *Idem ibidem.*
Scala, per quam Filius Dei ad nos deſcendit. *Idem ibidem. & Maurit. de Villaprob. ſerm. 30. Coronæ nouæ B. M.*
Scala, per quam in Cælum aſcenditur. *Bern. de Buſt. in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M.*
Scala ſanctis, & iuſtis, vt Cælum aſcendant. *Idē ſerm. 3. de Natiuit. B. Mariæ.*
Scala alba, viſa à D. Franciſco, à qua peccator non cadit. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 30. Coronæ nouæ B. Mariæ.*
Scala, per quam Angeli ad noſtrā protectionem deſcendunt. *Idem ibidem.*
Scala Cæli, per quam aſcendunt, & deſcendunt Angeli, in cuius medio affixus eſt Chriſtus. *S. Thom. de Villanoua Conc. 2. de Aſſumpt. Beatæ Mariæ V.*
SCATEBRA incorruptionis, ex qua fluentum vitæ Chriſtus ſcaturijt. *S. Io. Damaſcenus orat. 4. de Nat. Beatæ V.*
Scatebra, omni ſanctimonia redundans, ex qua ſanctus ſanctorum prodijt, mundum ab execratione expians. *Idem ibidem.*
SCATVRIGO bonorum omnium. *S. Io. Damaſcen. orat. 2. de Aſſumpt. B. M. V.*
Scaturigo dulcedinis. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*
Scaturigo perennis diuitiarum. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. Beat. Virg. Mariæ.*
Scaturigo ſempiterna, ex qua abundantes gratiarum, & remediorum diuitiæ manant. *Idem in Menæis Græcorum die 8. Auguſti.*
Scaturigo ſpiritualium Aromatum. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*
Scaturigo vberrima benedictionis. *Idem orat. 1. de Aſſumpt. Beatæ V. M.*
Scaturigo fontana animabus noſtris, propter vitiorum atiditatem penitus incultis, quas nos irrigati, ad faciendos fructus pietatis irrigamur. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali.*
Scaturigo fontalis omnium bonorum. *Ern. Trag. in Mariali cap. 22.*
Scaturigo pietatis. *Io. Trith. de Mirac. B. V. prope Dittelbach, lib. 1. cap. 11.*
Scaturigo viuens omnium virtutum. *Idem lib. 1. de Mirac. B. M. V in Vrticeto cap. 6.*
Scaturigo omnis bonitatis. *Idem ibidem.*
Scaturigo miſericordiæ, in quum omne penitus indefectibilis. *Frideric. Forner. lib. 5. cap. 20. Palmæ triumphalis.*
SCEPTRVM. *D. Bern. ſerm. 3. ſuper Salue Reg.*
SCEPTRVM rectæ doctrinæ. *D. Cyrill. homil. 6. Epheſi dicta contra Neſtorium.*
Sceptrum Regis omnium. *Andreas Cretenſ. Can. in Dom. poſt diem 17. Decembris.*
Sceptrum ſanctum. *Idem Can. in Concept. B. V.*
Sceptrum Dauidis. *S. German. Conſtant. ſerm. in Natiuit. Beatæ V.*
Sceptrum Dauidicum. *Io. Epiſc. Aretinus in Tractat. de Dormit. SS. V. M. & Andreas Cretenſ. orat. 1. de Dormit.*
SCHEMA clarum Dauid. *D. Bonauent. in Pſalterio minori B. V. Quinquagena 2.*
SCHOLA virtutum. *Petrus Bleſs. ſerm. 38. & Adam de Perſ. in Mariali fragm. 3.*
Schola omnium virtutum. *Bern. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coron. Beatæ V. M.*
Schola eruditiſſima, ſuperterrenaque paracleti Spiritus. *Io. Piens lib. 1. in Cantic. cap. 14.*
SCHOLARIS pueri Ieſu, cui vt viro perfecto, qui imo, Deo ipſi, vacauit, eiuſque opera, ac voces pro diuinis vocibus, & operibus habuit; vndè nihil illi dictorum eius, aut actionum excidebat, ſed ſicut ipſum Verbum prius in viſceribus, ità poſtea eiuſdem ſermones, ac mores, omneſque inſtitutiones concipiebat, & in corde ſuo quodammodo fouebat, partim quidem ſecum contemplabatur eius faciem, ac formam, atque virtutes, partim vero tempus expectabat, quo clarius hæc omnia reuelarentur. *Io. Geom. in Cantieis Græcorum ſuper Luc.*
Scholaris Spiritus ſancti, cuius ſchola eſt fidei, & morum, & bonouum operum. *Riebard. à S. Laurent. de laud. Sanctiſ. Virg. lib. 6.*
SCIENTIA ſcientiarum ſanctarum. *D. Bernard. ſerm. 1. ſuper Salue Regina.*
Scientia totius orbis. *Paulus de Heredia in Tract. de Concept. B. Virg.*
SCIRPVS niuei candoris, ſine nodo. *D. Matth: Apoſtolus ſerm. in Tranſitu B. Mariæ Virginis apud Amadeum raptu 8.*
SCOPVS, qui excogitatus fuit ante ſæcula. *Andreæ Cretenſ. orat. 3. de Dormit. B. Virg.*
SCRINIVM deautatum ſpiritus. *Andreas Cret. orat. 2. in Annunc.*
Scriuium Spiritus ſancti. *D. Anſel. in dialogo de paſſione Domini.*
Scriuium diuinę legis. *Arnold. Carnoten. Tract. de illis verbis Domini. Mulier Ecce Filius tuus.*
Scrinium Verbi Dei. *Io. Hondemius hymn. de Aſſumpt. B. M.*
SCRIBA doctiſſima, proferens de cordis ſui theſauro noua, & vetera. *Io. Manburn. in Roſario de ortu Mariæ membro 6.*
SCRIPTVRA, Scriptura maior, nam quanto facta ſunt potiora verbis, vel ſcripturis, tanto ſunt maiora oſtenſa in Maria, quam in ſcripturis.

ſcriptura poſt Deum, ſcripturæ enim dedit, vt Chriſtum loquatur, Mariæ contulit, vt per eam Chriſtus pandatur: ibi eum multiplex tegit figura, hic veſtit eum Mariæ caro pura; ibi prænunciatur, hic oſtenditur, ibi latet in mortua carta, hic patet in carne monſtrata, ibi dicta ſunt magna, hi facta ſunt magna. *D. Anton. in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 22.*

SCVLPTVRA Spiritus ſancti. D. *Hieron. in Epiſtola de Aſſumpt.* B. *Mariæ.*

SCVTELLA, vas, quod antiquitus habebat quodammodo formam ſcuti, vndè, & ſcutella dicitur à ſcuto per diminutionem: Maria enim, & paſcit, & defendit nos, paſcit, vt ſcutella, & defendit, vt ſcutum. *Rich. à S. Laurent. de laud. Virg. lib.* 10.

SCVTVM eorum, qui ſumma rerum potiuntur. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſent. Virg.*

Scutum inſuperabile, ſpiritualium hoſtium phalanges repellens ab ijs, qui cum fide, & affectu eam canunt. *Theod. Laſcib. Imperator in Can. ad Sanctiſſ. Deiparam.*

SCYPHVS Ioſeph, in quo augurari ſoler, dum tanquam quidem augurio verè mirabilium ſuorum cæpit ille, qui fecit mirabilia magna ſolus in virginali conceptu, vbi vnum fecit ſupra naturam, alterum verò ſuprà omnẽ ſciẽtiã; ſupra naturã, etenim eſt Virginẽ concipere, ſupra omnem ſcientiam Verbum humanæ naturæ indiſſolubiliter couniri. *Petrus Cellen. ſerm. 2. in Annunc.* B. *V.*

Scyphus vas ſecundum Iſidorum, in quo manus abluimus; Maria enim mediatrice, mala opera noſtra pœnitendo purgamus. *Rich. à S. Laurent. de laud. Virg. lib.* 10.

SECRETARIA Dei primæua. *Dion. Carth. in Cant. art.* 25.

Secretaria familiariſſima, quam Deus per contemplationem introduxit in cellaria ſua, in ſecreta, & abdita ſapientiæ ſuę, in manſiones cæleſtes, in oculiſſimas, & profundiſſimas theorias. *Idem in Can. art.* 5.

Secretaria fideliſſima Filij ſui. *Id. de laud. V. lib.* 3.

Secretaria Omnipotentis, quæ ex reuelatione, & intuitione diuina, nouit plura ſecreta, & ſecretiora myſteria, etiam clarius, quam alij ſancti, itaque mente gratiſſima excellentiſſimè dicere potuit Creatori: Incerta, & occulta ſapientię tuæ manifeſtaſti mihi. *Idem lib. 2. de laud. V. art.* 8.

Secretaria præelecta Dei omnipotentis. *Idem in cap.* 31. *Prouerb.*

Secretaria Spiritus Sancti. *Idem lib. 4. de laude Sanctiſſ. Virg. art.* 10.

Secretaria æterni conſilij. *Bernard. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. V.*

SECRETARIVM omnium ſcripturarum ſanctarum. *Rupert. Abbas lib. 4. Commentar in Cant. Canticorum.*

SECRETVM Dei, & ideo Beata Virgo dicitur Arca, quæ dicitur ab Arcano, quam arcam Deus clauſit, clauſit, & nemo aperit. *Idiota de Beata Virg. par. 14. Contempl.* 29.

Secretum Dei, de quo ipſe Deus dicit per Iſaiã cap. 24. Secretum meum mihi. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſſ. Virg. lib.* 10.

SECVRIS, qua reſecanda ſunt ligna æterno Tabernaculo neceſſaria, quam tenuit ſapientia cum ędificauit ſibi domum, & excidit columnas ſeptem. *Petrus Cellen. ſer. 1. de Aſſumptione Beatæ Virg.*

SECVRITAS bellis oppreſſorum. *Anonymus in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in Canone funereo pro pueris vita functis.*

Securitas noſtra. *Io. Geometra ſerm. in Annunciatione Sanctiſſ. Dei Genitricis.*

Securitas ſtantium. *Idem ibidem.*

SECVTRIX Chriſti, religionis fide, id eſt, veræ credulitatis charitate. Non enim potuit niſi diuinitatis eius eſſe credula, quę ſe nouerat, hunc non virili ſemine fecundum ordinem naturæ, ſed diuino ſpiramine, nunciante Angelo, concepiſſe. D. *Auguſtin. in lib. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Secutrix deuota Chriſti vſque ad mortem, non plus greſſibus, quam imitationis affectu, *Idem ibidem.*

Secutrix Dei. D. *Bonauentur. in Speculo Beatæ Mariæ Virg. cap.* 10.

SEDATRIX ſeditionum. *D. Bernardin. Senenſis Tom. 3. ſerm. 1. de glorioſo Nomine Mariæ.*

SEDES ſpirituallis, glorificata. Deoque digna. S. *Method. Hom. in feſto Purificat.* B. *V.*

Sedes propria ipſius puritatis, ad inhabitandum peridonea Deo. *S. Sabb. in Menæis Græcorum die* 23. *Ianuarij.*

Sedes omniũ miraculorum, quę vſquam, modoque euaſerunt, aut fuerunt conſumata. *Andr. Cretenſis orat. 3. de Dormit.* B. *V.*

Sedes Numinis, late patens, & omni Cœlorum amplitudine maior. *Anonym. in Menæis Græcorum die* 14. *Aprilis.*

Sedes Dei ſancta, in qua Deus collocatus, beneficio carnis ex ipſa deſumptę, omnium gentium, & nationum Rex fuit, illas omnes ſibi ſubijciens. *S. German. Conſtant. in Annunciatione Beatæ Mariæ Virg.*

Sedes pluſquam cherubinica. *Idem orat.* 1. *in Præſentat.* B. *Virg.*

Sedes cherubica. *Coſmas Hieroſolym. in Theogon. Hymno* 1.

Sedes incomprehenſibilitatis diuinę. *Idem in Menæis Græcorum die* 25. *Ianuarij.*

Sedas Dei animata, *S. Ioann. Damaſcen. orat.* 4. *de Natiuitate Beatę V.*

Sedes Regis portans portantem omnia. *S. Ioan. Damaſc. Can. in Annunciat. Deiparæ.*

Sedes Dei ſpatioſiſſima. *S. Ioſeph. hymn. in Mar.*

Sedes pura illius, qui nullo poteſt loco contineri. *Idem ibidem.*

Sedes Verbi ampliſſima. *Idem ibidem.*

Sedes Dominica, in terra parata. *Photius Conſtantinop. orat. in S. M. Natiu.*

Sedes Regis. *Leo Imper. in or. de Præſen.* B. M. *V.*

Sedes

Sedes ſacratiſſima. *Idem in orat. de Aſſamp. B.V.*
Sedes aurea, ſuper Cherubinos, puriorSeraphim, ac Thronis lætior. *Ia. Geom. in B.V. Hymn. 1.*
Sedes Dauid, non quod Dauid in ea ſederit, ſed quod ex ſemine Dauid aſſumpta, & fabricata ſit: *Guarricus Abbas ſerm. 1. de Annunciatione Beatæ M.V.*
Sedes Dei iudicantis. *Idem ſer. 1. de Aſſampt. Beatæ Mariæ V.*
Sedes Domini in ſæculum ſæculi. *Idem. ſerm. 1. de Annunciat. Sanctiſſ. V.*
Sedes ſapientiæ. *S. Anſelm. Luc. ſuper Salue. D. Bernard. in Medit. ſuper Salue Reg. D. Laur. Iuſt. de Triumph. Chriſti Agone cap. 7.*
Sedes Dei ſingularis. *Rupert. Abbas lib. 1. Commentar. in S. Matthæum.*
Sedes vnica Domini. *Idem lib. 5. Commentar. in Cantic. Canticorum.*
Sedes Dei. *Philipp. Abbas lib. 1. in Cantic. Canticorum cap. 18.*
Sedes Regia, in qua reſedit maieſtas Deitatis, quæ poſita eſt in cælo in aſſumptione, miniſterio Angelorum. *Richard. à S. Laur. de laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 10.*
Sedes Regis magni, in qua quaſi humiliatus reſedit tempore incarnationis. *Idem ibidem.*
Sedes Dei, & Chriſti, quam ædificauit Dominus in generatione præſenti per gratiam, & in generatione futura, & æterna per gloriam. *Hugo Carenſis in Pſalmum 88.*
Sedes Regia, quę Regem Regum in vtero concepit, & portauit, & peperit. *Idem in cap. 1. Lucæ.*
Sedes Chriſti mirabilirer luminoſa. *D. Bonauent. in Speculo Beatę M.V. cap. 2.*
Sedes Dei altiſſima. *Idem in Speculo Beatę Mariæ Virg. cap. 5.*
Sedes, quam ſibi parauit omnium Artifex, & Sapientia Chriſtus. *Idem in lib. de Eccleſiaſt. Hierarchia circa finem par. 4.*
Sedes, quam ſubintrauit, & in qua quieuit omnium Artifex. *Idem ibidem.*
Sedes, ex qua procedunt fulgura comminationis, & voces admonitionis, & tonitrua ſummę placationis. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper librum Apocal.*
Sedes Filij Dei, poſita in cælo, id eſt in Eccleſia. *Idem ibidem.*
Sedes miſericordiæ, vnde Filius Dei filius Adæ protulit ſententiam abſolutionis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangel. S. Ioan.*
Sedes ſaphirina, quam vidit Ezechiel ſuper firmamentum, id eſt ſuper altitudinem omnium ſanctorum, in gloria confirmtorum, vtpote quæ exaltata eſt ſuper choros omnium Angelorum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 193.*
Sedes totius nobilitatis, quia ſolus Deus ſedit in ea. *Idem in Biblia Mariæ ſup. librum Apoc.*
Sedes totius propitiationis. *Idem ibidem.*
Sedes totius pulchritudinis. *Idem ibidem.*
Sedes ſummi Regis. *Iacobus de Varagine in Mariali ſermone 6. T. Maurit. de Villaprobata ſerm. 52. Coronæ nouæ B.M. & Bernard. de Buſtis ſer. 3. de Aſſimilat. B.M.*
Sedes Regia Dei. *Iacob. Monach. in Mar. or. 5.*
Sedes cathedralis Dei; ſicut enim Sedes Pontificalis proprię ſummi Pontificis eſt Romę, licet ipſe præſit omnibus Eccleſijs, quæ ſunt ſub ipſo, ità licet quælibet anima iuſti ſedes ſit ſapientiæ, tamen proprię ſedes Cathedralis fuit in Maria. *Ern. Prag. in Mariali c. 2.*
Sedes incarnandæ Dei Sapientiæ ab æterno parata, & prælecta. *Ant. Pocq. ſerm. 6. de Concept. Beat. Virginis.*
Sedes ſapphirica, quam vidit Ezechiel Propheta ſuper firmamentum hoc eſt omnium ſanctorum altitudinem in gloria confirmatorum, vt pote exaltata ſuper choros Angelorum. *D. Antoninus in ſum. par. 4. tit. 15. c. 44.*
Sedes altiſſima à principio quia abſque peccato originali concepta. *Paulus de Heredia in Tractat. de Conceptione B.M.V.*
Sedes Dei glotię, & altitudinis Dei. *Idem ibidem.*
Sedes, in qua Deus oſtendit gloriam ſuam, & claritatem, quæ eſt Chriſtus gloria, lux, & claritas totiusorbis. *Idem ibidem.*
Sedes Dei eleuata à mûdo clauſa peccato, aperta Deo. *Bernard. de Baſt. ſer. 4. de Aſſimilatione Beatæ Mariæ Virg.*
Sedes Dei ſancta. *Idem ibidem.*
Sedes excelſa, & eleuata ab omni ſtereore peccati, *Idem ibidem.*
Sedes, in qua Deus ſemper ſedit per gratiam. *Idem ibidem.*
Sedes in ſęculum ſæculi, Deo præparata, & ab omni labe præſeruata. *Idem in Mariali ſer. 9. de Conceptiane Beatæ Mariæ V.*
Sedes magnitudinis Dei. *Idem ſerm. 4. de Aſſimilatiane Beatæ M.V.*
Sedes Regalis. *Idem ibidem.*
Sedes virginea, ſuper quam ſedens fuit Chriſtus filius Dei. *Idem ſer. 4. de Aſſimil. B.M.V.*
Sedes Dei altiſſimi ſuper quam diuina ſedet maieſtas. *Petrus Galat. lib. 7. de Arcanis c. 1.*
Sedes in qua Deus ipſe oſtendere debebat gloriam ſuam, & claritatem, quæ eſt meſſias, totius mundi gloria, lux, & claritas. *Idem ibidem.*
Sedes, quam Deus conſtruxit, vt in ea ſederet Rex Meſſias ad oſtendendam maieſtatis ſuæ gloriam cunctis mortalibus. *Idem ibidem.*
SEGES lætitię, quæ in partu maturuit. *S. Proclus orat. 6. quæ eſt de laud. B.M.V.*
Seges arcanæ beatitudinis. *S. Io. Damaſc. orat. 1. de Aſſumpt. B.M.V.*
Seges viuifici frumenti. *Idem orat. 1. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*
SELLA pulchra, decoraque conſulis ſupercæleſtis. *S. Proclus in orat. 4. quæ eſt in diem Natal. Domini.*
Sella, quam fecit ſibi Rex Salomon de lignis libani 2. Reg. 10. *S. German. Conſtantinopol. ſerm. in Natiuit. Beatæ M.V.*

Sella

Sella Regalis Regis cęleſtis. *Idem in Mariali fragmento* 15.

Sella, de qua legitur 4. Reg. 4. quod eam præparauit vero Eliſeo magna illa mulier, quæ ſignat cæleſtem ſapientiam, quæ habuit quaſi quatuor pedes, ideſt quatuor cardinales virtutes. *Rich. à S. Laur. de laud. SS. Virg. lib.* 10.

Sella veri Eliſei, in qua reſidet humiliatus obediens Patri, veluti diſcipulus, aſſumendo carnem in Virgine, in qua Patri obediuit, vſquè ad mortem crucis. *Idem ibidem.*

Sella ante regium aduentum præparata. *Matthęus Cantuariensis in cap.* 2. *Cantic. Canticor.*

Sella Dei, quia nouem menſium ſpatio Deum omnium porrauit in vtero, hominem pro nobis factum, ex ea carnem ſumere haud dedignatum. *Idem in cap.* 3. *Cantic. Canticor.*

Sella, non lignea, ſed carnea, in qua cælorum Rex Ieſus requieuit. *Idem ibidem.*

SELLON noua, in qua ſpiritualis Arca incarnationis Dei Verbi conquieuit, & omnis plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitauit. *S. German. Conſtantin. ſerm. in Natiu. B. V. M.*

SEM exemplorum oſtenſione. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de laud SS. V. fructu* 4.

SEMEI, ſuæ præſentiæ eam inuocantibus impenſione. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de laud. Sanctiſſ. Virg. fruct.* 4.

SEMEN Dauid, ex quo genitus eſt Chriſtus ſecundum carnem. *D. Epiphan. lib.* 1. *contra hæreſes hæres.* 29.

Semen prorſus immaculatum. *S. Ioan. Damaſcen. orat.* 1. *de Natiuit. B. M. V.*

Semen bonum. *Coſmas Veſtitor. in SS. Ioachim, & Annam Dei Genitricis Parentes.*

Semen Abrahę, de quo ortus eſt Sol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter, in quo ſine dubio non vna gens, ſed omnes gentes benedictæ ſunt. *B. Aelredus ſerm.* 3. *de Natiu. B. M. V.*

Semen, de ſemine Abrahæ natum, quod tam miram beuedictionē recepit à Domino. quod abſtulit maldictionem mundi. *Idem ibidem.*

Semen Dauid, de qua Chriſtus factus fuit ſine ſemine, quia inuenta eſt in vtero, habens de Spiritu ſancto, miroque modo concipiens; & à gignente non accipiens, ipſa enim de ſe ſubſtantiam carnis miniſtrauit, nec eſt pollutus ex ea carnem aſſumens, *Balduinus Deuon. in tract. de ſalutat. Angelica.*

Semen clarum. *D. Bonauent. in Pſalterio minori B. Virg. Quinquagena* 2.

Semen Abrahę, quod nunquam peccato ſeruiuit. *Alber. Magn. ſuper Miſſus eſt cap.* 50.

Semen Abrahę, quod in gratijs, & virtutibus, ſicut ſtellæ cæli multiplicatur. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 3.

SEMILVNIVM ante conceptum Saluatoris, illuſtrans alios radijs bonorum exemplorum, quando ſcilicet nutriebatur in templo; fuit enim Luna plena, quando vocata fuit ab Angelo: Gratia plena. *Idiota de Beat. Mar. Virg. par.* 14. *Contemplat.* 14.

SEMITA noſtra ſalutaris. *Ioan. Damaſcen. in Pauel. Beatæ M. Virg.*

Semita noſtra ad Cælum. *Adam de Perſ. in Mariali fragm.* 1.

Semita erranti. *Alan. de Inſ. in Anticlaud. lib.* 5.

Semita iuſtitiæ pulcherrima. *Io. Tritb. de Mirac. B. Virg. prope* Dittelbach *lib.* 1. *cap.* 10.

SEQVESTRA Dei, hominumque conſtituta, vt inimicitiarum parietes intergerini conuellantur. & cæleſtia, terrenaque in vnum coeant. *S. Baſilius Seleuc. orat. in Annunc. B. M. V.*

Sequeſtra deſperatorum. *S. German. orat.* 2. *in Dormitione Beatæ M. V.*

Sequeſtra, qua Dei Filius, vt fieret hominis filius, vſus eſt, in qua ſtabulatum, ædemque inde quandam ſibi molitus, homoque factus perfectus. *Theodor. Studites ſerm.* 64. *qui eſt Prior in Annunciat.*

Sequeſtra inter Deum, & homines, cui miſereri eſt proprium, qua ſe ad tanti immenſitatem officij miſericorditer à Deo perpendit adſumptam, quæ non immerito adeo ſpecialia ad nos habet viſcera, ex quibus, & propter quas eſt tam ſingulariter excellens, vt miſericordiam conſequeremur. *Guibert. Abb. in lib. de laud. Beatæ Mariæ cap.* 6.

SERAPHIM, quæ ex puro, immaculatoque alrari ſui pectoris, carbunculum illum viuificum, atque ineffabilem, carne indutum ſanctarum manuum ſuarum complexu, tanquam ſorcipe accipiens, iuſto Simeone porrexit. *S. Methodius Hom. feſti Purificat. B. M. V.*

Seraphim incompreheuſę viſionis. *D. Epiphan. ſerm. de laud. SS. Virg. M.*

Seraphim Simeonis; ſicut enim Seraphim, carbone accepto Iſaiam purgauit, ſic Dei Mater, tanquam forcipe manibus Simeonem illuſtrauit tribuens illi, quem ferebat, lumini occiduo, & paci dominantem. *Coſmas Hieroſolym. in Theogoniam Hymno* 13.

Seraphim in ſumma ſuper omnes dilectione. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap.* 194.

Seraphim ratione charitatis. *Bartholom. de Piſis lib.* 1. *de laud. SS. Virg. fructu* 2.

SERENITAS eorum, qui turbati ſunt. *S. Germ. Conſtant. orat.* 2. *de Aſſumpt. B. M. V.*

Serenitas eorum, qui tempeſtate iactantur. *Theodor. Laſchus Imperator in Canone ad Sanctiſſ. Deiparam Virg.*

Særenitas lætiſſima cordis mei. Quis mihi det, vt magna ſolicitudine curram poſt decorem tuum, donec mergar in abyſſum eius. *Ioann. à Ieſu Maria Tom.* 2. *oper. ſuorum in Theolog. myſtica pag.* 68.

SERVA, quam ſibi Dominus vertit in parentem. S. *Chryſologus ſerm.* 140.

SERVATRIX. *Iuſtus Lypſius in Diua V. Hallenſi cap.* 27.

SERVITRIX Dei. *S. Bonau. in Speculo c.* 4.

Seruitrix deuota Chriſti vſque ad eius mortem. *Bernardin. de Buſtis ſerm.* 1. *de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

SETH

SETH Dei cognitione. *Barthol.de Piſis lib.1.de laud. Sanctiſſ. Virg.Mariæ fructu 4.*

SETIM, quæ eſt arbor nobiliſſima orientis, vt dicitur; fuit enim Maria nobilis genere, nobilior omnium charismatum plenitudine,ſed nobiliſſima ex eo,quod Chriſtus verus oriens, qui nos viſitauit ex alto, oriri ex ea dignatus eſt in quantum homo. *Richard. à S. Lauren. de laud.Sanctiſſ.Virg.M. lib.10.*

Setim, quæ eſt arbor pulchra, leuis, fortis, imputribilis, albæ ſpinæ ſimilis, & candidæ; fuit enim pulchra per perfectam plenitudinem totius honeſtatis : leuis per contemptum totius terrenitatis: dilectio enim terrenorum reddit animam ponderoſam: fortis in conſeruando propoſitum virginitatis: imputribilis abſque fermento inuidiæ, & corruptionis :incremabilis abſque feruore totius iracundiæ, & iniquitatis: albæ ſpinæ ſimilis in folijs, id eſt, in verbis per manſuetiſſimam correctionem alienę peruerſitatis, & denique candida per omnimodam puritatem, & innocentiam. *Idem ibidem.*

Setim, quæ interpretatur ſpinę, vel germina,vel poſitiones, ac recorrectiones eorum: ſenſit enim pro Filio, & cum Filio multiplicem tribulationis punctionem,per eam etiam, id eſt, per merita eius, & orationes refurgimus à peccato; germinamus, bene ineipiendo, & per eam ponimur in Eccleſię merito;per eam tandem ponendi in cæleſti ædificio. *Idem ibidem.*

Setim ſtabilitatis. *Bartholom. de Piſis lib.1.de laud. Sanctiſſ.* V. M. *fructu 2.*

Setim, quia ſancta in oratione. *Idem lib. 1. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructu 8.*

SIDERITES, lapis per totum ſtellis virgulatis plenus, quigræcè σιμ ἄλβα, id eſt, victoriæ lapis nuncupatur,muleis diues virtutibus;deuotione in nobis, cum luna, creſcente,maxima operans, atque ſtupenda, amorem inter Deum, & animam conciliat, phriſicos à tentationis impulſu deficientes, mirabili effieacia releuat, & in omni certamine ſpirituali victoriam præſtat. *Ioan.Trithem. lib.1. de Miraculis* B.M.V. *in Vrticeto cap.7.*

SIDVS Spiritus ſancti. *D. Hieron. libro aduerſus Heluid. de perpetua virginit. S.*M.V.

Sidus inclitum, illuſtrans omne ſæculum, per quod dies, & temporа aſſumunt vitę lumina. *S. Odilo in Hymno de Natiu. SS.* V.

Sidus ante lucanum, lucis gratiæ,Soliſque iuſtitiæ, qui ex ipſa progenitus eſt.*Hugo de S.Victore ſerm.in Natiu.vel Aſſumpt.*B.M.V.

Sidus ſcintillans. *D.Bernard. Hom.2. de laud.* V. *Matris ſuper Miſſus eſt.*

Sidus mundi. *D.Bonauent.in Pſalt. minori B.* M. *Virg. Quinquagena 3.*

Sidus principale. *Idem ibidem.*

Sidus Dei, quia peperit Filium, tanquam diuini ſplendoris radium; ſicut enim ſidus radium ſuum emittit ſine ſui corruptione, ſic Virgo peperit Filium ſuum ſine ſui violatione. *Iacobus de Voragine in Mariali ſer.4.P.*

Sidus clarum, quo Cælum, & terra illuſtratur. *S.Mechtildis lib.1.Gratiæ ſpiritualis cap.55.*

Sidus noſtra illuminans noctem. *Io. Hodemius in inuocatione SS.Deiparæ* V.

Sidus, vadens ante ſolem, quia iuſtitiam Dei præcedit ſua pietate. *D. Birgitta in Reuelationibus extrauagantibus cap.50.*

Sidus ſplendidiſſimum. *Io.Turrecremata in Proœmio ſui Tractatus de Concept.*B.M.V.

Sidus terris placidum, quod liberat omnes à Pelagi feruore rates, quod luce benigna, Saturni,Martiſque, graues eliminat iras. *Ioan. Bapt.Mantuanus oper.ſuor. Tom.2. lib.1. parthen. Marian.*

Sidus fulgentiſſimum. *Bern.de Buſt. ſerm.6.de Nominat.*B.M.V. *Maur.de Villaprob.ſerm.11. Coronæ nouæ B.M. & Ludou.Bloſ.in Endolog. 1. ad B.*M. *Virg.*

Sidus lucem pariens. *Bernardin. de Buſt. in officio Concep.Beatæ* M.V.

Sidus radiorum. *Io.Picus lib.3.in Cant.c.15.*

Sidus clariſſimum, vnde ortus eſt Sol iuſtitiæ, & Rex gloriæ amator, & Redemptor animarum noſtrarum.*Lud.Bloſ.in Salutat.ad* B.M.V

Sidus rutilans. *Idem in orat.quadam ad SS. Virg. quæ extat in eius ſcriniolo ſpirituali.*

SIGILLVM veteris, nouique teſtamenti. *S.German. Conſtant.ſerm.in Natiu.B.M.V.*

Sigillum Regium, quæ regem vniuerſorum, ex ſe aſſumpta ſubſtantia, formauit corpore matri ſimillima, quandoquidem qualis parens eſt, talis vtique, & partus exiſtit. *S. Io. Damaſc.orat.4. de Natiu.B.V.*

Sigillum virginitatis. *Alan.de Inſ.in c.1. Cantic.*

Sigillum confirmationis. *S.Birgitta lib.4.Reuelationum cap.137.*

SIGNACVLVM pietatis. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de Laud.* B. M.V.

Signaculum fidei noſtræ. *S.Ildephonſ. ſerm.1. de Aſſumptione Beatæ M.V.*

Signaculum teſtamenti Domini. *S. Germ. Conſtant. orat.2. in Præſent.*B.M.*V.*

Signaculum regium, vniuerſorum Regem ex ſe editum, materno corpuſculo ſimilem efformans, ſiquidem ità comparatum eſt, vt talis ſit fœtus, qualis, & parens. *S. Ioan. Damaſc. orat.4.de Natiu.Beatæ* M.V.

Signaculum Prophetarum. *S.* Io. *Damaſcenus Can. in S. Alben.*

Signaculum Dei ſapientia dignum, ſub quo ſignatum eſt myſterium a ſæculis abſconditum, *Franco Abbas lib.6.de Gratia Dei.*

Signaculum cordis Dei. *Matthæus Cantacuzen. in cap.8. Cantic. Canticor.*

Signaculum pulchritudinis in delitijs Paradiſi. *Henric. de Haſſia in Epiſtola ſui Tractatus de Conceptione Beatæ* M.V.

Signaculum cordis noſtri. *Thom. à Kempis in Soliloquijs cap. 24. & D. Bonauent. in Canticis Pſalterij Beatæ Mariæ.*

SIGNIFERA virginitatis. *Idiota de B. M. Virg. par. 13. Contempl. 1. Rich. à S. Laurent. de laud. SS. M. V. lib. 7. Hugo Careuſ. in Pſal. 18. & Bernard. de Buſt. ſer. 2. de Aſſimil. B. M. V.*

Signifera virginum. *D. Bonauent. in Litaniis Pſalterij* B. M. *Virg.*

Signifera Deitatis. *Io. Hondemius in inuocatione SS. Deipare V.*

SIGNVM nobis ad ſalutem à Domino datum; Deus enim homo factus eſt, & ipſe Dominus ſaluauit nos, ipſe dans virginis ſignum, ſiue ſigno virginis Regi Achaz dato. *D. Ireneus lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 23.*

Signum mirabile, & prodigioſum, multumque à communi natura diuerſum. *D. Baſil. hom. de humana Chriſti generatione, quæ eſt 25. in Ordine Reliquarum.*

Signum, cui contradicitur. *Timotheus Presbyter Hieroſolymit. in orat. de Prophetæ Simeone Dei ſuſceptore.*

Signum diſſolutionis eorum, quæ in templo Hieroſolymitano fieri conſueuerunt. *Georg. Nicomed. Archiep. in orat. de exitu SS. Virg. Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Signum hominibus, concipiens, & pariens Virgo, quia Deus erat homo ille, qui concipiebatur. *Guarherius Abbas ſer. 3. de Annunciatione Beatæ Mariæ Virg.*

Signum in bonum. *Idem ibidem.*

Signum magnum, in Cælo viſum, & de Cælo promiſſum. D *Bernard. ſerm. de Beat. V. ſuper illud Apoc. Signum magnum.*

Signum magnum in cœlo. *Rich. à S. Victore in Expoſit. in Cant. Cauticor. cap. 39.*

Signum, quod ſupra ſydera, ſupra cælum præcelſius, & glorioſius præeminet. *Petrus Celleuſis ſerm. 6. de aduentu.*

Signum ſolſtitiale Solis iuſtitiæ. *Abſalon Abbas ſer. 2. de Saluatoris aduentu.*

Signum ſolſtitij æſtiualis, quia in ipſa rediuiuo quodam calore gratiæ, Sol iuſtitiæ ad nos appropinquauit. *Idem ibidem.*

Signum æui inſigniens omnem ætatem præſentē, prætetitam, & futuram. *Rich. à S. Laur. de laud. SS. Virg. lib. 7.*

Signum magnum actiuè, quia ſignat nobis ſermonibus, reſponſionibus, & operibus ſuis, quid amplectendum ſit, quid cauendum, quid appretiandum, quid vilipendendum. *Idem de laud. B. Virg. lib. 12.*

Signum magnum gratia, & gloria, merito, & præmio, vel vt ſtat comparatio, magnum: quia Virgo, maius, quia Mater, maximum, quia mater Dei. *Idem ibidem.*

Signum magnum paſſiuè, quia ſignata eſt in operibus antiquorum, in factis Patriarcharū, in oraculis Prophetarum, vt in arca Noe, in virga Aaron, in rubo Moyſi, in arca Teſtamenti, in throno Salomonis, & huiuſmodi. *Idem ibidem.*

Signum magnum, ratione dantis, ſcilicet ipſius Domini, Iſai. 7. Dabit Dominus ipſe vobis ſignum, quaſi nou alius, quia nullus dare poſſet tale ſignum, niſi ipſe ſolus; vel in hoc, quod dicitur Dominus ipſe, ſignatur, quod hoc ſignum, nec diuinitas operata eſt ſine homine, nec humanitas ſine diuinitate Verbi. *Idem ibidem.*

Signum magnum, ratione ſitus, vel loci, in quo apparuit, nempe in cœlo; verè enim magnum eſt quicquid cœleſte eſt; ſed minimum, quidquid terrenum eſt, quia terra eſt quaſi punctus, ſiue centrum Cæli, cœlum vero, quaſi magna camera, circumquaque diffuſa. *Idem ibidem.*

Signum magnum ratione nouitatis; numquam enim auditum, vel viſum fuerat, numquam in cor hominis aſcenderat, quod aliqua pura creatura, ſcilicet homo, exaltaretur ſuper vniuerſos, & ſingulos ordines Angelorum. *Idem ibidem.*

Signum æui, inſigniens omnem ætatem, præteritam, futuram. *Io. Hailgrin. in c. 6. Cant. Cant.*

Signum Diuinum. *D. Amadeus hom. 3. de laud. M.*

Signum diuinę bonitatis, & ſapientię. *D. Thom. Aquinas ſuper cap. 12. Apoc.*

Signum diuinę charitatis, & pietatis ad genus humanum Iſai. 7. propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum. *Idem ibidem.*

Signum magnum diuinæ charitatis, & pietatis ad genus humanum; quia Deus valdè magnū indicium bonitatis ſuę, & charitatis ad homines oſtendit in ipſa. *Idem ibidem.*

Signum in cœlo, ad quod fluctuans, nauem cordis eijcere debet. *Albertus Mag. in Poſtillis ſuper cap. 1. Matthæi.*

Signum ſeueritatis formidoloſo peccatori. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſ.*

Signum fœderis, inter nos, & Deum. *Ern. Prag. in Mariali cap. 14.*

Signum diuinæ bonitatis, & ſapientiæ, diuinę charitatis, & clementię ad humanum genus teſte Eſai. 7. Vbi ait: Dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concipiet. *D. Bern. Senenſis tom. 3. ſerm. de Natiuit. B. M. V.*

Signum magnę gloriæ tam vtique magnę, quod vltra, quam dici poſſit ſuperat, & lętificat omnes Angelicos cives. *Idem tom. 1. ſerm. 61.*

Signum magnę gratię, in incarnatione Filij Dei, demonſtratæ, & datæ; ſignum enim operit, & claudit, quod ſignatum eſt, & Beata Virgo in immaculato vtero ſuo, ex dono gratię magnæ, & infinitæ clauſit, & operuit Filium Dei pro nobis, quando ſcilicet, Verbum Caro factum eſt, & habitauit in ea, vnde Ezechiel. 32. cap. Dominus ait: Solem nube regam, ideſt Chriſtum in Virgine abſcondam. *Idem ibidem.*

Signum magnę gratię, quia cęlum, & Deum per carnis aſſumptionem fecit eſſe nobiſcum ex gratia ſua. *Idem ibidem.*

Signum magnæ intelligentiæ; ſignum enim ducit in ſignati cognitionem, ſic Virgo Maria ſupra omnem aliam creaturam ducit in ſapien-

pientiam, & intelligentiam Filij ſui, & Dei. Hinc Iſai. 59. cap. De ipſa Dominus ait exaltabo ad populum meum ſignum meum; ideſt, per ſignum, vtique meum, quod eſt glorioſa Virgo, altam intelligentiam dabo de meo ipſo, & de Filio meo. *Idem ibidem.*

Signum magnum, quia magnam charitatem generi humano Deus oſtendit in ea, *Idem Tom. 3. ſerm. de Natiuit. Domini.*

Signum populorum. Eſai. 41. Signum quippè eſt, quod ſe offert ſenſui, aliquid relinquens intellectui, Maria autem incarnatum Deum ſenſui præſentauit, quia in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, vt dicitur Baruch. 3. ſed aliquid intellectui derelinquit, quia per hoc, quod Dei Filium in carne ſua viſibilem exhibuit, diuinitatem per fidem intellectui patefecit; propterea verè fuit ſignum quemadmodum Eſai. 7. cap. Ait Dominus ad Achaz: Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo, & ſequitur: Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. *Idem tom. 3. ſerm. 1. de glorioſo Nomine Mariæ.*

Signum virginale, & cæleſte, quod in Cælo apparuit Eccleſiæ militantis, vt omnibus bene viuendi præberet exemplum. *Idem tom. 1. ſermon. 61.*

Signum virginale, quod apparuit, & quotidie apparet in cælo animæ, quando, ſcilicet, quiliber iuſtus, ſeu peccator, deuotionis Virginis non eſt oblitus, ſed in hoc mari ſæculi periculis pleno, deuotionis oculos ad Mariam, quę dicitur ſtella maris, inſtanter leuat. *Idem ibidem.*

Signum virginale, quod apparuit in cælo gloriæ, cum ſcilicet in anima, & corpore in cælum aſſumpta eſt, ex quo tota cęleſtis curia decoratur. *Idem ibidem.*

Signum magnum, quod in cælo Eccleſię militāris, & triumphantis apparuit. *D. Antonin. in ſumma 3. part. tit. 31. cap. 3.*

Signum ſalutis. *Io. Paleonydorus lib. 3. Faſciculi tripartiti Hiſtoriar. Ord. Delp. V. M. de monte Carmelo cap. 7.*

Signum Domini. *Bern. de Buſtis ſerm. 6. de Nominat. Mariæ.*

Signum refulgens in gloria cęleſti. *Idem in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M. V.*

Signum fœderis, inter Deum, & nos, in generationes ſempiternas Gen. 9. *Maurit. de Villapr. ſerm. 25. Coronæ nouæ B. M.*

Signum refulgens in gloria cęleſti, multo magis, quam ſmaragdus in medio auri. *Idem ibidem. ſerm. 31.*

Signum noſtræ reconciliationis cum Deo. *Idem ibidem ſerm. 22.*

Signum populorum. *Idem ibid. ſerm. 5.*

Signum ſupremi adiutorij. *Frider. Fornerus in Epiſt. dedicatoria ſuæ palmæ triumphalis.*

SIMEON, precum Deo præſentatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laudib. Sanctiſs. Virg.*

SIMILA, ex qua nobis confectus eſt Panis cæli. *D. Io. Roſbroch. de Tabernaculo fœderis c. 118.*

SIMILITVDO expreſſiſſima Dei. *Ern. Prag. in Mariali cap. 14.*

SIMVLACRVM immaculatum puritatis, atque integritatis. *D. Gregor. Thaumat. orat. 2. in Annunc. Beatæ Mariæ Virg.*

Simulacrum Cæli in die incarnationis, quando ex eius vtero profiliere radij, quando incarnatus ſol è matrice erupit, quando lux in humana forma fuit efformata, quando partus fuit Nati exortus, non, exordium. *S. Proclus in orat. 2. quæ eſt de Incarnatione Domini in Beata Virg.*

Simulacrum diuinum, ac viuum, ad quod opifex Deus inuentus eſt, mentem quidem diuinitus gubernantem habens, ac ſoli Deo operam dantem; cupiditatem autem omnem ad id, quod ſolum expetendum, atque amandum eſt intentam. *S. Io. Damaſc. orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ Virg.*

Simulacrum diuinum. *S. Amadeus Hom. 3. de laud. Sanctiſs. M. Virg.*

Simulacrum admirabile. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Aſſumpt. B. M. V.*

Simulacrum nouitate mira decorum. *Idem in orat. de Natiuit. B. M. V.*

Simulacrum nouum, & incomparabile. *Id. ibid.*

Simulacrum præclariſſimum, ſplendidiſſimumque, poſt Chriſti humanitatem, contemplandi altiſſimum, in quo planè ſimulacro beati in cęlo adorandæ Trinitatis bonitatem, pietatem, charitatem, omnipotentiam, ſapientiam, liberalitatem, miſericordiam, æquitatem limpidiſſimè, ac iucundiſſimè contemplantur, & Deum laudant in ipſa, ac ipſam in Deo, qui ſe tam charitatiuè, ac liberaliſſimè communicauit, ac dedit Virgini tantæ, atque per eam omnia tam ſapienter, & clementer refecit, ſicut per primam fœminam omnia fuerant deformata. *Dionyſ. Carthuſ. lib. 4. de laud. Sanctiſs. V. art. 15.*

Simulacrum totius ſanctitatis. *Idem de laude Sanctiſs. Virg. lib. 1. art. 2.*

Simulacrum virtutum. *Idem lib. 1. de præconio Mariæ art. 24.*

SINVS exiguus immenſi illius ſinus omnia in ſe concludentis. *S. Metaod. hom. feſt. Purific. B. Mariæ Virg.*

Sinus anguſtus omnia complectentis. *Andreas Cret. orat. 1. de Dormit. Sanctiſs. V.*

Sinus magnus virginitatis, in eius Natiuitate refectus. *Idem orat. de Nat. B. M. Virg.*

Sinus immenſi. *Io: Geometra ſerm. in Annunciat. Sanctiſs. Dei Genitricis.*

Sinus ſecuritatis, & tranquillitatis. *Ern. Prag. in Mariali cap. 22.*

SION. *D. Bernard. ſerm. 1. in Annunc. B. M. V.*

Sion, in qua Deus factus eſt homo. *D. Auguſt. Enarratione in Pſalmum. 142.*

Sion mater, quam fundauit altiſſimus, & homo in ipſa factus eſt. *Venant. Fortunatus Elegia*

*in laud. Sanct. Mariæ Virginis.*

Sion, de qua veniet Redemptor, & amolietur iniquitates Dei Iacob, quam elegit Dominus in habitationem ſibi. *S. German. in ſuo Mariali.*

Sion, quæ percipitur intelligentia, quam Dauid prędixit diuinus. *Idem in orat. in Zon. Deip.*

Sion noua, cuius in turribus ipſe Deus cognoſcitur, mediuſque pertranſit inconcuſſam ſeruans: gentes commouens, & reges proſternens, vt adorent gloriam ipſius. *Idem orat. 1. in Præſentat. B.M. Virg.*

Sion ciuitas Regis Regum Chriſti, de qua gloriosa dicta ſunt. *S. Io. Damaſc. in Can. Sanctiſs. Deiparæ Virg.*

Sion ſancta, quam elegit opifex, quàm verbo prouidentię prępparauit ante ſęcula, in qua in carne eſt genitus ex qua progreſſus Diaboli vires contriuit. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu Ss. V. M. quando fuit oblata in templo.*

Sion, ideſt, ſpeculatiua pluſquam omnes. *Rudulph. Ardens hom. 1. in Aſſumpt. B.M.V.*

Sion, de qua Deus nos tuetur incarnatus memor noſtri libaminis. *D. Anſelm. in Pſalterio B.M.V. part. 1.*

Sion glorioſa, de qua nobis manifeſta fit carne verbi facies, decoris Dei ſpecies.

Sion, in qua Deus habitauit, homo factus. *Idem ibidem.*

Sion, in qua natus eſt fundator ipſe eius. *Idem in Pſalterio B.V. part. 2.*

Sion pacis, in qua decet hymnus Deum. *Idem ibidem.*

Sion, quæ parturiuit, & peperit maſculum, id eſt, Chriſtum, Filium maſculum, Filium fortiſſimum, valentem, ad debellandum fortem armatum. *Rupert. Abbas lib. 2. Commentar. in Eſaiam cap. 31.*

Sion, quam elegit Dominus in hęreditatem ſibi. *Serlo Abbas ſerm. 2. de Aſſumpt. B.M.V.*

Sion ad quam dicitur Adorna thalamum tuum Sion. *Petrus Cellenſis ſerm. de Purific. B.M.V.*

Sion in cuius thalamo ſponſus cubauit veſpere, & mane, & meridie, mane per Annunciationem Angelicam: meridie per obumbrationem Spiritus ſancti, veſpere per partum eiuſdem Virginis. *Idem ibidem.*

Sion, quæ ità adornauit thalamum ſuum, vt nihil fuerit, quod pater abhorruerit, nihil quod Filium offenderit, nihil quod Spiritum ſanctum reiecerit. *Idem ibidem.*

Sion de qua dicit pater Iſai. 46. Dabo in Sion, ideſt, in Maria ſalutem, ideſt Ieſum, qui interpretatur ſalus, qui datus eſt ei in incarnatione, quando factus eſt Filius eius, & per ipſam datus eſt nobis. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. V. lib. 11.*

Sion, quia ſicut Sion erat locus eminentiſſimus in Ieruſalem, ſic Beata Virgo in vtraque Eccleſia. *Idem ibidem.*

Sion, de qua ortus eſt Emanuel, & miſſus in ſalutem Iſrael. *Hildebert. in Prom. de Nat. Dom.*

Sion ob cæleſtium contemplationem, & quia ſicut Sion erat locus eminentiſſimus, & tutiſſimus in Ieruſalem ſic B. Virgo in Eccleſia. *Hugo Carenſis in Pſalmum 86.*

Sion mons ſublimis. *D. Bonau. in Pſalterio minori B.M.V. Quinquagena 8.*

Sion vera, quam elegit Dominus in habitationem ſibi, ibi requies ſua in ſæculum ſęculi, ibi habitauit, quando elegit eam. *Alb. Magn. ſu- Miſſus eſt cap. 202.*

Sion, quam ſibi Deus in habitationem elegit. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm. 3. P.*

Sion, quia gloriam Domini ſemper ſpeculata fuit. *Idem ibidem.*

Sion noſtra noua. *Matthæus Cantacuz. in cap. 4. Cantic. Canticorum.*

Sion, quam Dominus elegit, & prælegit in habitationem ſibi. *Ern. Prag. in Mariali cap. 4.*

Sion, cuius portas, ideſt, ſenſus diligit Dominus, ſuper omnia tabernacula Iacob, ideſt, pluſquam Corpora omnia aliarum Virginum ſicut enim Sion locus in Ieruſalem eminentiſſimus, atque tutiſſimus erat: ſic Beata Virgo per virtutum eminentiam altiſſima, atque à vitijs tutiſſima erat. *D. Bernardin. Senenſis tom. 2. ſerm. 51.*

Sion electa à Domino in habitationem. Pſalm. 118. *Bern. de Buſtis ſerm. 5. de Parturitione B. Mariæ V.*

Sion, quia ſemper Domini gloriam ſpeculabatur. Sion enim interpretatur ſpeculatio. *Idem ibidem.*

Sion, cuius Artifex, & Conditor Deus. *Maurit. de Villa probata ſerm. 30. Coronæ nouæ B.M.*

Sion, cuius Portæ, ideſt, ſenſus clauſæ fuerunt contra omne noxium, & inhoneſtum, & apertæ ad bonum. *Idem ibidem.*

Sion, cuius portas, ideſt ſenſus diligit Deus ſuper omnia tabernacula Iacob, ideſt pluſquam corpora aliarum virginum. *Idem ibidem.*

Sion, eo quod de Sion, ideſt de Iudæis nata eſt. *Idem ibidem.*

Sion, quia contemplatiua. *Idem ibidem.*

Sion, quia ſicut Sion erat locus amœniſſimus, & tutiſſimus in Ieruſalem, ſic Beata Virgo in Eccleſia etiam triumphante, *Idem ibidem.*

SIPHON, vas ſic dictum, quia aquas ſufflando fundit, quo, ſcilicet vaſe vtuntur orientales: nam vbi ſenſerunt domum ardere, currunt cum ſiphonibus plenis aqua, & extinguunt incendia, ſed, & Cameras expreſſis ad ſuperiora aquis emundant ſimiliter, & Maria aquas gratiarum nobis ſubminiſtrando, extinguit in nobis vitiorum incendia, & peripſam emundamur ab inquinamentis ſpiritus, & carnis noſtræ. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. V. lib. 10.*

SITVLA, de qua deſcendunt iugiter ſtillicidia gratiarum, conſolationum, aſpirationum, illuſtrationum, & huiuſmodi ad humani cordis duritiem excauandam. *Rich. à S. Laurent. de laud. V. lib. 9.*

Situ.

Situla Domini, quæ plus omnibus ſitiuit incarnationem eius, ob redemptionem mundi, & poſt Aſcenſionem eius, magis ſitiebat ad Deum fontem viuum. *Idem ibidem.*

Situla Dei, gratia Dei repleta, quæ ſi quis eam cum deuotione tetigerit, mox gratiam ſuam effundit, Numer. 24. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm.9.* A.

Situla, gratia Dei repleta, quæ ſi ab aliquo cum deuotione tangatur mox gratiam ſuam effundit; vnde. Numer. 24. dicitur, fluat aqua de ſitula eius, ideſt de Virgine Maria Matre eius. *Bern. de Buſtis ſerm.5.de Nominat.M.*

SMARAGDVS purus. *Coſmas Veſtitor orat.in ss.Ioachim, & Annam Dei Genitricis Parentes.*

Smaragdus, quia ſi Smaragdus gemma auget opes, gratum reddit, iuuat eos, qui abdita ſcrutantur: Maria dicit: in vijs iuſtitiæ ambulabo, vt ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam. *Ern. Prag. in Mariali cap.42.*

Smaragdus ſpiritualis. *Bern.de Buſtis in Mariali ſerm.2.de Coronat. B.M.V.*

Smaragdus pudicitiæ. *Io.Trith. lib.1. de Miraculis B.M.V. in Vrticeto cap.6.*

Smaragdus viridis, lucens, & optimus, ſuis amatoribus ſalutarem mentis, & Corporis præſtans continentiam, neceſſarij victus augens ſubſtantiam, illuſiones, & tentationes fugans Diabolicas, vires interioris hominis reficiens fatigatas. Deo, & hominibus reddens amabilem, curam epilepſiæ conferens efficacem, ingenium, & memoriam Dominicæ paſſionis acuens; vim deuotè precantibus infundens, medicinam afferens viſui defatigato, morſuique canis rabidi intoxicatis, atque leproſis, apoſtema ſimul, & calculum patientibus. *Idem lib.1. de Miraculis* B.M.V. *in Vrticeto cap.7.*

Smaragdus ratione coloris. Sicut enim Smaragdus viriditate ſua herbas virentes ſuperat, & viridium gemmarum obtinet principatum, ſic B. Virgo virginitate ſua, ſacratiſſimas Virgines, quæ quaſi gemmæ, vel herbæ carnis virorem ſemper conſeruarunt, omnium obtinet principatum. *Mauric. de Villaprobata ſerm.31. Coronæ nouæ* B. M.

Smaragdus ratione nitoris, quia vt dicitur, tantus eſt nitor Smaragdi, quod eius viror, nec in ſole aliquo modo obumbratur; & ſimiliter tantus fuit nitor puritatis, & virginitatis Dominæ noſtræ, quod ſolem iuſtitiæ Chriſtum gignendo, vel pariendo, in nullo perdidit ſuam virgitatem. *Idem ibidem.*

Smaragdus ratione operationis, quia Smaragdus valet ad augmentum diuitiarum, & Beata Virgo opes ſpirituales nobis auget, dum multiplices gratias impetrat, & dum nos ad bene operandum, & merita cumulandum incitat, ſmaragdus collo ſuſpenſus à morbo caduco præſeruat, Beata Virgo à caſu, & peccato reprimit, & conſeruat, Smaragdus laſciuos motus refrenat, & contra illuſiones, & Phantaſmata Dæmonum valet, Beata Virgo contra tentationes, & illuſiones Dæmonum, ac contra laſciuiæ libidinem auxilium nobis præbet, ſmaragdus viſum confortat, & Beata Virgo viſum confortauit, producendo nobis verum lumen Chriſtum, qui illuminat omnem hominem. *Idem ibidem.*

Smaragdus ratione repræſentationis, quia, vt dicitur in libro de proprietate rerum, ſi corpus Smaragdi extenſum fuerit, & exterſum, ſiue politum ad modum ſpeculi, imagines repræſentat, & ſimiliter Beata Virgo, cuius corpus fuit extenſum ex diuinali grauidatione, exterſum, & politum ex omnis immunditiæ elongatione, & omnium virtutum adornatione, imagines nobis repræſentauit, ideſt diuinam, & humanam, quia Verbum incarnatum nobis protulit, ideſt Dominum Ieſum Chriſtum, qui in quantum Verbum, eſt imago patris, & figura ſubſtantiæ, eius ad Coloſ. 1. & ſecundum carnem, ſiue humanitatem eſt, vt ità dicam imago Matris, ideſt homo ex homine, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo, ad Philippenſes 2. *Idem ibidem.*

SOBOLES ingens ſuorum parentum. *D. Fulb. Carnotenſis ſerm.3. de Natiuit. Sanctiſs.V.*

Soboles naturæ ſpecioſiſſima. *Iacobus Monach. in Mariali orat.2.*

Soboles pulcherrima. *Iſidor.Theſſalon.in orat.de Natiuit. B.M.V.*

SOCIA Dei in incarnatione. *D.Ephrem.in Tract. de Margarita pretioſa.*

Socia Angelorum. *S.Georg.Nicomed.orat.3. de Præſentat. B.M.V.*

Socia ſola ſalutaris paſſionis Chriſti. *Idem in s.Mariam aſſiſtentem Cruci.*

Socia, coniunctione perpetua vitæ Vnigeniti Filij ſui. *S.Germ.orat.1. in Dormit.B.V.*

Socia impigra viatorum. *Ioann. Geometra in Beata V. hymn.4.*

Socia Angelorum per munditiam integritatis. *Hugo de s.Victore lib.de perpetua Virginitate s.Mariæ V. & Rich. à S.Laurent.de laud. Sanctiſs.V. lib.3.*

Socia noſtra. *D.Bern. in orat. Rhytmic. ad Dom. Ieſum eiuſque Sanctiſs. Matrem.*

Socia vitæ Angelorum. *Idem ſerm. in Natiuitat. Sanctiſs.V. de Aquæductu.*

Socia particeps in Regno Dei. *Albert. Magnus ſuper Miſſus eſt cap.7.*

Socia toti Trinitati. *Iacob. de Voragine ſerm. 7. de Annunciat.* B. *Mariæ* V.

Socia nobis à Deo data, non ſolum naturalis, (vt ita loquar,) & generalis humanæ naturæ reconciliationis, vt Dei, & hominum mediatrix, opportunaque fieret in tempore iracundiæ reconciliatio quemadmodum Eſther ſuper omnes mulieres ab Aſſuero adamata, reuocata Regis ſententia, ſalutem obtinuit populo ſuo, ſuſpenſo proditionis procuratore in patibulo, verum etiam data ſocia perſonalis,

lis, & priuatæ reconciliationis, vt maternis affluens viſceribus ſuper filiorum damnatioe. *Antonius Pocqu. ſer. 8. de Concept. B. M. V.*

Socia noſtræ peregrinationis nobis à Deo data, non ſolum naturæ ſimilitudine, ſed ſociali opitulatioe, ſoler enim fidelis ſocius itineris viam docere, fatigatum ſuſtinere, dulci ſocium alloquio conuenire, iniuriatum, vel aggreſſum defendere, & alium offendentem excuſare, & ad ſatisfactionem. ſi is per ſe non ſufficit, ſe obligare; talemque ſe nobis exhibuit, & exhibet vſque adhuc Beata Virgo, quam dedit nobis Dominus ſociam peregrinatioois; nam docet nos viam veritatis, & iuſtitiæ ſanctæ conuerſationis exemplo: etenim ſequens illam, non deuiat, cuius vita inclita cunctas illuſtrat Eccleſias. Hinc ſtella maris appellatur, quæ ſui deuotos contemplatores, & imitatores perducat ad portum ſalutis: nouit vtique viam, quæ viam peperit, cuius eſt pes ſecutus veſtigia, nec ad dexteram declinans, nec ad ſiniſtram: docet quoque viam precibus aſſiduis, renocans errantes in inuio, & iter pandeos ante eos, fatigarum ſuſtinet, & confortat, dum exuſto tempore ad incedendum excitat puſillanimitatem, charitatis profligans ſtrenuitate, ſuſtinet quoque donec vires reſumat, viſitarus ab alto, ſuo non deſereos iuuamine non cępto pergentem itinere. Eſt etiam velut comes facundus pro vehiculo, cuius non habet amaritudinem conuerſatio, nec tædium conuictus, ſed lætitiam, & gaudium, dulci, namque refouet ſermone, quos duplex afficit tædium viæ prolixioris, affectioues ſanctas, deuotas meditatiooes, ſincera deſideria, & caſtas ingerens cogitationes ſuis precibus, & meritis; denique defendit offenſum, & tuetur aduerſus inſurgentes inimicos aggreſſum, ſicut fluit cera à facie ignis, ſic fugientibus cunctis, ea in auxilium exurgente. *Idem ibidem.*

Socia reconciliationis humanæ, quam dedie nobis Dominus ad faciendam miſericordiam cum Patribus, & Filijs ſenioribus, & paruulis. *Idem ibidem.*

Socia Spiritus ſancti. Ioan. *Mauburnus in Roſario de præconijs* B.M.V. *memb.* 1,

Socia Dei familiariſſima. *Dionyſ. Carthuſ. lib.* 1. *de laud. Sanctiſſ.* V. *art.* 24.

Socia totius ſuperbeatiſſimę Trinitatis. *Idem in Cantic. cap.* 8.

Socia amabilis, & indiſſolubilis totius indiuiduę Trinitatis. *Dionyſ. Fab. Tract. de Conc.* B.V

Socia Filij ſui in omni dolore, ac tribulatione. *Robert. Bellarm. Conc.* 1. *ſuper Miſſus eſt.*

Socia omnium moleſtiarum, & paſſiooum Chriſti. *Idem in Conc. de Aſſumpt.* B.M.V.

SOCRVS ſanctarum aoimarum. *D. Althelm. in lib. de laud. Virginitatis cap.* 22.

SOL D. *Bern. ſerm.* 3. *ſuper Salue Regina.*

Sol noo ceſſans mouerl, ſed ſemper proficieos, nunquam deficiens nec ſibi, nec alijs: amorem in altari cordis ſui tanquam ignem iodeficieotem iugiter portans. S. *Philipp. Apoſtolus in tranſitu* B.M.V *apud Amadeum Rep.* 8.

Sol, quę lumen nobis attulit. *Idem ibidem.*

Sol, in quo poſuit Rex tabernaculum ſuum, & proceſſit ſpooſus ad nos de thalamo ſuo. Rex virtutum, Rex gloriç. vromnes regnent per eum. *D. Ildephonſ. ſer.* 1. *de Aſſumpt.* B.M.V.

Sol, de quo Pſalm. 18. in ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. S. *German. Conſtant. ſer. in Natiuit. Beatæ* M.V.

Sol myſticus, quemadmodum enim ſpleodidiſſimus hic perpetuaque luce pręditus ſol, tametſi cum à lunari corpore aliquantiſper obducitur, quodammodo deficere, caligineq; obrui, ac fulgorem cum tenebris commutare videatur, non tameo à luce ſua excedit verum pereonis io ſe vitę fontem ſcaruriętem habet: imò, (vt rectius loquar) ipſe iodeficiens luminis fons eſt; quemadmodum ſcilicet, Deus conſtituit à quo ille creatus eſt, ad eundem quoq; modum Beata Virgo fons perenois veri lumiois, atque inexhauſtus, ipſius per ſe, ac ſubſiſtentis vitę theſaurus, & vberrima benedictionis ſcaturigo, quæ nobis booorum omnium parens, & cauſa extitit, etiamſi ad breue aliquod temporis ſpatium, corporeo modo, morte obtecta fuerit, tameo immenſi luminis vitę immortalis, ac veræ beatitudinis puros, & inexhauſtos latices, ſanationum footes, ac perennem benedictionem nobis fudit. S. *Io. Damaſc. in orat.* 1. *de Aſſumtione* B.M.V.

Sol radians, effundens ſplendores ſalutares in omnes fines terræ. S. *Ioſeph hymn. in Mariali.*

Sol clarus per ſapientiam, purus per contineoriam, fulgidus per ſamiam, calidus per charitatem, & exaltatus per Chriſti Conceptionem. *Idiota de* B.V. *par.* 14. *contemplat.* 13.

Sol illuminans intellectum per veram cognitionem, & ioflammans affectum per veram dilectionem. *Idem ibidem.*

Sol in magnitudine, & poteſtate, in vtilitate, in claritate, & in calore cuius magoitudo eſt eius humilitas, quia io humilitate omnis animę quantitas menſuratur cnius poteſtas eſt fides, quia fides poteſtas animæ eſt, nam quaotum habet quiſque fidei, tantum habet potentiæ cuius vtilitas eſt miſericordia, qua poſt miſericordiam eius Filij benedicti, nihil eſt vtilius humanæ creaturæ, cuius claritas eſt eius puritas, calor vero eſt eius charitas, quia charitas eſt animæ caliditas. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol cæteris ſyderibus claritate luminis, & maieſtate præfertur, ſic ipſa in cęleſti gloria ſanctis omoibus honore, & gloria ſuperpoſita eſt. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſolem ignis non comborit, nec aqua emollit, nec gladius ſcindit, oec fœtor corrumpit, nec vitium obſiſtit ſic Beata Virgo

go incorruptibilis fuit. *Idem de* B. M. V. *par.* 15. *Contemplat.* 2.

Sol, quia ſicut ſol non creſcit, nec decreſcit, ſic ipſa non creuit per elationem, nec vnquam decreuit per puſillanimitatem. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol radijs ſuæ claritatis illuminat mundum, ſic Beata Virgo ſuis virtutibus, & exemplis populum irradiat chriſtianum, ideo dicit de ſe ipſa Eccl. 24. Illuminabo omnes ſperantes in Domino alios nequaquam. *Idem de* B. M. V. *par.* 4. *Contemplat.* 6.

Sol, quia ſicut ſol ſuper bonos, & malos oritur indifferenter, ſic Beata Virgo præterita merita non diſcutiens clementiſſimam, & exorabilem ſe exhibet, ac omnibus neceſſitatibus liberaliter ſubuenit, quia habuit gratiam ſuperplenam, cum larga, & plena diffuſione, eius namque gratiam ſenſit infernus, quia mediante ea expoliatus fuit, ſenſit terra, quia mortuos reddidit, ſenſit Cælum, quia ſe aperuit, ſenſerunt Angeli, quia fuerunt reparati, ſenſerunt peccatores, quia fuerunt iuſtificati. *Idem ibidem par.* 5. *Contemplat.* 4.

Sol, qui dicitur, quaſi ſua omnibus largiens, quia ipſa quicquid habet quantum in ſe eſt communicat, & bonis, & malis; malis enim veniam impetrat, & gratiam iuſtis multiplicat, & conſeruat, & ſicut ſol fulgore ſuo totum illuſtrat orbem terrarum, ſic ipſa fulgore miraculorum totum illuſtrat orbem terrarū, & illuſtrabit vſque ad diem iudicij. & ſicut ſol eſt rex ſyderum, ſic ipſa Regina Virginum, imò ſanctorum omnium. *Idem ibidem par.* 14. *contemplatione* 13.

Sol Diei myſtici. D. *Anſelmus in hymno* 2. *Beata Dei Genitricis.*

Sol cuiuslibet virtutis, aut boni operis conſummatione. *Hugo de S. Victore ſerm. in Natiuitate, & Aſſumptione Beatæ* M. V. *qui eſt in ordine* 34.

Sol, in quo Filius Dei, veniens ad nos, poſuit tabernaculum ſuum, & de vtero eius, velut de thalamo, ſuo tanquam ſponſus procedens, exultauit vt in via huius ſæculi, pro ſalute noſtra Patri obediens vſque ad mortem perſeueraret, & ſic Eccleſiam à damnatione antiqui hoſtis liberatam, & ſanguine ſuo dotatam ſponſam ſibi aſſociaret. *Serlo Abbas ſermone* 1. *de Aſſumptione* B. M. V.

Sol, quia ſicut de prolato radio non eorrumpitur, aut minuitur ſolis corpus: ſic Mariam parientem non violauit prolatio ſacri partus. *Adam de Perſ. in Mariali fragm.* 2.

Sol, ſplendoris radios, exhibens vniuerſis. *Idem ibidem.*

Sol ſanctitate rutilans, qui mundum preſſum tenebris gaudet cura peruigili circuire, ruinas fatiſcentes affectu feruentiſſimo reſarcire, noſtras culparum nebulas interuentu lucido proturbare, noſtrarum terram mentium reſpectu benigniſſimo fœcundare. *Philipp. Abb. lib.* 6. *in Cantic. Canticor. cap.* 10.

Sol ſplendore ſtabili virtutum radijs inſignitus. *Idem ibidem.*

Sol propter prærogatiuam electionis. *Guilelmus Paruus in cap.* 6. *Cantic.*

Sol ſpiritualiter, quia ſicut ſol claritate luminis, & maioritate cæteris ſyderibus antefertur; ſic in cæleſtis vitæ gaudio, illa ſanctis omnibus iucunditate, & gloria ſupraponitur. *Abſalon. Abbas ſerm.* 1. *de Aſſumptione B. M. V.*

Sol, à cuius reſpectu ſoluitur glacies, id eſt glacidium cordis peccatoris. *Richar. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. Virg. lib.* 2.

Sol, clara per ſapientiam, pura per continentiam, fulgida per famam, calida per charitatem, exaltata per Chriſti conceptionem. *Idem ibidem lib.* 7.

Sol, cuius claritas, humilitas, cuius rotunditas, appetitus, & deſiderium æternitatis, vel æternitas virginitatis *Idem ibidem.*

Sol, de quo dicitur 2. Machab. 1. vt tempus affuit, quo ſol refulſit, qui prius erat in nubilo accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur; Maria enim quandiu fuit in via, fuit quaſi ſub quodam nubilo, de quo dicitur Iob 26. Qui tenet vultum ſolis ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam, ſed ex quo clarificata eſt nebula ſua in aſſumptione, accenſus eſt, quoad eam, quaſi quidam magnus ignis, deuotio fidelium, & ab vniuerſis rectè credentibus mirabilis prædicatur, *Idem ibid.*

Sol illuminans intellectum per veram cognitionem, & inflammans affectum per veram dilectionem. *Idem ibidem.*

Sol non occidens quoad ſe, vnde dicitur Eccleſiæ. Iſaiæ 60. Non occidet vltra ſol tuus, occidens autem quoad nos, ſi mortaliter peccauerimus. Eccleſ. 1. oritur ſol, & occidit, vbi Auguſtinus: Sol iſte, ſi non feceris caſum, non faciet tibi occaſum. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut corpus ſolis non comprehenditur niſi in radio ſuo, ſic nec Mariæ dignitas, niſi in Filio ſuo; quantum enim filius dignior, tantum mater excellentior. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut cum ſol oritur in Oriente, tunc illuminatur mundus, cum vero in Occidente ſe abſcondit, mundus fit tenebroſus; ſic cum gratia Mariæ nobis oritur, illuminamur, cum occidit per peccatum noſtrum, tunc obtenebramur. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut in mundo eſt vnus ſol, Maria vna ſola eſt mater, & Virgo; vnde, & comparatur Phœnici, quæ eſt vnica auis ſine patre, vnde. ſedulius nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem, ideo etiam dicitur electa vt ſol, qui ſimilem non habet, nec ipſa ſimilem habet, nec habitura eſt in æternum, *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut nunquam deficit lumen ſolis, ſimiliter nec Maria defecit in Filij paſſione, licet tunc deficeret omnis ſanctus. *Idem ibid.*

Sol, quia ſicut qui in ſolem defigit oculos, à poſteriori ponit vmbram ſuam: ità qui cordis

oculos,

oculos, intellectum videlicet, & affectum, conſtanter defigit in Mariam, eius recolens paupertatem, vmbram rerum labentium facillimè adorſit. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol ad hoc factus eſt, vt illuminet totum mundũ, ſicut dicitur Gen. 1. ſic Maria ad hoc facta eſt à Deo Trinitate, vt miſericordiam, veniam, gratiam, & gloriam, quaſi lumen à Deo impetret toti mundo. *Id. ibid.*

Sol, quia ſicut ſol dicitur, quaſi ſolus lucens; eſt enim ſol iſte materialis oculus huius mundi, lux creaturarũ, ſpeculum Creatoris, quod nulla mundana creatura pulchrior, nulla vtilior, nulla clarior, quo lucente, cætera omnia luminaria ſic ſunt, quaſi non ſint; ſic, & dici debet, & credi de Virgine glorioſa reſpectu omnium creaturarum, non ſolum hominum, ſed & Angelorum. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol dicitur quaſi ſolus lucens, & cæteris luminaribus claritate luminis, & maieſtate præfertur: ità in cæleſti gloria Maria ſanctis omnibus honore, & gloria ſuperponitur, ideo in figura Mariæ dictum eſt de Iudith. cap. 11. Non eſt talis mulier ſuper terram. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſi ſol dicitur quaſi ſua omnibus largiens: Maria quicquid habet, quantum in ſe eſt, omnibus communicat, & bonis, & malis, vt ei conueniat, quod de Patre dicitur Rom. 8. ſi pro nobis omnibus tradidit filium ſuum, ſeilicet, volens eum pati, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol dicitur, quaſi ſurſum lenans, quia in feruore ſuo attrahit guttas maris ſalſas Amos 5. ita Maria aquas marinas fœtentes, & ſalſas, nempe amaros peccatores, qui fœtent, & amareſcunt, calore pietatis, & charitatis attrahit ad cultum Filij ſui, orationibus, meritis, & exemplis, & ſublata ab eis ſalſedine vitiorum, quaſi per gratiam dulcoratas, proponit peccatoribus, qui terra ſunt in exemplum, vt priorum exemplo poſteri conuertantur. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol diem inchoat per ortum, terminat per occaſum, diſtinguit in certas partes per progreſſum, diſcernit noctem à die ſuæ claritatis ſplendore; ita Maria vitam iuſti exemplo vitæ ſuæ, vt ei conuenire videatur illud, quod de filio dicitur Pſalm. 118. Ordinatione tua perſeuerat dies, id eſt, vita Chriſtiani. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol eſt pulcherrimum luminarium Cæli, ità Maria digniſſima creaturarum Dei; ideo ipſa dicitur primogenita ante omnem creaturam, id eſt dignior omni pura creatura. Eccl. 24. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſi ſol eſt Rex ſyderum, Maria eſt Regina Virginum, imò omnium ſanctorum, qui ſunt ſtellæ, de quibus dicitur Eccl. 43. Species Cæli, id eſt, Eccleſiæ, gloria ſtellarum, id eſt virginitas ſanctorum. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol, ex quo manè ſurrexerit, præſtolatur tota die ad oſtium, paratus intrare domum, ſi aperiatur ei: ſimiliter, & Maria, ex quo aſcendit in Cælum videtur dicere cum Filio, Apoc. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol fugat tenebras, & mundum illuminat tenebroſum: ità Maria pulſat cunctas hæreſes, & mediante partu ſuo, mundum illuminauit, & totam illuſtrat Eccleſiam ſuorum radijs exemplorum. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol, id eſt Chriſtus, electus eſt ex millibus hominum, Cant. 5. ſic Maria electa eſt ex millibus fœminarum, vnde dicitur Cant. 6. Vna eſt matri ſuæ electa genitrici ſuę. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol luminare eſt par ſibi non habens, & toti mũdo copioſè ſufficiens; ſic Beata Virgo, nec primam ſimilem viſa eſt &c. Item quia fulgore miraculorum lucet vbique terrarum, & lucebit vſque ad diem iudicij. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol lunam, ſic Maria illuminat Eccleſiam: vndè Beatus Bernardus: Tolle Mariam, quod reſtat, niſi tenebræ. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol maculam neſcit, de Maria dictum eſt Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol nec creſcit vnquam, nec decreſcit: ſimiliter Maria nunquam creuit per elationem, nunquam decreſcebat per puſillanimitam, vel per triſtitiam, quæ anguſtat, quia nec timoris habuit angulum, nec elationis ſupercilium. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol producit terræ naſcentia, Maria produxit, id eſt, procul ducit de virtute in virtutem, illos qui exemplo ſuæ pauperratis exeunt de terra, hoc eſt de amore terrenorum, & ità cęlo naſcuntur, ſicut, quod de terra oritur, ſurſum creſcit. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol radijs ſuæ claritatis illuminat mundum: ità Maria ſuis virtutibus, & exemplis populum irradiat Chriſtianum. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol ſua claritate totum illuminat, & ornat mundum, ſic ſpecies Beatæ Virginis, & vita ipſius totam illuſtrat Eccleſiam. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol ſuo lumine penetrat tantum materias mundiores, & quaſi limatas, vt vitrum, chriſtallum, ſed craſſiores nequaquam: Maria ſuis radijs illuſtrat ſolum vitreos per pœnitentiam, quæ eorpus excoquit, cum ipſa ſit ignis, & per puritatem quaſi chriſtallinus. *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol tantæ liberalitatis eſt, quod à nulla Creatura quantumcumque fœtente, & ſordida ſi ſit ei expoſita radios ſuos vertit, nec quantumlibet ſpecioſam illuſtrat, ſi abſcondatur ab eo: ſimiliter nec Maria à quantumcumque viliſſimo peccatore ipſam fideliter inuocante, auertit reſpectum pietatis ſuæ,

nec

nec, quantumlibet magnus fuerit quis per litteras, diuitias, aut honores, ipſum irradiat, ſi ipſam negligat inuocare, multos tamen præuenit, vt velint, & volentes proſequitur, ne fruſtra voluerint, ſicut dicit Auguſt. de Filio eius. *Idem ibidem.*

Sol, quantum ad generationem Filij, quia ſicut ſol ſine ſui corruptione gignit radium, ſic & Virgo Filinm. *Idem ibidem lib. 5.*

Sol veriSolis imaginem repræſentans in vniuerſitate. *Idem ibidem lib. 7.*

Sol hæreſum tenebras è mundo auferens, cuius lumen, id eſt, fides nunquam defecit. *Hugo Carenſis in Pſalmum 18.*

Sol illuminans. D. *Bonauent. in Speculo Beatę M. Virg. cap. 3.*

Sol, qui nullam habuit obſcuritatem peccati, in quo Deus poſuit tabernaculum ſuum, id eſt corpus ſuum. *D. Thomas Aquin. in Pſalm. 18.*

Sol ardens 1. Reg. 11. *Albert. Magn. in Bibliæ Mariæ ſup. lib. 1. Regum.*

Sol ad iuuandum omnibus fidelibus Ioſue 10. *Idem in Biblia Mariæ ſuper. lib. Ioſue.*

Sol Cæli, per omnia reſpiciens Eccl. 42. id eſt, cuilibet de omni ſeruitio, quod ipſi impenſum fuerit, ſpeciales ſcintillas æternæ retributionis tranſmittens, ſicut Principes facere conſueuerunt. *Idem ſer. 2. in Aſſump. B. M. V.*

Sol Dei, quem Deus oriri fecit per natiuitatem in mundo, per gratiam in mente ſuper bonos, vt confirmentur, conſolentur, & illuminentur, & malos, vt conuertantur, & ſaluentur Matth. 5. *Idem in Biblia Mariæ ſup. Euang. S. Matthæi.*

Sol, qui ortus eſt toti Eccleſiæ, quando nata fuit. *Idem in Biblia M. ſuper lib. Eccleſiaſt.*

Sol, quia ſua præſentia ornat Cælum Eccleſ. 26. *Idem in Biblia M. ſuper librum Eccleſiaſt.*

Sol dans iuſtis lucem ſapientię, & calorem diuinæ iuſtitiæ. *Iacob. de Vorag. in Mar. ſer. 9. L.*

Sol frigidos accendens igne ſuæ charitatis. *Idem in Mariali ſer. 8. P.*

Sol iuſtis, quibus mittit radium gratiæ ſuæ, & illuminat eos per exemplum, & beneficium. *Idem ſer. 2. pro ſabb. 4. hebdom. quadrag.*

Sol, quia ſicut Sol habet tres Planetas ſupra ſe, & tres infra ſe, & ipſe eſt medius: ſic Virgo glorioſa Beata Maria habet ſupra ſe in Trinitate tres perſonas, & infra ſe tres ſtatus ſaluandorum, ſcilicet Virginum, Continentium, & Coniugatorum, & ipſa in medio conſtituta, vbi ipſam Beatam Trinitatem reconciliat tribus ſtatibus ſaluandorum. *Idem ſer. 6. de Purificat. Beatæ V. M.*

Sol quoſdam illuminansad Dei cognitionem, alios inflammans ad Dei amorem, alios fructus producere faciens per bonam operationem. *Idem in Mariali ſer. 3. F.*

Sol, quia ſicut ſol omnibus mundanis antefertur, ſic Beata Virgo omnibus creaturis præfertur, & ipſum verum ſolem imitari nititur viuendo in omni humilitate, manſuetudine, iuſtitia, & ſanctitate, & ſicut ſol ſui curſus ſolitas non mutat habenas: ſic B. Virgo propoſitum, quod ſemel arripuit non mutauit. *Alanus de Inſul. in cap. 6. Cantic.*

Sol radians in virtute, totum Cœlum illuminans. *S. Mechtild. lib. 1, gratiæ ſpiritualis c. 55.*

Sol ex quo Sol iuſtitiæ corpus accepit. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

Sol, eo quod Dei, & Patris ſuſceperit Verbum. *Matthæus Cantacuz. in c. 6. Cantic. Canticorum.*

Sol, quia ſicut ſol in rebus corporalibus nihil eſt, quod ſecundum Dionyſium, magis expreſsè veſtigium Trinitatis oſtendat, quam ſol: ita ſimiliter in rebus ſpiritualibus, nihil inuenimus Dei formius, quam Mariam. *Ern. Prag. in Mariali cap. 5.*

Sol, quia ſicut nihil lucidius ſole videre poteſt viſus noſter exterior, ità nil lucidius, atque glorioſior Maria cogitare poteſt intellectus noſter: & ſicut ſol lucens in virtute reuerberat viſum noſtrum, ità quodammodo Mariæ claritas ipſorum Angelorum videtur reuerberare affectum ſtupentium, & quærentium, Quæ eſt iſta? *Idem ibidem.*

Sol, quia ſicut ſol omnia luminaria Cęli ſua claritate non ſolum excedit, ſed extinguit, ità in comparatione Mariæ cæterorum electorum lumina non apparent. *Idem ibidem.*

Sol, per vitam exemplarem. *Bartbol. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſſ. fructu 8.*

Sol, quia charitate plena. *Idem lib. de laud. Virg. fructu 8.*

Sol eo, qui videtur ſplendidior. *Iſidor. Theſſalon. orat. de Aſſumptione B. M. V.*

Sol fulgentiſſimus puritatis. *Idem ibidem.*

Sol, veram, & inextinguibilem afferens mundo lucem. *Idem ibidem.*

Sol, de quo. Eccleſ. 26. ſicut ſol oriens in mundo, in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domus ſuæ, nam ſicut ſol materialis ſuo ſplendore totum illuminat, & præornat hemiſpherium noſtrum: ſic feliciſſima Virgo, omnium optima mulierum, vniuerſam decorat, illuſtrat, lætificat militantem, ac triumphantem Eccleſiam; domus enim bonæ mulieris eſt ſancta Eccleſia tam militans Virgini glorioſæ commiſſa, quam triumphans ex Angelis, atq; hominibus conſtituta. *Dionyſ. Carthuſ. lib. 1. de laud. Beatæ Mariæ Virg. art. 4.*

Sol, Soli iuſtitiæ Chriſto Domino ſimilis; quemadmodum enim Chriſtus inter viros, ſic Beata Virgo inter mulieres incomparabilis eſt. *Idem lib. 1. de præconio Sanctiſſ. M. art. 25.*

Sol, quia quemadmodum ſol cuncta fidera, ac planetas quantitate, luminoſitate, & cauſalitate excedit: ſic diuiniſſima Virgo, poſt vnicum ſui benedicti veri fructum, vniuerſos ſanctos in omni perfectione, ſapientia, pulchritudine, & fœcunditate tranſcendit. *Idem de laud. Beatæ Mariæ Virg.*

Sol, quia ſicut ſol cæteris planetis, ac ſtellis eſt

maior luminoſior, atque cauſalior, ſic Beata Virgo poſt Chriſtum eſt cæteris ſanctis maior perfectione, luminoſior ſapientia, & virtute cauſalior; vt pote Genitrix veri Domini, Saluatoris mundi, & innumerabilium peccatorum reductrix ad gratiam, & ſalutem. *Idem in Cant. art. 21.*

Sol, quia ſicut ſol iſte lucens, atque ſenſibilis, omnibus indifferenter ſecundum vniuſcuiuſque capacitatem claritatis ſuæ radios influit; ſic benigniſſima Virgo bonis, & malis gratis, & ingratis, iuſtis, & iniuſtis exorabilis eſt, atque compatiens, multas demum præuenit, & eripit, ſaluat, & ditat, vniuerſorumque præces, ac neceſſitates ampliſſimo, itemque materno affectu ſuſcipit, atque amplectitur. *Idem lib. 3. de Præconio Sanctiſſ. M. Virg. art. 15.*

Sol, diuinæ gratiæ lumine ſemper fulgidus, & nunquam obſcuratus tenebris peccati. *Bern. de Buſtis in Mariali ſer. 8. de Concept. B. M. V.*

Sol diuinus. *Idem ibidem.*

Sol fulgentiſſimus, & clariſſimus illuminans iuſtos per exemplum, & beneficium. *Idem ſer. 2 de Aſſimilat. Beatæ M. V.*

Sol noſter fructuoſiſſimus, quo mediante omnes fructus noſtri efficiuntur maturi, id eſt omnia opera noſtra, vt ieiunia, orationes, & eleemoſynæ, & ſimilia ſunt Deo grata, & nobis vtilia. *Idem ſer. 2. de Aſſimil. B. M. V.*

Sol, qui neſcit occaſum. *Idem in Mariali ſer. 6. de Concepione Beatæ M. V.*

Sol refulgens, gloria cælorum luſtrans atria, lucæ replens ſæcula. *Idem in offic. Concep. B. M. V.*

Sol replens filios ſuos, id eſt Beatos clariſſima Dei viſione, & feruentiſſimo eius amore. *Idem ſerm. 2. de Nominat. M. V.*

Sol, in quo poſuit Altiſſimus tabernaculum ſuum, hoc eſt corpus ſuum. *Claudius Rapinus Cælestinus ſerm. 2. de Concept. B. M. V. & Io. Tauler. in tract. de 10. cæcitatibus cap. 11.*

Sol, vt pote, quæ fidei ſplendore illuſtrata in paſſione Chriſti; ſicut enim lumen ſolis nunquam extinguitur, ſic nec illa mota eſt, nec vacillauit à fide, & ſola omnium ſemper perſtitit immobilis, ardens, & lucens. *Claud. Rap.*

Sol pulcherrimus, vniuerſam illuſtrans Eccleſiam. *Ioan. Trith. lib. 1. de Miraculis B. M. V. in Vriceto cap. 6.*

Sol ſalutaris ſapientiæ. *Idem de Mirac. B. M. V. prope Dittelbach lib. 1. cap. 10.*

Sol bonis, & malis communis; his enim comparat gratiam, illis auget. *Philippus de Greue ſerm. 190. in Pſalm. 88.*

Sol iuſtis, & perfectis. *Idem ibidem.*

Sol illuminans per exemplum, & beneficium. *Maurit. de Villaprob. ſer. 9. Coronæ nouæ B. M.*

Sol in ſitu, quia ſi ſol eſt in medio Planetarum, Beata Virgo habet ſupra ſe tres diuinas perſonas, & ſub ſe tres Angelorum Hierarchias. *Idem ibidem.*

Sol, omnes tam iuſtos, quam peccatores calefaciens. *Idem ibidem.*

Sol, propter incorruptibilitatem impermixtibilitatem, formoſitatem, luminoſitatem, fructuoſitatem, & maturitatem. *Idem ibidem.*

Sol, quo nebula iniquitatis diſſoluitur. *Id. ibid.*

Sol ſuos deuotos inflammans ad Dei dilectionem. *Idem ibidem.*

Sol terræ naſcentia producens. *Idem ibidem ſermone 14.*

Sol, de qua Cant. 6. electa vt ſol, quia ſicut ſol in ſuę creationis inſtanti, ſuam omnem adeptus eſt claritatem: ità Beata Virgo in ſuæ Conceptionis inſtanti omnes aſſecuta eſt perfectiones, atque ipſa ſine peccato originali concepta. *Petr. Gal. lib. 7. de Arcanis cap. 5.*

Sol, in Dominica Annunciatione, & Natiuitate, & quotidie veritate, ſanctitate, virginitate, obedientia, & humilitate, quæ implet omnem iuſtitiam, & ſimilibus virtutum ardoribus orbem vniuerſum illuminans, mirabiliterque inflammans, & incendens. *Ioan. Picus lib. 3. in Cantic. cap. 5.*

Sol clariſſimus, defectum prorſus neſciens. *Ludouic. Bloſius in Endologia 2. ad B. V.*

Sol, è Cælis terram illuminans. *Idem ibidem.*

Sol, à terra Cælos irradians. *Idem ibidem.*

Sol peccati nubes diſcutiens. *Idem ibidem.*

Sol in Filij paſſione dolore obſcuratus. *Robert. Bellarm. in Conc. de Reſurrect. Domini.*

SOLAMEN dulce conuerſorum. *D. Ephrem. in ſerm. de Laud. Beatæ M. V.*

Solamen in afflictionibus. *Anonym. in Enchol. ſeu Rituali Græc. in officio comm. ſupplicat.*

Solamen pupillorum. *Adam Tramoultanenſis lib. 1. ſermon. 40.*

Solamen hominum. D. *Bonauent. in laud. Beatæ Virg. Mariæ.*

Solamen lugentium. *Idem in Pſalt. B. M. V.*

Solamen ſæculi. *Idem in laud. B. M. V.*

Solamen omnium miſerorum. *S. Mechtild. lib. 1. gratiæ ſpiritualis cap. 54.*

Solamen miſeris *Ioan. Hondemius in inuocatione Sanctiſſ. Deip. Virg.*

Solamen laborantium. *D. Laurent. Iuſtin. in ſer. de Annunciat. Beatæ M. V.*

Solamen deſolatorum. *Thom. à Kempis in Soliloquijs cap. 23.*

Solamen confeſſorum. *Robert. Bellarmin. in Conc. de Natiuitate Beatæ V.*

SOLATIVM mundi. *D. Ephrem in ſerm. de laud. B. M. V. & D. Laur. Iuſtin. in lib. de Caſto connub. verbi, & animæ cap. 9.*

Solatium ſolitariorum. *D. Ephrem. in ſermon. de laud. Beatæ Mariæ Virg.*

Solatium eorum, qui affliguntur. *Eutichianus in vita Theophili.*

Solatium laborum. *Georg. Nicomed. orat. 2. Concept. Deiparæ Virg.*

Solatium chriſtianorum. *S. German. orat. in Zona Deipara Virg.*

Solatium blandum ijs, qui in mærore verſantur. *S. Io. Damaſc. orat. 1. de Aſſumpt. B. M. V.*

Solatium noſtrum in afflictione. *Idem in Paracl. Beatæ Mariæ V.*

Sola-

Solatium miſerorum. *S. Anſelmus Lucenſis ſuper Salue Regina. & D. Bonau. in Canticis Pſalterij Beatæ Virg.*

Solarium noſtrum. *D. Bonau. in Pſalt. B. V.*

Solatium omnium ſupernorum ciuium. *Idem in Canticis Pſalterij Beatæ M. V.*

Solarium operantium. *Albert. Magn. ſuper* Miſſus eſt *cap.* 160.

Solatium afflictorum. *Iacobus Monach. orat. de Natiuitate Beatæ M. V.*

Solatium amanti. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 39.

Solatium peregrinarionis. *D. Laur. Iuſt. in ſerm. de Natiuitate* B. *Mariæ Virg.*

Solatium ſingulare ne dum iuſtis atque deuotis, ſed miſeris quoque, itemque deſperatis peccatoribus. *Dionyſ. Carthuſ. lib.* 1. *de Præcon. S. Mariæ artic.* 25.

Solatium dulce animarum noſtrarum. *Ludouic. Bloſius in Endologia* 3. *ad B. M. V.*

SOLATRIX tribulatorum. *D. Birgitta lib.* 4. *Reuelationum cap.* 19.

SOLEMNITAS ſalubris commurationis. S. *Proclus in orat.* 1. *de laud. Sanctiſſ. Virg.*

SOLITVDO, in qua apparuit minutum Verbi. *Rupert. Abbas lib.* 1. *Comment. in Matthæum.*

Solitudo, in qua ros iacuit Spiritus ſanctus. *Idem ibidem.*

Solitudo, de qua dixit Iſai 35. exultabit ſolitudo, quod fuit quando dixit: Exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo Lucæ 1. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſſ. V. lib.* 8.

Solitudo ob mundi contemptum, & amorem ſolitariæ vitæ. *Idem ibidem.*

Solitudo, quia ſeparata à turbine mundi, & ſoli intenta Creatori. *Idem ibidem.*

Solitudo exultans terræ, quæ floruit quaſi lilium per virginitatem. *D. Bonau. in Speculo Beatæ Mariæ Virg.*

Solitudo quieta, & dulcis ante Filij incarnationem. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 36.

Solitudo quantum ad Deum, quia ipſi ſoli ſeruans fidem, ipſi ſoli ſemper vacans, ipſi ſoli ſe tota deuotione committens. *Idem ibidem.*

Solitudo per fugam. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de laud. Sanctiſſ. Virg. fructu* 2.

Solitudo, quia Deum aſſiduè contemplabatur. *Idem ibidem fructu* 8.

Solitudo exultans, Eſai. 35. quia viro non coniuncta germinauit, id eſt peperit cum lętitia. *D. Anton. in ſumma par.* 4. *tit.* 15. *cap.* 31.

SOLIVM ſublime, & eleuatum, in quo ſedens Dominus Sabaoth, Prophetarum acuriſſimo Iſaiæ viſus eſt. Iſai. 6. *Andreas Cretenſis orat. de Dormit. S. V.*

Solium excelſum, & eleuatum, ſuper quod Propheta ſedentem vidit Dominum Sabaoth. S. *German. Conſtant. ſerm. in Natiu. B. V.*

Solium eleuatum in gloria, animata ſedes, quæ Dei cathedrã in ſe ipſa deſignauit, & Deum, qui ſuper intellectuales requieſcit virtutes, continuit. *S. Ioan. Damaſcen. orat.* 4. *de Natiu. Beatæ Mariæ Virg.*

Solium regium, cui adſtiterunt Angeli, Dominum, & effectorem inſidentem cernentes. *Idem orat.* 1. *de Aſſumptione* B. M. V.

Solium excelſum, & eleuatum Domini Sabaoth. *Ioan. Epiſc. Aretinus in Tractatu de Dormitione Sanctiſſ. Virg. Mariæ.*

Solium regale. *Idem ibidem*

Solium Dei triumphantis in Cælo. *Guaric. Abbas ſerm.* 1. *de Aſſumptione S.* M. V.

Solium ſpeciale Regis, excelſum, & eleuatum ſuper gloriam omnium. *Idem ſerm.* 1. *de Aſſumptione Beatæ Mariæ* V.

Solium diuinitatis. S. *Petr. Damian. ſerm.* 2. *de Natiuitate Beatæ* V. M.

Solium Imperij. *D. Anſelm. in Hymno* 2. *Beat. Dei Genitricis.*

Solium Deitatis. S. *Petrus Manrit. Cluniac. Proſa in honorem* SS. *Matris Domini.*

Solium torius Trinitatis. *Idem lib.* 3. *Epiſtolar. Epiſtol. vltim.*

Solium excelſum, & eleuatum ſuper choros Angelorum. *Petr. Bleſ. ſer.* 33.

Solium excelſum per arduam nouitatem virginitatis propoſiti eleuatum per ſingularitatem ſpiritualis domi, id eſt fœcunditatem vteri. *Helinandus Ciſterc. ſerm.* 1. *de Natiu. Dom.*

Solium Domini excelſum ob dignitatem conditionis, eleuatum ob prærogatiuam virtutis, & ſuperexaltatum ob ſuſceptionem Filij Dei in ſe. *Richard. à S. Laurea. de laud. Sanctiſſ. Virg. lib.* 10.

Solium Dei in miſericordia præparatum. D. *Bonauent. in Speculo* B. *M. V. cap.* 8.

Solium diuinæ miſericordiæ, in quo omnes inueniunt ſolatia miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Solium excelſum, & eleuatum: excelſum, quia ſupra conditionem naturæ corruptæ à fomite liberatum: eleuatum autem, quia ſuper hominem, ne peccandi haberet potentiam, eſt per gratiæ beneficium confirmatum. *Idem libro de Eccleſiaſt. Hierarchia par.* 4. *circa finem.*

Solium verè beatiſſimum, verè ſtabiliſſimum, excelſum in intellectu, eleuatum in affectu, excelſum ſuper homines, eleuatum ſuper Angelos; excelſum in gratia, eleuatum in gloria. *Idem in Speculo Beatæ M. V. cap.* 7.

Solium Domini, in quo Deus ſedit per miſericordiam ſe incarnando. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper Hieremiam Proph.*

Solium gloriæ, quod ſibi Rex Cæli æternaliter elegit. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 193.

Solium incarnationis Filij Dei, excelſum quantum ad animam, eleuatum, quantum ad corpus Iſai. 6. *Idem in Biblia M. ſuper Proph. Iſai.*

Solium miſericordiæ, ad quod peccatores miſericorditer congregantur, & ibi abſoluuntur, & non ſecundum merita puniuntur. Ierem. 3. *Idem in Biblia M. ſuper Ierem. Proph.*

Solium miſericordiæ, ad quod veniens peccator abſoluitur. Iob. 23. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*

Solium miſericordiæ, in quo Filius Dei miſericorditer iudicat peccatorem. Iſai. 16. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Proph. Iſaiam.*

Solium propitiationis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ieremiam Proph.*

Solium regale, in quo Dei Filius, vt pote verus Salomoa, id eſt, Rex pacificus, ſedit, iudicans omnes fines terræ medio ſiquidem tempore, in quo Virginis vtero geſtabatur, non minus ea, quæ ſurſum erant in Cælo, & quæ in terra deorſum, prudentiſſimè gubernauit. *Idem in Annunciat. B.M.V. ſer.1.*

Solium ſummi Regis. *Iacob.de Vorag. in Mariali ſerm.6. & Bernardinus de Buſtis ſerm.3. de Aſſimilat.* Beatæ M.V.

Solium excelſum, & eleuatum, quod vidit Iſaias in Templo cæleſti, ſuper quod Templum ſtabant Seraphim clamantia iugiter: Sanctus, Sanctus, Sanctus. *Ern.Prag.in Mar. cap.150.*

Solium excelſum ſuper gratiam, eleuatum ſuper gloriam in quo ſedit rex lætus, & hilaris, vt pote in regalibus nuptijs, & conuiuio per magnifico. *Idem in Mariali cap.148.*

Solium egregium quod ſibi præparauit in miſericordia increata, ſed incarnanda dignanter, propter nos Dei ſapientia. *Anton.Pocq.ſer.7 de Conceptione* B.M.V.

Solium excelſum, & eleuatum ratione dignitatis altiſſimæ, cuius maieſtate plena erat omnis terra, ratione dignitatis latiſſimæ. *D.Bernard. Seneſis Tom.3 ſer. de Aſſumpt.* B.V.

Solium, ſuper quod Iſai. 6. vidit Dominum ſedentem quia Dominus immobiliter requieuit ſuper Virginem ratione dignitatis firmiſſimæ. *Idem ibidem.*

Solium Salomonis, id eſt, Saluatoris, in quo fuit Deum, mundum reconcilians ſibi, quoniam ipſa non ſolum portauit vnigenitum Dei in ſua mente per fidem, charitatem, ac iugem memoriam venerationemque præcipuam, ſed etiam in ſuo inuiolabili vtero tulit eum ex ſe hominem factum. *Dionyſ. Carthuſianus in Cantic. artic. 12.*

Solium gloriæ Dei. *Paulus de Heredia in Tractat. de Conceptione* B.M.V.

Solium Salomonis cæleſtis. *Bernard.de Buſtis ſer.3. de Aſſimilatione* Beatæ M.V.

Solium valdè ſublime, ſuper quod ſedit Deus. *Idem ſer.2. de Aſſimilat. Beatæ* M.V.

Solium ſummæ Trinitatis, quod Angeli venerantur. *Ioan. Trithem. lib.1.de Mirac.* B.V.M. *in Vtriccto cap.6.*

Solium gloriæ Domini. *Philippus de Greue ſerm. 190. in Pſal.88. qui ſerm. eſt de* B.V. *comparata Throno Soli, & Lunæ.*

Solium Salomonis cæleſtis *Maurit.de Villaprobata ſerm. 22. Coronæ nouæ* B.M.

Solium ſuper quod ſedit Deus, quod valde fuit in ſublime eleuatum. *Idem ibidem ſer.9.*

Solium gloriæ altitudinis, à principio, Ierem.17 cum enim ſit in cæleſti gloria ſuper omnes choros angelicos exaltata: rectè ſolium gloriæ altitudinis dicitur, hoc eſt ſedes Dei altiſſimi ſuper quam diuina ſedet maieſtas. *Petrus Galat.lib.7. de Arcanis cap.18.*

Solium gloriæ altitudinis à principio Ierem.17. quia fuit ſedes Dei altiſſimi à principio, cum fuerit abſque initiali peccato concepta. *Idem ibidem.*

SOLSEQVIVM, quod dicitur ex eo, quod ſolum ſequitur; quaſi ei inclinans; vel quia cum ſole ſe inclinante ſemetipſum inclinat, Maria enim exemplo Chriſti veri ſolis dicenti Matth.11. diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde: ſe humiliat, & inclinat. *Rich.à S.Laur.de laud.Sanctiſſ.V.lib.12.*

SOLVM natale, idque peramplum gaudij. *Ioan. Damaſc.in Menæis Græcorum die 27.Ianuarij.*

Solum, quod dicitur à ſoliditate, ob ſoliditatem, & conſtantiam animi Mariæ in propoſito virginitatis conſeruando: & ſtabilitatem fidei eius in tempore Dominicæ ſepulturæ. *Rich.à S.Laur.de laud.Sanctiſſ.V.lib.8.*

SOLVTIO nexuum Euæ. Euę enim inobedientiæ nodus ſolutionem accepit per obedientiam Mariæ, & quod alligauit Virgo Eua per incredulitatem, hoc Virgo Maria ſoluit per fidem. *D. Irenæus lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 33.*

Solutio ſterilitatis. *Georg.Nicomed. orat.3. de Concept. Deiparæ V. & Iacobus Monachus in Mariali orat.1.*

Solutio vinculorum noſtrorum. *S.German. Conſtant.orat.2.in Præſent. B.M.V,*

Solutio catenarum peccatorum, quæ nos grauiter adſtringunt. *S.Io. Damaſc.in Paracl.Beatæ Mariæ Virg.*

Solutio noſtra in vinculis. *Idem ibidem.*

Solutio mœſtitiæ. *S.Io.Damaſc. in Can.Sanctiſs. Deiparæ V.*

Solutio dolorum Euæ. *S.Ioſeph Hymn.in Mar.*

Solutio maledictionis. *Idem ibidem.*

Solutio triſtitiæ. *Iacobus Monachus orat. de Natiuit.* B.M.*Virg.*

SOLVTRIX omnis quæſtionis. *Rupert. Abbas lib.1. Commentar.in Cant. Canticorum.*

SOROR noſtra, eo quod omnes liberi ſumus ex Adamo procreati. *D.Athanaſ.in Epiſt. ad Epict.*

Soror noſtra, quatenus omnes ex Adam ſumus. *D.Epiph.lib.3. contra hæreſes hæreſ. 77.*

Soror, & Sponſa Dei. *Idem in ſerm.de laud. Sanctiſs. Virg. M. & Rupert. Abbas lib.3. Comment. in Cant. Cantic.*

Soror Chriſti. *D.Hieronym.in Epiſt.ad Paulam, & Euſtochium. & Philippus Abbas lib.4. in Cant.Cantic.cap.21.*

Soror virginum. *D.Hier.in epiſt.ad Ruſtic.Narbonens.Epiſc.*

Soror Chriſti ſpiritualiter, Dei voluntatem faciendo. *D.Auguſtin. in lib. de Virginitate.*

Soror Dei, de qua ſcriptum Cant. 4. Quam pulchri ſunt oculi tui ſoror mea Sponſa. *S. Germ.Conſtant. ſerm.in Nat.B.M.V.*

Soror per pulchri fratris cognominis, eique ſum-

ſummè cupitâ, cuius vox eiuſmodi in Canticis ſonat; vulnerasti cor meum ſoror mea ſponſa vulnerasti cor meum. *s.Io. Damaſcen. orat.4. de Natiuit.B.M.V.*

Soror Angelorum, in carne enim præter carnem vixit, quia eius vita fuit Angelica non humana, vndè Angeli dicunt de ea Cant. 8. Quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt, in die ſcilicet illa, quando eam alloquetur Angelus Gabriel? *Idiota de B.V. parte 14. Contemplat. 3.*

Soror Angelorum, quia vitam Angelicam imò pluſquam Angelicam duxit in terris in carne viuendo præter carnem. *Idem ibidem part.13. Contemplat. 10.*

Soror benedicti Filij ſui cuius cor vulnerauit. Cant. 2. Non vulnere doloris, ſed vulnere charitatis ipſum ad amorem ſuum delectabilem attrahendo, vt eam profundè diligeret toto corde. *Idem ibidem part.14.Contempl.3.*

Soror Chriſti per caſtiſſimam, ſinceram, & feruentiſſimam dilectionem, quæ ſolet eſſe inter fratrem, & ſororem. *Idem ibidem.*

Soror Chriſti, quia Chriſtus Filius eſt Dei Patris per naturam, & ipſa ſpecialis, imò ſpecialiſſima filia eſt eiuſdem Patris per gratiã, vt tanto ſit ſpecioſior ſoror Chriſti, quoniam ambo vnus ſanguis, & vna caro effecti ſunt; vndè dicitur Geneſ.2. Erunt duo, ſcilicet Chriſtus, & Maria in carne vna virginali. *Id.ibidem*

Soror Chriſti, quia per naturæ identitatem ei conformis, & connaturalis, hereditatis æternæ comparticeps, ſummè etiam dilecta ab ipſo, quia nemo carnem ſuam odio habuit, & ſi ſimili à ſuo ſimili noſcitur, & ab ipſo diligitur, quanto Beata Virgo naturæ fuit mundioris, ac moribus, & virtutibus Chriſto fuit ſimilior tanto amplius ab eo dilecta eſt tanquam ſpecialis ſoror. *Idem ibidem.*

Soror Patriarcharum, Prophætarum, qui dicunt de ea: Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet Can.8. paruula enim fuit per humilitatem mentis, mundaquæ, & pura, tanquam iuuencula, quæ vbera non habet. *Id.ibid.*

Soror populi Chriſtiani per naturam, quæ ſumma gloria eſt populo Chriſtiano, ſi eſſet qui aduerteret, habere ſcilicet ſororem Regiam Angelorum, & hominum, imò quod plus eſt habere ſororem ſponſam Patris, Matrẽ Filij, amicam Spiritus ſancti, & Reginam cœleſtis regni vbi plenariam habet poteſtatem, quouſque voluerit introducendi, & quicquid voluerit impetrandi. *Idem ibidem.*

Soror Dei per fidem. *Rupertus Abbas lib.3. Comment. in Cant. Cantic.*

Soror matrum. *D.Bernard.hom.2. de laudib. Virg. ſuper Miſſus eſt.*

Soror noſtra. *Idem in orat. Rythmic. ad Dominum Ieſum, eiuſque Sanctiſſ. Matrem.*

Soror noſtra, quam debemus amare, quia amat nos, cuius ſanctitas, cuius benignitas, cuius puritas non ſolũ ſibi, ſed nobis omnibus profuit. B. *Aelredus Abbas ſerm.2.de Nat.B.V.*

Soror Angelorum, præcelſis meritis, non natura. *Philippus Abbas lib.6.in Cant. Cantic c. 44.*

Soror dilecti, quam cognato affectu ei pater vnicus obtulit diligendam. *Idem lib.5.in Can. Cantic. cap.2.*

Soror Dei per gratiam communis. *Balduinus Denon.in Tract. de ſalutat. Angelica.*

Soror Chriſti, cohæres in Patris gloria. *Honorius Auguſtodon.in ſigillo B.Mariæ.*

Soror Chriſti, quia cohæres in regno Patris. *Idem ibidem.*

Soror populi Chriſtiani, ob naturam, quod ſumma gloria eſt ipſi populo Chriſtiano, ſi eſſet, qui aduerteret, haberet ſcilicet ſororem, Reginam Angelorum, & hominum, imò quod plus eſt haberet ſororem ſponſam Patris, Matrem Filij, amicam Spiritus ſancti. *Richard. à S.Laurent. de laud.Virg.lib.6.*

Soror ſanctorum Angelorum per virginitatem, charitatem, humilitatem, maximè per cœlibatus integritatem, ideo dicunt Cant. 8. quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt. *Idem ibidem.*

Soror ſodalium Chriſti, ideſt Angelorum, vel Patriarcharum, & Prophetarum, qui dicunt de ea Cant. 8. Soror noſtra paruula eſt, & vbera nõ habet. *Idem ibidem.*

Soror per caſtiſſimam, ſinceram, & feruentiſſimam dilectionem, quæ ſolet eſſe inter fratrem, & ſororem. *Idem ibidem*

Soror Chriſti, per naturæ identitatem, conformis, & connaturalis ei, hereditatis æternæ comparticeps, ſummè etiam dilecta ab eo, qui nemo carnem ſuam odio habuit ad Epheſos 5. *Idem ibidem.*

Soror Chriſti, qui Filius eſt Dei Patris per naturam, & ipſa ſpecialis, imò ſpecialiſſima Filia eiuſdem Patris per gratiam, & tantò ſpecialior Chriſti ſoror, quanto ipſi duo, vnus ſanguis, & vna caro de quibus 1. Cor.6. Erunt duo, Chriſtus ſcilicet, & Maria in carne vna virginali. *Idem ibidem.*

Soror Chriſti, quia cohæres eius, & communicans cum eo regnum Patris, hæres Dei, & cohæres Chriſti Rom. 8. *Idem ibidem.*

Soror Chriſti ſpiritualis, quæ quanto naturæ mundioris, & virtutibus Chriſto ſimilior, plus ab illo diligitur. *Idem ibidem.*

Soror Chriſti, vndè dicit Chriſtus Cant.4. vulnerasti ſoror meum ſoror mea ſponſa, & Cant. 8. dicit Maria cum magno deſiderio poſtulans incarnationem Filij: Quis mihi det, te fratrem meum, in humana natura fratrem. *Idem ibidem.*

Soror Dommi propter humanæ naturæ contubernium. *Ioan.Hailg.in cap.4.Cant.Cantic.*

Soror Chriſti, cœleſti ſcilicet generatione, & cœlibatus integritate, humilitate parua. *Hugo Carenſis in cap.8.Cant. Canticor.*

Soror Dei, quæ Dei Patris voluntati per omnia obediuit. *Idem in cap.4. Canticorum.*

Soror

Soror Dei fideliſſima, & verecundiſſima. *Alb. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Cantic.*

Soror Dei, paruula per humilitatem, ſed maxima per dignitatem, non habens vbera concupiſcentiæ, & luxuriæ, ſed gratiæ, & miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Soror Dei, propter vitæ conformitatem, & hæreditatis identitatem. *Idem ſerm. 3. in Aſſumpt. B. Mariæ V.*

Soror noſtræ paupertatis Deuteronom. 15. *Idem in Biblia Mariæ ſup. lib. Deuteronomij.*

Soror noſtræ profeſſionis, defenſionis, & fidelitatis. *Idem in Biblia Mariæ ſup. lib. Geneſis.*

Soror Regis æterni. *Idem ſerm. in Dominic. 17. poſt Trinitatem.*

Soror Angelorum quantum ad ſpiritualis gratiæ participium, in qua Chriſtus futurus erat ſimilis Mariæ, & Angelicæ naturæ. *Alanus de Inſul. in cap. 8. Cantic.*

Soror Chriſti ratione humanæ naturæ, ſecundum quam Virgo, quodammodo erat futura ſoror Chriſti, quia in humana natura ei conueniens erat. *Idem ibidem.*

Soror Dei paruula humilitate, paruula ætate ſecundum aliquos, qui dicunt, eam fuiſſe treſdecim annorum, quando Dei Filius ad eam miſit Angelum, paruula etiam terrenæ poſſeſſionis modicitate, paruula opinione. *Idem ibidem.*

Soror Dei per dilectionem. *Idem in cap. 4. Cant.*

Soror Dei per gratiam. *Idem ibidem.*

Soror Vnigeniti Filij Dei. *Matthæus Cantacuzenus in cap. 5. Cant. Cantic.*

Soror noſtra vera, germanaque. *Io. Thaulerus in Tract. de decem cæcitatibus, cap. 11.*

Soror noſtra per propagationem, Angelorum ſoror per regulæ angelicæ, profeſſionem: Chriſti autem ſoror propter perfectam, & maximam aſſimilationem, ſecundum hominem interiorem, ideſt ſecundum voluntatem, & forſitan etiam ſecundum hominem exteriorem, quia ſecundum naturales, & medicos prima, & maxima cauſa aſſimilationis natorum, eſt virtus generantis. *Erneſt. Prag. in Mariali cap. 129.*

Soror Chriſti propter ſingularem hæreditatis participationem, vnde ipſa dixit: In omnibus requiem quæſiui, & in hæreditate Domini morabor: tamquam in fundo proprio, aliàs enim non eſſet requies. *Idem ibid.*

Soror humilibus. *Barth. de Piſis lib. 2. de laudib. Sanctiſs. Virg. fructu 8.*

Soror noſtra ab humana ſpecie. *Io. Gerſon. Tract. 5. ſup. Magnif.*

Soror affectu, & natura, ſummi Sacerdotis Ieſu Chriſti, & Ducis populi Iſrael populi fidelis. *D. Antonin. in ſumma part. 4. tit. 15. c. 14.*

Soror Dei. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 8.*

Soror noſtra, quia Creatura rationalis creata à Deo, vt patre omnium. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 5.*

Soror Dei per communionem naturæ. *Dionyſ. Carthuſ. lib. 3. de laud. Ss. V. art. 20.*

Soror Filij Dei, & participio gratiæ, & peculiarius communione naturę. *Io. Picus lib. 3. in Cantic. cap. 14.*

Soror Patris æterni, gratiæ participatu. *Idē ibid.*

Soror Spiritus ſancti, gratiæ participatu. *Idem ibidem.*

Soror totius Trinitatis, non naturæ æquilibrio, ſed ſingularis gratiæ participatione. *Idem ibi.*

Soror noſtra, cælorum principi nupta. *S. Tho. de Villanoua ſerm. 1. de Annunciat. B. M. V.*

SORS ad Cęlos, humano generi ſub tartara lapſo. *Venant. Fortunatus Elegia in laud. S. M. V.*

Sors vni Domino congruens. *Iſid. Theſſalonic. orat. de Annunciat. B. M. V.*

SPECIES diuina regium characterem aſpectu præſeferens. *S. Io. Chryſoſt. orat. 7. in Sanctiſs. Deiparam V.*

Species imbecillitatis, quæ fortitudinis omne ſpecimen ſuperauit. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſentat. B. M. V.*

Species electa diuinitati Vnigeniti Dei. *S. German. orat. 1. in Dormit. B. V.*

Species Iacob. *Idem orat. in Annunc. B. M. V.*

Species Iacob, quam Creator elegit, & dilexit ex omnibus generationibus, atque ex ea velut ſol exortus. *S. Ieſeph Hymn. in Mariali.*

Species Iacob, quam cum ſpecioſus forma Dominus dilexiſſet, inhabitauit vterum eius, & cęleſtium donorum pulchritudine humanum genus decorauit. *Idem ibid.*

Species Iacob, quam dilexit Deus, qui per eam exornat pulchritudine, ac fulgores omnes, qui prius peccati nigredine fuerant deformati. *Idem ibidem.*

Species Iacob, quam ſolam elegit Solus, qui habitat cęlos, cumque in medio eius habitaſſet, nequaquam labefactauit claustra virginitatis eius. *Idem ibidem.*

Species Iacob, quam dilexit Dominus. *Nicetas Dauid in homil. de Natiuit. B. Virg.*

Species Chriſti ſpecialis, quæ ſpeciem ſuam nunquam per aliquod peccatum mortale, vel veniale maculauit. *Richard. à S. Victore Expoſitione in Cant. Canticor. cap. 39.*

Species Chriſti ſingulariter præ omnibus ſpecioſa, Chriſtoque ſimillima, non ſolum ſpeciem Chriſti ipſa habens, ſed etiam in alijs, hanc reſtituens. *Idem ibidem.*

Species, cui ſi admiceatur alia, aliquid ei videbitur ſubtrahere odoris, nihil verò conferre vigoris, ſola placuit Deo Patri, vt Filij ſui Mater fieri mereretur, ſola ſine exemplo placuit Chriſto, vt ex ea naſceretur, & Spiritui ſancto, vt eius templum fieret, & eo repleretur, ſola non immerito noſtræ ſalutis ſuffecerit, ex qua pro nobis Saluator natus dignatus eſt. *Petrus Cellenſis ſerm. de Aſſumpt. B. M. V.*

Species ſalutaris, quæ ſine aliarum admixtione ſpecierum efficaciſſima eſt ad conficiendum humanæ ſalutis vnguentum. *Idem ibidem.*

Species lucis. *Philoth. in Menæis Græc. die 16. Iul.*

Spe-

Species aromatica, vinificans mortuos, illuminans cæcos, ſanans infirmos, & deſperatos roborans, & confirmans debiles, & languidos: *Bern. de Buſtis ſerm. 4. de Aſſimil. B. M. V. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 24. Coronæ nouæ Beatæ* M.

SPECILLVM omnium Prophetarum. *S. Germ. Conſtant. orat. 2. in Præſent. B. M. V.*

SPECIMEN, cuius gemma ſole ſplendidior. *Iſichius ſerm. 2. de laude Ss. Virg.*

Specimen gemmæ omne pretium excedentis. *Cryſipp. in ſerm. de S.* M. *Deipara.*

Specimen virginitatis. *s. Leander in Regula, & inſtitutione Virginum, edita Mogunt. anno 1616*

SPECTACVLVM ſacratiſſimum. *D. Ignatius Epiſt. ad S. Ioannem Euangeliſtam.*

Spectaculum nouum, inter ſpectacula omnia maximè habendum. *Andr. Cret. orat. 2. de Dormit. Sanctiſs. Virg.* M.

Spectaculum Angelorum intelligentia maius. *s. German. orat. 2. in Dormit. B. V.*

Spectaculum omni magnifica ſpecie ſublimius. *Idem in ſuo Mariali fragm. 15.*

Spectaculum incomprehenſibile. *s. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Spectaculum intelligibile. *Idem ibidem.*

Spectaculum Cherubin. *Io. Geometra in B. Virg. Hymn. 4.*

Spectaculum deſiderabile. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 3.*

Spectaculum dulce, ac iucundum. *Idem ibid.*

Spectaculum dulciſſimum eam amantium. *Idem in Mariali orat. 6.*

Spectaculum imperceptibile intellectualibus oculis. *Idem ibidem.*

Spectaculum ſublimiſſimum. *Iſidor. Theſſalonic. in orat. de Natiuit. B. M. V.*

SPECVLVM virginum, de quo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virginitatis. *s. Ambroſ. lib. 2. de Virginitate.*

Speculum, in quo refulget forma virtutis. *D. Hieronym. in Epiſtola ad Paulam, & Euſtoch.*

Speculum, gratia caſtitatis explendeſcens, quod oriundam ex ſe lucem dedit. *s. Sabba in Menæis Græcorum die 12. Februarij.*

Speculum ſidereum. *Venant. Fortunatus Elegia in laud. s. Mariæ.*

Speculum intellectuale paterni ſplendoris, cuius nos claritate Dei, qui ante luciferum eſt, claritate ſumus illuſtrati. *Andreas Cretenſis orat. 1. de Dormit. ſanctiſs. V.*

Speculum, per quod iuſtitiæ Solem venientem de Cælo ſuſcipientes ij, qui denſis in tenebris peccati verſabantur, illuſtrati ſunt. *Idem orat. 1. in Annunc. B. V.*

Speculum ſpiritale præcognitionis perſpicuæ, per quod Prophetæ, iuſnitam erga nos Dei ſubmiſſionem myſticè vaticinati ſunt. *Idem ibidem.*

Speculum omnium Prophetarum. *s. Germ. Conſtant. orat. 2. in Præſent. B. M. V. & Io. Trith. lib. 1. de Mirac. B. M. V. in Vrticeto cap. 6.*

Speculum terſiſſimum, ac luciditſſimum, quod diuini radij nitorem in ſe euibratum continuit. *s. Ioſeph Hymn. in Mariali.*

Speculum, in quo refulgent mores, & virtutes. *Idiota de B. Virg. Parte 2. Contemplat. 8.*

Speculum totius iuſtitiæ. *Guericus Abbas ſer. 4. de Purificat. B. M. V.*

Speculum virginalis munditiæ. *D. Petr. Damian. lib. 2. Epiſtolar. Epiſt. 14.*

Speculum honeſtatis. *s. Anſelm. Lucenſis ſuper Salue Regina. & Albertus Magnus in Poſtillis ſuper cap. 2. Ioann.*

Speculum pudicitiæ. *Franco Abbas lib. 6. de Gratia Dei. & Bern. de Buſtis ſerm. 1. de Natiuitat. Beatæ M. V.*

Speculum puriſſimum virginitatis. *Idem ibidem. & Cæſarius Ciſtercienſis de Mirac. B. M. V. cap. vlt.*

Speculum totius integritatis. *D. Bern. ſerm. 1. ſuper Salue Regina.*

Speculum ſine næuo diuinæ maieſtatis. *Philipp. Abbas tom. 2. Moralit. in Cant. Cantic.*

Speculum totius caſtitatis. *Cæſarius Ciſt. lib. 7. de Miraculis B. M. V. cap 17.*

Speculum charitatis. *B. Ioſeph Steinf. opuſc. 4.*

Speculum ſine macula, in quo debent fideles animæ, quaſi duplici oculo, fidei ſcilicet, & amoris, iugiter ſpeculari. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. V. lib. 6.*

Speculum confeſſorum. *D. Bonauent. in ſpeculo B. V. cap. 2.*

Speculum clariſſimo clarius, Seraphim terſius, & purius, & tantæ puritatis, vt purius intelligi non poſſet, niſi Deus eſſet, quod ſummus Artifex fecit in oſtenſionem pleniorem artis ſuæ. *S. Tho. Aquin. Opuſc. 61. de 10. gradibus charitatis, gradu 10.*

Speculum, ex quo ſummus Artifex mirabiliter produxit aliud nobilius ſpeculum, quod ineffabiliter in vnitatem diuinæ perſonæ aſſumptum, vt coniuncta ſummè, & immediatiſſimè faciei diuinæ ipſam pleniſſima, & totali ſimilitudine repræſentat. *Idem ibidem.*

Speculum bonitatis Dei. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. ſapientiæ.*

Speculum diuinæ imitationis. *Idem ibidem.*

Speculum imperialis Palatij, quod omnes electorum animę ſummo deſiderio contemplantur; & in quo vniuerſorum beatorum facies reſultant, & elucent, vnde de ea dicitur Sap. 7. Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. *Idem ſerm. 2. in Natiuit. B. M. V.*

Speculum omnibus recreandis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 193.*

Speculum omnis pulchritudinis, & innocentiæ ad primam pulchritudinem dirigens. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 9.*

Speculum puriſſimum virtutis Altiſſimi. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Speculum ſaluandorum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Canticorum.*

Speculum ſaluos faciendi, nobis propoſitum.

Idem

*Idem ſuper Miſſus eſt, capit. 59.*

Speculum ſine macula Dei maieſtatis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 192.*

Speculum totius pulchritudinis poſt Deum. *Idē in Biblia Mariæ ſup. lib. Canticorum.*

Speculum Dei in quo debent omnes ſuas impuritates, & maculas videre, & eas mundare, & corrigere, nam ſuperbi ibi cognoſcunt ſuas maculas, reſpiciendo ibi ad ſuam humilitatem, auari reſpiciendo ad ſuam paupertatem: luxurioſi reſpiciendo ad ſuam virginitatem. *Iacobus de Voragine in Mariali ſerm. 7. S.*

Speculum Dei, in quo noſtræ mentis maculas debemus aſpicere, vt ſic mundi poſſimus Deo mundo corde, & corpore deſeruire. *Idem ibid.*

Speculum Dei, in quo refulſit Chriſtus, qui eſt imago Dei Patris. *Idem ibidem.*

Speculum Dei, omnes ad ſe venientes reſpiciens intra viſcera ſuæ pietatis. *Idem ibidem.*

Speculum diuinum, in quo nos debemus ſpeculari. *Idem ſer. 2. pro ſab. 4. hebdom. quadrag.*

Speculum diuinum, in quo omnes debent proſpicere, & maculas ſuas videre. *Idem ibidem.*

Speculum terſum, & clarum, quod radius ſolaris, imò verus Sol Chriſtus intrauit in conceptu, & exiuit in partu ſine corruptione. *Idem in Mariali ſerm. 7. S.*

Speculum totius mundiciæ. *Idem ibidem.*

Speculum humilitatis. *Alan. de Iuſ. in c. 1. Cant. D. Laur. Iuſtin. de triumphali Chriſti Agone c. 7. & Io. Picus lib. 1. in Cant. Cant. cap. 5.*

Speculum, quod nobis ob oculos ponere, ac imitari debemus. *Ioan. Thaulerus in feſto Purificat. Beatæ V.*

Speculum relucens ſplendoris æterni Solis. *Henric. Suſo cap. 16. Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius.*

Speculum, in quo beatæ illæ animæ, quæ ſuos defectus, & ipſius ſpeculi magnificenriam, & gloriam ſpeculari iugiter didicerunt. *Ern. Preg. in Mariali cap. 86.*

Speculum, in quo omnes filij Aaron. Exod. 38. ideſt viri contemplatiui, qui accedunt ad offerendas Domino hoſtias ſpirituales, id eſt, fructus labiorum confitentium Domino, ſolent ſe ſe inſpicere, & maculas ſuas, defectuſq; cognoſcere. *Idem in Mariali cap. 140.*

Speculum, in quo videtur Deus nō iam magnus Dominus, & laudabilis nimis, ſed paruulus Dominus, & amabilis nimis: imò cerē ibi videtur ſimul in vnum diues & pauper, paruus & magnus, æternus & infans, Parer & Filius, Creator, & Creatura. *Idem in Mar. c. 86*

Speculum, quia ſicut ſpeculum materiale omnes recipit, & neminem reſpuit, nulli tamen mentitur, nulli adulatur, nulli blanditur, de vnoquoque, qualis ſit in veritate, teſtimonium perhibens, ità Beata Virgo, & thronus eſt gratiæ, & locus refrigerij in conſpectu Dei, & tamen ipſa eſt teſtis in Cœlo fidelis, teſtis autem fidelis non mentietur Prouer. 14 *Idem ibidem.*

Speculum ſine omni macula Dei maieſtatis. *Idem ibidem.*

Speculum ſpeculorum, tanta claritate fulgens, qua maior ſub Cœlo cogitari nō poſſit, vnde neceſſe eſt intelligere, ipſam illius boniratis & principalis luminis tantum habuiſſe participium, quantum ſub Deo cogitari poteſt, creaturam aliquam percipere potuiſſe. *Idem ibidem.*

Speculum ipſius Eccleſiæ. *Idem in Mar. cap. 94.*

Speculum clariſſimum virginum. *D. Birgitta in ſerm. Angelico de Excellentia ſe. V. c. 19.*

Speculum omnis virtutis diuinæ, nulla enim eſt virtus in Deo, quę non fulgeat in ea, licet Deus ſit fons, & dator omnium, *Eadem lib. 1. Reuelation. 42.*

Speculum noſtrum. *D. Ioan. Ruſbroch. in ſpeculo æternæ ſalutis cap. 4.*

Speculum exemplorum. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſſ. V. fructu 2.*

Speculum diuinum, & lucidiſſimum. *Iſidor. Theſſalonicen. orat. de Aſſump. B. M. V.*

Speculum ſummè deiforme. *Idem in orat. de Præſentat. Beatæ M. V.*

Speculum pulchritudinis, nobilitatis, boni amoris, & honeſtatis omnibus eam aſpicientibus. *Ioan. Gerſon. ſerm. de Concept. B. V.*

Speculum Angelis, in quo virginitatis glorioſę fulgent ſigilla, elamant indicia, exultant clauſtra, virginalia ſigna tripudiant, Encęnia ludunt pulchritudinis virginalis. *Henricus de Haſſia in Epiſtola ſui Tractatus de Concep. B. V.*

Speculum perlucidum ſanctitatis omnis decentiæ. *Idem ibidem, & Lauren. Iuſtin. in ſerm. de Natiuitate Beatæ M.*

Speculum chriſtianæ vitæ, ad quod ſemper reſpicere debent, qui cum Chriſto regnare volunt. *D. Bernard. Senenſis Tom. 2. ſerm. 51.*

Speculum ſine macula *Idem Tom. 1. ſerm. 61. & Maurit. de Villaprobata ſer. 24. Corona nouæ Beatæ Mariæ.*

Speculum Angelorum. *D. Antonin in ſumma 3. par. tit. 31. cap. 3.*

Speculum directionm totius humanæ vitæ. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 22.*

Speculum nobis propoſitum. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 10.*

Speculum omnis ſanctitatis omnibus recreādis. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 44. Io. Thaulerus in feſto Purific. B. V. D. Laur. Iuſtin. ſerm. de Natiuit. Beatę M. V. & Ioan. Trithem. de Miraculis B. M. V. prope Dittelbach. lib. 1. c. 53.*

Speculum maturitatis, honeſtatiſque. *Dion. Charthuſ. lib. 1. de Præcon. Sanctiſ. M. V. art. 24.*

Speculum puriſſimum, in quo Apoſtoli ipſum Dominum conſpexerunt. *Idem lib. 2. de laud. Sanctiſ. Virg. M. art. 26.*

Speculum Dei clariſſimum, nullo originali vitio maculatum. *Bernardin. de Buſtis ſer. 2. de Aſſimilat. Beatæ M. V.*

Speculum Dei, in quo omnes debent inſpicere, & poſtea maculas ſuas diluere, ac tergere. *Idem ibidem.*

Speculum

Speculum Dei virginitate lucidum. *Idem ibidem.*
Speculum diuinum, in quo omnes debent ſpeculari. *Idem ibidem.*
Speculum fulgidum. *Idem ibidem.*
Speculum, in quo ſplendet omne bonum. *Idem in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M. V.*
Speculum luminoſum. *Idem ſerm. 4. de Natiuitate Beatæ M. V.*
Speculum nouum, in quo Sol ſplendet æternæ quietis. *Idem ſer. 2. de Aſſumpt. B. M. V.*
Speculum omnibus chriſtianis. *Idem ſer. 2. de Aſſimilat. B. M. V. & Mauritius de Villaprobata ſer. 10. Coronæ nouæ B. M.*
Speculum, omnes ad ſe venientes recipiens intrà viſcera ſuæ pietatis. *Bern. de Buſt. ſer. 2. de Aſſ.*
Speculum omnis honeſtatis, & bene videndi in hoc ſæculo, poſt Chriſtum. *Idem ſerm. 5. de Natiuitate Beatæ M. V.*
Speculum omnium lamentantium mortem Chriſti. *Idem in ſerm. de Compaſſione B. M. V.*
Speculum politum, & exterſum per ſuam maximam puritatem, repræſentans nobis imagines omnium virtutum, vt eas imitemur. *Idem in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M. V.*
Speculum, quod Chriſtus, qui eſt verus Sol iuſtitiæ, intrauit in conceptu, & exiuit in partu ſine corruptione, id eſt, ſine virginitatis eius violatione. *Idem ſerm. 2. de Aſſimilatione Beatæ Mariæ Virg.*
Speculum ſine macula, quantum ad honeſtatem carnis. *Idem ſer. 4. de Natiu. B. M. V.*
Speculum totius innocentiæ. *Idem in officio Concept. Beatæ M. V. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 25. Coronæ nouæ B. M. V.*
Speculum totius mundi. *Bern. de Buſt. ſer. 12. de Annunc. Beatæ M. V. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 25. Coronæ nouæ Beatæ M. V.*
Speculum virginale, in quo maculas mentis noſtræ debemus inſpicere, & eas lauare, vt ſic poſſimus mundo corde, & corpore Deo ſeruire. *Bern. de Buſt. ſer. 2. de Aſſimilat. B. M. V.*
Speculum angelicæ puritatis. *Io. Trithem. de Miraculis B. V. prope Dittelbach lib. 1. cap. 10.*
Speculum caſtimoniæ. *Idem lib. 1. de Mirac. B. M. Virg. in Vrticeto cap. 6.*
Speculum innocentiæ, & ſimplicitatis. *Idem de Mirac. B. M. V. prope Dittelbach lib. 1. cap. 10.*
Speculum luciditſſimum cunctis ſanctorum incolis virtutibus, & meritis exornatum. *Idem lib. 1. de Miraculis B. M. V. in Vrticeto c. 7.*
Speculum verum caſtitatis, & totius pudicitiæ, quod nec originale vnquam, nec actuale maculauit peccatum. *Idem lib. 1. de Miraculis B. M. V. in Vrticeto cap. 9.*
Speculum Dei, quia Dei imaginem, id eſt Dei Filium in ſe recepit. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 10. Coronæ nouæ B. M.*
Speculum imagines omnium ad ſe venientium recipiens intra viſcera ſuæ pietatis. *Id. ibid.*
Speculum, in quo peccatores reſpicientes, videre poſſunt quomodo, & qua parte ſint infecti, & è contra virtuoſi intueri virtutes, & bonos mores ipſius, quos debent imitari. *Idem ibidem ſer. 10.*
Speculum politum, & extenſum per ſuam maximam puritatem, repræſentans nobis imagines omnium virtutum, vt eas imitemur. *Idem ibidem ſerm. 31.*
Speculum propter ipſius ſpeculi fulgorem, ipſa etenim tota fuit fulgida. *Idem ibid. ſer. 10.*
Speculum, propter radij ſolaris penetrationem, ſine ſpeculi corruptione; Chriſtus enim, qui eſt verus Sol, iſtud ſpeculum intrauit in conceptu, & exiuit in partu, ſine virginitatis eius violatione. *Idem ibidem.*
Speculum propter rerum præſentium repræſentationem; omnia enim, quæ ibi ſunt, relucent in ſpeculo, & ſimiliter in Beata Virgine tanquam in ſpeculo Dei omnes debent inſpicere, & poſtea maculas ſuas diluere, & tergere, nam ſuperbi cognoſcunt ibi ſuas maculas reſpiciendo ad eius humilitatem, auari reſpiciendo ad eius paupertatem, luxuriоſi ad ipſius virginitatem. *Idem ibidem.*
Speculum virginale, in quo maculas mentis noſtræ debemus aſpicere, & eas lauare, vt ſic poſſimus mundo corde, & corpore Deo ſeruire. *Idem ibidem ſer. 10.*
Speculum perlucidum angelicæ puritatis, & ſanctitatis vniuerſo mundo exhibitum. *Dionyſius Fab. Tractatu 1. de Concept. B. V.*
Speculum puriſſimum ſupra omnem cæli ſerenitatem, quod nulla vnquam nebula obduxit, in quo lucet candor lucis æternæ, dum in te fermoſiſſimus repræſentatur Filius Dei. *Ioan. à Ieſu Maria To. 2. Tract. de myſtic. Theol. p. 63.*
Speculum luciditſſimum oculorum meorum omnibus diebus vitæ meæ. *Idem ibidem.*
SPECVS expolitum. S. *Ioan. Damaſcen. orat. 3. de Aſſumptione B. M. V.*
SPES deſperantium, atque reorum. *D. Ephrem. in Threnis Sanctiſſ. V. M. Anonym. in Euchologio in officio aquæ benedictæ minoris. S. Io. Damaſc. in Paracl. B. M. V. S. Ioſeph hymn. in Mariali, Franco Abbas lib. 6. de Gratia Dei, & Theodor. Laſcbus Imperat. in Poem. B. M. V.*
Spes fida, & optima animæ noſtræ. Omnium proborum, rebus aduerſis afflictorum. Sæcularium. *Idem ſerm. de laudib. B. M.*
Spes eorum, qui ſpem abiecerunt. *Eutychianus in vita Theophili.*
Spes generis chriſtianorum. Totius mundi. *Idem ibidem.*
Spes ad eam currentium. *Andreas Cretenſis in magno Can.*
Spes bonorum ſæculorum. *Idem orat. 2. in Annunciatione Beatæ M. V.*
Spes eam laudantium. *Idem in magno Can.*
Spes eorum, qui eam ſemper honorant, non ceſſans exorare ex ſe natum, vt à periculis, omnimodiſque tentationibus liberet. *Idem in Triodijs maior. hebdom.*
Spes noſtra tutiſſima. *Idem in diem mercurij maioris S. Ec. S. Sabba in Menæis Græcorum die*

28. Ianuarij. Herman. Contractus in antiph. Salue Regina. Theoleptus in Cant. siue Cantico compunctionis. D. Bernard. ser. 3. super Salue Regina. D. Laur. Iustin. in ligno vitæ de spe c. 5.

Spes totius mundi. *Idem in Can. de Annunciatione B. M.* V. Innocent. Papa III. in hymn. de Sanctis. V. M. D. Bonauent. in Psalt. minori Beatæ M. V. Quinquagena 1.

Spes fidelium. D. Ildephons. serm. 7. de Assumptione B. M. V. Anonym. in Euchologio, seu Rituali Græc. in officio aquæ benedictæ minoris, & S. Io. Damascen. in SS. triginta Martyr.

Spes animarum noſtrarum. Anonym. in Euchologio. seu Rituali Græcorum in officio aquæ benedictæ minoris.

Spes incommutabilis. S. German. orat. 2. in Dormitione Beatæ M. V.

Spes ſaluris noſtræ. *Idem orat. 2. in Preſent. B. M. V. S. Io. Damaſc. Can. in Reſurrect. Chriſti, & in Paracl. B. M. D. Birgitta in ſerm. Aug. de excellentia Sanctiſ. Virg. cap. 6.*

Spes chriſtianorum, quæ pudore non afficitur. *Idem orat. in Zonam Deiparæ. S. Ioan. Damaſc. orat. 1. de Natiuitate B. M. V. & in Octoec. Græcor. & Indon. Eleſius in Endologia 2. ad B. M. V.*

Spes vniuerſorum. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. B. V. S. Ioſeph. hymn. in Mariali, & Theod. Laſc. Imp. in Can. ad Sanctiſſ. Deiparam.*

Spes animæ noſtræ. *S. Io. Dam. in Paracl. B. M. V.*

Spes fidelium. Firma, quæ genus hominum cæleſticauit. Humilium. Mundi. *Idem ibidem.*

Spes noſtra in patrociniis plane immota. *Idem in Menæis Græcorum die 15. Auguſti.*

Spes noſtra ſtabilis, & firma. *Idem in Paracl. Beatæ M. Virg.*

Spes omnium ad eam recurrentium. *Idem in Paracl Beatæ M. V.*

Spes firmiſſima animarum noſtrarum. *Idem Can. in S. Simeon. Styl. S. Andreas Cretenſis in Can. de Partu B. M. V. & Theodor. Laſchus Imperator in Can. Beatæ M. V.*

Spes omnium, quæ non confunditur. *Idem in Can. Sanctiſſ. Deiparæ. S. Ioſeph hymn. in Mariali, & Theod. Laſc. Imp. in Can. ad SS. Deipar. V.*

Spes omnium noſtrum, diuinitus conceſſa. *Idem orat. 2. de Natiuit. B. M. V.*

Spes orphanorum. Quæ peccatoribus ardenter patrocinatur. *Idem in Paracl. B. M.*

Spes eorum, qui ad ipſam recurrunt. Firmiſſima omnium chriſtianorum. Piorum. *Idem ibid.*

Spes ſalutis Iſrael. *Niceras Dnuid. in Hom. de Natiuitate Beatæ M. V.*

Spes miſerorum, cui nunquam ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur. *Idiota de Beatæ Mariæ V. par. 1. Contemplat. 21.*

Spes virtutis, quia ipſe, qui dat lapſo virtutem, & ijs, qui nõ habent fortitudinem robur multiplicat, etiam dedit Beatæ Virgini omnes virtutes theologicas; & cardinales, quas etiam virtutes ipſa Beata Virgo ſperantibus in ſe ſubminiſtrat ſuis orationibus, & exemplis. *Ide de B. V. par. 14. contemplat. 54.*

Spes vitæ æternę habendæ, & virtutis ijs, qui pugnant contra vitia, in qua eſt ille per carnis aſſumptionem, à quo eſt ſpes vitæ triplicis, ſcilicet vitæ naturæ, vitæ gratiæ, & vitæ gloriæ. *Idem ibidem.*

Spes inuicta vtriuſque mundi. *Io. Geom. in Beatę M. V. hymn. 4.*

Spes maiorum. *Idem in B. V. hymn. 2.*

Spes viuentium. *S. Anſelm. in Med. de B. M. V.*

Spes poſt Deum ſæculorum. *S. Petrus Mauritius Cluniac. Proſa in honorem Matris Domini To. 12 Bibliothec.* PP.

Spes pugnantium. *Petr. Bleſ. ſer. 38.*

Spes prima poſt Deum. *Serlo Abbas ſerm. 1. de Aſſumptione B. M. V.*

Spes hominum, confuſionis repulſam non patiens. *Idem in Can. ad Sanctiſ. Deipar. V.*

Spes ſtabiliſſima animarum noſtrarum. *Idē ibid.*

Spes noſtra ſincera. *B. Ioſeph Steinfeld. opuſc. 4.*

Spes humana. *D. Bonauent. in Pſalt. minori Beatæ M. V. Quinquagena 3.*

Spes noſtra ſola poſt Deum. *Idem in Cant. Pſalterij B. V. & Coſmas Veſlitor orat. in ss. Ioachim, & Annam.*

Spes omnium in ipſa confidentium. *Idem in Pſalterio Beatæ M. Virg.*

Spes pœnitentium. *Idem ibidem.*

Spes pœnitentium, per hoc, quod eſt amarum mare, per hoc, quod ſuam ipſius animam pertranſiuit gladius redemptionis peccatorum. *Alber. Magn. in Poſtillis ſuper c. 2. Luc.*

Spes noſtra, quia per ipſam ſaluari ſperamus. *Iacobus de Voragine ſer. 4. de Natiu. B. M. V.*

Spes miſeris. *Alan. de Inſ. in Anticlaud. lib. 5.*

Spes firma, rataque nobis à Deo facta. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2. cap. 7.*

Spes omnium. *D. Birg. in ſer. angel. de excell. V. c. 7*

Spes delinquentium. *D. Laurent. Iuſtin. in ſer. de Natiuitate Beatæ M. V.*

Spes peccatorum. *Idem ſer. de Annunc. B. M. V.*

Spes exulum miſerorum. *Martin. de Magiſtris in Expoſitione ſuper Cantic. Salue Regina.*

Spes inclyta mortalium. Noſtra ſanctiſſima. Noſtra ſuauiſſima. *Idem ibidem.*

Spes noſtra, ſcilicet ad ſuffragandum in omnibus auxilium procurandum. *D. Antonimus in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 17.*

Spes reorum. *Idem in ſumma par. 4. tit. 7. c. 2. §. 5. & Thomas à Kempis in Soliloquijs cap. 24.*

Spes deſolatorum. *Dion. Carth. in Can. art. 27.*

Spes miſerorum. *Idē de laud. Sanctiſs. M. V. lib. 2. art. 23. & Maurit. de Villaprobata ſer. 7. Coronæ nouæ Beatæ M.*

Spes noſtra ab vberibus Matris, quæ facta eſt nobis in ſalutem. *Arnol. Boſt. cap. 1. §. 1. lib. de Patrocinatu, & Patrocinio Deip. V. M. in ſibi dicatum Carmeli Ordin.*

Spes omnis tribulati. *Bernardin. de Buſtis in Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M. V.*

Spes omnium periclitantium, & miſerorum, & tribulatorum. *Idem ſer. 2. de Aſſimilat. B. M. V & Maurit. de Villaprob. ſer. 2. Cur. nouæ* B. M.

Spes

Spes ſolida noſtræ mercedis. *Idem in Mar. ſer. 2. de Coronat. Beatæ M.V.*

Spes totius curiæ cœleſtis. *Idem ſer. 2. de Aſſumptione Beatæ M.V.*

Spes oppreſſa mentis. *B. Caſimirus Poloniæ Princeps in hymno de Beat. Virg.*

Spes vnica mortalium poſt Deum. *Trithem. in orat. ad SS.V. quæ incipit. Aue ſole ſplendidior.*

Spes vnica mundi poſt Deum, quia ſecundum eius arbitrium, & in hoc ſæculo, & in futuro merces copioſa ſeruientibus ei retribuetur. *Idem de miraculis Beatæ M.V. prope Dittelbach lib. 1. cap. 12.*

Spes vnica noſtra poſt Filium. *Idem ibidem.*

Spes vnica poſt Deum in tribulatione gementium. *Idem lib. 1. de mirac. B.M.V. in vrtic. c. 8.*

Spes iuſtorum. *Maurit. de Villaprobata in ſerm. 2. Coronæ nonæ Beatæ M.*

Spes noſtra, quia animam firmat, & tranquillam facit. *Idem ibidem ſer. 7.*

Spes omnium finium terræ. *Idem ibidem ſer. 12.*

Spes viduarum, orphanorum, militum, prælium in bello, & nautarum in tempeſtate maris, & eorum, qui offenduntur iniquo iudicio, & qui infamia, & falſo teſtimonio grauantur, & omnium deſolatorum. *Idē ibid. ſer. 2.*

Spes labentium. *Dion. Fab. Tract. 1. de Conceptione Beatæ M. Virg.*

Spes noſtra chara. *Ludouicus Bloſius in Speculo ſpirituali cap. 5.*

Spes noſtra dulcis poſt Deum. *Idem in Endologia 3. ad Beatam M. Virg.*

Spes noſtra ſuauis. *Idem in Endolog. 2. ad B.M.V.*

Spes oportuna deſperantium. *Idem in Endologia 1. Beat. M. Virg.*

Spes vitæ. *Idem in Canone vitæ ſpiritualis c. 18.*

Spes lætiſſima laborum mundi. *Io. à Ieſu Maria Tom. 2. Tract. de Theol. myſt. pag. 62.*

Spes, & firmamentum in terra morientium. *Idem ibidem pag. 63.*

SPHERA digna prædigni ſyderis. *Ioan. Hondemius hymn. 2. de Lactatione pueri Ieſu.*

Sphera ſublimis. *Idem ibidem.*

SPICA nouella ſpem ferens, & cæli panem. *Venantius Fortunatus Elegia in laud. S. M. Virg. & Matris Domini.*

Spica immortalitatis. *Andreas Cretenſis orat. de Natiuitate Beatæ M. V.*

SPIRACVLVM hominis, per quod peccator reſpirat in ſpe veniæ, & gratiæ. *Idiota in contemplatione de SS. V.M.*

Spiraculum hominis, quia peccator per Beatam Virginem reſpirat in ſpe veniæ, & gratię. *Idiota de B.M.V. par. 4. contemplat. 1.*

Spiraculum hominis, Prouerb. 20. qua peccator per eam reſpirat in ſpe veniæ, & gratiæ. *Richard. à S. Laur. de laud. ss. V. lib. 1.*

SPIRITVS Spiritui ſancto. *s. Germ. orat. 1. in Dormitione Beatæ M.V.*

Spiritus chriſtianorum. *Idem orat. in Zonam Deiparæ Virg.*

Spiritus, quem Dominus in cruce poſitus æterno Patri commendauit dicens: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. *D. Anſelm. in Dialogo de Paſſione Domini.*

Spiritus vnus cum Deo per charitatem. *Rupert. Abbas lib. 3. Comment. in Canticum Canticor.*

Spiritus vnus cum Deo per cæleſte deſiderium. *Abſalon Abbas ſerm. 2. de Aſſumpt. B.M.V.*

Spiritus vnus nobiſcum ex dilectionis obligatione. *Ioan. Gerſon. Tract. 3. ſuper Magnific.*

Spiritus vnus cum Deo, cui adhærere illi eſt eſſe, quem ſapere eſt illi viuere, quem amare, ſunt eius deliciæ, in quo manere, perfecta illi contentatio extat. *Dion. Carthuſ. lib. 4. de Precon. Beatæ Mariæ Virg. art. 6.*

SPLENDOR cui illuſtriſſimus, ac fulgentiſſimus. *D. Ephrem in ſer. de laud. M.V.*

Splendor Moyſis. *Idem ibidem.*

Splendor mundi. *S. Io. Chryſoſt. ſerm. 6. de Aſcenſione Domini.*

Splendor aureis rutilans oculis. *Anonymus in Mensis Græcorum die 7. Martij.*

Splendor omni genere venuſtatum decorus, cuius nobis exoriens lumen, occaſum non habens. *Idem ibidem.*

Splendor, qui ſcintillat, vt fulgur, vnaq; totum terrarum orbem illuſtrat. *Idem ibidem.*

Splendor recreationis *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio in peſtilentialis morbi periculo.*

Splendor lętus, ac multi luminis. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſentat. B.M.V.*

Splendor Angelorum. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Splendor Apoſtolorum. *Idem ibidem.*

Splendor ſanctarum animarum. *D. Anſelm. in hymno 2. Beatæ Dei Genitricis.*

Splendor ſingularis. *Idem in Pſalt. B.M.V. par. 2.*

Splendor virtutis. *D. Bern. ſer. 4. in Aſſump. B.M.V*

Splendor omnis omnium, qui ſpiritus fulgores ſuſcipiunt. *Theod. Laſc. in orat. de Annunc. B.V.*

Splendor, quæ Solem Chriſtum mundo intulit. *Idem in Cant. ad Sanctiſs. Deiparam V.*

Splendor cæli. *S. Simon Stock. in Precatione ad Deipar. Virg.*

Splendor gloriæ mundum decorans lumine. *D. Bonauent. in laud. Beatæ M.V.*

Splendor orientalis. *Idem in Litaniis Pſalt. Beatæ Mariæ Virg.*

Splendor ſanctæ Eccleſiæ. *Idem ibidem.*

Splendor nitidiſſimus. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

Splendor micans diuinitatis. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Præſentat. Beatæ M.V.*

Splendor noſtræ naturæ. *Idem orat. de Aſſumptione Beatę Mariæ V.*

Splendor ſanctimoniæ. *D. Laurent. de Triumphali Chriſti Agone cap. 7.*

Splendor lucis ęternæ, quantum ad puritatem mentis. *Bern. de Buſt. ſer. 4. de Natiu. B.M.V.*

Splendor ſydereus, cui pater ætereas mentes ſubiecit, & aſtra, nulli adeo viuax animi ſolertia, nulli tam felix aderit florentis gloria linguæ, vt Mariæ poſſit laudes æquare loquę-

do. Quæ data ſunt illi, nunquam mortalibus vllis antea conceſſit, nec poſt concedet Olympus. *Ia. Baptiſt. Mantuan. l. b. 5. Parthen. Mar. 5.*

Splendor cęleſtis diſciplinæ. *Ia. Trithem. de Miraculis B. M. V. prope Dittelbach lib. 1. cap. 10.*

Splendor pluſquam æthereus. *Idem lib. 3. de Miraculis Beatæ Virg. M. in vrticeto.*

Splendor Virginum. *Idem lib. 1. de miraculis Beatę Virg. in vrticeto cap. 6.*

Splendor maximus. *Maurit. de Villaprabata ſer. 31. Coronæ nonæ Beatæ M.*

Splendor peccatoribus. *Idem ibidem.*

Splendor innocentiæ, expers omnis culpæ, pacis plenè fruens tranquillitate. *Dionyſ. Fab. Tract. de Conceptione B. V.*

SPOLIATRIX Diaboli, peccati, & iuferni. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*

SPONGIA humens humani ingenij, quæ abſterſit vitij commenta nefandi. *Iaan. Geomet. in Beata Virg. hymn. 3.*

Spongia, quæ aquam gratiæ, quam à Deo in magna quantitate traxit, in nos facillima compreſſione refundit. *Richard. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. Virg. lib. 1.*

SPONSA cęleſtium thalamorum. *D. Petrus Apoſtolus apud Coſmam veſtitorem, & Pelbarium in ſtellario lib. 10. par. 5. art. 1.*

Sponſa ſimul, & mater viduati orbis. *D. Greg. Thaumaturgus ſer. 3. in Annunc. B. M. V.*

Sponſa beata Trinitatis Indiuiduæ. *D. Epiphan. in ſerm. de laud. Sanctiſs. V. M.*

Sponſa cæleſtis, quæ donorum antenuptialium nomine, Spiritum ſanctum accepit, dotis vero gratia vna cum Paradiſo. *Id. ibid.*

Sponſa Dei. *Idem ibidem.* D *Theod. Studites in Can. qui canebatur in erectione SS. Imaginum. Ioan. Geom. in B. M. V. hym. 1. Ioan. Zonara in Can. de Sanctiſs. M. V. Goffridus Abbas in orat. ad Matrem Domini. Hugo de S. Victore ſerm. de Aſſumpt. B. M. V. D Bern. ſerm 3. ſuper Salue Regina, Adam de Perſenia in Mariali fragm. 2. Philipp. Abbas Proœm. in Cantic. Cant. Emmuel Paleol. in Can. ad Sanctiſs. Deip. V. & S. Thom. de Villanaua in Canc. 2. de Aſſumpt. B. M. V.*

Sponſa, & mater Dei. *D. Epiphan. in ſerm. de laud. Sanctiſs. V.*

Sponſa Trinitatis. *Idem ibidem.*

Spoſa ſancta, Deo in fide deſponſata. *D. Cyrillus Hieroſolymitanus Cathec.*

Sponſa Fabri. *D. Hieronym. in Epiſtol. ad Celant. Tom. 1.*

Sponſa Virgo. *Idem in lib. 1. aduerſus Iouinian. & Philipp. Abbas lib. 3. in Cant. Cantic. cap. 16.*

Sponſa cæleſtis, & viui Sponſi, *S. Ioan. Chryſoſt. orat. in Natiu. Beatæ M. V.*

Sponſa mundi vidui. *Idem hom. in Chriſti Natal.*

Spoſa pulchra Canticorum, quæ veterem exuit tunicam, & legales pedes lauit, ac ſacroſanctum Sponſum in ſuo ipſius thalamo venerabunda ſuſcepit Cant. 5. *S. Proclus in orat. 6.*

Sponſa Dei, cui Angelus non conceptionem in iniquitatibus, aut partum in peccatis annunciauit, ſed gaudium expoſuit, quod Euę triſtitiam abſtulit. *Theod. Ancyr. orat. in Beatam Mariam Virg.*

Sponſa Chriſti Filij ſui. *D. Auguſt. ſer. 6. de Nat. Domini, qui eſt 10. de tempore.*

Sponſa Chriſti in carne, ſua virginitate ſeruata. *Idem ſerm. 14. de Natiu. Domini, qui eſt 18 de tempore.*

Sponſa Dei æterna, iuxta illud Oſeæ 2. Et deſponſabo te mihi in æternum. *Idem ſer. 18. de Nat. Domini, qui eſt 22. de tempore.*

Sponſa decora Regis Regum. *Idem in ſerm. de Aſſumpt. B. V. M. Tom. 10.*

Sponſa Domini noſtri. *Idem ſerm. 14. de Natiu. Domini, qui eſt 18. de tempore.*

Sponſa Filio Dei. *Idem ibidem.*

Sponſa Filij ſui. *Idem in ſerm. de Aſſumptione Beatæ V. M. Tom. 10. Philipp. Abbas lib. 2. in Cant. Cantic. cap. 14. & D. Antonius de Padua ſer. in Dominica 3. Quadrag.*

Sponſa Ioſeph. *D. Auguſt. ſerm. 14. de Nat. Dom. qui eſt 18. de tempore.*

Spoſa ſemper. *Idem ſerm. 18. de Natiu. Dom. qui eſt 12. de tempore.*

Sponſa, ad quam cœleſtis innocentiæ deſtinatum eſt arcanum. *S. Petrus Chryſol. ſer. 146.*

Sponſa Dei, quæ Chriſto eſt in vtero pignorata, cum fieret. *Idem ſerm. 140.*

Sponſa mater, ſponſa virginitate, mater fœcunditate. *Idem ſer. 146.*

Sponſa Chriſti. *Idem ſerm. 140.*

Sponſa Numinis, cuius conceptio noſtra excedit ſapientiam. *S. Sabbas in Menæis Græcorum die 28. Ianuarij.*

Sponſa animarum ſanctarum. *Andr. Cretenſ. orat. 2. in Annunciat. Sanctiſs. V.*

Sponſa Dei pura. *Idem Can. in 7. Machab.*

Sponſa immaculata. *Idem in Can. de Nat. B. V. & Leo Imperat. in orat. de Annunc. B. M. V.*

Sponſa incorrupta. *Andr. Cretenſ. Can. in Dom. Palmarum.*

Sponſa innupta, quæ Deum portauit, & peperit ſine vlla mutatione incarnatum. *Idem Can. in diem Iouis maioris hebdom.*

Sponſa plane incorrupta, quæ ſola ſine dolore peperit eum, qui non poteſt comprehendi. *Idem orat. 3. de Dormit. B. V.*

Sponſa Chriſti, quæ pro nuptijs arras accepit in dotis titulo, & pignus hæreditatis æternæ Spiritum ſanctum. *D. Hildephonſ. ſerm. 2. de Aſſumptione Beatæ M. V.*

Sponſa Domini. *Idem ſer. 4. de Aſſump. B. M. V. Anonym. in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum de eleuatione panis, & D. Petrus Damian. hom. in Natiu. Beatæ M. V.*

Sponſa, & coniux. *S. Hildephonſ. ſerm. 1. de Aſſumpt. Beatæ M. V.*

Sponſa, & mater ſui Creatoris. *Idem ibidem.*

Sponſa Filij Dei, concipiens ſolum Deum. *Idem in lib. de virginit. S. M. Tom. 1.*

Sponſa Spiritus ſancti. *Idem ſerm. 6. de Aſſumpt. B. M. V. Coſmas Veſtit. orat. in SS. Ioachim, &*

*Annam*

*Annam D.Franciſcus in orat.2.ad V. M. Ioann. Thaulerus ſerm.in Feſto Annunc.B.M.V.& Robert.Bellarm.Conc.2.in Dom.1.Aduent.*

Sponſa, amplexus maritalis expers. *Anonymus in Enchologio, ſeu Rituali Græcorum de eleuatione Panis Panegia nuncupati.*

Sponſa Dei, Gubernatorem Chriſtum enixa. *Idem ibidem.*

Souſa, & Mater Chriſti omnium Regis, quę ab æterno fulſit creaturis omnibus ſanctior. *Idem in Menæis Græcorum die 29. Iulij.*

Sponſa ornata diuini ſpiritus. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcor. in Canone funereo pro mulieribus defunctis.*

Sponſa ſole amicta, & præ omnibus veneranda. *Idem in Menæis Græcorum die 25. Ianuarij.*

Sponſa venuſtaSponſi Verbi. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcor. in Canone funereo pro mulieribus defunctis.*

Sponſa, cuius pulchritudo eſt incomparabilis,& gloria ineffabilis, cuius lux oculorum ſolis ſuperat radios. *Georg.Nicomed.in orat.de exitu SS.V.M. quando fuit oblata in templo.*

Sponſa munda. *Idem orat.1.de Præſentat.B.V.& Iacob.Monach.orat.de Natiu.B.V.*

Sponſa, quæ nuptias experta non eſt. *Georg.Nicomed.orat.3.de Concept.Deip.V.*

Sponſa cęleſtis. *S.Germ.in Mariali frag.15.*

Sponſa Dei nuba. *Idem orat.1.in Præſentatione Beatæ Mariæ Virg.*

Sponſa,de qua ſcriptum Cant.4. Veni de libano ſponſa. *Idem ſerm.in Natiu.B.M.V.*

Sponſa deſtinata à Deo, quæ ſupra captum peperit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Idem orat.2.in Præſentat.B.M.V.*

Sponſa Domina diuina. *Idem ibidem.*

Sponſa innocentiſſima. *Idem ibidem.*

Sponſa innupta Patris æterni. *Idem in ſuo Mariali fragm.5.*

Sponſa,cuius pronubus Spiritus ſanctus,ac Chriſtus ſponſus, qui dicit in Canticis: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te, veni de libano ſponſa. *S. Ioan.Damaſc.orat.4. de Natiuitate Beatæ M.V.*

Sponſa Dei ab omni labe prorſus vacua. *Idem in Paracl. Beatæ M.V.*

Sponſa Dei immaculata, & caſta, ſanctificans animas noſtras paſſionibus inquinatas. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei immaculatiſſima. *Idem ibid. & Can. in S.Maximum, & S.Ioſeph. Hymnog. in Mar.*

Sponſa Dei, quam vnum diuinum Verbum,quod illuminat omnem orbem inhabitauit. *S. Io. Damaſc.in Paracl.B.M.V.*

Sponſa Dei ſanctiſſima, quæ ſola incomprehenſibilemDeum indefinitè in vtero ſuo conceptum geſtauit hominem factum, propter ſuam bonitatem. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei, vnica inter mulieres. *Idem in Canone de SS. Trinitate.*

Sponſa Deo iuncta, quæ Dei peperit miſericordiam. *Idem in orat.de Natiu.B.M.V.*

Sponſa Patris. *Theodor. Laſc.Imp. in Can.ad Sanctiſſ. Deipar.V. D.Thomas Aquin. ſer. de B.M. V.& Enang.Domin.4.in Quadrag. Alber. Mag. ſer.3.in Natiu.B.M.V, & S.Thomas de Villanoua ſerm.1. de Annunc.B.M.V.*

Sponſa vndequaque puriſſima. *S. Ioan. Damaſc. in Paracl. Beatæ M.V.*

Sponſa Dei ſanctiſſima, diuinitatis cum carne facto cocurſu. *Idem Can.in S.Coſm. & Dam.*

Sponſa, cuius in mari rubro quodam imago deſignata eſt, ibi enim Moyſes partitor aquæ, hic Gabriel miniſter miraculi: tunc profundum ſicco pede tranſiuit Iſrael,nunc autem Virgo Chriſtum ſine ſemine generauit. Mare poſt tranſitum Iſrael inuium remanſit, poſt partum Emanuelis remanſit incorrupta. *Idem in Octoec. Græcorum.*

Sponſa Regis magni, clariſſimè repræſentans pulchritudinemSponſi ſui ſuper aurum refulgentem, & ſuper ſolem coruſcantem. *Idem Can. in S. Chariton.*

Sponſa Regis magni,per quam à maledictione Euæ omnes liberati ſumus. *Idem Can. in Encom. S.Reſurrect. Chriſti.*

Sponſa tota immaculata. *Idem Can.1.in Dormit. Beatę Virginis.*

Sponſa indiuiduæ Trinitatis. *Io. Eubeus orat. in Conceptione S.Dei Genitricis.*

Sponſa Filij. *D.Althelm.in lib.de Virginit.c.22.*

Sponſa Dei, per quam Deus bene voluit hominum liberare corruptibilem ſubſtantiam. *Theophan.Nicenus hymn.in Annunc.SS. Deip.*

Sponſa inculpatiſſima Conditoris. *Idem in Menæis Græcorum die 17. Ianuarij.*

Sponſa Dei benedicta, caſta, ſemperque glorioſa. *S. Hymnograph.in Mariali.*

Sponſa Dei caſtiſſima. *Idem ibidem Theod. Laſc. Imp.in Can.ad Sanctiſſ.Deip.V.& Bern.de Buſtis in Mariali ſer.7.de Concept. B.M.V.*

Sponſa Dei illibata. *S.Ioſeph Hymnog.in Mariali.*

Sponſa Dei innupta. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei puriſſima. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei ſanctiſſima. *Idem ibidem Conſtantinus VII. Imp.in ſuis ex Apoſtillarijs,& Theodor.Laſc.Imp.in Can.ad SS.Deip.V.*

Sponſa Dei tota immaculata, illum enixa, qui propter ineffabilem miſericordiam ſuam, infirmitates noſtras portauit. *S. Ioſeph Hymnograph.in Mariali.*

Sponſa Patris ſpecioſiſſima. *Idem ibid.*

Sponſa re vera pura. *Coſmas Veſtit. orat. in SS. Ioachim, & Annam.*

Sponſa eximia Sponſi cæleſtis. *Photius Conſtantinop.orat.in S. M. Natiuit.*

Sponſa cæleſtium thalamorum. *Io.Epiſc.Arctin. in Tractatu de Dormit.Sanctiſſ.V.M.*

Sponſa Dei à Sponſo ſuo dotata duplici dote, gratia primo, vndè dicta eſt gratia plena,& tandem gloria in cælis, quia gratiam,& gloriam dabit Dominus. Pſalm. 83. *Idiota de Beat. M.V. contemplat.3.*

Sponſa Dei digniſſima. *Idem ibidem.Iſidor.Theſſalo-*

*ſalonicen. in orat. de Natiuitate Beatæ M.V.*

Sponſa Dei non ſolum propter amoris affectionem, ſed etiam propter dominium, nam ſicut ſponſa poſt ſponſum ſecundum locum habet in domo, ſic ipſa poſt Chriſtum ſecundum locum habet in vniuerſo, & in bonis ſponſi maiorem obtinet portionem. *Idiota de B.V. par.14. Contemplat. 5.*

Sponſa Dei, quia ſicut Deus eligit ſponſam, vt ſibi placeat, ſic Deus ipſam elegit, vt canit Eccleſia: Elegit eam Deus, & prælegit eam, quia ſine exemplo illi placuit, & ſicut ſponſa ornatur diuerſis ornamentis, ſic ipſa ornata fuit diuerſis donis Spiritus ſancti: & ſicut ſponſa coniungitur viro, ſic ipſa coniuncta eſt Ieſu Chriſto per verba de preſenti cum dixit: Ecce Ancilla Domini: & ſicut ſpouſa in thalamum ſponſi introducitur, ſic ipſa introducta eſt in thalamum ſui Sponſi in aſſumptione. *Idem ibidem.*

Sponſa fidelis Ieſu Chriſti, ei fidem ſeruans, nam cum tempore paſſionis fides Apoſtolorum concuſſa vacillaret, ipſa ſponſa fidelis Sponſo ſine fidei titubatione conſtanter adhæſit. *Idem ibidem.*

Sponſa illius Artificis, qui fabricatus eſt auroram, & ſolem. *Idem ibidem.*

Sponſa mente, & corpore ſpecioſa. *Idem de B. M.V. par.12. Contemplat. 1.*

Sponſa ſingularis ſingulari virginitate deſponſata. *Idem ibidem.*

Sponſa Altiſſimi. *Leo Imper. in orat. de Præſentat.* B.M.V. & *Bernard. de Buſtis in Mariali ſer. 2. de Coronat. Beatæ M.V.*

Sponſa, quam Deus Pater Vnigenito elegit, & loco arrhabonis, dedit reconciliationem cum genere humano. *Leo Imperat. in orat. de Natiuitate Beatæ M.V.*

Sponſa, quam ob animæ pulchritudinem, dilexit Rex, ſibique delegit. *Idem in orat. de Annunciatione Beatæ M. V.*

Sponſa Vnigeniti. *Idem in orat. de Præſentatione Beatæ Mariæ V.*

Sponſa, & mater Domini. *D. Fulbertus Carnot. ſer. 3. de Natiuit. Sanctiſs. V.*

Sponſa ſiue exemplo, Deo coniuncta, de cuius caſta corporis materia oritur lumen in tenebris ad exturbandas veterum piaculorum nebulas. *Idem ibidem.*

Sponſa Regis. *Guarricus Abbas ſerm. 3. de Aſſumptione Beatæ M.V.*

Sponſa ducens nos ad Sponſum. *D. Petrus Damian. ſerm. in Annunc. B.V.M.*

Sponſa inſponſata, per quam orbis lapſi facta eſt ereptio. *D. Anſelm. in hymn. 2. Beat. Dei Genitricis.*

Sponſa traducens terrena ſuper cæleſtia. *Idem ibidem.*

Sponſa adultorum. *S. Anſelmus Lucenſis ſuper Salue.*

Sponſa, cum qua Deus Sponſus nouum creauit hominem. *Franco Abbas lib.6. de gratia Dei.*

Sponſa Dei electa. *Idem ibidem, & Mauritius de Villaprobata ſerm. 13. Coronæ nouæ B.V.M.*

Sponſa Domini Angelorum. *Franco Abbas lib.6 de gratia Dei.*

Sponſa elegans, & decora. *Idem ibidem.*

Sponſa noſtra. *Idem lib.7. de gratia Dei.*

Sponſa ſapientiæ Dei ab æterno ordinata. *Idem lib.6. de gratia Dei.*

Sponſa ſpecioſiſſima inter filias hominum, de cuius vtero, tanquam Sponſus de thalamo ad nos proceſſit ſpecioſus forma præ filijs hominum. *Idem ibidem.*

Sponſa expers nuptiarum Patris, qui non poteſt comprehendi. *Euthimius Encomio in adorationem venerandæ Zonæ Sanctiſſ. Deiparæ, & faſciarum Domini.*

Sponſa pura, impolluta, intacta, pulcherrima, & ab omni reprehenſione aliena Patris, qui nec videri, nec comprehendi poteſt. *Idem ibidem.*

Sponſa intacta. *Geffrid. Abbas in omni feſtiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Sponſa fide. *Hugo de S. Victore ſer. in Natiuitate B.M.V. qui eſt in Ordine 24.*

Sponſa Regis æterni. *Idem ſer. de Aſſump. B.M.V. qui extat in fine 2. Tom. operum eius. D. Bonau. in Canticis Pſalterij B. M.V. Albertus Magnus ſerm. in Dom. 17. poſt Trinitatem.*

Sponſa Dei Patris, in qua compleca eſt cauſa, cur Synagogam, id eſt Eccleſiam prioris populi, idem Deus Pater ſe adamaſſe, atque in coniugium aſſumpſiſſe, tam multis teſtatur ſcripturæ locis. *Rupert. Abbas lib. 1. de operibus Spiritus ſancti cap. 7.*

Sponſa Dei per Spiritum ſanctum, amotem verum. *Idem lib. 3. Commentar. in Cant. Cantic.*

Sponſa, & mater Filij Dei Patris. *Idem lib. 7. de glorificatione Sanctiſſ. Trinitatis, & proceſſione Spiritus ſancti cap. 13.*

Sponſa vera principaliter Amici æterni, id eſt, Dei Patris. *Idem ibidem.*

Sponſa Agni mitiſſimi. *S. Petrus Maurit. Cluniac. Proſa in honorem Matris Domini ſerm. 12. Bibliothecæ PP.*

Sponſa Dei, quæ per nuptias cum Deo non amiſit virginitatem ſuam, & Deus per eaſdem nuptias non amiſit diuinitatem ſuam. *B. Aelredus ſerm. in Annunc. Beatæ V.*

Sponſa mater Sponſi ſui, id eſt Filij, quia animam illius diuinitati ſuæ coniunxit Filius, & quia Deus ipſe homo factus, de ipſius vtero, quaſi Sponſus de thalamo proceſſit. *Idem ibidem.*

Sponſa Regis noſtri. *Idem ſerm. 2. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Sponſa Dilecti, quam ſeuero, & ſincero commercio ſuaſit ei myſterialis vnitas amplectendam. *Idem lib. 5. in Cant. Cantic. c. 2.*

Sponſa inter filias, virtutum merito decorata. *Idem lib. 2. in Cant. Cantic. cap. 20.*

Sponſa mater. *Idem lib. 1. Cant. Cantic. cap. 14.*

Sponſa Dei, per fidem deſponſationis. *Balduinus*

*duinus Deuon. in Tractatu de Salutatione Angelica.*

Sponſa Patris æterni. *Abſal. Abbas ſerm. 2. in Annunciat B.M.V. D.Bonauentura in Canticis Pſalterij* B.M. V. D.*Bernard.Senen. Tom. 1.ſer. 25. Bernard.de Buſt.ſerm.8.de Annunc.* B. *M.V. & Marcus Vigerius in Decachordo Chriſtiano lib. 1.cap. 17.*

Sponſa Chriſti, eo quod illum Deo Patri genuerit. *Honorius Auguſtodun. in ſigillo Beatæ Mariæ Virg.*

Sponſa Filij ſui, quia genuit ei Virgines ſuo exemplo. *Idem ibidem.*

Sponſa Patris, eo quod Chriſtum illi genuerit. *Idem ibidem.*

Sponſa, quæ Patri æterno clauſa genuit Filium. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei ſolemnis. *B.Ioſeph Steinfeld.opuſc.4*

Sponſa fidelis, de cuius fidelitate confidit valde Sponſus, ſicut dicitur Prouerb.31. Confidit in ea Cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit, quia quoſcumque ſuis orationibus, meritis, & exemplis liberat à Diabolo, apponit, & aſſignat dominio Sponſi ſui. *Ricb.à S.Laurent. de laud. Sanctiſſ.Virg.lib.6.*

Sponſa Filij, cui dedit ipſe Filius duplicem dotem; vnde dicta eſt gratia plena, & tandem gloria in excelſis, quia gratia, & gloriam dabit Dominus Pſalm.53. *Idem ibidem.*

Sponſa Filij, quam ſibi tunc ſpiritualiter deſponſauit, cum illi tanta ſe gratia ſociauit, vt de carne eius ſacratiſſimam ſibi carnem aſſumeret. *Idem ibidem.*

Sponſa ſponſarum. *Idem de laud.Virg.lib.1.*

Sponſa Chriſti electa in prædeſtinatione, ornata in ſanctificatione, copulata Chriſto in eius conceptione, aſſumpta ad thalamum in aſſumptione. *Idem de laud.Sanctiſſ.V.lib.6.*

Sponſa Chriſti propter inconcuſſam fidei conſtantiam; cum enim tempore paſſionis fides Apoſtolorum concuſſa vacillaret, ipſa velut ſponſa fidelis, Sponſo ſuo, ſine fidei titubatione, conſtanter adhæſit. *Idem ibidem.*

Sponſa Chriſti, quia ſicut quidquid habent ſpõſus, & ſponſa, vtrique commune eſt, ità quidquid habet filius habet mater, & è conuerſo, vnde videtur ei dicere filius illud. Ioann.17. Mea omnia tua ſunt, aliter tamen, & aliter, quia non à Matre Filius, ſed omnia à Filio habet Mater. *Idem ibidem.*

Sponſa Domini, propter inconcuſſam fidei conſtantiam; cum enim tempore paſſionis, fides Apoſtolorum concuſſa vacillaret, ipſa velut ſponſa ſponſo ſuo ſine fidei titubatione conſtanter adhæſit. *Io.Hailgrinus in c.4. Cant.*

Sponſa, quæ Sponſo ſuo familiarior, maiorem in ſponſi bonis obtinet portionem. *Idem ibidem.*

Sponſa Chriſti ab ipſo omni virtutum genere prædotata. *Hugo Carenſis in cap. 4. Cantic. Canticorum.*

Sponſa Sponſi. *D.Amadeus hom.7.deland. SS.V.*

Sponſa Dei electa, Dei plena gratia. *S. Simon Stock in hymn.de Deipara.*

Sponſa à Deo Patre electa. *D. Bonauent in Litanijs Pſalterij Beatæ M.V.*

Sponſa Domini delicatiſſima. *Idem in Speculo B. Mariæ Virg. cap.8.*

Sponſa Domini, qua nulla amabilior. *Idem ibidem.*

Sponſa Domini venuſtiſſima. *Idem ibidem.*

Sponſa inſtiſſima Domini Spiritus ſancti. *Idem in Speculo Beatæ Mariæ V.cap.8.*

Sponſa pulchra in iuſtitia, & iudicio reſpectu ſui, pulchra in miſerationibus, & miſericordia reſpectu proximi, pulchra in fide reſpectu Dei. *Idem ibidem.*

Sponſa Regis alma. *Idem in Pſalterio minori Beatæ Mariæ Virg. Quinquagena 2.*

Spõſa Spiritus ſancti formoſiſſima in conuerſatione, dulciſſima in allocutione. *Idem in Speculo Beatæ Mariæ Virg. cap.8.*

Sponſa ſumma ſummi Regis. *Idem in laud Beatæ Virg. Mariæ.*

Sponſa ſummæ bonitatis, *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap.* 8.

Sponſa ſummi Conſolatoris. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei, de cuius digniſſimis nuptijs dicitur Eſther. 2. Rex Aſſuerus, id eſt Chriſtus, pro coniunctione, & nuptijs Eſther, id eſt, Mariæ, in die annunciationis celebratis, quarum conciliator fuit Gabriel, iuſſit conuiuium præparari, id eſt, gaudium ſpeciale, magnificum in toto orbe, in Cælo, & in purgatorio. *Albert. Magn.in Biblia Mariæ ſuper libr. Eſther.*

Sponſa Dei electa, in morte Filij ſui viduata. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Lamentat. Ieremiæ Prophetæ.*

Sponſa Dei per inæſtimabilem charitatem. *Idem ſerm.3. in Aſſumpt.Beatæ M.V.*

Sponſa non habens maculam, neque rugam. *Idem in Poſtillis ſuper cap.1.Lucæ.*

Sponſa propitiationis, quam præparauit ab æterno Filio in Matrem, reo in reconciliationem, iuſto in præmium. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Geneſis.*

Sponſa veri Salomonis. *Idem ſerm.1.de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Spouſa Sponſi cæleſtis, qui cum ea ſpirituale matrimonium contraxit. *Iacobus de Voragine in Mariali ſerm. 8.S.*

Sponſa Dei Patris, cum qua Deus Pater matrimonium per verba de præſenti contraxit, quando illa reſpondit ad Angelum, & cor direxit ad Deum dicens: Luc.1. Ecce Ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. *Ægidius Columna Expoſit.in ſalut. Angelic.*

Sponſa Dei per dilectionem Dei. *Alanus de Inſul.in cap.2.Cantic.*

Spouſa Dei per naturarum vnionem. *Idem in c. 4.Cantic.*

Sponſa Dei, quæ venit de libano, ideſt de candidatione, & dealbatione virtutum. *Idibid.*

Sponſa

Sponſa Dei ſingularis, & vnica. *Idem in cap.1. Cantic.*

Sponſa, quæ à Deo generationem habuit, & tota Dei effecta eſt, atque diuina. *Matth. Cantacuzenus in cap.4. Cantic. Canticor.*

Sponſa Dei electiſſima, & amantiſſima. *Ioann. Thaulerus ſerm.in feſto Purificat.* B.M.V.

Sponſa Deo reſeruata. *Iacobus Monach. in Mariali orat.4. & Iſid. Theſſalon.in orat.de Præſentat.* B.M.V.

Sponſa innupta. *Iacob.Monach.in Mariali orat.2.*

Sponſa puriſſima. *Idem ibidem.*

Sponſa innupta, à Deo prælecta. *Idem ibid.*

Sponſa, cuius laudibus totum illud dulciſſimũ epithalamium Cantici Canticorum de ea ſpiritualiter à Spiritu ſancto eſt dictatum. *Ern. Prag.in Mariali cap.131.*

Sponſa Dei prælecta. *D. Birgitta in ſerm. Angelico de Excellentia Sanctiſs. V. M.*

Sponſa, mundana contemnentibus, & relinquentibus. *Bartbol.de Piſis lib.1. de laud. Sanctiſs.V. fruct.8.*

Sponſa Dei puriſſima, & lucidiſſima. *Iſid.Theſſalon.in orat.de Præſent.* B.V.M.

Sponſa diuina. *Idem in orat.de Præſent.* B.M.V.

Sponſa Dei ſuper omnes chariſſima. Io. *Gerſon Tract.5. ſuper Magnif.*

Sponſa ſapientiæ. *Idem ibidem Tract.9.*

Sponſa præcipua Conditoris Vniuerſorum. *D. Laurent Iuſtin.in ſerm.de Annunciat.B.M.V.*

Sponſa, quam ſibi delegit ſapientia. *Idem in ſerm.de Purificat.* B.M.V.

Sponſa caſtiſſimæ dilectionis, ſingulariſſimæ fœcundationis, ſollicitiſſimæ educationis, quæ ſingulari munditia virginitatis, & amplius profundiſſima abyſſo humilitatis, placuit Altiſſimo Patri, cui & Filium ſuum Vnigenitum dedit, quem de ſuis caſtiſſimis viſceribus concepit, & peperit, & diligentiſſimè innutriuit. *D.Bern. Senenſis tom.3. de Aſſumpt.B.V.*

Sponſa Dei dilectiſſima. *Idem Tom.1.ſerm.61.qui eſt de ſuper admirabili gratia, & gloria* B. *Virg. Matris Dei.*

Sponſa, quam coram tota cæleſti curia, æternus Pater dulciſſimè ampiexatus eſt, & recognouit Matrem Vnigeniti Filij ſui. *Idem Tom. 3. ſerm.de Aſſumpt.*B.M.V.

Sponſa ſanctiſſima ſancti Ioſeph. *Idem in ſerm. de S. Ioſeph.*

Sponſa ſummi Regis per glorioſam aſſumptionem. *Idem Tom.1.ſerm.52.*

Sponſa totius Trinitatis incommunicabilis charitatis. *Idem Tom.3. ſerm.de Aſſumpt.* B.*M. V. & Bernardin.de Buſtis ſerm.2.de Aſſump.* B. *M.Virg.*

Sponſa Principis miſericordiæ. *Martinus de Magiſtris in Expoſit.ſup. Antiph. Salue Regina.*

Sponſa Dei, ex qua genitus eſt Chriſtus, ideſt, opere Dei ſupernaturali. *D. Antonin. in ſumma part.4.tit.15. cap.5.*

Sponſa Dei in myſterio Incarnationis. *Idem in ſumma part.4.tit.15. cap.18.*

Sponſa Dei Patris, ex qua virtute Spiritus ſancti, Filium generauit communem Filium vtrique. *Idem ibidem cap.3.*

Sponſa ornata omni gratia. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei Patris, ab æterno prædeſtinata, & prælecta. *Gulielmus Vinc. ſerm. de Concept. B.Virg.*M.

Sponſa celeberrima. *Dion. Carth. de prec.* B. *V. lib.1. art.1.*

Sponſa chariſſima Spiritus ſancti, in qua potiſſimè Spiritus ſanctus ſibi complacuit. *Idem lib.2.de laud.Sanctiſs.V.*M. *art.26.*

Sponſa Dei amabiliſſima. *Idem in Cant.art.5.*

Sponſa Dei dilectiſſima, cui Deus excellentiſſimam condonauit diuinorum intuitionem. *Idem lib.2.de laud.Ss.V. art.9.*

Sponſa Dei diuiniſſima. *Idem ibid. lib.3.art.23.*

Sponſa Dei prælectiſſima. *Idem ibid.lib.1.ar.27*

Sponſa Dei ſapientiſſima. *Idem in Can. art.5.*

Sponſa Dei ſpiritualiſſima. *Idem lib.3.de laud. Sanctiſs.Virg.art.13.*

Sponſa Deifera. *Idem in Can.art.12.*

Sponſa delicatiſſima. *Idem lib.1.de præcon.Sanctiſs.V. art.25.*

Sponſa deſiderabiliſſima. *Idē ibid.lib.1. art.18.*

Sponſa dilectiſſima Dei incarnati. *Idem in Cant. art.27.*

Sponſa, ex inæſtimabili ſua pietate, & gratia, omnium eam ſincerè amantium, quamuis adhuc defectuoſorum, ac pauperum infirmorum, atque in multis quotidie culpabilium. *Idem lib.3.de laud.Ss V.art.20.*

Sponſa præcipua Dei Patris, quam myſtico ſpiramine fœcundauit, induens Vnigenitum ſuum ſubſtantia carnis eius. *Idem ibidem lib. 1.art. 24.*

Sponſa prælectiſſima Dei omnipotentis, quam ipſe Deus miſericordiſſimè, paternaliter, & inceſſanter cuſtodiuit, dilexit, & protexit in omnibus. *Idem de laud.Ss.*V. *lib.2. art.18.*

Sponſa ſingularis, & ſingulariter vnica, atque ineffabiliter prædilecta Sponſi cæleſtis, ab ipſo Sponſo Vnigenito Filio ſuo, fide illuminatiſſima deſponſata, ſpe certiſſima ſubarrata, charitate feruentiſſima amplexata, copioſiſſimè fœcundata per exuberantiſſima gratiarum chariſmata. *Idem in Can. art.5.*

Sponſa ſingularis Filij ſui. *Idem de Laud.Sanctiſs.* V. M. *lib.3.art.3.*

Sponſa ſingularis Patris æterni. *Idem ibidem lib.1. art.11.*

Sponſa ſumma Spiritus ſancti. *Idem ibidem lib. 4. art.10.*

Sponſa vnica Patris æterni. *Idem ibidem lib. 4. art.9.*

Sponſa ſingularis Spiritus ſancti, à quo ab origine mundi electa, ex millibus prælecta, dote bona dotata, ſingulari amore ei copulata, à quo obumbrata, & quodammodo, ſi dici liceat impræguata. *Io. Mauburnus in Roſario de præconijs* B.M. *membr.1.*

Spon-

Sponſa, à Sponſo cæleſti non ſolum gratia, & ſanctitate repleta, ſed etiam in ipſa gratia, & ſanctitate confirmata, ac in perpetuum ſtabilita. *Bern.de Buſt.ſerm.5.de Nat.B.M.*

Sponſa benedicta, quam cæleſtis Sponſus, non ſolum repleuit gratia, ſed ſibi totaliter conſecrauit. *Idem ibidem.*

Sponſa benedictiſſima Regis cæleſtis. *Idem ibid.*

Sponſa cæleſtis, cuius fæcunditas incomparabilis, quia Filium illum protulit, qui vniuerſum orbem redemit, quod omnes mundi homines, & cunctæ ſimul creaturę facere non potuiſſent. *Idem ibidem.*

Sponſa cæleſtis, ex cuius formoſitate nullus vnquam occaſionem concupiſcentiæ accepit, ſed potius ſi quis luxurioſus eam iuſpexiſſet, remordebatur de peccato ſuo, & reprimebatur eius concupiſcentia. *Idem ibidem.*

Sponſa cæleſtis ſacratiſſima. *Idem ibidem.*

Sponſa, cæleſti Sponſo fertiliſſima, quia Vnigenitum ęius Filium peperit, qui ſolus omnes filios, & filias, qui vnquam fuerunt, & erunt, meritis, & virtutibus anteceſſit. *Idem ibid.*

Sponſa, cuius dos fuit tam ampla, vt ſoli Deo cognoſcenda ſeruetur. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei admirabilis cęleſtis. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei, cui Deus Sponſus non ſolum donauit Sponſalia munera, & donationem, propter nuptias illi fecit, ſed etiam illius dotem accrenit, & noua dote ipſam ditauit. *Idem ſerm.5. de Natiuit. B.M.V.*

Sponſa Dei, cui Deus Sponſus pretioſam dotem dedit, cum ei omnes thęſauros ſapientię donauit, & contulit gratias ſuas. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei fæcundiſſima. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei idonea. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei integerrima. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei intemerata, caſtiſſima, immaculataque. *Idem in Mariali ſerm. 1. de Concept. B. Mariæ V.*

Sponſa Dei nobiliſſima. *Idem in Mariali ſerm.7. de Concept.B.M.V.*

Sponſa Dei omni ſpecioſitate fulgentiſſima. *Idē ſerm.4. de Natiuit. B.Mariæ V.*

Sponſa Dei ornatiſſima, beatiſſima, delicatiſſima, digniſſima. *Idem ſerm.5.de Nat. B.M.V.*

Sponſa Dei Patris, ex qua virtute Spiritus ſancti genitus eſt Redemptor humani generis. *Idem ſerm.4. de Aſſimilat.B.M.V. & Maurit. de Villaprobata ſer.12.Coronæ nouæ B.M.V.*

Sponſa Dei pulcherrima, gratioſiſſima, beatiſſima. *Bern.de Buſtis ſerm.5. de Nat. B.M.V.*

Sponſa Dei verecundiſſima. *Idem ibidem.*

Sponſa Deitatis. *Idem in Officio Concept.B.M.V.*

Sponſa Deum ipſum habens pro dote. *Idem ſerm.5. de Natiuit. B.Mariæ V.*

Sponſa dilectiſſima Regis cæleſtis. *Idem ibid.*

Sponſa egregia Dei Patris omnibus digna. *Idem ibidem.*

Sponſa idonea æterni Regis, fortiſſima, & omni pulchritudine retinens. *Idem ibidem.*

Sponſa innocens immaculata, atque omni puritate repletiſſima, quam Imperator Cæli, & terræ, Rex Regum, & Dominus dominantium, qui eſt innocens, & impollutus, ſibi aſſumpſit. *Idem ibidem.*

Sponſa nobilis, quę Sponſo ſuo cæleſti maximā dotem dedit, cum omnium virtutum, & optimorum morum ornamentum ei donauit. *Idem ibidem.*

Sponſa nobiliſſima, ac iucundiſſima Dei Patris. *Idem ſerm.1. de Natiuit. B.M.V.*

Sponſa Paracleti. *Idem in Mariali ſerm.2. de Coronat. B.M.V.*

Sponſa puriſſima Dei puriſſimi. *Idem ſerm.5.de Natiuit.B.M.V.*

Sponſa, quam omnipotens Deus ſibi ab æterno elegit, vt eius Vnigenitus Filius, tamquam Sponſus, procederet de thalamo ſuo. *Id.ibid.*

Sponſa Regis Angelorum, & Imperatoris vniuerſorum. *Idem ibidem.*

Sponſa Regis cęleſtis, non ſolum ipſi, ſed omnium oculis gratioſa. *Idem ibidem.*

Sponſa Regis æterni glorioſa. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei, qui eſt Rex Regum, & Dominus dominantium, & ideo Regina Reginarum, & Domina dominantium. *Claudius Rapin. Cæleſtin.ſerm.2.de Concept. B.M.V.*

Sponſa dilecta, & immaculata, cui ſe, & ſua cōmunicauit Sponſus cæleſtis, qui tanto familiaritatis, & amicitiæ vinculo cum ea coniunctus fuit, vt ab initio immaculatæ Conceptionis ſuæ, in ſanctuarium Dei introducta, actualis, læta, perfecta, & æterna, non defuerit Verbi diuini fruitio. *Idem ibidem.*

Sponſa, quam merito, ac decenter talem condidit Sponſus in tempore, qualem elegit, ac præordinauit in ſua æternitate. *Idem ibidem.*

Sponſa, quam tanto Sponſus inſigniuit honore, tanta præuenit gratia, & ſanctitate: tanta euexit dignitatis magnitudine, tanta decorauit formoſitate, ac tanto roboruit virtutum agmine, vt nulla vnquam obnubilauerit mētem eius tentatio, nulla peccati pollutio, vel ad momentum tetigerit, ſed in medijs quoque tribulationum procellis, ipſam meridiei claritatem ſuo ſplendore ſemper ſuperauerit. *Idem ibidem.*

Sponſa, cuius dos ſoli Deo cognoſcenda ſeruatur. *Maurit. de Villaprobata ſerm.29. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Sponſa dilectiſſima Patris cęleſtis. *Idem ibidem ſermon.2.*

Sponſa dotata à Sponſo cęleſti, quoad ſenſus corporis, & animæ. *Idem ibidem ſerm.29.*

Sponſa Imperatoris æterni. *Idem ibid. ſer. 3.*

Sponſa Sponſi cęleſtis, repleta gratia, & ſanctitate, & in gratia, & ſanctitate confirmata, & in æternum ſtabilita. *Idem ſerm.29. Coronæ nouæ B.Mariæ.*

Sponſa valdè potens Dei Patris. *Idem ib.ſer.23*

Sonſa Dei chariſſima, & vitæ merito, & diuini muneris priuilegio nunquam petulęę carnis corruptione grauata, aut pollutione macula-

ta peccati, aut legi delinquendi ſubiecta, ſed tota pulchra, tota gratiarum varietate decorata. *Dionyſ.Fab.Tractatu 1.de Concept.B.M.*

Sponſa Dei chariſſima, tota pulchra, tota formoſa,& tota ab omni parte beata: omni carens opprobrio,& originalis culpæ veteri cõtagio, tum ex vitæ ſanctitatis merito, tum ex diuini ſingularis muneris priuilegio, tam ardenter ab æterno Dei Filio adamari meruit, vt ſuaui languens amore,& ardenti charitatis flamma ſuccenſus, exclamare cogeretur: Vulneraſti eor meum ſoror mea Sponſa, vulneraſti cor meum. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei exeellentiſſima, tota eorpore, & menre ſpeeioſa, tota meritis fęeunda, tota amore pudica, ſola ſine peeeato concepta, cuius gratiarum copiam pleniſſimam, ineffabilem virtutum decorem, meritorumque celſitudinem, ac denique corporis, & animæ puritatem ſupra angelicam, Cęlum miratur, & ſtupet natura,& Beatorum ſpirituum venerantur agmina, laudant, reuerentur. *Id.ibid.*

Sponſa tota pulchra,tota formoſa,tota ſpeeioſa, & ab vniuerſali originalis eulpæ maeula proꝛſus libera, præparata ſponſo exleſti, præ Filijs hominum forma ſpecioſo, ad regales diuinæ, humanæque naturæ nuptias celebrandas, de ſinu Patris properanti, vt ex carne virginali ſancta, & immaculata, Sanctus ſanctorum,& immaculatus Dei Filius noſtræ cõditionis ſuſciperet ſubſtantiam; ac veniente temporis plenitudine ex immaculata, immaculatus, & ex omnino ſancta, omnino ſanctus conciperetur, naſceretue, lactaretur. *Idem ibidem.*

Sponſa Dei per fidem. *Ioan.Picus lib.2.in Cantic.cap. 12.*

Sponſa vnica, quam potentiſſimus Dominus ſibi ex omnibus elegit, & præ omnibus adamauit.*S.Thom. de Villanoua in Con.2.de Natiuit. Beatæ M. Virg.*

Sponſa amabilis, quam Deus concupiuit.*Ludouic.Bloſius in Endologia 1.ad B.Virginem.*

Sponſa Dei altiſſimi.*Idem in Endologia 3.ad B. V.*

Sponſa ſecretiſſima ſecretiſſimi Sponſi. *Id.ibid.*

Sponſa eandidiſſima, & vera ſerenitas animæ quærenti te. *Ioan. à Ieſu Maria Tom. 2. Oper. ſpir.pag.64. Theol.myſt.*

SPONSARIVM immortalitatis.*Theoph. Niceenus hymn.in Annunc.Sanctiſs. Deip. Virg.*

STABILIMENTVM Monachorum,& Solitariorum.*D.Ephrem ſerm.de laud.Virg.*

Stabilimentum præſtantiſſimum ſaluris humanę. *S. Ioan.Damaſc. in Menæis Græc. die 27. Ianuarij.*

Stabilimentum primi Parentis. *Iacob Monachus in Mariali orat.16.*

STABILITAS virginum. *Andreas Creten.Can. in S. Andream Apoſtolum.*

Stabilitas eorum, qui ex materia mouentur. *Theod.Laſcb. Imperat.in Can.ad. Sanctiſs. Virg.*

Stabilitas immobilis. *Idem ibidem.*

Stabilitas Martyrum,& omnium ſanctorũ. *Id.ib.*

Stabilitas ſcientiarum. *Idem ibidem.*

STACTE ex virginalis balſami confectione ſanctitatis ſtactem, ideſt, lactis Chriſto ſtillans, ac canens in Canticis: Faſciculus ſtactes dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. *D. Ioan Damaſc.orat.4. de Natiuitate B. Mariæ.*

STAGNVM gratiarum,& donorũ,gratias, quas Spiritus ſanctus ei ſubminiſtrat, nobis diſtribuens vnicuique ſecundum propriam virtutem, ideſt, humilitatis capacitatem, nam de eius plenitudine omnes accepimus Io. *1. Rich. à S. Laurent. de laud. B. V. lib.9.*

STATVA à Deo ſculpta.*Andreas.Creten. orat. 3. in Dormit. B. Mariæ.*

Statua diuinæ cælaturę.*Idem ibidem.*

Statua ſacroſanctaSpiritus ſancti.*S. Ioan.Damaſ. orat.3. de Aſſumpt.B.Virg.*

Statua diuina.*D. Amadeus hom. 3. de laud. Virg.*

STELLA, ex qua prodijt Sol Chriſtus Dominus noſter.*S. Philippus Apoſtol. ſer. in tranſitu B. Virg.apud Amadeum raptu 8.*

Stella fulgidiſſima, ex qua Chriſtus proceſſit. *D.Ephrem ſerm. de laud. V. Mariæ.*

Stella, quæ ſtellam protulit, nempè Chriſtum, & præſepe partum excepit.*S.Io.Chryſ. orat. 7. in ſanctiſs. Virg. Mariæ.*

Stella proferens ſolem.*S.Auguſtin.ſerm.20.ad fratres in Eremo, & Innocent.Papa III. ſerm. 2.in Natiuitate Domini.*

Stella, quæ ſolem dedit. *S. Eleutherius ſerm. de natale Domini.*

Stella manifeſtans ſolem.*Andreas Creten. orat. 2. in Annunciat. B. M.*

Stella lucida, ex qua ortum fuit aſtrum lucidiſſimum ex Iacob.*Anaſtaſius Synaytalib. 4. Anagog. Contempl.in Examcron.*

Stella vitæ.*Iſych.ſerm.2. de laud. Virg.*

Stella maris; genuit enim lumen mundi. D. *Iſidorus lib.7.Orig.cap. 10.*

Stella maris, quam cœlum ſuis receptt ſedibus. *S Ildephonſ.ſerm.1.de Aſſumpt. B.Mariæ.*

Stella, de qua ortus eſt ille, per quem illuminatur omnis mundus, per quem vera lux in mari hums ſęculi refulſit. *Idem ibidem.*

Stella monſtrans ſolem.*S.Io.Damaſc. Can. in Annunc.Virg.& S.Anſel.in hymn.2.B.Mariæ.*

Stella refulgens ſplendoribus deitatis ex Iacob ijs,qui tenebris opprimebantur orta; per eam enim Chriſtus Deus incarnatus eſt, quo illuminamur. *S.Io.Damaſc.in Officc. Græcor.*

Stella maris.*Albinus Flaccus hom.de Natiuit. V. Radulphus Ardens hom. 2. in Annunc. B. Virg. Herman.Contractus in Antiph. Alma Redemtoris.S.Anſelmus in hymn.1.B.Dei Genitric. Franco Abbas lib.6.de gratia Dei, Goffrig.Abbas in orat.ad Matrem Domini.Vgo de Sanct.Victore lib.4.de Proprietatibus, & Epithetis rerum cap. 2.Adam Tregmonſtraten.lib.1.ſerm.24.S. Dominicus in Compend. Conc. de ſalutatione Angel. D.Antonius de Padua ſerm.in Dominic. 8. poſt Trinitat.S.Simon Stoch.in precat.ad Deip.Virg.*

Alan-

*Alanus de Inſula in Anticland. lib. 5. D. Birgitta in ſerm. Angel. de excellen. SS. V. M. c. 11. Maurit. de Villaprobata ſerm. 26. Corona noua B. M. & Io. Picus lib. 1. in Cantic. cap. 9.*

Stella maris, inter fructiuagas vndas pelagi fide, ac moribus ſequenda, ne mergamur vndis diluuij, ſed per eam illuminemur, vt Chriſtum natum ex ea pro ſalute totius mundi credamus. *Paſchaſius Rathert. lib. 1. in S. Matthæi Euangel.*

Stella alta ratione dignitatis. *Idiota de Beat. M. Virg. par. 3. Contemplat. 6.*

Stella clara, & lucida ſanctitatis exemplo illuminans mundum multiplici virtutum radio, clara etiam per vitæ puritatem non habens in ſe aliquam maculam. *Idem ibidem par. 14. Contemplat. 15.*

Stella clariſſima immittens radium lucis ſuæ, qui noctem cordis noſtri illuminet peccatorum tenebras effugando. *Idem ibidem.*

Stella deſiderabilis. *Idem ibid. p. 14. Contemp. 16.*

Stella exemplo fidei, magos ad Chriſtum adducens. *Idem ibidem par. 14. Contempl. 1. & Richard. à S. Laur. de laud. Sanct. ff. V. lib. 6.*

Stella fixa in firmamento Cęli, id eſt ſacrę ſcripturę per iugem meditationem legis diuinę, & in bonis cæleſtibus per deſiderium, & amorem æternorum tanquam vera filia Abrahę, cui promiſſum erat Gen. 22. Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas Cęli. *Idiota de Beat. M. V. par. 14. Contemplat. 15.*

Stella fulgida ratione puritatis. *Idem par. 3. Contemplatione 6.*

Stella gratiæ ex Iacob orta emittendo illum radium, qui totum mundum illuminauit. *Idem de B. V. par. 3. Contemplat. 5.*

Stella laudabilis. *Idem ibidem par. 14. Contemplatione 16.*

Stella maris, id eſt, miſerorum, qui ad hoc ordinata eſt ab æterno, vt per eam Dominus in quantum in ipſo eſt, omnium miſereretur, & omnes miſeri fluctuantes in amaritudine criminum in ea refugium inuenirent, quę lucem genuit fluctuantibus in hoc mari. *Idem ibidem par. 14. Contemplat. 17.*

Stella maris, quia nauigantes mare mundi ſpatioſum, vbi ſunt reptilia abſque numero, & animalia puſilla cum magnis, Mariam veram ſtellam maris, inter omnes ſtellas, id eſt, ſanctos præcipuè cognoſcunt, ad eam frequentius ſpiritualibus oculis reſpiciunt, ipſam perditam ſollicitius requirunt, ſecundum ipſam irer ſuum dirigunt, ipſa namque rectè viuere cupientes exemplis ſuis dirigit, errantes reducit, & periclitantes ad portum ſalutis. *Idem ibidem.*

Stella maris, quia dirigit in hac miſera peregrinatione peccatores errantes per deuia reducit ad vitam, & viarum diſcrimina oſtendit, & defendit viatores. *Idem ibidem par. 14. Contemplat. 7.*

Stella maris ſtellis ętereis pręeminens altitudine, quia vniuerſis Cęlis, & creaturis altior eſt; nam cęteri ſancti migrantes à corpore recipiuntur inter choros angelorum, ſed ipſa quadam excellenti maieſtate glorię exaltata eſt ſuper omnes choros angelorum, & ſuper omnes ordines beatorum. *Idem ibid. par. 14. Contemplatione 17.*

Stella maris, ſtellis cęteris pręeminens immobilitate, quoniam quaſi in centro firmamenti conſtituta, cæteris vario motu, modo ad ortum ſolis, modo ad occaſum tendentibus, immobilis permanſit. *Idem ibidem.*

Stella matutina dirigens in huius mundi pelago viatores illos ab erroris ſemita reuocãdo. *Idem ibidem par. 3. Contempl. 7.*

Stella matutina, nam ſicut ſtellæ materia incorrupta eſt, ſic materia Beatæ Virginis incorrupta permanet, de qua natus eſt ſecundum carnem ille, cuius animam Deus non reliquit in inferno, nec dedit ſanctum ſuum videre corruptionem: ipſa etiam virgo ſecundum carnem penitus expers corruptionis fideliter eſt credenda, quæ incorrupta virginitate de ſe genuit eum, qui omnis incorruptionis eſt cauſa. *Idem de Beat. Virgin. par. 14. contemplatione 16.*

Stella matutina, quia ſemper fuit in mane oriẽs, & nunquam tetendit ad occaſum peccari, ſed ſemper ſplendida ſtella fuit illuminando populum, qui ambulabat, & ambulat in tenebris peccatorum. *Idem ibidem.*

Stella matutina, quia ſicut ſtella matutina, licet luna, & omnes ſtellæ ſuperueniente ſolis lumine non appareant, ſed abſorbeantur à ſplẽdore ſolis, lucet cum ſole, nec ad lumen ſolis propriam claritatem amittit: ſic Beata Virgo, quæ peperit Solem, lucet cum Sole, id eſt benedicto Filio ſuo, & quanto maiori dignitate rutilat Filius eius benedictus, tanto maiori dignitate ſplendet ipſa Mater, & licet lõge ſit minor Filio, ſicut ſtella minor ſole, hoc tamen gaudet priuilegio, quod omnis anima Deo comparata ſuam reprimit claritatem, ſed quia honor filij, honor eſt matris, in excellentia Filij eius benedicti lucet excellentia ipſius, quia mater eſt, quæ tantum Filium meruit generare. *Idem ibidem.*

Stella matutina ſplendidiſſima lucens antequam dieſcat, quia ortus eius præceſſit ortum Ieſu Chriſti benedicti Filij eius, qui eſt lux, & dies. *Idem ibidem.*

Stella mirabilis. *Idem ibidem.*

Stella, quia ſicut ſtella habet motum continuum, ſic Beata Virgo continuo motu fuit de virtute in virtutem, de vno bono ad aliud, de vita actiua ad contemplatiuam. Et quia ſicut ſtella firmamentum exornat, ſic Beata Virgo totam Eccleſiam tanquam pulchetrimo lumine exornat, ſi quidem tota pulchra eſt, & ex omni ſui parte lucida. *Idem ibidem par. 14. Contemplat. 15.*

Stella, quia ſicut ſtella illuminat noctem, ſic

Beata Virgo noctem illam ſolitariam nec laude dignam, quæ ab Eua fluxerat vſque ad eam illuminauit, nam in glorioſiſſimo ortu eius omnia meliorari inceperunt, quia ipſa repleta gratia ſeptiformi, repleuit nos plenitudinem gratiæ refundendo, niſi ſteterit per nos. *Idem ibidem.*

Stella maris, quia ſicut ſtella in mari nauigantibus eſt rectæ viæ indicium, ſic Beata Virgo in hoc mundo fluctuosè viuentibus alijs rectam viam humilitatis, alijs caſtitatis, alijs bonæ operationis, alijs contemplationis, ſeu cuiuslibet virtutis oſtendit. *Idem de B. Virg. par.14. Contemplat. 17.*

Stella, quia ſicut ſtella ſe paruam oſtendit, ſic Beata Virgo parua apparuit per humilitatem cum ſe obtulit in Ancillam, quæ poſtulata erat in Matrem, & quia ſicut ſtella tempore gelicidij, id eſt, paſſionis benedicti Filij ſui, quando cæterorum charitas refriguit, ipſa ſola, quaſi de nocte totam Eccleſiam illuſtrauit, & per excellentiſſimam conuerſationem ſemper coruſcauit, & rutilauit, & quia ſicut ſtella aſpectum, & effectum habet ad terram, ſic Beata Virgo ad terram, id eſt ad terrenos, quorum procurat negotia maximè ſeruorum, & amatorum ſuorum. *Idem ibidem par.14. Contemplat. 15.*

Stella, quia ſicut ſtellæ incorruptibiles ſunt de natura, ſic Beata Virgo incorruptibilis eſt de gratia, & etiam ſine corruptione putredinis, & incinerationis in corpore de mundo aſſumpta fuit. *Idem ibidem par. 14. Contempl. 16.*

Stella ſplendida, cuius ſanctiſſimus ortus claruit ex operatione diuina, ex operatione angelica, atque cooperatione humana, claruit ex operatione diuina, quia Beata Virgo per operationem Dei fuit concepta, nam parentes eius ad ſenilem ætatem peruenerant, & per viginti annos ſimul ſteterant, nec prolem ſuſceperant; claruit ex operatione angelica, nam Angelus ſingulariter eius parentibus Beatam Virginem nunciauit; claruit ex operatione humana ratione parentum, quia Beatæ Virginis parentes fuerunt nobiles quoad mundum, & ſancti quoad Deum. *Idem ibid. part. 3 Contemplat. 6.*

Stella tota ignea per charitatem, maximè ex quo illum concepit, qui eſt ignis ardens, tota etiam ignea per virtutum vniuerſitatem, nam virtutes igneę ſunt naturę, & ideo ſurſum trahunt, quia locus ignis ſurſum eſt. *Idem de B. Virg. par. 24. Contempl. 15.*

Stella maris, quæ Solem peperit iuſtitiæ. *D. Fulbertus Carnotenſis in Verſic. de B.V.*

Stella maris, ſupremo rerum cardini Deo proxima, ad quam vniuerſos Chriſticolas, iuter fluctus huius ſæculi migrantes oportet attendere, & reſpectu exempti eius curſum vitę dirigere; quod qui fecerit, non raptabitur vanæ gloriæ vento, nec frangetur ſcopulis aduerſorum, nec abſorbebitur ſcyllea voragine voluptatum, ſed proſpere veniet ad portum quietis æternæ. *Idem ſerm. 1. de Natiuitate Sanctiſſ. Virg. Mariæ.*

Stella prælucida. *Idem ſer. 3. de Natiuit. Sanctiſſ. Virg. Mariæ.*

Stella, ex qua claritas illa, illa lux, illudque lumen verbum caro factum, ad nos proceſſit. *S. Odilo ſerm. de Annunciat. B.M.V.*

Stella maris, quia ſicut illi, qui inter fluctus maris exercitatione nauigij laborant, ſtellis ſibi Deo authore famulantibus, ad portum quietis venire deſiderant, ità quis quis huius ſæculi periculoſo naufragio, fluctibus pernicioſis irruentibus, ſiue de animæ, ſiue de corporis vita periclitatur, neceſſe eſt adcontemplationem iſtius ſtellę aciem mentis dirigat, per cuius meritum, & gratiam poſſe ſe ab omni periculo liberari non dubitet. *Idem ibidem.*

Stella noſtra ſplendida, & matutina adhuc incumbentibus ignorantiæ tenebris, & iam iamque Deo propitio deficientibus præparata, vt per illam ad nos procederet Sol iuſtitię Chriſtus Deus noſter. *Idem ibidem.*

Stella Cæli noua. *D. Petrus Dam. in Carminibus de Aſſumptione Beatæ M.V.*

Stella, ex qua ſol enituit. *Idem in ſerm. de Epiphania Domini.*

Stella igneæ naturæ; ipſa enim eſt rubus ille, in in quo apparuit Dominus Moyſi, qui videbatur quippe ardere, ſed non comburebatur, quia grauida quidem apparuit Virgo, ſed igne libidinis non eſt conſumpta. *Id. ibi.*

Stella in terra, de qua Balaam prædixit in Propheria ſua: Orietur ſtella ex Iacob, & confringet omnes alienigenas. *Idem ibidem.*

Stella maris, cuius ſplendor illuminat mundum. *Idem ibidem.*

Stella maris, quæ ſoli nato ſuo obtulit aurum regiæ dignitatis, quia ipſa fuit de regia tribu, myrrham integritatis, & thus deuotionis ad ſimilitudinem Magorum. *Idem ibidem.*

Stella matutina in medio nebulæ, quæ in Cæli cardine ſummo ſplendore coruſcans, orbem ſubditum ſplendidioribus radijs incolorat. *Idem ſerm. de Aſſumptione Beatæ Virg. Mariæ.*

Stella noua maris, qua lux eſt raddita terris. *Idem in Carminibus de Aſſumpt. B.V.M.*

Stella, per quam Sol iuſtitiæ illuxit mundo. *Idem hom. in Natiuit. B.V. Mariæ.*

Stella, quæ ex ſe radium illum emiſit, qui penetrat vſque ad cordis ſecreta, & qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Idem ſerm. de Epiph. Domini.*

Stella, quæ in nocte huius ſæculi ſingulariter ſulſit, ſecundum quod de ea ſcriptum eſt: Cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo. *Idem ibidem.*

Stella à Deo data nobis in mari omnis amaritudinis conſtitutis, tenebris vndique circumſeptis, à portis ſalutis nimium elongatis, turbinibus, & procellis ad naufragium agitatis, imò tempeſtate nimia penè ſubmerſis. *S. Anſelm.*

*ſelm. Lucenſis ſuper Aue Maria.*

Stella marina, in amaritudine poſitis relucens. *Idem ibidem.*

Stella maris, cuius vna ſola illuſtratio, plus valet, quam omnium poſſeſſio mundanorum. *Idem ibidem.*

Stella maris, mundo totaliter transformando, & nos dirigendo. *Idem ibidem.*

Stella maris, qua refulgente omnis amaritudinis, compaſſionis, & paſſionis mare gaudenter intrabimus. *Idem ibidem.*

Stella maris, qua radiante impoſſibile eſt naufragium fieri, nec poteſt nubes aliqua interponi niſi volenti. *Idem ibidem.*

Stella reſulgens, & ſalutis portum demonſtrans, imò impetrans, & conſeruans. *Idem ibid.*

Stella clara, de qua iuſtis lux eſt vita, rectis corde lætitia. *D. Anſelm. Cant. in Pſalterio Beatæ Mariæ Virg. par. 5.*

Stella cæleſtium pariens lucem gentium. *Idem ibidem.*

Stella Cæli. *Idem in hom. de SS. Virg. Concept.*

Stella Paradiſi. *Idem in Pſalterio Beatæ Mariæ Virg. par. 2.*

Stella ſolis claritatem ſuo vincens iubare. *Idem in hymno 1. B. Dei Genitricis.*

Stella virginalis. *Idem in Pſal. B. M. V. par. 1.*

Stella maris, quę lucem ſalutis mundo edidit. *Zacchar. Chryſopolit. lib. 1. in vnum ex quatuor capit. 3.*

Stella à vero ſole illuminata, de qua exortum eſt in tenebris lumen rectis corde miſerator, & miſericors, & iuſtus. *Guibertus Abbas in Tract. contra Iudæos lib. 3. cap. 3.*

Stella, de qua natus eſt ſol. *Goffridus Abb. ſer. 4. de Natiuitate Domini.*

Stella ſplendida, de qua radius ſatis ſplendidior ad tenebras proceſſit, qui inibi reſidentes homines magno, & admirabili fulgore irradians, honorans creaturam, & conſumens culpam ad Patriæ cęleſtis claritatem prouexit. *Idem ſerm. 2. in Natiuit. Domini.*

Stella cuiuslibet virtutis, aut boni operis inchoatione. *Hugo de S. Victore ſerm. in Natiu. vel Aſſumpt. B. M. V. qui eſt in Ordine 34.*

Stella ex Iacob orta. *Idem lib. 4. de propietatibus, & Epithetis verum cap. 2. D. Thom. Aquin. ſer. in Annunciat. Beatæ M. V. & Albert. Magnus in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Stella conſurgens, quæ de ſpiritu Creatoris ſui concipiens, licet parvula, magnum ſolem peperit. *Rupert. Abbas lib. 4. in Amos Prophet.*

Stella maris, quæ miro modo peperit Solem iuſtitię Chriſtum, ſolem verum, & æternum. *Idem ibidem.*

Stella maris magni, & ſpacioſi. *D. Bernard. ſer. de Natiuit. Sanctiſs. V. de Aquæductu.*

Stella matutina. *Idem ſer. 3. ſuper Salue Regina, & S. Simon Stoch. in Precat. ad Deiparam V.*

Stella nobilis ex Iacob orta, cuius radius vniuerſum orbem illuminat, cuius ſplendor, & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras etiam perluſtrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. *D. Bernard. hom. 2. de laudib. Sanctiſ. Virg. Matris ſuper Miſſus eſt.*

Stella præclara, & eximia ſuper hoc mare magnum, & ſpacioſum neceſſario ſubleuata, micans meritis, illuſtrans exemplis. *Idem ibid.*

Stella fulgens orientis, vmbras fugans occidentis. *S. Petrus Maurit. Cluniac. proſa in honorem Matris Domini.*

Stella maris, id eſt ſęculi, ad quam debemus oculos noſtros erigere, quæ in ſua nativitate apparuit in terra, vt ipſa nos ducat, vt ipſa nos illuminet, vt ipſa nos conſoletur. *B. Aelredus Abbas ſerm. 3. de Natiu. B. M. V.*

Stella Iacob procreata, veri ſolis nuncia. *Rich. à S. Victore Expoſitione in Cant. Canticor. cap. 42.*

Stella maris, in hoc mari magno, & ſpacioſo nobis ducatum luminis prævium præſtans. *Petrus Bleſienſis ſer. 5. Mariæ Magdalenæ.*

Stella matutina, quæ ſolis nouiter orientis mundo lumen inuexit. *Henricus Clarenall. Tract. 11. de Peregrinante ciuitate Dei.*

Stella maris, ad quam, qui poteſt habere confugium, non timet naufragium, nec incurret charybdim, & ſcylleam voraginem, qui illam habuerit propitiatricem. *Petrus Celleuſ. ſer. 3. in Annunciatione.*

Stella maris in ingruente tempeſtate. *Idem ibid.*

Stella maris, in cuius luce ad veritatis ſemitam reducemur. *Adam de Perſ. in Mariali frag. 2.*

Stella matis neceſſaria in huius incertitudinis pelago nauiganti. *Idem in ſerm. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Stella maris, omni ſtellarum fulgore fulgentior. *Philippus Abbas Tom. 2. moralitatum in Cantic. Canticorum.*

Stella, ad cuius radium nemo in periculo qualicunque poſitus reſpexit, quin ſtatim opem ſenſerit. *Helinandus Ciſterc. ſer. 1. de Nat. B. V.*

Stella ex Iacob de limoſo genere. *Id. ibid.*

Stella maris, id eſt conſolatrix mœrentium, illuminatrix pœnitentium, eorum ſcilicet, qui tecogitant omnes annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, quorum contrito magna eſt velut mare, id eſt, lata, & profunda, vt amaritudo confeſſionis omnes circumſtantias peccatorum in lucem proferat, & amaritudo ſatisfactionis per omnia corporis membra diſcurrat, & amaritudo compunctionis ſemper de fundo cordis ebulliat. *Idem ibidem.*

Stella maris, id eſt illuminatrix mundi, qui tanquam mare tumet in ſuperbis, feruet in iracundis & inuidis, ſætet in luxurioſis, ebrioſis, & guloſis. *Idem ibidem.*

Stella non marium, vel fontium aquarum dulcium, ſed ſtella maris, quia conſolationem eius non merentur accipere terra ſuauiter viuentium, ſicut ſigno Tau non merentur inſigniri frontes ridentium, & lætantium, ſed virorum dolentium, & gementium propter abominationes, quæ fiunt in medio eorum. *Idem ibidem.*

Stella

Stella ſingularis, ſtellarum omnium prima, & præcipua, omnes ſtellas non ſolum humanas, ſed etiam angelicas merito tranſcendens, & præmio ſicut ſcriptum eſt Prou. 31. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas, nulla enim vnquam ſtella ſic luxit exemplo, ſic ſtetit propoſito. *Idem ibid.*

Stella clariſſima. *Honorius Auguſtodun. in ſigillo Beatæ Mariæ Virg.*

Stella, quam, qui in ſolo huius ſeculi nauigant, conſiderantes eius humilitatem, & caſtitatem imitando, portum vitæ per eam tuti intrant. *Idem ibidem.*

Stella Cæli propter eminentis gloriæ præmium. *Abſalon Abb. ſer. 3. de Annunc. B. V.*

Stella Cæli, quæ ſua claritate cæteros ſanctos illuminat. *Idem ibidem.*

Stella maris mirę pulchritudinis, quę in mari huius ſeculi nos regit, & protegit, & meritis ſuis, ac precibus ducit ad portum ſalutis. *Idem ſerm. 1. feſti Omnium Sanctorum.*

Stella maris propter miſerorum refugium. *Idem ſer. 3. Annunciat. Beatæ M. V.*

Stella matis, quę rectè viantes dirigit, errantes reducit, periclitantes ad portum ſalutis reſtituit. *Idem ſer. 2. de Aſſumptione B. M. V.*

Stella maris, quia ſicut ſtella hęc nauigantibus in mari, rectę vię indicium eſt, ſic, & Mariæ in hoc mundo tortuosè viuentibus, alijs rectam viam bonę operationis, alijs rectam viam caſtitatis oſtendit. *Idem ſerm. 3. in Annunciatione Beatæ M. V.*

Stella maris, quoniam omnes miſeri, omnes in amaritudine criminum fluctuantes ab ipſa opem refugij expoſcunt. *Idem ibidem.*

Stella mundi, id eſt iuſtorum, qui propter munditiem cordis rectè mundus vocantur, quia ipſi affectu deuotionis ad illam reſpiciunt, contra preſſuras huius mundi, conſolationis beneficia conſequuntur. *Idem ibidem.*

Stella mundi propter iuſtorum ſolatium. *Idem ibidem.*

Stella illa, de qua ſcriptum eſt. Orietur ſtella ex Iacob. *Caſarius Ciſtercien. in hom. de Sanctiſs. Nomine Mariæ.*

Stella immobilis totius peccati immunitate. *Idem ibidem.*

Stella maris eximia. *Idem ibidem.*

Stella maris, quę propter nos mouetur viſceribus miſericordię, & nunquam ſenſit motum carnalis concupiſcentię. *Idem ibidem.*

Stella maris, quę quanto vicinius circa polum, id eſt, Chriſtum mouetur, tanto limpidius eius gloriam contemplatur, tantoque plenius illius maieſtate illuſtratur. *Idem ibidem.*

Stella, quam Maria Ægyptiaca reſpexit, & ad portum ſalutis ducta eſt, & Theophilus de profundo maris extractus. *Idem ibidem.*

Stella ſpiritualis, ad quam oculis mentis ſuſpicere debet, qui in hoc mari magno, & ſpatioſo, in quo piſcis minor à maiori deuoratur, amaricatus fuerit damno rei familiaris, vel turbatus iniuria potentiæ ſęcularis, vel fluctuauerit impulſatione diabolicæ malignitatis, vel fortè inſtabilis effectus mobilitate propriæ infirmitatis. *Idem ibidem.*

Stella Domini lucidiſſima. *Theodor. Laſcbus Imperator in Can. ad Sanctiſſ. Deiparam V.*

Stella lucidior omni puritate. *Idem ibidem.*

Stella ſemper lucida. *Idem ibidem.*

Stella clara maris. *B. Ioſeph Stemfeld. Opuſc. 4.*

Stella aſpectum, & effectum habens ad terram. id eſt, ad terrenos, quorum procurat negocia, & maximè ad ſeruum, & amatorem ſuum. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſſ. V. lib. 1.*

Stella clara, & lucida, ſanctitatis exemplo illuminans mundum, multiplici virtutum radio, clara etiam per vitæ puritatem, non habens in ſe maculam. *Idem ibidem.*

Stella Cæli, ſua claritate omnes illuminans ordines beatorum. *Idem ibidem.*

Stella coruſcans, & rutilans per excellentiſſimã conuerſationem, de qua dicere videtur Pſalmiſta Pſalm. 76. Illuxerunt coruſcationes tuę orbi terrę. *Idem ibidem.*

Stella fixa in firmamento Cæli, ideſt, ſcripturæ, per iugem meditationem legis diuinę, vel in bonis cæleſtibus per deſiderium, & amorem æternorum, tanquam filia vera Abrahę, cui promiſſum eſt: Gen. 22. Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas Cæli. *Idem de laud. SS. Virg. lib. 1.*

Stella ignea tota per charitatem, maximè ex quo illum concepit, qui ignis conſumens eſt, Deut. 4. ad Heb. 12. vel etiam igneaper virtutũ vniuerſitatem; virtutes enim igneæ naturæ ſunt, & ideo ſurſum trahunt, quia locus ignis ſurſum eſt. *Idem ibidem.*

Stella maris in filij natiuitate, quando emiſit radium, totum mundum illuminantem, & mundo edidit lucem veram. *Idem ibidem.*

Stella maris, quia nauigantes mare mundi ſpacioſum, vbi ſunt reptilia abſque nũmero, & animalia puſilla cum magnis Pſalm. 107. ipſam inter omnes ſtellas, id eſt, ſanctos, præcipue cognoſcunt, ad eam frequentius ſpiritualibus oculis reſpiciunt, ſecundum eam iter ſuum dirigunt, ipſa enim rectè vinere cupientes exemplis ſuis dirigit, errantes ad viam reducit, periclitantes ad portum ſalutis deducit. *Idem ibidem.*

Stella maris, quia omnes miſeri fluctuantes in amaritudine criminum, in ipſa refugium inueniunt, quæ lucem genuit fluctuantibus in hoc mari. *Idem ibidem.*

Stella maris, quia præcipuè illuminat amaros pro peccatis, & ipſa eſt lumen peccatorum, & profundiſſimè peccantium, ſicut patet in Theophilo. *Idem ibidem.*

Stella maris, quia ſicut ſtella in mari nauigantibus rectę vię indicium eſt, ità Maria in hoc mundo tortuosè viuentibus, alijs rectam viam humilitatis, alijs caſtitatis, alijs bonę operationis, alijs contemplationis, ſeu cuiuſli-

instibet virtutis ostendit. *Idem ibidem.*

Stella maris, quia sicut stella maris cæteris stellis præeminet immobilitate, nam quasi in centro firmamenti constituta, cæteris vario motu, modo ad ortum, modo ad occasum tendentibus, ipsa immobilis perstitit; Maria cæteris filijs hominum ad suam nobilitatem corruentibus, immobilis, & immutata permansit; nec solum immobilis per peccatum, sed vt breuiter dicam ad nullum promissum Angeli, à voto virginitatis, siue propositotitubauit. *Idem ibidem.*

Stella maris, quia sicut stella maris cæteris stellis præminet, luminis communione, ita Maria cæteris sanctis vicissim suum lumen præbentibus, sine vicissitudine semper æquali radio, quantum in se est, cunctis viuentibus claritatem infundit; cæteri enim sancti iure patronatus sibi commissis plus possunt prodesse: & sic mortalibus sua impendunt suffragia, sed modo differenti, vt Petrus Romanis, Dionysius Francigenis, Martinus Turonicis, & huiusmodi. Maria verò, sicut est omnium Regina, sic est omnium patrona, & æqualiter, quantum in se est, est ei cura de omnibus Sap. 6. sine acceptione personarum omnes illuminat radiis misericordiæ suę. *Idem ibidem.*

Stella maris, quia sicut stella maris cæteris præeminet altitudine, quia in virtute mundi posita, sicut caput membris, sic super extollitur cæteris stellis: ita Maria vniuersis Cęli, & terræ creaturis altior, quia cæteri Sancti migrantes à corpore recipiuntur inter choros angelorum: at Maria excellenti quadam maiestate gloriæ, exaltata est super omnes choros angelorum, & super omnes ordines beatorum. *Idem ibidem.*

Stella maris ratione misericordiæ, quia lucem consolationis, & gratię subministrat in amaritudine constitutis. *Idem de laud. SS. V. lib. 4.*

Stella matutina, in cuius ortu, scilicet, quando gratia, & dilectio Mariæ oritur in corde iusti, fugiunt fures, id est Dęmones, quibus ipsa terribilis est, vt castrorum acies ordinata: vigiles fiunt alacriores, id est, prælati, vel quicumque de sua salute solliciti, ęgri animiquiores, operarij vigilantiores. *Idem ibidem. libr. 1.*

Stella matutina, lucens antequam diescat, quia ortu Mariæ præcessit ortum diei, id est Christi, qui lux est, & dies. *Idem ibidem.*

Stella matutina, quæ vincenti promittitur in præmium. Apoc. 2. *Idem ibidem.*

Stella matutina, quia semper fuit in mane oriendi, & nunquam tendebat ad occasum peccati. *Idem ibidem.*

Stella mundi, id est iustorum, qui propter cordis munditiam, mundi appellantur: quia dum affectu deuotionis ad illam respiciunt contra pressuras mundi, consolationis ab ea beneficia consequuntur. *Idem ibidem.*

Stella, nauigantes per mare mundi introducens in portum salutis, ideò signata per stellam, quę Magos adduxit ad Christum, qui est portus salutis. Vnde Matth. 2. Ecce stella, quam viderant; & statim sequitur; & intrantes domum, inuenerunt Puerum, qui est portus. *Idem ibidem.*

Stella, pigros ad laborandum excitans, cum ipsa sit lucifer, & stella matutina. *Id. ibid.*

Stella, propter motum continuum, quia continuè mouebatur de virtute in virtutem, de vno bono ad aliud, & de actiua ad contemplatiuam. *Idem ibidem.*

Stella, quæ apparuit Magis, quę lucebat cum sole, nec ad lumen solis propriam claritatem amittebat; Maria enim, quæ verum solem peperit, lucet cum Filio, & quanto maiori dignitate rutilat Filius, tanto maiori dignitate splendet Mater, quæ licet longè sit minor Filio, sicut stella minor sole, hoc tamen gaudet priuilegio, quod omnis anima Deo comparata, suam reprimit claritatem; sed quia honor filij, honor est matris, in excellentia filij, lucet excellentia matris, quæ tantum filium meruit generare, quod designatur in hoc, quod stella illa lucebat in die. *Id. ibid.*

Stella, quia si stella adornat firmamentum, Maria Ecclesiam, tanquam pulcherrima mulierum. *Idem ibidem.*

Stella, quia si stella est attractiuę naturę, vndè Alchabicius Philosophus ea est; natura stellarum respectu vaporum, quę adamantis respectu ferri: Maria trahit ad Filium fluidos per vitia, sicut patet de Theophilo, eique omnis anima fidelis dicere debet: Trahe me post te. *Idem ibidem.*

Stella, quia si stella noctem illuminat, Maria illuminauit illam noctem solitariam, nec laude dignam, quę ab Eua defluxerat vsque ad ipsam, nam in ortu eius meliora omnia inceperunt. *Idem ibidem.*

Stella, quia si stella radijs suis terram illustrat, Maria illustrat terrenos; repleta enim gratia septiformi nos replet semper de sua plenitudine, nobis refundens gratiam, nisi resteretur per nos. *Idem ibidem.*

Stella, quia si stella tempore gelicidij lucet, & scintillat clarissimè, Maria in dominica passione, quando cęterorum charitas refriguit, sola quasi de nocte totam Ecclesiam illustrauit. *Idem ibidem.*

Stella valde pulchra per vitæ honestatem: si quidem stella pulchra est ex omni sui parte, & Maria dicitur Cantic. 4. tota pulchra es amica mea; quomodo enim non tota pulchra, quę non habuit maculam, neque rugam? & quomodo non tota pulchra, quę à planta pedis vsque ad verticem pulchra. *Id. ibid.*

Stella maris, quę non solum benemerentes dirigit, sed etiam errantes, & deuios reducit ad portum salutis. *Ioan. Hailgrinus in cap. 1. Cantic. Canticorum.*

Stella

Stella de nocte lucens, quæ naufragantes huius mundi ad portum ſalutis dirigit. *Hugo Carenſis in cap. 1. Lucæ.*

Stella, quæ radium emiſit totum mundum illuminantem, nempè Chriſtum. *Idem ibidem.*

Stella maris, nam ex quo cælos cum filio ſuo regnatura conſcendit, , induta decore, induta pariter fortitudine, præciuſit ſe mirabiles elationes maris ſolo nutu compoſitura; mare quippe præſentis ſæculi nauigantes, ſeque plena fide inuocantes, ab impetu procellæ, & ventorum rabie eruit, eoſque ſecum ouantes ad litus faliciſſimæ patrię perduxit. *D. Amadeus homil. 8. de laud. B. M. V.*

Stella fulgidior vniuerſis ſyderibus. *D. Bonauen. in laud. B. V. M.*

Stella in fluctibus præſentis vitæ valde neceſſaria. *Idem in Speculo B. M. V. cap. 3.*

Stella lucis matutinæ. *Idem in Pſalterio minori B. M. V. Quinquagena 2.*

Stella maris hominibus conuerſis. *Idem in Speculo B. M. V. cap. 3.*

Stella maris munda. *Idem in laud. B. V. M.*

Stella maris nauigantium directiua. *Idem in ſerm. 1. de Beata Virg. Maria.*

Stella noſtra nauigantes per mare mundi, in naui innocentiæ, vel pœnitentiæ dirigens ad litrus cæleſtis patriæ . *Idem in Speculo Beatæ Mariæ Virg. cap. 3.*

Stella matutina oriens ex alto, *Idem in Canticis Pſalterij Beatæ Virg.*

Stella puriſſima ſine peccato puriſſimè viuendo. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap. 3.*

Stella radioſiſſima, radium ęternum amittendo, id eſt, Dei Filium pariendo. *Idem ibidem.*

Stella ſolem enixa. *Idem in Pſalterio minori Beatæ Virg. Quinquagena 3.*

Stella ſolem gignens. *Idem in laud. B. V. M.*

Stella vere beatiſſima, vere radioſiſſima, cuius radius non ſolum mundum , imò etiam Cælum, & non ſolum Cælum, imò etiam infernum penetrauit. *Idem in ſpeculo B. M. V. c. 3.*

Stella vtiliſſima, nos ad Patriam cæleſtem dirigendo, imò ducendo nos per mare huius ſęculi ad gratiam Filij ſui, tanquam ad portum Paradiſi, vnde ipſa eſt ſtella illa clariſſimè fulgens, tres Magos ad Chriſtum rectiſſimè ducens. *Idem ibidem.*

Stella maris, quia ſicut per ſtellam maris nauigantes diriguntur ad portum, ita Chriſtiani diriguntur per Mariam ad gloriam. *D. Thomas Aquinas in expoſitione ſalut. Angel.*

Stella Cælo ſuo inſeparabiliter affixa, quia in omnibus perſecutionibus, & tribulationibus, quæ aduenerunt Filio, non ſeparauit ſe ab ipſo. *Alber. Magn. ſer. 9. in Natiu. B. M. V.*

Stella, cuius ortum Balaam prænunciauit Numer. 24. *Idem ibidem.*

Stella fluctuationes tentationum noſtrarum in hoc mari magno tranquillans . *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Stella glorioſa, nobis in præſentis exilij peregrinatione conſtitutis, radios ſuæ pietatis tranſmittens, vt radiorum ipſius ductu quilibet noſtrum in patriam perpetuę felicitatis perueniat. *Idem ſerm. 3. in Annunciat. B. M. V.*

Stella illuminationis Num. 24. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Numeror.*

Stella in firmamento gloriæ fixa, vt nos naufragos de ſtatu miſeriæ reducat ad portum ſalutis ęternæ. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Lucæ.*

Stella marina, quæ nobis in mari huius mundi conſtitutis oſtendit viam nauigandi, & portum Cęli. *Idem ſerm. 3. in Annunc. B. M. V.*

Stella matis clariſſima. *Idem ſup. Miſſus eſt. c. 185*

Stella maris, omnes aberrantes ad portum reducens. *Idem ſuper Miſſus eſt c. 10.*

Stella maris, omnes naufragos reducens ad portum ſalutis ęternæ. *Idem ſup. Miſſus eſt c. 153.*

Stella maris, quia fluctuantibus in procellis tentationum, in dubijs eſt præuia. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Matth.*

Stella maris, tam præcedentes ſe, quam ſequentes illuminans, quia niſi per fidem Verbi incarnati, vel incarnandi de Virgine, nunquam alicui ſalus fuit. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Lucæ.*

Stella matutina conferens calorem pulchræ dilectionis. *Idem ſerm. 3. in Natiu. B. M. V.*

Stella matutina, quę in ortu ſuo diſſipauit nebulam triſtitiæ, quæ obtexerat fideles omnes, aduentum Chriſti magno cum deſiderio præſtolantes; omnes enim illi, quibus reuelatum fuit inſpiritu, quod illa, quæ erat Mater Dei futura, iam eſſet nata, mirabiliter nimirum poterant exultare. *Idem ibidem.*

Stella, per quam tota Eccleſia eſt illuſtrata. *Idem in Natiuit. Beatæ Mariæ Virg.*

Stella poli, ducens nos ad portum tutum , & quietum. *Idem in Poſtillis ſuper c. 1. Lucæ.*

Stella poli, quia ducit in deuijs. *Idem ibidem.*

Stella præſtans ſe ſequentibus ducatum. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euang. Matthæi.*

Stella primo apparens peccatori ad Deum redeunti. *Idem ibidem.*

Stella, quę dulcem harmoniam deuotæ laudis effudit in aures Domini. *Idem ſerm. 2. in Natiuitate Beatæ Mariæ.*

Stella, quæ in firmamento glorię fixa, nos naufragos de ſtatu miſerię traducit ad portum ſalutis ęternę. *Idem ſuper Miſſus eſt c. 60.*

Stella veri ſolis, ſine corruptione, vel diminutione incegritatis generatiuę. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Eccleſiaſt.*

Stella à caſu, & ab errore libera. *Iacob. de Voragine ſer. 3. de Natiu. B. Virg.*

Stella incorrupta. *Idem ibidem.*

Stella maris, circa quam Cœlum ſe vertit, dum tota cęleſtis curia ad eam attendit . *Idem in Mariali ſerm. 4. M.*

Stella maris ferrum trahens, id eſt mentes ferreas, & duras, ad humilitatem reducens. *Idem ibidem.*

Stella

Stella maris, nauim Eccleſię dirigens ſuis doctrinis, & exemplis. *Idem in Mariali ſer. 9. S.*

Stella maris, nautas in periculis dirigens, id eſt periclitantes in mari huius mundi ad portum ſalutis perducens. *Idem in Mariali ſer. 4. M.*

Stella maris, numquam occidens, quia cereris ſanctis ſua auxilia, & merita ſubtrahentibus, ipſa ad auxilium venit. *Idem ibidem.*

Stella matutina, dans calorem dilectionis diuinę, refrenans furorem iracundię, dans temperantiam, ſiue temperamentum diſcretionis maturę, iucunditatem conſcientię, & humorem obedientiæ. *Idem in Mariali ſer. 10. S.*

Stella matutina, quæ fulſit in medio nebulæ ſuperbię per humilitatem; in medio nebulæ auaritiæ per paupertatem; in medio nebulę carnalis immunditiæ, per virginitatem. *Idem ibidem.*

Stella maris, à Sole Chriſto Filio ſuo illuminata, qui eſt Sol iuſtitiæ, & per lumen ſuſceptum à ſole illuminans alia. *Egidius Columnæ Expoſit. in ſalutatione Angelica.*

Stella, poſt Solem Iuſtitiæ Chriſtum prima, & omnibus clarior, quæ in hoc mari magno, & ſpatioſo, in quo ſunt reptilia, quorum non eſt numerus, neceſſario, eſt ſuper omnes alias eleuata, meritis ſuper omnes, & orationum ſuffragijs adiuuans laborantes, & exemplis vitæ perfectiſſimæ dirigens deuiantes. *Idem ibidem.*

Stella, quæ in Arcturo cœleſti gerit imaginem immobilis Poli iuxtà Philoſophos: Arcturus enim eſt ille ſtellarum numerus ſeptenarius, qui nunc Arctos, nunc Vrſa, nunc Septentrio dicitur: in ſtella, quæ Polus dicitur vltimum locum tenens, immobilis manet, iter nauigantibus prębens. per Arcturum igitur Eccleſia ſignatur, quia ſicut Arcturus ſemper vrgetur, & nunquam mergitur, ſic Eccleſia ſemper flagellatur, neque flectitur: In hoc Arcturo cœleſti, quæ Polus immobilis eſt, Maria, nulla tentatione mota, nulla tribulatione concuſſa, ijs, qui timent in mari mundi huius naufragium, præbet ſalutis portum. *Alan. de Inſul. in Anticland. lib. 5.*

Stella diem, ac Deum afferens. *Philotheus in Menæis Græcorum die 16. Iulij.*

Stella magnifica magnimaris. Io. *Houdemius in hymn. de ijs, quæ in veteri teſtamento adumbrarunt B. M. Virg.*

Stella polo præheminens, magni maris vincens voragines. *Idem in inuocatione SS. Deip.*

Stella nobilis ex Iacob orta. *Io. Thaulerus ſerm. in feſto Annunc. B. Virg.*

Stella maris lucidiſſima, ſplendidiſſima, præclara, ſereniſſima. *Henricus Suſo in 5. ſuarum Epiſtolarum.*

Stella maris nos dirigens in viam pacis. *Ern. Prag. in Mariali cap. 119.*

Stella maris; ſicut enim nautis mare trăſeuntibus neceſſe eſt notare ſtellam maris longè à ſupremo cœli cardine coruſcantem, & illius aſpectum æſtimare, ac dirigere curſum, vt poſſint apprehendere portum deſtinatum: ità ſimiliter oportet vniuerſos Chriſticolas inter fluctus ſæculi huius remigantes, Mariam, quę ſupremo rerum cardini proxima eſt attendere, & eius exempli reſpectu curſum dirigere, quod qui fecerit, hic nec inanis gloriæ vento iactabitur, nec ſcopulis aduerſorum frangetur, nec abſorbebitur ſcyllea voluptatum voragine, ſed proſperè ad portum perueniet quietis æternæ. *Idem in Mariali cap. 8.*

Stella maris, ſumma vigilantia nos cuſtodiens; licet enim omnis ſtella à ſtando dicatur, ſecundum Iſidorum tamen hoc nomen propriè conuenit ſtellæ maris, quæ ſemper ſtat, nec vnquam à puncto ſuo mouetur, dum omnes aliæ cum firmamento circumferuntur; ſimiliter, & ſi omnes ſancti, tanquam quędam aſtra matutina, cum virtute diuina circumferantur, vt luceant ei cum iucunditate, qui fecit eos: in Maria tamen maternus nunquam tepeſcit affectus, vt obliuiſcatur filiorum veteri ſui, ſemper enim, licet in altiſſimis habitet, tamen humilia reſpicit. *Idem ibidem.*

Stella matutina, prænuncians diem ſicut enim ſtellę huius officium eſt, terrere fures, fugare lupos, releuare infirmos, excitare vigiles, lętificare viatores: ità Marię quoque officium eſt terrere Dęmones, fugare hęreticos, conſolare puſilanimes, excitare Angelos, & corda ſanctorum ad laudandum Deum, & lætificare viatores. *Idem in Mariali cap. 7.*

Stella, quia ſicut ſtella cum ſit maior tota terra, tamen punctualem, & minimam ſe oſtendit, ità Maria, quanto maior erat, tanto humiliabat ſe in omnibus, & minimam ſe oſtendebat. *Idem in Mariali cap. 9.*

Stella, quia ſicut ſtella fixa eſt in altiſſimis infirmamento cœli; ità Maria Virgo Aſſumpta eſt ad æthereum thalamum, in quo Rex Regum ſtellato ſedet ſolio. *Idem ibidem.*

Stella, quia ſicut ſtella motu ſui ſuperioris, id eſt firmamenti mouetur citiſſimè, quia quotidie luſtrat omnia in circuitu: motu autem proprio mouetur lentiſſimè, quia in centum annis, vt dicunt, tantum per vnum gradum: ità Maria nunquam in vita ſua per dimidium gradum mota eſt motu proprio, ſed citiſſimè ſemper, & pernicisſimè motu ſui ſuperioris, ideſt Spiritus ſancti, a quo filij Dei aguntur, ſicut ſtellę à firmamento. *Idem ibidem.*

Stella, quia ſicut ſtella ſine ſui corruptione ſuum emittit radium, ſic Maria abſque ſui læſione ſuum peperit Filium; & ſicut ſtellę radius ſuam non minuit claritatem, ità nec Mariæ Filius ſuam integritatem. *Idem in Mariali cap. 8.*

Stella ex Iſrael orta. *D. Birgitta in ſerm. Angelico de Excellent. B. Virg. cap. 9.*

Stella præfulgida. *Eadem ibidem cap. 9. & Ioan. Picus lib. 7. in Cant. cap. 1.*

Stella matutina, quia exemplaris fuit. *Barthol. de Piſis lib.1.de laud. Sanctiſs. Virg. fructu. 8.*

Stella maris, quæ ſui deuotos contemplatores perducit ad portum ſalutis. *Anton. Pocq. ſerm. 8. de Concept. B. Virg.*

Stella clara, & ſplendida per pulchritudinem, pura, & munda per virginitatem. *Io. Gerſon ſerm. de Epiphania Domini.*

Stella diurna, qua diem, & verum ſolem nobis annunciauit, nec annunciauit ſolum, ſed adduxit, & Solem iuſticiæ peperit. *Idem ibidem.*

Stella maris, in huius mundi procella ſe ad nos inclinans. *Idem in Ioſephina.*

Stella, quam inſpicere debemus, & ſequi, quo nos ducat per huius mundi viam, ad Dei habitationem, & Paradiſum. *Idem in Epiphania Domini.*

Stella, quæ figurata eſt in ſtellis ſignis cuiuſdam virginis, quæ puerum tenet Ieſum nominatum, vt teſtatur Albumazar Aſtrologus incredulus. *Idem ibidem.*

Stella, quæ nos ad portum dirigit ſalutis, quemadmodum ſtella cœli nautas marinos, ideo interpretatur Maria maris ſtella. *Idem ibidem.*

Stella, quæ nunquam lumen amiſit gratiæ, nec, obſcura fuit peccato mortali, veniali, ac originali. *Idem ibidem.*

Stella, quæ viam nobis oſtendit omnem euadendi tribulationem, quemadmodum ſtella, quę Anchiſę apparuit, & Eneæ, & eis viam oſtendit, cum ex ciuitate Troiana, quæ capta erat, & ardebat, abirent, de qua loquitur Virgilius 2. Æneid. *Idem ibid.*

Stella vera, quæ nos ad Deum dirigit. *Id. ibid.*

Stella maris, in peccatorum conductione, quia per mare huius ſæculi eos dirigit ad portum pœnitentiæ. *D. Laur. Iuſtin. in ligno vitæ de ſpe cap. 5.*

Stella à Deo illuminata, & illuminatiua. *D. Bernard. Senenſ. Tom. 3. ſer. 1. de Sanctiſ. Nomin. M.*

Stella admiranda. *Idem ibidem. Bernardin. de Buſt. ſer. 6. de Nomina. Mariæ, & Maurit. de Villaprobata in ſer. 1. Coronę nouæ B. Virg.*

Stella calefaciens, præfulgens, & fouens. *S. Bernardin. Senenſ. Tom. 3. ſerm. 1. de nomine M.*

Stella fulgida tenebrarum, ideſt, peccatorum effugatrix. *Idem ibidem.*

Stella in portum ſalutis æternæ introductiua. *Idem ibidem.*

Stella maris, Cardini cœli Ieſu propinquiſſima, vt non ſolum eius coruſco ſplendore poſſimus dirigere curſum noſtrum cum ſalute, verum etiam in quacumque neceſſitate noſtra poſſimus eam cum omni fiducia inuocare. *Idem Tom. 1. ſerm. 57.*

Stella maris, in eius natiuitate propter in vtero ſanctificationem, ſeu preſeruationem. *Idem Tom. 3. ſerm. 1.*

Stella maris, propter integritatem virginalem. *Idem ibidem.*

Stella maris, ſupremo Cardini, ideſt Deo proxima, ad quam vniuerſi Chriſticolæ, inter fluctus huius ſæculi nauigantes, debent attendere, & reſpectu exempli eius curſum vitæ dirigere, ſi nolunt iactari vanę gloriæ ventis, & frangi ſcopulis aduerſorum, vel abſorberi ſcyllea voragine voluptatum, ſed proſpere venire ad portum quietis æternę. *Idem Tom. 1. ſer. 61. qui eſt ſuperadmirabili gratia, & gloria B. Mariæ Matris Dei.*

Stella, mundum illuminans per æterni ſplendoris, ideſt Filij ſui, illuſtrationem, & inflammans per caloris Spiritus ſancti communicationem. *Idem Tom. 3. ſer. 1. de SS. Nomin. M.*

Stella nauigantibus hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus, in quo reptilia, quorum non eſt numerus. *Idem Tom. 1. ſer. 52.*

Stella orta ex Iacob, tenebrarum terræ purificatrix, & ſerenatrix. *Idem Tom 3. ſer. 1.*

Stella, quia emiſit per natiuitatem Filij Dei radium mentis noſtræ irradiatiuum. *Idem Tom. 1. ſer. 52.*

Stella, quia fixa ſtetit in cœlo ſuo, ideſt in Filio ſuo, in vita eius per omnium virtutum irradiationem, in morte eius, per mortis compaſſionem, *Idem tom. 3. ſer. 1.*

Stella, quia immobiliter ſtetit in Cælo, ideſt, in Filio ſuo ſtans iuxta Crucem, quia cadentibus de cœlo reliquis ſtellis, ideſt Apoſtolis, ipſa ſola ſtetit per fidem. *Idem ibidem.*

Stella, ad quam oportet aſpicere. *D. Anton. in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 32.*

Stella diſpoſita ad recipiendos radios fulgentis ſuperne lucis. *Idem in ſum. 3. part. tit. 31. cap. 3.*

Stella, ex qua radius ad nos diffunditur miſericordiæ, & bonitatis. *Idem in ſumma. 4. parte tit. 15. cap. 52.*

Stella illuminatrix. *Idem in ſumma. parte 4. tit. 7. cap. 2. §. 1.*

Stella in firmamento gloriæ fixa, vt nos naufragos, de ſtatu miſeriæ traducat ad portum ſalutis æternæ. *Idem ſum. part. 4. tit. 15. cap. 14.*

Stella maris, à ſtando, & lumen fidei naufrago mundo retinendo. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 41.*

Stella maris, non tantum à ſole illuſtrata, & illuminata, ſed ipſo ſole veſtita. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 20.*

Stella maris, quæ ducit nauigantes ad portum. *Idm in ſum. part. 3. tit. 31. cap. 4. quod eſt de multiplici miſericordia, quam accepimus à Deo mediante Sanctiſs. Virg. Maria.*

Stella maris, quia exiſtens in ſtatu cęleſtis patriæ, vt ſtella in cœlo, dirigit nos in ſtatu vitę, qui ſumus in Mari. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 14.*

Stella orta ex Iacob, ideſt progenie Patriarchę Iacob. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 5.*

Stella, quæ Ecclypſim pati non poteſt. *Idem in ſum. part. 3. tit. 31. cap. 3.*

Stella ſemper rutilans, ſemper clara in fide. *Idem in ſumma. part. 4. tit. 15. cap. 14.*

Stella virginalis, ad quam Magi gauiſi ſunt gaudio magno. *Idē in ſum. part. 4. tit. 15. c. 32.*

Stel-

Stella virginalis, de qua prænunciauit Balaam Propheta dicens Numer. 24. Orietur ſtella ex Iacob. *Idem ibidem.*

Stella maris præclara, & eximia, quæ ſupremo Cardini, ſcilicet Deo proxima, miro ſplendore micans, noctis tenebras diſcutit, profugat errorem caliginis, & hæreſes interimit vniuerſas. *Io. Turrecrem. in procmio ſui Tract. de Concept. B. Virg.*

Stella maris, ideſt procelloſi, & inquieti mundi iſtius, videlicet humani generis, in hoc ſæculo peregrinantis, periclitantis, & deuiantis; quemadmodum enim in firmamento, ſtella illa, quæ dicitur ſtella maris, eſt ſitu ſublimis, & velut immobilis, naturaſque dirigens, & attrahens ferrum, & circa ipſam orbis verſatur: ſic optima, incomparabiliſq; Maria in Eccleſia militanti fuit, & in Eccleſia triumphanti nunc eſt ſumma, & maximè conſtans, exules dirigens, viam ſalutis demonſtrans, induratos emolliens, & circa ipſam mundus verſatur. *Dionyſ. Carth. lib. 2. de laud. Virg. art. 24.*

Stella, ab omni impreſſione peccati aliena. *Bernard. de Buſtis in Mariali ſer. 5. de Concep. V.*

Stella cœli, quæ cœlo ſuo, hoc eſt, in Filio immobiliter ſtetit. *Idem ibidem.*

Stella coruſcans, calefaciens, præfulgens, & foouens. *Idem ibidem.*

Stella, cuius reſpectus eſt ſuper mundum per æterni ſplendoris, ideſt Filij ſui illuſtrationem, & per conſequens, per caloris Spiritus ſancti communicationem. *Idem ibidem.*

Stella diuina. *Idem ibidem, & Maurit. de Villaprobata ſer. 1. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Stella fulgentiſſima, de qua ortus eſt Sol æternæ claritatis. *Bern. de Buſt. ſer. 2. de Aſſimil. V.*

Stella fulgentiſſima, nobis faciens vitæ curſum bene dirigere, & non iactari vento vanę gloriæ, nec frangi ſcopulis aduerſitatum, nec abſorberi Scyllæ, vel Carybdis voragine, ideſt voluptatum ſenſualitate, ſed proſpere peruenire ad æternę felicitatis portũ. *Idem ſer. 6.*

Stella fulgentiſſima, quæ ſine ſplendore gratiæ diuinæ numquam fuit. *Idem in Mariali ſerm. 5. de Concept. B. Mariæ.*

Stella fulgida, Eccleſiam militantem tanquam inferiorẽ orbem, Eccl. triumphanti, tanquam orbi ſuperiori reconcilians, nuncians pacem his, qui propè, & his, qui longè, ideſt Eccleſię militanti, & triumphanti. *Idem ſer. 6.*

Stella fulgida, effugans tenebras peccati. *Id. ibid.*

Stella illuminans noctis profunditatem, ideſt, mentis cęcitatem. *Idem ibidem.*

Stella marina, quę in conceptione neſcit occaſum peccati originalis, ſed ab omni peccatorum occaſu diſtans fuit. *Idem in Mariali ſer. 5. de Concept. B. Mariæ.*

Stella maris, ferrum attrahens, ideſt ferreas hominum mentes ſępè conuertens. *Idem ſer. 6. de Nominat. Mariæ.*

Stella maris, nauem Eccleſię dirigens ſuis meritis, & exemplis. *Idem ibidem.*

Stella maris, per quam omnia pericula, & diſcrimina huius mundi euitantur, & omnia itinera certificantur. *Idem ibidem.*

Stella matutina, dans calorem dilectionis diuinę, refrenans feruorem iracundię, dans temperamentum diſcretionis maturę, dans etiam humidum ductibilitatis obedientię, dans quoque ſucunditatem conſcientię; ſtella enim matutina cauſatur caliditatem, & refrgnat matris malitiam, temperat motum appetitionis indiſcretę, atque humiditatem cauſatur, & iucunditatem. *Idem ibidem.*

Stella matutina, quę fulſit in medio nebulę ſuperbię propter humilitatem, in medio nebulę auaritię propter paupertatem, in medio nebulę carnalis immunditię propter virginitatem. *Idem ibidem.*

Stella poli. *Idem ibidem, & Maurit. de Villaprob. ſerm. 1. Coronæ nouæ B. M.*

Stella, quæ emiſit radium, in quo eſt maieſtas diuinitatis. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 6. de Nominatione Mariæ.*

Stella, quia nos ſtabiles facit in gratia Dei. *Idem ibidem.*

Stella, quæ ſemper in Celo erat mente. *Idem ibidem.*

Stella, radios ſuos dirigens in mundum. *Idem ibidem.*

Stella regia, dirigens fideles per peregrinationem huius mundi, ne errent à tramite virtutis. *Idem ibidem.*

Stella regia, nos per viam huius ſeculi rectam ducens, & finaliter reducens ad Patriam cæleſtem, ad Deum, qui creauit nos. *Idem ibid.*

Stella Regia, orta in oriente inſtitiæ originalis, & innocentiæ, & non in occidente originalis culpæ. *Idem ibidem.*

Stella Regia, quę licet aliquãdo ſe abſondat ad modicum tempus deuotis ſuis, ſubtrahendo illis ſolitas conſolationes, quas de illa habent, vt magis eos incitet ad quęrẽdam eam: tamen poſtea ſe eis demonſtrat, conſolationibus replet, ac finaliter ad videndum, & perpetuo contemplandum Filium ſuum in cęleſti palatio perducit. *Idem ibidem.*

Stella temporum, annorum, dierum, & menſium reſeratiua, quia in ea incipit tempus gratię, per Filium, annus remiſſionis, & dies lętitię, & menſis omnis conſolationis. *Idem ibidem.*

Stella tenebrarum purificatrix, & ſerenatrix. *Idem ibidem.*

Stella viuificatrix. *Idem ibidem.*

Stella maris ſalutaris prę cęllens cunctis ſtellis, atque luminaribus. *B. Caſimirus Poloniæ Princeps in hymno de B. Virg.*

Stella maris, noctis tenebras illuminans. *Ioann. Trith. lib. 1. de Mirac. B. M. V. in Vrticeto c. 6.*

Stella rutiliſſima cęlicę doctrinę. *Idem de Miraculis Beatæ Mariæ Virg. prope Bittelbac. lib. 1. cap. 10.*

Stella incipientibus. *Philippus de Grent ſer.190. in Pſalm. 88.*

Stella calefaciens, coruſcans, & præfulgens. *Mauric. de Villaprobata ſerm. 1. Coronæ nonæ Beatæ Mariæ.*

Stella, Eccleſiæ nauem dirigens. *Idem ibidem ſermone 11.*

Stella fulgentiſſima. *Idem ibidem ſer. 13.*

Stella marina. *Idem ibidem ſer. 11.*

Stella matutina in medio nebulæ Eccleſ. 5. *Idem ibidem ſerm. 13.*

Stella nos conducens ad gloriam. *Idem ibidem ſermone 28.*

Stella, per quam omnia pericula, & diſcrimina huius mundi euitantur, & omnia itinera certificantur. *Idem ibidem ſer. 11.*

Stella, quæ emiſit radium, in quo eſt maieſtas diuinitatis. *Idem ibidem ſerm. 13.*

Stella, quæ in Cœlo ſuo, hoc eſt in Filio immobiliter ſtetit. *Idem ibidem ſer. 5.*

Stella, quæ in firmamento, & Cœlo ſuo, id eſt Filio, ſtetit per omnium virtutum irradiationem. *Idem ibidem ſerm. 9.*

Stella, quæ nos ſtabiles facit, & dirigit in mundum, & ad æterna gaudia per ſuam gratiam. *Idem ibidem ſerm. 10.*

Stella Regia, dirigens fideles ne errent à tramite virtutis. *Idem ibidem ſerm. 6.*

Stella Regia, quæ pijs, & iuſtis, & deuote quærentibus eam, ſicut faciebant Magi, libenter ſe oſtendit. *Idem ibidem.*

Stella Regia, quia ſicut illa ſtella orta eſt in oriente, ità Beata Maria orta eſt in oriente iuſtitiæ originalis, & innocentiæ. *Idem ibid.*

Stella ſplendida. *Idem ibidem.*

Stella Iacob fulgida, Cœlos omnes perorans. *Ludouic. Bloſius in Endologia 2. ad B.M.V.*

Stella maris, ex qua Chriſtus natus eſt ſplendidior ſole. *Robert. Bellarm. Conc. 11.*

Stella maris, in hoc oceano profundo, & æſtuoſo viam nobis ad portum oſtendens. *Idem in Conc. de Natiuit. B M. Virg.*

Stella maris, radios ſuos vbique diffundens. *Idem Conc. 1. ſuper Miſſus eſt.*

Stella ſplendida, & matutina, quæ ſine vllo virginitatis detrimento, Chriſtum quaſi radium lucis clariſſimum, & ſplendidiſſimum peperit. *Idem Conc. 11. quæ eſt de Natiuitate Domini.*

STEMMA vere pretioſum. *Theodor. Laſcbus Imperator in Can. ad SS. Deiparam V.*

STERILITAS peccati. *S. Ioſeph Hymnographus in Menæis Græcorum.*

STILLA herbæ arefactæ, per quam oſſa noſtra, vt ſcriptum eſt Iſai. 66. quaſi herba germinabunt. *S. Germ. orat. 2. in Dormit. B. M. V.*

STIPES ſacro igne inflammatus, cuius exemplo omne inflammatur humanum genus. *Guarnerius Lingon. ſerm. 1. in Purificat. B. V.*

STIRPS vitæ, per quam ſtirps mortis percuſſa eſt. D. *Auguſtin. ſer. 17. de Natiuitate Domini, qui eſt 21. de tempore.*

Stirps procere laurus, procul arcens non fulguris fulmen, ſed dæmonis faculas. *Io. Geom. in Beatæ Virg. hymn. 2.*

Stirps vitæ perpetuæ. *Idem ibidem.*

Stirps leſſe beata. D. *Bonauent. in Pſalterio minori B. Virg. Quinquagena 1.*

STOLA, diuino opere varia. *Andreas Cretenſis orat. 3. de Dormitione SS. Virg.*

Stola regia Verbi, principium omne ſuperantis. *Idem orat. 1. de Dormit. Sanctiſſ. Virg.*

Stola charitatis. *D. Bonauent. in Expoſitione ſuper Salue Regina.*

STOLO virens naturæ humanæ. *Iacobus Monachus orat. de Natiuitate B. Virg.*

STORAX. *D. Bernardus ſer. 3. ſuper Salue Regina.*

Storax per clariſſimam, id eſt digniſſimam diuinæ laudis dedicationem; ſtorax enim, vt Phyſicor. libri narrant, vocem clarificat, & congrue gratiam diuinæ laudationis figurat. *Hugo de S. Victore ſerm. in quolibet feſto B. M. qui eſt in Ordine 55.*

Storax, quia ſi huius arboris gutta primo candida eſt, poſtea calore ſolis fuſca efficitur: Chriſtus Dominus, qui à B. Virgine tamquã gutta proceſſit, fuit candidus per innocentiam, & animæ puritatem, quia peccatum non fecit, ſed calore ſolis, id eſt feruore paſſionis, quaſi fuluus factus eſt, vel quaſi ſubrufus, vnde dicit ſponſa: Amicus meus candidus, & rubicundus Cant. 2. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 2.*

Storax lachrymas fluens; ſæpe enim lachrymas, & ſuſpiria emiſit. *Iacobus de Voragine ſerm. 7. de Aſſumptione Beatæ Mariæ V.*

Storax ædificationis. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructi. 2.*

Storax, quia pietate vlcerosa. *Idem ibid. fructi. 8.*

Storax, purgans aerem corruptum, id eſt, animam noſtram, ſiue ſpiritum habentem corruptionem peccatorum, & fugans omnem vaporem, & fumum peſtilentem malarum ſuggeſtionum Diaboli; Storax enim ſecundum Iſidor. 17. Etymolog, eſt arbor Arabiæ, cuius fumus purgat aerem corruptum, & fugat omnem vaporem, & fumum peſtilentem. *Bernardin. de Buſt. ſer. 1. de Aſſimilatione Beatæ Mariæ Virg.*

STVPOR cogitationum. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 6.*

SVAVITAS ſingularis. *Adam de Perſ. in Mariali fragm. 2.*

Suauitas noſtra. *Martinus de Magiſtris in Expoſitione ſuper Cantic. Salue Regina.*

SVBDIACONA ſpiritualis, ob doctrinæ Apoſtolicæ oſtenſionem. D. *Antoninus in ſumma p.tr. 4. tit. 15. cap. 16.*

SVBDIACONVS, quantum ad Verbi diuini obſeruationem. *Albert. Magnus in Biblia Mariæ ſuper lib. Prouerbior.*

SVBIECTVM, ex quo incarnationis Dei. *Dionyſ. Carthuſian. in Cant. art. 12.*

Subiectum perfectiſſimum, quia ex eo Filius Dei incar-

incarnandus erat. *Paulus de Heredia in Tract. de Concept. Beatæ M.V.*

Subiectum, in quo Dei Filius fuit incarnatus. *Petrus Gal.lib.7. de Arcan.cap.6.*

SVBIVGALE. *D. Bernar.ſer.3.ſup.Salue Regina.*

SVBLEVAMEN præſentaneum recurrentium ad illam. *D.Ephrem in orat.ad Sanctiſſ.Dei Genitricem* M.

SVBLEVATRIX ſuper omnes. *D. Antonin. in ſumma par.4. tit.17. cap.2. §.5.*

SVBLIMITAS, ad quam difficilis humanis oculis eſt intuitus. *Andreas Cretenſis Can. in 10. ſanctos Martyres in Creta.*

Sublimitas humilium. *S.Ioan. Damaſc.in Paracl. Beatæ Mariæ Virg.*

Sublimitas ineffabilis. *S.Ioſeph.hymn.in Mariali.*

Sublimitas ſapientiæ, quæ peperit ſapientiam, & Verbum Patris ſubſtantiale. *Theodor.Laſcb. Imperator in Can.ad Sanctiſſ.Deiparam* V.

SVBMINISTRATRIX vitæ. *Andr.Cretenſ. orat. 3. de Dormitione Beatæ M.Virg.*

SVBSIDIVM oppreſſorum. *D.Ephrem.in orat.ad Sanctiſſ. Dei Genitricem.*

Subſidium robuſtum fidelium. *Anonymus in Enchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio pro infirmis à ſpiritibus immundis obſeſſis.*

Subſidium firmum. *S.German.orat.2. in Dormit. Beatæ Mariæ Virg.*

Subſidium hominum. *S.Ioan.Damaſc.in Paracl. Beatæ Mariæ Virg.*

Subſidium promptum omnibus poſcentibus. *Idem orat. 1. de Aſſumpt. B.M.V.*

Subſidium noſtrum, cuius vi omnes ſemper inſultus, & ærumnas evadimus. *Theophan. Niceenus in Menæis Græcor.die 9. Februarij.*

Subſidium nobile, quod Deus nobis afflictis dignatus eſt elargiri. *S. Anſelm. Lucenſis ſuper Salue Regina.*

Subſidium nobile afflictorum. *D. Bernard.in meditatione ſuper Salue Regina.*

Subſidium in tribulatione. *Adam de Perſ. in Mariali fragmento 2.*

Subſidium peccatoribus à Deo datum. *Guilielmus Vincen. ſerm.de Concept.B.M.V.*

Subſidium in nece ſitatibus. *Bernardin. de Buſtis ſerm.2. de Aſſimilat. Beatæ M.V.*

SVBSTENTACVLVM reuocationis. *Iacob. Monachus in Mariali orat.6.*

SVBVENTIO in oppreſſione ſeruis ſuis. *Adam de Perſ. in Mariali fragm.2.*

Subuentio optima in laboribus. *D.Bonauent.in Pſalterio Beatæ Mariæ Virg.*

SVBVENTRIX inopum. *S.Anſelm. in Meditat. de Beat. M.Virg.*

Subuentrix omnium gratia ſua. *D.Antoninus in ſumma par.4. tit.15. cap.6.*

SVDARIVM ſalomonicum. *Iacobus Niſſibenſis in Cantic.in laud. Beatæ* M.V.

SVFFITVS aromatum, quæ intelligentia apprehenditur. *Andreas Cretenſis orat. 3. de Dormit. Sanctiſſ. Virg.*

Suffitus ſpiritalis diuinorum holocauſtorum. *Idem orat.1. de Aſſumptione B. M.V.*

SVFFVGIVM peccatorum. *S.Thom.de Villanoua Conc.3.de Natiuit.B.M.V.*

SVGGESTVM celebre afflictorum. *Iuſtus Lypſius in Diua Virg.Hallenſi cap.18.*

SVLCVS, qui diuinam protulit ſpicam, per quam fidelium corda nutriuntur, & ſpiritualis fames ceſſat. *S.Ioſeph Hymnog.in Mariali.*

SVMMA, de qua clamarunt oracula Prophetarum. *Andreas Cretenſis orat.3. de Dormitione Beatæ Mariæ Virg.*

Summa diuinorum oraculorum. *Idem ibidem.*

Summa perfectionis. *D.Laur. Iuſtin. de triumph. Chriſti Agone cap.7.*

Summa virginitatis. *Ioan.Pieus lib.1. in Cantic. cap. 2.*

SVNAMITIS libera. *Rupert.Abbat lib.6. Commentar. in Cantic.Canticor.*

Sunamitis puella ſpecioſa, ſola digna ſtare coram Deo Rege, & in ſinu eius dormire, ipſumque calefacere, id eſt, benè calentem charitatis eius gloriam, ſcilicet remiſſionem peccatorum obtinere. *Idem ibidem.*

Sunamitis verè ingenua, verè libera. *Idem ibid.*

Sunamitis ſingularis vnica, & nobiliſſima. *Idem ibidem.*

Sunamitis, flammam præferens charitatis, & ignem rutilans diuinæ dilectionis; Sunamitis enim interpretatur coccinus; coccinus autem ignei coloris eſt. *Aelred. ſer.2. in Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Sunamitis noſtra, miræ excellentiæ Virgo, cui non niſi Regis congruebat amplexus, cuius qui meretur amplexum, meretur ſimul, & regnum; petenti enim Bethſabeæ, vt daretur Abyſag Adonizæ, reſpondit ſapientiſſimus Salomon 3. Reg.2. Cur poſtulas Abyſag ſunamitem Adoniæ? poſtula ei & Regnũ. *Id.ibid.*

Sunamitis illa, quæ Dauid feruiuit. *Rich. S.Victore Expoſitione in Cantic.Canticor.c.47.*

Sunamitis, quæ Dauid antiquum calefecit. *Petrus Bleſenſis ſerm.3. in Aduentu Domini.*

Sunamitis, de qua dicitur Cant.7. Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum; non abſurdè enim dici poteſt, vt hic quæratur, non de his, quæ intus videri non poſſunt, ſed de his, quæ circa Sunamitem fiunt. In authenticis itaque libris querendum eſt de choris caſtrorum, legimus in Numeris cap.2. Loquutus eſt Dominus ad Moyſem, & Aaron dicens: Singuli per turmas ſigna, atque vexilla per domos cognationum ſuarum caſtra metabuntur filij Iſrael per gyrum tabernaculi fœderis. Iudas ad orientem figet tentoria &c. & ne ſupra modum ſermonem protendamus, compendiosè dicamus, quod circa tabernaculum fœderis, quod intelligimus corpus, & animam Virginis; omnes filij Iſrael caſtra metarent omnes autem Filij Iſrael ſunt omnes fideles, conſtituuntur tamen per ſingulas plagas, Iudas, Iſaachar, & Zabulon ad orientem. Ruben, Simeon, & Gad, ad meri-

meridiem: Ephraim, Beniamin, & Manaſſe ad occidentem. Dan, Aſer, & Nephtalim ad Aquilonem. Iudas confeſſio, Iſachar merces, Zabulon tabernaculum fortitudinis; iſti ad orientem cantant: Orietur ſtella ex Iacob. Ruben videns, Simeon auditio, Gad felicitas, iſti ad meridiem cantant: Tota pulchra es amica mea &c. Ephraim frugifer, Beniamin filius dexteræ, Manaſſe, obliuio; iſti ad occidentem cantant: Surge, propera amica mea, veni columba mea, Dan iudicium, Aſer beatus, Nephtalim conuerſio, iſti ad Aquilonem cantant: Surge Aquilo, hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit, flores apparuerunt in terra noſtra. Ecce habet Sunamitis choros caſtrorum, qui circumdant eam tanquam flores roſarum, & lilia conuallium. *Petrus Cellenſis ſerm.7. de Aſſumpt Beatæ M.V.*

Sunamitis, in qua potiſſimè videtur gratia omnis viæ, & veritatis, & omnis ſpes vitæ, & virtutis. Eccleſ. 24. *Idem ibidem.*

Sunamitis puella, quæ vbi venit plenitudo temporis in omnibus finibus Iſrael quæſita, & inuenta eſt coccinea obumbratione Spiritus ſancti, & calefecit antiquum dierum, vt mitteret Filium ſuum, & dormiret cum Virgine, donec Agnus cum vellere noſtro exiret, & mundum redimendo ſaluaret, & regeret. *Idem ſerm.6. in Synodo.*

Sunamitis, quæ placet Regi ſua ſpecie, ſenem Regem conſeruat caſtitate, & fouet calore ſapientiæ; quæ enim tam ſpecioſa, quam illa, cui dicitur Cant.1. Tota pulchra es amica mea. *Idem ſerm. 7. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Sunamitis, quam antiquus dierum prælegit, & dedit ei Filium ſuum, quæ Dei præcordia penè iam repentia, deficiente charitate in humano genere calefecit, & cum adhuc peccatores omnes propter nimiam charitatem ſuam, Filium ſuum de Virgine incarnari conſtituit. *Idem ibidem.*

Sunamitis, in qua conſiderantibus occurrit perfectio tanta morum, vt ei non hominum, ſed magis caſtra conſonent Angelorum. *Philipp. Abbas lib.6. in Cantic. Canticor. cap.14.*

Sunamitis, in qua nihil ſponſus videt, niſi miram concordiam laudis, & fortitudinis exquiſitæ, niſi choros laudabiles, & antiquos exercitus Angelorum, niſi virtutes conſonas, & robur indeficiens, vt caſtrorum. *Idem ibidem.*

Sunamitis ſpecioſa, in vniuerſis finibus Iſrael diu quæſita, quæ cæteris poſt poſitis, Dauid Regem in ſuo ſinu dormientem calefecit, ac miniſtranit, nec tamen virginitatis flore ſe priuauit. *Cæſar. Ciſterc. hom. de SS. Nomin. M.*

Sunamitis, quæ interpretatur coccinea; fuit enim Beata Virgo coccinea, quia in ſanguine Filij per compaſſionem rubricata. *Rich. à S. Laur. de laud. SS. Virg. lib.5.*

Sunamitis, quę interpretatur mortificans, vel mortificata; mortificauit enim in ſe carnem, & mortificata quodammodo fuit à mundo in Filij paſſione. *Idem ibidem.*

Sunamitis, in qua videntur chori caſtrorum, adhærentes videlicet ipſi beatę ſanctorum acies, qui cum ipſa pro nobis militant contra hoſtem. *Io. Hailgrinus cap.7. Cant. Cantic.*

Sunamitis, quę interpretatur mortificata, ſiue coccinea; moriente enim filio commoriens per compaſſionem filij quaſi, rubricata eſt in coccino paſſionis. *Idem in cap.6. Cant. Cantic.*

Sunamitis, in qua viſi ſunt chori caſtrorum, ideſt conuentus virtutum, quę in Virgine ordinantur, quibus Virgo contra vitia Dęmones, & hęreticos munitur, & nota, quod chori ſunt canentium, caſtra vero pugnantium, in Virgine ergo fuerunt chori canentium, quantum ad conſonantiam virtutum, caſtra vero pugnantium ſecundum quod Virgo circumſepta, & ſanctis diſciplinis inſtructa, vitiorum dęmonum repellebat inſultus. *Alan. Inſul. in cap.1. Cantic.*

Sunamitis. *Matthęus Cantacuzenus in cap.7. Cantic. Canticorum.*

Sunamitis fœmina magna, in cuius veteri ſancti cœnaculo receptus eſt Eliſeus, id eſt, Saluator Deus meus, non figurate, ſed expreſſe, vt ſaluum faceret populum ſuum à peccatis. *D. Anton. in ſumma par.4. tit.15. cap.22.*

Sunamitis, in qua ſunt chori Caſtrorum, eo quod poſſes ſit uos adiuuare, & tueri, eſt enim in ea acies virtutum firmiſſima, & omnium ſpiritualium inſuperabilis vis atmorum, & habet ad manum cæleſtium ſpirituum victorioſam militiam, ſuo imperio obedire promptiſſimam, per quos poteſt iuuare, victoriamque conferre. *Dion. Carth. in Cant. art.21.*

Sunamitis magna, & honorata, in medio populi tui reſidens, quæ Patri Eliſeo præparaſti cœnaculum, quæ & poſt exceſſum Filij, vt in cordibus Electorum reuiuiſcat, ſæpe proficiſcaris in Carmelum. *Boſtius cap.1. §. 1. lib. de Patron. Deip. Virg. in Carm. Ord.*

SVPERATRIX Dæmonum. *Adam Præmonſtratenſis lib.1. ſer.40.*

Superatrix Dęmonum, ac ſuperborum. *D. Bonauent. in Canticis Pſalterij B.M.V.*

Superatrix omnium Dominationum. *S. Antonin. in ſumma par.4. tit.15. cap.44.*

SVPERHVMERALE noſtrum, diuina ex virtute factum. *D. Anſelm. in Pſalter. Beatæ M.V. par.3.*

SVPERLIMINARE cæleſtium adytorum, vbi ſtant ſeraphin contractis alis, quibus partim velant faciem, partim pedes, & partim volant, hymnumque tremendum concinunt, intolerandam obtueri gloriam non valentes. *S. Germ. Conſtantinop. ſer. in Nat. B.V.*

SVPPEDITATIO bonorum. *S. Io. Damaſcen. in Paracl. Beatæ M.V.*

SVPPEDITATRIX gaudij. *S. Ioan. Damaſc. in Can. Sanctiſſ. Deiparæ.*

Suppe-

Suppeditatrix vitæ. *Andreas Cretenſis orat. 3. de Dormitione Beatæ M. V.*

SVPPLANTATRIX Diaboli. *S. Iacob. Apoſtolus ſer. in tranſitu Beatæ Virg. apud Amadeum Raptu 8.*

SVRCVLVS Dauidis, qui virgam virtutis Chriſtum floruit. *Andr. Cretenſ. orat. de Natiuitate Beatæ M. V.*

Surculus Dauidis ſacer, beatus, prædicandus, & fauſtis omnibus proſequendus. *Chryſipp. in ſerm. de S. Maria Deipara.*

Surculus naturæ ſemper virens, & pulcherrimus. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Concept. Deip. V.*

Surculus Dauidicus. *S. Io. Damaſc. orat. 2. de Natiuit. Beatæ Mariæ Virg.*

Surculus nobiliſſimus humani generis, in ſublime virtutum erigens magnitudinem ſuam, & nouum ſimul, ac dulce ſpectaculum exhibens. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 3.*

Surculus nobilis generis humani. *Iacob. Monachus orat. de Natiuit. Beatæ M. V.*

Surculus regalis, qui ex regali ſtipite germinauit. *Idem ibidem.*

SVSANNA, quæ interpretatur lilium; nulli enim alij melius conuenit hoc nomen, quam Beatæ Virgini, quæ præmium meruit caſtitatis. *Idiota de B. M. V. par. 14. Contemplat. 4.*

Suſanna in honeſtate. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſs. V. fructu 2.*

SVSCEPTIO orphanorum. *D. Ephrem. in ſerm. de laud. Beatæ Mariæ Virg.*

Suſceptio gentis chriſtianorum. *S. German. orat. 2 in Dormit. Beatæ M. V.*

Suſceptio noſtra, nam in mari mundi ſubmerguntur omnes illi, quos ipſa non ſuſcipit, & quos non ſubleuat à naufragio peccatorum, vndè Sapientiæ 14. tranſeuntes mare, id eſt, mundum, per ratem, id eſt, Mariam liberati ſunt. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. V. lib. 11.*

SVSCEPTRIX Imperatoris cæleſtis in terreſtri hoſpitio. *D. Auguſtin. ſerm. 6. de Natiuit. Domini, qui eſt 10. tempore.*

Suſceptrix Hoſpitis immortalis, mortali aluo. *Idem ibidem.*

Suſceptrix Verbi in principio apud Deum. *Idem in ſerm. de Aſſumpt. B. V. M. Tom. 10.*

Suſceptrix Dei. *Andr. Cretenſ. orat. 1. de Dormit. Sanctiſs. Virg. & S. Io. Damaſc. orat. 4. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Suſceptrix fideliſſima ſeruorum ſuorum. *Alber. Magnus in Biblia M. ſuper librum Eccleſiaſt.*

SVSCITATRIX mortuorum. D. *Fulbertus Carnotenſis ſerm. 1. de Natiu. V. M.*

SVSTENTATIO fidelium. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de laud. Beatæ V.*

Suſtentatio in ſudoribus. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

Suſtentatio pauperum. *S. Sabba in Menais Græcorum die 28. Ianuarij, & Theophanus Nicenus in Menais Græcorum die 16. Ianuarij.*

SVSTENTACVLVM totius contemplationis. & aſcenſus. *Andr. Cret. orat. 3. de Dorm. B. M. V.*

SVSTENTATRIX claudorum. *Alber. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iob.*

Suſtentatrix totius orbis; orbis enim nullo pacto conſiſtere poſſet, ob noſtras prauas operationes; niſi ipſa plena pietate, & clementia, pro nobis oraret, illum ſuſtentaret. *Paulus de Heredia in Tract. de Concept. B. M. V.*

Suſtentatrix pauperum. *Ioan. Tritbem. lib. 3. de Miraculis Beatæ M. V. in Vrticeto.*

SYLVA deſerti Ziph, quod interpretatur florens, & collis Hachila, quod interpretatur ſuſcipiens eos, qui Dauid, & viri ſui in locis tutiſſimis latitabant, à facie Saul 1. Reg. 23. ia ea enim non ſolum ſecure latitant, ſed & habitant confidenter, & gaudenter laudantes Dominum, & iubilantes in felici ſilentio, & in libertate ſpiritus, ſicut auiculæ in Syluis. *Ern. Prag. in Mariali cap. 62.*

Sylua, quia ſicut in Sylua malus creſcés à nemine hominum plantatur, nec foditur, nec excolitur in hortorum morem, & tamen vberrimè germinat, floret atque fructificat; ità & Chriſtus, qui eſt ſicut malus inter ligna Syluarum, ſine virili ſemine ſine humano opere, aſcendit ſicut virgultum coram Deo, & vt radix de terra ſitienti, quæ eſt Maria Iſai. 53. *Idem ibidem.*

Sylua, quia ſicut in Sylua multa ſũt genera lignorum ſublimium, pulcherrimorum, ità in Beata Virgine multa ſunt genera donorum ſublimium, & perfectorum, & iſta ſunt illa ligna Syluarum, quæ exultauerunt ante conſpectum Domini, quando venit in mundum, vt dicit Pſalmus. *Idem ibidem.*

Sylua, quia ſicut in Sylua, ſeu foreſta Imperatoris, optimè clauſa, vbi ſoli Principi licitum eſt venari, abundat copia ferarum lætantium, atque iudentium: ſic in Mariæ præſentia, atque cuſtodia habitant, & exultant multa genera virorum iuſtorum, ibi enim eſt Iepuſculus plebs inualida, homines ſcilicet, pauperes ſpiritu, & timorati; ibi eſt Cyrogrillus pœnitens quilibet, ſpinis peccatorum adhuc totus plenus; ibi eſt Damula, gens inermis, quę de laqueo venãtium ad clauſtri refugium fugere nititur; ibi ſunt capreæ, ceruique camporum, id eſt viri virtutum, vita pariter, atque ſcientia eminentes, & præclari. *Idem ibidem.*

Sylua, quia ſicut in vna Sylua ſunt ligna multa, & magna, & in quolibet ligno ſunt quaſi infinitæ materiæ, ex quibus poſſent, ſi ſcirent, & vellent exciſores ſculpere, & educere imagines pulcherrimas, & multifarias, ita in Beatiſſima Virgine multę ſunt gratiæ, & virtutes excellentes, atque ſublimes, ex quibus Doctores ſancti, & prædicatores poſſunt exculpere, & excudere quaſi infinitas, & pulcherrimas imagines, & honeſtiſſimas viuẽdi formulas, ſi tamen vellent cor ſuum dare ad vigilandum diluculo in ſimilitudinem picturæ, & pulchritudinis illius tabernaculi, quod

Moyſi

Moyſi monſtratum eſt in monte, & noctem tanquam diem tranſigere, vt addiſcerent ſculpere ſignacula ſculptilia, ſicut dicit Eccl. 37. *Idem ibidem.*

Sylua, quia ſicut ligna in Sylua plantata, & radicata ſine cultura, & labore, & omni opere humano proficiunt iugiter, & creſcunt, ſic viri iuſti in Beatæ Virginis amore plantati, & radicati ſemper de bono in melius proficiũt, ſemper ſe ipſis robuſtiores fiunt, & hoc non propter induſtriam ſuam, & laborem humanum, ſed propter irriguum gratiæ, quod ex eius largitate percipiunt inceſſanter. *Idem ibidem.*

SYMBOLVM victoriæ. *S. Ioan. Damaſc. orat. 4. de Natiuit. Beatæ M.V.*

SYMPHONISTA, muſicorum melos tranſgrediens. *Ioan. Hondemius hymn. 2. de lactatione pueri Ieſu.*

Symphoniſta maxima laudum diuinarum. *Maurit. de Villaprobata Prolog. in Coronam nouam Beatæ Mariæ Virg.*

# LIBER DECIMVS OCTAVVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera T.

TABERNACVLVM Christi. *Melito Sardenſis in libello de Tranſitu Virginis, & D. Athanaſ. in Purifie. Beatæ Virg.*

Tabernaculum Dei laudatiſſimum, non ab hominibus fabricatum, ſed Spiritu ſancto firmatum, & virtute Altiſſimi protectum. *D. Dion. Alexandr. in Epiſt. contra Paul. Samoſaten.*

Tabernaculum Dei Sanctum, non manufactum, in quo Rex noſter, Rex gloriæ factus eſt Pontifex, & manet in perpetuum, ſemel ingreſſus in ſancta, & æterna redemptione inuenta, & ex quo exiuit Verbum factum Pontifex, non ſecundum legem carnalis mandati, ſed ſecundum virtutem vitæ indiſſolubilis. *Idem ibidem.*

Tabernaculum verum, in quod nec alius introiuit, nec exiuit, niſi ſolus Dominus, cuius Tabernaculi porta integra, & inuiolata, quia manu Dei clauſa, & digito eius ſignata. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Altiſſimi, in quo fœdera, ac Dei iuramenta ad Patres noſtros finem glorioſiſſimum acceperunt. *S. Methodius in Homil. in feſto Purificat. Beatæ V.*

Tabernaculum ab Altiſſimo ſanctificatum. *D. Athanaſ. ſer. in Euang. de Sanctiſs. Deipara.*

Tabernaculum Dei. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de laude B. V. D. Petrus Damian. hom. in Nat. B. V. M. D. Bern. ſer. 3. ſuper Salue Regina. Alan. de Inſul. in Prolog. ſuper Cant. Cantic. S. Viae. Ferr. in ſer. de Concept. V. M. Paulus de Heredia in tract. de Concept. V. M. & Maur. de Villaprobata ſerm. 6. Coronæ nouæ B. M.*

Tabernaculum, quod ſanctificauit Altiſſimus Pſal. 45. in cuius medio Deus non commouebitur. *S. Amphil. Sydæ Epiſcopi in SS. Deip.*

Tabernaculum à Deo benedictum, quoniam paternæ gloriæ plenum Chriſtum Ieſum hominem, eundem ac Deum in ijs, ex quibus, & in quibus naturis conſiſtit, admirabili ratione in vtero ſuo geſſit. *Andr. Cretenſ. orat. 1. de Annuntiatione Beatæ Virg.*

Tabernaculum à Deo formatum, in quo vniuerſa lex, & Prophetæ reipſa ſunt adimpleti, & in eo adumbratæ Typicorum characterum formæ fuere delatæ, ſpeculis veritatis diſſolutis. *Idem orat. 2. de Dormit. B. V.*

Tabernaculum cæleſte, in quod Verbum habitauit. *Idem in Cant. de Natiu. B. V.*

Tabernaculum Dei animatum. *Idem Cant. 5. in Partum B. V. & S. Ioſeph Hymnog. in Mariali.*

Tabernaculum Deo gratiſſimum. *Andr. Cretenſ. in Cant. de Natiuit. B. V.*

Tabernaculum, ex quo Deus humanam indutus imaginem, viri proceſſit ſpecie. *Idem orat. 1. de Dormitione.*

Tabernaculum impollutum, mundiſſimis ſuarum miſerationum ſtillis emundans peccatis pollutos. *Idem Cant. in Concept.*

Tabernaculum magnificum, & vaſtum donorum Dei. *Idem orat. 2. de Dormit. B. V.*

Tabernaculum regale, *Idem Cant. in Dormitione poſt diem 17. Decemb.*

Tabernaculum ſanctiſſimum, in quo incorporeus Deus ſecundum beneplacitum Patris inhabitans, vtero geſtatus, & formatus homo, ſine corruptione, abſque mutatione ex ea, ſtupenda ratione proceſſit. *Idem Cant. in S. Georg. Martyr.*

Tabernaculum ſanctiſſimum Verbi omnium creatoris. *Idem orat. 3. de Dormit. B. V.*

Tabernaculum ſanctum in quo Cœlorum Rex corpore hoſpitatus. *Idem in Triodijs Maior. Hebdomad.*

Tabernaculum refigerij, in quo Dominus habitauit. *Anaſtaſ. Antiochen. in orat. 1. in Annuntiatione Beatæ Virg.*

Tabernaculum, ab omni ſorde liberum. *Iſychius ſerm. 2. de Laud. Virg.*

Tabernaculum gloriæ. *D. Hildephonſ. ſerm ſeptimo de Aſſumpt. B. M. V. & S. Ioſeph Hymnogr. in Mariali.*

Tabernaculum ſanctum ſanctitatis. *Anonym. in Menæis Græcorum die 12. Maij.*

Tabernaculum Dei, cœlo altius. *Georg. Nicomed. in S. Mariam Aſſiſtentem Cruci.*

Tabernaculum diuinum, cuius extructione, pietatis quidem fundamenta firmius ſtabiliuntur; impietatis vero munitiones penitus conuellantur. *Idem orat. 1. de Concept. B. V.*

Tabernaculum immaculatum. *Idem orat. de Exitu Sanctiſsimæ Deiparentis, quando fuit oblata in Templo.*

Tabernaculum mundiſſimum. *Idem orat. 2. de Præſentat. B. Virg.*

Tabernaculum, quod ſibi Verbum, ex Ioachimi, atque Annæ maſſa extruens, ex eodem altiori ſupra intellectum ratione humanæ naturæ maſſam aſſumpſit. *Idem ibidem.*

Tabernaculum ſanctiſſimum, quod eſt capax eſſentiæ immaterialis, quod noſtrum, quod ceciderat excitauit Tabernaculum, quod parentis noſtri Dauid Tabernaculum, quod fuerat ablatum, rurſus erexit, per quod membra, quæ fuerunt diſſoluta noſtra tranſgreſſione, redacta ad ſuam integritatem. *Idem in orat. de Exitu Sanctiſs. Deiparentis, quando fuit oblata in Templo.*

Tabernaculum ſanctificatum, *Idem ibidem.*

Tabernaculum ſpiritale. *Idem orat. 1. de Præſentatione Beatæ Virg. S. Ioſeph Hymnog. in Maiali, & Iacob. Monach. orat. Nat. B. M. V.*

Tabernaculum Dei animatum, ſeptem firmamentis capacius, pariter ſublimiuſque, ac mirabilius. *S. Germ. in ſuo Mariali frag. 15.*

Tabernaculum non manufactum, ſed à Deo fabricatum, in quod ſolus Deus verbum, & primus Pontifex in fine ſæculorum ſemel ingreſſus eſt, ſacris myſticis occulte operaturus iu ea pro ſalute hominum. *Idem ſerm. in Natiuitate Beatæ Virg.*

Tabernaculum purpuræ reuera opere, quod nouus ille Beſeleel auro intextum, variumque effixit. *Idem in ſuo Mariali frag. 15.*

Tabernaculum vectile, quod eximius architectus Beſeleel conſtruxit. *Idem orat. in Annunciatione Beatæ Virg.*

Tabernaculum Altiſſimi, diuinum ſanctificatum. *S. Io. Damaſc. in Canone de Sanctiſs. Trinitate, & Can. in Encom. S. Reſurrect. Chriſti.*

Tabernaculum caſtitatis. *Idem in Paracl. B. V.*

Tabernaculum Cœlis ſublimius. *Idem ibidem.*

Tabernaculum mundiſſimum. *Idem ibidem.*

Tabernaculum puriſſimum. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Dei vnicum, ac ratione præditum. *Idem orat. 1. de Natiuit. B. M.*

Tabernaculum Deo Iacob exhibitum. *Idem in orat. 4. de Natiuit. B. V.*

Tabernaculum diuina maieſtate ornatum. *Idem in Menæis Græcorum 27. Martij.*

Tabernaculum diuiniſſimum, ad quod Angeli non ſine metu accedebant. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. ſiue Dormit. B. M. V.*

Tabernaculum à Deo ornatum. *Idem Can. in Annunciat. Deipar.*

Tabernaculum Dei ſuſceptiuum. *Idem Can. 2. in Dormit. B. Virg. & Iſidorus Theſſalonic. de Aſſumpt. Beatæ M.*

Tabernaculum Dei viuentis. *S. Io. Damaſc. Can. 2. in Dormit. Beatæ V.*

Tabernaculum gaudij. *Idem in Can. SS. Virg.*

Tabernaculum gloriæ Dei. *Idem Can. 2. in Dorm. B. Virg.*

Tabernaculum reconciliationis noſtræ, cum Deo. *Idem Can. in Nat. B. V.*

Tabernaculum ſanctum, & latius cœlis ſuſcipiens Dei Verbum, quod nulla creatura capere poteſt. *Idem in Octoec. Græcorum.*

Tabernaculum, ex quo vita principium duxit. *Idem ibidem.*

Tabernaculum gloriæ Domini. *Idem orat. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*

Tabernaculum immortalis lucis, ac ſupernæ ſapientiæ. *Idem in Paracl. B. Mariæ Virg.*

Tabernaculum incoinquinatum ab omnibus ſordibus peccatorum, nos abluens interceſſione ſua. *Idem ibidem.*

Tabernaculum impolutum, ſuarum miſer ationum puriſſimis ſtillicidijs mundans nos peccatis pollutos. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Luciferum Chriſti Regis irradians mentem noſtram, inimici fraudibus obtenebratam, criminumque caligine obcæcatam. *Idem ibidem.*

Tabernaculum mundum, ac pretioſum caſtitatis, ac virginitatis. *Idem ibidem.*

Tabernaculú naturę incomprehenſibilis. *Id. ibid.*

Tabernaculum, quod Deus fixit. *Idem in orat. 4. de Natiuit. B. Mariæ.*

Tabernaculum, quod incomprehenſibile Deum in ſuo vtero ſuſcepit. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Tabernaculum ſacrum, & ſacerrimum, Deoq; dignum. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. ſiue Dormit. B. Virg.*

Tabernaculum ſanctum, Cœliſque patentius, cum ſola Dei Verbum, cuius nulla Creatura capax eſt receperit. *Id. in Can. de Sanct. Trinit.*

Tabernaculum Verbi, quod ſine ſemine ex ſancto eius vtero proceſſit. *Idem in Paracl. B. M.*

Tabernaculum caſtitatis lucidiſſimum, lucis Datorem deferens incarnatum, qui homo ſimilis nobis apparuit propter hominum errorem, & corruptionem aboleuit. *S. Ioſeph. Hymn. in Mariali.*

Tabernaculum Cœlis ipſis auguſtius, cœleſtium Tabernaculorum nos efficiens participes, feruentibus precibus ſuis apud Chriſtum, quem genuit omnium Dominum, ac Dominatorem. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Dei ampliſſimum. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Dei immaculatum, emundans nos maculatos grauiſſimarum paſſionum illecebris, fonte miſericordiæ ſuæ. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Dei impolutum. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Dei iucundum, ac ſanctiſſimum. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Dei mundum. *Idem ibidem.*

Ta-

Tabernaculum Dei ſanctum, à legali Tabernaculo præfiguratum, in quo ſuperuenit propitiatio noſtra, quę nobis omnibus ſanctificationem largiretur. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Domini incorruptum. *Idem ibid.*

Tabernaculum fluuij viuentis, ex quo bibentes nos, qui mortui eramus, hęredes vitæ euadimus. *Idem ibidem*

Tabernaculum mundũ ſpiritualis ſanctificationis. *Idem ibidem.*

Tabernaculum purum Creatoris. *Idem ibidem.*

Tabernaculum ſanctificationis, ſanctificans animas noſtras voluptatum ſordibus inquinatas, & diuinæ glorię illas participes efficiens. *Idem ibidem.*

Tabernaculum ſapientiæ illius, quæ omnem excedit ſapientiam. *Idem ibidem.*

Tabernaculm Solis ſpiritualis, qui nos diuinis ſplendoribus pietatis illuminauit, atque ignorantiæ nebulas diſſipauit. *Idem ibidem.*

Tabernaculum ſplendidum, & ſanctiſſimum Filij excelſi. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Verbi puriſſimum, purificans à prauis affectionibus cor noſtrum, diuinique ſpiritus vas mundum illud effi ciens. *Idẽ ibid.*

Tabernaculum Dei capax. *Leo Imperat. de Aſſumpt. B. Virg.*

Tabernaculum Dei pugnaturi in mundo. *Guarricus Abbas ſerm. 1. de Aſſumpt. Virg.*

Tabernaculum, quod gloria Domini, hoc eſt Filius Dei, non mox diſceſſurus, ſed veram carnem ſuſcepturus impleuit. *D. Petrus Damianus ſer. 2. de S. Io. Apoſtol. & Euangeliſt.*

Tabernaculum, quod non corporea huius aeris nubes obtexit, ſed Spiritus ſanctus inuiſibiliter obumbrauit. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Altiſſimi, à fundamento ipſo ſanctificatum, alioquin ſi corruptum eſſet fundamentum, omne ſuperpoſitum nutaret ædificium. *Petrus Com. in ſerm. de Concept. B. V.*

Tabernaculum Dei, habens intra ſe Sanctum ſanctorum, Virgam ſignorum, Tabulas Teſtamenti, Altare incenſi, ambo cherubim, reſpicientia in alterutrum, Manna, & ſine vmbra propitiatorium palam expoſitum. Et hæc omnia non in figuris, ſed in ipſa veritate in ſe continens repoſita, exhibens mundo legem, & diſciplinam incenſionem zeli, caſtiratis odorem, concordiam Teſtamentorũ, panem vitæ, inconſumptibilem cibum, ſanctitatem, humilitatem, obedientiæ holocauſtum, pœnitentiæ omnibus tutum naufragis portum. *Arnold. Carnot. in Tract. de laudib. V.*

Tabernaculum Patris æterni. *Adam Præmoſtrat. lib. 1. ſerm. 40.*

Tabernaculum in ſole poſitum, de quo vtique Tabernaculo Filius Dei proceſſit, tanquam Sponſus de Thalamo ſuo. *Philip. Abbas tom. 2. Moralitatum in Cant. Canticor.*

Tabernaculum proprium Altiſſimi, *Idem lib. 2. in Cantic. Canticor. cap. 23.*

Tabernaculum Salomonis, ideſt veri pacifici Chriſti. *Idem Tom. 6. Moralitat. in Cant. Cant.*

Tabernaculum Eccleſiæ, vel Dei, vt dicitur. Et in ſole poſuit Tabernaculum ſuum, in quo Filius Dei homo veniens requieuit, & de quo, vt ſponſus de thalamo proceſſit. *Honorius Auguſtodun. in ſigillo B. Mariæ.*

Tabernaculum, de quo dicitur à Pſalmiſta Pſalmo 14. Domine, quis habitauit in Tabernaculo tuo, id eſt in B. Virgine, quaſi diceret: nullus, niſi tu ſolus; propter quod dicitur Ezech. 44. Princeps ipſe ſedebit in ea, quaſi non alius. *Rich. à S. Laur. de laudib. Virg. lib. 10.*

Tabernaculum, de quo dicitur Iſai. 4. Erit Tabernaculum in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & in abſconſionem à turbine, & pluuia; Erit enim glorioſa Virgo ſeruientibus, & amatoribus ſuis in die iudicij in vmbraculum ab æſtu, & contra æſtum illum, de quo dicitur 2. Per. vlt. Elementa calore ſoluentur. Erit in ſecuritatem à turbine, ideſt contra illum turbinem, de quo Ierem. 30. Ecce turbo Domini furor egrediens. Erit etiã in abſconſionem à pluuia, ideſt contra pluuiã illam, de qua Iob. dicit de Chriſto, & impio: Pluet ſuper eum bellum ſuum. *Idem ibidem.*

Tabernaculum, de quo dicitur Leu. 26. Ponam Tabernaculum meum, ideſt Mariam, in medio veſtri, & non abijciet vos vltra anima mea, quia per eam conſeruamur à peccato, propter quod ſolũ Deus abijcit peccatores. *Id. ibi.*

Tabernaculum fœderis, de quo Num. X. quia in ea dictatum eſt fœdus inter Deum, & hominem, per matrimonium aſſumptæ carnis, vel humanæ naturæ; ibi enim in ſua incarnatione fœderauit Chriſtus humanam naturam diuinæ. *Idem ibidem.*

Tabernaculum, in quo Altiſſimus armauit ſe armis noſtræ mortalitatis, quibus contrà Diabolum dimicauit, ſicut poſtulauerat Pſal. 34. Apprehende arma, & ſcutum. *Idem de laud. Virg. Mariæ lib. 4.*

Tabernaculum, in quo Chriſtus cum Diabolo pugnaturus, pro ſponſa ſua exhęreditata, ſcilicet Eccleſia, armaturam humanæ carnis ſibi adaptauit, ſicut ipſum ex parte generis humani rogauerat Pſalmiſta dicens Pſal. 34. Apprehende arma, & ſcutum, & exurge in adiutorium mihi. *Idem de laud. SS. V. lib. X.*

Tabernaculum, quod nunquam poterit tranſferri, vt dicitur Iſai. 33. ſcilicet ad alios vſus, quam ipſius Filij Dei, *Idem ibidem.*

Tabernaculum veri Moyſis, quod ornabatur, conſtruebatur, & tegebatur de pellibus rubricatis, & hyacinthinis, & ſagis cilicinis, & cortinis pulchrificabatur textis opere plumario Exod. 26. & 36. ideſt acuali, quia glorioſa Virgo fuit ornata, diſtincta omnimoda pulchritudine virtutum; vnde dicitur Pſal. 44. Circumamicta varietatibus. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Chriſti primo poſitum in ſole, ideſt in pulchritudine gratiæ, deinde etiam in Aſſumptione, poſitum in ſole, ideſt, in

externa claritate; ſol enim pulcherrimus, & clariſſimus eſt. *Idem ibidem.*

Tabernaculum Regis iuſtitiæ. Io. *Hailg. in cap. 1. Cant. Cantic.*

Tabernaculum Altiſſimi, in quo Deus armauit ſe armis noſtræ mortalitatis, quibus contra Diabolum militauit. *Hugo Carenſ. in Pſal. 45.*

Tabernaculum Altiſſimi ſanctificatum Pſal. 95. *D. Thomas Aquin. ſerm. in Purific.* B. *M. ex Epiſtola, & Nicephorus Gregor. orat. in S. Deip.*

Tabernaculum Dei ſecundum illud Pſalm. 18. In ſole poſuit Tabernaculum ſuum. *Tho. Aquin. part. 3. quæſt. 27. art. 2.*

Tabernaculum dormitationis, & quietis Filij Dei Eccl. 24. *Albert. Mag. in Biblia M. ſup. lib. Eccl.*

Tabernaculum peccatorum, quod ſanctificatum eſt ad aliorum mundationem, completum ad pauperum ditationem, erectum ad abiectorum exaltationem, ſanctificatum in Conceptione, & Natiuitate, completum in Filij Dei incarnatione, erectũ in ipſius gloriosa Aſſumptione Num. 7. *Idem in Biblia Mariæ. ſuper lib. Numerorum.*

Tabernaculum protectionis in omni tribulatione Num. 16. *Idem ibidem.*

Tabernaculum, quod Deus Pater peccatoribus extendit. *Idem in Biblia M ſuper Proph. Iſai.*

Tabernaculum repletionis Exod. 40. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Exod.*

Tabernaculum ſanctiſſimum, in quo Dominus congreſſurus cum Diabolo, tunicam induit carnis noſtræ. *Idem ſer. 1. in Annunc.* B. *Virg.*

Tabernaculum teſtimonij, quod Dominus repleuit ſe ipſo ad generis humani redemptionem, gratia ad iuſtorum confirmationem, venia ad reorum reconciliationẽ, gaudio ad triſtium conſolationem. *Idem ibidem in Biblia Mariæ ſuper lib. Exod.*

Tabernaculum vnionis inter nos, & Deum. Leuit. 26. *Idem in Biblia M. ſuper. lib. Leu.*

Tabernaculum Altiſſimi. *Ægidius Columna in Expoſitione in ſalutationem Angelicam, & D. Anton. in ſum. part. 4. tit. 15. cap.* 10.

Tabernaculum Dei purum, & quauis mundi labe prorſus expers. *Nicephorus Gregor. orat. in Sanctiſ. Deiparam.*

Tabernaculum puriſſimum Dei, & Verbi. *Matth. Cantacuzen. in cap. 2. Cant. Cantic. Salomonis.*

Tabernaculum Dei verum. *Iacob. Monach. orat. in Nat. B. Virg. & in Mariali orat. 4.*

Tabernaculum multis nominibus celebre. *Id. ibi.*

Tabernaculum diuini acceſſus. *Idem in Mariali orat. 6.*

Tabernaculum diuinum, cuius ſtructura, dum in conceptione annunciatur, pietatis quidem, ac religionis fundamenta iaciuntur, impietatis vero munitiones ab imo concutiuntur. *Idem in Mariali orat. 1.*

Tabernaculum, in quo beneficentię copia repoſita fuit. *Idem in Mariali orat. 6.*

Tabernaculum intellectuale, legali Tabernaculo, ea, quæ ad gratiam pertinent, annuncians, & iubens litteram ſpiritui locum cedere. *Idem in Mariali orat. 3.*

Tabernaculum multis nominibus appellatum. *Idem in Mariali orat. 2.*

Tabernaculum Pontificis magni. *Idem in Mariali orat. 4.*

Tabernaculum ſanctiſſimum. *Idem in Mar. orat. 3.*

Tabernaculum verum, quod non per ſymbola, & figuras, ſed per propriam ſubſtantiam, quemadmodum ipſi placitum fuit Legislatorem excepit in ſeſe, atque omnibus legem ſpiritus enunciauit. *Idem in Mariali orat. 5.*

Tabernaculum diuinum. *Nicephorus Caliſtus lib. 2. Hiſt. Eccl. cap. 22.*

Tabernaculum vitale, & ſalutiferum. *Idem c. 23.*

Tabernaculum à Deo ſanctificatum, in quo fuerunt candelabrum, & menſa, & propoſitio panum, nempe Chriſtus. *Ern. Prag. in Mariali cap. 111.*

Tabernaculum à Domino, ab initio ſanctificatum, vt dicitur Sap. 9. Mirabile in oculis Angelorum, & noſtris, in conſtructione, in ſanctificatione, & in veneratione. *Idem ibid.*

Tabernaculum, quod fixit Deus, & non homo, multo peramplius, & perfectius præ omnibus alijs, & bonũ forũ facit dicens Apoc. 22. Qui ſitit veniat, & bibat aquam vitę gratis. *Idem in Mariali cap. 103.*

Tabernaculum incomparabile, & admirabile, de quo Pſalm. 41. Ingrediar in locum Tabernaculi admirabilis, in cuius comparatione alia Tabernacula, nempe iuſti, licet ſint pulchra valde, & dilecta Deo, & hominibus, & angelis, nullius pene reputantur momenti; vnde Pſ. 86. dicitur: Diligit Dñus tantummodo portas Syon, ſuper omnia Tabernacula Iacob. *Idem in Mariali cap. 111.*

Tabernaculum Agoniz antium. *Bartholom. de Piſis lib. 1. de laud. B. Virg. fructu 2.*

Tabernaculum pauperibus. *Idem lib. de laud. SS. Virg. fructu 8.*

Tabernaculum Altiſſimi, vniuerſæ terræ exaltatione fundatum, quod Altiſſimus ſingulari gratia ſanctificauit, à labe præſeruans originali, vt Matrem haberet ſine macula, & ruga, omnium maculas abſterſurus. *Anton. Pocq. ſerm. 5. de Conceptione* B. V.

Tabernaculum ſanctificatum, de quo Altiſſimus proceſſit opportune, tanquam ſponſus de thalamo, fons patens domui Dauid, in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. *Idem ſerm. 10. de Conceptione* B. V.

Tabernaculum ſingulare diuinitatis. *Ioann. Gerſon. in Feſt. Trinitatis.*

Tabernaculum, in quo Filius Dei nouem menſibus habitauit. *S. Vincent. Ferrer. ſerm. 1. de Natiuit. Beatæ V.*

Tabernaculum Teſtamenti. *D. Laur. Iuſtin. in lib. de caſto Connubio verbi, & animæ cap. 9.*

Tabernaculum, in quo Dominus noſter Ieſus Chriſtus nouem menſibus habitauit. *D. Bernardin. Senenſis Tom. 1. ſerm. 32.*

Taber-

Tabernaculum, quod ſanctificauit Altiſſimus. *Idem Tom.3. ſerm. de Aſſumpt.B.V.*

Tabernaculum Chriſti, quia in eo habitauit, ingrediens campum huius mundi ad pugnandum. *D.Antonin.in ſumma par.4.tit.15.cap.10*

Tabernaculum, in quo Chriſtus carnem humanam aſſumpſit. *Paulus de Heredia in orat. de Conceptione Beatæ V.*

Tabernaculum, in quo Deus oſtendit claritatem ſuam, & ſanctitatem. *Idem ibidem, & Petrus Galat. lib.7. de Arcanis cap.7.*

Tabernaculum maternale Filij Dei. *Dion. Carthuſ.lib.1.de Precat. Mariæ art.17.*

Tabernaculum diuinitatis. *Idem ibidem.*

Tabernaculum ornatiſſimum, in quo omnes mundi theſauri. *Bernard.de Buſt.in ſuo Marialiſerm.6. de Conceptione B.M.*

Tabernaculum pretioſum, in quo repoſitus eſt ſpecioſus forma præ Filijs hominum. *Idem ſerm.6. de Annunciat.B.M.*

Tabernaculum ſanctum. *Idem in Marialiſer. 2. de Coronat. Beatæ Mariæ.*

Tabernaculum Spiritus ſancti, omni ſanctitate repletum. *Idem ſer.5. de Nominat.Mariæ.*

Tabernaculum Virgineum, in quo Deus habitationem ſuam elegit. *Idem ſerm. 6. de Annunciatione Beatæ Mariæ.*

Tabernaculum ab Altiſſimo ſanctificatum mirabiliter, ne vllo lædererur peccato. *Claud.Rap. Celeſt.ſerm.2.de Concept.B.V.*

Tabernaculum Regis, decentiſſimo cultu, magnoque ſtudio compoſitum, vt commercium inciperet præſtolatæ redemptionis, & quæruloſa rixa, quæ inter Deum, & hominem, inter cœlum, & terram noxie conſeuerat metam acciperet. *Idem ſer.1 de Concept. B.V.*

Tabernaculum fœderis ſanctiſſimum. *Io. Tritbem. lib.1. de Miraculis B.V.in Vrticeto c.6.*

Tabernaculum, ad quod nobis in hoc mundo contra mundum, carnem, & Diabolum eſt confugiendum. Primo quia eſt à Deo ſanctificatum per plenitudinem mentis, ſecundo, quia eſt à Deo inhabitatum per plenitudinem ventris, tertio, quia eſt à Deo eleuatum per plenitudinem beatitudinis. *Petrus Bardi ſer. 3. de Concept. Beatæ Virg.*

Tabernaculum Altiſſimi in ipſa animatione, quando primo anima cæpit corpus viuificare, & animare ſanctificatum, ita vt nunquam originali peccato fuerit obnoxium. *Idem ibidem.*

Tabernaculum pretioſum, & ſpecioſum, à Deo factum pro repoſitione pretioſi localis, nempe Chriſti, vnde cum locale legatum in hoc Tabernaculo fuerit dignitſſimum, & ab omni ſorde peccari puriſſimum, congruum fuit, quod Tabernaculum ſuum eſſet ſpecioſiſſimum, & ab omni peccato puriſſimum. *Idem ibidem.*

Tabernaculum, quia ſi Tabernaculum propriè eſt tentorium præliantium, in quo præliantes ſumunt, & induunt arma ſua bellica, mutato ſuo habitu quotidiano; ita Rex Deus in virginali Tabernaculo mutauit habitum ſuum, induens arma ſua, id eſt humanitatem ſuam cum Diabolo præliaturus; Vnde 3. Reg. 22. Rex Iſrael mutauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt in prælium. *Idem ibidem,*

Tabernaculum immortale ſanctæ, atque indiuiduæ Trinitatis, in quo cæleſtis rerum omnũ Faber habitauit, ad quod ſolus intrauit Pontifex ſummus, quemadmodum ſcriptum eſt. Ecce Tabernaculum Dei cum hominibus, & habitauit cum eis, pure, ſancte, & familiariter conuerſando, deuote colloquendo, ac etiam conuiuando. *Dion.Fab.Tract.1.de Conceptione Beatæ Virg.*

Tabernaculum ſanctitatis Dei, per operationem Spiritus ſancti ſtudioſè præparatum, in quo ſpiritualia diuinæ, humanæque naturæ celebrata ſunt myſteria, Prophetarum completa oracula, figuræ conſummatæ, & vniuerſa totius veteris teſtamenti euacuata ænigmata. *Idem ibidem,*

Tabernaculum ſacroſanctum, in quo dignatus eſt Deus incarnari. *S.Thom de Villanoua in Conc. 4. de Aſſumptione B.V.*

Tabernaculum fragantiſſimum diuinitatis. *Ludouic.Bloſius in Endologia 3.ad B.V.*

TABVLA à Moyſe Dei inſpectore viſa. *S.Athanaſ. ſerm.de Purificat.B.V.*

Tabula, quamuis ſcripturam excipere idonea, in qua ſcriba ille, ſcilicet Spiritus ſanctus, ſcribere poterat quodcumque viſum fuerat, & de ea facere vniuerſorum Dominus quicquid libebat. *Titus Boſt. in Comment. ſuper cap. 1. Lucæ.*

Tabula ſcriptam legem mortalibus afferens. *D. Ephrem in ſer.de laud.B.M.V.*

Tabula nouæ legis, ab ipſo numine ſculpta, cui ſuum Deus verbum inſcripſit, illud inquam verbum, quod mortale factum eſt, vt mundum à ſuperſtitione redimeret. *Anonym.in Menæis Græcorum die 20. Iunij.*

Tabula à Deo impreſſa characteribus, in qua inſcriptum Dei verbum, ſupra rationem, legalis literæ difficultatem traduxit ad leuitatem ſpiritus. *Georg.Nicomed.in orat.de Exitu SS. Deiparentis, quando fuit oblata in Templo.*

Tabula, cordis dolore contrita, quando furore æbrij, Iſraelitæ porrexerunt aduerſus filium eius ludere. *S.Germ.in pio Mariali frag.16.*

Tabula Verbi diuini plane illæſa. *Coſmas Hieroſolymit. in Menæis Græcorum die 15.Auguſti.*

Tabula à Deo ſcripta. *S.Io.Damaſc. Can. 2. in Dormit.B.V. & Ioan.Geomet.ſer.in Annunciat. Sanctiſs. Dei Genitric.*

Tabula gratiæ, quæ Verbum Patris ſuſcepit. *S.Io.Damaſc.in Octoec.Græcorum.*

Tabula lapidea animata, quæ verbum Dei digito, omnium validiſſimo ſpiritu, verbum ſubſiſtens, carnem aſſumpturum excepit. *Idem orat.3. de Aſſumptione B.V.*

Tabula venerauda. *S.Ioſeph Hymn.in Mariali.*

Tabu-

Tabula noſtræ libertatis. *Leo Imperator in orat. de Natiuit. B.V.*

Tabula pictoria, in qua Deus pictor pinxit, quod voluit, atque ita etiam, quod prius dixerat, quomodo erit hoc; non fuit incredulitatis, ſed deſiderij addiſcendi modum, nam fidi ſcredidiſſet, neutiquam dixiſſet: Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Luc. 1. *Theophilact. in Euang. Lucæ.*

Tabula, in qua per ſpiritum, ſcriptum eſt verbum. *Theod. Laſc. Imp. in Can. ad SS. Deip.*

Tabula lapidea, ſine ſtylo ſcripta. *Ægidius Columna ex expoſitione in ſalutationem Angel.*

Tabula promiſſi fœderis, quæ non Dei dumtaxat recepit ſcripta, ſed ipſummet Dei verbum in carne concepit. *Nicephorus Gregoras orat. in S. Deiparam in Ceraſolam Tom. 6.*

Tabula noui Teſtamenti. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2. & orat. de Natiu. B.V.*

Tabula, in qua deſcripturn eſt verbum, à quo habemus doctrinam vitæ. *D. Catharina Senenſis 11. ſuarum orationum, quam orationem habuit Romæ in die Annunciat. B.V. Anno 1379.*

Tabula duplex, ex obſeruantia diuinorum præceptorum. *Barthol. de Piſis lib. de laud. Virg. fructu 6.*

Tabula à Deo ſcribenda, quæ longe fuit excelſior Moſaicis tabulis. *Iſidor. Theſſalonic. orat. de Natiuitate Beatæ V.*

TANIS, ciuitas, quæ habet campum adiacentem, vbi Deus poſuit prodigia, ſicut dicitur in Pſalm. 11. ſi enim Tanis interpretatur humile mandatum, Maria ijs, quæ Deus mãdauerat per Angelum, obediuit dicens: Ecce ancilla Domini, cuius eſt obedire. Per cãpum huius Taneos latitudo charitatis Mariæ, in quo ſcilicet campo facta ſunt prodigia, quando ibi Deus factus eſt homo, Verbum caro, Mater Virgo, magnus partus, Ico agnus, & antiquus dierum pater. *Richar. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 11.*

Tanis, quod interpretatur mandatum humile, vel mandatum humilitatis, quia Maria pro exemplo manifeſte mandat omnibus humilitatem, dicens cum Filio Matt. 11. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. *Idem ibidem.*

TECTVM Dei fabrica extructum. S. *Io. Damaſ. in orat. 4. de Natiuit.* B.V.

Tectum, quod dicitur à tegendo, quia Filius Dei in Maria tectus eſt veſte carnis, cum prius eſſet quaſi nudus, id eſt purus Deus, de quo tecto dicit Pſalmiſta in figura Chriſti: Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto Pſalm. 101. id eſt in vtero virginali, quem ſolus inhabitaui. *Rich. à S. Laur. de laud. B.V. lib. 10.*

Tectum, vbi paſſer ſolitarius ſeſus Chriſtus demoratur. *D. Bonauent. in Pſalterio minori Beatæ Virg. Quinquagena 3.*

TEGIMEN ardoris, quia miſericorditer in nobis refrigerat concupiſcentias, quas diabolica ſuggeſtio inflammat. *Richard. à S. Lauren. de laudibus Beatæ Virginis lib. 2.*

TEGMEN mundi latius nebula. *Andr. Cretenſis orat. 2. in Annunciat.*

Tegmen omnium noſtrorum. *S. Ioan. Damaſcen. in Paracl. Beatæ Virg.*

Tegmen nobis omni auxilio denudatis. *Theod. Laſc. Imper. in proœm. B. Virg.*

Tegmen forte omnibus ad eam accurrentibus. *Em. Pal. Imper. in Can. ad Sanctiſs. Deip.*

TEGVMENTVM noſtrum. *Anonym. in Menæis Græcorum die 2. Aprilis, & S. Ioan. Damaſcen. in Paracl. Beatæ Virg.*

Tegumentum ad eam recurrentium. *Idem in Octoec. Græcorum.*

Tegumentum animarum noſtrarum. *Idem ibid.*

Tegumentum totum mundum continens, & ſeruans. *Leo Imper. in orat. de Aſſumpt. B.V.*

Tegumentum rerum exiſtentium, vtpote, quæ in his non comprehenſum peperit. *Theodor. Laſc. Imper. in Cant. ad SS. Deipar.*

Tegumentum noſtræ nuditatis. *Bernard. de Buſt. ſerm. 2. de Aſſimilat. B.M.V.*

TELA pictoria, in qua Spiritus ſanctus tanquam pictor, Deum hominẽ mirabiliter efformauit; Quemadmodum enim pictores colorum adminiculo, & hominem, & fontem, & fluuium pingunt, nihil à fonte accipientes, aut fluuio, vel homine: ſic & Spiritus ſanctus in Virgine non coloribus, ſed voluntate anima præditũ hominem condidit, cum nullum ſemen, quo proles formaretur ab humana natura mutuatus eſſet. *S. Ioan. Chryſ. orat. in Theophaniam, & S. Ioan. Præcurſorem.*

Tela admirandæ œconomiæ, in qua ineffabili quodam modo, admirabilis illius vnionis tunica confecta eſt, cuius quidem textor extitit Spiritus ſanctus, nectrix virtus ex alto obumbrans; lana, vetuſta Adami pellis; Radius textorius immenſa geſtantis gratia, artifex verbum, per auditum illapſum. *S. Proclus in orat. 1. de laud. Virg.*

Tela amicta diuinitus texti, ei, qui operit cœlum nubibus. *S. Ioan. Damaſcen. in orat. 4. de Natiuitate Beatæ Virg.*

TELLVS nullo proſciſſa aratro, elegantem, ac pulchrum fructum ferens, ſecundum naturam quidem, pro noſtri ſimilitudine, ac temporis geſtationis in vtero, præter naturam autẽ, quiamo ſupra naturam, quod Deus verbum è cœlis aduenerit, & in ſancto vtero eius Adamum reformauerit. *S Gregor. Thaum. orat. 1. de Annunciat. Beatæ Virg.*

Tellus, quæ nullo ſemine grauidata cœleſtem emiſit ſpicam. *S. Gregor. Tauronen. Archiepiſc. orat. de Annunciat. B. Virg.*

Tellus bona, non ſata. *Io. Geom. in Beat. Virg. Hymno 1.*

Tellus fructuoſa, quæ fructum vitæ protulit. *S. Ioſeph Steinfeld. opuſc. 5.*

Tellus, quæ ſecundum quoſdam, dicitur à tollendo ſe in altum actiuè, vel paſſiuè, quia tollimus ei fructus ſuos, vel quia fructus eius nos tollunt.

tollunt, id eſt nutriunt, vel quia nos tollit, id eſt portat, vel à tolerando, quia tolerat labores hominum. *Richard. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. Virg. lib.8.*

Tellus ſponcanea proprio germine auguſte ſeſe gerens, atque efferens. *Iacobus Monachus in Marialí orat. 1.*

TELVM ferarum inuiſibilium. *Andr.Cretenſ.orat. 2. in Annunc. Sanctiſſ. V.*

Telum, quo configitur hoſtis hominum. *Barth. de Piſis lib.2.de laud.Sanctiſs.V.fruct. 6.*

TEMPLVM. *S.Petrus Maurit.Cluniac. proſa in honorem Matris Domini.*

Templum ſanctificatum. *S.Iacob.in Liturgia, ſiue diuina Miſſa, & Maurit.de Villaprobata ſerm.6, Coronæ neuæ B.M.*

Templum honorabile. *Origen.hom.1.in diuerſos.*

Templum à Spiritu ſancto conſecratum. *D. Cyprian. in ſerm. de Natiuit.Chriſti, & Petr.Abbas Cellenſ.in lib.de panib.cap.21.*

Templum virginale, in cuius ſacrario Deus Cælo egreſſus hoſpes pudicus illabitur, ibidemque, qualis velit eſſe, diſponit, immo quod iam olim diſpoſuerat, complendum latenter aſſumit. *D.Zeno ſer.3.in Natiuit.Chriſti.*

Templum Dei animatum. *D.Greg. Thaumaturg. ſer.in Annunciat.B.M.V.S.Io.Chryſoſt.orat. de Annunc.B.V. Andr.Cretenſ.Can. in Conceptione B.V. & S.Ioſeph Hymnog.in Marial.*

Templum immaculatum, in quod Spiritus ſanctus ingreſſus eſt. D.*Gregor. Thaumat. orat. 2. de Annunciat. B. M. Virginis.*

Templum diuinitatis. *D.Epiphan.in ſerm.de laud. B.V. S.Ildeph.ſer.3.de Aſſumpt.B.V. & D.Petrus Damian.hom.in Natiu.B.M.V.*

Templum impolluctum, habitantis in ſe, Verbi Dei. *D.Epiphan.in ſer.de laud.B.V.*

Templum minimè compoſitum, lapidem cælestem habens Chriſtum. *Idem ibidem.*

Templum pudoris. S.*Ambr.in lib.de bono* B.V. & D.*Auguſt.ſer.17.de Natiuitate Domini, qui eſt 21. de tempore.*

Templum Spiritus ſancti. D.*Ambroſ. lib. 2. ſuper Luc. Hugo de S.Vict.ſerm.de Aſſumpt.B.M.V. Petrus Diac.in Aſſump.BV. Rupert.Abb. lib.1. de operibus Spiritus ſancti cap.7.Petrus Bleſenſ. ſer.12.Arnold.Carnot.tract. de illo verbo Domini: Mulier ecce filius tuus. D.Bonauent.in Canticis Pſalt.B.V. & Bernard.de Buſt. in ſuo Marialí ſerm.2. de Coronat.B.M.*

Templum Chriſti.*D.Greg.Nazianz.in Epiſtol.ad Nimeſiſ. & Theod.Laſc.Imp.in Can.de ss.Deip.*

Templum Dei. D.*Hieron.in lib. aduerſus Heluidium de perpetua Virginis.B.V.* D.*Auguſt. ſer. de Aſſump.Sanctiſs.V.M.Tom.10. & ſer.20.de Natiu.Dom.qui eſt 24.de tempore.* D.*Iſid.de vita, & morte ſanctor.cap.68.Lec Imp.in orat.de Præſent.B.V. Rodulph.Ardens hom.2.in Natiu. B.M.D.Bern.ſer.3.ſup.ſalue Regina.* Ie.*Thaul. ſerm.in feſte Annunc.*B.V.*Iſid.Theſſal.in orat. de Nat.B.M.V.*D.*Bernard.ſenenſ. tom.1.ſerm. 61.B.Caſimir.Polonia Princeps in hym.de B.V. s.Thom.de Villanoua in Conc.2.de Aſſum.B.V. & Rob.Bellarm.in Conc.de Nat.B.V.*

Templum Dominici corporis. *D. Hieron. in lib. aduerſus Heluidium de perpetua Virginit. B.V.*

Templum verè Deo dignum, caſtitatis aromatibus bene odoratum à magno Pontifice, qui ſecundum ordinem Melchiſedech, ſine matre eſt, ac ſine Patre inhabitatum. *D.Baſilius Seleuc. in Annunc. Deipar.*

Templum Dei indiſſolubile. *S.Io. Chryſoſt. orat. in Natiuit. Beatæ Virg.*

Templum Dei ſanctum. *Idem ſerm.6. de Aſſumpt. Dom. D.Cyrill.hem.6.dicta Epheſi contra Neſtor. Sergius relatus à Canſiſio lib.1. Deip.cap.11. & Philipp.de Greue ſer.129.in Pſalm.64.*

Templum, in quo ſummus Sacerdos, qui eſt in excelſis, habitauit. *S.Ioan. Chryſoſt. orat.7.in Sanctiſs. Deipar.*

Templum Dei ſanctificatum.S.*Proclus in orat.8. quæ eſt de laud.Beatæ V.*

Templum ſanctum ſpei noſtræ, in quo ſanctitas omnis, & magnificentia reſidet. *S.Amphil. Sydę Epiſc.orat.in s.Deip.*

Templum magnum Deitatis. *S. Petr.Chryſ. ſermone 144.*

Templum Infantis maximi. *Sedulius lib.2. ſuorum Carminum.*

Templum inſolubile, ſiue inuiolatum. D. *Cyrillus hom. 6. dicta Epheſi contra Neſtorium.*

Templum Chriſto Regi. *S.Sabbas in Menæis Græcorum die 8. Maij.*

Templum diuinum. *Andr.Cretenſ.de Dorm.B.V. & Iacob.Monach.in Marialí orat.4.*

Templum magnificum gloriæ diuinæ. *Andreas Cretenſ. orat.in Annunc.B.V.*

Templum nouum, quod ſibi Deus admirabili plane modo compegit. *Idem orat. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Templum omnium Conditori. *Idem ibidem.*

Templum incorruptum. *Iſychius ſerm.2.de laud. Beatæ Virg.*

Templum maius Cælo. *Idem ibidem.*

Templum ad Dei habitationem. *S.Ildeph.ſer.3. de Natiuit.Beatæ Mariæ.*

Templum cęleſte. *Idem ſer.7.de Aſſump.B.M.*

Templum Conditoris. *Idem ſerm.4. de Aſſumpt. Beatæ Mariæ.*

Templum Dei, in quo Deus verus verſatur, non in figura, & in ænigmate, ſed in veritate, pro ſalute omnium Deus homo immolatur, in cuius profecto ſanguine teſtamentum confirmatum eſt nouum, quod teſtatus eſt cum Patribus noſtris, & reconditum in vtero Virginis inde ad nos vſque translatum. *Idem ſerm.1.de Aſſumpt.* B. M.

Templum diuinæ Maieſtatis. *Idem ibidem, & Bernardin.de Buſt.ſer.2.de Purific.B.M.*

Templum Domini. *S.Ildephonſ.ſer.6.de Aſſumpt. B.M. D.Bern.ſerm.in Natiu.V.de Aquæductu. Cæſar.Ciſtercien.in hom.de B.M.Viſitat. & D. Bernard.Senenſ.ſer.de Purific.B.M.*

Templum ſingulariter vnicum Factoris ſui. *S.Ildephonſ.*

*dephonſ. in lib. de Virginit. S. Mariæ cap.* 10.

Templum Verbi. *Idem ſerm. 1. de Aſſump.* B. M.

Templum verum Dei viui. *Idem ibidem.*

Templum Dei, nos Spiritus ſancti Templa efficiens. *Anonymus in Menæis Græcorum die 1. Februarij.*

Templum interneratum. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio exequiarum.*

Templum ſanctum. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum de elevatione Panis paulò ante nuncupati.*

Templum animatum, & excelſius Cælis, totoque creatorum ambitu latius, ac capaciùs. *Georgius Nicomed. orat. 1. de Præſentat. B. V.*

Templum Dei capax. *Idem Sticmelon in feſtum Præſentationis S. Io. Damaſc. Can. in Annunciat. Deiparæ, Theophanes Nicen. Hymn. in Annunc. SS. Deipar. & S. Ioſeph. Hymnog. in Mariali.*

Templum indiſſolubile. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu ſanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparentis quando fuit oblata in Templo.*

Templum animatum magnificæ gloriæ eius, qui noſtræ ſalutis cauſa homo factus eſt, ac induit carnem. *S. Germ. in ſuo Mariali frag.* 15.

Templum Dei triſte, ob diſruptum ex ipſa aſſumptum ſaccinum velum. *Idem in ſuo Mariali fragmen.* 16.

Templum Domini animatum. *Idem orat. 2. in Præſentatione Beatæ Virg.*

Templum immaculatum, & celſiſſimum Pontificis, & ſacrorum Principis Dei. *Idem orat. 1. in Præſentatione Beatæ V.*

Templum Sponſi Eccleſiæ per incarnationis miraculum. *Idem ſer. in Natiuit. B. V.*

Templum Chriſti animatum. *Idem orat. 2. in Dormit. Beatæ V.*

Templum Chriſti ſacroſanctum. *Idem ſerm. in Natiuitate Beatæ V.*

Templum animatum diuinę lucis. *S. Io. Damaſc. in Obdorm. Græcorum.*

Templum ſanctum, quod Sanctum ſuſcepit factum hominem, vt homines beneficentia ſua cumularet. *Idem Can. in S. Anan.*

Templum vitæ æternam vitam ſortita; per mortem enim ad vitam translata eſt cum ſubſiſtentem vitam peperiſſet. *Idem Can. 1. in Dormitione Beatæ Virg.*

Templum Dei omnium regis. *Idem in Paracl. Beatæ Virg.*

Templum Dei ſanctum, Cælis amplius, ac ſpecioſius. *Idem ibidem.*

Templum Dei ſanctum, mirabile in æquitate. *Idem orat. 1. de Aſſumptione B. M.*

Templum Dei ſanctum, quod ille pacis princeps Salomon ſpiritualiter conſtruxit, & habitauit; non auro, & inanimis lapidibus ornatum, verum auri loco, ſpiritu fulgens, pro lapidibus autem pretioſis, margharitam ingentis pretij Chriſtum habens. *Idem orat. 1. de Natiuitate Beatæ M.*

Templum Deitatis. *Idem in Cantic. Eccleſiaſt. Græcorum ſuno 1.*

Templum diuinum multitudine luminum ſplendens. *Idem in Menæis Græcor. die 27. Ianuar.*

Templum gloriæ ſupercæleſtis. *Idem in Canticis Eccleſiaſt. Græcorum ſono 1.*

Templum illuſtriſſime ſanctificatum. *Idem in Menæis Græcorum die 25. Martij.*

Templum myſticum diuini ſpiritus. *Idem in Paracletica Beatæ Virg.*

Templum mundiſſimum Dei, cælorum, omniumque creaturarum factoris, nos templa diuini ſpiritus efficiens. *Idem ibidem.*

Templum Numinis capax. *Idem in Menæis Græcorum die 25. Martij.*

Templum omnium Conditori extructum, quo ſuſciperetur. *Idem in orat. 4. de Natiu. B. V.*

Templum puriſſime cõpacta domus Domini, de qua ait Dauid: Sanctũ eſt templum tuum, mirabile in iuſtitia, ex qua ſibi chriſtus corporis templum extruens, templa Dei viui mortales effecit. *Idem in orat. 4. de Natiu. B. V.*

Templum purum, atque intactum, à mundi Factore inuentum, in quo ipſe habitans, hominum naturam reformauit. *Idem in Eccleſiaſt. Græcorum Cantic. ſono 2.*

Templum ſanctificatum, in quo Deus habitauit ſupra mentis captum, à peccatorum ſordibus nos emundans. *Idem in Paracl. B. V.*

Templum ſanctum, atque admirabile ac ſummo Deo dignum. *Idem lib. 4. de fide orthodox. c. 15.*

Templum Dei animatum, & nouum. *Ioan. Ebenus orat. in Concept. ſanctæ Dei Genitricis.*

Templum magni Regis. *Idem ibidem.*

Templum, quod beneplacito Patris, & cooperante ſancto, ac viuifico ſpiritu Chriſtus Dei Filius lapis angularis ædificauit, & ipſe in eo habitauit, vt legem, & Prophetas impleret, veniens ad ſaluandum nos. *Idem ibid.*

Templum Domini, ad Cæli vicem continentis omnia. *Paul. Diaconus ſer. 2. de Aſſumpt.*

Templum animatum aduentus ſanctiſſimi Spiritus. *Theophanes Nicenus hymn. in Annuciat. Sanctiſſ. Deiparæ.*

Templum ſacratiſſimum Virginitatis. *Idem in Menæis Græcorum die 7. Ianuar.*

Templum Dei, in quo, cum ille, tanquam Sacerdos inhabitaſſet, humanam ſubſtantiam deificauit, & fideles templa ſua mirabiliter effecit. S. *Ioſeph Hymnog. in Mariali.*

Templum Dei maximè purum. *Idem ibidem.*

Templum ſanctiſſimum. *Idem ibidem.*

Templum Dei viuentis, in quo habitationem ſuam ineffabiliter conſtituit. *Idem ibidem.*

Templum Deo addictum per diuinam generationem. *Idem ibidem.*

Templum Deo gratiſſimum. *Idem ibidem. S. Anſelm. in orat. ad B. V. & Ludouic. Bloſius in Endologia 1. ad Beat. Virg.*

Templum diuinum Omnipotentis. S. *Ioſeph Hymnog. in Mariali.*

Templum gloriæ. *Idem ibidem.*

Templum immaculatum, quod Deum ſuſcepit humano corpore indutum, & in duabus naturis

turis cognitum. *Idem ibidem.*

Templum, in quo Deus ſupra cogitationis conceptum, inhabitauit, & ab animabus hominum errorem, ac ſeductionem eliminauit. *Idem ibidem.*

Templum mundum, à Verbo mundiſſimo factum. *Idem ibidem.*

Templum mundum caſtitatis. *Idem ibidem.*

Templum pulcherrimum, conditum à Ieſu rege maximo. *Idem ibidem.*

Templum puriſſimum Virginitatis. *Idem ibid.*

Templum ſanctificationis, per vocem Gabrielis Archangeli concipiens eum, qui requieſcit in ſanctis ſuis ſanctiſſimum Deum, qui vniuerſos ſanctificat, ac liberat à malis. *Idem ibid.*

Templum ſanctificatum Dei, omni ſanctitate maioris. *Idem ibidem.*

Templum ſanctum, quod Deum in ſe continuit, vniuerſis ſanctitatem largientem. *Idem ibid.*

Templum animatum eius, qui ei indidit animam. *Photius Conſtantinop. orat. in s. M. Nat.*

Templum Dei altiſſimi. *Idiota in contemplatione de Virg. Maria.*

Templum Dei, quod miranda illa obumbratio Spiritus ſancti vno momento irradiauit, & decorem eius manifeſtauit, & auxit, ſicut ſol in ſemper ornatum chalamum incidens, gloriam eius occultatam, repente nobis oſtendit, & illuſtriorem facit. *Idem ibidem.*

Templum Salomonis, de quo loquitur Deus: Oculi mei erunt aperti, & aures meæ rectę ad orationem eius: qui loco iſto orauerit, elegi eum, & ſanctificaui locum iſtum, nam Beata Virgo facile impetrat, quicquid petit à benedicto Filio ſuo. *Idem de B. V. p. 16. contemp. 7*

Templum Cælis nobilius, quod non hoſtijs, non fumigationibus indiget victimarum. *Leo Imperator in orat. de Præſentat. B. V.*

Templum gloriæ Domini diuinum. *Idem in orat. de Annunciat. B. V.*

Templum inuiolabile. *Idem in orat. de Præſentatione Beatæ Virginis.*

Templum ſanctimoniæ plenum, quo exceptus eſt, qui capi nuſquam poteſt, *Idem in orat. de Purificat. Beatæ V.*

Templum nouum, & animatum. *Idem in orat. de Præſentat. Beatæ V. M.*

Templum nulli peruium. *Ioan. Geometra in Annunciat. Sanctiſs. Dei Genitricis.*

Templum Dei viui. *D. Petrus Damian. in orat. ad Deum Filium, & S. Anſelm. in Medit. B. V.*

Templum, gratiarum omnium capabile. S. *Anſelm. in hym. primo B. Dei Genitricis.*

Templum Hieruſalem, habens cæleſtem ſpeciem, à cuius ſanctuario proceſſit Patris viſio. *Idem in Pſalterio B. V. par. 2.*

Templum pietatis, & miſericordiæ. *Idem in Inuocatione ad Virg.*

Templum vitæ, & ſalutis vniuerſorum. *Idem in orat. ad Beat. Virg.*

Templum ſanctum Domini. *Zacharias Chryſopolitan. lib. 1. in vnum ex quatuor. cap. 3. S. Vincent. Ferrer-ſerm. 3. de Natiu. V. M. & Bern. de Buſt. ſerm. 2. de Purificat. B. M.*

Templum Domini, in quo Deus ipſe habitauit, & per ſanctificationem Spiritus, & per humanam conceptionem. *Goffridus Abb. ſerm. 4. in Natiuitate Domini.*

Templum ſacrum Saluatoris. *Idem in orat. ad Matrem Domini.*

Templum Salomonis. *Hugo de S. Victore lib. 4. de Proprietatibus, & Epithetis rerum cap. 2. & Robert. Bellarm. in Conc. de Aſſumpt. B. V.*

Templum Domini virgineum. *Rupert. Abb. lib. 2. Comment. in Ioan.*

Templum proprium charitatis, id eſt Spiritus ſancti. *Idem lib. 7. de Glorificat. Trinitatis. & proceſſione Spiritus ſancti cap. 13.*

Templum Pontificis ſupremi. *D. Bernard. in ſer. de Beata Maria, cuius initium eſt Aue Maria.*

Templum ſanctiſſimum, Trinitati conſecratum. *Idem ibidem.*

Templum Spiritus ſancti ex Dei gratia; quod enim ex ſe erat, humiliter confitebatur dicēs: Ecce Ancilla Domini, & iterum: Reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ, *B. Aelred. Abbas ſer. 1. in Aſſumptione Beatæ V.*

Templum Dei propter ſanctitatem. *Petr. Bleſ. ſermone 38.*

Templum, à quo diſcedere non debemus, ſed debemus effundere in eo orationem noſtram, & tribulationem noſtram in eo pronuntiare, quam per Chriſti Matrem tranſmittimus orationem exaudiet Deus, noſtramque per eam ſumet precem, qui pro nobis natus tulit eſſe tuus. *Adam Præmonſt. lib. 1. ſer. 40.*

Templum, in quo ad Dominum clamamus, vt de eo exaudiat vocem noſtram, & clamor noſter in conſpectu eius introeat in aures eius. *Idem ibidem.*

Templum ſanctum, in quo Chriſtus Sanctus Sanctorum de Spiritu ſancto conceptus, nouem menſibus demoratus eſt. *Idem ibidem.*

Templum Vnigeniti Dei glorioſiſſimum, & ſpecioſiſſimum pandens nobis oſtium miſericordiæ, & clementiæ ſuæ, & admittens preces noſtras coram ſe. *Idem ibidem.*

Templum Filij Dei. *Petrus Cell. ſer. 7. de Aſſumptione Beatæ Virg.*

Templum honorabile Spiritus ſancti. *Idem ſer. 5. de Aſſumptione Beatæ V.*

Templum Agni, carne in viſceribus maternis, & ſanguine purificatum. *Petrus Abbas Cellen. in lib. de Panibus cap. 21.*

Templum ad èmendationem delictorū. *Id. ibid.*

Templum ad Pontificem intromittendum. *Idem ibidem.*

Templum ad nouæ vitæ dedicationē. *Id. ibid.*

Templum, à quo plebs renouata proceſſit. *Idem ibidem.*

Templum caſtè viuendo. *Idem ibidem.*

Templum conſperſione infidelitatis non profanatum. *Idem ibidem.*

Templum, hoſtiam viuam, ſanctam, Deo pla-

centem ſe offerendo. *Idem ibidem.*

Templum in Filij Natiuitate. *Idem ibidem.*

Templum, in quo Altiſſimus eſt pacificatus. *Id. ibidem.*

Templum, in quo natiuitate bona ſeneſcimus. *Idem ibidem.*

Templum, in quo orationum thymiamata miniſtrantur. *Idem ibidem.*

Templum, in quo Sacerdos noſter ſacrificiorum officia conſummauit. *Idem ibidem.*

Templum Sacerdotis. *Idem ibidem.*

Templum virginale, quo prorſus nihil ad nos, nihil ad angelos dignius, & melius de omnibus theſauris ſuis protulit æterna Trinitas, ex quo holocauſtum ad immolandum traxit, & extraxit Verbum Deo Patri coæternum, & conſubſtantiale. *Idem lib. 6. Epiſtol. Epiſt. vlt.*

Templum ſingulare, in cuius Sancto Sanctorum ſuper miſericordiæ propitiatorium Filius Dei viui, humiliando ſe, formam ſerui accipiens, ſedere voluit. *Garner. Lingon. ſerm. 1. in Purificatione Beatæ Virg.*

Templum diuinis vſibus dedicatum quod Spiritus ſanctus nunquam deſeruit. *Helinandus Ciſterc. ſerm. 1. de Aſſumpt. B. M. V.*

Templum totius Trinitatis. *Idem ibidem.*

Templum animatum. *Theodor. Laſc. Imperat. in Can. ad Sanctiſſ. Deipar.*

Templum Dei immaculatiſſimum. *Idem ibidem.*

Templum aſperſum aqua benedicta, nempe gratia, vel ſcriptura ſapientiæ ſalutaris, quam Maria habuit ſuper omnes. Habuit etiam aquam lachrymarum, maximè tempore Dominicæ paſſionis, & aquam deuotionis, omni tempore vitæ ſuæ. *Richard. à S. Laurent. de laud. Virg. lib. 10.*

Templum, cuius ſacerdos Chriſtus Dominus, vnde Pſalm. 10. Dominus in templo ſancto ſuo ſicut ſacerdos. *Idem ibidem.*

Templum, de cuius medio ſuſcepimus miſericordiam Dei Pſalm. 47. id eſt Filium, de pura miſericordia nobis datum à Patre; vnde dicimus Patri: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui. *Idem ibidem.*

Templum Dei ſanctum, mirabile in æquitate, id eſt in incarnatione, quod dicitur æquitas, quia iuſtum fuit, vt qui fecerat, reficeret: Item, vt qui occaſionem ruinæ dederat, damnum ſolueret. *Idem ibidem.*

Templum, in quo Deo ſacrificatur, quod maxime fuit, quando Mater in Filio martyrizabatur, imò, & quoties pro mundi ſalute Dominum exorabat, in ſpiritu humilitatis, & in animo contrito. *Idem ibidem.*

Templum, in quo repoſitæ fuerunt non pretioſæ reliquiæ, ſed Filius Dei, & chariſmata omnium gratiarum. *Idem ibidem.*

Templum intus, & exterius crucibus inſignitum, interius per memoriam paſſionis, exterius per eius imitationem. *Idem ibidem.*

Templum, quia ſi in Templo Domino offertur, in vtero Beatæ Virginis obtulit Filius Patri humilitatem, quia hominis ſuperbiam expiauit. *Idem ibidem.*

Templum, quod dicitur quaſi tectum amplum; Maria enim amola eſt charitate, præſidio, pietate. *Idem ibidem.*

Templum, per quam preces proijcimus ad Chriſtum. *Hugo Carenſis in Pſalm. 64.*

Templum veri Salomonis, de cuius fundatione 3. Reg. 5. præcepit Rex, vt tolleret lapides grandes in fundamentis Templi, id eſt virtutes eminentes, in fundatione Beatæ Mariæ. *Idem in Pſalm. 86.*

Templum Dei ſolemne. *D. Bonauentura in Pſalterio Minori B. Virg. Quinquagena 1.*

Templum impollutum. *Idem in Pſalterio minori Eccta V. Quinquagena ſecunda.*

Templum Trinitatis. *Idem in Canticis Pſalterij B. V. & D. Catharina Seneſ. in orat. 11. quam Romæ habuit in die Annunc. B. V. anno 1379.*

Templum ædificatum, vt Filius Dei ibi fieret. *D. Thomas Aquinas ſerm. in Purificatione Beatæ Mariæ ex Epiſtola.*

Templum columnis, ideſt virtutibus, miris, & magnis ornatum Prou. 9. Sapientia ædificauit ſibi Dominum, excidit columnas ſeptem. *Idem ibidem.*

Templum Dei mirabile, præ omnibus ſanctis. *Idem ibidem.*

Templum mirabiliter pulchrum 3. Regum 6. nihil erat in templo, quod non auro tegeretur: quia nihil in Virgine, quod non ſanctitate plenum eſſet. Cant. 5. Tota pulchra es amica mea. *Idem ibidem.*

Templum gratiæ, ad quod cum fiducia adire debemus, vt miſericordiam inueniamus in tempore oportuno. *Idem ibidem.*

Templum, in quo Chriſtus fuit Rex, & ſacerdos. *Idem ibidem.*

Templum, magna dignitate priuilegiatum, vt omnes rei malefactores, qui ad illud curruntex toto corde ſaluentur, ſicut patet in Theophilo, & alijs pluribus. *Idem ibidem.*

Templum mirabile magnum, ſecundum longitudinem, per latitudinem charitatis; ſicut enim plus habuit de fide, ſpe, & charitate, quã aliqua creatura, ſic plus habuit de magnitudine 3. Reg. 6. Domus, quam ædificauit Salomon cubitos ſexaginta longitudinis. *Id. ibid.*

Templum opere totius Trinitatis conſecratum. *Idem ibidem.*

Templum ſanctum Dominatoris. *Idem ibidem.*

Templum variis figuris depictum, quia omnium ſanctorum, & Angelorum virtutibus decoratũ 3. Reg. 6. Fecit in templo Cherubim, & picturas. *Idem ibidem.*

Templum aureum charitatis 3. Reg. 6. *Albertus Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. 3. Regum.*

Templum Dominatoris. *Idem ſer. 1. in Dedic. Eccl.*

Templum gloriæ, quod Spiritus ſanctus poſſedit dignanter inhabitando, & in omni gratia coæliter implendo. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Prou.*

Tem-

Templum gratiæ, miſericordiæ, & gloriæ. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Ierem. Proph.*

Templum maieſtatis. *Idem in Biblia Maria ſuper Ezech. Prophet.*

Templum munitionis peccatoribus, iuſtis, & omnibus Zachar. 9. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Zachar. Proph.*

Templum pacis, in quo obſculata eſt diuinitas humanitatem, in quo Templo obuiauerunt ſibi miſericordia, & veritas, iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt. *Idem in Biblia Mariæ in lib. Cant.*

Templum puriſſimæ humanitatis Chriſti. *Idem in orat. ad B. V. incipiente: Salue in vtero virginali.*

Templum totius Trinitatis, ad quod nullus intromittitur, niſi ſolus Deus. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Ioan.*

Templum totius Trinitatis per humilitatē fundatum, per ſpem erectum, per charitatem decoratum. *Idē. in Biblia Mariæ ſup. Ier. Proph.*

Templum Dei, à Deo propter ſuam laudem, & habitationem conſtructum. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 2. T.*

Templum Dei à tota Trinitate effectum, à Patre fundatum, à Spiritu ſancto conſecratum, à Filio inhabitatum. *Idem ibidem.*

Templum, quaſi tenens amplum. Ipſa enim habuit amplum affectum ad Deum diligendum, amplum vterum ad Deum capiendum, amplum intellectum ad Deum cognoſcendum, amplum ſinum ad compatiendum. *Idem ſerm. 1. de Purific. B. Virg.*

Templum, ſacrarium Spiritus ſancti operantis Filij Dei incarnationem. *Egidius Columna ex Expoſit. in ſalut. Angelica.*

Templum Dei glorioſiſſimum, luminoſiſſimum, & delitioſiſſimum. *S. Methil. lib. 1. gratiæ ſpiritualis cap. 52.*

Templum Dei puriſſimum. *Matth. Centacuzenus in cap. 2. Cant. Cantic.*

Templum electiſſimum æternæ ſapientiæ, nulla labe aſperſum. *Io. Thauler. ſerm. in feſto Purific. B. Virg.*

Templum, in quo ſuauiter illa Maieſtas quieuit, vt ſponſus in thalamo ſuo, idque mira cum exultatione, & voluptate, quam in virgineo cepit vtero, velut in horto omnigenum aromatum, ac ſuaue fragrantium herbarum cuncti generis virtutum, atque chariſmatum pleno. *Idem in feſto Annunc. B. Virg.*

Templum præſanctum, atque incomprehenſibile. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B. Virg.*

Templum animarum, quod cœlis eſt ſublimius, atque vniuerſis rebus creatis amplius, & capacius. *Idem in Mariali orat. 3.*

Templum glorificatum. *Idem in Mariali orat. 6.*

Templum, in quo Deus requieuit. *Idem in Mariali orat. 4.*

Templum ſanctum, quod ex Templo hieroſolymitano demigrans, vniuerſam illius gloriā ſecum tranſtulit. *Idem ibidem.*

Templum Domini ſanctum, ad quod in peccatis, in periculis, in neceſſitatibus, in tentationibus, & in omni tribulatione, & anguſtia fiducialiter recurrere debemus, ſicut monemur 3. Reg. 8. *Ern. Prag. in Mariali c. 112.*

Templum Salomonis, ad hoc primo, & principaliter ædificatum, & ſanctificatum Domino, vt eſſet nomen ſuum ibi, & ibi habitaret, non per nebulam, & caliginem 3. Reg. 8. ſed corporaliter, & per veritatem. *Idem ibidem.*

Templum Salomonis, quia ſicut in circuitu illius Templi, Cherubim, & Palmæ, vndique ſculptæ erant: ità B. Virgo interius, & exterius, Angelorum multitudine, & virtutum plenitudine circumdata exiſtit, & munita. *Idem ibidem.*

Templum Salomonis, quia ſicut in templo illo interius, & exterius nihil erat, quod non auro puriſſimo tegeretur: nihil fuit in B. Virgine, quod diuinæ ſapientiæ ſplendore non ornaretur. *Idem ibidem.*

Templum Salomonis viuum, & verum, & vniuerſa terra ſanctius. *Idem ibidem.*

Templum viuum Dei viui. *Ioan. Hildesheimenſis in defenſorio Ord. Carmeli cap. 13.*

Templum, in quo Dei Filius induit ſe veſtibus ſacerdotalibus ſpiritualiter, in quibus obtulit ſacrificium pro mundo. *D. Brigitta lib. 3. Reuelat. cap. 29.*

Templum Salomonis, cuius parietes fuerunt deaurati, cuius tectum præfulgens, cuius pauimentum pretioſiſſimis ſtratum lapidibus, cuius compoſitio tota effulgens, cuiusinteriora omnia redolentia, & delectabilia ad intuēdū, in quo verus Salomon ſpatiabatur, & fedit, in quod induxit arcam gloriæ, & candelabrum ad lucendum. *Eadem ibidem.*

Templum Salomonis illius, qui fecit inter Deum & hominem pacem, qui reconciliauit reos, qui vitam reddidit mortuis, & pauperes ab exactore liberauit. *Eadem ibidem.*

Templum beatis ſpiritibus. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. SS. Virg. fructu 8.*

Templum Dei, non quidem manibus factum, lapidibus, ſed cæleſtibus inſtructum virtutibus, in quo Deus colitur, adoratur, & veneratur. *Idem lib. 2. de laud. B. Virg. fructu 2.*

Templum Dei per orationem. *Idē lib. 2. de laud. B. Virg. fructu 2.*

Templum, in quo Deus non littera, ſed Spiritu adoratur. *Idem lib. 1. de laud. Virg. fructu 6.*

Templum Conditori, qui capi nullo loco poteſt, paratum, *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Præſent. V.*

Templum ſanctum diuinitatis. *Io. Gerſon. ſer. in feſt. SS. Trinitatis.*

Templum totius puritatis. *Idem ſer. de Concepe. V.*

Templum verum miſericordiæ in templo miſericordiæ figuratum, de quo loquitur Statius Poeta lib. Thebaidæ 12. dicens: Athenis fuiſſe Templum quoddam, miſericordiæ templum nuncupatum, in quo omnis creatura auxilium, & ſubleuamen, & conſolationem recipiebat. *Idem in ſerm. de Purificat. B. V.*

Templum immaculatum. *D. Laur. Iuſtin. in ſerm.*

*Natiuitat. Beatæ Mariæ Virgin.*

Templum Paracleti. *Idem de Triumphal. Chriſti Agone cap. 7.*

Templum Chriſti verbo ſingulariter dedicatum, in quod tota venit gratiæ plenitudo. *D. Bern. Senen. tom. 2. ſerm. 51. quod eſt de feſtiuit. B. V. & maxime Concept. Nat. & Annunc.*

Templum reformationis. *Idem tom. 4. in ſermon. extraordin. ſerm. in feſto Purificat. B. V.*

Templum Sanctum ſanctorum. *Idem ibidem.*

Templum Dei, ob immunitatem, ſecuritatem, & veneration em. *D. Anton. in ſumma part 3. tit. 31. cap. quod eſt de multiplici miſericordia, quam accepimus à Deo mediante Virg. Maria.*

Templum, in cuius medio ſuſcepimus Dei miſericordiam. *Idem ibidem.*

Templum virginale, ad quod, qui pœnitens, & deuotus accedit, poſtulans adiuuari pro diuerſis miſerijs, exauditur à Domino, miſericordiam recipiens; vnde Pſalm. 17. Exaudiuit de Templo ſancto ſuo vocem meam. *Idem ibid.*

Templum electiſſimum adorandi paracleti Spiritus. *S. Dion. Carth. de laud. V. lib. 3. init.*

Templum formoſiſſimum, ac toto orbe famoſiſſimum Spiritus ſancti. *Idem lib. 3. de laude B. Virg. ar. 22.*

Templum mundiſſimum adorandi paracleti Spiritus ſancti. *Idem lib. 3. de laud. B. Virg. ar. 11.*

Templum ſplendidiſſimum, adorandi paracleti Spiritus ſancti. *Idem de laud. Virg. lib. 3. init.*

Templum venerandiſſimum, quod Spiritus ſanctus indeſinenter inhabitauit, atque poſſedit, irradiauit, itemque impleuit. *Idem lib. 2. de Præcat. Mariæ art. 28.*

Templum in quo Dei Filius incarnatus eſt. *Paul. de Heredia in Tract. de Concept. B. Virg. & Petrus Gal. lib. 7. de Arcanis cap. 7.*

Templum veri Salomonis, in cuius ædificio, id eſt conceptione ſonus ferri, ideſt vox, & fama peccati originalis longè fuit. *Paulus de Hered. in tract. de Concept. B. Virg.*

Templum Dei auro charitatis tectum. *Bernard. de Buſtis ſerm. 5. de Nominat. V. Mariæ.*

Templum Dei vnum, nemini claudens gremium piecatis. *Idē ibidem, & Mauritius de Villaprobata ſerm. 26. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Templum manu Dei factum. *Bernard. de Buſtis. in ſuo Mariali ſerm. 6. de Concept. B. Mariæ.*

Templum ſacratiſſimum, in quo ſuum fecit habitaculum Spiritus ſanctus. *Idem ſerm. 5. in Natinit. B. Virgin.*

Templum veri Salomonis. *Idem in Officio Concep. B. Virg. Maurit. de Villaprobata ſerm. 13. Coronæ nouæ B. V. & Ludouicus Bloſius Endologia 3. ad Beatam Virginem.*

Templum virginale ſacratiſſimum. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. in Purificat. B. Virg.*

Templum virginale, tanti priuilegij, vt confugientes ad illud, ſint à Dæmonibus ſecuri, & non poſſint ad eorum ſeruitia violenter trahi, nec ab eis in profundum interni proijci. *Idem ſerm. 5. de Nominat. Virg.*

Templum Spiritus ſancti, ab initio ſui eſſe, quem ſemper in ſe ipſam latentem habuit, & inoffenſum cuſtodiuit, nec ab eius magiſterio, vel ad momentum receſſit. *Claud. Rap. Cæleſt. ſerm. 2. de Concept. B. Virg.*

Templum Dei pulcherrimum, quod cunctis virtutibus in Cælo ſplendet exornatum. *Ioan. Trithem. lib. 1. de Mirac. B. V. in Vticeto cap. 6.*

Templum Domini, de quo bona gratiæ recepimus. *Philip. de Greue ſerm. 129. in Pſal. 64.*

Templum Domini mirabile in æquitate, in ipſis enim facta eſt mirabilior in infinitum adæquatio, quam fiat in natura, immo ſupra naturā facta eſt, quia contrariorum tres mirabiles coniunctiones, & adequationes ſiunt, Deus, & homo, Mater, & Virgo, fides, & cor humanum. *Idem ibidem.*

Templum illud, de quo dicitur: Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui; Ipſa enim produxit nobis ex ſuo ſacratiſſimo vtero æternam miſericordiam. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 6. Coronæ nouæ B. V.*

Templum ſacratiſſimum ſuperſanctæ, & indiuiduę Trinitatis. *Idem ibidem.*

Templum tantis priuilegijs dotatum, vt nullius vere pœnitentis oratio excludatur in eo. *Id. ib.*

Templum virginale, ad quod confugientes ſunt ſecuri à Dæmonibus. *Idem ſerm. 6. Coronæ nonæ B. V. Mariæ.*

Templum Dei viui, nulla peccati macula contactum. *Dion. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Virg.*

TEMPVS propitiationis. *Albert. Mag. in Bibliam Mariæ ſuper lib. Leuitic.*

TENTORIA cedar ob tribulationes, quibus in ſe, & Filio expoſita fuiſſe legitur, eleganter enim per tentoria Cedar tribulationes figurantur, de Cedar namque legitur, quod ſemper in tabernaculis habitabat, vbi, & tabernacula eius varijs turbinibus, & procellis ventorum, & in bium erant expoſita. *Alan. de Inſul. in cap. 1. Cant.*

TENTORIVM Dei, & Verbi. *Andreas Cret. or. 2. in Annunc. B. Virg.*

TEREBINTHVS, ramos extendens, ſub cuius tegumentum Gentes, quæ errauerant, accurrerunt. *S. Io. Chryſoſtom. 7. in Sanctiſſ. Deip.*

Terebinthus extendens ramos gratiæ, & ſalutis. *S. Anſelm. in med. B. V. & Petrus Bleſ. ſer. 38.*

Terebinthus per veram charitatem. *Hugo de S. victore ſerm. in quolibet feſto B. Virg. qui eſt in Ordine 55.*

Terebinthus expandens ramos ſuos, ideſt exempla operum, ad obumbrandum peccatoribus, & refrigerandum contra incentiua vitiorum, & maximè contra æſtum libidinis. *Rich. à S. Laurent. de laud. Virg. lib. 12.*

Terebinthus, quia in folia, & odor Terebinthi fugant ſerpentes, nominis Mariæ innocatio, & virtutum inarum opinio, ſiue imitatio fugant à ſeruis ſuis ſerpentes vitiorum, vel folia eius, ideſt orationes, quando pro ſuis ſeruis orāt Filium. *Idem ibidem.*

Tere-

Terebinthus, quia ſi Terebinthus eſt arbor parua, & medicinalis, & ſudans reſinam optimam; Maria parua per humilitatem, & ſudauit, id eſt peperit Chriſtum, qui eſt medicina languentium animarum; ſicut enim ſudor exit de carne ipſa, carne manente integra, ſic natus eſt de eius carne, integra manente, Filius Dei. *Idem ibidem.*

Terebinthus, quia ſi Terebinthus valet contra malum aurium, obedientia Mariæ, quando reſpondit: Ecce Ancilla Domini, purgauit inobedientiam Euæ, qua conſeuſit Diabolo promittenti: Eritis ſicut Dij Gen. 3. *Id. ibidem.*

Terebinthus, ramos ſuæ orationis de fonte pietatis procedentis ad nos extendens, dum exemplo ſuo breuiter, humiliter, & fiduciaſiter orare docet, breuiter cum dixit: Vinum non habent Ioan. 2. humiliter, quia non dixit, Fili da eis vinum, ſed contenta fuit narrare neceſſitatem aliorum, iudicio eius totum relinquens; fiduciaſiter, cum dixit miniſtris: Omnia quæcunq; dixerint vobis, facite. *Id. ib.*

Terebinthus extendens ramos honoris, & gratiæ, ideſt virtutes, & exempla, & beneficia, in quibus libenter habitant, libenter habitant cœleſtes Auiculæ, id eſt animæ ſanctæ. *D. Bonauent. in ſpecula B. Virg. cap. 5.*

Terebinthus parua ob humilitatem, ſed cooperante Dei gratia extendens magnificè ramos virtutum ſuarum à mari vſque ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum. *Ern. Prag. in Mariali cap. 54.*

Terebinthus contra Dæmones. *Barthol. de Piſ. lib. 1. de laud. B. Virg. fructu 2.*

Terebinthus ſe expandens. *D. Laur. Iuſtin. in lib. de Caſto connubio Verbi, & animæ cap. 9.*

Terebinthus medicinalis. *Bernard. de Buſtis ſer. 1. de Aſſum. Mar. B. Virg.*

TERMINVS fœderum Dei ad nos. *Andreas Cret. orat. 3. de Aſſumpt. B. Virg.*

Terminus Teſtamentorum à Deo conditorum. *Idem orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Terminus conſiliorum Dei. *S. German. Conſtant. orat. 2. in Præſent. B. Virg.*

Terminus exilij. *Petrus Blaſ. ſerm. 38.*

Terminus miſeriæ. *Adam de Perſ. in ſer. de Aſſump. B. Mariæ Virg.*

Terminus noctis peccatorum. *Abſalon Abbas ſer. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*

Terminus legis. *Rich. à S. Laur. de laud. V. lib. 4.*

Terminus hereditatis noſtræ: *Ioſue 1. Albertus Magnus in Biblia Mariæ.*

Terminus Genealogiæ Domini. *D. Anton. in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 6. quod eſt de Nativit. B. Virg.*

TERRA virginea, nunquam maledicta, ex qua formatus eſt ſecundus Adam. *S. Andreas Apoſt. Babilondum lib. 4. Hiſtoriarum.*

Terra, de qua Chriſtus, qui vera eſt veritas, ortus eſt; Dauid enim eam, quæ eſt ex virgine Chriſti generationem prophetans, dixit: Veritas de terra orta eſt. *D. Irenæ. lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 5.*

Terra Virgo, per quam Deus antiquam pſalmationem in ſe recapitulatus eſt, quemadmodum enim Protoplaſtus ille Adam de terra rudi, & de adhuc virgine (nondum enim pluerat Deus, & homo non erat operatus terram) habuit ſubſtantiam, & plaſmatus eſt manu, ideſt verbo Dei, & omnia per ipſum facta ſunt, & ſumpſit Dominus limum à terra, & plaſmauit hominem, ità recapitulans in ſe Adam ipſe verbũ exiſtens ex Maria, quæ adhuc erat Virgo rectè accepit generationem Adæ recapitulationis. *Idem lib. 3. aduerſus hæreſes cap. 31.*

Terra nondum generationi reſignata, de qua nouiſſimus Adam, vt Apoſtolus dixit, in ſpiritum viuificantem à Deo eſt prolatus. *Tertullian. in lib. de carne Chriſti.*

Terra rudis, & illaborata, ex qua Verbum carnem, vt Aron veſtem talarem aſſumpſit, vt iam habens, quod offerret ipſe Pontifex ſe ipſum in victimam daret, & omnes ſuo ſanguine à peccatis ablueret, & à mortuis excitaret. D. *Athanaſ. in lib. 3. contra Arian.*

Terra ſanctiſſima, ex qua Deus ſanctiſſimam carnem ſine pollutione induit. *Idem in queſt. variis q. 20.*

Terra, quæ nobis produxit lignum, per quod nobis ſalus venit, nempe Chriſtum. *S. Ambroſius in Pſalm. 1.*

Terra intacta, & tamen pane cœli plena. *Gregorius Niſſenus in vita Moyſis.*

Terra noſtra, ex qua verus legislator, cuius figuram Moyſes gerebat, naturæ noſtræ tabulas ſibi confecit. Nec enim nuptiarum ſolemnitas carnem dominicam produxit, ſed ipſe ſuę carnis factus lapicida, digito Dei eã inſcripſit. Spiritus enim ſanctus perueniet in Virginem, & excelſi eam virtus obumbrauit. *Idem ibidem.*

Terra immolata, quæ cęleſtem fructum ſuſcepit. *D. Io. Chryſ. orat. 7. in Sanct. ſ. De p.*

Terra non ſata, quę fructum germinauit ſalutarem. *Theodor. Ancyran. homil. 1. de Nat. Saluatoris lecta in Concilio Epheſino.*

Terra Eulat auriferax. *S. Proclus in orat. ſexta, quæ eſt de laud. B. Virgin.*

Terra inculta, & campeſtris, ex qua non ſatum granum germinauit, & mundus famæ confectus lætatur, & gaudet. *Idem in orat. 4. quæ eſt in diem Natalem Domini.*

Terra Iſraelitica, quæ viuificum dedit fructum ſuum. *Idem in orat. 6. quæ eſt de laud. B. Virgin.*

Terra non ſata, quæ cœleſtem protulit fructum. *Idem in orat. 4. quæ eſt in Natalem Domini.*

Terra repromiſionis, quia per Propheram multo ante promiſſa eſt; nam per Iſai. Dominus eam, ante malorum annorum ſpatia, repromiſit, ſic enim ait: Ecce Virgo in vtero concipiet, & pariet Filium. *D. Auguſt. ſer. 100. de tempore.*

Terra Saluatoris germinatrix. *Idem in orat. de quinque hæreſibus cap. 5.*

Terra, quæ fructum benedictum dedit. *Beatus Vigi-*

*Vigilius libr. 3. aduerſus Eutychium.*

Terra, quæ germine dedit Saluatorem. *Venant. Fortunat. eleg. in laud. S.M. & Matris Domini.*

Terra Annunciationis, à qua fluit mel, & lac. *Andreas Cret. orat. 2. in Annunc.*

Terra aromatum ferax. *Idem orat. 3. de Dormit. V.*

Terra Deo culta. *Idem orat. 1. de Dormit.*

Terra non ſata, quæ ratione ſupra quam dici poteſt mirabili, eum peperit, qui eſt ſine fluxione à Patre. *Idem orat. de Natiuit. B. V.*

Terra, quæ Agricolæ manum numquam paſſa eſt, ex qua vita noſtra primitias maſſæ Adę ob ſuam cuiſceratam miſericordiã aſſumens, nos ſibi ipſi vniuit. *Idem Cant. de Nat. B. Virg.*

Terra, quæ ſine ſemine fructum tulit nullo cultu inſeminatum. *Idem orat. de Natiuit. B. Virg.*

Terra, quæ ſpicam immortalitatis protulit. *Idem Can. in diem Paraſceue.*

Terra, quam inhabitauit terræ Auctor. *Idem Cantic. in Concept. B.M. Virginis.*

Terra ſancta, quam Ioel aſpexit. Ioel 3. *Id. ibid.*

Terra ſancta virginalis, ex qua nouus ille Adam, ineffabili à Deo fictione veteri recuperando, nouus Adam factus eſt. *Idē orat. 1. in Annunc. V.*

Terra verè deſiderabilis; Rex enim deſiderauit gloriam eius pulchritudinis, & amauit diuitias eius virginitatis, & in ea habitauit, & inter nos fixit Tabernacula, & per eam Deo, & Patri nos reconciliauit. *Idē or. 3. de Dorm. V.*

Terra virginalis, ex qua ſecundus, & vetere antiquior proceſſit Adam. *Idem ibidem.*

Terra virgo inſtauratoris Adæ. *Idē. or. 1. de Dorm.*

Terra Abrahamitica, quæ pluuiam excipiens, cæleſtem panem, ideſt Chriſtum ad eſum, & ſalutem hominum protulit. *Anaſtaſ. Sinayta lib. 11. Anagog. Contemplat. in Exameron.*

Terra, cuius fructus ſublimis, nam quem Virgo genuit, non ſolum homo ſanctus fuit, ſed etiã potens Deus. *D. Greg. Magn. in lib. 1. Reg. c. 1.*

Terra, quæ dedit fructum ſuum, quia quem Virgo peperit, non concepit materiali opere, ſed ſancti Spiritus obumbratione. *Idem ibidem.*

Terra Spiritu ſancto irrigata. *D. Iſidorus in Commentar. ſuper Geneſ. cap. 3.*

Terra, de qua veritas orta eſt. *D. Iſidorus in Natiuit. Domini cap. 12. S. Io. Damaſc. Can. in Sanctiſſ. Deip. Hugo de S. Victor. in Erudit. Theolog. ex miſcellan. 2. tit. 1. & Henebert. in Prom. de Natiuitate Domini.*

Terra, quæ dedit fructum ſuum. *D. Iſidorus de Natiuit. Domini cap. 12. Hugo de S. Vict. lib. 4. de proprietat. & Epithet. rerum cap. 2. & Antoninus in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 4.*

Terra, quæ fide aperta, non corruptione gennit Saluatorem. *D. Iſidor. de Natiuit. Domini c. 12.*

Terra, de qua veritas oritur, quæ veritas Chriſtus eadem eſt, & quæ de Cælo proſpexit iuſtitia eius. D. *Hildephonſus in lib. de Virginit. Sanctæ Mariæ cap. 3.*

Terra fide aperta, non corruptione germinans Saluatorem rorantibus Cęlis, & nubibus pluẽtibus iuſtum, id eſt Prophetis pronuncianti-bus eius aduentum. *Idem ibidem.*

Terra parturiens Diuinum. *Idem in lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 8.*

Terra, quæ dedit Filij fructum, dante nobis Domino benignitatem noſtræ redemptionis. *Idem in lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 6.*

Terra numine fæta. *Anonymus in Menæis Græcorum die 25. Iulij.*

Terra ſancta, & deſiderabilis, ex qua orta eſt veritas, & inſtitia, in qua operculo tecti pedes prohibentur progredi, id eſt ratiocinatio, quæ dubiratione operitur, & incredulitate. *Georg. Nicomed. in orat. de Exitu SS. Dominæ noſtræ Deiparentis, quando fuit oblata in Templo.*

Terra deſiderabilis, de qua ſcribitur, & pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem. *S. German. Conſtant. ſerm. in Natiu. B. Virg.*

Terra non culta. *Idem orat. 1. in Præſent. B. V.*

Terra ſancta, de qua dixit Deus Moyſi. Exod. 3. *Moyſes ſolue calceamentum tuum. Terra enim in qua ſtas terra ſancta eſt. Idem ſer. in Nat. B. V.*

Terra ſpiritalis Deo ob ſubminiſtratiuum ſuæ carnis miniſterium. *Idem orat. 1. in Dorm. B. V.*

Terra vere deſiderabilis, de qua figulus pulueris noſtri limum deſumens contractum à peccato vas renouauit. *Idem ſer. in Nat. B. V.*

Terra vere ſancta, quæ ſola ſine ſemine, & abſq; vlla molitione diuina fęcunditate illuſtris eſt. *Idem orat. in Annunciat. Beatæ V.*

Terra veritatem producens, de qua dicitur Pſal. 54. veritas de terra orta eſt. *Idem ſerm. in Natiuitate Beatæ Virg.*

Terra Dei greſſu calcata. *S. Ioan. Damaſc. orat. 4. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Terra Dei receptrix, ex qua ſempiternæ vitæ lignum emergens, (Chriſtus hic eſt cunctorum vitæ cauſa) Euæ inobedientiam, Adamique interitum diſſoluit. *Idem orat. 3. de Aſſumptione Beatæ V.*

Terra diuinæ ſpicæ. *Idem ibidem.*

Terra impolluta. *Idem in Paracl. B. V.*

Terra, in qua à Spiritu is carne fundatus eanitur, qui fundat terram ſuper ſtabilitatem ſuam. *Idem in orat. 4. de Natiu.*

Terra, in qua peccati nulla enata ſpina, ſecus vero, per cuius, & germen illud, penitus euulſum eſt. *Idem ibidem.*

Terra, in qua ſacratiſſimus Moyſes legis vmbram habentis, calceamentum ſoluere gratia commutaturus, viſus eſt. Exod. 3. *Id. ibid.*

Terra non prioris more maledicta, ac cuius fructus ſpinis, ac tribulis vndequaque horreſcãr, ſed ſuper quam benedictio Domini, ac cuius benedictus fructus ventris, vt in ſacris habetur oraculis. *Idem ibidem.*

Terra nulla admittens ſementem, fructumque vniuerſis cælimoniam præbentem producens. *Idem ibidem.*

Terra inarata, & inculta, quæ Cultorem omnium excoluit. *Idem Can. in SS. Deipar.*

Terra pura, ac virgo, ex qua ipſe Vnigenitus filius,

lius, cum Deus, & eiusdem cum Patre substantiæ esset, hominem sibi ipsi effinxit. *Idem orat. 2. de Assumpt. sive Dormit. B. M.*

Terra, quæ ex intemeratis, ac incorruptis lumbis vitæ spicam edidit. *Idem in orat. 4. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Terra, vnde suum veritas ortum accepit. *Idem in Menæis Græcor. die 27. Ianuarij.*

Terra, de qua veritas, id est Christus orta est. *Paschasius Ratbertus lib. 2. in Matthæi Euang. & D. Antonin. in sum. par. 4. tit. 15. cap. 22.*

Terra bona. *Cosmas Vestitor orat. in S. Ioach. & Annam Dei Gen. parentes. D. Bonauent. in Psalt. minor. B. V. Quinquag. 3. & Iacob. de Vorag. in Mariali fer. 4. T.*

Terra ab aratoris manu immunis, quæ produxit vniuersi nutritorem, fortificans pane vitali corda nostra debilitata, & fracta ex saticitate grauissimorum peccatorum nostrorum. S. *Ioseph Hymnographus in Mariali.*

Terra à coloni manu immunis. *Idem ibidem.*

Terra electa, per quam humani generis massa à terra in cælum subleuata est. *Idem ibidem.*

Terra, ex terra infecunda nata, sed mira fœcunditate prædita fœcundissimum fructum gignens, agricolam scilicet bonorum, & spicam vitæ allatricem, quæ nutrit omnes diuina voluntate. *Idem ibidem.*

Terra fœcundissima, quæ mysticam spicam fructificauit, omnes spiritus nutricutem. *Id. ibid.*

Terra inarata, quæ spicam nobis protulit vniuersi nutritorem Dominum Iesum, ex quo nos comedentes, ad vitam reuocamur. *Id. ibid.*

Terra nescia cultoris, quæ agricolam peperit, omniumque Creatorem, sylucscentem passionibus animam nostram, fructiferam reddens, mediante diuina scientia. *Idem ibidem.*

Terra nunquam aratro prosciſſa. *Idem ibidem.*

Terra, quæ sine agricolæ cultura spicam speciosam fructificauit, nutritorem scilicet omnium creaturarum. *Idem ibidem.*

Terra sancta deducens nos in terram manſuctorum. *Idem ibidem.*

Terra benedicta, quæ dedit fructum suum Psal. 66. sed non vendidit, quia non haberemus pretium: dedit namque fructum in tempore suo, id est in tempore gratiæ, nec solum semel dedit fructum, sed iugiter dat ipsum peccatoribus remedium. *Idiota de Beat. Virg. par. 14. Contemplat. 22.*

Terra, de qua dicitur Psalm. 23. Domini est terra, scilicet illius propria, & plenitudo eius, id est virtutes, & dona gratiarum, quia dicere potest gratia Dei sum id, quod sum. *Idem ibidem.*

Terra, de qua est orta veritas, scilicet humanæ carnis, quam sibi vniuit benedictus Filius eius dante Deo benignitatem nostræ Redemptionis. *Idem ibidem.*

Terra, de qua formatus est homo, scilicet nouus Adam Iesus Christus Filius eius benedictus. *Idem ibidem.*

Terra fluens melle virginitatis, & lacte fœcunditatis. *Idem ibidem.*

Terra, in qua omne ædificium fundatur, quia quicquid boni facere volumus, in ea fundare debemus per fidem incarnationis, cuius ministra fuit. *Idem ibidem.*

Terra, in qua qui seminat centuplum accipiet; qui enim ibi seminat, scilicet orationes, & exempla salutaria in præsenti vita multam retributionem recipiet, quia ipsa Beata Virgo conuertit quosdam de errore viæ suæ, quosdã pacificat benedicto Filio suo, quibusdam dat gratiam continendi, facit quosdam humiles, quosdam largos, quosdam misericordes, quosdam pacificos, quibusdam largitur vestimenta virtutum, & quosdam sapientes constituit, & ista est eorum, centuplicatio, qui seminant in tali terra, qualis est Beata Virgo. *Idem ibidem.*

Terra plena per mansuetudinem, & iustitiam, & montuosa per summam excellentiam, & conuallosa per duplicem humilitatem. *Idem ibidem.*

Terra promissionis, Iudæis promissa, reddita Christianis. *Idem ibidem.*

Terra, quæ aperta est in Annunciatione; tunc enim aperuit aures ad audiendum verbum Angeli, cor ad credendum, & consentiendum, os ad consensum exprimendum, & orandum, vt fieret, quod ei promittebatur. *Idem de Beat. Virg. par. 8. contemplat. 7.*

Terra, quam solus Deus inhabitauit, solus eam incoluit, & ipsius filium fructificauit, vt de ea dicatur Psalm. 66. Terra dedit fructum suum. Bene enim dicitur suum, quia nec terra alia digna extitit portare talem fructum, nec talis fructus terræ alij competebat, ideo dicitur fructum suum, id est sibi congruum, quia soli Virgini congruebat parere, Deum & soli Deo Matrem habere Virginem. Et sicut terra maledicta in opere Adam fructus dedit maledictionis, sic è conuerso Maria terra benedicta dedit fructum benedictionis. *Idem ibidem.*

Terra, quia licut fere quidquid viuit, viuit de terra, sic quidquid viuit per gratiam, viuit per Virginem Mariam, quæ genuit vitam. *Idem ibidem.*

Terra intacta permanens, & diuinis referta alimentis inuenta, & Manna incultum proferens, panem orationis, & fationis expertem. *Ioannes Geometra ferm. in Annuciat. sanctissimæ Dei Genitricis.*

Terra benedicta in opere Redemptionis, quæ remissionem peccatorum, fructumque vitæ parturit vniuersis, & filijs Adæ præiudicium originalis dissoluit. *Guarricus Abbas ser. 2. de Annuncia. Beatæ M.*

Terra benedicta. *Idem ibidem.*

Terra inculta, & optimo fructu referta. *Id. ibid.*

Terra non viro, sed Domino aperta. *Id. ibid.*

Terra nostra dans fructum benedictum. *Id. ibid.*

Terra

Terra omnino intacta, nec foſſa, nec ſeminata, de ſolo Cæli rore Saluatorem germinans, & mortalibus panem Angelorum alimoniam vitæ æternæ miniſtrans. *Idem ibidem.*

Terra cæleſtis ferax lactis, & mellis, ex qua veritas orta tollit errorum dogma. *D. Petr. Dam. Carminibus de Aſſumpt. Beatæ M.*

Terra cæleſtis, quæ dedit fructum ſuum. *Idem orat. ad Deum Filium.*

Terra viuentium, ad quam debemus intentis ſemper amoris greſſibus feſtiuare. *Idem lib. 7. Epiſtolarum, Epiſtola 19.*

Terra benedicta, in qua cantatur canticum, quod in terra aliena cantari non eſt licitum. *D. Anſelm. in Pſalterio Beatæ V. p. 7. 3.*

Terra benedicta, ſanctificans myſteria, cuius ſacra fœcunditas Dei Patris eſt veritas. *Idem in Pſalterio B. Virg. par. 2.*

Terra, quæ dedit fructum Deo. *Idem ibidem.*

Terra virginea, in cuius medio Deus ſalutis eſt myſteria operatus in filio. *Idem ibidem.*

Terra incorrupta, cui benedixit Dominus. *D. Bruno Carthuſian. ad Pſalm. 101.*

Terra, de qua dicitur Pſalm. 84. Benedixiſti Domine terram tuam, ex qua benedictione, id eſt à Deo ingenita fructuoſitate, captiuitas Iacob accerſitur. *Guibertus Abbas in lib. de laud. Beatæ Mariæ cap. 8.*

Terra iuxtà librum ſapientiæ cap. 19. poſita in immenſæ caſtitatis arido, quæ tunc fuit aperta Iſai 45. cum Benedicta Virgo verbis angelicis fœliciſſimi animi ſinus obedienter pandit. *Idem ibidem.*

Terra ſanctiſſima, quæ dedit fructum ſuum. *Goſfridus Abbas ſerm. 4. in Natiuit. Domini.*

Terra benedicta, in gratia ſecundi hominis, & beata in gloria Dei Patris. *Hugo de S. Victore lib. 2. Erudit. Theol. ex Miſcellan. 2. tit. 1.*

Terra, cuius fructus ſublimis. *Idem lib. 4. de proprietatibus, & Epithetis rerum cap. 2. D. Bernard. ſer. 2. in Purific. B. M. & Albert. Mag. ſerm. in Dominica Sexageſima.*

Terra, de qua altare carnis Chriſti factum eſt: Altare facietis mihi de terra. Exod. 20. *Hugo de S. Victore lib. 3. Allegoriar. in Exod. cap. 2.*

Terra, de qua dicitur: Cecidit ſemen in terram bonam. *Idem lib. 4. de Proprietatibus, & Epithetis rerum cap. 2.*

Terra, de qua eductus eſt verus panis. *Id. ibid.*

Terra, de qua formatus eſt verus Adam. *Idem ibidem.*

Terra fluens lacte, & melle. *Idem lib. 4. de Proprietatibus, & Epithetis rerum cap. 2.*

Terra noſtra, dans fructum ſuum. Chriſtum Filium ſuum proferendo. *Idem lib. 2. Erudition. Theologic. ex Miſcellan. 2. tit. 1.*

Terra, quæ germinauit Saluatorem. *Idem lib. 4. de propriet. & Epithet. rerum cap. 2.*

Terra, quam Dominus benedixit. *Idem ibidem.*

Terra Virgo, de qua diuina operatione, Verbum creditur incarnatum. *Idem lib. 1. Allegoriarum in Geneſ. cap. 7.*

Terra animata, & ſenſibilis, de qua formatus eſt ſecundus homo. *Rupert. Abbas lib. 11. de Vict. Verbi Dei cap. 26.*

Terra animata, ſenſibilis, rationalis, & quod optimum eſt fidelis. & propter fidem Spiritus ſancti. & ſeminis Dei perceptibilis. *Idem lib. 1. de operibus Spiritus ſancti cap. 11.*

Terra benedicta, ex qua fons ille aſcendit, qui apud Deum erat, & vera lux eſt, ſicut ſcriptum eſt, quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, ad irrigandam ſuperficiem terræ, ad inſtruendam, ſiue excolendam Eccleſiam per vniuerſum orbem terræ. *Idem lib. 4. Commentar. in Cant. Canticor.*

Terra Domini à Domino benedicta. *Idem lib. 1. de operibus Spiritus ſancti cap. 11.*

Terra non morientium, ſiue mortuorum morte peccati, qua omnes in Adam mortui ſunt; terra viuentium, de qua Chriſtus ſine manibus abſciſſus eſt. *Idem in lib. 2. Commentarior. in Iſaiam cap. 19.*

Terra noſtra, terra virginea, de qua promittentem audiuimus Spiritum ſanctum: Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum. *Idem lib. 2. Comment. in Leuit. c. 37.*

Terra virginea per ſanctum viuificata Spiritum. *Idem lib. 2. Comment. in Iſaiam cap. 19.*

Terra benedicta, omnium gentium proferens benedictionem. *D. Bernard. in Tract. de Paſſione Domini cap. 1.*

Terra, de qua ſcriptum eſt; Aperiatur terra, & germinet Saluatorem: aperta quippe fuit per fidem credens, & obediens Angelo, germinauitque virem ſalutarem Saluatorem noſtrum, æternæ vitæ præmia largientem. *Idem in Tract. de Paſſione Domini cap. 1.*

Terra, de qua ſcriptum eſt: Terram non operabatur quiſquam, ſed irrigabatur à fonte aſcendente de Paradiſo; terra quippe hæc non accepit operationem humanam, vt conciperetur in ea Filius Dei, ſed aqua Spiritus ſancti irrigata fuit. *Idem ibidem.*

Terra, in qua per conceptionem plantata eſt ſupercæleſtis vitis, Filius Patris. *Idem ibidem.*

Terra promiſſionis lacte, & melle manans. *Idem ſerm. 3. ſuper Salue Regina.*

Terra vere beata, imò beatiſſima. *Idem in Tract. de Paſſione Domini. cap. 6.*

Terra vere benedicta, quę Deo dante benignitatem, benedictum fructum protulit. *Idem in Tract. de Paſſione Domini cap. 1.*

Terra, cui benedixit Dominus, de qua Pſalmiſta ait; Deus enim noſter ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terræ. *Petr. Com. in ſer. de Conceptione Beatæ Virg.*

Terra, de qua fructus ille ſublimis erupit, qui cibat angelos in cęlo, & dat vitam mundo. *Idem ibidem.*

Terra incorrupta, in primo homine formata, & ſanctificata in Noe ad poſteritatem ſeruata, denique ab Anna cæleſti beneficio ſuſcepta. *Idem in ſerm. de laud. Sanctiſs. V.*

Terra

Terra ab omni vitiorum exactione, & inquietudine liberrima. *Richard. à S. Vict. lib. 2. de Emanuele cap. 28.*

Terra beata, quæ fructum germinauit, quando Saluatorem genuit. *Idem Annotat. in Pſal. 71.*

Terra, de qua bella omnia finetenus auferuntur. *Idem lib. 2. de Emanuele cap. 29.*

Terra, de qua lux radiauit. *Idem Expoſitione in Cantic. Canticorum cap. 39.*

Terra, de qua omnis pugna tollitur. *Idem lib. 2. de Emanuele cap. 29.*

Terra, in qua inuentus eſt lapis ille, ſine manibus excisus, qui creuit in monté magnum, & impleuit vniuerſam ſuperficiem terræ. *Idem Annotat. in Pſalm. 71.*

Terra, in qua pax alma reparatur. *Idem lib. 2. de Emanuele cap. 29.*

Terra, in qua ſecundum Moyſis ſententiam naſcitur aurum optimum, & inuenitur Bdellium, & lapis Onychinus. *Idem Annotat. in Pſalm. 71.*

Terra, de qua Dominus panem eduxit, cum Filium ſuum de ſacra Virgine natum prædicari fecit, vt ſic vinum lætificet cor hominis, id eſt Euangelica prædicatio de mœrore peccati ad ſpem veniæ nos reformet, & exhilaret faciem in oleo, id eſt quem promiſit ab antiquis per Spiritum ſanctum impleat, & confirmet, & panis cor hominis confirmet, id eſt corpus Chriſti dignè ſumptum ad tollerantiam paſſionum corda noſtra, corroboret. *Serlo Abbas ſerm. 1. de Aſſumpt. Beatæ V.*

Terra ſancta. *Petrus Abbas Cellenſis in lib. de Panibus cap. 21. & Robert. Bellarmin. Conc. in Feſto Annunciat. Beatæ V.*

Terra orientalis, de qua Chriſtus oriri dignatus eſt. *Philipp. Abbas Tom. 1. Moralitatum in Cantic. Canticorum.*

Terra benedicta ſanctificata ab vtero impregnata à Spiritu ſancto, omni maledictione carens, ſaluo pudore concipiens, ſine dolore pariens, ſine timore moriens. *Helinand. Ciſtercienſ. ſer. 1. de Natiuit. Dom.*

Terra exorabilis, id eſt orari digna, & exorari facilis. *Idem ibidem.*

Terra fertilis, eximios, ac multiplices afferens fructus. *Idem ibidem.*

Terra, in qua Beati viuentes, qui plantati ſunt, famem, & inopiam deinceps non paſſuri, beatiores autem, qui de hac terra fecundati ſunt, & in eius poſſeſſionem iam miſſi nullas deinceps calumnias, vel hominum, vel dæmonum audituri. *Idem ibidem.*

Terra promiſſionis lacte, & melle manans, id eſt promiſſum nobis Saluatorem generans humanitate lacteum, & vita cæleſtem, innocentia candidum, indulgentia dulcem, miſericordia copioſum, iuſtitia inſignem, humilitate paruulum, poteſtate ſublimem paruum in præſepio infantulum, & amabilem nimis, magnum in cælis, & laudabilem nimis. *Idem ibidem.*

Terra, quæ venientem ſuper ſe bibens imbrem Spiritus ſancti pluuiam voluntariam, quam ſegregauit Deus hæreditati ſuæ omni benedictione ſpirituali repleta eſt in cæleſtibus in Chriſto, & irrigata tanquam Paradiſus Dei, de quo produxit nobis Deus omne lignum pulchrum viſu, & ad eſcendum ſuaue. *Idem ibidem.*

Terra viuentium, id eſt pœnitentium; Sicut enim peccatum, cum conſummatum fuerit generat mortem, ſic pœnitentia cum conſumata fuerit vitam reſtituit, nam in quacumque die peccator ingemuerit ſaluus erit. Et ſicut anima, quæ peccauerit ipſa morietur, ſic cum auerſus fuerit impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit iudicium, & iuſtitiam vita viuet, & non morietur, nolo inquit, mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. *Idem ibidem.*

Terra bona, munda, & benedicta, in qua Dei Filius per conceptionem mirabilem, atque ineffabilem ſeminatus eſt, non opere virili, ſed virtute Spiritus ſancti. *Cæſarius Ciſtercien. hom. in feſto Sanctorum Thomæ, & Vincentij.*

Terra per fœcunditatem. *Idem hom. 1. in Domin. prima Aduent.*

Terra, quæ herbam virentem produxit, quando Chriſtum in carne produxit. *Idem homil. in feſto Sanctorum Thomæ, & Vincentij.*

Terra bona, in quam cecidit ſemen non carnale, ſed ſpirituale, non culpæ, ſed gratiæ, non viri, ſed Verbi Dei, non corruptionis, ſed credulitatis. *Abſalon Abbas ſerm. 3. in Purificatione. Beatæ Virg.*

Terra, de qua fons aſcendit, quando ſplendor gloriæ, & fons vitæ Dei Filius, de qua ipſe naſci voluit. *Idem ſerm. 5. de Aduentu Domini.*

Terra nunquam maledicta. *S. Dominicus in Tractat. de Corpore Chriſti.*

Terra à Deo fundata ſuper ſtabilitatem ſuam, ſcilicet ſupra fidem, vel humilitatem. *Rich. à S. Laur. de laud. B. V. lib. 8.*

Terra alicubi plana per manſuetudinem, vel iuſtitiam, alicubi montuoſa per ſummam excellentiam, alicubi conualloſa per humilitatem. *Idem ibidem.*

Terra appenſa ſuper nihilum per humilitatem Iob 26. vera enim humilitas, quæ ſoli Deo innititur infra ſe non videt niſi nihilum, id eſt defectus proprios, & mundi vanitatem; vnde dicitur Thren. 3. Ego vir videns paupertatem meam, id eſt ideo virilis, quia cognoſcens meos defectus, ſicut terra, quę ideo firma, quia ſuper nihilum appenſa Ierem. 4. aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihil. *Idem ibidem.*

Terra Dei benedicta, de qua Pſalm. 48. Benedixiſti Domine terram tuam. Dicitur enim terra Dei, quia tota fuit Dei, eo quia eam ſolus Deus inhabitauit, ſolum eam excoluit, & ipſum ſolum ipſa fructificauit. *Idem ibid.*

Terra, de qua dictum eſt Gen. 2. quod homo

non erat, qui operaretur terram; nullus enim homo operatus eſt in terra virginis, de qua formatus eſt Chriſtus, qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem, id eſt, tanquam de limo terræ ſecundum homineꝫ. *Idem ibidem.*

Terra, de qua formatus eſt homo Gen. 2. ſcilicet nouus Adam. *Idem ibidem.*

Terra, de qua orta eſt veritas, ſcilicet humanæ carnis, quam ſibi Chriſtus vniuit, dante Deo benignitatem noſtræ Redemptionis. *Id. ibi.*

Terra deſerta invia, & inaquoſa, in qua Dominus in ſancto apparuit, vt videret, id eſt videri faceret, & cognoſci virtutem, & gloriam Virginis glorioſæ. *Idem ibidem.*

Terra deſiderabilis, vnde de ſeruis Mariæ dicitur Pſalm. 105. Pro nihilo, id eſt pro breui, & minimo ſeruitio, habuerunt terram deſiderabilem, id eſt Mariam. *Idem ibidem.*

Terra, ex qua naſcitur aurum optimum, id eſt caro Chriſti, quæ de ea nata eſt, & formata, & ibi inuenitur Bdellium, & lapis Onychinus, id eſt anima Chriſti, & Deitas; Bdellium enim ſecundum Plinium eſt arbor aromatica, & valde odorifera, & ſignat animam Chriſti, quæ totum mundum vniuerſis virtutum, & exemplorum odoribus reſperſit, lapis verò Onychinus, qui prerioſus eſt valdè, colore, candore, & humani vnguis ſimilitudinem exprimens, ſignat deitatem Chriſti, quæ cum ſit candor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula, ſplendor gloriæ, & figura Patris, nihilominus tamen ad humani vnguis ſimilitudinem humanæ carni, in incarnatione ſuperſedit, & ei perſonaliter inhæſit. *Idem ibidem.*

Terra fluens melle virginitatis, & lacte fœcunditatis, de qua legitur Num. 13. & 14. & de qua dicit locus de Iudæis Ezechiel. 20. Dedi eis terram fluentem lacte, & melle. *Idem ibid.*

Terra frumenti, Deuter. 8. quia nobis peperit Chriſtum, qui ſe dicit granum frumenti, Ioan. 12. *Idem ibidem.*

Terra Geracræ Gen. 28, in qua ſeminauit Iſaac, & inuenit illo anno centuplum; in qua qui ſeminauerint, expendentes ad honorem eius ſua temporalia, inuenient etiam ipſo anno, id eſt in præſenti vita multam retributionem, quæ notatur per centumplum; conuertit enim quoſdam ab errore viæ ſuæ, quoſdam pacificat Filio, quibuſdam dat gratiam continendi, quoſdam humiles, quoſdam largos, quoſdam miſericordes, quoſdam facit pacificos, quibuſdam largitur, veſtimenta virtutum, quoſdam propnetas, id eſt ſapientes conſtituit, ſicut dicitur ſapientiæ, & huiuſmodi, quæ ſunt centuplum eorum, quæ ſeminant in hac terra. *Idem ibidem.*

Terra Heuilat, in qua, & ex qua, & per quam Deum, & hominem habuimus. *Idem ibidem.*

Terra Heuilath, in qua natum eſt aurum optimum, nempè Chriſtus. Gen. 2. *Idem ibidem.*

Terra Heuilat, quod interpretatur dolens, vel parturiens; hæc enim conueniunt B. Virgini, reſpectu ad Filij paſſionem, quando doluit ſuper planctu ſuo. *Idem ibidem.*

Terra infima per ſummam, & profundam humilitatem, calcabilis per obedientiam, & ſitibunda per gratiæ deſiderium. *Idem ibidem.*

Terra noſtra, id eſt nobis data, cuius fructu redempti ſumus ab obligatione gehennæ, & abundanter viuere poſſumus in æternum. *Idem de laud. Virg. lib. 2.*

Terra noſtra, quæ dedit fructum ſuum. Pſal. 84. fuit enim Maria terra noſtra, quia ex dono Dei facta eſt noſtra, deditque fructum ſuum, id eſt ſibi congruum, quia ſoli Virgini congruebat patere Filium Dei, & ſoli Deo Matrem habere Virginem, vel dedit fructum ſuum, quia ſcilicet totum ſuum, non communem ſibi, & viro, quia formatum de ſola carne Virginis opere Spiritus ſancti. *Idem de laud. B. Virg. lib. 8.*

Terra Ordei Deuter. 8. quod eſt frigidæ naturę, & inde fit potus febricitãtibus ad caloris refrigerium; Maria enim infirmantibus per peccatum attulit medicinam Eccl. 38. *Idem ibid.*

Terra, quæ cadentes ſuſcipit, & ipſos adiuuat ad ſurgendum; de Maria enim dicitur Apoc. 12. & adiuuit terra, id eſt Maria, mulierem, id eſt animam fidelem; Ideo ſic oranda eſt iugiter: Succurre cadenti, ſurgere qui curat populo, alioquin niſi velimus ſurgere, non poteſt ipſa ſuccurrere; Manibus autem, id eſt bonis operibus factis ad honorem eius, & pedibus, id eſt deuotis affectibus, debemus nos prendere huic terræ, & humiliari ad eam, ſicut qui de ſe prendit terræ, inclinatur verſus terram, vt ſic reſurgere valeamus poſt caſum peccati, *Idem ibidem.*

Terra, quæ nobis interponitur, & abyſſo, qua ſubtracta ſicut Core, Dathan, & Abyron, Num. 16. ſtatim deſcendimus in infernum viuentes; ſubſtracto enim nobis adiutorio Mariæ, ſtatim labimur in peccatum, & inde in infernum. *Idem ibidem.*

Terra, quam debemus inhabitare per dilectionem veram, & iuge ſeruitium; Vnde Mariæ dicitur Pſalm. 86. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te, & hoc vt paſcamur in delicijs eius Pſalm. 36. Inhabita terram, & paſceris in diuitijs eius, vel delicijs, *Idem ibidem.*

Terra, quam Deus in propria perſona viſitauit Pſalm. 64. quando dictum eſt Mariæ: Dominus tecum. *Idem ibidem.*

Terra, quia diuerſis floribus, id eſt virtutibus picturata, & ornata, quia diuerſis herbarum medicinalium generibus veſtitur; nam ipſius humilitas exemplo medicinar ſuperbiam, paupertas, & largitas cupiditatem, & auaritiam, virginitas luxuriam, benignitas odium, & iram; & ſic de alijs. *idem ibidem,*

Terra, quia ſicut de terra flores oriuntur, & herbę aromaticę, ſpecies, & radices, ex quibus

bus conficiuntur medicinæ Eccleſ. 38. Altiſſimus creauit de terra medicinam, ita de Maria nata ſunt membra Saluatoris, quibus contritis in cruce ſanatum eſt genus humanum. *Idem ibidem.*

Terra, quia ſicut de terra tollitur aurum, & argentum, quo redimuntur captiui, Maria peperit illum, qui eſt redemptio animarum noſtrarum. *Idem ibidem.*

Terra, quia ſicut omne ædificium in terra fundatur, ſic quidquid boni facere volumus, in Maria fundare debemus per fidem incarnationis, cuius fuit miniſtra, & eorum quę ad ipſam pertinent. *Idem ibidem.*

Terra, quia ſicut terra inter cætera Elementa, ſola eſt immobilis, & ſolida, & nullum ædificium firmum eſt, niſi à terra habeat firmitatem, ſic Maria nunquam mota eſt per conſenſum peccati, imò in eius conſtantia nos labiles firmitatem accipimus per exempla eius, & orationes, ſine cuius auxilio impoſſibile eſt eſſe firmum. *Idem ibidem.*

Terra riuorum aquarum, & fontium, in cuius campis, & montibus erumpunt fluuiorum Abyſſi Deuter. 8. per riuos enim aquas, fontes, & fluuios omnia figurantur bona, & charismata, gratiæ, & virtutis, quæ per Mariam habuit mundus. *Idem ibidem.*

Terra ſitiens, de qua Iſaię 53. Aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti. Terra enim ſitiens dicitur terra arida, & non complura, quæ licet exterius humorem non recipiat, vnde concipiat, & aliquam radicem pariat, quæ poſtmodum in arboré, vel herbam prodeat, tamen quandoq; à Deo operante, in ſe ipſa, & non aliunde radicem aliquam concipit, quę profilit in herbam, vel arborem: ſic Beata Virgo non accipiens humorem ab extrinſeco, vnde intus conciperet, operante in ſe diuina gratia concepit Filium ex ſe ipſa. *Idem ibidem.*

Terra benedicta, de qua formatus eſt ſecundus Adam. *D. Anton. de Padua ſerm. in Domin. 12. poſt Trinit.*

Terra benedicta, de qua natus eſt fons pietatis, & miſericordiæ. *Idem ſermon. in Dominica 2. Quadrageſ.*

Terra Virgo, de qua humanitatis Chriſti languncula aſſumpta eſt. *Idem ſerm. in Dom. 4. Aduentus.*

Terra, cuius flores ſunt decor, & odor gratiarum, virtutum, & operum. *Ioan. Hailg. in c. 2. Cantic. Canticorum.*

Terra, quæ illum fructum ſublimem produxit, de quo dixit Iſaias. Et fructus terræ ſublimis. *Idem ibidem.*

Terra benedicta, quæ non tantum fructum dedit, ſed quotidie peccatoribus remedium præſtat. *Hugo Carenſis in Pſalm. 84.*

Terra, in qua ædificia bonorum operum noſtrorum fundare debemus. *Idem in Pſalm. 66.*

Terra lactę, & melle manans, de qua fluxit, id eſt natus eſt Chriſtus, in quo eſt mel diuinitatis, & lac humanitatis. *Idem in Pſal. 66.*

Terra noſtra, quę dedit fructum ſuum. *Idem in Pſalm. 23.*

Terra, quę dedit fructum ſuum, id eſt Filium ſuum, & totum ſecum, quia non ex commixtione ſeminis natum, ſed tantum formatum opere Spiritus ſancti. *Idem in Pſal. 66.*

Terra per ſimilitudinem; ſicut enim vetus Adam de terra incorrupta, nullumque paſſa contagium formatus eſt, ſic terris terra Virgo nouum Adam procreauit. *D. Amadeus homil. 3. de laud. Sanctiſſ. Virg.*

Terra à Domino benedicta, quia ſicut in terra ſic concurſus, & multiplicatio omnium radiorum cęleſtium, ſic in ipſa omnia dona iuncta ſunt gratiarum. *D. Bonauent. in ſerm. 1. de Beata Virg. Maria.*

Terra à gloria Domini illuminata. Apocal. 18. *Idem in Speculo B. Virg. cap. 3.*

Terra benedicta propter benedictum fructum ventris ſui. *Idem in Speculo B. V. cap. 12.*

Terra, cuius latitudinem ſolus Deus dimenſus eſt. *Idem in ſpeculo B. Virg. cap. 5.*

Terra florida, quę in floridę vitę honeſtate floruit omnium virtutum venuſtate. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap. 10.*

Terra fructuoſa. *Idem in Pſalterio minori B. V. Quinquageſima ſecunda.*

Terra pleniſſima, cuius fructus, & poſſeſſiones ſunt opera, mores, exempla, & diuerſa merita ſanctiſſimę vitę ipſius. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap. 7.*

Terra pleniſſima, de qua habemus ſpiritualis vitę neceſſaria. *Idem ibidem.*

Terra, quę fructum illum nobis protulit, de quo Propheta: Terra dedit fructum ſuum. *Idem in ſpeculo B. V. cap. 5.*

Terra valde fructifera, ferens fructum panis, vini, olei, & mellis. Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; ipſe nobis namque eſt fructus panis confortantis contra defectum. Ipſe nobis eſt fructus vini ad profectum. Ipſe quoque nobis fructus eſt olei illuminatis intellectum. Ipſe inſuper nobis eſt fructus mellis, dulcorantis affectum. *Idem in ſpeculo Beatæ Virg. cap. 16. & vltimo.*

Terra Virgo. *Idem ibidem, & Robert. Bellarmin. Conc. in feſt. Annunc. B. V. M.*

Terra benedicta, de qua Altiſſimus, id eſt Deus Pater, medicinam fidelium, id eſt Ieſum Chriſtum ſecundum corpus creauit, & animam ſecundum Deitatem, quippe ſemper extitit increatus, & vere prudens qui fuerit, non abhorrebit hanc medicinam. *Albert. Magn. ſer. ſecundo in Aſſumpt. Beatæ Mariæ.*

Terra benedicta, in qua Sator æternus ſeminauit ſemen, id eſt Filium ſuum in Annunciat. Lucæ 8. *Idem ſerm. in Dom. Sexag.*

Terra, cui benedixit Dominus, & quæ iuxta Apoſtolum ad Heb. 6. accepit benedictionem à Domino. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc.*

Terra, cuius aurum optimum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.197.*

Terra,de qua Altiſſimus creauit medicinam. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.197. & D. Antonin. in ſumma par.4. tit.15. cap.19.*

Terra diuinum ferens fructum. *Albert. Magnus in Poſtillis ſuper cap.10. Luc.*

Terra faciens ſalutem. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſ.*

Terra germinans Saluatorem. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Prophet.Iſaiam, & Ægidius Columna ex Expoſit. in ſalut. Angelic.*

Terra fructificans. *Albert.Mag.in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſ.*

Terra Domini, & plenitudo eius Pſal.23. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 11. Lucæ.*

Terra gratia plena, quæ aperta per deuotionem,& conſenſum fidei ad verba Angeli germinauit Saluatorem totius mundi. *Idem ſer. 1. in Domin.4. poſt Epiphan.*

Terra, in qua Agricola Spiritus ſanctus expectat fructum pretioſum patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & ſerotinum Iſai. 5. temporaneum in conceptu, ſerotinum in crucis redemptione. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 11. Luc.*

Terra, in quam cecidit granum frumenti, id eſt Deus. *Idem ſerm.1.in Purificat. B.M.*

Terra, in qua vitis illa plantata eſt, quæ dicit: ego ſum vitis vera. *Idem in Poſtillis ſuper caput 1. Lucæ.*

Terra lacte, & melle manans, habens in vbere ſuæ pietatis vnde nutriat Chriſtum in gremio, & in cordibus fidelium mellito lacte cordis ſui, à quo vbera ſua dependent. *Idem in Poſtillis ſuper cap 11. Lucæ.*

Terra noſtra, de qua Iſai. 14. aperiatur terra, quæ aliter aperta non eſt, niſi quia omnia interiora eius occurrentia in conſenſum verbi angelici, peregrinum in terra, Dominum in gaudio ſuſceperunt. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Terra optima, non germinans ſpinas, & tribulos, ad colendum facillima fertiliſſima,quia propter Deum, & hominem Deuter.8. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Deuter.*

Terra optima, quam dedit nobis Deus, vt alamur, & ditemur, & laudemur. *Idem ibidem.*

Terra, quæ ad germinandum Saluatorem Spiritu ſancto viroratur Iſai. 45.Rorate Cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. *Idem in Poſtillis ſuper cap.11. Lucæ.*

Terra, quæ dedit fructum ſuum Pſalm.84. fructum ſcilicet, quo homines, & Angeli perfruuntur. *Idem ibidem.*

Terra ſacerdotalis, ſcilicet Patris,& Filij,& Spiritus ſancti, qua ſemper libera fuit, & eſt à conditione actualis peccati,tam venialis,quã mortalis. *Idem in Biblia Mariæ ſup.lib.Geneſ.*

Terra ſecundum figuram. *Idem ſuper Miſſus eſt capite 182.*

Terra alta per cœleſtium contemplationem temperata per diſcretionem, plena per humilem conſeruationem. *Iacob.de Voragine ſerm.1. de Annunciatione Beatæ Virg.*

Terra apta ad generandum. *Idem in Mariali ſermone 4. T.*

Terra bono ſemine ſeminata. dulcis, ſuauis, & fæcunda. *Idem ibidem.*

Terra fructifera. *Idem ſer.2. Sab.3.Hebdom.40. qui eſt de Virg.Excellentia, atque Conſtantia.*

Terra, in qua Chriſtus ſcripſit, quando eam omnibus donis, & virtutibus dotauit,& adornauit. Ioan. 2. *Idem ibidem.*

Terra, in qua tota Trinitas ſcripſit, Pater in ea ſcripſit ſuam potentiam, Filius ſuam ſapientiam, Spiritus ſanctus ſuam bonitatem,& miſericordiam. *Idem ibidem.*

Terra in ſuperficie, id eſt exterius, quondam deſpecta, ſed interius continens cœleſtem theſaurum, ſcilicet Dei Filium. *Idem in Mariali ſermone 3. T.*

Terra integra, & illibata. *Idem in Mariali ſermone 5. O.*

Terra interius venuſtata plantis, id eſt ornata venuſtata morum, interius ditata innumeris theſauris, id eſt virtutibus; in intimo plena tormentis (ibi enim infernus eſſe perhibetur) id eſt in eorde vulnerata doloribus tormentorum, iuxta illud; Tuam ipſius animam pertranſibit gladius Luc. 2. *Idem ſerm. 1. de Annunciatione Beatæ Virg.*

Terra multipliciter attrita in Filij paſſione.*Idem in Mariali ſerm. 3. T.*

Terra ob conſtantiam, & firmitatem in fide. *Idem ſerm. 2. pro Sab.3.Hebdom. Quadrag. qui eſt de Virg. Excellentia. atque conſtantia.*

Terra omnibus gratijs à Deo viſitata, amore Dei inebriata, & cunctis virtutibus locupletata. *Idem in Mariali ſer.3. T.*

Terra omnium elementorum, id eſt ſanctorum, infima per humilitatem, ſed præ omnibus ornata propter virtutum varietatem. *Id.ibid.*

Terra, quæ herbam virentem germinauit, quia Dei amore ſuper plena fuit. *Idem in Mar. ſermone 6. O.*

Terra, quæ rore Spiritus ſancti madefacta, genuit lilium Paradiſi. *Idem in Mar.ſer.3.R.*

Terra ſicca ab humore cupiditatis, frigida ab omni concupiſcentia carnalitatis, & diuinarum influentiarum maximè ſuſceptiua. *Idem ibidem.*

Terra, cui benedixit Dominus. *Egidius Columna ex Expoſitione in ſalutat. Angel.*

Terra in æternum ſtans, quia fidem immobiliter retinuit vſque ad finem vitæ. *Idem ibid.*

Terra, de qua legitur Pſalm. 48. Veritas de terra orta eſt. *Alan. Inſul ſer.de Adu.Dom.*

Terra inarabilis. *Idem ibidem.*

Terra melle manans,& lacte. *Idem ibidem. Ern. Prag. in Mariali cap.37.*

Terra promiſſionis. *Alan.de Inſul.de Adu. Dom. & Ern. Prag. in Mariali cap. 35.*

Terra

Terra ſubcœleſtis intrà quam viandum. *Alanus Inſul. ſerm. de Aduent. Domin.*

Terra tripliciter clauſa, & tripliciter aperta; clauſa ſigillo caſtitatis, circumſpectione mentis, caſtigatione carnis: tripliciter autem aperta, charitatis dilectione, carnis ſeparatione, quæ facta ſola eſt Spiritus ſancti operatione, & quaſi fide, quando ijs creditit, quæ Angelus ei prædixit, ſic aperta ſeparatione carnis, vt non amiſerit ſigillum virginitatis; ſic aperta dilatatione charitatis, vt non perdiderit circumſpectionem mentis; ſic aperta fide; vt nõ amiſerit caſtigationem carnis, atque ſic germinauit Saluatorem. *Idem ibidem.*

Terra bona, quæ vitæ ſpicam protulit, de qua Deus per figuram Moyſi in lege dixit: Introducam vos in terram bonam, in terram fluentem lac, & mel. *Matthæus Cantacuzen. in cap. 4. Cant. Cantic.*

Terra deſiderabilis, & ſancta. *Iacob Monach. orat. de Nat. B. Virg. Mariæ.*

Terra deſiderabilis, ac ſancta, per quam à ſpinarum maledictione liberata eſt, & protulit fructus benedictionis. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 2.*

Terra ſancta, ac deſiderabilis, ex qua veritas, & iuſtitia exortæ ſunt, in qua pedes inuoluncris contecti, cogitationes inquam dubietate, atque infidelitate cooperæ progredi prohibentur. *Idem in Mariali orat. 3.*

Terra, de qua dicitur Geneſ. 49. Iſacar, ideſt Dei Filius, vidit requiem, quod eſſet bona, ſcilicet, qua requieuit inter terminos, ſcilicet maior homine, & minor Patre in Tabernaculo Virginis, & terram, ideſt ipſam B. Virginem, quod eſſet optima, & verè optima, quia in corde bono, & optimo Verbum Dei ſuſcepit, & concepit, & fructum attulit, & trigeſimum, & ſexageſimum, & centeſimum. Habuit enim fructum fœcunditatis coniugalis, pietatis vidualis, & puritatis virginalis, & ideo ipſa ſola eſt benedicta non modo inter omnes mulieres, ſed etiam ſuper omnes mulieres. *Ern. Prag. in Mariali cap. 63.*

Terra non laboris, ſed amoris, quæ nullo ſuſcepto ſemine non reddit, ſed dedit nobis fructum ſuum Pſalm. 84. *Idem in Mariali cap. 63.*

Terra optima, pro cuius habendę auiditate ipſe Dei Filius factus eſt vir mercede, & tributis ſeruiens, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum peccata noſtra in corpore ſuo, ſuper lignum. *Idem ibidem.*

Terra orientalis Euilat, vbi naſcitur aurum. *Idē in Mariali cap. 40.*

Terra gloriosa. *D. Birgitta in ſerm. Angel. de Excellent. Virg. cap. 13.*

Terra fructifera, in qua ſeminatum fuit Verbum Vnigenitum Dei. *D. Catherina Sen. in Xl. ſuar. orat. quam orat. Romæ habuit in die Annunciat. B. Virg. Anno 1379.*

Terra per operis virorem. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. B. Virg. fructu 2.*

Terra, à qua veritas orta eſt, & propter quam de cœlo proſpexit iuſtitia. *Iſidor. Theſſalon. in orat. de Annunc. B. Virg.*

Terra, cuius ſtabiliſſima ſunt fundamenta, & non commouebuntur in ſęcula. *Idem ibidem.*

Terra, quæ verum edidit panem, & vinum lætificans hominis cor, quæ nimirum nobis ſunt noſter Ieſus. *Idem ibidem.*

Terra pullulans. *D. Laurent. Iuſtin. in lib. de Caſto connubio Verbi, & animæ cap. 9.*

Terra, in quam cecidit granum frumenti, Verbum ſcilicet Dei Patris per incarnationem. *D. Bernardin. Senenſ. Tom. 1. ſer. 32. qui eſt de Angelica ſalutatione.*

Terra noua, quæ rotantibus cœlis deſuper germinauit Saluatorem. Io. *Gerſon ſer. de Nat. V.*

Terra permanens, de qua veritas orta eſt, quæ manet in æternum. *Idem Tract. 5. ſuper Magnif.*

Terra virginalis abſque quacumque corruptione, de qua dicit Propheta. Benedixiſti Domine terram tuam. *Idem de Natiuit. Domini.*

Terra humillima, firmiſſima, & fructuoſiſſima, de qua veritas orta eſt. *D. Anton. in ſumma. part. 4. tit. 15. cap. 25.*

Terra, in cuius medio Deus operatus eſt noſtrã ſalutem. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 4. & Bernardin. de Buſtis ſerm. 3. de Natiuit. B. Virg.*

Terra per pronfundam humilitatem, de qua veritas orta eſt. *D. Anton. in ſum. p. 3. tit. 31. c. 3.*

Terra propter ſuam humilitatem ſummam, arida ab omni concupiſcentia. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 4.*

Terra, quæ in æternum ſterit firma in fide Eccl. 1. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 19.*

Terra, quæ ſegregata ab aquis diluuiatum, & populorum, dum paruula in templo præſentata, & à parentibus Deo dedicata fuit, germen cępit producere, herbas ſanctarum cogitationum, flores feruentium deſideriorum, fructus perfectarum operationum, quarum ſemen remanſit ſuper terram, ideſt exteriorum exemplorum, iuxta quod alij poſſunt fructificare per imitationem. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 4.*

Terra, quoad corpus terrenum, humile, & fructiferum. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 22.*

Terra virginalis, quæ aperta in ore ſuo per conſenſum cordis, corporis per vocalem verbum, dicens: Fiat mihi ſecundum verbum tuum: immediatè germinauit Saluatorem Chriſtum. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 8.*

Terra à Domino vilitata, & omnibus virtutibus ornata. *Bernard. de Buſtis ſer. 3. de Nat. B. Virg.*

Terra attrita in Chriſti paſſione per dolorem. *Idem ibidem.*

Terra benedicta, quam Deus omnium gratiarum profluuio irrigauit. *Idem ibidem.*

Terra bona ſemine ſeminata, fœcunda, & ad germinandum apta. *Idem ibidem.*

Terra boua, bono habens irriguum ſuperius, & inferius, quã Caleb, ideſt Deus dedit filiæ ſuę, ideſt Eccleſiæ, in dotem pro peculiari poſſeſſione Ioſ. 15. *Idem ibidem.*

Ter-

Terra eultiuata aratro Spiritus ſancti, & madefacta rore gratiæ. *Idem ſermon. 2. de Aſſumpt. B. Virg. Mariæ.*

Terra inculta, integra, & illibata. *Idem ſerm. 1. de Aſſimilat. B. Virg.*

Terra, in ſuperficie, ideſt exterius deſpecta, ſed intus continens cæleſtem theſaurum, ſcilicet Dei Filium. *Idem ſer. 3. de Nat. B. Virg.*

Terra, omnium elementorum, ideſt omnium Sanctorum infima per humilitatem, & præomnibus elementis, ideſt præ omnibus Sanctis magis ornata, per virtutum varietatem. *Idem ibidem.*

Terra optima, & fructifera, fluens lacte, & melle, quam promiſit Deus populo ſuo Exod. 3. *Idem ibidem*

Terra optima nobis à Deo data. *Idem ibidem.*

Terra puriſſima. *Idem ſer. 5. de Aſſimilat. B. M.*

Terra, quæ diuino rore madefacta, genuit Filiũ Paradiſi. *Idem ſer. 1. de Nominat. V. Mariæ.*

Terra, quæ germinauit herbam virentem Sanctarum cogitationum, & meditationum, & flores feruentium deſideriorum, fructus perfectarum operationum. *Idem ſer. 3. de Natiuitate B. Virg.*

Terra, quæ in æternum ſtetit, quia fidem ſemper ſeruauit. *Idem ibidem.*

Terra, quę peperit æternam, & ineffabilem Sapientiam Pſalm. 84. *Idem ibidem.*

Terra, quę Spiritus ſancti rore fęcundata generauit Filium ſuum. *Idem ſer. 5. de Nominat. M. V.*

Terra, quam Deus ſua habitatione illuſtrauit Iſai. 6. *Idem ſerm. 3. de Natiuit. Virg.*

Terra ſacerdotalis, à tributo originalis peccati immunis, de qua natus eſt ſummus Sacerdos, qui, & hoſtia pro nobis eſt immolatus, *Idem ſer. 4. de Aſſimilat. B. Virg.*

Terra ſapientia fundata Prou. 3. *Idem ſerm. 3. de Natiuit. B. Mariæ.*

Terra virginalis, cuius præparator, arator, ſeminator, & cultiuator fuit Spiritus ſanctus, vt naſceretur in ea fructus benedictus totius mundi. *Idem ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Virg.*

Terra virginalis, in qua flos omni ſuauitate fragrantiſſimus Ieſus Chriſtus, productus eſt, *Idem ibidem.*

Terra virginalis, quæ protulit fructum centeſimum. *Idem ſerm. 3. de Natiuit. B. Virg.*

Terra benedicta, quam Deus omnium gratiarum profluuio irrigauit, de qua intelligi poteſt illud ad Rom. 3. Terra ſæpe ſuperſe bibens imbrem, accepit benedictionem a Deo. *Maurit. de Villa probata ſer. 4. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Terra, in qua debemus operari per deuotionem Prou. 12. Qui operatur terram ſuam ſaturabitur panibus, ideſt conſolationibus ſpiritualibus. *Idem ibidem. & Bernard. de Buſtis ſerm. 3. Natiuit. B. Virg.*

Terra optima, quam dedit nobis Dominus Deus noſter. *Maurit. de Villap. ſermon. 4. Coronæ nouæ. B. Virg.*

Terra, quæ rore diuino madefacta genuit lilium Paradiſi. *Idem ſerm. 28. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ Virg.*

Terra, quam Deus ſua habitatione illuſtrauit, de qua Iſa. 6. dicitur: Et plena erat omnis terra maieſtate eius. *Idem ſerm. 4. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Terra, Spiritus ſancti rore fęcundata. *Idem ſer. 28. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Terra virginalis. *Idem Prologo in Coronam nouam Beatæ Mariæ.*

Terra argilloſa, quæ lilium ſuæ virginitatis in candore, & honore ſeruauit. *Philippus de Greue ſerm. 132. Pſalm. 66.*

Terra irrigua, & à Domino benedicta, mundo germinans Saluatorem. *Ioann. Picus lib. 1. in Cantic. cap. 6.*

Terra ſacroſancta, ab omni maledictionis opprobrio libera, de qua ſecundus Adam ille cæleſtis formatus eſt. *Idem lib. 1. in Cant. c. 7.*

Terra benedicta, & ab omni limo peccati mundata, non à limo, qui infuit, ſed qui infuiſſet, ſi præſeruata non fuiſſet, ita vt modus benedictionis huius terrę fuerit, non per ablationem limi, qui pro inſtanti, vel pro modico tempore infuit, ſed per præſeruationem, quia nunquam in hac terra limus fuit. *Petrus Bardus ſerm. 5. de Concept. B. Virg.*

Terra benedicta, ipſius Domini benedicentis; vnde eſt illud Prophetæ: Domini eſt terra. *Idem ibidem.*

Terra optima, cuius autem optimum, id eſt Chriſtus. *Idem ibidem.*

Terra optima, quia produxit fructum ſine humana induſtria, non ſolum trigeſimum, vel centeſimum, ſed fructũ infinitæ virtutis Chriſtum benedictum fructum ventris ſui. *Id. ibid.*

Perra promiſſa, de qua fluxit mel diuinitatis, & lac humanitatis, id eſt Chriſtus. *Idem ibid.*

Terra propter ſimilem fructificationem, quia ſicut terra (quæ eſt elementum) quando à bono, & induſtrioſo cultore, qui habet artem colendi terras, eſt bene, & debite eultiuata, irrigata, & ſeminata, fructum bonum producit, & copioſum; ita B. Virgo terra noſtra ab induſtrio cultore, quia omnium eſt Artifex eultiuata, aratro videlicet Spiritus ſancti, beuigne etiam irrigata rore diuinæ gratiæ, qua Angelo teſte plena fuit, bene etiam ſeminata triplici digniſſimo ſemine, nempe æteruo diuinitatis ętern̨, antiquo, nempe carnis Chriſti ex Adam ſuſcepte, & nouo, uempe animæ de nouo ereatæ, de his tribus ſeminibus produxit fructum valde bonum, cum quo venerunt nobis omnia bona, vel produxit ex his tribus ſeminibus panem valde dignum, panem viuum, qui ait, Ioan. 6. Ego ſum panis viuus. *Idem ibidem*

Terra propter ſimilem nutritionem; ſicut enim terra, (quæ eſt elementum, & mater, & nutrix vniuerſaliter omnium viuentium) nutrix dicitur nutriens corporaliter: ita B. Virgo eſt mater, & nutrix omnium ſpiritualiter. *Id. ibid.*

Ter-

Terra propter ſimilem ſuſceptionem, quia ſicut terra, (quæ eſt elementum) ſuſcipit omnes cadentes, ne deſcendant in abyſſum, quia eſt elementum firmum, & ſtabile, ita B. Virgo ſuſcipit omnes peccatores de ſtatu gratiæ in peccatum cadentes, ne vltra in abyſſale baratrum deſcendant deſperationis. *Idem ibid.*

Terra mellea, tota redundans dulcedine, quæ cultores ſuos mira reficit dulcedine, mira dulcedine potat, mira dulcedine paſcit. *Dionyſ.Fab. Tract.1.de Conceptione B.Virg.*

Terra promiſſionis lactea, & mellea tota redundans dulcedine. *Idem ibidem.*

Terra ſalutifera germinans lignum vitæ æternæ. *Idem ibidem.*

Terra ſublimis, cuius fructus ſuauis, ſapidus, & ſalubris. *Idem ibidem.*

Terra virginea benedicta, quæ in ſuo partu fructum ſalutiferum germinauit; genuit enim mundi Redemptorem, Saluatorem, & ſplendorem gloriæ Dei Patris, & figuram ſubſtantiæ eius, & nihilominus noſtræ humanitati vnitum caput glorioſum. *Idem ibidem.*

Terra viuentium. *Idem ibidem.*

Terra benedicta, fructum beatiſſimum proferens. *Ludou.Bloſius in Endologia 2. ad B.Virg.*

Terra conſeruata, ac deſignata à Deo ad opus incarnationis, iam inde ab æternitate. *Robert. Bellarm.Conc.in feſto Annunciat.B.V.M.*

TERROR Dæmonum, ac ſuperborum. *D. Bonauent. in Canticis Pſalterij B.Virg.*

Terror Diaboli. *Dion.Fab.in Tract.de Conc.B.V.*

Terror Dæmonum. *Io.Trithem.lib.1.de Miraculis B.Virg.in Vrticeto cap.6. & Mauritius de Villaprobata ſerm.12. Coronæ nouæ B. M.*

TESTA, quæ Deo figulo in nullo contradixit. *Philippus Abbas lib.1.in Cantic.Canticor.c.18.*

TESTAMENTVM Altiſſimi. *Hugo Carenſis in in cap.24.Eccleſ.Bernard.de Aſſumpt.ſerm.2. de Aſſimilat.Beatæ Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſerm.19. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

TESTIMONIVM confitenti, & obedienti. *Ern. Prag. in Mariali cap. 39.*

TESTIS Reſurrectionis Filij ſui. *D.Hieronymus in Epiſtola, ſiue ſerm. de Aſſumptione B. Mariæ Virg. ad Paulam, & Euſtochium.*

Teſtis luculenta ineffabilis in Chriſto diuinitatis; Virgo enim pariens teſtatum orbi fecit ipſum eſſe verum Deum, verumque Dei Filium, eiuſdem cũ Patre naturę ſubſtantę, cũ ab illis in quorum oculos incurrebat homo tantum noſtri ſimilis, fuerit habitus. *S. Sophronius orat. in Chriſti Natalitia.*

Teſtis valde idonea propter Euangelium Dilecti. *Rupert.Abb.lib.5.Comment. in Cant.Canticor.*

Teſtis in Cęlo fidelis, coram Filio ſuo; vnde dicunt, qui volunt abſolui: Confiteor Deo, & Beatæ Mariæ, quaſi diceret confitens: Volo quod ipſa ſciat confeſſionem meam, ad teſtificandum pro me coram Deo, quod ante mortem confeſſus fui peccata mea; debemus autem vere confiteri, & habere cauſam bonam, quia fidelis teſtis eſt, & pro nobis non mentietur, ſicut Prou. 14. *Rich.à S.Laurent.de laud. Virg. lib. 2.*

Teſtis in Cęlo fidelis; ipſam enim orat ibi pro peccatoribus, & teſtatur, quod Filius Dei pro eis factus eſt homo, oſtendens Filio pectus, & vbera. *Idem de laud. Beatæ Virg.lib.10.*

Teſtis in Cęlo fidelis; ibi enim teſtatur, & allegat pro nobis. *Hugo Carenſis in Pſalm.80.*

Teſtis in Cęlo fidelis; orat enim ibi pro peccatoribus, & teſtatur, quod Filius Dei pro eis factus eſt homo. *Idem in Pſalmum 88.*

Teſtis fidelis, in quantum dicit veritatem coram Deo pro iuſtis, & peccatoribus. *Iacob. de Voragine in Mariali ſerm.9. L.*

Teſtis in Cęlo fidelis. *Ern. Prag. in Mariali c.14. Bernard. de Buſt. ſerm.2. de Aſſimilat. B. Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſerm. 14. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Teſtis Diuinitatis Chriſti fideliſſima. *Io. Trithem. lib. 1. de Miraculis B.V. in Vrticeto cap. 6.*

Teſtis quia cauſas abſoluit. *Maurit.de Villaprobata ſerm.14. Coronæ nouæ B.Mariæ.*

THALAMVS Dei immaculatus. *Melito Sardenſis in libello de Tranſitu Virginis.*

Thalamus Humanitatis Chriſti, dilecto Cubiculario, Ioanni ſcilicet à Domino commendatus. *D.Cyprian.in ſerm.de Paſſione Dom.*

Thalamus ſanctimoniæ, quem Spiritus ſanctus honorauit. *Idem in ſerm. de Natiuitat.Chriſti.*

Thalamus purus Dominicæ ſecundum carnem Natiuitatis. *D. Gregor. Thaumaturgus ſerm.3. in Annunciatione B. Mariæ Virg.*

Thalamus Sponſo puriſſimo dignus. *Idem ibidem.*

Thalamus Dei. *D.Epiphan.in ſerm.de laud.SS.V. D.Anſelm.in Pſalt.B.V. par.1.D.Bernar.in ſer. 3.ſuper Salue Regina, & Maurit.de Villaprobata ſerm.6. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Thalamus, ex quo Chriſtus proceſſit ſponſus. *D.Epiphan.in ſerm.de laud.SS.V.& D.Auguſt. ſerm.17. de Natiuitate Domini, qui eſt 22.de tempore.*

Thalamus virgineus, habens Filium Dei, Deum ſponſum Chriſtum. *D.Epiphan. in ſerm.de laud Sanctiſs. Virg.*

Thalamus ſanctiſſimus, de quo Chriſtus ſponſus proceſſit in orbem. *Philo Epiſcopus Carpathiorum in Comment.ſuper Cantic.Canticorum.*

Thalamus Chriſti. *S.Ambroſ. ſerm. de Communem. Conf. Pontific.*

Thalamus cæleſtis Sponſi. *D.Cyrill. Hieroſolym. in orat.de Occur.Domini.D. Auguſt. ſerm.20. de Natiuit.Domini, & 24. de tempore. D.Bernar. in ſerm.de B. M. cuius initium Aue Maria, & Philipp. Abbas lib.2.in Cant.Canticor.cap.7.*

Thalamus purus, ex quo puriſſimus puritatis Doctor proceſſit. *S.Cyrill.Hieroſol.Cathech.12*

Thalamus Sponſi. *D.Hieronym.in alia Epiſtola, ſiue ſerm.de Aſſumptione B.M.Virg.Tom.9.S.Odilo in ſerm.de Aſſumpt.B.V. Hugo de S.Victore lib.4. de Proprict.& Epith.rerum cap.2.Petrus*

*Abbas*

*Abbas Cellenſ. in lib. de Pent. cap. 21. Abſalon Abbat ſerm. 3. in Purificat. B. Virg.*

Thalamus virgineus. *D. Baſilius Seleuc. orat. in Annunc. Deipar. S. Ia. Damaſc. orat. 2. de Natiu. B. M. Leo Imperat. in orat. de Annunc. B. V. & Gnarric. Abbas ſerm. 5. de Purific. B. V.*

Thalamus dignus Sponſo puriſſimo à Gabriele Archangelo præparatus. *S. Ioan. Chryſoſt. orat. de Annunciat. Beatæ Virg.*

Thalamus incarnationis diuinæ. *Idem ibid.*

Thalamus Domini, quia in ipſa, tanquam in ſponſali thalamo, Deus Verbum inhabitans, peregit myſterium. *S. Proclus in orat. 5. quæ eſt de laud. Beatæ Virg.*

Thalamus, in quo Verbum humanam carnem ſibi deſponſauit. *Idem in orat. 1. de laud. SS. V.*

Thalamus ſecundi Adami. *Idem in orat. 2. quæ eſt de Incarnat. Domini in B. Virg.*

Thalamus Domini animatus, qui inter confuſos ſpinarum aceruos, ad fulgentis lilij modum efflоruit. *S. Sabbaitu Menæis Græcorum die 25. Iunij.*

Thalamus animatus Domini Dei. *Andr. Cretenſ. Can. in Conceptione Beatæ Virg.*

Thalamus Cherubicus. *Idem Can. 5. in Partum B. V. & Iacob. Monach. in Mariali orat. 6.*

Thalamus eęleſtis, quę Deum portauit, ac ſine mutatione ex ſe incarnatum peperit. *Andreas Cretenſ. in Iriod. Maior. Hebdom.*

Thalamus diuinus. *Idem in Cant. de Annunc. B. V.*

Thalamus, in quo Chriſtus humanam ſibi naturam deſponſauit. *Idem orat. 1. in Annunciatione Beatæ Virg.*

Thalamus ſuperadmirabilis illius, qui ſibi copulauit humanam naturam. *Idem Can. in Dominic. Palmar.*

Thalamus, ex quo Sol iuſtitiæ proceſſit: Chriſtus. *Anaſtaſ. Synaita lib. 4. Anagog. Contemplatione in Hexameron.*

Thalamus Regis, in quo admirandum, illud myſterium vnionis, naturarum in Chriſto inexplicabili modo inter ſe coeuntium fuit abſolutum. *Sergius Relatus à Canſio lib. 1. de Deipara cap. 11. & à Coccio Tom. 1. pag. 307. in orat. de Natiuitate Virg.*

Thalamus admirabilis, de quo ſpecioſus forma prodijt ſponſus. *D. Hildephonſ. ſerm. 7. de Aſſumptione Beatæ Mariæ.*

Thalamus admirabilis Dei, quia de vtero eius incarnatus Deus, proceſſit velut ſponſus, in ea relicto perennis virginitatis decore, & manſuro. *Idem in lib. de Virginit. S. Mariæ c. 3.*

Thalamus, per quem patuit nobis aditus ad regium ſponſarum cubiculum. *Georg. Nicomed. in orat. 3. de Concept. Deiparæ.*

Thalamus animatus Regis cælorum. *S. Ioan. Damaſcen. in orat. 4. Natiuit. Beatæ V.*

Thalamus artificio Dei conſtructus. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Martij.*

Thalamus Dei electus, conſortes faciens thalami cæleſtis eos, qui illum ſingulariter cum effectu venerantur. *Idem in Paracl. B. V.*

Thalamus à Deo conſtitutus. *S. Ioan. Damaſcen. Can. in Annunciatione Deiparæ.*

Thalamus Dei animatus. *Idem in Can. in S. Simeon. Sty. & S. Ioſeph. Hymnog. in Mariali.*

Thalamus immortalitatis. *S. Io. Damaſc. Can. in Annunc. Deip. & in Menæis Græc. die 24. Martij*

Thalamus diuinæ Verbi humanitatis. *Idem orat. 3. de Aſſumptione Beatæ Virg.*

Thalamus lumine micans, ex quo vniuerſorum Dominus, tanquam ſponſus proceſſit Ieſus Chriſtus. *Idem in Canticis Græcorum ſono 1.*

Thalamus nuptialis virginitatis, præclaris dotibus extructus ei, qui in Canticis ait; Introiui in hortum meum ſoror mea ſponſa, de cuius eum carne commercio illi ſubnectit: Egredimini, & videte Regem Salomonem in corona, qua coronauit eum mater ſua in die deſponſationis eius, & in die lætitiæ cordis eius. *Idem orat. 4. de Natiuit. B. V. M.*

Thalamus Spiritus. *Idem orat. 1. de Nat. B. V.*

Thalamus impollutus indiuiduæ Trinitatis. *Io. Eubens orat. in Concept. S. Dei Genitricis.*

Thalamus Deo ſtructus. *Theophanes Niceu. Hymno in Annunciat. Sanctiſs. Deiparæ.*

Thalamus Chriſti luciferus, in quo ille requieſcens noſtros abſtulit labores. *S. Ioſeph hymnog. in Mariali.*

Thalamus Dei impollutus. *Idem ibidem.*

Thalamus Dei inconcaminatus. *Idem ibidem.*

Thalamus Dei indiſſolubilis, nos thalami ſpiritualis faciens habitatores. *Idem ibidem.*

Thalamus Dei intellectualis. *Idem ibidem.*

Thalamus Dei lucidiſſimus. *Idem ibidem. & Iacob. Monachus in Mariali orat. 5.*

Thalamus Dei Verbi, in quo idem Verbum propter ſummam bonitatem ſuam incarnatum requieuit. *S. Ioſeph Hymnog. in Mariali.*

Thalamus Dei vndequaque luce corruſcans. *Idem ibidem.*

Thalamus diuina gratia coruſcans. *Idem ibid.*

Thalamus electus Domini Regis, faciens nos cæleſtis thalami conſortes, diuina protectione ſua. *Idem ibidem.*

Thalamus luce plenus illius, qui immaculatum eius vterum habitauit. *Idem ibidem.*

Thalamus totus lucidus. *Idem ibidem.*

Thalamus vnicæ pulchritudinis. *Idem ibidem.*

Thalamus admirabilis ratione eorum, quæ facta ſunt in eo; ibi enim facta eſt illa beatiſſima copula diuinæ naturæ, & humanæ, factus eſt Leo agnus, Deus homo, æternus temporalis, antiquus dierum, puer verbum infans, immortalis mortalis, immenſus paruulus, Creator Creatura. *Idiota de B. V. p. 14. Cont. 31*

Thalamus aromaticus, quia repletus omnibus aromaticis ſpeciebus, id eſt donis, & virtutibus, vt toti Trinitati eſſet odoriferus. *Id. ibid.*

Thalamus clauſus, & munitus tam fortiter, quod Leo rugiens ei nocere non potuit, nec vnam quidem rimulam inuenire potuit qua poſſet introſpicere ſubtilis aſtutia inimici. *Idem ibidem.*

Tha-

Thalamus mundus Virginitatis decore adornatus virtutibus diuersis, quietus, quia nihil ibi fuit contradictionis inter carnem, & spiritum, nihil rebellionis inter rationem, & sensualitatem. *Idem ibidem.*

Thalamus pulchrè dispositus, in quo sunt duo parietes se se è regione respicientes, scilicet virginitas, & maternitas. *Idem ibidem.*

Thalamus, qui est locus nuptiarum, quia in vtero eius virginali, Dei Filius humanę naturæ tanquam sponsus, sponsæ absque fæditate, & immundiria copulatus est. *Idem ibid.*

Thalamus, qui habuit profundum humilitatis, longum fidei, altum spei, & latum charitatis, habuit etiam ostium ab oriente, per quod ingressus est verus oriens, qui nos visitauit ex alto, fuit clausus ab Aquilone, à quo panditur omne malum, quia nihil coinquinatum, aut nociuum in eam potuit intrare, fuit grandis ad suscipiendum eum, qui replet cælum, & terram, fuit excelsus, quia ab omni terrenitate remotissimus, & cęlo propinquissimus, multoque decore venustus. *Idem ibidem.*

Thalamus Dilecti, & Vnigeniti. *Leo Imperator in orat. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Thalamus egregie ornatus. *Idem in orat. de Assumptione Beatæ Virg.*

Thalamus honestissimus. *Idem ibidem.*

Thalamus Vnigeniti Dei. *Idem in orat. de Annunciatione Beatæ Virg.*

Thalamus regius Trinitatis, in quo omnes sunt bonorum thesauri, sapientiæ opes, fortitudinis vires, recti consilij prudentia, sermonum dona, sceptrum principatus, opum largitio, dignitatum excellentia, omnis artium facilitas, coniugiorum, ac liberorum fælicitas, loquelę lepos, decor, & sanitas, pulchritudo, & robur. *Ioan. Geometra serm. in Annunciatione Sanctiss. Dei Genitricis.*

Thalamus Sponsi incarnati. *Guarric. Abbas ser. 1. de Assumptione Sanctę Mariæ.*

Thalamus, qui venientem ad nuptias sanctę Ecclesiæ suscepit Sponsum. *D. Petrus Dam. ser. 2. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*

Thalamus virginalis, de quo egressus est flos virgineus. *Idem serm. de Natiuitate Saluatoris.*

Thalamus virginalis, quæ illum, qui peccatum non fecit, ignorante viro, terris effudit. *Idem serm. 1. de Natiuit. S. Ioan. Baptistæ.*

Thalamus Sponsi Ecclesiæ. *Franco Abbas lib. 8. de gratia Dei.*

Thalamus sanctitatis. *Rupert. Abbas lib. 3. de Diuin. Offic. cap. 11.*

Thalamus à sancta Trinitate decenter prærornatus, vt de eo sponsus præ filijs hominum speciosus ad publicum procederet. *D. Bern. in serm. de Beata Maria, cuius initium est Ane Maria.*

Thalamus virginalis. *Idem serm. 2. in Assumptione Beatæ Mariæ.*

Thalamus Regis nostri. *Petrus Blesensis serm. in Annunciatione Beatę Virg.*

Thalamus propter naturæ communionem, de quo Christus egressus est tanquam sponsus de thalamo suo. *Petrus Blef. serm. 38.*

Thalamus ad amplexus iucunditatem. *Petrus Abbas Cellensis in libro de Panibus cap. 21.*

Thalamus ad sobolem Christianorum. *Idem ibidem.*

Thalamus ad sponsum excipiendum. *Idem ibid.*

Thalamus, à quo noua processit progenies. *Idem ibidem.*

Thalamus à Spiritu sancto fæcundatus. *Id. ibid.*

Thalamus cum emissionibus. *Idem ibidem.*

Thalamus ineffabiliter concipiendo. *Idem ibid.*

Thalamus, in quo pubescimus. *Idem ibidem.*

Thalamus, in quo sponsus, id est Dei Filius, cum sponsa sua, humana scilicet natura, cubauit, & fruitus est capitis amplexibus, & cum ea factus est vna caro, vna anima, & vnus spiritus. *Idem ibidem.*

Thalamus virili contaminatione non corruptus, vel violatus. *Idem ibidem.*

Thalamus nuptialis, quem ille, qui à summo cælo à secreto sinu Patris egreditur, saluo figuo firmitatis clausum ingreditur, & inde in celebrato nuptiarum mysterio sponsus egreditur. *Philipp. Abbas lib. 5. in Cantic. Canticorum cap. 3.*

Thalamus aureus. *Theod. Laschus Imperator in Can. ad Sanctiss. Deipar.*

Thalamus cælestis. *Idem ibidem.*

Thalamus decentissimus. *Idem ibidem.*

Thalamus immaculatus. Regis omnium. *Idem ibidem.*

Thalamus clarissimus; non enim poterat non esse clarissimus, cum totum fontem luminis, totum solem iustitiæ inter se contineret. Ioſ. 10. Steteit sol, id est Christus, in medio cæli, id est virginalis vteri; Deus enim, qui se ipso vtquequaque repleuerat, lux est & tenebræ in eo non sunt. *Rich. à S. Laur. de laud. V. lib. 10.*

Thalamus clausus; illum enim clausit Dominus tam diligenter, vt draconem peruigilem omnino lateret, & Iconem rugientem longe à se excluderet, nec vnquam pateret rimula, qua posset introspicere subtilis astutia inimici, fuit etiam clausus humano intellectui, quia sicut dicitur Eccl. 24. infirmior illo Rege, scilicet nato de Dauid, non inuestigabit eum. *Idem ibidem.*

Thalamus cunctis bonis cumulatus; in thalamo enim solent custodienda reponi, cuius thalami vestiarium fuit vterus virginalis, in quo summus Pontifex induit vestes mundissimæ carnis. *Idem ibidem.*

Thalamus delicioſus; vnde, & dicitur delicijs affluens, & propter hoc etiam decantat Ecclesia Beatæ Mariæ: Speciosa facta es, & suauis in delicijs tuis. *Idem ibidem.*

Thalamus diues, quia in eo fuerunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi Coloſ. 2. propter hoc venter eius appellatur sacculus pecuniæ Prou. 7. *Idem ibidem.*

Thalamus excelſus, multoque decore venuſtus, quia ab omni terrenitate remotiſſimus, & cælo propinquiſſimus, & quia non eſt factum tale opus in vniuerſis Regnis cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. *Idem ibidem.*

Thalamus fortiter firmatus clauo clauo, & peſſulo; firmauit enim Thalamum hunc tota beata Trinitas, quia Patris potentia muniuit eum contra diaboli violentiam, ſapientia Filij contra diaboli fraudolentiam, bonitas Spiritus ſancti contra eiuſdem diaboli nequitiam. *Idem ibidem.*

Thalamus formis, & imaginibus decoratus, habuit enim quaſi imagines Angelorum per cõcordiam, omnimodam puritatem Patriarcharum per fidem, & ſpem Propherarum per ſcientiam de futuris, Apoſtolorum per zelũ, martyrium per patientiam, confeſſorum per temperantiam, virginum per humilitatem, omnium ſanctorum per iuſticiam, & omnimodam virtutem. *Idem ibidem.*

Thalamus fragrans, in quo ſingulæ virtutes, ſingulas reddebant fragrantias, propter quod de ipſa quærunt Angeli Cant. 3. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhę, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij, ratione autem tantæ fragrantiæ comparat ipſa ſeſe Eccl. 24. aromaticis arboribus, cedro, expreſſo, cynamomo, & eademque ratione comparatur domui ſatus Libani 3. Reg. 7. cuius pars inferior dicebatur pigmentaria, quia pigmenta regia continebat. *Idem ibidem.*

Thalamus grandis ad ſuſcipiendum illum, qui replet cęlum, & terram, Ierem. 23. & qui eſt Rex magnus ſuper omnes Deos Pſal. 94. Ideo ſignatus eſt per thronum grandem, quem ſibi fecit Rex Salomon. *Idem ibidem.*

Thalamus immaculatus; Vnde dicitur Mariæ Cant. 3. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Sap. 7. nihil inquinatum incurrit in illam Apoc. 21. non intrabit in eam aliquid coinquinans. *Idem ibidem.*

Thalamus mirabilis ratione eorum, quæ facta ſunt in eo; ibi enim in beatiſſima illa copula diuinę naturæ, & humanę factus eſt Ieo agnus, Deus homo, æternus temporalis, antiquus dierum puer, verbum infans, immortalis mortalis, immenſus paruulus, Ceator creatura, qui fecit hoc, quod factum eſt Ioan. 1. Verbum Caro factum eſt. *Idem ibidem.*

Thalamus nobilis, ex eo ſummè nobilitatus, quod ad hoc præparatus eſt, vt Filius ſummi Regis requieſceret ibi, qui dicit de eo: Hæc requies mea Pſalm, 131. *Idem ibidem.*

Thalamus pacificus, in quo nihil fuit contradictionis, aut rebellionis inter carnem, & ſpiritum, rationem, & ſenſualitatem, quod præſignatum fuerat in arca Noe, vbi omnia animalia pacifica. *Idem ibidem.*

Thalamus pulchre depictus, variiſque coloribus apte diſtinctus, eius enim pictor fuit Spiritus ſanctus, de quo dicitur Eccleſ. 38. A Tiduitas eius variat picturam; fuit autem diſtinctus candidulo virginitatis, viridi perpetuæ ſanctitatis, aureo pretioſiſſimæ charitatis, lazurino voluntariæ paupertatis, zaphirino cæleſtis conuerſationis, hyacinthino cõtemplationis, liliaceo innocentiſſimæ puritatis, roſeo verecundiæ virginalis, liuido compaſſionis, minio martyrij ſpiritualis, ſinoplide patientię ſingularis, croceo angelicæ aſſimilationis, nigredulo humilitatis, pallidulo mortificationis, birillo ſapientiæ cæleſtis, purpureo regiæ dignitatis, marmoreo varietatis omnium virtutum, gratiarum, & donorum. *Idem ibidem.*

Thalamus pulchre diſpoſitus, quia habuit duos parietes ſeſe è regione reſpicientes, ſcilicet virginitatem, & maternitatem, habuit profundum humilitatis, longum fidei, altum ſpei, & latum charitatis, cum oſtio ab oriente, per quod ingreſſus eſt verus oriens, qui nos viſitauit ex alto. *Idem ibidem.*

Thalamus redolens, quia continebat omnes aromaticas ſpecies, & vniuerſa prima vnguenti, & vniuerſum pulueré pigmentarij, velut ſpiritus ſãcti ſpecialiſſima apotheca, *Id. ib.*

Thalamus ſigillo ſignatus, ſignaculo virginitatis, quia ipſe erat ſecretum Domini, de quo ipſe prædixerat Iſai. 24. ſecretum meum mihi, bis autem dicitur, ſecretum meum mihi, quia à cogitationibus, & operibus Virginis, & interna pulchritudine virtutum ſuarum, gratiarum, & donorum, mediante ſigillo Virginitatis, excluſus eſt omnino Diabolus, ſicut per ſigillum à ſecretis excluduntur, qui non ſunt amici. *Idem ibidem.*

Thalamus, Spiritus ſancti opere conſtructus, in quo Dei Filius humanæ naturæ tanquam ſponſus ſponſę abſque fœditate, & immunditia copulatus eſt. *Idem ibidem.*

Thalamus, ſponſo cęleſti appropriatus; vade Pſalmiſta de Chriſto naſcente Pſalm. 18. Ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo, ideſt ſibi perpetuo, quia nullus alius eum inhabitauit. *Idem ibidem.*

Thalamus ſũme mirabilis, quia qui prius fecerat hunc thalamum, poſtea factus eſt in eodem Thalamo; Vnde Pſ. 88. Homo factus eſt in ea, & ipſe fundauit eã Altiſſimus, ideo exclamat Iſai. 66. Quis audiuit vnquam talę? *Idem ibid.*

Thalamus pietatis, & gratiæ. *D. Bonauen. in Canticis Pſalt. B Virg.*

Thalamus delitiarum Dei Deuteronom. 33. *Albertus Mag. in Biblia M. ſuper lib. Deuteron.*

Thalamus Filij Dei. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 2. Lucæ, & S. Thom. de Villanova in Conc. de Aſſumpt. B. Virg.*

Thalamus requiei, in quo nunquam Filius Dei per aliquod peccatum inquietatus fuit Eccl. 24. *Alb. Mag. in Biblia Mariæ ſuper lib. Eccleſ.*

Thalamus ſponſi æterni. *Idem in Poſtillis. ſuper cap. 1. Lucæ.*

Tha-

Thalamus pudoris. *Iacob de Vorag. in Mariali ſer. 7. M. & Alan. de Inſul. in Antic. laud. lib. 5.*

Thalamus ornatus, varioque opere excultus. *Iacob. Monach. de Natiuitat. B. Virg.*

Thalamus regalis. *Idem ibidem.*

Thalamus, ex quo pulcherrimus Sponſus progreſſus, vniuerſam terram diuinitatis radijs illuſtranit, & circumdedit fines orbis. *Idem in Mariali orat. 6.*

Thalamus intellectualis, ac ſupermundanus, in quo Creator ipſe ſibi carnis noſtræ graſſitiem deſponſauit, in quo diuinæ diſpoſitionis perficitur myſterium. *Idem ibidem.*

Thalamus intellectualis, atque honoratiſſimus, quæ myſtice, atque ineffabilis ingreſſus ſigno recepto, thalamum cum ipſo nuptialem inexcogitabili modo recepit, & manens incorrupta, grauida facta eſt de illo, qui in eadem habitauit. *Idem in Mariali orat. 5.*

Thalamus, luce caſtitatis perfuſus, quem oportebat caſtarum Virginum prælatis facibus illuminari, atque immaculatis ſpleudoribus irradiari. *Idem in Mariali orat. 3.*

Thalamus myſticus Deo præparatus. *Idem in Mariali orat. 5.*

Thalamus regalis Deo extructus. *Idem in Mariali orat. 4.*

Thalamus regius. *Idem in Mariali orat. 2.*

Thalamus varietate decoratus, ac Deo exhornatus. *Idem ibidem.*

Thalamus mirabilis, deſiderabilis, atque laudabilis, in pauimento, pariete, tecto, columnis, ac feneſtris; pauimentum voco ipſum corpus virginis, parietem animam, tectum ſpiritum, columnas affectus, ſiue virtutes motiuas, feneſtras apprehenſiuas. *Ero. Prag. in Mar. c. 97.*

Thalamus Chriſti complacentia ad ipſum. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. SS. V. fructu 8.*

Thalamus deuororum. *Idem lib. 1. de laud. Sanctiſs. Virg. fructu ſecundo.*

Thalamus nuptialis præditus innumerabilium ornamentis meritorum. *D. Laurent. Iuſtin. in libro de Caſto Connubio verbi, & Animæ c. 9.*

Thalamus puritate nitidus, moribus ornatus, & omni præditus ſanctitate, floribus aſperſus, virtutibus decoratus, fragrans caſtitatis odore, charitate feruens, virginitate redolens, pollens humilitate. *Idem ibidem.*

Thalamus Spiritus ſancti. *Dionyſ. Carthuſ. lib. 4. de Laud. Virg. art. 9.*

Thalamus veri Salomonis. *Idem lib. 1. de Præcat. Mariæ art. 9.*

Thalamus Chriſti pannis valde pretioſis virtutum adornatus. *Bernard. de Buſtis ſerm. 5. de Nominatione Mariæ.*

Thalamus diuinæ gloriæ. *Idem in ſua Mariali ſermone 6. de Conceptione Beatæ Mariæ.*

Thalamus diuinus, diuerſis floribus aſperſus, ſcilicet; roſa patientiæ, viola humilitatis profundæ, lilio puritatis, & munditiæ. *Idem ſerm. 5. de Nominat. Marie.*

Thalamus idoneus Imperatori cæleſti. *Idem in ſua Mariali ſerm. 8. de Concept. B. M.*

Thalamus Regis gloriæ. *Idem ſer. 12. de Annunc. B. M. Maurit. de Villaprobata ſerm. 25. Coronæ nouæ B. M. & Iacob. de Vorag. in Mar. ſer. 5. S.*

Thalamus amoroſus, decentiſſimo cultu, magnoque ſtudio compoſitus, vt commercium inciperet præſtolatæ redemptionis, & querulosa rixa, quæ inter Deum, & hominem, inter cælum, & terram noxie conſeuerat, metam acciperet. *Claud. Rapin. ſerm. 1. de Conceptione Beatæ Virg.*

Thalamus omnium virtutum, & gratiarum floribus adornatus, in quo coniunxit Deus ima ſummis, terrena cæleſtibus, humana diuinis, ſordes vitiorum abluendo, & virtutum germina ſeminando, ac legem dando delinquentibus in via. *Idem ſerm. 2. de Concept. B. Virg.*

Thalamus purus, & immaculatus, in quo diuinæ mentis conceptus, de conſeſſu Patris, ad tollerantiam paſſionis deſcenſurus, miro & incomprehenſibili modo, ſaluo integritatis virgineæ ſignaculo, conciperetur, omnium materiam acciperet, lateret in Virgine, tanquam ſol in ſydere, & velut artifex in opere fieret, & naſceretur. *Idem ibidem.*

Thalamus humilitatis. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 4. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Thalamus ſacratiſſimus, in quo diuina celebrata ſunt myſteria, ineffabiliſque Dei, & hominis effecta eſt vnio. *Dionyſ. in Tractat. 1. de Conceptione Beatæ Virg.*

Thalamus Spiritus ſancti, in quo Verbum Dei caro factum eſt. *Idem ibidem.*

Thalamus floridus Sponſi cæleſtis. *Ludouic. Blaſius in Endologia 3. ad B. Virginem.*

THAMAR in elegantia. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

THARE, prauitatis hæreticæ proſtratione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 4.*

THEATRVM tremendum, ardens, purumque, ſuaue, & terribile, ac effugiens oculos. *Ioan. Geometra in B. Virg. hymn. 3.*

THECA potens gladij bis acuti. *Venant. Fortun. Elegia in laudem S. Mariæ V. & Matris Domini*

Theca noua vnguenti, quod minimè exinanitur. *Andr. Cretenſ. orat. 3. de Dormit. B. V.*

Theca vitam ferens. *Idem ibidem.*

Theca myſtica, & vnguentaria, è qua ſuauiter halans vnguentum ebullijt. *S. Ioan. Damaſc. in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

Theca theſauri pretioſiſſimi, qui aſconditus eſt in Filio Dei. Coloſſen. 2. In ipſo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei abſconditi, *Albert. Magn. in poſtillis ſuper c. 11. Lucæ.*

THECVA, quæ vertit figuram Verbi, quando Verbum caro factum eſt, & impetrauit à Dauid Rege, id eſt à Deo Abſoloni, id eſt peccatori veniam. *Philippus de Greue ſerm. 275. in Pſalm. 120.*

THÆMAN, de qua ſcriptum Deus ait: Thæman veniet Abacuc 3. *S. German. Conſtan. ſerm. in Natiuitate Beatæ Virg.*

THEOTOCOS *D. Hieronym. in Epiſtola, ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg. ad Paulam, & Euſtochium.*

Theotocos ſola, ſic glorificara, vt Deum Dei Filium coeternum, & conſubſtantialem Patri generaret. Virgo ante partum, Virgo in partu, Virgo poſt partum. *Albinus Flaccus lib. 3. de Sanctiſs. Trinit. cap. 14.*

Theotocos, quia Deum veraciter genuit. *D. Petrus Dam. ſer. 1. de S. Io. Apoſt. & Protomartyre.*

Theotocos ſancta, quę martyres omnes eminentia ſuæ paſſionis ita traſcendit, vt Roſa alios flores rubedine præcellit; cum enim Dei Filium ex ſe genitum tam innocenter in Cruce torqueri vidit, maiorem prę omnibus martyribus cruciatum in animo ſuſtinuit. *Honorius Auguſtodun. in ſigillo Beatæ M.*

Theotocos ſancta, à Deo honorata; propter hoc nomen enim eius Dominus peccata reis dimittit; gratiam aridis infundit, & iuſtis gloriam promittit. *Albertus Magnus in Biblia Mariæ ſuper librum ſecundum Regnum.*

THERIACA contra omnia venena tentationum *Ern. Prag. in Mariali cap. 68.*

THESAVRARIA gratiarum, honorantibus ſe promittens gloriam. *Idiota in ſua Contemplatione de Virgine Maria.*

Theſauraria gratiarum Domini, donis ſpiritualibus ditans, copioſiſſime feruientes ſibi. *Richard. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. V. lib. 2.*

Theſauraria Ieſu Chriſti. *Albertus Magnus ſer. 2. in Natiuitate Beatæ Mariæ.*

Theſauraria Dei, cui Pater commiſit theſaurum ſuę potentię, Filius theſaurum ſuę ſapientię, & Spiritus ſanctus theſaurum ſuę miſericordiæ. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 5. T.*

Theſauraria Patris æterni. *Idem ſerm. 2. pro Sabbato 5. hebdom. Quadrag. qui eſt de B. V.*

Theſauraria ineffabilis ſupernaturalium myſteriorum, quæ vt in cæteris, ita in ſapientia vniuerſos mortales. *Iacob. Monach. in Mar. or. 6.*

Theſauraria gratię. *Ioannes Gerſon ſerm. de Conceptione B. Virg.*

Theſauraria Spiritus ſancti. *D. Bernard. Seneuſ. Tom. 1. ſerm. 52. qui eſt de ſalutat. Angel.*

Theſauraria Dei. *Idem ſermon. de Purificatione Beatæ Virg.*

Theſauraria Altiſſimi. *Bernardin. de Buſtis in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coronat. Beatæ M.*

Theſauraria bonorum cęleſtium. *Idem ſerm. 1. de Natiuitate Beatæ M.*

THESAVRVS cęleſtis. *Orig. hom. 1. in diuerſos.*

Theſaurus amoris Dei Patris. *S. Methodius in hom. in feſto Purificat. Beatæ V.*

Theſaurus diſpenſationis plane arcanus. *D. Epiphan. in ſerm. de laud. Beatæ V.*

Theſaurus Eccleſiæ ſtupendus, qui adeptus eſt ingens myſterium. *Idem ibidem.*

Theſaurus incontaminatus. *S. Ioan. Chryſoſt. orat. 3. de Annunciatione Beatæ V.*

Theſaurus impollutus virginitatis. *S. Proclus in orat. 1. de laud. Beatæ V.*

Theſaurus purus illibatę virginitatis. *Idem ibid.*

Theſaurus pretioſus, ſeu venerandus totius orbis. *D. Cyrillus homil. 6. Epheſi dicta contra Neſtorium.*

Theſaurus Arcanorum Dei iudiciorum à Deo abſignatus. *Andr. Cret. orat. 1. de Dorm. B. V.*

Theſaurus beneplacitorum Patris æterni. *Idem in Menæis Græcorum die 1. Auguſt. ode 8. de SS. Machabæis.*

Theſaurus incorruptionis intellectum ſuperantis. *Idem orat. 1. de Dormit.*

Theſaurus magnus ſalutis, in ipſis ſanctorum penetralibus depoſitus. *Idem orat. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Theſaurus myſterij ante ſęcula abſconditi. *Idem orat. 3. de Dormit. B. V.*

Theſaurus paternę ſuaveolentiæ. *Idem Cant. in Sabbatum ſanctum.*

Theſaurus Sacramenti à ſæculis abſonditi. *Idem orat. 3. de Dormit. Beatæ V.*

Theſaurus ſanctiſſimus omnis ſanctitatis. *Idem ibidem.*

Theſaurus vitæ à Deo ſignatus. *Idem Cant, in S. Georg. Martyr.*

Theſaurus vitę immortalis. *Idem orat. 1. in Annunciatione Beatæ V.*

Theſaurus vitæ noſtrę, eo quod luminis largitorem, & auctorem vitæ humanę peperit. *Idem Cant. in Natiuit. Beatæ V.*

Theſaurus locupletans. *Iſych. ſer. 2. de laud. SS. V.*

Theſaurus grandis totius orbis. *Anonym. in Menais Græcorum die 4. Iunij.*

Theſaurus ſalutis. *Idem in Euchology. ſeu Rituali Græcor. in Officio communis ſupplicationis. Richard. à S. Laur. in Mariali orat. 6. & 5. Ioan. Damaſc. in Parael. B. V.*

Theſaurus incontaminatus, immunis ab humanarum conſuetudinum contagio cuſtoditus. *Georgius Nycomed. orat. 2. de Præſentatione Beatæ Virg.*

Theſaurus noui Teſtamenti. *Idem in orat. de Exitu ſanctiſſimæ Dominæ Deiparentis, quando fuit oblata in Templo.*

Theſaurus ſacer, & inuiolabilis. *Idem orat. 3. de Præſentat. Beatæ V.*

Theſaurus integritatis. *S. German. Conſtant. orat. 1. in Præſentat. Beatæ V.*

Theſaurus obſtamentorum. *Idem orat. 2. in Dormitione Beatæ Virg.*

Theſaurus voluptatum. *Idem ibidem.*

Theſaurus bonorum, quamuis nulla auferre poſſit. *S. Ioan. Damaſcen. orat. 1. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Theſaurus inexhauſtus benedictionis. *Idem in Octoec. Græcorum.*

Theſaurus noſtræ reſurrectionis. *Idem ibidem.*

Theſaurus virginitatis. *Idem ibidem, & orat. 1. de Natiuitate Beatæ M.*

Theſaurus vitæ. *Idem in Octoec. Græcor. & orat. 2 de Aſſumpt. ſiue Dormit. B. M.*

Theſaurus diuinus. *Idem ibidem*

Theſaurus gratię inexhauſtus. *Id. in Parael. B. V.*

The-

Theſaurus inexhauſtus ipſius vitæ. *Idem orat. 1. de Aſſumptione Beatæ Virg.*

Theſaurus prætioſus, qui vitam ſuſcepit. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. ſiue Dormit. Beatæ M.*

Theſaurus ſanctitatis. *Idem orat. 1. de Aſſum. B. M.*

Theſaurus ſolis effulgentis. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

Theſaurus venerabilis, & ſacroſanctus, in quo ipſa diuinitas latuit. *Idem in Menais Græcorum die 24. Iunij.*

Theſaurus veræ ſapientiæ. *Idem orat. 1. de Aſſumptione Beatæ Mariæ.*

Theſaurus caſtitatis. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Theſaurus Domini. *Idiota in ſua Contemplatione. de Beata Virgine Maria.*

Theſaurus bonitatis. *S. Anſ. Luc. ſup. Salue Reg.*

Theſaurus Ioanni commendatus. *D. Bernard. in Lamentatione Beatæ Virg.*

Theſaurus Dei. *Idem ſer. 3. in Annunc. B. M.*

Theſaurus magnus. *Idem ibidem.*

Theſaurus, ad cuius cuſtodiam poſitus eſt Ioannes fidelis ædituus. *Arnold. Carnot. Tract. de illo Verbo Domini. Mulier ecce filius tuus.*

Theſaurus Domini, de quo dicitur Sapient. 8. Infinitus eſt theſaurus hominibus, quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei propter diſciplinæ dona commendati. *Richard. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. Virg. lib. 4.*

Theſaurus, quia ſi de theſauro confiditur; vnde Baruch. 3. qui argentum theſaurizant & aurum, in quo confidunt homines; de Maria dicitur Prouerb. vlt Confidit in ea cor viri ſui. *Idem ibidem.*

Theſaurus, quia ſi theſaurus eſt vbi diuerſarum opum diuitiæ, quaſi minutatim recludunt, vt quaſi ſinguli in vnum ibi cumulum reperiantur; in Maria, vt in Gazophilacio repoſuit Dominus omnia dona gratiarum, meritorum, virtutum, prærogatiuarum, donorum, & chariſmatum. *Idem ibidem.*

Theſaurus, quia ſi theſaurus occultatur, & clauditur, Mariam inuenit Angelus clauſam in thalamo non hærentem in platea. *Idem ibid.*

Theſaurus, quia ſi theſaurus poſſidet cor poſſeſſoris ſui; vnde Matth. 6. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt cor tuum, ſimiliter cor Domini ad Mariam, quæ eſt poſſeſſio eius actiuè, & paſſiuè. Paſſiuè: Dominus poſſedit me, actiuè: Poſſedi hominem per Deum. *Idem ibidem.*

Theſaurus, quia ſi theſaurus ſollicite cuſtoditur, de Maria dicit pſalmiſta Pſal. 90. Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te. *Idem ibid.*

Theſaurus bonus, de quo bonus homo, id eſt Chriſtus Deus, & homo profert bona, id eſt miſericordiæ, gratiæ, & gloriæ. Matth. 12. *Alb. Magn. in Biblia Mariæ ſup. Euang. Matth.*

Theſaurus Chriſti prætioſus. *Iacobus de Voragine ſerm. 1. de Aſſumptione Beatæ V.*

Theſaurus gratiæ. *Idem in Mariali ſerm. 7. M.*

Theſaurus à Deo vniuerſis rebus creatis in honore prælatus. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 5.*

Theſaurus arcanorum bonorum. *Idem in Mariali oratione 6.*

Theſaurus caſtitatis in humana natura latens. *Idem in Mariali orat. 4.*

Theſaurus honeſtiſſimus. *Idem ibidem.*

Theſaurus imperſcrutabilium virtutum. *Idem in Mariali orat. 6.*

Theſaurus inuiolabilis intra ſancta ſanctorum receptus, & conſeruatus. *Idem in Mar. orat. 4.*

Theſaurus myſteriorum, qui auferri non poſſunt. *Idem in Mariali orat. 6.*

Theſaurus nobis à Deo repoſitus. *Idem ibid. or. 3.*

Theſaurus prætioſiſſimus in nobis ipſis reponendus. *Idem ibidem orat. 6.*

Theſaurus ſermonum. *Idem ibidem orat. 5.*

Theſaurus occultus inexhauſtæ miſericordiæ Dei. *Henric. Suſo in cap. de Commendat. & Encomio illuſtriſſimæ Reginæ Cælorum, quod eſt 16. Dialogi ſap entiæ. & miniſtri eius.*

Theſaurus, cui pie, ac alacriter oculos ſuæ Maieſtatis infixit, qui poſtmodum in Euangelio ſuo, dixit: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & eſt cor tuum. *D. Birgitta in ſerm. Angelico de Excellentia Virg. cap. 10.*

Theſaurus, cui prope, fuit cor Dei. *Eadem ibid.*

Theſaurus Dei, ipſi ſuper omnia amabilis, cuius Gazophilacium fuit venerabilis Anna mater. *Eadem ibidem.*

Theſaurus, ex quo Angeli exultauerunt. *Ead. ibid.*

Theſaurus prætioſus. *Eadem ibidem.*

Theſaurus domorum diuinarum. *Eman. Pal. in orat. de Dormitione Virg.*

Theſaurus admirabilis. *S. Iſidor. Theſſalon. orat. de Aſſumptione Beatæ Mariæ V.*

Theſaurus magnus, & ſine labe. *Idem in orat. de Præſentatione Beatæ Virg.*

Theſaurus myſteriorum. *Idem or. de Annun. B. V.*

Theſaurus principalis æterni Patris. *D. Bernard. Senenſ. in ſerm. de S. Ioſeph.*

Theſaurus Domini, in quo fuit cor ipſius Domini; nam vbi eſt theſaurus, ibi & cor; fuit enim Dominus in B. Virginis intellectu per veram ſapientiam, in affectu per ardentiſſimam charitatem, in memoria per ſtabilem ſinceriſſimamque inhæſionem. *Dionyſ. Carthuſ. lib. 1. de Precatione Mariæ art. 10.*

Theſaurus indulgentiæ. *Ioan. Trithem. lib. 1. de Miraculis Beatæ V. in Vrticeto cap. 6.*

Theſaurus innocentiæ. *Idem lib. 3. de Miraculis Beat. V. in Vrticeto.*

THEVCHITES ſapiens, quæ pie pro Abſalone fratricida, & proteruo, id eſt pro genere humano aduocans patri ſuo Dauid recõciliauit. & ab exilio reuocauit, 2. Reg. 14. D. *Antonin. in ſumma tertia parte tit. 31. cap. 4.*

THIARA Pontificis, quę ſuper omnia ornamẽta ponebatur in fronte Pontificis, ex auro puriſſimo, in qua ſculptum erat ſanctum Domini Exod. 28. fuit enim tota aurea, tota diuina, ſuper omnia veſtimẽta ſuper 12. lapides, ſuper tunicam talarem, & rationale, & humerale in fronte Pontificis ſuper omnes

Apo-

Apoſtolos, Martyres, Doctores, Patriarchas, Prophetas, per veſtes illas deſignatos, locatur, ſicut ipſa ait; Ego in omni gente, & in omni populo primatum tenui, in qua opere cellario Spiritus ſancti, ſanctum illud Domini ſculptum eſt, de quo Angelus: quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt, ac propterea meritò omnibus ſanctis præponitur. *S. Thomas de Villanova in Conc. 1. de Nat. B.V.*

THRONA inter thronos. *Bernard de Buſtis in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coronat. B.M.*

THRONI in Dei corporali ſuſceptione. *Albert. Magnus ſuper Miſſus eſt cap. 193.*

THRONVS glorioſus. *S. Method. in hom. in feſto Purific.* B.V. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS. Dominæ noſtræ Deiparæ. quando fuit oblata in templo, & Iacob. Monach. in Mariali or. 4.*

Thronus intelligibilis, glorificatus, Deoque dignus. *S. Method. in hom. in feſto Purif.* B.V.

Thronus ſublimis, & eleuatus, ob gloriam illius, qui ipſum eſt fabricatus. Regi Domino Sabaoth palam inſtructus. *Idem ibidem.*

Thronus virginalis, coram quo, ſicut olim Danid ante faciem Arcę, choreas lxti ducere debemus. *Idem ibidem.*

Thronus virginalis, ſuper quo Dominus carne indutus, publicè prodiit, *Idem ibidem.*

Thronus cherubicus, in ſanctis ſpiritualibus regnis lucis ſplendore coruſcans. *D Gregor. Thaumat. orat. 2. in Annunc. B.M.V.*

Thronus Chriſti Pontificis, in Eccleſia ſpeluncæ Bethlemiticæ; Parua enim illa domus, in qua virgo peperit, Eccleſiæ figuram continebat, præſepe vero Altaris, Ioſeph ſacerdotis per vices munus ſuum exercentis, Paſtores Diaconorum, Angeli ſacerdotum, & Dominus Ieſus Pontificis formam in ſe gerebat, thronus autem Dei per Virginem Mariam figurabatur. *D. Athanaſ. ſerm. in deſcriptionem ſanctiſſimæ Deiparæ.*

Thronus cherubicus cruciformis, & cæleſtis. *D. Epiphan. in ſerm. de laud. Virg.*

Thronus diuinitatis. *Idem ibidem*, & D. *Ildephonſ ſerm. 3. de Aſſumpt. B.M.V.*

Thronus Creatoris noſtri glorioſiſſimus. *D. Ephrem. in ſerm. de laud. Beat. M.V.*

Thronus Dei. *D. Auguſt. in lib. de Aſſump.* B.M. V. *Tom. 9. Oper. eius. Venant. Fortunat. Elegia in laud. S. M.V. Iſych. ſer. 2. de laud.* V. *D. Petrus Dam. in Carmin. de Aſſump. B.M.* S. *Anſelm. in Meditat. B.V. D. Laur. Iuſt. in lib. de Caſto Connub. Verbi, & Animæ cap. 6. & Bernard. de Buſt. ſerm. 3. de Nominat. Mariæ.*

Thronus nuptialis. *D. Auguſt. ſerm. 17. de Natiu. Domini, qui eſt 21. de tempore.*

Thronus radijs ſolaribus irrigatus. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 30. Ianuarij.*

Thronus excelſus, & eleuatus, in quo ſedens Dominus Sabaoth, viſus eſt Prophetarum per ſpicaciſſimo Iſaię. *And. Cre. or. 1. de Dorm.* B.V

Thronus glorioſus, atque celſiſſimus. *Idem in magno Can.*

Thronus igniformis Regis Chriſti. *Idem Can. in diem Paraſceue.*

Thronus intelligibilis. *Idem in Can. de Annunciatione Beatæ Virg.*

Thronus Dei, in cuius vtero veniens ſapientia Dei Patris, Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. *Ildeph. ſer. 2. de Aſſ. B.M.V.*

Thronus forma ignea ſplendidus, in quo reſedit Ieſus, noſtrum omnium Dominus, & Rex vniuerſi. *Anonym. in Men. Græc. die 25. Ianuarij*

Thronus Regis excelſus. *Idem in Menæis Græcorum die 4. Ianuarij.*

Thronus cherubicus, vaſtiſſimus, igneus, excelſus, quæ Chriſtum Regem in ſinu geſtauit. *S. Germ. Conſtant. in Natiu.* B.V.

Thronus Dei baiulus. *Idem in ſuo Mar. frag. 15.*

Throus Dei ſanctus. *Idem orat. 1. de Præſen. B.V.*

Thronus excelſus, & eleuatus vniuerſorum Creatoris, ac Redemptoris. *Idem in ſuo Mariali fragm. 15.*

Thronus Pontificis Domini. *Idem in ſuo Mariali fragm. 1.*

Thronus cherubicus, cui Verbum ſine principio cum carne inſedit. *Coſmas Hieroſol. in Theogon. hymn. 13.*

Thronus continens Deum, lumini in occiduo, & & paci dominantem. *Idem ibidem.*

Thronus Dei, in quo habitauit is, qui in altiſſimis habitat, ex ea natus ſine viri experientia. *S. Io. Damaſc. in Octoec. Gręcorum.*

Thronus diuinus, & luciferus. *Idem ibidem.*

Thronus igneus. *Idem in Can. ſanctiſs. Deipar.*

Thronus igni formis Domini. *Idem Can. in SS. Apoſtol. Petr. & Paul. & Theod. Laſch: Imperator in Poema B.V.*

Theſaurus regius, iucundus, & omnibus creaturis eminentior. *S. Io. Damaſc. in Octoec. Grec.*

Thronus ſui Creatoris. *Idem ibidem.*

Thronus alte faſtigium tollens, in gloria animata ſedes Dei, in ſe ſeſſionem deſignans, intelligentibuſque ipſis virtutibus, potiorem Deo requiem præſtans. *Idem orat. 4. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Thronus cherubicus, portans illum, quem Angelorum acies intueri non poſſunt. *Idem in Paracl. Beatæ Virg.*

Thronus Dei inclytus. *Idem in Cant. Græc. ſono 1*

Thronus igneus Regis Chriſti. *Id. in Paracl. B.V*

Thronus Regnantis. *Idem in Paracl. B.V.*

Thronus igniformis. *Idem in Canticis Eccleſiaſticis Græcorum ſono 2.*

Thronus Dei Cherubicus. *Ioann. Eubeus orat. in Conceptione Dei genitricis.*

Thronus Emanuelis, omniumque Regis Chriſti. *Idem ibidem.*

Thronus incombuſtibilis. *Idem ibidem.*

Thronus multò mirabilior Cherubin. *Id. ibid.*

Thronus altiſſimus, in quo requieuit laudabilis Deus Patrum noſtrorum. *S. Ioſ. hym. in Mar.*

Thronus altiſſimus Chriſti; in ea enim cum ſolus ille requieniſſet, noſtros abſtulit labores, & futuram requiem dignis præparauit. *Id. ib.*

Thro-

Thronus cherubicus, ferens in vlnis ferentem omnia, qui propter nos carne noſtra circuũdatus, eſt, & cum eſſet ſimplex, duplex apparuit. *Idem ibidem.*

Thronus cherubicus, portans eum, qui continet, & portat vniuerſum. *Idem ibidem.*

Thronus altiſſimus, in quo ille ſedens ſecundum carnem, eos, qui in perditionis tenebris ſedebant, excitauit ad lucem ſcientiæ propter bonitatem ſuam. *Idem ibidem.*

Thronus diuinus, in quo Deus reſidens omnibus cæleſtem ſedem præparauit. *Idem ibidem.*

Thronus Dei, in quo ille ſedens incarnatus ab antiquo caſu homines erexit. *Idem ibidem.*

Thronus Domini eminens ſuper cherubinos, & rhronos in ſuprema Dei Regia collocatos. *Idem ibidem.*

Throuus Domini vniuerſorum. *Idem ibidem.*

Thronus eminentiſſimus Altiſſimi. *Idem ibidem.*

Thronus igneus geſtans illum, qui nutu geſtat vniuerſa. *Idem ibidem.*

Thronus igneus inuiolatus, ferẽs in vlnis Deum, qui humanam ſuſcepit naturam, & vnione ineffabili ob immenſam miſericordiam ſuam eidem copulatus eſt. *Idem ibidem.*

Thronus igneus, ipſis Cherubim ſublimior, ferens diuiniſſimum Verbum. *Idem ibidem.*

Thronus igneus Omnipotentis *Idem ibidem.*

Thronus igneus Regis, quo ille reſidens, omnes homines à primo lapſu erexit, & confeſſu Patris ſui honorauit. *Idem ibidem.*

Thronus igniformis, Creatorem portans. *Idem ibidem.*

Thronus igniformis Verbi Dei, in quo idem Verbum propter ſummam bonitatem ſuam incarnatum requieuit. *Idem ibidem.*

Thronus pretioſiſſimus, ac ſublimiſſimus Dei altiſſimi. *Idem ibidem.*

Thronus Regis altiſſimus, *Idem ibidem.*

Thronus Regis, in quo cum ille ſediſſet, ſedem cęleſtem fidelibus pręparauit. *Idem ibidem.*

Thronus Regis iucundus. *Idem ibidem.*

Thronus Regis vniuerſi, in qno cum conſediſſet ab antiquo caſu excitauit nos, & ad diuinum conſeſſum præparauit. *Idem ibidem.*

Thronus ſanctus in Sancta Sanctorum collocatus, & omnium Regi præparatus. *Idem ibid.*

Thronus gratiæ, quia plena gratię, ad quam nos miſerabiles peccatores accedemus, vt gratiam inueniamus in auxilio opportuno. *Idiota de B.V. par. 14. Contemplat. 30.*

Thronus, qui Regem Regum in carne per incarnationem humiliatum ſuſcepit. *Idem ibid.*

Thronus, quia ſicut thronus firmiter & aptè eſt compactus, ſic Beata Virgo indiſſolubili internarum virtutum concatenatione compacta fuit, quę connexæ mutuo ſe roborabãt. Hæ ſunt virginitas, ſimplicitas, ſollicitudo, & omnes Cardinales, ac Theologicę virtutes. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis, qui interpretatur pacificus, quia ille Rex pacificus nouem menſibus in ea requieuit, & qui incircũſcriptibilis erat ſecundum diuinitatem in ea ſedit, & circumſcriptus euaſit. *Idem ibidem.*

Thronus cherubicus, in quo requieuit Deus. *Leo Imperat. in or. de Purificat. B.V.*

Thronus diuiniſſimus. *Idem in or. de Aſſum. B.V.*

Thronus eius, qui nullo claudituꝛ tecto. *Ioann. Geometra ſerm. in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

Thronus ſummus, ſuperans non ſuper armos, ſed vtero geſtans viſceribuſque Deum. *Idem in Beat. Virg. hymn. 3.*

Thronus Dei regnantis. *Guarricus Abbas ſer. 1. de Aſſumptione.*

Thronus grandis, *Idem ſer. 3. de Annunc. B.V.*

Thronus Ieſu, de quo iudicia decernit, & per quem preces exaudit. *Idem ſer. 2. de Aſſ. B.M.*

Thronus regalis. *Idem ſerm. de Annunc. SS. Virg. & Iacob. Monach. in Mariali orat. 6.*

Thronus Regis coronati. *Guarric. Abbas ſer. 1. de Aſſumptione S. Mariæ.*

Thronus ille mirabilis, de quo in regnorum hiſtoria legitur in hæc verba: Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis. *D. Petrus Dam. ſer. 1 de Natiu. Beatæ Virg. Mariæ.*

Thronus deitatis, in quo Deus Maieſtatis dignatus eſt homo fieri. *S. Anſelm. in Pſalterio Beatæ Virg. parte prima.*

Thronus, quem fecit Salomon de ebore grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis 3. Reg. 10. Sapientia enim Dei Patris, primum iuxta Apoſtolum pacifica, thronum hunc ſibi fecit, dum ſedem in Virgine, qua nihil vnquã fuit caſtius ſibi poſuit; Elephas enim, cuius oſſa ſunt ebur, continentis, ac mundæ naturæ eſt; porrò grandem nimirum ex Filio; cælis, terræ, & inferis præſidentem, hunc auro fuluo nimis veſtiuit, cum eam non virtutum ſcintillis, vt alios, ſed ipſa ſubſtantialiter propria diuinitate interius, exteriuſque infercijt, qui habuit ſex gradus, & ſummitas throni rotunda fuit in parte poſteriori; ſex enim gradus ſunt, timor, & pietas, ſcientia, & fortitudo, conſilium, & intellectus, quibus peruenit ipſa ad eum, qui ſibi ſpecialiter præſedit, ſapientiam Chriſtum, ſummitas throni, ſingularis eminentia fuit Genitricis Dei, hæc rotunda fuit à parte poſterioris, quia humanis vſibus deſpicabilis, dum adiueret, quaſi fabri vxor, iam nunc, vbi ſolus Deus videt ſupparem quodammodo prodigijs ſe oſtendit omnipotentiæ Dei. *Guarricus Abbas in lib. de Laud. B.M.V. cap. 3.*

Throuus Salomonis *Hugo de S. Victore lib. 4. de Proprietatibus, & Epithetis rerum cap. 2. & Robert. Bellarm. in Conc. 1. de Natiu. B.V.*

Thronus eburneus Pacifici noſtri. *Petrus Bleſenſis ſer. 1. in Aſſumpt. B.V.M.*

Thronus Dei alij thronis ſcilicet diuinis ſpiritibus multa Deo familiaritate coniunctis longè coniunctior, cum ſit cum Filio Deo de carne vna. Hanc enim prærogatiuam dedit

Pater

Pater Filio, vt ſit ei conſubſtantialis, hanc prærogatiuam habet mater, vt ſit ei conſubſtantialis *Petrus Bleſenſ. ſerm. 33.*

Thronus Dei, ſed non thronus, de quo fulminat, de quo terribilis mortis ſententias, & decreta damnationis æternæ promulgat ſicut ſcriptum eſt. Apoc. 4. De throno Dei procedunt fulgura voces, & tonitrua, vt verbis ciuilibus vtar, ſed de quo Chriſtus iuriſdictionem exerçet pacificam; filius enim per præſentiam, per preces, & merita ſuæ matris largitur captiuis indulgentiam, clauſis aperitionem, cæcis illuminationem, laborantibus requiem, infirmantibus ſanitatem, indigentibus abundantiam, metuentibus ſecuritatem, inter amicos fidem, inter inimicos pacem, in dubijs certitudinem, in errore conſilium, in tribulatione ſolatium, in bello propugnaculum, in exilio refugium, in naufragio portũ, ignorantibus ſapientiam, humiliantibus exaltationem, pupillis, & viduis conſolationem, incipientibus, & proficientibus gratiam, perficientibus, & triumphantibus, gloriam, & coronam. *Idem ibidem.*

Thronus, in quo Deus requieuit. *Idem ſerm. 38*

Thronus propter iudiciariam poteſtatem, quia in ea ſedere decreuit, cui omne iudicium datum eſt, & qui iudicat fines terræ. *Idem ibid.*

Thronus Regis. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis de ebore, & auro puriſſimo, in cuius auro ſapientia, & dignitas, in ebore autem candor, & decor, planities, & fortitudo deſignatur, nam cum ſpecioſa facta ſit, & ſuauis de eius fortitudine ſcriptum eſt: Mulierem fortem, quis inuenier? *Idem ibidem.*

Thronus, ſuper quem requieſcit Spiritus Dei. *Idem ſerm. 33.*

Thronus Dei, de quo procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, quia Filij Ieſu Chriſti parabolas, ænigmata legalia, & mirifica geſta, dicta, opera, aridius ebibit, fidelius credidit, ſincerius, luculentiuſque alijs edidit. *D. Bernar. in ſerm. de B. M. cuius initium Aue Maria.*

Thronus, gratiæ ante quem procedere, & procidere debemus non ſolum illi præ mulieribus gloriam ſoluentes, ſed etiam reuerentiam, præ omni etiam angelica natura exhibentes. *Petrus Cellenſis ſer. 1. de Natiu. Dom.*

Thronus, de auro cæleſti, & ebore ſpirituali conſtitutus; ex auro ſcilicet diuinæ Maieſtatis, & ex ebore perpetuę virginitatis, quia, & diuinitas Filij Dei, cooperante Spiritu ſancto, in ea eſt ineffabiliter adumbrata, & virginitas eius permanet, & permanſit ei illibata. *Philippus Abbas Tom. 2. Moralit. in Cantic. Canticorum.*

Thronus ille, de quo Pſalmiſta dicit; Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi Pſalm. 44. *Idem ibidem.*

Thronus ille, non quem fecit Solomon Rex mortalis, filius ſcilicet Dauid Regis, ſed potius ille, quem elegit ab æterno, & prælegit ſibi ad habitandum Deus, Dei Filius videlicet, Rex immortalis. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis imperio præſidentis ſubiectus. *Idem lib. 1. in Cant. Cantic. cap. 18.*

Thronus eburneus per caſtitatem, & animi conſtantiam. *Helinandus Ciſterc. ſer. 2. in Nat. B. V*

Thronus grandis per charitatem perfectam. *Idem ibidem.*

Thronus per humilitatem, & innocentiam. *Idem ibidem.*

Thronus regius per fœcunditatem. *Id. ibid.*

Thronus Auguſtus Salomonis. *Cæſarius Ciſterc. hom. in Aſſumptione Beatæ M.*

Thronus, in quo ſolus Princeps Chriſtus ſecundum vaticinium Ezechielis ſedit. *Idem ibidem.*

Thronus deorſum clauſus, & ſurſum patulus, nam B. Virgo, delicijs, diuitijs, terrenis voluptatibus, & ſuperfluitatibus ſuper omnes puros homines clauſa fuit, & iugiter ſuſpirans ad cæleſtia, corde patulo hauriebat dona perfecta à Patre luminum deſcendentia. *Richard. à S. Laur. de laud. V. lib. 10.*

Thronus firmus, & aptè compactus; fuit enim B. Virgo indiſſolubili æternæ virtutum concatenatione compacta, quæ connexę mutuo ſe roborabant, nempe virginitas, ſimplicitas, ſolitudo, & omnes virtutes Cardinales, & Theologicæ. *Idem ibidem.*

Thronus gratiæ, ad quem accedere debemus dilectione, vigilia, affectione, cultu, deuotione, laude, oratione, vt miſericordiam conſequamur, id eſt remiſſionem peccatorum. *Idem ibidem.*

Thronus gratiæ, quia in ea ſedet, & regnat gratia, quæ plenum habet in Maria dominium; ibi enim inuenitur gratia, quam iugiter parit, & emittit in lucem, vnde & dicitur mater gratiæ, ibi inuenitur miſericordia, id eſt remiſſio peccatorum, ibi gratia, quæ parit & educat omne bonum, Vnde Sap. 16. dicitur Domino omnium, nutrici gratiæ tuæ deſeruiebant. *Idem ibidem*

Thronus portabilis, quia eius exemplum vbique diffundit. *Idem ibidem.*

Thronus, quem fecit ſibi Salomon Rex pacificus, id eſt Chriſtus, fecit enim hunc thronum pacificus, vt pacem faceret, quia mediante Filio hominis pacificati ſumus Deo patri, mediante etiam matre Dei veri pacifici, pacem apud Filium, quoties volumus poſſumus inuenire. *Idem ibidem.*

Thronus recipiens Regem à ſtatione ad ſeſſionem quaſi humiliatum, nam B. Virgo Regem æternum, qui cum in forma Dei eſſet exinaniuit ſemetipſum in carne humiliatum in incarnatione ſuſcepit; In ea enim Chriſtus formam ſerui aſſumpſit, in qua iudiciariam poteſtatem exercebit. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis, in quo ſunt quaſi duæ manus vna iuſtos continet ne corruant in profundum, alia qua peccatores erigit ad gratiam. *Idem ibidem.*

Thro-

Thronus Salomonis, in quo verus Pacificus corporaliter nouem mensibus sedit, & quieuit. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis vestitus auro fuluo nimis, id est decoratus sapientia, verecundia, obedientia, patientia, puritate, charitate, pretiositate, medicinalitate, & exemplorum fulgore, & singulis alijs virtutibus, quarum magna multitudo notatur in proprietatibus auri. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis, auro paupertatis vestitus. *D. Anton. de Pad. serm. in Dom. 5. post Trinit.*

Thronus Salomonis, cuius sedile aureum, scilicet humilitatem, tenuerunt duæ manus, id est vita actiua, & contemplatiua, & duo leones, id est Gabriel, & Ioannes Euangelista, vel Ioseph, & Ioannes iuxta contemplatiuam, & duodecim leuenli, & 12. Apostoli hinc & inde venerantes, & ei obsequentes. *Idem ibid.*

Thronus Salomonis, cuius summitas, rotunda in parte posteriori, quia charitas virginis, ob cuius meritum in posteriori parte; id est in æterna beatitudine summum tenet locum, sine, & principio caret. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis de ebore, quia candida innocentia, & frigida sine libidinis ardore fuit. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis, cuius tale opus non fuit in vniuersis Regnis, quia nec primam similem visa est, nec habere sequentem. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis eburneus. *Idem sermon. in Domin. 2. post Epiphan. & Albert. Magn. ser. 2. in Dedicat. Ecclesiæ.*

Thronus Salomonis, in quo sex gradus fuerunt verecundia, prudentia, modestia, constantia, humilitas. *S. Antonius de Pad. serm. in Dom. post Trinitat.*

Thronus Salomonis de ebore per munditiam, grandis per humilitatem. *Hugo Car. in Ps. 88.*

Thronus Salomonis ob candorem virginitatis eburneus, apud Deum grandis, & auro fuluo nimis vestitus, id est charitate eximia decoratus. *Idem in caput 1. Lucæ.*

Thronus veri Salomonis, id est Christi, qui in ea sicut in throno à statura diuinitatis se dimisit, vt sedens in ea carnem, & humanam naturam sumeret. *Idem in Psalm. 88.*

Thronus Filij Dei. *D. Bonauentura in Speculo Beatæ Virg. cap. 8.*

Thronus indeficiens. *Idem ibidem.*

Thronus in æternum. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis grandis omninò in gratia, & in gloria. *Idem in Speculo B. V. cap. 2.*

Thronus Sapphyreus, super firmamentum angelicum exaltatus. *Idem in Speculo Beatæ V. cap. 11.*

Thronus veri Salomonis. *Idem in Psalterio minori B. Virg. Quinquagena secunda, & Io. Trithem. lib. 1. de Miraculis Beatæ Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Thronus gratiæ. *Albertus Magnus sermone 2. in dedicat. Ecclesiæ.*

Thronus in Dei corporali receptione. *Idem in Biblia Mariæ super lib. 6. Apocalypsis.*

Thronus totius Trinitatis. *Idem in Biblia Mariæ super lib. 3. Regum.*

Thronus veri Salomonis, de ebore castitatis, puritatis, & innocentiæ, grandis in natura, in gratia, in gloria, in misericordia, in humilitate, in bonitate, in largitate, & in pulchritudine vestitus totaliter, regaliter plusquam omnis creatura pura, auro fuluo nimis, id est charitate suprema, imò, & ipso Deo 3. Reg. 10. *Idem ibidem.*

Thronus Christi, eburneus per virginitatem, aureus per charitatem, grandis per humilitatem 4. Reg. 10. *Iacobus de Voragine in Mariali sermone 6. T.*

Thronus Christi in iudicio. *Idem ibidem.*

Thronus Dei peccatoribus, qui sunt in mundo. *Idem ibidem.*

Thronus Dei, quia in ipsa Deus requieuit, de ebore, quia solida, & firma permansit, grandis, quia eius dignitas omnem dignitatem angelicam transcendit. *Idem in Mariali sermone 1. E.*

Thronus gloriæ beatis. *Idem ser. 7. de Assumptione Beatæ Virg.*

Thronus gratiæ, & misericordiæ. *Idem in Mariali serm. 6. T. & Maurit. de Villaprobata serm. 14. Coronæ nouæ Beatæ M.*

Thronus gratiæ iustis. *Iacobus de Voragine ser. 7. de Assumptione Beatæ Virg.*

Thronus misericordiæ peccatoribus. *Idem ibid.*

Thronus summi Regis. *Idem in Mariali ser. 6. T. & Bernard. de Busti ser. 3. de Assimil. B. M.*

Thronus Cherubicus. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B. V. & in Mariali orat. 2.*

Thronus summe regalis. *Idem orat. de Natiuit. Beatæ Virg.*

Thronus cælestis, in quo Dominus assidet, in quo naturas innouat, & res trasmutat. *Idem in Mariali orat. 6.*

Thronus igneus importabilis naturæ. *Idem in Mariali orat. 5.*

Thronus regalissimus. *Idem in Mariali serm. 2.*

Thronus eburneus 3. Reg. 10. ob castitatē; Ebur enim os est Elephantis, solidum valde, & candidum tantæ frigiditatis, vt panno inuolutum si superponitur ignis non sinat ipsum pannum exuri, in quo notatur aperte, quod tam sancta, tam solida fuit Beatę Virginis castitas, vt ipsam conseruaret illæsam, & eos qui ei adhærent, comburi igne libidinis non permittat. *Ern. Prag. in Mariali cap. 98.*

Thronus, à quo recipimus triplex beneficium, vt ait Apost. Heb. 4. nempè misericordiam, qua liberamur à peccato, gratiam qua perficimur in bono, auxilium, quo saluamur à peccato. *Idem ibidem.*

Tronus igneus Daniel 7. propter ignitum desiderium, quo incendebatur, anhelando post Filium. *Idem ibidem.*

Tronus luminosus sicut sol Psalm. 88. *Idem ibid.*

Thronus miſericordiæ peccatoribus, gratiæ iuſtis, gloriæ, beatis. *Idem in Mariali cap.* 148.

Thronus Salomonis, cui nulla anima par in Thronis; non enim omnes ſedes, in quibus Rex ſedet dicuntur Throni, ſed in quibus ſedet cum ornatu regali, ſimiliter licet omnis anima viri ſancti ſit ſpiritualiter ſedes Dei, tamen non omnes dicuntur Throni Dei, ſed ſpiritualiter, & ſingulariter, in qua ſedet Rex noſter, indutus ſtola purpurea, & in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis ſuæ; ideſt incarnationis Cant. 3. vnde nec ipſi throni cœleſtes in comparatione huius throni poſſunt proprijſſime dici throni, ſed magis tribunalia; quia in eis, & per eos Dominus ſuam ordinat, & exercet iuſtitiam. *Idem in Mariali cap.* 98.

Thronus Salomonis eburneus, propter caſtitatē, cuius ſcabellum humilitas, cuius ſedile manſuetudo, cuius duæ manus hinc, & inde, operatio ſancta, & oratio deuota, cuius ſummitas rotunda gloria, & ſublimitas æterna, vnde non fuit tale opus in vniuerſis Regnis, quia inter omnia opera Dei, & vniuerſas creaturas, Maria primum locum tenet, & ſummum. 3. Reg. 10. *Idem ibidem.*

Thronus ſapphyricus Ezech. 1. quia tota conuerſatio eius in cœlis fuit, in tantum, vt non modo noſtræ humanæ, ſed Angelicæ naturę puritatem, ac pulchritudinem ſuperaret, quod notatur aperte, cum dicitur, quod ſuper firmamentum, quod erat eminens capiti animalium, erat ſimilitudo throni, nam per animalia Sancti deſignantur, in quibus eſt natura humana, per firmamentum natura Angelica, in bono confirmata intelligitur. *Id. ib.*

Thronus Deo cohęrendo. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructi. 2.*

Thronus fiducię. *Idem lib. 1. de laud. SS. V. fructi. 8.*

Thronus gratię, de cuius plenitudine accipiunt vniuerſi, captiuus redemptionē, ęger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam, Angeli lętitiam, Filij perſona humanę carnis ſubſtantiam, denique Trinitas tota gloriam. *D. Laurent. Iuſtin. in ligno vitæ de ſpe cap.* 5.

Thronus ſapientiæ. *Idem in ſer. de Nat. B. V.*

Thronus Filij Dei, ſicut Sol fulgens, quantum ad gloriam animæ, & ſicut luna perfecta in æternum, quantum ad gloriam corporis ſine defectu. *D. Bern. Senen. Tom. 3. ſer. de Aſſump. V.*

Thronus, in quo ſedet, & requieſcit Dauid, manu fortis, & vultu deſiderabilis Ieſus Dei Filius. 2. Reg. 3. *Idem ibidem.*

Thronus iuſtitię. *Martin. de Magiſtris in Expoſitione ſuper Canticum Salue Regina.*

Thronus Dei, ad quem cum fiducia accedere debemus, vt miſericordiam, & gratiam conſequamur in tempore opportuno ad Hebr. 4. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 14.*

Thronus gratiæ Dei, ad quem cum fiducia adire debemus, vt miſericordiam conſequamur. *Idem in ſumma par. 4. tit. 7. cap. 2. §. 5.*

Thronus veri Salomonis, id eſt Chriſti, in quantum ſcilicet in ventre eius ſtetit, & in gremio eius paruulus ſedit. *Idem ibidem.*

Thronus verus Salomonis, qui detulit Deum de Cęlo, in mundum, & in mundo de loco ad locum. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. c. 44.*

Thronus Salomonis, id eſt Saluatoris, in quo fuit Deus mundum reconcilians ſibi, quoniam ipſa non ſolum portauit Vnigenitum Dei in ſua mente per fidem, charitatem, ac iugem memoriam, veneratione mque præcipuam, ſed etiam in ſuo inuiolabili vtero tulit eum ex ſe hominem factum. *Dionyſ. Carthuſ. in Cant. art.* 12.

Thronus Spiritus ſancti. *Idem lib. 4. de laud. Sanctiſſ. Virg. lib.* 9.

Thronus Dei ſapphyrinus. *Paulus de Heredia in Tract. de Conceptione Beatæ Virg.*

Thronus admirabilis. *Bernard. de Buſt. ſerm. 3. de Parturit. SS. Mariæ.*

Thronus altiſſimi, & clementiſſimi Principis. *Idem ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Thronus de ebore caſtitatis, & auro pretioſiſſimo innocentiæ, & charitatis. *Idem in ſuo Mariali ſerm. 8. de Concept. B. M.*

Thronus de ebore per virginitatem, de auro per feruentem charitatem, grandis per maximam humilitatem. *Idem ſerm. 3. de Aſſimilat. Beatæ Mariæ.*

Thronus diuinæ miſericordiæ. *Idem ſerm. 2. de Aſſimilat. Beatæ Mariæ, & Maurit. de Villaprobata ſerm. 19. Coronæ nonæ B. M.*

Thronus excelſus, ſuper quem ſedit vir, qui eſt Deus, & homo. *Bernard. de Buſt. in ſuo Mariali ſerm. 6. de Concept. B. V. M.*

Thronus gratiæ Dei. *Idem ſer. 7. de Annunc. M.*

Thronus innocens 2. Reg. 14. *Idem ſerm. 3. de Parturit. Beatæ Mariæ.*

Thronus miſericordiæ. *Idem ſerm. 3. de Aſsimilatione Beatæ Mariæ.*

Thronus Regis æterni. *Idem ſerm. 3. de Aſsimilatione Beatę Mariæ.*

Thronus terribilis contra Dęmones, eius deuotos impugnantes, de quo throno dicitur Apocal. 4. De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua. *Idem ſer. 3. de Nomio. M.*

Thronus veri Salomonis Chriſti. *Idem ſer. 3. de Aſsimilat. Beatæ Mariæ.*

Thronus Dei, quia ad modum ſedentis in ipſa ſe ſubmiſit, & humiliauit deitas. *Philipp. de Greue ſer. 190. in Pſalm. 88.*

Thronus Dei, quia ſi thronus eſt ſedes iudiciaria, Dei Filius de Virgine carnem aſſumpſit, & & in illa iudicabit mundum, & in iudicio apparebit. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis eburneus ob caſtitatem. *Idem ibidem.*

Thronus Chriſti, vbi Chriſtus iudicabit. *Maur. de Villaprobata ſer. 54. Coronæ nonę B. M.*

Thronus Chriſti, in quo myſticè fuerunt ea, quę in throno Salomonis. *Idem ibidem.*

Thro-

Thronus de ebore per virginitatem, & de auro per feruentem charitatem, & grandis per maximam humilitatem. *Idem ibidem.*

Thronus Dei, de quo Paulus ad Hebr. 4. adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in tempore opportuno. *Id. ibidem.*

Thronus eburneus gloriosus. *Idem serm. 14. Coronæ nonæ Beatæ Mariæ.*

Thronus eburneus, in quo Filius Dei sedit per incarnationem. *Idem ibidem.*

Thronus in cospectu Dei. *Idem in serm. 2. Coronæ nonæ Beatæ Mariæ.*

Thronus innocens 2. Reg. 14. quia immunis ab omni peccato. *Idem ser. 14. Coronę nonę* B. M.

Thronus, in quo Deus nouem mensibus spiritualiter, & corporaliter resedit. *Idem ibidem.*

Thronus, in quo sedens Christus Rex pacificus præbet se populo clementem, & benignum, ac præsto omnibus ad hunc thronum accedentibus dona largitur. *Idem ibidem.*

Thronus pulcherrimus. *Idem ibidem.*

Thronus, quia habet proprietates illorum Angelorum, qui throni dicuntur, id est maximam celsitudinem, Regis circumdationem, stabilem collocationem, Regis susceptionem, Regis declarationem, familiarem apertionem. *Idem ibidem.*

Thronus, quia iudicium continet. *Idem ibidem.*

Thronus Salomonis grandis, quia eius dignitas omnem angelicam dignitatem transcendit. *Idem serm. 22. Coronæ nonæ* B. *M.*

Thronus Salomonis, id est Christi, qui in eo nouem mensibus sedit, & eum omni pietate repleuit. *Idem ser. 3. Coronæ nonæ* B. *M.*

Thronus terribilis contra Dæmones, eius deuotos impugnantes, de quo dicitur Apoc. 4. De throno exeunt fulgura, & voces, & tonitrua. *Idem ibidem.*

Thronus ab Ezechiele visus, cuius aspectus lapidis sapphyri, super quem similitudo hominis; id est Dei Filius incarnatus, siue Messias Ezech. cap. 1. Dixit autem Ezechiel aspectum huius throni, vel solij, siue sedis esse similem sapphyro, vt non solum innueret inteneratę Virginis gloriam, sed ipsius quoque omnimodam puritatem. Quia sicut sapphyrus, licet ex elemento terretri opaco, & obscuro originem habeat, à sui tamen principio diaphanus, & clarus est, ita immaculata Mater Messiæ, & si à parentibus peccato obnoxijs prodierit, à sui tamen initio clarissima, & absque originali peccati macula fuit. *Petrus Gal. lib. 7. de Arcanis cap.* 18.

Thronus aureus veri Salomonis. *Eudonicus Illosius in Endologia P. ad Beatam V.*

THVRIBVLVM aureum, quod carbonem ignitum portauit. *S. Matthæus Apostolus in Lyturgia Æthiopum.*

Thuribulum aureum. *D. Ephrem in serm. de laud. Beatæ Virg.*

Thuribulum aureum, in cuius vtero ignis Verbum habitauit de Spiritu sancto. *Andr. Cret. Can. in Natiuitate Beatæ Virg.*

Thuribulum aureum, in quo Verbum, quod carnem assumpsit, bono odore impleuit orbem terræ, in quo combusta fuerunt crimina inobedientiæ, per quod liberatur aer à molestia inquinamentorum per quod bonus odor spiritus spirauit in homines. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS. D. nostræ Deiparentis, quando fuit oblata in Templo.*

Thuribulum reuera aureum, intelligibilium aromatum, in quo spiritale thymiama compositum, Christus ex diuinitate, & humanitate in Deitatis igne, diffudit odorem animatæ suę carnis inconfusè, inseparabiliter. *S. German. Constan. serm. in Natiu. B. V.*

Thuribulum aureum, carbone diuino refertum. cordis nostri fœtorem in suauem fragrantiam mutans. *S. Ioan. Damasc. in Menæis Græcorum die nona Martij.*

Thuribulum aureum, illo immateriali, & oculis hominum intollerabili carbone refertum, in quo conflagrauit rebellionis Adami Chirographum à Christo concerptum. *Idem in Menæis Græcorum die 27. Ianuarij.*

Thuribulum aureum, quod diuinum carbonem peperit, odoreque suo bono creaturam vniuersam repleuit. *Idem orat. 3. de Assumptione Beatæ Virginis.*

Thuribulum vas sensu aureum, diuinum intus carbonem ferens, ex qua suauis fragrantia spiritus corruptionis putorem mundo diffans efflatur. *Idem in orat. 4. de Natiuitate Beatę Virginis.*

Thuribulum aureum carbonis immaterialis, qui sustineri non potest, in quo combustum est chirographum confractum, & conscissum adamiticę inobediencię. *S. Ioan. Damasc. in Can. Sanctiss. Deiparæ.*

Thuribulum carboniferum Deum continens. *Idem ibidem.*

Thuribulum purissimum, quoniam vnus Trinitatis indiuisę Verbum Deus ex ea carne susceptа mundum suaui repleuit odore. *Idem in Octoec. Græcorum.*

Thuribulum aureum, passionum nostrarum fœtorem expellens *S. Ioseph hymn. in Mariali.*

Thuribulum spiritalis, vitalisque carbonis. *Idem ibidem.*

Thuribulum Spiritus sancti. *Idem ibidem.*

Thuribulum totum aureum in Sancta Sanctorum importatum, in quo Verbum carnem accendens suauissimo terrarum orbem odore compleuit. *Iacobus Monach. in Mariali orat. 3.*

THVS. *D. Bernar. ser. 3. super Salue Regina.*

Thus fragrantiæ. *D. Anselm. in hymn. Dei Genit.*

Thus virgineum, diuino igne immersum in defectum salutarem modo ineffabili totum versum, fortioris tamen imperio damnabiliter non consumptum, sed amoris, & decoris merito delectabiliter est assumptum. *Philip. Abbas lib. 4. in Cant. Canticorum cap. 24.*

Thus integrum, quia ſicut thus integrum, ſi igne tangatur vaporem ſuum ſurſum emittendo manifeſtat habitationem ſuam; Maria per dilectionem operando, & tam opera præcepti, quam conſilij ad Deum referendo, oſtendit quod converſatio ſua in cælis erat. Philip. 3. per puram intentionem. *Richard. à S. Laurent. de laud. Virg. lib.* 12.

Thus luciditſimum, & maſculinum; ſic enim vocatur illud thus, quod ſponte effluit, & eſt præcipuum, & non ſolum fumat, aut fragrat in igne, ſed etiam ardet, & inflammatur, ipſa enim, & amore ardebat, & odore fragrabat: vnde Eccl. 59. Quaſi ignis effulgens, & thus ardens in igne. *Ern. Prag. in Mar. cap.* 71.

Thus oratione. *Barth. de Piſis lib.* 1. *de laud. Virg. fruct.* 8.

THYMIAMA diuinum compoſitionis Leuit. 4. S. *Proclus in orat.* 8. *quæſt. de laud.* B. V.

Thymiama ſpiritalis diuinorum holocauſtorum *Andr. Cretenſ. orat. de Dormit.*

Thymiama ſpirituale aromatum. *Idem orat.* 3 *de Dormitione Virg.*

Thymiama ſuauiſſimum. *S. Ioſeph Hymnog. Mar.*

THYMIATERIVM aureum, paſſionum noſtrarum fœdiſſimum odorem depellens. *S. Ioſeph Hymnograph. in Mariali.*

THYRSITES ſpiritualis lapis corallo perſimilis, ſomnum dilectis ſuis inducens diuinæ contemplationis. *Ioann. Trithem. lib.* 1. *de Miraculis Beatæ Virg. in Vrticeto cap.* 7.

TIGRIS fluuius, quia ſicut Tigris cum maximo impetu, vt dicitur, fluit in mare mortuum, Maria quotidie infundit gratiam peccatoribus deſperatis, qui prius erant mare per amaritudinem vitiorum, & mortui in peccatis. *Richard. à S. Laur. de laud. Sanctiſſ. V. lib.* 9.

Tigris fluuius, quia ſi Tigris interpretatur velox, vel ſagitta, & vadit contra Aſſyrios, Beata Virgo quaſi ſagitta Domini exemplo ſuæ humilitatis deſtruit ſuperbiam. Vnde de ea dicitur 4. Regum 13. ſagittas ſalutis Domini contra Syriam, niſi enim Sagitta eſſet, non diceret ſponſus: Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa. *Idem ibidem.*

Tigris fluuius, quia ſi Tigris vocatur ſic propter velocitatem currendi, inſtar beſtiæ tigridis, quæ velociſſime currit, Maria cum feſtinatione viſitauit Eliſabeth concepto Saluatore. *Idem ibidem.*

Tigris, id eſt velox in auxilij ſubuentione, in conſolationis exhibitione, pro peccatoribus ad Deum interpellatione. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Geneſis.*

Tigris fluuius, ſicut enim Tigris vadit contra Aſſyrios Gen. 2. & in eo inuenitur piſcis, cuius cor omne genus dæmoniorum extricat, & eius fel illicum oculos ſanat, & illuminat excæcatos. Tob. 56. Ita Maria ſic potenter currit contra Aſſyrios, id eſt, contra dæmones, acies ſuas contra nos dirigentes, quod nihil ei reſiſtere poſſit, & ipſa nobis produxit illū benedictū piſcem, cuius cordis, id eſt ſapientiæ particula, ſiue caro Verbi quaſi ſocia in cruce affata, vel potius ipſius anima beata, vt ſapientia omnem extricat dæmoniorum aſtutiam, & virtutem, & omnem virorum leuitatem perplexitatem diſſoluit, & diſſipat; Fel autem eius paſſio fuit, quæ præ omnibus collyrijs, quæ confici poſſunt, oculos cæcorum illuminat, vt videant lumen cæli. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 26.

TIMOR ſingularis malignorum ſpirituum. D. *Petrus Dam. ſerm. de Aſſumpt.* B. *V. M.*

TINCTVRA Verbi purpuræ, quæ intelligentia percipitur, quæ non poteſt nominari. *Andr. Cretenſ. orat.* 3. *de Dormit. Virg.*

TITVLVS Iacob. *S. Ioan. Chryſoſt. in Natiuitate Beatæ Virg.*

Titulus nobiliſſimus libertatis noſtræ. *D. Hildephonſ. in libro de virginit.* S. *Mariæ c.* 12. *& vlt.*

Titulus honorificus Apoſtolorum. *S. Ioſeph Hymnographus in Mariali.*

Titulus honorificus mulierum. *Idem ibidem.*

Titulus honorificus ſanctorum Angelorum. *Iacobus Monachus in Mariali orat.* 5.

Titulus præconialis; ſicut enim titulus dicitur inſcriptio, vel ſignum laudis, & honoris, quia olim in imaginibus laudes nobilium intitulabantur; Ita in Maria ſcripta, & intitulata ſunt inſignia magnificentiæ Regis noſtri Ieſu Chriſti. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 39.

Titulus premialis, quia ſicut titulus eſt breuis annotatio eorum, quæ in ſequenti opere fuſius continentur, & dicitur à titan, quod eſt ſol, vel illuminans, quia titulus illuminat totum opus ſequens, ità B. Virgo ſub quadam breuitate *mirabili*, ac lucidiſſima continet tanquam titulus libri vitæ omnem plenitudinem gloriæ cæleſtis, quæ per partesdiſtribuitur cæteris ſecundum ſapientiam, & magnificentiam Largitoris. *Idem ibidem.*

Titulus rationalis, quia ſicut titulus eſt ratio, ſiue cauſa poſſidenti, vepote per donationem, per emptionem, per hæreditatem, ſucceſſionē, & ſimilia; vnde Matthæus dicit de Ieſu, quod poſuerunt cauſam eius ſcriptam ſuper caput eius. Ioannes dicit, ſcripſit titulum Pilatus. Marcus vtrumque iungit dicens: Erat titulus cauſæ eius inſcriptus. Rex Iudæorum. Ita B. Virgo eſt titulus poſſeſſionis noſtræ, per quam poſſidemus, & deſcribimus Regnum Dei, ſi tamen pertinemus ad illum puſillum gregem, cui complacuit Patri dare Regnum. Lucæ 12. *Idem ibidem.*

Titulus pudicitiæ. *D. Laurent. Iuſtin. de triumph. Chriſti Agone cap.* 7.

TOMVS nouus iuxta Iſaiam cap. 8. ſcriptionis nouę, cuius fidei teſtes angeli, & homines. *S. Amphil. Sydæ Epiſcopus oratin S. Deip.*

Tomus vere à Deo ſcriptus noui teſtamenti, quod is olim ad homines eſt teſtatus. *Andr. Cretenſ. orat.* 3. *de Dormit. B. Virg.*

Tomus, de quo ſcriptum Iſai. 8. Et dixit Dominus

minus ad me: Sume tibi tomum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis, velociter ſpolia detrahe, cito prædare. *S. German. Conſtant. ſer. in Nativitate Beatæ Virg.*

Tomus noui myſterij incorruptione prorſus illibata, in qua omnis expers formæ Verbum, humanę formę pennicillo depictum, ideſt corpus indutum eſt, nobis per omnia factum ſimile, modo ſolum peccatum excepers. *S. Io. Damaſc. orat. 4. de Natiu. B. Virg.*

Tomus nouus, in quo ineffabili ratione Deus verbum citra omnem manus operam inſcriptus eſt. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. B. V.*

Tomus nouus, quem omnium opifex condidit Deus verbum, quem Pater, ex corde eructauit, Dei lingua à Spiritu ſancto tanquam calamo in ipſo conſcribendum, qui quidem homini ſcienti litteras traditus, haud tamen fuit ab eo lectus; neque enim Ioſeph Mariam cognouit, aut ipſius myſterij potentiam. *Idem in orat. de Natiu. B. V.*

Tomus, ſeu liber plane intaminatus, in quo conſcriptum eſt Verbum diuinum. *Theophanus Nicenus in Menæis Græcor. die 25. Ianuarii.*

Tomus elegantiſſimus ſcripturæ Verbi Dei, cuius beneficio, cum grauiſſimo ſeruitutis iugo premeremur, libertas nunquam auferenda nobis eſt comparata. *Leo Imperator in orat. de Aſſumptione Beatæ Virg.*

TONITRVS inimicos perterrefaciens. *Andr. Cretenſ. orat. 2. in Annunciat.*

TOPAZIVS, quia ſicut topazius eſt receptiuus omnis coloris, ita Maria prædita fuit optimis naturalibus, & recepriua omnis gratię, & virtutis. *Richard. à S. Laur. de laud. V. lib. 4.*

Topazius, quia ſi topazius gemma, aquas bullientes compeſcit, Maria concupiſcentias carnis feruentes. *Ern. Prag. in Mariali cap. 42.*

Topazius ſpiritualis, glauci coloris, topazio pretioſior, deuotis precibus laſciuos motus comprimens, inuocata incendium libidinis extinguens, hemorrhoidas turpium deſideriorum ſtringens, & ſanans ira lunaticos atque phreneticos, animas triſtes, & cogitatus mentis lætificans perturbatos, ſanguinem vitiorum ſiſtens, & mortem auertens ſubitaneam, ſummique Principis Dei, & ſanctorum eius omnium ſupplicantibus impetrans gratiam. *Ioan. Trithem. lib. 1. de Miraculis Beatæ Virg. in Viridario cap. 7.*

TORRENS bonitatis diuinę. *Theophan. Nicenus in Menæis Græcorum die 17. Ianuarij.*

Torrens, de quo dicitur Prouer. 8. Torrens redundans fons ſapientiæ. *Richard. à S. Laurent. de laud. Virg. lib. 9.*

Torrens, in mare ſe præcipitans, id eſt in corda amara per contritionem, & recognitionem peccatorum ſuorum in amaritudinem animę; neſcit enim gratia eius ſurda rerum moliminà. *Idem ibidem.*

Torrens multitudine beneficiorum ſuorum, velut quadam inundatione aquarum, excauans lapides, & duritiem cordis lapidei, vt humilietur, & ſui miſereatur, & conſumens terram, id eſt terrenitatem in cordibus ſuorum, & non multum firmą, & ponderoſa ſecum trahens, id eſt non multum radicatos in diſſectione mundi. *Idem ibidem.*

Torrens, quia ſi Torrens impetuoſè currit: Maria ſuis precibus gratiæ aquas impetrat à Chriſto amatoribus ſuis, quę ad ipſam à Libano, & ab ipſa ad eos affluunt ſine mora. *Idem ibidem.*

TORCVLAR viuum refundens diuinæ iucunditatis. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap. 11. Luca.*

TRABEA vniuerſorum. *Photius Conſtantinopol. orat. in S. Mariæ Natiuit.*

TRAMES aquę immenſę, procedens de fluuio id eſt abundanti gratia Spiritus ſancti. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 9.*

Trames vnde dicio Eccleſ. 24. Ego quaſi trames aquę immenſę de fluuio; ipſa enim eſt via gratię, vnde ſe vocat tramitem, ideſt viam aquæ immenſę, quæ per eam derivatur ad homines. *Idem de laud. Virg. lib. 9.*

Trames aquę immenſę, venientis de fluuio dulci, non de mari amaro. *Hugo Carenſis in cap. 24. Eccleſiaſt.*

TRANQVILLITAS vera in belli tempeſtate. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 24. Februarij.*

Tranquillitas ſluctuantium. *Anonym. in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in Canone funereo pro pueris vita functis.*

Tranquillitas æſtuantium. *S. German. orat. 2. in Dormitione Beatæ Virg.*

Tranquillitas noſtra ex peccatorum tempeſtatibus. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. V.*

Tranquillitas noſtra. *Theodor. Laſcharis Imperator in Can. ad Beat. Virg.*

TRANSLATIO à morte. *S. German. orat. 2. in Dormitione Beatæ Virg.*

TRIBVNAL Iudicis. *Petr. Bleſ. ſer. 38.*

Tribunal, quod ſecundum Iſidorum, dicitur ex eo, quod inde à ſacerdote tribuantur præcepta viuendi, & eſt locus in ſublimitate conſtitutus; Vnde vniuerſi exaudire poſſunt, nam exempla Virginis gloriolæ nobis proponuntur quaſi quędam præcepta, quibus inſtrui debemus, & informari ſecundum beneplacitum diuinæ voluntatis. *Rich. à S. Lauren. de laud. Sanctiſs. Virg. lib. 10.*

TRICLINIVM Trinitatis. *Hugo de S. Vict. lib. 4. de Propriet. ibus, & Epithet. rerum. cap. 21.*

Triclinium diuini conſilij, in quo diuinitas veniens ad noſtrā ſalutem, noſtra carne calceata eſt. *Rupert. Abbas lib. 3. de diuin. off. c. 12.*

Triclinium Trinitatis; Pater enim poëns, cui competit vis iraſcibilis, roborauit eam contra extollentiam ſuperbię. Filius ſapiens, cui rationalis, contra inſipidatorem totius voluptatis prauę; & Spiritus ſanctus, cui concupiſcibilis contra venenum totius malitię. *Richard. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 3.*

Tricli-

Triclinium Deitatis. *D. Bonauent. in laude Beatæ Virg. Mariæ.*

Triclinium nobile totius beatiſſimę Trinitatis. *D. Thomas Aquinas in ſerm. de Beata Virgine ex Euangelio Domin. 4. in Quadrag.*

Triclinium, in quo Deus fuit tanquam hoſpes prandens; ſedens enim Iuſantulus Virginis vtero, & patre pleniſſime fruebatur, & mundis affectibus matris, ac ſanctis operibus delectabiliter paſcebatur. *Albert. Magn. ſerm. 1. in Annunciat. Beatæ Mariæ Virg.*

Triclinium nobile, continens corpulentam ſubſtantiam Chriſti, animam, & Deitatem, vetus, & nouum, & æternum; vetus in materia corporis, nouum in anima tunc de nono creata, æternum autem in Deitate. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Triclinium nobile totius Trinitatis. *Idem ſer. 2. in Annunciat. B. M. V. Iacob. de Vorag. in Mariali ſerm. 9. M. & Maurit. de Villaprobata ſer. 7. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Triclinium omnium virtutum. *Ægidius Columna ex expoſit. in Salutat. Angelica.*

Triclinium nobile totius Trinitatis, per gratiæ plenitudinis effuſionem, nam quidquid virtutis, & gratię purę creaturę conferri potuit, in eam refuſum copioſiſſimè, nullatenus ambigendum, vſque adeo quod plures virtutes, & gratias in ſe ſola (diuina, ſic diſpenſante ſapientia) coniunctim meruit habere, & in gradu perfectiori, quam omnes ſimul puræ creaturæ non vnitæ ſigillatim. *Anton. Pocq. ſerm. 1. de Concept. B. Virg.*

Triclinium totius Trinitatis. *D. Bernard. Seneuſ. Tom. 2. ſerm. 51.*

Triclinium præclariſſimum æternæ Trinitatis, quod Spiritus ſanctus indeſinenter inhabitauit, atque poſſedit. *Dionyſ. Carthuſ. lib. 2. de prec. M. art. 28.*

Triclinium Spiritus ſancti. *Idem lib. 4. de laud. Beatæ Virg. art. 9.*

Triclinium habitationis, & requietionis Trinitatis. *Ioann. Mauburn. in Roſario de Præconijs Beatæ Virg. membro 1.*

Triclinium omni gratia, & ſanctitate repletum, à tota Trinitate peculiariter poſſeſſum. *Idem ibidem.*

Triclinium panis Angelorum. *Idem in Roſeto Exercit. Spiritualium tit. membr. 2.*

Triclinium vere nobile, & præcipuum, à Patre mirabiliter fabricatum, à Filio ſpecialiter inhabitatum, à Spiritu ſancto ſingulariter adornatum. *Idem in Roſario de Præconijs Beatæ Virg. membro primo.*

Triclinium totius Trinitatis incontaminatum. *Bernardin. de Buſt. in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coronat. Beatæ Mariæ.*

Triclinium glorioſum adorandæ Trinitatis. *Ludouic. Bloſius in Endologia 1. ad B. Virginem.*

TRIPVDIVM cunctorum, quot quot ſuum apud ipſam refugium quærunt. *Anonymus in Menais Græcorum die 4. Aprilis.*

Tripudium omnium beatorum. *Albert. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Eſther.*

TRISTITIA Dęmonum *S. Anſelm. in hymn. 2. Beatę Dei Genitricis.*

TRIVMPHATRIX antiqui ſerpentis, quod corporata ſapientia, vicit vſque quaque malitiam, attingens à fine, vſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter. *D. Fulbert. Carnotenſ. ſerm. 1. de Natiu. B. V. Mariæ.*

Triumphatrix Diaboli. *Ioann. Mauburn. in Roſeto Exercit. ſpiritual. tit. 21. cap. 6.*

Triumphatrix hoſtium victorioſiſſima. *Idem in Roſario de gloria Beatæ Virg. membro 6.*

Triumphatrix hęreſeon. *Fridericus Fornerus in Epiſtola dedicat. ſuæ palmæ Triumphalis.*

TRIVMPHVS Cęli empyrei. *Bernardin. de Buſtis in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. M.*

TROPHÆVM noſtrum contra hoſtes. *Theodor. Laſch. Imperator in Can. ad SS. Deipar.*

Trophæum inuictum nobis à Deo præſtitum. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B. Virg.*

Trophæum iaſuperabile à Deo conſtitutum. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 2.*

TRVNCVS, qui vitæ fructum produxit. *Theod. Laſch. Imperator in Can. ad Sanctiſs. Deip.*

Truncus deſiderabilis, qui in ſanctis ſanctorum recenti virore augeri, & creſcere viſus eſt. *Iacobus Monachus in Mariali oratione 3.*

Truncus myſterij altiſſimus, ex quo immortalitatis flos aſcendens, perennis odoris ſuauitatem exhalauit, cuius fructus eſt vita, & incorruptio, & perpetuitas omnibus, qui illius participes fiunt. *Idem in Mariali orat. 1.*

Truncus regalis radice regia germinans. *Idem in Mariali orat. 2.*

Truncus terræ floridiſſimus. *Idem in Mar. or. 6.*

TVBA. *D. Bernard. ſerm. 3. ſuper Salue Regina.*

Tuba clariſſima Arcanæ prægnitionis humanæ. *Andr. Cretenſ. orat. 1. in Annunc. B. V.*

Tuba conuocationis ad veniendum; tuba hortationis ad bellandum, tuba iubilationis ad epulandum. Numeror. 10. *Albert. Magnus in Biblia Mariæ ſuper lib. Numerorum.*

Tuba inſtructione Apoſtolorum. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 6.*

Tuba, qua Deus ſe mundo reſerauit. *Idem lib. 2. de laud. Virginis fructu 6.*

TVNICA auro fulgens. *Andr. Cretenſ. orat. 3. de Dormitione Beatæ Virg.*

Tunica ſummi Sacerdotis. *Hugo de S. Victore lib. 4. de Proprietatibus, & Epithetis rerum c. 2.*

Tunica inconſutilis deſuper contexta per totum. *Bernard. de Buſtis in ſuo Mariali ſerm. 6. de Conceptione Beatæ Mariæ.*

TVRRIS fortitudinis hominibus, à facie inimici. *S. Iacob. minor Apoſt. ſermon. in Tranſitu Beatæ Virg. apud Amadeum Rapt. 8.*

Turris auro comante fulgentiſſima. *S. Sabbas in Menæis Græcorum die 30. Ianuar.*

Turris Eccleſię immota. *And. Cret. or. 2. in Annun.*

Turris firmiſſima abſconditæ ſpei. *Idem orat. 1. de Dormitione.*

Turris

Turris nullis concutienda tempeſtatibus. *Anonymus in Can. ad Sanctiſs. Deipar. qui extat. in Rituali Græcorum pag. 812.*

Turris ſecuritatis. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio communis ſupplicat.*

Turris propugnaculi municiſſima. S. *German. orat. 2. in Dormitione Beatæ Virg.*

Turris valida auxilij. *Idem ibidem.*

Turris nullis concutienda tempeſtatibus hoſtium impiorum, chriſtianiſque intenſorum fremitus, ferocientemque tirannorum inſultum, intentaſque à barbaris minas diſſipans. S. *Io. Damaſc. in Can. ſupplic. Deip. rumor. Belli.*

Turris fidelium. *S. Ioan. Damaſc. in Canticis Græcorum ſono 1.*

Turris firma fortitudinis. *Idem in Paracl.* B. V.

Turris fortis, ſine inconcuſſa. *Idem in Cantic. Eccleſiaſticis Græcorum ſono 2.*

Turris piorum, per quam Rex Chriſtus ijs fulſit, qui erant in tenebris. *Idem in Canticis Græcorum ſono 1.*

Turris ſaluris, Dæmonum acies à nobis repellens, tentationum, ac periculorum tela reijciens, & paſſionum impetus procul arcens, donanſque nobis puram libertatem, & diuinorum chariſmarum abundantiam concedens. *Idem in Paracl. Beatæ Virg.*

Turris ſecuritatis fidelibus à Deo conſtituta, ad quam recurrentes à tentationibus liberamur, & à periculorum experimento immunes euadimus. *Idem ibidem,*

Turris ſaluratis, prohibens phalangum Diabolicarum acceſſum, vnaque pericolorum, & tentationum turbas profligans, prauarum quoque cupiditatum inſultus excutiens, & deniq; procul abigens maledictionem malis ictis annexam. *Theophanus Nicenus in Menæis Græcorum die 20. Ianuarij.*

Turris defendens pauperes, humiles, & amatores pacis, & concordiæ. *Idiota de Beata Virgine par. 14. Contemplat. 37.*

Turris fortitudinis à facie inimici. *Idem ibidem, & Maur. de Villaprob. ſer. 2. Coronæ nouæ B. M.*

Turris inexpugnabilis peccatorum. *Idiota de Beata Virg. par. 14. Contemplat. 37.*

Turris propter altitudinem, quia ſicut turris altiſſima eſt, ſic Beata Virgo altiſſima fuit, & eminens propter cõtemplationem cęleſtium, & eminentiam ſcientiæ de æternis, nam in cælo mente conuerſabatur cum Angelis, & cœlos attingebat tanſa in terra. *Idem ibidem.*

Turris propter rectitudinem, quia ſicut turris rectitudinem habet, ſic Beata virgo rectitudinem, & directionem intentionis ad Deum ſemper habuit, & rectitudinem iuſtitiæ, quia nunquam ad ſiniſtram per aduerſa, & nunquam ad dexteram per proſpera declinauit, nunquam retro reflexa fuit ad mundana, & nunquam alia tentatione inflexa. *Id. ibid.*

Turris, quam ædificauit Dominus in medio vineæ ſuæ Matth. 21. id eſt ad defenſionem totius Eccleſiæ Catholicæ, ne diriperentur racemi eius, id eſt fideles, vel fructus bonorum operum. *Idem ibidem.*

Turris, quia ſicut turris eſt præſidium, & defenſio habitantium in ciuitate, ſic Beata Virgo eſt præſidium, & defenſio peccatorum, qui in cunctis neceſſitatibus, & anguſtijs neceſſe habent ad turrem inexpugnabilem confugere, & dicere: Sub tuum præſidium confugimus ſancta Dei Genitrix. *Idem ibidem.*

Turris, quia ſicut turris habet fortitudinem, ità Beata Virgo fuit mulier fortis, eique tota innititur Eccleſia militans, & per fortitudinem fidei, ſpei, & charitatis totam ſuſtentat Eccleſiam, & ſuis ſanctis deprecationibus dat lapſo virtutem, & robur multiplicat, ſicut turris munit, & roborat exiſtentes in ea. *Idem ibidem.*

Turris, quia ſicut turris habet quadraturam, & aliquando rotunditatem, ità Beata Virgo quadraturam habuit, quę fides fuit integra, ſpes firma, charitas feruens, & vna operatio perſeuerans, & iſta latera æqualia ſunt, quia quantum quis credit, tantum ſperat, quantum ſperat, tantum diligit, quantum diligit, tantum operatur; habuit etiam rotunditatem, quia quemadmodum cęleſtia corpora ſunt rotunda, ſicut eſt cęlum, ſol, luna, & ſtellę, per quæ figuratur æternitas principio carens & fine, cuius appetitum, & deſiderium rotunditas figurat, huiuſmodi appetitum, & deſiderium ipſa habuit præ omnibus creaturis. *Idem ibidem.*

Turris fortitudinis hominibus contra Diabolum. *S. Anſelm. in orat. ad* B. V.

Turris fortitudinis. *Hugo de S. Victore ſerm. in Natiu. vel Aſſumpt. B. M. qui eſt 1u ordine 34.*

Turris libani, cum propugnalis ædificata. *D. Bernard. ſerm. 4. ſuper Salue Regina.*

Turris libani, dignitate celſa, grauitate firma. *Idem ibidem.*

Turris eburnea à toto refulgens aurea, tota delectabilis. *Richar. à S. Victore Expoſitione in Cantic. Cant. eorum cap. 4. 2.*

Turris ad pauidos. *Petrus Cellenſis ſerm. 6. de Aduentu.*

Turris inundans deifluę miſericordiæ, continens viręſuſtentaculum. *Arnold. Boſtius cap. 9. 5. 2. lib. de Patron. Deipar. Virg. in dicatum ſibi Carmeli Ordin.*

Turris dauidica, ædificata cum propugnaculis, id eſt cum præceptis, & monitis ſcripturarum, Propheratum eloquijs, ſpirituali ſcientia literarum. *Philippus Abbas lib. 4. in Cant. Canticorum cap. 12.*

Turris dauidica, quæ à longe hoſtem proſpicit, imo deſpicit, & non curat; ad cuius intuitum horret ille, & refugit, & in propoſito confidentiæ non perdurat, & quicquid minarum, vel fraudum præſumpſerit machinari, eliditur, & in ſe reliditur malitia præſumentis tantum horrorem incutit, tam potenter repercutit hoſtem facies intuentis. *Idem ibid.*

Turris

Turris eburnea. Turris, quidem cum ab hoſtibus fortiter ſe defendat, eburnea autem, cum à carnis æſtu liberam ſe oſtendit. Turris cum virtutum eius congeriem occurſus malignantium perhorreſcit, eburnea cum rigore frigido, & brumę gelicidio dealbeſcit. *Idem lib.6. in Cantic. Canticorum. cap.19.*

Turris eburnea verè, propoſita cunctis in exemplum ſanctimoniæ, circumpoſita ſingulis in præſidium pugnę, ſuperpoſita omnibus in ſpectaculum gloriæ, repoſita vniuerſis legitimè certantibus in præmium coronæ. *Helinandus Ciſtere. ſerm.2. in Natiu.B.V.*

Turris eburnea vere, virginitate candida, meritis integritate ſolida, caſto timore frigida, mundi contemptu nuda, zelo caſtitatis armata. *Idem ibidem.*

Turris eburnea ſublimis voto, præcelſa merito, fortis propoſito, recta conſilio, erecta deſiderio, inexpugnabilis inimico, virginitate candida, affectione munda, zelo caſtitatis armata. *Idem ſerm.1. de Aſſumpt.B.M.*

Turris Dauid, id eſt Chriſti. *Honorius Auguſtod. in ſigillo Beatæ Mariæ.*

Turris Libani reſpiciens contra Damaſcum, id eſt erecta contra Diabolum. *Idem ibidem.*

Turris hoſtium ſuperbiam retundens. *Theodor. Laſc. Imperat. in Can.ad Sanctiſſ. Deip.*

Turris noſtra tutiſſima. *Idem ibidem.*

Turris Dauid, quia verus Dauid, id eſt Chriſtus in Hieruſalem, id eſt in Eccleſia ſua ædificauit, & erexit, vt eſſet peccatoribus refugium, & munimen. *Rich. à S. Laur. de laud. V. lib.11.*

Turris fortitudinis, quod apparuit in Chriſti paſſione, vbi in nullo exceſſit, licet mentę compaſſa filio; oſtendens mentem ſuam turrim fortitudinis, quia ſciebat mortem filij omnibus profuturą, & hæc eius fortitudo ex fide, quę montes transfert. Matth. 22. & dilectione, quæ eſt fortis, vt mors Canticor. 8. indubitanter procedebat. *Idem ibidem.*

Turris gratiæ Dei, ab ipſo ſuo exordio inexpugnabilis omnibus inſultibus inimici. *Idem ibidem.*

Turris Gregis nebuloſa Micheę 4. & dicitur Turris Gregis, quia defendit hu niles pauperes, & amatores pacis, & cõcordiæ, & pro amore ſuo, & filij ſui large dantes lanam ſuorum temporalium, & cęteras proprietates onium; dicitur nebuloſa propter ſuam altitudinem, ſcilicet contemplationem, quia nubes tranſcendit, vel quia in mundo afflicta, & deſpecta vnde Iob 26. qui tenet vultum ſolis ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam. *Idem ibidem.*

Turris Hananeel, id eſt turris gratiæ Dei Ierem. 31. quæ velut quadrata virtutibus omnibus ædificijs Spiritus ſancti præcellit prerogatiua gratiarum, ſicut Turris ſupereminet toti caſtro, & multorum bonorum operum, velut, lapidum ſtructuris in altum conſurgens, omnibus fugitiuis præſtat refugium, & munimen. *Idem ibidem.*

Turris Hananeel 2. Eſdr.3. quod interpretatur gratificatio regia, hoc eſt gratia virginitatis, quæ regi grata eſt; vnde Pſal.44. Concupiſcet rex decorem tuum, id eſt virginitatem tuam. *Idem ibidem.*

Turris Libani; quaſi in Libano monte ſita, qui candor interpretatur, vt per hoc oſtendatur, quod candore virginitatis tanquam pede conterere valeat caput ſerpentis, id eſt concupiſcentiam, vel etiam quoad ſe fuit turris Libani fundata ſuper petram, id eſt Chriſtum, cui ſoli innitebatur, vnde Cant. 7. innixa ſuper dilectum ſuũ. *Idem de laud.SS.V.l.5*

Turris non ſolum potens ad muniendum confugientes ad eam, ſed & hoſtes inſequentes potens expugnare. *Idem de laud.SS.V.lib.1.*

Turris propter altiſſimum, id eſt profundiſſimũ fundamentum, quod turri neceſſarium eſt; fundamentum huius turris profundiſſima humilitas, quaſi de lapidibus rudibus, & impolitis, quia humilitas latet in profundo cordis, ſicut fundamentum latet in terra, nec quærit apparentiam, vel ornatum mundanũ, quod ſignatur in hoc, quod lapides fundamenti, nec dolati ſunt, nec politi, ſed multo cemento, vel bitumine compacti, quo caritas virginis figuratur; vel fundamentum huius turris eſt fides, quæ fundamentum, & principium eſt omnis ſpiritualis boni, ſicut fundamentum principium ædificij; vel huius turris fundamentum eſt rupes natiua, & firma, Chriſtus ſcilicet, qui eſt firma Petra. Matth.7. vel denique huius turris fundamentum, ſunt eminentiſſimę, & pręcipuę virtutes, velut lapides prægrandes, qui idonei ſunt fundamento. *Idem de laud.B.V.lib.12.*

Turris propter altitudinem, & eminentiam veriuſque vitæ, ſcilicet actiuæ, & contemplatiuæ, vel propter contemplationem cęleſtium, vel etiam propter eminentiam ſcientiæ de æternis, vel quia in cęlo mente conuerſabatur cum Angelis, dicens cum Apoſtolo Philip.3. Mea conuerſatio in cęlis eſt; cęlos enim attingebat ſtans in terra Sapien.18. vel turris propter excellentiam ſuæ humilitatis; in his enim omnibus, & multis alijs ſuper eminebat hæc turris toti caſtro Eccleſiæ. *Idem ibidem.*

Turris propter fortitudinem, nam ipſa eſt mulier fortis, cui tota innititur Eccleſia militans, cuius fortitudo maximè apparuit ſepulto Domino, quando defecit omnis ſanctus, vel titubauit in fide, & tunc ipſa per fortitudinem fidei, ſpei, & charitatis totam ſubſtentauit Eccleſiam; ipſa eſt etiam, quæ ſuis orationibus dat laſſo virtutem, & his, qui fortes ſunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Iſai.40. ſicut turris munit, & roborat exiſtentes in ea. *Idem ibidem.*

Turris propter portus oſtenſionem; dicit enim Iſidorus, quod Pharum eſt turris maxima, quam Græci, ac Latini in communi ex ipſius rei vſu Pharum appellauerunt, eo quod Ham-

marum

marum indicio longè videatur à nauigantibus, ad præuidendos portuum introitus, & præcauenda pericula scopulorum, ne decepti tenebris male applicent: Talem turrim Ptholomeus iuxta Alexandriam octingentorum talentorum constructe dicitur. Tali turre congruè signatur Maria illuminatrix, quia per eam populus, qui ambulabat in tenebris, per mare mũdi, vidit lucem magnam, ideſt, Chriſtum Iſai. 9. Ipſa etiam luminoſitate exemplorum ſuorum monſtrat nobis vtã rectam, & portum ſalutis æternæ. Conſeruat etiam ſeruos ſuos à ſcopulis peccatorum ſi prouiderint Dominam in conſpectu ſuo ſemper; vnde Eccleſ. 4. Qui intuetur illam, permanebit confidens. *Idem ibidem.*

Turris propter præſidium, & defenſionem habitantium in caſtro, vel in ciuitate Eccleſiæ, qui in cunctis neceſſitatibus, & angustijs ſuis neceſſe habent per orationem confugere ad hãc turrim, quia turris fortiſſima nomen eius, ſicut dicit D. Bernardus. Dicat ergo qui à carne, mundo, Diabolo qualitercumq; tentatur: Eſto mihi Domina turris fortitudinis à facie inimici Pſalm. 60. *Idem ibidem.*

Turris propter rectitudinem, & erectionem, ſeu directionem intentionis, iuxta illud Pſalmiſtæ orantis Pſalm. 5. Dirige Domine Deus meus, in conſpectu tuo viam meam. Item dirige me Domine in veritate tua, & doce me Pſalm. 24. rectus eſt enim coram Deo, cuius intentio ad Deum propter Deum dirigitur, vel etiam propter rectitudinem iuſtitiæ, quia nunquam ad ſiniſtram per aduerſa, nũquam ad dexteram declinauit per proſpera, nũquam retro ſe reflexit ad mundana, nunquã ante, aliqua tentationis inſtantia, vel recta per paupertatem, quia Iob 1. nudus egreditur homo de vtero matris ſuæ, & nudus reuertitur illuc, ergo ſi medium paupertatis ſit rectitudo, perpendiculum igitur, ad quod erigi, & dirigi debet turris, paupertas eſt. *Idem ibidem.*

Turris propter ſpeculationem, quia per ſpeculatores ſolent de turribus aduerſantium hoſtium inſidiæ prouideri, & viſis hoſtibus ſolent clamare ſpeculatores: ad arma, ad arma, Iſai. 52. propter hoc dicitur Cantic. 8. Naſus tuus, id eſt B. Virgo, ſicut turris Libani, quę reſpicit contra Damaſcum. Damaſcus ſanguinem bibens ſignificabat Diabolum, contra cuius inſidias opponitur naſus, id eſt diſcretio B. Virginis, quæ præſentit, quaſi odoratur malitiam Diaboli, & ipſius inſidias à longe præuidet, quaſi de ſpecula, & pro nobis miſericorditer, & potenter ſe ei opponit. *Idem ibidem.*

Turris, quam ædificauit Dominus in medio vineę ſuę Iſa. 5. ad tuitionem, & defenſionem totius Eccleſiæ Catholicæ, ne deripiantur racemi eius, id eſt fideles, vel fructus bonorum operum. In hac etiam turre habitauit verus Dauid, & iugiter inhabitat ad cuſtodiendam Eccleſiam. *Idem ibidem.*

Turris Thebes, Iud. 9. de qua mulier, id eſt Eccleſia emiſſo lapide, id eſt Chriſto, confregit cerebrum Abimelech, id eſt Diaboli, capiti eius molæ fragmentum illidens. *Idem ibid.*

Turris cũ propugnaculis ędificata. Propugnacula autem iſta ſunt virtutes, & gratię dignitates, & prærogatiuæ, intentionum puritas, & operum ſãctitas, virtus orationum, & merita operum, per quæ B. Virgo peccatorem pœnitentem protegit, & expugnat inimicum. *Io. Hailg. in cap. 4. Cantic. Canticorum.*

Turris Dauid, quam Chriſtus Dauid in Hieruſalem, id eſt Eccleſia ſua ædificauit, & erexit, vt eſſet peccatoribus munimen, & refugium. *Idem ibidem.*

Turris, ex qua pendent mille clypei, & omnis armatura fortium, nam ad defenſionem noſtram, & impugnationem hoſtium ipſa nobis ſubminiſtrat adiutorium, & omnium exempla virtutum. *Idem ibidem.*

Turris fortiſſima, & inexpugnabilis, & terribilis inimicis, vt caſtrorum acies ordinata. *Hugo Carenſ. in Pſalm. 86.*

Turris propter firmitatem, eburnea proter caſtitatem. *Idem in cap. 1. Lucæ.*

Turris fortitudinis, cuius nos ę facie crudelis vaſtatoris. *D. Bonauent. in Pſalterio B.V.*

Turris noſtrę ſpei. *Idem in Pſalterio minori Beatæ Virg. Quinquagena 2.*

Turris Dauid, in qua fideles forte refugium inueniunt. *Alb. Mag. ſer. 2. in Aſſumpt. B.M.*

Turris muniti ſſima in ſe, & in aliis, in qui ſque inueniet defenſionem contra malum ſuum; ibi enim pendet clypeus caſtitatis cõtra luxuriam, humilitatis contra ſuperbiam, charitatis contra inuidiam, omnis armatura fortiũ in ipſa. *Idem in Bibl. M. ſup. lib. Cant.*

Turris potentiæ Dei Michęę. 4. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Michęam Prophetam.*

Turris diuinæ dilectionis. *Iacobus de Voragine ſerm. 4. de Natiuit. B.V.*

Turris Libani defendens ab incurſibus malignantium. *Alanus de Inſul. in cap. 1. Cantic.*

Turris nullis vnquam expoſita inſidijs, atque ab omni prorſus ſubdola verſutiã illius fraude aliena. *Matth. Cantacuz. in c. 4. Cant. Cantic.*

Turris, ex qua mille clypei dependent, quia omnes electi de virtutibus ſuis glorioſis gratias referunt Virgini glorioſæ; vnde Apoc. 21. dicitur, quod reges terræ afferũt gloriam, & honorem ſuum in illam. *Ern. Prag. in Mar. c. 92.*

Turris gregis; ad ipſam enim tanquam ad ſingulare refugium confugimus nos puſillus grex, in periculis, in angustijs, in rebus dubijs, & in omnibus neceſſitatibus. *Idem ibidem.*

Turris, in qua cor noſtrum ſi velimus illud cuſtodire, aut quia fugitiuũ, aut quia laſciuũ, aut quia ſylueſtre, aut quia fur, & latro recludere debemus, vt recludatur, & retineatur, & incarceretur, vt domeſticetur, vt mutetur. *Id. ibi.*

Turris, in qua eſt plenitudo clypeorum, id eſt virtutum, qui nos protegunt, & tuentur, qui dicuntur eſſe in ea mille, id eſt perfectiſſimè, vel mille, id eſt infinitè. *Idem ibidem.*

Turris nebuloſa, quia eius celſitudo, & dignitas à nobis videri nõ poteſt, nec intelligi. *Id. ibid.*

Turris propter altitudinem, rectitudinem, fortitudinem, pulchritudinem, amplitudinem, & plenitudinem. *Idem ibidem.*

Turris, quia ſicut in turribus ſolent poni obſides filij nobilium, cauſa fœderis. Ita in Maria poſitus eſt, & quaſi obſedatus Filius Regis ſummi. *Idem ibidem.*

Turris Sanctorum. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Virg. fructu 2.*

Turris ſtabilitate. *Idem lib. 1. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructu 8.*

Turris fortitudinis, ex qua mille clypei pendẽt. *Bern. de Baſil. in Mariali 6. de Concept. B. M. V.*

Turris fortitudinis Chriſtianis contra inſidias diabolicæ prauitatis. *Io. Trithem. de Miraculis B. Virg. prope Dittelbach lib. 1. cap. 10.*

Turris fortiſſima, & inexpugnabilis, ad quam omnes debent refugere, & confugere. *Maur. de Villaprobata ſerm. 30. Coronæ nouæ B. M.*

Turris fortiſſima nos protegens. *Idem ſer. 31. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Turris Dauid, illius inquam Dauid, qui ſuperbum Goliath quinque lapidibus de torrente, id eſt quinque vulneribus, & Crucis baculo, gloriantem in Caluariæ monte proſtrauit. *S. Thom. de Villanoua Conc. 1. de Aſſumpt. B. V.*

Turris Dauid, in qua eſt omnium fortium armatura, ibi fides Apoſtolorum, ibi fortitudo Martyrum, ibi puritas Virginum, Doctorum ſapientia Anachoritarum paupertas, denotio Confeſſorum, ibi denique omnium Sanctorum virtus agglomerata reperitur. *Idem ibid.*

Turris, in qua pendent mille clypei, in qua, & cõtra omnem eſtum tribulantis, & ad omnem faciem perſequentis Dæmonis tutiſſimum clypeum inuenies, quo te protegas. *Idem ibid.*

Turris fundata ſuper firmam petram, in mõtibus ſanctis, immobili fundamento, ſiquidem Deus in medio eius non commouebitur. *Idem ibid.*

Turris inexpugnabilis, quæ nunquam Diabolo præſtitit tributum, aut fidem, in quam herauit Ieſus, quando Verbum caro factum eſt, inde inimicos expugnaturus, & regnum ſuum recuperaturus, in quo ab initio Dæmon fuerat intruſus. *Idem ibidem.*

Turris, quam petere debet homo in quacumque tribulatione, ſiue peccatis afflictus, ſiue perſecutionibus attritus, ſiue tentationibus turbatus. *Idem ibidem.*

Turris munitiſſima, cuius muris, qui cinguntur, ſecuri ſunt. *Ludou. Bloſ. in Endolog. 2. ad B. V.*

TVRTVR munda. *Iſych. ſer. 2. de laud. BV.*

Turtur ſpecioſiſſima. *S. Ioan. Damaſc. in Menæis Græcorum die 22. Ianuarij.*

Turtur tremula. *D. Althelm. in lib. de laud. Sanctiſſ. Virg. M. verſibus conſcripto.*

Turtur ſolitaria, elongans, & fugiens, atque in ſolitudine cordis ſecum commanens, nidulo caſtitatis inſidẽs, ac ſanctæ meditationis pullos ad robur conſummatæ virtutis fructibus contemplationis enutriens. *Franco Abbas lib. 6. de gratia Dei.*

Turtur caſtitate. *Hugo de S. Victore in Natiu. vel Aſſumpt. B. Mariæ V. qui eſt in ordine 34.*

Turtur caſtiſſima. *Rup. Abb. lib. 5. Comment. in Cant. Cantic. & D. Amad. hom. 7. de laud. B. V.*

Turtur ſoliuaga, & caſtiſſima, quam ſolitariam Angelus inuenit, atque ſalutauit. *Rupert. Abb. lib. 1. Commentar. in Cant. Canticorum.*

Turtur pudiciſſima. D. *Bernard. ſerm. de Beata V. ſuper illud Apoc. Signum magnum.*

Turtur gemebunda. *Philipp. Abbas lib. 2. Cant. Canticorum cap. 6.*

Turtur ſpiritualis. *Idem ibidem.*

Turtur ob amorem caſtitatis, & ſolitudinis. *Cæſar. Ciſtercienſ. in hom. de Purificat. B. M.*

Turtur caſta, & felle carens. *Albert. Magn. ſer. 1. in Purificat. Beatæ Mariæ.*

Turtur ob continentiam, & pudicitiam; in turturibus enim honeſtas vultus, & ſimplicitas denotatur. *Alanus de Inſul. in cap. 1. Cantic.*

Turtur noſtra, antica ſuctus, caſtitatis cuſtos, ſolitudinis, & quietis amatrix, quæ in rupibus inacceſſis, id eſt in tribus perſonis diuinis, quę lucem inhabitant inacceſſibilem, inuenit nidum ſibi, & non ſolum ſibi, ſed nobis, ſi tamen nos ad pullos eius pertinere noſcamur. *Ern. Prag. in Mariali cap. 77.*

Turtur, ob perfectam ipſius innocentiam, ob omnimodam ſanctitatis cuſtodiam, ob amabilem ſocietatis gratiam, ob deuotam orationis inſtantiam, & ob quietæ contemplationis lætitiam. *Idem ibidem.*

Turtur, quia ſicut turtur gemitum pro cantu habet, & ſola auium pullos de nocte paſcere dicitur, ita Maria in oratione iugiter pro toto genere humano gemitibus inenarrabilibus poſtulabat, & in nocte tribulationis pullos ſuos, qui ſumus nos, ſuis precibus, conſolatione interna paſcere conſueuit. *Idem ibidem.*

Turtur dilectione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructu 8.*

Turtur per deuotionem. *Idem lib. 1. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructu 2.*

Turtur ſobria, pudiciſſimaque, quæ ſanctæ vbiq; moderationis ſeruauit temperiem. *Dion. Carthuſ. lib. 2. de præcat. Mariæ art. 25.*

Turtur carens felle peccati originalis. *Paulus de Hæredia in tract. de Concept. B. Virg.*

Turtur, de qua Cant. cap. 2. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis, quia ſicut turtur felle caret, & à principio ſine eo creata eſt; ita Matri Meſſiæ nec originale, nec actuale, nec etiam mentale peccatum attribuendum eſt. *Petrus Gal. lib. 7. de Arcan. cap. 5.*

Turtur pudiciſſima, cuius vox Omnipotentis aures mirificè demulcet. *Ludouic. Bloſ. in Endologia 3. ad Beat. Virg.*

TVTA-

TVTAMEN infractum. *S. Sabbas in Menæis Græcorum die 17. Ianuarij.*

TVTAMENTVM, totius mundi salutem tenens. *Leo Imperat. in orat. de Assumpt. B.V.*

TVTELA virorum pariter, atque mulierum. *D. Ephrem serm. de laud. B.V.*

Tutela insuperabilis in tentationibus. *Anonym. in Menæis Græcorum die 4. Ianuarij.*

Tutela totius mundi. *Idem in Menæis Græcorum die 13. Martij.*

Tutela animæ nostrę in hora supremę inquisitionis. *S. Ioan. Damasc. in Paracl.* B. *Virg.*

Tutela fortissima, canum nos circumdantium, & animam nostrã capere cupientium machinas, & arrogantes impetus dissipans. *Id. ib. Id.*

Tutela nostra in tentationibus. *Idem ibid.*

Tutela nostra post Deum. *Idem ibidem.*

Tutela seruorum suorum post Deum. *Id. ibid.*

Tutela vniuersæ vitæ nostræ. *Idem ibidem.*

Tutela nobis cognitissima, cuius vi omnes semper insultus, & erumnas euadimus. *Theophanus Nicenus in Menæis Græcor. die 9 Februar.*

Tutela fidelium, quæ non confunditur, nec erubescit. *S. Ioseph hymn. in Mariali.*

Tutela animarum. *Theodor. Lascbus Imperator in Can. ad Sanctiss. Deip.*

Tutela eorum, qui ex fide ad eam accurrunt. *Idem in Poem.* Beatæ *Virg.*

Tutela nobis omni auxilio denudati. *Idem. ibid.*

Tutela velox, suum auxilium dans seruis suis defensionẽ eius exposcentibus cẽleriter. *Id. ibid.*

Tutela beatis. *Alan. de Insul. in Antielaud. lib. 5.*

Tutela oppressorum. *Bernard. de Bust. in suo Mariali serm. 2. de Coronat.* B. *Mariæ.*

Tutela publica miserorum. *Iustus Lypsius in D. Virgine Hallensi cap. 27.*

TVTELARIS in tentationibus. *Theodor. Lasch. Imperat. in Poem. B. Virg.*

TVTRIX peccatorum. *Andreas Cretens. Can. in Conceptione* Beatæ *Virg.*

Tutrix humilium. *D. Bonau. in laud. B.M.V.*

Tutrix Christianorum. *D. Bernard. Senens. serm. de Purificat.* Beata *Virg.*

Tutrix maxima. *Ioan. Paleonydorus in Prologo tripartiti fasciculi Histor.*

Tutrix mitissima, & maxima. *Arnol. Bostius in prologo lib. de patron. ac patrocin. Deip. Virg. in Ordine Carmeli.*

Tutrix christiani populi. *B. Casimirus Poloniæ Princeps in hymno de B. Virg.*

TYMPANISTRIA nostra concrepans de supernis. *Franco Abbas lib. 7. de Gratia Dei.*

Tympanistria nostra, quia sicut Maria soror Moysi sumpsit tympanum in sua manu, egressęque sunt omnes mulieres penes eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat Exod. 15. Sic B. Virgo præcessit cum tympano mortificationis carnalis voluptatis, ludens in choro Angelorum, quam multitudo mágna virginum, quibus ipsa præcinuit, est subsecuta. *Albert. Magn. in Postillis super Cap. 1. Lucæ.*

Tympanistria nostra, id est Virgo tympano canens Exod. 15. Sumpsit Maria tympanum, & præcinebat, quia prima votum virginitatis emisit, egressæque sunt post eam, id est ad exemplum ipsius omnes mulieres cum tympano, & choris, quibus ipsa præcinebat, Ipsa enim in choris cælestibus præcentrix esse non dubitauit, quia sicut in cæteris gratijs, & gaudijs, ita, & in Dei laudibus, vocem eius præcellere cõstat. *Ern. Prag. in Mar. c. 135.*

Tympanistria nostra. *Io. Gerf. Tract. 2. super Magnif. Bernar. de Bust. ser. 2. de Visit. Beatæ M. & D. Augustin. serm. 57. de Natiuitate Dom. qui est 21. de tempore.*

TYPVS S. Ecclesiæ. *S. Augustin. ser. 6. de Nat. Dom. qui est 10 de tempore. D. Isid. in Allegorijs noui Testamenti. Ambros. Ansbert. hom. in festo Purificat. B. Virg. Zaccbar. Chrysopol. lib. 1. in vnum ex quatuor cap. 3. Tom. Biblioth. PP. & Rich. à S. Laurent. de laud. B. Virg. lib. 6.*

Typus gratiæ diuinæ. *Adam Præmon. lib. 1. ser. 24.*

Typus Ecclesię, quia Virgo, & Mater. Etenim Ecclesia Mater prædicatur, quia Spiritu sancto fœcundata per eam quotidie Filij Dei in baptismate generantur. Virgo autem dicitur, quia integritatem fidei seruans inuiolabiliter ab hæretica prauitate non corrumpitur. *Honorius Augustod. in sigillo* B. *M.*

# LIBER DECIMVS NONVS

# POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA

### DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera V.

VADES peccatorum. *S. German. orat. 2. in Dormitione Beatæ Mariæ Virg.*

VALLIS frumenti ferax; ſcriptum eſt enim, quia Valles abundabunt frumento Pſalm. 64. in qua exortum eſt frumentum illud, quod de ſe ipſo in Euangelio ait: Niſi granum frumenti, cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. Ioan. 12. rorantibus quippe cœlis deſuper, nubibuſque iuſtum pluentibus, ad abundantiam roris huius ſe vallis iſta aperuit, & germinauit Saluatorem. *Adam de Perſenia ſerm. 1. in Annunciat. Beatæ Virg.*

Vallis abundans illo frumento, de quo dicitur Ioann. 12. Niſi granum frumenti. *Richard. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. V. lib. 8.*

Vallis, de qua dicitur Iſai. 40. Omnis vallis implebitur; poteſt enim Maria congruè diei omnis vallis, propter omnimodam humilitatem cordis, vocis, operis, & omnium ſenſuum, & propter hoc impleta eſt omni charismate ſpiritali, & dicta eſt gratia plena. *Idem ibid.*

Vallis plena cæleſti frumento, de cuius plenitudine nos, qui eramus vacui accepimus. *D. Anton. de Pad. ſerm. in Domin. 4. Aduen.*

Vallis benedicta. *D. Bonauent. in Speculo Beatæ Mariæ Virg. cap. 13.*

Vallis benedictionis. *Idem ibidem.*

Vallis Dei humilitate profunda. *Idem ibidem.*

Vallis vallium, quia humillima humilium. *Idem ibidem.*

Vallis illuſtris, quam noſter verus Abraham, elegit in habitationem ſibi Geneſ. 12. *Ern. Prag. in Mariali cap. 37.*

Vallis, in qua abundauit duplex humor, ſcilicet ab inferiori fontes, vnde Pſal. 103. Qui emittis fontes in conuallibus, & à ſuperiori rores. Vnde Iſai. 45. Rorate cœli deſuper; habuit enim Beata Virgo duplicem pietatis, & deuotionis affectum, ſcilicet de reſtauratione angelica, & de redemptione humana. *Idem ibidem.*

Vallis vberrima, pinguis propter temporalia beneficia, pinguior propter ſpiritualia, pinguiſſima propter cæleſtia, quæ ab ipſa recipimus copioſe. *Idem ibidem.*

Vallis viſionis, verè, & rectè, quia Dominus noſter Sol iuſtitiæ eam ſemper inuiſit. *Id. ibid.*

Vallis exaltata ſuper omnes montes. *D. Birgitta lib. 1. Reuelat. cap. 51.*

Vallis propter humilitatem, quam præ alijs habuit, altior tamen omnibus montibus, id eſt Sanctis. *Eadem ibidem.*

Vallis humilitatis. *Maurit. de Villaprobata ſer. 4. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Vallis amœna, vernans virtutum lilijs. *Ludouic. Bloſ. in Endologia 2. ad Beatam Virg.*

VALLVM fidele. *D. Ephrem in ſer. de laud. B. M. V*

Vallum imperij. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Præſentatione Beatæ Mariæ V.*

Vallum fortiſſimũ. *S. Germ. or. 2. in Dorm. B. M. V.*

Vallum vndique munitum. *Idem ibidem*

Vallum fidelium. *S. Io. Dam. Can. in S. Maxim.*

Vallum ſapientiſſimorum Martyrum. *S. Ioſeph Hymneg. in Mariali.*

Vallum inconcuſſum, à Deo fundatum. *Iacobus Monachus orat. de Natiuit. B. M. V.*

VAPOR Dei, quia habuit cogitationes odoriferas. *Iacob. de Voragine Mariali ſer. 11. L.*

Vapor virtutis Dei. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 31. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ, & Albert. Mag. ſuper Miſſus eſt cap. 192.*

VAS electionis, quod non ſuſtinuit iuſtitia communibus laxari iniurijs, quoniam plurimum à cæteris differens natura communicabat, non culpa. *D. Cyprianus in ſerm. de Nat. Chriſti.*

Vas exiguum, cui vbique diuinitas dilatata plenitudinem ſui infudit. *Idem ibidem.*

Vas Dei capax, nunquam commaculatum. *S. Athanaſ. ſerm. in deſcriptionem SS. Deip.*

Vas miraculorum. *S. Gregor. Thaum. orat. 2. de Annunc. Beatæ Mariæ Virg.*

Vas omnium myſteriorum diuinorum. *Idem ibidem.*

Vas ſupercœleſtis lætitiæ. *Idem ibidem.*

Vas admirabile. *D. Epiph. l. 3. aduerſ. hæreſ. hær. 78*

Vas electum. *Idem lib.* 1. *contra Hæreſes hæreſ.* 30
Vas eximium. *Idem lib.* 3. *aduerſus hæreſ. hæreſ.* 79
Vas honoratum, & colendum. *Idem lib.* 3. *aduerſus hæreſes, hæreſi* 78.
Vas, in quod aduenit hominum ſalus. *Id. ibid.*
Vas pretioſum, ac excellentiſſimum. *Id. ibid.*
Vas, quod cepit incomprehenſibilem, & ſuſcepit myſterium ſigni cœleſtis, & vitæ hominum. *Idem ibidem.*
Vas ſanctum. *Idem ibidem.*
Vas, quod ad ſuam deſcenſionem Chriſtus elegit. *S. Ambroſ. in lib. de bono Virg.*
Vas præclarum, & electum Dei. D. *Ephrem. in ſerm. de Laud.* B.M.V.
Vas non aureæ inſtar Arcæ, quæ manna cæpit, ſed cœleſtem panem aluo comprehendens, panem alimenti, roboriſque cauſa credentibus datum. *D. Baſil. Seleuc. orat. in Annunc. Delp.*
Vas impollutum. *S. Io. Chryſ. orat.* 3. *de Annunc.* B.M.V. *Georg. Nicomed. orat.* 1. *de Præſentat.* B.M.V. *& Iacob. Monach. in Mariali. orat.* 13.
Vas incontaminatum. *S. Ioan. Chryſ. orat.* 3. *de Annunciat. Beatæ Mariæ Virg.*
Vas immaculatum Virginitatis. *S. Proclus in orat.* 1. *de laud. Sanctiſs. Virg.*
Vas in honore Dei à facie templi. *Venant. Fortunat. elegia in Laudem S. Mariæ Virg. & Matris Domini.*
Vas nouum vnguenti non deficientis. *And. Cret. orat.* 3. *de Dormit. B. Virg.*
Vas, quod ſibi mundi Conditor præparauit, vt per ipſum poſſet apparere hominibus. *D. Ildephonſ. ſerm.* 3. *de Natiu. B.V.*
Vas ſanctificationis. *Idem in libro de Virginitate Mariæ cap.* 10.
Vas illibatum. *Anonymus in Euchologio, ſeu Rituali Græcorum in officio exequiarum.*
Vas virtutum pretioſum, ferens ſigna incorruptæ puritatis. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu SS. Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*
Vas electum, quod ſibi Deus repoſuit. *S. Germ. Conſtant. orat.* 1. *in Præſent.* B.M.V.
Vas, ex quo recreationis manna nos malorum ardoribus arefacti ebibimus. *Idem orat. in Zon. Deiparæ.*
Vas, in quod ſe Deus infudit. *Idem orat.* 1. *in Dormitione Beatæ Mariæ Virg.*
Vas pretioſum totius diuini cultus, & diuina myſteria continentis, in quo Deus carne obſignatur, & ſanctificat omnia, & occultè veniens ad homines, fit habitator, & patitur ſe peccatorum manibus tractari, & ori luteo admoueri, & noſtræ carnis pulueri immiſceri, temperans ſe non euaneſcens. *Idem ſerm. in Natiuitate Beatæ Mariæ Virg.*
Vas auro fictum, ab omni vaſe ſecretum, ex quo mundus vniuerſus impenſum manna accepit, vitæ ſcilicet panem, igne deitatis excoctum. *S. Io. Damaſc. in orat.* 4. *de Natiu.* B.M.V.
Vas luminis verè lucentis. *Idem in Canone de Sanctiſs. Trinitate.*
Vas virginitatis aureum, ac firmum. *Idem or.* 4. *de Natiuitate Beatæ Mariæ Virgin.*
Vas ſuauiſſimi odoris. *Idem Can. in* S. *Anaſt.*
Vas lucis illuminantis totum orbem, illuminans obtenebratam vitæ delicijs miſeram animam noſtram, quo, ſicut in die per vias Dei ambulemus. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*
Vas innocentiæ puriſſimæ ſine macula, & labe. *Idiota in ſua Contempl. de Sanctiſs. V.M.*
Vas admirabile, & nouum, quia nũquam inuentum eſt, in quo fuerunt multa mirabilia, & multæ nouitates. *Idem de Beata Virg. par.* 14. *Contemplat.* 57.
Vas admirabile, opus Excelſi, in quo bene fabricando ſtuduit excelſus Dominus. *Idem. ibid.*
Vas admirabile propter continendi modũ, quia cum Deus ſit in omni creatura per eſſentiam, & in ſolis iuſtis per gratiam, his duobus modis fuit in B. Virgine, & nouo, & mirabili modo per vnionem. *Idem ibidem.*
Vas admirabile propter operoſitatem, quæ ſuperat materiam; fuerunt namque in Beata Virgine omnes varietates virtutum, & donorum, omnes ſculpturæ deſiderionum Sanctorum, & omnes picturę ſanctarum cogitationum. *Idem ibidem.*
Vas admirabile propter recipiendi, & emittendi modum ineffabilem, & ſingularem, quia contra morem aliorum vaſorum, nec fractum, nec apertum eſt in recipiendo, vel emittendo; recepit enim, & emiſit cum integritate, vt ſtella radium, & flos odorem. *Idem ibidem.*
Vas admirabile, quod cœleſtis Aurifaber, qui ſapientia ſua de luto aurum fecit, formauit de luto humanæ naturæ, non tamen luteum, ſed verè aureum, de quo etiam vaſe manente integro ineffabiliter formauit, poſtea vas corporis ſui, & in hoc opere ſapientia Dei vicit malitiam Diaboli, qui in primis parentibus aurum humanæ naturę redegerat in lutum. *Idem ibidem.*
Vas capax gratiæ adeò, & maximè per humilitatem, quod ſola meruit impleri, vt ſibi, & toti mundo ſufficeret copioſa. *Idem ibid.*
Vas eximium propter continentiam, quia Beata Virgo continuit ſuum continens, & licet nullum aliud vas poſſit ſe maius continere, Beata Virgo continuit illum, quem totus non capit orbis, & à quo ipſa continebatur. *Idem ibidem.*
Vas illius artificis, qui fabricatus eſt auroram, & ſolem, opus excogitatum ante ſecula, conſummatum in fine ſeculorum. *Idem ibidem.*
Vas miſericordiæ, ad quod recurrere debent vaſa contumeliæ plena luto ſordiſſimo diuerſorum vitiorum. *Idem ibidem.*
Vas profundiſſimum per humilitatem, ſolidiſſimum per patientiam, integerrimum per virginitatem, ampliſſimum per charitatem, puriſſimum per omnimodam puritatem, capaciſſimum per deſiderium, & ideò baſſamum diuinę gratiæ dignum, & congruum eſt continere. *Idem ibidem.*

Vas

Vas, quod ſe ipſa impleuit operata Dei ſapientia, & ob vaſis inæſtimabilem pulchritudinem, in eo nouem menſibus corporaliter habitauit. *Idem ibidem.*

Vas virgineum, diuinis chariſmatibus, vt margaritis ineffabiliter ornatum, in quo qualitas Dei mixta homini compaginaretur corporaliter, non ſecundum propagationem, ſed ſecundum Spiritus ſancti operationem. *D. Fulbertus Carnot. ſer. 3. de Nat. SS. Virg.*

Vas vitæ, & ſalutis vniuerſorum. *S. Anſelm. in orat. ad Beatam Virg.*

Vas nouum per virginitatem, in quod Pater æternus mittens ſal ſapientiæ ſuæ, ſanauit aquas Iericho, id eſt, gentes mundi. *Hugo de S. Vict. lib. 1. erudit. Theologic. ex Miſcellaneorum 2. tit. 180.*

Vas aureum continens manna. *Arnold. Carnot. Tract. de illis verbis Domini: Mulier ecce filius tuus.*

Vas ſingulare, in quo filius Dei latere voluit, non ſolum per inhabitantem gratiam, ſed per carnis vnionem, in quo Deus hominem aſſumpſit, hominem dico, id eſt hominis naturam, non hominis perſonam, ſed hominem in perſona: ita vt in Deum tranſiret, non naturę verſibilitate, ſed Dei dignatione, quia nec Deus eſt mutatus in humanam ſubſtantiam, aſſumendo hominem, nec homo in diuinam, cum glorificatus eſt in Deum. *Garner. Lingon. ſer. 2. de Purific. B. M. Virg.*

Vas adeò capax gratiæ, & maximè per humilitatem, quæ ſola meretur impleri, vt ſibi, & toti mundo ſufficeret copioſè. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſs. Virg. lib. 10.*

Vas admirabile, de quo in Pſalm. 117. à Domino factum eſt vas iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris; in Maria ſiquidem conuenerunt tres admirabiles coniunctiones, quaſi contrariorum, quæ facta ſunt non ſecundum naturam, ſed ſupra naturam, quæ ſunt Deus, & Homo, Mater, & Virgo, fides, & cor humanum. *Idem ibidem.*

Vas admirabile, per quod habemus Chriſtum, qui eſt panis viuus, qui de cęlo deſcēdit. Io. 6. & qui eſt fructus ſtructuum in menſa Altaris, & habituri ſumus in mēſa cęleſti, & per quod etiam ſuſcipimus iugiter data optima, quæ deſcendunt à Patre luminum. *Idem de laud. Sanctiſs. Virg. lib. 12.*

Vas admirabile propter conformitatem; contētum enim in vaſe accipit formam vaſis, non è contrario, ſicut videre eſt in aqua, vel lacte congelatis in vaſe, vel in campana, quæ formam accipit moduli, è contrario modo hic fuit, quia continens mutatum fuit ſecundum exigentiam contenti; aſſimilata eſt enim humana natura Deitati. *Idem ibidem.*

Vas admirabile propter continendi modum, quia cum Deus in omni creatura ſit per eſſentiam, in ſolis iuſtis per gratiam: his duobus modis in Maria fuit, & admirabili modo, per vnionem. *Idem ibidem.*

Vas admirabile propter continentiam; continuit enim ſuum continens; nullum enim aliud vas potuit maius ſe continere, ſed Matia illum continuit, quem totus non capit orbis, & à quo ipſa continebatur. *Idem ibidem.*

Vas admirabile propter omnimodam ſufficientiam, quia, quo plus ex eo hauritur, eo plus in eo inuenitur, vndè dicitur Mariæ Cant. 6. Vmbelicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. *Idem ibidem.*

Vas admirabile propter pretioſitatem, quæ ſuperabat materiam; fuerunt enim in hoc vaſe omnes varietates virtutum, & bonorum, omnes ſculpturæ Sanctorum deſideriorum, omnes picturæ Sanctarum cogitationum, ideò dicitur vas admirabile, opus excelſi. *Idem ibidem.*

Vas admirabile propter recipiendi, & emittendi modum ineffabilem, & ſingularem, quia, contra morem aliorum vaſorum, nec fractum, nec apertum eſt in recipiendo, vel emittendo, recepit enim cum integritate, vt oculos, & vitrum ſolem emiſit cum integritate, vt ſtella radium, & flos odorem. *Idem ibid.*

Vas admirabile, quo cęleſtis Aurifaber, qui ſapientia ſua de luto facit aurum, formauit de luto humanæ naturæ, non tamen luteum. ſed verè aureum, de quo etiam vaſe, manente integro ineffabiliter, formauit poſtea vas corporis ſui. *Idem ibidem.*

Vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo. Eccl. 50. Fuit enim aureum Regi Regum conuenieus, quia aurum Regibus conuenit, deſignata per omnia vaſa Domini, id eſt Eccleſiæ, quæ fecit verus Salomou de auro puriſſimo, ſicut legitur. 2. Paral. 4. & 3. Reg. 7. Deſignata etiam per omnia vaſa, de quibus Rex Salomon potabat, & per vniuerſam ſupellectilem domus pſaltus libani, quæ omnia fuerunt de auro puriſſimo; fuit etiam ſolidum per conſtantiam, & omnimodam patientiam, quod omnibus promiſſis Angeli à virginitatis propoſito inclinari non potuit, aut plicari, quod nulla tribulatione, nullo metu mortis potuit conquaſſari, ſicut manifeſtè apparuit, quando fugientibus diſcipulis, ſtetit imperterrita, iuxta Filij Crucem; fuit denique ornatum omni lapide prætioſo, id eſt omnimoda virtute, vt illud Ezech. 28. Omnis lapis pretioſus operimentum tuum, ei multo melius attribui debeat, quam Lucifero ante occaſum. *Idem ibidem.*

Vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo Eccleſ. 50. Scilicet Iaſpide fidei, Hiacyntho ſpei, Carbunculo charitatis, Sapphiro contemplationis, Sardonico Martyrij, Topatio vniuerſæ virtutis, & omnimodæ pulchritudinis, & ſic de cæteris lapidibus, quibus virtutes cæteræ deſignantur. *Idem de laud Sanctiſs. Virg. lib. 4.*

Vas caſtrorum Eccl. 43. Vas caſtrorum in excelſis, in firmamento cęli reſplendens; ſicut enim

enim luna dicitur vas caſtrorum, quia eſt vas vniuerſale, ab omnibus planetis, qui caſtra dicuntur, diſpoſitionem recipiens: Ita Maria, quæ pulchra dicitur vt luna, vas eſt vniuerſale, vniuerſaliter habens perfectè quicquid boni alij Sancti habent particulariter. *Idem in laud. Sanctiſs. Virg. lib.* 10.

Vas cæleſtis ſapientiæ. *Idem de laud. SS. V. lib.* 4.

Vas cryſtallinum, ſapphyrinum, ſmaragdinum, eburneum, aureum, & argenteum ad reponendum Dominici corporis Sacramentum, & omnium reliquiarum, id eſt virtutum impretiabilem theſaurum. *Idem de laud. Sanctiſs. Virg. lib.* 10.

Vas electionis, quod Deus elegit, & prælegit, imò, & prælectionis, ſicut de Paulo legitur. Act. 9. *Idem ibidem.*

Vas electrinum, ob aurum ſapientiæ, & argentum eloquentiæ, & quia continuit Chriſtum qui electrum dicitur Exech. 1. propter aurum diuinitatis, & argentum humanitatis. *Idem ibidem.*

Vas ineffabile, in quo Filius Dei, comedit fauum ſuum, cum melle ſuo, bibit vinum ſuum, cum lacte ſuo Cant. 5. *Idem ibidem.*

Vas miſericordiæ, præparatum à Domino in tempore miſerendi. *Idem de laud. SS. V. lib.* 4.

Vas nouum, de quo 4. Reg. 2. Dixit Eliſæus: Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud ſal: Maria ſiquidem vas nouum per gratiam ſine alicuius vetuſtate peccati, in quo vaſe omnia noua fecit Dominus, vnde dicit Apocal. 21. Ecce noua facio omnia, cui vaſi immiſſum eſt à tota Trinitate in incarnatione ſal, id eſt Chriſtus, qui eſt ſapientia Patris, & ſic ſanatæ ſunt aquæ Iericho, id eſt populi mundani, quia aquæ multæ populi multi Apoc. 17. *Idem de laud. Sanctiſs. Virg. lib.* 10.

Vas perfectæ bonitatis, quæ principaliter conſiſtit in tribus, vt ſcilicet vas ſit de bona materia, de bono odore, & de bono ſono, in ſono percipitur veritas integritatis, vt patet in campanis: in odore ſapor bonitatis, vt patet in dolijs: in materia affectus virtutis: ſonus noſtri vaſis humilitas, quando reſpondit: Ecce Ancilla Domini, odor virginitas, vnde: quoniam virum non cognoſco: Materia aurum, id eſt charitas, quæ operatur magna ſi eſt, vel electrum, compoſitum ex argento candidæ virginitatis, & auro ſplendidæ, & prætioſæ maternitatis, quæ peperit Filium, qui figura eſt, & ſplendor gloriæ Patris. *Idem ibidem.*

Vas profundiſſimum, per humilitatem, ſolidiſſimum per patientiam, integerrimum per virginitatem, ampliſſimum per charitatem, mundiſſimum per omnimodam puritatem, & capaciſſimum per deſiderium, & ideo balſamum diuinæ gratiæ dignum, & congruum continere. *Idem ibidem.*

Vas, quo ſe ipſa impleuit corporata Dei ſapientia, & ob vaſis inæſtimabilem pulchritudinem, in ipſo nouem menſibus corporaliter habitauit. *Idem ibidem.*

Vas, quod mundum ſeruauit virginitas, profundum humilitas, ſolidum charitas, & tale vas, ſcilicet mundum profundum, & ſolidum, neceſſarium erat Chriſti electuario continendo. *Idem ibidem.*

Vas vnum, id eſt ſingulare, in quo repoſitum eſt manna. Exod. 16. id eſt dulcedo diuinitatis, quæ dicitur, & eſt panis Angelorum, & hoc in Dominica incarnatione. *Idem ibidem.*

Vas vnum, id eſt ſingulare, quo ad animam per fidem, vnde Luc. 1. Beata quæ credidiſti, & quoad carnem, cuius portionem quandam aſſumpſit Dei ſapientia. *Idem ibidem.*

Vas pretioſiſſimum, & ſanctiſſimum, in quo Dei verbum conceptum eſt. *D. Amadæus hom.* 3. *de laud. Sanctiſs. Virg.*

Vas cunctis venerabile. *D. Bonauent. in laud. B. Virg. Mariæ.*

Vas dignum. *Idem ibidem.*

Vas egregium. *Idem ibidem.*

Vas figulum partus. *Idem ibidem.*

Vas gratum. *Idem ibidem.*

Vas immenſiſſimum, quia illum, qui cęlo maior eſt, continere potuit. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap.* 5.

Vas laudabile. *Idem in laudem B. V M.*

Vas nobile. *Idem ibidem.*

Vas puriſſimum. *Idem in Speculo Beatæ V. c.* 11. *D. Antonin. in ſum. par.* 4. *tit.* 15. *cap.* 20. *& Bernard. de Buſt. ſer.* 4. *de Aſſimil. B. M.*

Vas vuguenti. *D. Bonauent. in Pſalterio minori Beatæ Virg. Quinquagena* 3.

Vas admirabile, opus excelſi. *Alber. Magn. ſuper Miſſus eſt cap.* 197.

Vas auri ſolidum, ornatum omni genere prætioſo; ornatum quidem omni lapide prætioſo virtutum, ſolidum, quia humana virtute moueri non poſſet, in diuini conceptus præiudicium. *Idem in Poſtillis ſuper cap.* 1. *Lucæ.*

Vas, continens corporaliter plenitudinẽ deitatis in Filio Dei. *Idem in Poſtillis ſuper cap.* 11. *Lucæ.*

Vas dulcedinis diuinæ. *Idem in Poſtillis ſuper cap.* 1. *Lucæ.*

Vas gratiæ cæleſtis. *Idem ſerm.* 2. *in Annunciat. Beatæ Mariæ Virg.*

Vas innouationis, & ſanationis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.* 4. *Regum.*

Vas nouum, habens multiplicem nouitatem 4. Reg. 2, *Idem ibidem.*

Vas plenum omnibus gratijs. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 197.

Vas, quod vnum diuinitatis, & aquam humanitatis ſimul continuit ſine confuſione mixtionis naturarum, vel proprietatum. *Idem ibidem.*

Vas refectionis Exod. 16. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib. Exod.*

Vas ſanctiſſimum, quod manens clauſum, Deum in ſe recepit, & clauſum effudit, id eſt, Virgo

Deum

Deum concepit, & poſt partum virgo permanſit; vnde fuit hortus concluſus, fons ſignatus Cantic. 4. & porta clauſa Ezech. 44. *Idem ſuper Miſſus eſt cap.* 197.

Vas ſatietatis. *Idem in Biblia Mariæ ſuper lib.* 3. *Regum.*

Vas admirandum, quia exiſtens clauſum conceptum Filij Dei recepit, & ſimiliter in partu ipſum effudit. *Iacobus de Voragine in Mariali ſermone* 1. *V.*

Vas admirandum, quia illud in ſe continuit, quod maius erat ſe ipſa. *Idem ibidem.*

Vas aromaticum, in quo fuerunt omnes ſpecies aromatum, omniumque virtutum. *Id. ibid.*

Vas caſtrorum, intra ſua viſcera pietatis recipiens omnes, qui habent munditiam caſtitatis, reſplendens in firmamento cæli glorioſe, quia in Eccleſia militanti omnibus dat exemplum virginitatis perpetuæ. *Idem in Mariali ſermone* 8. *L.*

Vas continens vnguenta contra omnes infirmitates. *Idem in Mariali ſerm.* 1. *V. & Bernar. de Buſt. ſerm.* 4. *de Aſſimilat.* B. *V.*

Vas Dei. *Iacob. de Voragine in Mariali ſer.* 1. *V.*

Vas eſcarum, in quo Rex Cæli nouem menſibus ſe pauit. *Idem ſermon.* 2. *pro Sabb.* 5. *hebdomad. Quadrageſ.*

Vas eſcarum, quia in ipſa ſe Chriſtus cibauit, dū de ipſa carnem aſſumpſit, homo in ipſa ſe cibauit, dum per fructum ventris ſui æternam in ea inuenit ſatietatem. *Idem in Mariali ſermone* 7. D.

Vas eſcarum, quia nobis cibum Angelorum miniſtrauit. *Idem ſer.* 2. *de Nat.* B. M. *V.*

Vas integrum, nouum, mundum, & admirandum *Idem ſer.* 2. *de Natiu. Domini.*

Vas Maieſtatis diuinæ. *Idem in Mar. ſer.* 9. *M.*

Vas plenum floribus, plenum balſamo, plenum ſplendore. *Idem ſer.* 2. *de Purific.* B. *V. M.*

Vas profundum, propter profundam humilitatem, & gratia Dei profundè adimpletum. *Idem in Mariali ſerm.* 1. *V.*

Vas puriſſimum, abſq; rubigine culpæ originalis, culpæ actualis, & omnis pœnalitatis. *Idem ibidem.*

Vas purum, & nouum, in quod ſal ſapientiæ fuit miſſum, quando Chriſtus, qui eſt Dei ſapientia, in eius vterum intranit. 3. Reg. 2. *Idem ibidem.*

Vas ſolidum, quia in ſuo conceptu habuit integritatem, in vita peccati immunitatem, in obitu induit immortalitatem.

Vas pretioſiſſimum à Deo ſanctificatum. *Iacob. Monachus in Mariali orat.* 4.

Vas gratiæ clariſſimum ipſis ſolis radijs ſplendidius, & illuſtrius, *Nicephorus Caliſtus lib.* 1. *Hiſtor. Eccleſ. cap.* 8.

Vas, quod eum, qui incomprehenſibilis eſt, comprehendit. *Idem cap.* 7.

Vas ex auro mundiſſimo confectum, gratia perfuſum, ſmaragdis, & ſapphyris, omnigeniſq; virtutum præclariſſimis obductum; & ornatum gemmis, cuius vnicus aſpectus cæleſtis Regis oculos longè dulcius afficit, quam vel omnium rerum creatarum. *Henricus Suſo. cap.* 16. *Dialogi ſapientiæ, & Miniſtri eius.*

Vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo. *Ern. Prag. in Mariali cap.* 88.

Vas honoris, ornatum omni lapide pretioſo. *Idem in Mariali cap.* 137.

Vas, non modo ſolidum, ſed ſolidiſſimum, quia nec peccatum operis, nec oris, nec cordis, aliquid de ea decidere vnquam potuit. *Idem in Mariali cap.* 4.

Vas nouum, quod attulerunt nobis Patriarchæ generando, & Prophetæ prædicando, in quod vbi miſſum eſt ſal ſapientiæ Dei Patris, ſanatæ ſunt aquæ Iericho, quæ peſſimæ erant, & ſteriles, donec miſſum eſt ſal in vas nouum, id eſt verbum Patris in Maria, carni vnitum. *Idem in Mariali cap.* 29.

Vas nouum ſimpliciter, quia ſingulariter, mirum vſque ad ipſius creationem nihil erat nouum ſub ſole Eccleſ. 1. Sed per iſtum nouum facta ſunt omnia noua. Apoc. 21. dixit qui ſedebat in throno: Ecce noua facio omnia. *Idem in Mariali cap.* 87.

Vas propter omnimodam vitæ nouitatem, propter ſummam puritatem, propter perfectam ſoliditatem, propter pretioſitatem, operoſitatem, & ſpecioſitatem, capacitatem, ſufficientiam, dignitatem, atque omnimodam vtilitatem. *Idem ibidem.*

Vas vitreum puritate, æneum vero, vel potius aureum ſoliditate. *Idem in Mariali cap.* 4.

Vas à Deo honoratum. *D. Birgitta lib.* 1. *Reuelation. cap.* 8.

Vas clauſum, & non clauſum; clauſum Diabolo, & non Deo: quia ſicut torrens cupiens ingredi vas oppoſitum ſibi, & non valens, inquirit alios exitus, & ingreſſus; ſic Diabolus quaſi torrens vitiorum cupiebat totis adinuentionibus ſuis appropinquare cordi Marię, ſed nunquam ad aliquod quantumcumque minimum peccatum valuit inclinare animum eius, qua clauſum erat contra tentationes, nam torrens ſpiritus Dei influxerat cor eius, & ſpirituali gratia repleuit eam. *Eadem lib.* 5. *Reuelationum Reuelat.* 13. *in lib. Quæſt.*

Vas concluſum, in quod incomprehenſibilitas diuinitatis Dei abſque violatione deſcendit. *Eadem lib.* 5. *Reuelat. interrogatione* 12.

Vas luminoſum, & non luminoſum; luminoſum quia omnis anima pulchra à Deo creata eſt, ſed anima Mariæ creuit ad omnem perfectionem luminis, in tantum, quod Filius Patris ſixit ſe in anima eius; ex cuius pulchritudine gaudebat cœlum, & terra, ſed vas iſtud non luminoſum fuit apud homines, quia mundi honores, & diuitias contemnebat. *Eadem lib* 5. *Reuelat. reuelat.* 13. *in lib. Quæſt.*

Vas mundum, & non mundum, quia tota pulchra, & tanta immunditia non inueniebatur in ea, vbi cuſpis acus infigeretur; ſed non mundum

mundum, quia de radice Adæ proceſſit, & de peccatoribus nata eſt, licet ſine peccato concepta. *Eadem ibidem.*

Vas paruum, & non paruum; paruum, & modicum in humilitatis ſuæ contempru; magnum, & non paruum in charitate Deitatis. *Eadem ibidem.*

Vas puriſſimum, mundiſſimum, & electiſſimum præ omnibus Angelis, & hominibus. *Eadem Renelat. lib. 1. cap. 31.*

Vas puritatis, in quo iacuit panis Angelorum, & in quo eſt omnis dulcedo, & pulchritudo. *Eadem ibidem.*

Vas repletum, & replens gratia. *Eadem lib. 8. Renelat. cap. 47.*

Vas vacuum, & non vacuum; vacuum ab omni voluptate, & peccato, non vacuum, ſed plenum cæleſti dulcedine, & omni bonitate. *Eadem lib. 5. Renelat. Renel. 13. in lib. quæſt.*

Vas aptum ſuſcipiendo conſubſtantiali Patri, coæterno illi Verbo, quod ex Patre quidem ſine tempore, ex ea vero in tempore, & ex vtroque prodijt ſine vlla læſione. *Emanuel. Pal. Imper. in orat. de Dormit. B. M. V.*

Vas donorum omnium diuinorum plenum. *Idem ibidem.*

Vas plenum benedictionis, de qua prima Parens exciderat. *Idem ibidem.*

Vas humilitatis, in quo vaſe viget, & ardet lumen veræ cognitionis. *S. Catharina Sen. in 11. ſuarum orat. quam orationem Romæ habuit in Annunciat. Beatæ Mariæ V. Anno 1379.*

Vas, in quo repoſitus eſt theſaurus diuinus. *Eadem in oratione 16.*

Vas domorum. *Batholom. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſs. Virg. fructu 2.*

Vas, quia electa præ cunctis in Dei Matrem. *Idem lib. 1. de laud. SS. Virg. fructu 8.*

Vas gratia plenum; ſicut enim vas liquore plenum, ſi mouetur aliquatenus, liquorem effundit: ſic Beata Virgo ſupplicum precibus mota, ſtatim peccatoribus gratiam impetrat integræ conuerſionis, qua purificati nou priuentur ineffabili dono diuiuæ fruitionis. *Antonius Pocq. ſerm. 7. de Concept. B. M. V.*

Vas idoneum ad capiendum balſamum illud diuinum, nempe Chriſtum. *Idem ibidem.*

Vas Dei capax. *Iſidorus Theſſalonic. in orat. de Natiuitate Beatæ M. Virg.*

Vas illuſtriſſimum omni materia ſublimius. *Idem orat. de Annunciat. Beatæ M. Virg.*

Vas immaculatiſſimum. *Idem in orat. de Præſentatione Beatæ Mariæ Virg.*

Vas nitidiſſimum. *Idem in orat. de Annunciatione Beatæ Mariæ Virg.*

Vas nouiſſimum, quod eum comprehendit, qui incomprehenſibilis eſt. *Idem orat. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Vas, quod vitam largitur. *Idem ibidem.*

Vas ſacratiſſimum, animatumque. *Idem in orat. de Præſentat. Beatæ M. V.*

Vas ſplendidiſſimum odoramentorum cæleſtium. *D. Lauren. Iuſtin. in lib. de Perfect. & diſcipl. Monaſt. conuerſ. cap. 15.*

Vas diuinitatis, quia nulla creatura tantum amat, nec tantum rimet Deum, quantum Virgo gloriosa. *D. Bernardin. Senenſ. Tom. 4 ſermone 37.*

Vas dilectiſſimum Spiritus Sancti, quod idem Spiritus ſanctus ſummè, & ſingulariter adimpleuit, prius omni dono gratiæ, ac virtutum, ac poſtmodum omni felicitate, donis, ac dotibus gloriæ. *Dionyſius Carthuſ. lib. 3. de laud. Sanctiſs. Virg. art. 9.*

Vas electiſſimum Spiritus ſancti. *Idem lib. 2. de laud. Sanctiſſ. Virg. art. 26.*

Vas fluido liquore repletum, quod quacumque ex parte motum, mox ſe diffundit atq; communicat; Maria enim miſericordia, miſerationibuſque exuberans, prece pulſata, repente ſuccurrit, omnibuſque ſe exaudibilem, ac propitiabilem exhibet. *Idem lib. 3. de precatione Mariæ art. 15.*

Vas mundiſſimum, in quo Dei Filius perſonaliter habitauit. *Idem lib. 1. de laud. Sanctiſs. Virg. art. 17.*

Vas, quo Chriſtus carnem humanam aſſumpſit. *Paulus de Hæredia in Tract. de Concept. B. V.*

Vas Paracleti. *Ioan. Manburn. in Roſario de præconijs Beatæ Virg. membr. 1.*

Vas nouum Eliſei, cæli ſale ſingulari more reſperſum, prorſus ſupereſficaciſſimum, non modo aquarum, ſed & rotius vniuerſi ſanitatem conferens. *Arnold. Boſt. cap. 1. §. 1. lib. de Patron. & Patrocinio Deipar. V. Mariæ in ſibi dicatum Carmel. Ordin.*

Vas admirandum. *Bernard. de Buſt. ſerm. 4. de Virtutibus Sanctiſs. Virg. M.*

Vas aromaticum, continens ſpecies omnium aromatum, id eſt omnium virtutum. *Idem ſerm. 4. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Vas Dei gratia plenum. *Idem ſerm. 7. de Annunciatione Beatæ Mariæ.*

Vas Deitatis. *Idem in ſuo Mariali ſerm. 8. de Conceptione Beatæ Mariæ.*

Vas diuinum, omni puritate repletiſſimum. *Idem ſerm. 4. de Aſſimilat. B. M.*

Vas integrum, per carnis integritatem, & virginitatem. *Idem ſerm. 4. de virtutib. Mariæ, & Maurit. de Villaprob. ſerm. 25. Cor. Nonæ B. M.*

Vas mirabiliſſimum, & ſtupendiſſimum, quia illud quod in ſe continuit, maius in infinitum ſe fuit. *Bernardin. de Buſt. ſer. 4. de Aſſimil. B. M.*

Vas miſericordiæ Dei, perpetuum, & æternum. *Idem in ſuo Mariali ſer. 7. de Concept. B. M.*

Vas mundum. *Idem ſerm. 4. de virtutib. M.*

Vas nouum, id eſt virginitatis gloria decoratum *Idem ibidem, & Maurit. de Villaprobata ſer. 25. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Vas nouum, in quo ſal ſapientiæ miſſum fuit, quando Chriſtus, qui eſt Dei ſapientia, in verum eius intrauit. *Bernar. de Buſt. ſer. 4. de Aſſimilat. Beatæ Mariæ.*

Vas plenum balſamo diuinæ ſapientiæ. *Idem*

*ſermone 1. de Aſſimilatione Beatæ Mariæ.*

Vas profundum, per profundam humilitatem. *Idem ſerm. 4. de Aſſimilat. B.M.*

Vas ſolidum, quia in ſuo conceptu habuit integritatem, in partu iucunditatem, in vita virtutis ſtabilitatem, in obitu vero induit immortalitatem. *Idem ibidem.*

Vas Spiritus ſancti. *Idem in Mariali ſerm. 2. de Coronat. Beatæ Mariæ.*

Vas virgineum continens Deum. *Idem ſerm. 4. de Aſſimilat. Beatæ Mariæ.*

Vas plenum internę conſolationis. *Io. Tritbem. lib. 1. de Miraculis B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Vas omnium bonorum. *Philippus de Greue ſer. 129. in Pſalm. 64.*

Vas vniuerſale, quicquid alij particulariter boni habent, perfectè continens. *Idem ibidem.*

Vas admirabile opus Excelſi. *Maurit. de Villaprobata ſerm. 24. Coronæ nouæ B.M.*

Vas continens quem cælum, & cæli cælorum capere nequeunt. *Idem ibidem.*

Vas, in quo fuit ſpecies omnium aromatum, id eſt virtutum. *Idem ibidem.*

Vas, in quo fuit vinum diuinitatis, & aqua humanitatis, ſine cõmixtione naturarum. *Id. ibid.*

Vas ornatum omni laude pretioſo; in conceptu enim habuit integritatem, in partu iucunditatem, in vita virtutis ſtabilitatem, in obitu immortalitatem. *idem ibidem ſer. 24.*

Vas plenum balſamo ſapientiæ. *Idem ibid. ſer. 3.*

Vas theſauri Spiritus ſancti. *Idem ibid. in ſer. 1.*

Vas eximium Spiritus ſancti. *Ioan. Picus lib. 3. in Cantic. cap. 13.*

Vas admirabile, admirabilem habens nouitatem, puritatem, & pretioſitatem. *Petrus Bardus de Conceptione Beatæ M. Virg.*

Vas admirabile, quia opus Excelſi, & figuli artificioſiſſimi, qui ſecundum totam induſtriam ſuæ artis operatus eſt opus iſtud; ex ſpeciali gratia producendo opus iſtud, ex ſterili matre, & frigido patre. *Idem ibidem.*

Vas argenteum, admirabilem habens puritatem, de quo Prouerb. 25. Auſer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum; fuit autẽ ab hoc vaſe ablata rubigo peccati originalis, quæ inſuiſſet, ſi per gratiam intemerata Virgo preſeruata non fuiſſet. *Idem ibid.*

Vas aureum, & pretioſum, de quo Eccleſ. 5. quaſi vas auri ſolidum; alia enim vaſa ſimilia, vt mulieres franguntur, & concipiendo per virginitatis amiſſionem, & pariendo per dolorem, & afflictionem, & viuendo per peccatum, & moriendo per corruptionem; vas autem iſtud tam ſolidum fuit, quod nullo modo eſt fractum, quia in conceptu habuit integritatem, in partu habuit iucunditatem, in vita habuit impeccabilitatem, & in morte immortalitatem. *Idem ibidem.*

Vas nouum, habens admirabilem nouitatem, cum nunquam talis viſa ſit nouitas in terris; vnde Ieremias, Nouum faciet Dominus ſuper terram, mulier circumdabit virum; admirabilis eſt enim nouitas, quod mulier paruula circumdet, in vtero claudat, & ex omni parte contineat virum, gigantem, & Deum, quem cœli capere non poſſunt. *Idem ibidem.*

Vas nouum, nam numquam figulus tale figmentum, vel vas fabricauit, neq; fabricaturus eſt, primum eſt, & ſecundum non habet. *Id. ibid.*

Vas, per quod cœleſtis Hieruſalem, quæ fuit per Luciferum, & ſuos deſtructa, eſt reparata, & reformata. *Idem ibidem.*

Vas puriſſimum, quia ab omni ſpecie peccati mortalis, & venialis, & originalis ſemper purum. *Idem ibidem.*

Vas, quod in ſuo vtero paruulo Deum infinitè magnum clauſit, & clauſum intactis clauſtris ſuæ virginitatis effudit. *Idem ibidem.*

Vas, quod vinum diuinitatis, & aquam humanitatis in ſe recepit, ſine confuſione, vel mixtione naturæ. *Idem ibidem.*

Vas ſolidum, fabricatum ex auro charitatis (quã perfectius, & excellentius habuit, quam alia quæcumque pura creatura) & lapidibus pretioſis omnium virtutum aliarum. *Idem ibidem.*

Vas terreum, non de terra maledicta, ſed de ea quam benedixit Dominus Pſal. 84. Benedixiſti Domine terram tuam. *Idem ibidem.*

Vas admirabile, diuino plenum balſamo. *Dion. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Virg.*

Vas auri fului, ſolidum virtute charitatis. *Id. ibid.*

Vas cœleſtis gloriæ. *Idem ibidem.*

Vas electionis, opus ſummi Artificis, nihil habens, cum terra commune. *Idem ibidem*

Vas honoris, & gratiæ. *Idem ibidem*

Vas intus purum, foris clarum, nobile per omnia. *Idem ibidem.*

Vas, non aquæ, ſed omnium gratiarum liquorem continens, cœleſti plenum nectare, balſamo, & ambroſia. *Idem ibidem.*

Vas, non humanis, & terrenis, ſed diuinis tantum vlibus ab æterno præordinatum, ac cœleſtibus Sacramentis recondentis pœnitus conſecratum, adeo vt nihil aliud, quam ſanctum, ſacrum, ac diuinum continere poſſet, aut ad alium ſe vſum conuertere. *Idem ibidem.*

Vas, non ſolum vini, & olei, ſed omnium gratiarum liquoribus contentiuum. *Idẽ ibicẽ.*

Vas omni lapide pretioſo, ac virtutum floribus, decoratum. *Idem ibidem.*

Vas totius ſanctitatis, & ſincerę puritatis. *Id. ib.*

Vas puriſſimum, & omni amaritudine carens. *Ludouic. Bloſius. in Enchirid. 1. ad B. Virg.*

Vas ampliſſimum, & capaciſſimum, omni vanitate vacuum, & gratia vſque ad ſummum repletum. *Robert. Bellar. Cone. 2. ſup. Miſſus. eſt.*

VASCVLVM pretioſiſſimum virginitatis. *Andr. Creten. orat. 1. de Dormit. B. Mariæ.*

Vaſculum purę virginitatis. *Anon. in Euch. ſeu Ritual Græc. in offic. in peſtilent. morbi periculo.*

Vaſculum gratia plenum. *Georgius Nicomedus orat. 3. de Præſent. B. Virg.*

Vaſculum Spiritus ſancti ſuſcipiendo verbo Dei aptatum. *Idem orat. 1. de Præſent. B. Virg.*

Vaſcu-

Vaſculum Dei capax. *S. German. Conſtan. orat. 1. de Aſſumpt. V. Mariæ.*

Vaſculum, ipſum vtero complexa, qui in omnibus incomprehenſus exiſtit. *S. Ioan. Damaſcen. orat. 4. de Nat. B. Virg.*

Vaſculum prælectum, & digniſſimum à primo Artifice fabricatum, eſſentiæ Dei capax. *D. Bernard. Senen. tom. 1. ſer. 61. & Maurit. de Villaprobata ſer. 25. Coronæ nouæ B. Virg.*

VATES Dei. *D. Anton. in ſum. part. 4. tit. 15. c. 29.*

Vates excellentiſſima, vt in his præſertim, quę in Cantico ſuo mirificentiſſimè prædixit, luculenter apparet, inter quę ſic de ipſa cecinit: Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuę, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. *Petrus Galat. lib. 7. de Arcan. cap. 17.*

VBERTAS bonorum. *Georg. Nicomed. orat. 3. de Concept. Deiparæ.*

Vberas orbis celeberrima. *Iacob Monach. in Mariali orat. 1.*

VEHICVLVM perſpicuiſſimum lucis ſpiritualis. *Andreas Cret. orat. 1. de Dorm. B. M.*

Vehiculum ſanctum, in quo Rex Regum tanquam in thronum aſcendit, indutus purpura, ex eius puriſſimis ſanguinibus confecta. *Idem Cant. 5. in partu B. Virg.*

Vehiculum ſplendidiſſimum luminis intelligibilis. *Idem de Dormit. B. Virg.*

Vehiculum diuinitatis, valde purum. *Anonym. in Menæis Græc. die 24. Martij.*

Vehiculum Numinis irreprehenſum, & omni caprū nitidius. *Idem in Men. Græc. die 7. Aprilis.*

Vehiculum Solis inacceſſi, & radiorum loco, ipſummet Solem emittens, cunctarum mentium captu maiorem. *Idē in Men. Græc. die 7. Martij.*

Vehiculum regium, quo vectum Verbum cum carne, in terram aduenit. *Georg. Nicomed. in orat. de exitu S. V. quando fuit oblata in templo.*

Vehiculum Numinis. *S. Ioan. Damaſc. in Menæis Græcorum die 15. Ianuarij.*

Vehiculum ſapiens, & animatum diuinæ ſapientię. *Idem in Menæis Græc. die 27. Ianuarij.*

Vehiculum inocciduum ſoliformis, quæ Solem ſuperintellectualem produxit. *Idem Can. in SS. Mart. Eul. & Eulamp.*

Vehiculum ipſis Cherubim præcellentius. *Idem Can. in Nat. B. V.*

Vehiculum lucis. *Idem in Can. ſanctiſ. Deip. & Albert. Magn. in Biblia M. ſuper lib. 4. Regum.*

Vehiculum cherubicum. *S. Ioſeph Hymn. in Mar.*

Vehiculum diuinum Regis Chriſti. *Idem ibid.*

Vehiculum luciferum Solis illius, qui ex eius viceribus reſuſcit, & rigiditiſſimas fraudis tenebras diſſoluit. *Idem ibidem.*

Vehiculum luciferum ſolis ſpiritualis, per quem illi, qui in tenebris ſedebant, viderunt lumen ſcientiæ. *Idem ibidem.*

Vehiculum regale, ac ſanctum. *Idem ibidem.*

Vehiculum clariſſimum vere lucis vitæ. *Io. Epiſc. Arctinus in Trall. de Dormit. B. Mariæ.*

Vehiculum nobis à Deo prouiſum. *D. Bernardus ſer. in Nat. B. M. de aqueductu.*

Vehiculum Chriſti, de peccato Regnantis. *Matth. Cantacuz. in cap. 1. Cant. Canticorum.*

Vehiculum puriſſimum, eximiumque Filij Dei. *Idem in cap. 5. Cant. Canticor.*

Vehiculum ignęum incarnationis Verbi. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 5.*

Vehiculum regale, in quo Verbum inuectum cum carne ad nos acceſſit. *Idem in Mariali orat. 3.*

Vehiculum Solis iuſtitiæ. *Idem in Mariali orat. 2.*

VELA tuta ratis. *Io. Geom. in B. Virg. hymn. 4.*

VELAMENTVM intellectuale corporis vniuerſalis Cherubim traſcendens; illa enim auertuntur, cum nequeant ſpiritualem ignem diuinitatis fixis oculis intueri, hæc autem apertis oculis fixè intuens incomprehenſibilem, & ſomni expertem oculum Chriſti cum deſiderio, & oſculo ſalutabat. *D. Epiph. in ſerm. de laud. Virg. Mariæ.*

Velamentum ſecundum ſanctorum, in quo mundi propitiatorium, & obumbratio, ipſis Cherubin excellentior, quod, & ipſum penetralium Dominum ventre, tanquam velamine obtexerit, vtero geſtatum. *S. Germ. Conſtantin. ſerm. in Natiuit. B. Virg.*

VELLVS imperceptibilis roris. *S. Method. in hom. in feſto Purificat. B. V. Mariæ.*

Vellus, de cuius fructu ſalutaria populis veſtimēta texuntur. *S. Ambroſ. ſer. 2. in Nat. Domini.*

Vellus, de cuius molli ſinu agnus egreſſus eſt, qui & ipſe matris lanicinium, hoc eſt carnem geſtans, molli vellere cunctorum operit vulnera populorum. *Idem ibidem.*

Vellus, quia ita concepit Dominum, vt toto eum hauriret corpore, nec eius diſciſſuram corporis pateretur, ſed eſſet mollis ad obſequium, & ſolida ad ſanctimoniam; quid enim tam ſilenter ſiue ſtrepitu fit, quam cum imber in lanæ vellus infunditur; nullius aures ſono verberat, nullius corpus humore repercuſſionis aſpergit, ſed ſine inquietudine ouium, tantum imbrem per multiplices effuſum partes, toto corpore in ſe trahat, vnius meatus ſciſſuram neſcions, ſolida mollitie plures prębens meatus, & quod clauſum videtur per denſitatem, eſt patulum per tenuitatē. *Id. ibid.*

Vellus Gedeonis. *D. Ephrem in ſer. de laud. B. V. & D. Bernard. ſer. 3. ſuper Salue Regina.*

Vellus virgineum, in quod cœleſtis imber placido ſe infundit illapſu. *D. Hieron. in Epiſtola ſine ſer. de Aſſumpt. Virg. ad Paulam & Euſtoch.*

Vellus mundiſſimum, cœleſti pluuia madens, ex quo paſtor induit ouem. *S. Proclus in orat. 1. ad Sanctiſ. Virg. Mariam.*

Vellus incontaminatum, in mundi area poſitum, ſuper quam vbi ſaluris pluuia è Cœlo deſcendit, immenſa malorum illuuies ab vniuerſa terra exauit: rurſuſque vellus exſiccatum à ſubſidente affectum humore, terram incorruptibili repleuit munere bonorum. *Iudic. 6. Idem in orat. 6. quæ eſt de laud. B. Virg.*

Vellus ſalutare, & ſpirituale. *S. Amphil. Syde Epiſc. orat. in Sanctis. Virg. Mariam.*

Vellus virgineum, in quod cœleſtis imber placido ſe fudit illapſu, & tota diuinitatis vnda, bibula ſe noſtræ carnis cœlauit in vellere, donec per patibulum crucis expreſſum, terris omnibus in pluuiam ſalutis effunderet. *S. Petrus Chriſolog. ſerm. 143.*

Vellus exorta, & detonſa ex ouibus Iſrael, ideſt ex iuſtiſſimis parentibus, qui quaſi oues erãt, ideſt innocui, & ſimplices, manſueti, & mites, in ſe benigni, & alijs proficui. *Caſſiodor. apud Rich. de S. Laur. de SS. Virg. lib. 12.*

Vellus diuinum Iudic. 6. *Andr. Cret. Can. in Concept. B. Virg.*

Vellus mundiſſimum roris cœleſtis. *Idem orat. 1. in Dormit. B. Mariæ.*

Vellus, quod imbrem, quem de Cœlo excepit in vtero, ità dulcem peperit, vt ille omnibus ambroſiam, ſeu nectar quoddam exhiberet; omnibus inquam, qui, & illum adorant, & ipſam Genitricem illius diuinam omnium linguis collaudatam magnificant. *Anon. in Menais Græcor. die 3. Aprilis.*

Vellus, de quo Pſalm. 71. Deſcendet ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. *S. Germ. Conſtant. ſer. in Nat. B. Virg.*

Vellus Gedeonis, quod ille madefactum ſymbolicè guttis cœleſtibus, ſine vllo ſtrepitu videns, & rem miraculo tribuens, humorem illum futuræ pluuiæ ſignum animaduertit. *Idē ibidem*

Vellus plenum aqua lachrymarum in paſſione Filij, cum ſiccitas eſſet in vniuerſa terra; ſuſtinuit enim, qui ſimul contriſtaretur, ac conlachrymaretur, & non fuit Pſalm. 68. *Idem in ſuo Matiali frag. 16.*

Vellus, quod delabentem è Cœlo diuinum imbrem primo ſuſcepit, vt arcanioribus remedijs toto orbe diffuſam ſicitatẽ curaret. *Idē. orat. in Annunc. B. V. Mariæ.*

Vellus dauidicum, in quo Regis omnium, ac Dei Filius, qui eiuſdem cum patre ſuo æternitatis eſt, vnaque cum eo regnat, pluuiæ inſtar deſcendit. *S. Io. Damaſ. orat. 1. de Aſſumpt. B. V.*

Vellus Gedeonis, victoriæ ſymbolum, ex qua figuratè ros immortalis deſtinxit, qui ſcilicet conceptis verbis ait: Confidite, ego vici mundum Ioan. 16. *Idem orat. 4. de Nat. B. Mariæ.*

Vellus, diuino rore perfuſum. *S. Ioſeph Hymn. in Matiali.*

Vellus, in quod ſicut pluuia deſcendit, ſapientia Dei Patris, & incarnata citrà narrationem vias vitæ oſtendit nobis. *Idem ibidem.*

Vellus roſcidum, à Gedeone prægnum, ex quo ille ros diſtillauit, qui idololatriæ incendium exſtinxit. *Idem ibidem.*

Vellus puritatis, in quo Deus maieſtatis inundans tanquam pluuia diſtillauit in gratia. *D. Anſelm. in Pſalt. B. Virg. part. 2.*

Vellus complutum. *Hugo de S. Victore lib. 4. de proprietatibus, & Epithetis rerum cap. 2.*

Vellus rore, ideſt gratia perfuſum. *Idem lib. 4. allegoriarum in lib. Iudic. cap. 11.*

Vellus, in quod ſicut pluuia deſcendit Verbum Dei, fidelibus gehennæ regnum exſtinguens. *Theoleptus in Can. ſine Cantico Compunct.*

Vellus Gedeonis, rore ditatus vaſculum. *Rich. à S. Vict. Expoſ. in Cant. Canticor. cap. 42.*

Vellus, de cuius fœcunditate, quidquid ſpiritualis gratiæ Eccleſia, in toto orbe diffuſa, in membris ſuis, maioribus ſuis minoribus percipit, totum ſibi prouenire, & ſuæ capacitatis concham expreſſo vellere rore compleri humiliter recognoſcit, & ſic quidem velut hæreditati ſuæ pluuiam hanc voluntariam ſe gregauit ille, qui ſicut pluuia in vellus deſcendit, & ſuo deſcenſu vellus ab omni humore carnalis concupiſcentiæ lauit, purgauit, & deſiccauit, vt aream tali humore aridam ſiccitatem velleris detegeret, & mundaret, portans in ſe iniquitates omnium noſtrum, & afflictus propter ſcelera noſtra. *Henric. Clareual. Tract. 12. de peregrinante Dei Ciuit.*

Vellus Gedeonis, quæ humanæ naturæ velut oui centeſimæ, quæ errando perierat, ad tegumentum, & ornatum data eſſe cognoſcitur. *Idem ibidem.*

Vellus, in quam ros gratiæ, cum tanta plenitudine, placido ſe infudit illapſu, vt merito gratia plena dicta ſit ab Angelo, & de eius plenitudine tota humanæ naturæ area, quæ vſque ad illud tempus ſicca, & abſque humore charitatis arida perſtiterat, inueniretur perfuſa. *Idem ibidem.*

Vellus complutum, & madefactum incarnatione. *Petrus Abbas Cell. lib. 6. Epiſtolar. Epiſt. vlt.*

Vellus animatum. *Theodorus Laſch. Imperator in Can. ad SS. Deiparam.*

Vellus, cuius pili ſublimes, ſubtiles longius extenſi, ſuaues, & recurui, ſunt virginei cogitatus, & affectus, ex quo omnis ornatus virtutis, cumulus omnis gratiæ, & gloriæ vnuerſæ. *Rich. à S. Laur. de laud. Virg. lib. 12.*

Vellus Gedeonis Iudic. 6. madefactum rore gratiarum, quod compreſſione leuiſſima deuotę ſalutationis, & orationis, larga diſtillabit ſtillicidia ſuper terram cordis humani. *Idem de laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 1.*

Vellus, quia ſicut de vellere ſumitur portio, vt indè fiat veſtimentum, ſic de ſubſtantia Virginis velut de vellere lanam, modicam portionem ſumpſit Spiritus ſanctus, de qua ineffabili artificio tunicam texuit, quâ indutus eſt Filius Dei. *Idem de laud. Virg. Mariæ lib. 12.*

Vellus, quia ſicut ſine ouis læſione ſumitur ab ea vellus, vt inde fiat veſtimentum, ſic ſine læſione ſuæ virginitatis, concepit Maria Chriſtum in vtero, ex cauſa intrinſeca, & ipſum ſine dolore peperit, virginitatis gloria permanente. *Idem ibidem.*

Vellus, quia ſi lana velleris, imo ipſum vellus, valde bibulum eſt, & in magna quantitate de pluuia, vel aqua recipit, & quod receperat, facil-

facillima compreſſione refunditur Mariæ humilitas valde ſitibunda, & bibula per deſiderium gratiæ, de qua tanto amplius hauſit, quanto magis ſe humiliauit, & ſine detrimento ſuæ plenitudinis ipſam gratiam facillimè refundit omnibus, quoties comprimitur oratione denota. *Idem ibidem.*

Vellus, quia ſi vellus eſt ſuauiſſimum ad tangẽdum, Maria ſuauiſſima eſt per pietatem, & benignitatem, quam non inueniunt peccatores ſcrupuloſam. *Idem ibidem.*

Vellus, quia ſi vellus veſtit, & circumdat ouem, Maria non ſolum Chriſtum, qui Iſai. 53. dicitur ouis, veſtit carne virginea, vt dicitur ter. 31. ſed veſtit virtutibus, circumdat protectione oues, ideſt ſimplices, & innocentes. *Idem ibidem.*

Vellus, quo tegitur quicumque non veſtitur pilis carnalibus, ſordidis, & caprinis, ignominioſè. *Idem ibidem.*

Vellus Gedeonis, rore infuſum. *Hildebertus in Prom. de Natiuitate Domini.*

Vellus, ex quo facta eſt à Spiritu ſancto veſtis Filij Dei, ideſt caro, frigora pellens infidelitatis. *Hugo Carenſis Pſalm. 71.*

Vellus clari Gedeonis. *D. Bonau. in Pſalt. minori B. Virg. quinquagena. 2.*

Vellus roris diuini Iudic. 6. quod per inuocationem, & per deuotam ſalutationẽ expreſſum, concham cordis rore gratiæ adimplet. *Alber. Magn. in Biblia Mariæ ſuper lib. Iudicum.*

Vellus ad veſtimenti Chriſti præparationem valde idoneum. *Iacob de Voragine in Mariali ſer. B. V. Bernard. de Buſtis ſerm. 4. de Aſſimilat. B. M. & Maurit. de Villaprobata ſer. 16. Coronæ nouæ. V.*

Vellus cœleſti pluuia madidum. *Iacob de Vorag. in Mariali ſerm. 3. V. Bernardin. de Buſt. ſer. 4. de Aſſimilat. B. Mariæ, & Maurit. de villaprobata ſerm. 16. Coronæ nouæ. Sanctiſ. Virg.*

Vellus incorruptum, impollutum, & illibatum. *Iacob de vorag. in Mariali ſerm. 3. V.*

Vellus purpureum. *Idem ibidem.*

Vellus rore Spiritus ſancti perfuſum. *Idem ibid.*

Vellus virgineum, tantæ virtutis, vt non poſſit tam leui deſiderio tangi, quin ſtatim impleat concham marinam, ideſt animam noſtram. *Idem ibidem.*

Vellus, de cuius molli ſinu egreſſus eſt Agnus cœleſtis, quia imbre placido virgineum vellus perfudit, & tota diuinitatis vnda in carne ſe contulit, ac deinde per patibulum crucis expreſſus, omnibus terris pluuiam ſalutarem effudit, & humanis mentibus ſtillicidia gratiæ contulit. *Ern. Prag. in Mariali cap. 81.*

Vellus, de quo mulier fortis mater noſtra Eccleſia, quotidiè domeſticis ſuis veſtes præparat. *Idem ibidem.*

Vellus Gedeonis aureum, quod factum eſt purpureum, quando non tantum intinctum eſt, imò totum immerſum eſt in canalibus, ideſt in Ieſu Chriſti vulneribus. *Idem in Marialí c. 6.*

Vellus marinum; ſicut enim velleris marini colorem nullus adhuc, qui diuerſis ſuccis obducunt vellera arte quacumque penitus potuit imitari: ità Mariæ ſpeciem, & decorem nullus eorum, qui ſanctorum laudes varijs extulerant præconijs, ſufficienter exprimere potuit. *Idem in Mariali cap. 61.*

Vellus, quia nulli vnquam onerosa ad portandum, leuis admodum ad tractandum, ad inſtar velleris, facillimè potes dilatare, extendere, coarctare, comprimere in fila, coloribus varijs obducere, & quocumque placet modo, ducere. *Idem ibidem.*

Vellus, quia ſicut vellus, vt natura eſt omnibus, de carne naturaliter oritur, & carnis neſcit paſſiones, & creſcendo leuiter, ipſius carnis operimentum, & muninentum efficitur: ità B. Virgo ſecundũ communem modum naturę orta eſt de tribu Iuda, ſecundum carnem, & de carnali populo nata, nec legem carnaliter obſeruabat, nec, quę carnis ſunt, ſapiebat; imò paſſiones carnis, quæ in membris noſtris operantur, penitus ignorabat, non ſolum autem ſecundum corpus, ſed, & ſecundum ſpiritum ambulans, ad inſtar velleris, per patientiam omnimodam omnimodè impaſſibilis erat, & proficiendo iugiter ipſi carnali populo, à quo nutriebatur, facta eſt in ornamentum, operimentum, & nutrimentum. *Idem ibidem*

Vellus, rore Cœli plenum, quando tota arca mundi à rore gratiæ ficca fuit, quo expreſſo, vtinam ille bonus, & verus Gedeon Ieſus Chriſtus conchulã cordis noſtri ſterilis, & aridi rore ſuo implere dignetur. Iudic. 7. *Id. ibid.*

Vellus Salamandrinum in virtuoſitate; ſicut enim Salamandra, quæ non modo in igne vivit, ſed vt glacies, ignem extinguere dicitur lanam quandam profert, de qua lanæ veſtes contextæ comburi non poſſunt; ità Beata Virgo in fornace ſuccenſa huius mundi, quaſi Salamandra extitit, quia non tantum ab igne illæſa fuit, ſed, & ignem libidinis in alijs extinxit. *Idem ibidem.*

Vellus tantæ vtilitatis, vt per illud ſaluati, & liberati ſumus. *Idem ibidem.*

Vellus noſtrum, calefactione ad Dei amorem. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. SS. V. fruct. 8.*

Vellus per miſericordiam. *Idem lib. 1. de laud. V. fruct. 2.*

Vellus magni Gedeonis. *Bernard. de Buſtis in officio Concept. B. M.*

Vellus, quo cœleſtis Agnus coopertus eſt. *Idem ſerm. 9. in Annunc. B. M.*

Vellus rore gratię, & diuinitatis plenum. *Idem ſerm. 4. de Aſſimilat. B. Virg.*

Vellus Gedeonis, ſiue carne plenum rore. *Maur. de Villaprobata ſerm. 25. Coronæ nonæ B. V.*

Vellus rectiſſimè, quia vellus eſt de carne excisum, ſed ſine carnis corruptione. *Idem ibidem ſerm. 16.*

Vellus rore Spiritus ſancti perfuſum Iudic. 6. *Idem ibidem.*

Vel-

Vellus, in quo ſilenter ſe infudit ros ille Dei, id eſt Verbum æternum, dum medium ſilentium tenerent omnia. *S. Thomas de Villanova in Concion. 1. de Natiuitate B. M. Virginis.*

Vellus madidum in Area ſicca, cui ſe placidus, è Cœlo imber infudit. *Idem, Con. 2. de Aſſumpt. Beatæ Mariæ Virg.*

Vellus, quod totum Spiritus ſanctus perfudit, & purpura excellenti tinxit, vt ex illa fieret purpura Regis, caro illa Chriſti ſanctiſſima. *Idem in Conc. 1. de Natiuitate B. M. Virg.*

Vellus candidiſſimum, & tenuiſſimum, merito ſuę puritatis, & innocentiæ, cui tota ſe infudit plenitudo diuinitatis. *Robert. Bellarm. Conc. 2. ſuper Miſſus eſt.*

VELVM Cœleſtis ſponſi. D. *Cyrillus Hieroſol. in orat. de occurſu Domini.*

Velum animatum Verbi, quod in ſe celauit diuinitatem, & eius igne non fuit combuſta eſſentia materialis, *Georg. Nicomed. in orat. de exitu Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Velum, nos in huius mundi mari deducens, & obumbrans *S. Anſelm. Luc. ſuper ſalue Regina.*

Velum templi, quia ſi in Velo illo quatuor colores, in Beata Virgine quatuor virtutum perfectiones, nempè perfectio contemplationis, deſignata in Hyacintho coloris cœleſtis, perfectio charitatis, deſignata in purpura coloris ſanguinei, gemitus dilectionis affectus ad Deum, & proximum, deſignatus in cocco bis tincto, & perfectio virginalis caſtitatis, deſignata in byſſo retorta, quæ eſt linum ægyptiacum candidiſſimum. *Richard. à S. Laurent. de laud. Sanctiſ. Virg. lib. 10.*

Velum templi, quia ſi velum illud includebat Sancta ſanctorum: Maria gremio vteri ſui circumdedit illum, qui eſt Sanctus ſanctorum Daniel. 9. *Idem ibidem.*

Velum hyacinthinum, quo velatus fuit Filius Dei, & nos velamur à Diabolo, & peccatò, & ita Dei Exod. 26. *Albert. Mag. in Biblia Mariæ ſuper lib. Exodi.*

Velum animatum Vetbi, quod in ſe diuinitatè occultauit, cuius ignis materialem ſubſtantiam illius combuſſit. *Iacob Monach. in Mariali orat. 3.*

Velum templi, quia ſicut hoc velum, vt dicit Joſephus, erat contextum ex vniuerſis floribus, quos gignit humus, & Maria dicit: In me omnis gratia viæ &c. Eccleſ. 24. ideſt omnis creaturæ, quæ eſt via ad cognoſcendum Deum. *Ern. Trag. in Mariali cap. 117.*

Velum templi, quod ſciſſum fuit in paſſione Domini, à ſummo vſque deorſum, quando gladius pertranſiuit animam eius, pertingens vſque ad diuiſionem animæ, & ſpiritus, compagum quoque, ac medullarum, cogitationum cordis, & intentionum. *Idem ibidem*

Velum, quia ſicut velo inuoluebatur Arca, de Maria dicitur Ier. 30. Muliet circumdabit virum gremio vteris ſui: & ſicut velum diuidebat inter ſanctum, & Sanctum ſanctorum, ità Maria abſcondit nos à vultu iræ ipſius, qui dicitur Sanctus ſanctorum Daniel. 9. *Idem ibid.*

Velum per protectionem. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſ. Virg. fruct. 2.*

VENA aquarum viuentium, quia quicquid venit beatitudinis ab illo magno mari, ideſt ab illa infinita Dei bonitate Trinitatis ad genus humanum totum, per hanc venam, ideſt Beatiſſimam Virginem Mariam defluxit, & defluit omni die. *Idiota de B. V. part. 14. Contemplatione 54.*

Vena aquæ viuæ, per quam peruenire poſſumus ad fontem viuum, & ab hoc recipere perpetuo aquam ſalutarem. *Idem ibidem.*

Vena concaua per veram cordis humilitatem. *Idem ibidem.*

Vena miſericordiæ, per quam venit ille fons æternus ad nos abluendum à peccatis, irrigandum virtutibus, & fœcundandum bonis opetibus, & exemplis. *Idem ibidem.*

Vena occulta, per ſacratiſſimam conuerſationem vnde in thalamo clauſa inuenta fuit à Gabriele Angelo. *Idem ibidem.*

Vena ſubtilis ad declarandas nobis fallaces aſtutias inimici, quia tanta eſt pietas B. Virginis, & amor ad ſalutem noſtram, quod ſemper vigilat ad cuſtodiam populi chriſtiani, quem ſuis ſanctiſſimis precibus, & exemplis defendit. *Idem ibidem.*

Vena tenuis, per voluntariam paupertatem. *Idem ibidem.*

Vena vitæ ad obtinendam nobis vitam ſempiternam. *Idem ibidem.*

Vena vitæ, ideſt dilectionis. *Idem de B. Virg. part. 14. Contemplat. 28.*

Vena vitæ, ſicut eſt ſanguis, quia ſicut vita carnis occultè decurrit per venam: ſic benedictus Filius, qui eſt vita animatum noſtrarum occultè venit ad nos per Virginem Mariam, ideo hæc de ſe ipſa dicit, in me eſt omnis ſpes vitæ, & virtutis. *Idem de B. Virg. M. part. 14. Contemplat. 54.*

Vena veniæ. *Rich. à S. Vict. expoſit. in Cant. Canticorum cap. 42.*

Vena vitę amœna. *B. Joſeph Steinfel. Opuſc. 4.*

Vena occulta per ſecretiſſimam conuerſationem, gracilis per voluntariam paupertatem, concaua per veram cordis humilitatem, ſubtilis ad repellendas ex nobis fallaces aſtutias inimici, maximè vigens ad cuſtodiam populi Chriſtiani, longa valdè per finalem perſeuerantiam, diſtributa per corpus Filij, quod eſt Eccleſia Catholica. *Rich. à S. Laur. de laud. Sanctiſ. Virg. lib. 9.*

Vena, per quam defluxit, quidquid beatitudinis defluxit ab illo magno mari, ideſt ab illa infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum peruenit. *Idem de laud. Virg. lib. 1.*

Vena, quia quidquid beatitudinis ab illo mari magno, ideſt ab infinita bonitate Dei Trinitatis ad genus humanum peruenit, totum per hanc venam refluxit. *Id. in laud. Ss. V. l. 9.*

Vena

Vena, quia ſi vena eſt via ſanguinis, in quo vita omnis viuentis, Leuit. 17. Maria eſt via vitæ noſtræ ſpiritualis à Chriſto, qui ſe dicit viam. Ioann. 14. in cuius ſanguinem, id eſt in fide paſſionis, vita eſt animarum noſtrarum. *Idem ibidem.*

Vena vitæ, plangens ſe cum filio de peccatoribus Ieremiæ 17. Vnde me dereliquerunt venam aquarum viuentium. *Idem ibidem.*

Vena vitæ; ſicut enim ſanguis, qui eſt vita carnis occultè decurrit per venam, ſic Chriſtus, qui eſt vita animarum noſtrarum, occultè venit ad nos per Mariam, vndè dicitur ei Iſa. 5. Verè tu es Deus abſonditus, in vtero ſcilicet. virginali. *Idem ibidem.*

Vena benedicta. *D. Bonau. in Speculo B.V. c. 13.*

Vena Eccleſiæ benedicta, per quam Eccleſię magna aſſiuunt bona. *Idem ibidem.*

Vena fontis vitæ. *Idem ibid.*

Vena in temporalibus plus quam larga, quia largè, & perfectè omnia contempſit. *Id. ibid.*

Vena miſericordiæ. *Idem in Cant. Pſalt. B.V.*

Vena munda, per quam viui fontis nuda nobis irroratur. *Idem in Pſalt. min. B.V. Quinquag. 1.*

Vena, per quam fons vitę Chriſtus ad nos venit, & per quam ad fontem vitę Ieſum Chriſtum etiam nos venimus. *Idem ibidem.*

Vena, per quam gratiæ innumeræ ad homines defluxerunt. *Idem ibidem.*

Vena Spiritus ſancti plena. *Idem ibidem.*

Vena fundens fontem miſericordiæ. *Alb. Mag. in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Vena benedicta, in qua non communicat alienus. *Eyn. Trag. in Mariali cap. 30.*

Vena noſtræ ſalutis. *Bernard. de Buſt. in Mar. ſer. 2. de Coronat. B.V. M. & D. Bonauent. in Pſalterio minori B.V. Quinquag. 1.*

VENATRIX animarum. S. *Anſelm. Lucenſis ſuper Aue Maria.*

VENERATIO ſummè decora mundi vniuerſi. *S. German. in ſuo Mariali frag. 15.*

VENIA multorum errantium. *Andr. Cret. orat. 2 in Annunciatione Sanctiſſ. Virg.*

Venia peccantibus. S. *Ioan. Damaſc. orat. 1. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Venia peccatorum. *D. Bernar. ſer. 1. ſuper Salue Regina, & Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructu 10.*

Venia Reorum. *Thom. à Kempis in Soliloq. c. 24.*

VENTER diuinæ incarnationis. *Andr. Cretenſ. orat. 2. in Annunc. SS. Virg. & S. Ioan. Damaſc. Can. in Annunciat. Deipar.*

VENVSTAS ſpecioſa, ornans Hieruſalem ſanctam. *Venant. Fortun. elegia in laud. S. M.V.*

Venuſtas humanæ naturæ. *S. Ioan. Damaſc. orat. 1 de Natiuitate B. Mariæ Virg.*

Venuſtas Angelorum. *S. Ioſeph hymn. in Mar.*

VER gratiæ per Annam, vt ſpiritualem hirundinem manifeſtatum. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 23. Iulij.*

VERITAS Prophetarum. *D. Bonauent. in Cantic. Pſalterij Beatæ Virg.*

VERNACVLA felix Spiritus ſancti. D. *Anſelmus in lib. de laudib. Sanctiſſ. V. c. 22.*

VERNVLA quietis. *Philippus Abbas lib. 5. in Cantic. Canticorum cap. 12.*

VERRICVLVM nihil errans immutabilis deitatis. *S. Io. Chryſ. hom. in Chriſti Natalem.*

VERTEX Syna ſanctior, quem non fumus, non caligo, non procella non terrorem incutiens ignis contegit, ſed ſanctiſſimi ſpiritus vis illuminatrix; nam illic quidem Dei Verbum, tanquam digito, lapideis tabulis ſpiritu legem inſcripſit: in hac autem ex Spiritu ſancto, ac eius ſanguinibus idem ipſum Verbum incarnatum eſt, ſeque humanæ naturæ efficaciſſimum ad ſalutem remedium conceſſit. *S. Io. Damaſc. in orat. 1. de Natiu. B. Virg.*

Vertex, ex quo torrens vitæ exortus eos, qui iam ſiti rerum ad ſalutem pertinentium morituri erant, non ſolum vitali potu in vitam reſtituit, ſed & omnes ſordes, quas ex via inter paſſiones contraxerant, abluit. *Leo Imperator in orat. de Annunciat. B.V.*

Vertex Sanctorum vtriſque teſtamenti. *Richar. à S. Laur. de laud. SS. V lib. 8.*

Vertex Sanctorum Patrum. *Albert. Magn. ſer. 25. de Enchar.*

Vertex bonitatis. *Eman. Pal. Imp. in Can. ad Sanctiſſimam Deiparam.*

VESPER ratione imitationis ad Chriſtum, quem ſecuta eſt operibus, virtutibus, gratijs, pręmijs. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. SS. Virg. fructu 8.*

VESPERVS, quia ſemper ſolem, id eſt Chriſtum comitata fuit. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſermone 2. D.*

VESTIARIA ex qua indutus fuit Filius Dei carne, peccator venia, iuſtus gratia, perfectus gloria. *Alb. Mag. in Biblia M. ſuper lib. Eſther.*

VESTIBVLVM Regni cęlorum, planè diuinum. *S. Sophronius in Menæis Græcor. die 4. Febr.*

Veſtibulum Filij Dei Regis ſummi, *Alb. Magn. in poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

VESTIMENTVM Dei ſicut nix, album per puritatem. *Daniel. 7. Bernardin. de Buſtis ſerm. 2. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

VESTIS abſque macula eius, qui induit lumen ſicut veſtimentum. *S. Methodius in hom. in feſto purificat. B.M. Virg.*

Veſtis regia. *Andr. Cret. orat. 3. de Dorm. B.M.V.*

Veſtis ſine macula, ouis pariter, & paſtoris. *Idem orat. 1. de Dormit.*

Veſtis purpurea Regis terribiliſſima. *Theodorus Laſch. Imper. in Can. ad Sanctiſſ. Deipar.*

Veſtis Chriſti deaurata, integra ſemper reſeruata. *Iacob. de Vorag. in Mariali ſer. 13. A.*

Veſtis purpurea, nulli alteri niſi Imperatori cęleſti idonea. *Idem in Mariali ſer. 9. P.*

Veſtis regia, ac purpurea, quæ dum in conceptione contexitur omnium Regum præſentia prænunciatur. Arabones etenim primo proponuntur, & innupta ſponſa præfertur. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 1.*

Veſtis

Veſtis purpurea ſummi Regis. *Idem in Mariali orat. 4.*

Veſtis, qua Chriſtus induitur, id eſt carne humana. *Bartholm.de Piſis lib.1.de laud.Sanctiſ. Virg.fructu 6.*

Veſtis candida. *Bernardin.de Buſt.in ſuo Mariali ſer.6. de Concept. B.M.V.*

Veſtis Chriſti deaurata. *Idem ſerm.1.de Aſſumptione Beatę Mariæ Virg.*

Veſtis ouium, id eſt, protectio ſimplicium, & innocentium. *Hugo Carenſ. in Pſalm. 71. & Maur. de Villaprob.ſer.16.Coron.nouę B.M.V.*

VEXILLIFERA Virginum. *D.Bernardus ſerm.4. ſuper Salue Regina.*

VIA, quam Dominus ſuo itineri præparauit. *D. Auguſt.in orat.de quinque Hæreſibus cap.5.*

Via ad cælos unmano generi, ſub tartaro lapſo *Venantius Fortun.elegia in laud.S.M.V.*

Via ſalutis noſtræ. *Anaſtaſ.Anticchen. in orat.1. in Annunciat.B.Virg.M.*

Via Dei. *Georg.Nicomed.in orat.de exitu SS.Deiparentis, quando fuit oblata in templo.*

Via ab omni errore libera. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Via, deducens nos, quotidie errore malo prolabentes in ſemitas ſalutares. *Idem ibid.*

Via pœnitentiæ nobis, deducens nos ad portas ſalutis. *Idem ibidem.*

Via recta nobis, quæ viam ipſam peperit. *Idem ibidem.*

Via redeundi iterum erranti. *Io.Geometra.ſer.in Annunciat.SS.Dei Genitricis.*

Via reconciliationis. *5.Anſel. in orat.ad B. V.*

Via in mari. *D.Bernar.ſer.3.ſuper Salue Regina.*

Via, per quam Saluator aduenit. *Idem ſer.2.de Aduentu Domini.*

Via conſilij. *Petrus Bleſ. ſerm.38.*

Via communis ſalutis, expers iniquitatis, & malitiæ, expers moleſtiæ, & laboris, in qua pax, & iuſtitia oſculatæ ſunt. *Adam de Perſenia in Mariali frag.1.*

Via expers aſperitatis, & duritiæ, expers ignorantiæ, & erroris, in qua miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi. *Idem ibidem.*

Via felix, quam qui tenuerit nõ errabit, & quam qui perſeuerauerit amauerit, non peribit. *Idem ſerm. 1. in partu Beatæ Virg.*

Via, per quam ſpecioſus forma præ filijs hominum venit ad nos. *Idem ibidem.*

Via, quam facit equitas rectam, veritas certam, virginitas mundam, fœcunditas fructuoſam, pietas acceſſibilem, charitas communẽ, humilitas facilem, ſingularitas admirabilem, pax amabilem, æternitas tutam. *Idem ibid.*

Via virtutis, per quam Dei virtus, & Dei ſapientia Chriſtus ad infirmos, & fatuos venit. *Idem ibidem.*

Via vitæ, per quam ad nos venit Rex virtutum, ad virtutum Regem nos reducens. *Idem ibid.*

Via nectaris. *Theod.Laſc.Imp.in Can.ad SS.Deip.*

Via aquæ immenſæ, id eſt gratiæ abundantis, per eam ad homines deriuatæ. *Rich.à S.Laur. de laud. Sanctiſ.Virg.lib.9.*

Via ad Patriam redeuntium. *Idem ibidem.*

Via in inuio peccatorum. *Idem ibidem.*

Via viro in via, quia ſine adiutorio viri, ſola operatione Spiritus ſancti, veſtiuit Deum carne virginea. *Idem de laud.SS.V.lib.4.*

Via recta, per quam aquæ gratiæ fluunt in Eccleſiam. *Hugo Carenſis in cap.24.Eccleſ.*

Via recta ad æterna gaudia. S. *Simeon Soch. in hymno de Deipara Virg.*

Via ad patriam ſanctitatis. D. *Bonau.in Pſalterio Beatæ Mariæ Virg.*

Via noſtræ reconciliationis. *Idem ibidem.*

Via, per quam nos ſalus de ſupernis ſedibus viſitauit. *Idem ibidem.*

Via vitæ. *Idem in Pſalt.minori B.V.Quinquag.1.*

Via veritatis. *Iacob.de Vorag.in Mar.ſer.7.* M.

Via oberrantibus. *Barth. de Piſis lib. 1. de laud. SS.Virg fructu 10. D.Laur.Iuſtin.in lib. de Caſto Connub.verbi, & animæ cap.9. & Bernard. de Buſt.ſerm.3. de Natiu.B.M.V.*

Via, per quam ad cæleſtem Patrem acceditur, quandoquidem nemo ad illum, niſi per nouum virginis partum, ad hunc vero venit nemo ſine matre. *Iſidor.Theſſalonicen. in orat.de Annunciatione Beatæ Virg.*

Via, per quam ſpargitur lux, & diuiditur æſtus ſuper terram Iob 38. lux enim æterna eſt ſuper tenebroſum mundum per ipſam ſparſa, id eſt manifeſtata; & æſtus, id eſt calor charitatis Spiritus ſancti partitus eſt ſuper terram, vt non ſit iam qui ſe abſcondat à calore eius. *D. Bernard.Senenſ.Tom.3. ſerm.1. de glorioſo Nomine Mariæ.*

Via, per quam ſpargitur lux æterna, & diuiditur æſtus, id eſt calor charitatis, Spiritus ſancti, ſuper terram Iob.38. *Bonar.de Buſt.ſer.6. de Nominat.Mariæ, & Maurit.de Villaprobata ſer.11. Coronæ Nouæ B.M.*

Via, qua peruenitur ad Deum. *Bernard.de Buſt. ſerm.2. de Nominat.Mariæ, & Maurit.de Villaprobata ſerm.12. Coronæ nouæ B.M.*

Via Filij Dei. *Idem ſerm.8.Coronæ nouæ B.M.*

Via omnium ſecuriſſima ciuitatis habitationis. *Idem ibidem ſerm.31.*

Via recreationis Filij Dei Altiſſimi. *Idem ibid. ſermone 10.*

Via Regia intrandi ad gloriam. *Id.ibid.ſer.6.*

VIATRIX ſimpliciter dum erat in terra, & comprehendens, & fruens ſecundum quid. *Alb. Magn. ſuper Miſſus eſt cap.78.*

Viatrix ſimpliciter, & comprehenſor ſecundum quid in hac vita. *D.Antoninus in ſumm.par.4. tit.15. cap.20.*

VICINVS noſter, domus noſtræ, id eſt familiæ Chriſtianæ per fidem propinquus, & coniunctus, quem aſſumere nobis debemus, quando non ſufficimus ad eſum agni, id eſt quando myſterium Euchariſticum penetrare non valemus; eadem fide immolando, & comedendo Agnum Dei, in qua ipſa Virgo concepit, & peperit. *Rupert. Abbas lib.2. comment. in Exod.cap.7.*

VI-

VICTIMA immaculata in templo oblata. *Georgius Nicomed. in feſt. Præſentat.*

Victima in holocauſtum Creatori conſecrata. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 6.*

Victima pura à ſeruitute libera. *Idem in Mariali oratione 4.*

VICTORIA piorum. s. *Gregor. Thaum. orat. 2. de Annunciatione Beatæ Virg.*

VICTRIX Diaboli. *S. Iacobus Apoſtol. minor ſer. in Tranſitu B. Virg. apud Amadeum Rapt. 8. & Idiota in ſua contemplat. de V. M.*

Victrix mundi, cuius victoria talis fuit, quod cunctas hæreſes interemit. *S. Iacob. Apoſtolus minor ſer. in Tranſitu B. V. apud Amad. raptu. 8.*

Victrix dignitatis angelicæ, meritorum virtutibus. *D. Hieronym. in Epiſt. ſiue ſer. de Aſſump. B. Mariæ Virg. ad Paulam, & Euſtochium.*

Victrix ſexus ſui, dolorem, gemitumq; neſciendo. *D. Auguſtin. ſerm. 20. de Natiuitate Domini, qui eſt 24. de tempore.*

Victrix omnis peccati. *Petrus Abbas Cellenſis lib. 6. Epiſtolarum Epiſt. vlt.*

Victrix Diaboli per humilitatem. *Albert. Mag. ſuper Miſſus eſt cap. 53.*

Victrix ſerpentis antiqui, & Dracouis ruſi. *D. Antoninus in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 44.*

Victrix ſuperbiæ. *Idem ibidem.*

Victrix fortiſſima diabolicæ fraudis, atque nequitiæ. *Dion. Carthuſ. lib. 1. de prec. M. art. 31.*

Victrix potentiſſima cunctorum ſpirituum malignorum. *Idem lib. 3. de laud. SS. V. art. 20.*

Victrix hæreſeon. *Fridericus Fornerius in Epiſtol. Dedicat. palmæ Triumph.*

Victrix cordium pulchritudo, cæpiſti, & traxiſti ad te omnia corda nobilia, quorum præda gloriatur filius tuus, non ferro, vel metu, ſed placidiſſimo aſpectu tuo, in vno ſcilicet oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. *Ioan. à Ieſu Maria Tom. 2. Oper. ſuor. in Tractat. Theolog. Myſt. pag. 62.*

VIDVA deſignata per illam viduam, quæ vaſa vacua impleuit oleo ad præceptum Eliſæi 4. Reg. 4. iſta enim vaſa vacua fuerunt cogitationes eius, & opera eius, quæ vacua fuerunt amore terrenorum, & immunditia mortalis, & venialis peccati. Iſta vaſa clauſa fuerunt inferius per contemptum temporalium, aperta ſuperius per appetitum cæleſtium hiantia per gratiæ deſiderium, & capacia per profunditatem humilitatis, & latitudinem charitatis. Iſta vaſa ipſa impleuit ad præceptum Eliſæi, id eſt Chriſti, oleo ſcilicet pietatis, & miſericordiæ, quod viuificat peccatorem. *Idiota de B. V. par. 14. contempl. 6.*

Vidua deſignata per viduam illam Euangelicã, quę tantum duo miſit in gazophilaciũ, & plus cunctis diuitibus poſuit iuxta dominicã ſententiam Luc. 21. vnum enim minutũ, quod obtulit fuit eius admirabilis humilitas, quę in reputatione ſui ipſius ſummè minutã eam fecit. Aliud minutum fuit eius fides cõparata grano ſinapis, quæ duo minuta ipſa poſuit, quia in Gazophilacio, id eſt in Chriſto, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei hęc abſcondit. Primum minutũ fuit cum dixit: Ecce ancilla Domini: ſecundum minutum fuit cum dixit: Fiat mihi ſecundum verbum tuum. & quia plus cæteris obtulit benedicta fuit, nam omnibus alijs humilior, & fidelior fuit, & ideo plus meruit, nam Dominus non conſiderat quantum datur ei, ſed ex quanto; plus enim dantis attendit charitatem, quam muneris quantitatem, & ſecundum charitatis intentionem retribuit gloriam, vel coronam. *Idem ibidem.*

Vidua deſignata per illam viduam euangelicam, quę tantum duo minuta miſit in Gazophilacium. Luc. 21. quę plus cunctis datribus poſuit iuxta dominicam ſententiam; vnum enim minutum fuit eius humilitas, quæ valde minutam faciebat eam in reputatione ſua; aliud minutum fides, quæ comparatur grano Sinapis Luc. 17. Hęc duo minuta poſuit Maria, quaſi in Gazophilacio, quod eſt Chriſtus, in quo ſunt omnes theſauri ſapientię, & ſcientię Dei abſconditi, quando dixit: Ecce Ancilla Domini, & fiat mihi, quibus plus omnibus obtulit, quia omnibus humiliot, & omnibus fidelior. *Richard. à S. Lauren. de laud. Sanctiſs. Virg. lib. 6.*

Vidua figurata per viduam Sareptanam, quæ pauit Eliam, id eſt Chriſtum 3. Reg. 17. de cuius hydris non defecit farina, nec oleum de Lecytho. *Idem ibidem.*

Vidua pauper, ſed ditatrix largiſſima totius Eccleſię; nullus enim hominum, vel Angelorum tantum dedit, quantum ipſa. Marci 12. Vidua hęc, pauper ſcilicet rebus, id eſt Maria plus omnibus miſit, plus in quantitate, pretioſitate, vtilitate, quia miſit ſeſuni Filiuni tuum in lęritiam deſolatorum in illuminatione cœcorum, in liberationem captiuorum. *Alb. Mag. in Biblia mariæ ſuper Euang. Marci.*

Vidua ſine ſollicitudine. *Ern. Prag. in Mar. c. 78.*

Vidua viduarum. D. *Bern. Sen. tom. 4. ſer. 36.*

Vidua, ſed non deſolata, ſed filio naturali aſſociata. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. c. 13.*

VIGIL, ad quam de cęlo miſſus eſt vigil, id eſt Angelus. Daniel 4. *D. Bernardinus Sen. ſer. 1. de conſenſu virginali.*

VIGOR noſter. *Io. Geom. in B. V. hym. 4.*

VILLA deſignata per Capharnaum, quod interpretatur villa conſolationis, nam ſicut Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, eſt Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, ſic & Maria, non tamen ſicut ipſe, eſt Mater miſericordiarum, & totius conſolationis, quę conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. 2. Cor. 1. *Richard. à S. Lauren. de laud. Sanctiſs. Virg. lib. 11.*

Villa, in qua habuit Dominus quaſi duplicem villicum, ſcilicet Ioſeph, & Ielum: ſed vterque iniuſtè diffamatus eſt, quaſi de diſſipatione bonorum huius villæ. Ioſeph vnus villi-

cus, cui desponsata est, vt custodiret eam, quod & legitimè fecit: diffamatus est, à Iudæo, dicente, quod recognouerat; sed erubescat Iudæus infelix, qui dicit Christum ex Ioseph semine esse natum. Alius villicus, Iesus Filius eius, qui optimè custodiuit eam, sicut Filius Matrem charissimam: hanc diffamauit hæreticus, dicens, quod nascendo corruperat eam: contra quod dicit B. Anselmus, Iesus namque saluat non violat, dusiuncta solidat, non confringit solida. Sanctum nomen eius, ita & opus eius, fuerunt ergo bona huius villæ, conceptus Virginis saluo pudore, & partus sine dolore, hoc est sine naturalium læsione. *Idem ibidem.*

Villa, sita in monte virtutum, quia virtutes eius excellunt virtutes omnium sanctorum, vnde dicit Eccl. 24. Ego in altissimis, scilicet virtutibus habitaui; virtutes enim aliorum altæ sunt, sed virtutes eius altissimæ. *Idem ibid.*

Villa, tria in se habens, quæ habent villæ sitę in montibus; scilicet, quod est mundissima, clarissima, & sanissima; fuit enim Maria mundissima in intentione sanissima in Filij conceptione, clarissima in Dei cognitione. *Idem ibidem.*

VINCTRIX Dei, & hominis, & attingit à fine misericordiarum Dei, vsque ad finem miseriarum hominis peccatoris. Sap. 8. *Albert. Magn. in Biblia Maria super lib. Sapientia.*

VINCVLVM firmissimum, cælestium, terrestrinmque. *S. Germ. orat. in Annunc. B. V.*

VINDEX innocentium. *Iustus Lypsius in D. V. Hallensi cap. 31.*

VINEA minimè rigata vuæ immortalitatis. *S. Ioan. Damascen. orat. 2. de Assumptione siue Dormitione Beatæ Mariæ.*

Vinea vberrima, quæ ex Anna pullulauit, atque vuam suauissimam protulit, nectar mortalibus fundentem in vitam æternam. *Idem orat. 1. de Natiuitate B. M. Virg.*

Vinea cuius spirituales cultores, fuerunt inspiratio diuina, Patris potentia, Filij sapientia, Spiritus sancti disciplina, monitio angelica, propria diligentia, & Patris, ac Matris doctrina. *Idiota de B. V. part. 3. Contempl. 2.*

Vinea lecta, & electa à Domino, qui eam primo plantauit in radicibus, id est in antiquis Patribus, virtutum ipsorum imitatione, quia præceptum B. Virgini fuerat à Domino: in electis meis mitte radices. Eccl. 24. In Abraham fides, & obedientia; in Isaac spes, & patientia: in Iacob charitas, & in Dauide humilitas, istæ fuerunt radices B. Virginis, & ex istis radicibus incepit ipsa pullulare mediantibus Parentibus eius Anna, & Ioachim. *Idem ibid.*

Vinea fossa veræ paupertatis, & humilitatis dilectione. Humilitas enim profundauit mentem B. Virginis, vt capax fieret totius bonitatis, paupertatis amor excluſit ab ea appetitum totius terrenitatis, & vtraque virtus fecit eam capaciorem totius diuinæ largitatis. *Idem ibidem.*

Vinea, quia sicut vinea crescit quotidiana melioratione, sic B. Virgo creuit in vineam latiorem, & fructificauit in palmites, & emisit propagines, id est creuit de virtute in virtutem, de bono in melius cum magna constantia, & simplicitate. *Idem ibidem.*

Vinea, quia sicut vinea vili discolori cortice tegitur, sic B. Virgo non habuit in sui exterioris habitus qualitate mutatoria pretiosa bene colorata, sed magis exemplo benedicti Filij sui fuit pannosa, & natum sanm Filium inuoluit vilibus panniculis, quod non feciſſet si pretiosos habuisset. *Idem ibidem.*

Vinea visitata in angelica missione, ideò ipsa B. Virgo orabat dicens: Respice de cęlo, & visita vineam istam, & perfice eam quam plantauit dextera tua. Ps. 79. *Idem ibidem.*

Vinea nostra, quę floruit quando Saluatorem concepit, fronduit quando obumbrans ei Altissimi virtus, & Angelis, & hominibus mysterium occultauit: fructificauit, quando quem sine contagione conceperat, sine dolore partu edidit. *Adam Persen. ser. in Annunciatione Beatæ Virg.*

Vinea florens, dignè cultori suo respondens. *Philippus Abbas lib. 6. in Cantic. Canticorum cap. 11*

Vinea non palmitibus. sed populis diues. *Idem lib. 6. in Cantic. Canticor. cap. 46.*

Vinea Christi, coram Christo, id est in gloria Christi. *Honor. Augustod. in sigillo B. M.*

Vinea Domini, ab eo tradita custodibus, cum pendens in Cruce dixit. Ecce Mater tua; quia, & alij Apostoli impenderunt ei necessaria. *Idem ibidem.*

Vinea nostra, quæ floruit pariendo Christum. *Idem ibidem.*

Vinea pacifico, id est Christo, qui vera vitis, voluit in ea germinari beatorum propago. *Idem ibidem.*

Vinea, pro cuius fructu vir affert mille argenteos, hoc est quisque fidelis omnia, quæ habet, dat, vt fructum huius vineæ Christum lætificiat. *Idem ibidem.*

Vinea, de qua vitis vera processit, quę in conceptione Filij Dei floruit. *Hugo Carensis in cap. 6. Cantic. Canticor.*

Vinea, in qua tot sunt vites, quot virtutes, in qua quidam colunt, siue operantur humilitatem; alij virginitatem, alij pietatem, & sic de alijs. *Idem in cap. 24. Ecclesiast.*

Vinea nostra, quę floruit Cantic. 2. quia vulpes paruulę, hoc est peccati motus, nihil in ea demolitæ sunt. *Albert. Mag. in Postillis super cap. 11. Lucæ.*

Vinea vera, quæ botrum nobis protulit Christum. *Matth. Cantacuz. in cap. 7. in Cant. Cantic.*

Vinea electa, quam pacificus verus Salomon Iesus Christus, tradidit custodibus, Angelis, scilicet, excolendam, & custodiendam. *Ern. Prag. in Mariali cap. 53.*

Vinea propria, & peculiaris pacifico vero Salomoni Iesu Christo. *Id. ibid.*

Vinea, quam plantauit Noe, id eſt Deus bibenſque vinum deuotionis eius inebriatus eſt, & nudatus iacuit in tabernaculo veteri virginalis Geneſ. 9. *Idem ibidem.*

Vinea electa Domini Sabaoth, quę protulit balſamum Chriſtum, quo liquore affluentis Spiritus inungimur, & a mentis corruptione ſeruamur. *Barthol. de Piſis lib. 3. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructu* 12.

Vinea, de qua Cant. 8. Vinea mea coram me eſt, nam B. Virgo ab æterno valde ſpecialiter fuit in prædeſtinatione, & in luce ſapientiæ, atque in bonitate complacentię Dei, & gratioſiſſimè fuit cum ea, ſpecialiſſimam habens curam ipſius, in aſſumpta quoque humanitate filialiter, ac familiariſſimè eſt conuerſatus cum ipſa. *Dion. Carth. in Cant. art.* 27.

Vinea fęcundiſſima, & pulcherrima nimis, eminentiſſimè deputata, & conſecrata Deo pacifico Chriſto altiſſimo, omnes populos ſibi habens ſubditos, & commiſſos præſertim credentes. *Idem ibidem.*

Vinea, quam tradidit Deus cuſtodibus, id eſt Angelis ſanctis cuſtodiendam, non ne peccaret, quia confirmata fuit in bono in tantum, quod nec venialiter poteſt peccare: ſed ad reuerentiam eius, & ad conſolationem eius, profectum, atque obſequium: ſub Cruce quoque eam tradidit S. Ioanni Apoſtolo cuſtodiendam, ſimiliter Principi Apoſtolorum, tanquam totius Eccleſiæ Præſuli, ac Prælato fuit humillimè ſubdita. *Idem ibidem.*

Vinea Dei electa, à Deo ipſo plantata. *Bernard. de Buſt. ſerm. 1. de Aſſimilat. B. M.*

Vinea Domini, cuius operatio ſuauis, labor dulcis, cultura melliflua. *Idem ibidem.*

Vinea Domini fertiliſſima. *Idem ibidem.*

Vinea Engaddi, quæ optimum, & perfectiſſimũ balſamum produxit, ſcilicet Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *Idem ibidem, & Maur. de Villaprobata ſer. 23. Corona noua* B. M.

Vinea, in qua nata eſt vitis vera, ſcilicet Chriſtus. *Bernard. de Buſt. ſer. 1. de Aſſimil. B. M.*

Vinea optima, quę igne Spiritus ſancti calefacta, fructum ſuauiſſimum produxit. *Idem ibidem.*

Vinea Dei, cuius operatio ſuauis, labor dulcis, cultura melliflua. *Maurit. de Villaprobata ſer. 23. Corona noua* B. M.

Vinea Dei fertiliſſima. *Idem ibidem.*

Vinea facta à Domino. *Idem ibid. in ſer.* 2.

Vinea florens virtutibus. *Idem ibidem ſerm.* 33.

Viuea, in qua nata eſt vitis vera. *Idem ibid.*

Vinea coram Deo. *Ioan. Picus lib. 3. de Cantic. cap.* 15.

Vinea, cuius fructus pretioſus, ac dignus omnino, pro quo vadimonium ſimul, & patrimonium deſeratur. *Idem ibidem.*

Vinea Dei, ex ſingulari virtutum dignitate. *Idem ibidem.*

Vinea Deo cuſtode tuta. *Idem ibidem.*

Vinea Domini Sabaoth, quę illud ſemen verum viuiradicemque, ac vitem veram Chriſtum concepit, vt gemmis abundantioribus inſignita, palmitibus denſaretur, & à mari vſq; ad finem orbis terrę propenſas imitteret propagines ſuas, ac demum vt flore odorifero nequitias eliminaret ſerpentinas, atque enecaret, & fructu immarceſcibili per infinita ſæcula copioſius redunderet. *Idem ibidem.*

Vinea, ex qua nobis pacificus Chriſtus viuiradix & vitis vera, per ſanguinem turcularis ſuæ Crucis, & quę in cælis ſunt, & quæ in terris pacificaturus prodijt. *Idem ibidem.*

Vinea, quę malleolum, caputque, & totius Eccleſiæ principium, in primis edidit; & eiuſdem capitis membra quoad vſque caput Chriſtus in illis formetur, pietatis maternæ impenſiſſimis ſtudijs iugiter parturit. *ibid. ibid.*

Vinea, quando illum Angelo nunciante viuiradicem accepit, quando illum flore odorifero de radice Ieſſe aſcendente, ſalutiferum vitæ fructum pariens edidit, quando editum fouit, & maturum ad torcular vſque produxit. *Idem ibidem.*

VINETVM gratiæ, in quo ſempiternè vinum creuit lætitiæ, de quo cæleſtis beatitudinis inebriantur conuiuæ. *Io. Trith. lib. 1. de Miraculis* B. *Virg. in Vtricato cap.* 6.

VINVM ſuper omnia poſt Chriſtum lætificans cor hominis. *Idiota de Beata V. par.* 8. *Contemplatione* 14.

Vinum, cuncta replens cęli cellaria, quod cælicolæ vniuerſi, quanto bibunt copioſius, tanto ſitiunt amplius, vnde ipſa dicit Eccleſ. 24. qui bibunt mè adhuc ſitient. *Richard. à S. Laur. de laud. Virg. lib.* 10.

Vinum, quod eſt potus diuitum, de ſe ipſa dicens Eccl. 24. Qui bibunt me adhuc ſitient. *Idem de laud. Sanctiſſ. Virg. lib.* 5.

VIOLA, quia ſi viola ante omnes flores apparens, ſereni tatem temporis veniẽtem deſignat, quia naſcitur incipiente tempore vernali de terra inculta: Beata Virgo ſimiliter primæ votum emiſit perpetuæ virginitatis, & quaſi in principio naſcentis Eccleſię apparuit in tempore, quando omnia è terra naſcentia quodammodo renouantur, nam ab ea incepit reparatio mundi. *Idiota de B. Virg. par.* 14. *Contemplatione* 44.

Viola, quia ſi viola ardorem febrium refrigerat, Beata Virgo ardores vitiorum, & quarumcumque tentationum hoſtilium refrigerat, incentiua fomitis domat calorem iracundiæ, auaritiæ, ac cæterorum vitiorum tollit, & aufert de cordibus ſibi deuotè famulantium. *Idem ibidem.*

Viola, quia ſi viola eſt flos paruulus, & inclinis, Beata Virgo paruula fuit per humilitatem, & inclinis per obedientiam. *Idem ibidem.*

Viola, quia ſi ex viola componitur ſyrupus violaceus, qui ſingulis ægritudinibus eſt medicinalis, Beata Virgo ęgros ſanat, debiles iuuat, ſanos conſeruat, & ab omni infirmitate liberat. *Id. ibid.*

Viola, quia ſi viola membra deſiccata,& arida humectat, Beata Virgo corda, & membra arida, & frigida tepore, pigritia, & deſidia ad bene operandum humectat, & emollit ad exercitium bonorum operum, & deuotionis, & charitatis pinguedinem ſubminiſtrat. *Idem ibidem.*

Viola, quia ſi viola miri odoris dicitur, Beata Virgo redolet, & fragrat propter multitudinem vnguentorum ſuorum, id eſt virtutum, & gratiarum ſuarum, & chariſmatum, quæ redolent inter vniuerſos fideles Chriſtianos, & maximè inter eius ſeruitores deuotos. *Idem ibidem.*

Viola, quia ſi viola noxios, & corruptos purgat humores, Beata Virgo malos humores, ſcilicet peccata, quę corrumpunt animam ſuis ſanctis orationibus, & exemplis purgat, & euellit mentibus ſpiritualiter languentium infirmorum. *Idem ibidem.*

Viola, quia ſi viola ſolidum radium habet, & nihil aliud habet durum; radix Beatę Virginis fuit fides, cuius ſoliditſſima conſtantia apparuit in paſſione benedicti Filij eius. *Idem ibidem.*

Viola, quia ſi viola ſubtilis, & ſuauis odoris eſt, B. Virgo ſubtilis, & ſuauis eſt per ſuauem, & redolentem opinionem, Deum, & Angelos, & homines delectantem. *Idem ibidem.*

Viola, quia ſi viola temperatæ proprietatis eſt, Beata Virgo temperatæ complexionis fuit per omnimodam modeſtiam, quia regebatur cum moderatione rationis. *Idem ibidem.*

Viola, quia ſi viola terræ adhæret, Beata Virgo pariter terræ adhæret, id eſt terrenis peccatoribus per compaſſionem, & pietatem, & affectum miſericordiæ. *Idem ibidem.*

Viola humilitate. *Hugo de S. Victore ſer. in Nat. vel Aſſumptione B.M.V. qui eſt in ord. 34.*

Viola odorifera, cuius odor non tantum homines reſperſit, ſed & Angelos in admirationem ſui conuertit, & non ſolum terram, ſed etiam cælum impleuit. *Idem ſerm. in Aſſumpt. B.M.V. qui eſt in ordine 46.*

Viola purpurea. *Idem ibidem.*

Viola, quæ veræ caput ad ima deflexit, dum in eo, quod maior extitit, ſemetipſam amplius humiliauit, eligens non alta de ſe ſapere, ſed magis humilibus conſentire. Omnis enim viola naturaliter caput, ideſt dulculum ſnum, ad ima deflectit, at per hoc humilitatem conuenienter exprimit. *Idem ibidem.*

Viola parua per humilitatem, incluis per obedientiam, terræ adhærens per compaſſionem, & pietatem, & affectum miſericordiæ erga terrenos peccatores, ſubtilis, & ſuauis odoris, per ſuaueolentem opinionem, Deum, Angelos, & homines delectantem, & temperatæ complexionis per omnimodam modeſtiam. *Richar. à S. Laur. de laud. SS.V. lib. 12.*

Viola, quia ſi viola ardores febrium reprimit, Maria reprimit ardores vitiorum tentantium, maxime in familiaribus ſuis; ardor tentatio earnis, vel iracundia mentis. *Idem ibidem.*

Viola, quia ſi viola noxios, & corruptos purgat humores, & deſiccata, & arida membra humectat. Maria orationibus, & exẽplis ſuis, malos eliminat, & egregios format mores, & amatoribus ſuis deuotionis, & chariratis, pinguedinem ſubminiſtrat. *Idem ibidem.*

Viola, ſi enim viola flos, ante omnes alios flores apparens, ſerenitatem temporis venientẽ deſignat, quia naſcitur incipiente tempore vernali: Maria prima votum emittens perpetuæ virginitatis, quaſi in principio naſcentis Eccleſiæ apparuit, & in tempore vernali, quando omnia terrę naſcentia, quoddammodo innouantur, nam ipſa incepit reparatio mundi. *Idem ibidem.*

Viola caſtitatis ſpecioſiſſima. *Io. Thritb. lib. 1. de Miraculis B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Viola fragrantiſſima diuinæ ſuauitatis *Ludouic. Bloſius in ſalutat. ad B. Virg.*

Viola redolens altiſſimę humilitatis. *Idem in Eudolog. 3. ad B. Virg.*

VIR fortis per conſtantiam, & magnanimitatem. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 4. de Nominatione Mariæ.*

VIRAGO Pſalmographi plectro cantata. *Venant. Fortunat. Elegia in laud. S.M.V.*

Virago, id eſt virum agens, vel viriliter agens, viriliter enim egit, vouens primo virginitatem, abſque omni humano præcepto conſilio, & exemplo, ſola inſpiratione Spiritus ſancti. *Rich. à S. Laur. de laud. SS.V. lib. 6.*

Virago, quæ fecit viriliter vincendo Diabolum, ſicut prędictum erat Gen. 2. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ipſa conteret caput tuum; & eius figura dictum eſt Iudith. 13. Feciſti viriliter. *Idem ibidem.*

Virago, quia egit virum ſuum, id eſt Chriſtum, qui toties vocat eam ſponſam in cantico, quando ex magnitudine Filij conſenſit, vt de eius ſubſtantia fieret Chriſtus homo, vnde ad Gal. 4. dicit Apoſtolus ipſum factum ex muliere, vnde etiam poteſt dicere de Chriſto illud Gen. 2. Hoc nunc os ex oſſibus meis. Eua enim dicta eſt virago, quia de viro ſuo ſumpta eſt. Gen. 2. Maria virago, quia de ipſa ſumptus eſt vir ſuus, quod tunc factum eſt, quando conſeuſum ſuum expreſſit dicens: Ecce ancilla Domini, fiat mihi. *Id. ibid.*

Virago, quia viriliter egit per temperantiam, integritatem mentis, & corporis cuſtodiendo, viriliter fecit per iuſtitiam ſoli Deo adhærendo, dulciter fortiter, ſapienter, ità vt nec illecta, nec abſtracta, nec decepta, ab eius amore perfecto aliquatenus declinarer, fecit, & viriliter per prudentiam, per quam euacuauerat, quę erant paruuli, cogitando viriliter. Item fecit viriliter per fortitudinem, terribilia aggrediendo, mirabilia operando, horribilia ſuſtinendo. *Ern. Prag. in Mariali. c. 121.*

Virago, quia virum egit, id eſt opera virilia

fecit

fecit; vndè licet omnes tales mulieres fortes, quæ fœmineæ cogitationi maſculum animum inſerunt, ſicut de vna harũ dicitur. 2. Machab. 7. dicantur communi nomine viragines, quales ſunt illæ amazones, quæ dicuntur eſſe in oriente, nulli tamen proprijſſime cõuenit, niſi Mariæ, de qua dicitur Iudith. 15. tu gloria Hieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi tui, quia feciſti viriliter *Id. ibid.*

Virago ſingularis; ſicut à viragine, Virgo ſingularis per ſyncopen nominatur, de qua Iſai. 7. Ecce virgo concipiet; illud enim ecce rem viſibilem, venerabilem, venientem, nouamque, & mirabilem demonſtrat. *Idem ibidem.*

Virago ſola, quia in conceptione carnis Chriſti quodammodo virum egit, dum ex Spiritu ſancto, & virtute Altiſſimi, non ſolum accepit virtutem conceptiuam paſſiuam, verum & generatiuam actiuam. *Idem in Mariali caput.* 122.

Virago dæmonibus. *Barthol. de Piſis lib.* 1. *de laud. Sanctiſs. Virginis fructu* 8.

Virago oratione fortitudinis. *Idem lib.* 1. *de laud. Sanctiſs. Virg. fructu* 2.

Virago fortiſſima, de qua in Geneſi Dominus dixit ſerpenti: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ipſa conteret caput tuum. *Dionyſ. Carthuſ. in cap.* 31. *Proverb.*

VIRGA de radice Ieſſe, tota gracilis, tota recta, non curua, ſine nodo, & ſine cortice. *S. Andr. Apoſt. ſerm. in Tranſitu Beatæ V. apud Amadeum Raptu* 8.

Virga de radice Ieſſe, cuius flos, & fructus Ieſus Chriſtus. *Tertul. in libro de carne Chriſti.*

Virga ex Ieſſe, admirabiliter, atque ineffabiliter germinans. *D. Gregorius Thaum. orat.* 1. *in Annunc. B. Mariæ Virg.*

Virga, quæ pulcherrimi fructus florem germinauit. *Idem ibidem.*

Virga Aaron, nullo humore germinans. *D. Athanaſius orat. in Domini occurſum, ſeu in Purificat. Beatæ Mariæ Virg.*

Virga, cuius flos Chriſtus, qui bonum odorem fidei, toto ſparſurus orbe, virginali ex vtero germinauit. *S. Ambroſius lib.* 2. *de Spiritu S.*

Virga germinans florem. *Idem l. de Viduis p.* 2.

Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit. *Idem in cap.* 11. *Iſaiæ apud Elittouenum de Concept. cap.* 13. *& alios.*

Virga Regis, ad ſalutem electa. *Idem lib.* 1. *Epiſtolarum Epiſtol.* 7. *ad Syriacum.*

Virga Aaron viridans. *D. Ephrem in ſerm. de laud. B. Mariæ Virg.*

Virga verè, cuius flos Filius eius. *Idem ibidem, D. Fulbert. Carnot. in Verſiculo de B. V. Hugo de S. Vict. lib.* 4. *Erudit. Theologic. ex miſcell.* 2 *tit.* 27. *& Richard. à S. Vict. in tract. de comparat. Chriſti ad florem, & Mariæ ad Virgam.*

Virga, cuius flos Chriſtus. *D. Hieron. in Epiſt. ad Euſtoch. de cuſtodia Virginit. tom.* 1.

Virga de radice Ieſſe exorta. *Idem in Epiſtola Aſſumpt. Beatæ M. V. ad Paulam, & Euſtoch.*

Virga Domini, ex qua baculus feſſo iam per ætatem mundo, qui eam ſubſtentaret, exijt. *Idem in Epiſtola ad amicum ægrot. quæ Tom.* 9. *eſt in ordine* 7.

Virga ſimplex, pura, ſincera, nullo extrinſecus germine coherente, & ad ſimilitudinem Dei, vnione fœcunda. *Idem in Epiſt. ad Euſtochium de cuſtodia Virginit. tom.* 1.

Virga Aaron arida, quæ folia, fructuſque momento germinauit Num. cap. 17. non enim illam Moyſes mandarat terræ, non imbribus rigarat, non tempus radices aluerat, æſtatem non viderat, aut ver, non hyemem, autumnumue habuerat, nec aerum, temporumque mutationibus ſeruierat, ſed diuino obſequens ſermoni, naturam calcauerat, & contra naturam fructum dedit, vt, & pro naturæ ratione, & contra, Opificis optimi voluntati ſeruiremus; quemadmodum ergo Virga Aaron contra naturam edidit fructum, vt Iudæa crederet; ſic, & viua illa Virga Regia, nimirum Virgo, abſque connubij legibus peperit, vt orbis terrarum ſalutem conſequeretur. *S. Ioan. Chryſ. orat. in Theophania, & in S. Ioan. Præcurſorem.*

Virga Moyſis, quia ſicut Moyſis virga, per naturam quidem virga erat, per diſpenſationem autem fiebat ſerpens: ſic, & Maria per naturam quidem virgo exiſtens, per diſpenſationem facta eſt mater, quo Chaldæorum Magi crederent, quemadmodum etiam, vt terreretur Ægyptus, Virga facta eſt ſerpens. *Idem ibidem.*

Virga, quæ florem germinauit, & radicem in profundum emiſit. *Idem orat.* 7. *in Sanctiſs. Deipar.*

Virga Aaron frondens, & fructum faciens. *D. Auguſt. ſerm.* 19. *ad fratr. in Eremo.*

Virga de Radice Ieſſe, de qua flos Chriſtus per Natiuitatem aſcendit. *Idem lib.* 3. *de ſymbolo ad Catbecum. cap.* 4.

Virga virtutis Dei. *Idem ſerm.* 3. *de tempore, & Maurit. de Villaprobata ſerm.* 5. *Coronæ nonæ Beatæ Mariæ.*

Virga de radice Ieſſe, cum nouum florem carnis humanæ, vtero quidem materno, ſed partu enixa ſit virgineo. *D. Leo ſer.* 4. *de Nat. Dom.*

Virga Aaron, quæ abſque opere, & ſubſidio terreni cultus, abſque conſuetis, & legitimis ruralis miniſterij alimentis, in tabernaculo fœderis poſita germinauit; nã abſq; terreni, id eſt, humani ſeminis officio, Chriſtum Dominum peperit. *B. Vigilius lib.* 3. *aduerſ. Eutrych.*

Virga, quę de Ieſſe orta radice, nouo miraculi genere, Chriſtum Dominum germinauit. *Idem ibidem.*

Virga radicis Ieſſeiæ, quę naturę ſuę germen, id eſt Dominum Ieſum, ex ſuæ carnis materia protulit. *Idem ibidem.*

Virga Aaron, quę præ cæteris floruit, id eſt præ cęteris virginitate digna reſplenduit. *D. Eleuther. ſerm. in feſt. Annunciat. B. M. V.*

Virga

Virga de radice Ieſſe. *Idem ibidem. & Maurit. de Villa probato ſer. 3. Corona nouæ B. Virg.*

Virga, quæ florem parturiuit. *D. Eleuterius in ſer. 6. de Natali Domini.*

Virga, de qua flos Chriſtus aborsus, cuius odor viuax, membra ſepulta leuat. *Venantius Fortunatus elegia in laud. SS. V. Maria.*

Virga, quæ fructum edidit. *Idem in hymno de Natiuit. Domini.*

Virga Aaron, ex radice Danid naſcens. *Andreas Cret. in Can. de Nat. B. Virg.*

Virga Aaron, ſemper virens. *Idem orat. de Natiuitate B. Virg.*

Virga diuina, quæ myſticum germinauit floré Chriſtum, conditorem omnium. *Idem Can. in Concept. B. Mariæ.*

Virga ex Dauid familia, & ſemine prodiens, quę Dominum, Redemptoremque vniuerſi florem geſtauit. *Idem Can. in Nat. B. Virg.*

Virga, ex qua germinauit flos Chriſtus, ex radice Dauid. *Idem ibidem.*

Virga, ex radice Ieſſe intemerata, quæ Chriſtum florem germinare meruit. *Idem ibidem.*

Virga Leuitica. *Idem orat. 3. de Dormit.*

Virga, quæ florem Chriſtum, Adæ vnicum Redemptorem germinauit. *Idem Can. in Nat. V.*

Virga ſancta, à Deo producta, germinans ex Dauid ipſummet Deum, florem, ſatorem. *Idem ibidem.*

Virga ſemper florens, ex qua vitæ noſtræ flos Chriſtus germinauit. *Idem ibidem.*

Virga virtutis, quæ Chriſtum florem geſtauit. *Idem ibidem.*

Virga Ieſſe ob virginitatem, quę nullo modo vulnerari, aut incuruari potuerit. *Iſychius ſer. 2. de laud. Sanctiſ. Virg.*

Virga Ieſſe, ſemper virens, quæ cuncto generi humano vitam pro fructu attulit. *Idem ibidem.*

Virga de radice Ieſſe, de cuius radice flos Chriſtus aſcendit. D. *Greg. Mag. in lib. 1. Reg. cap. 1.*

Virga Aaron, quæ ſine humore florem protulit, ideſt ſine coitu, edidit verbum Dei. D. *Iſidor. in Commen. ſuper Numer. cap. 15.*

Virga Aaronis, de radice Ieſſe germinans. *Sergius in orat. de Natiuit. B. Virg*

Virga Aaron, quæ in tabernaculo Domini poſita, tertia die inuenta eſt germinaſſe; nam neque ſata, neque radicata, ſine vllo cultore, tertio die, hoc eſt tertio ſæculi tempore, Spiritu ſancto fœcundata, nobis Deum genuit, & hominem Chriſtum. *D. Ildephonſ. ſerm. 6. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virga, de radice Ieſſe; de ſtirpe enim Dauid Regis, qui Filius fuit Ieſſe, nobiliſſima proſapia, & regali ſtemmate exorta proceſſit, de cuius radice flos aſcendit, quia verus ille Nazareus, & flos munditiæ Chriſtus per eã, ex ea incarnatus, in mundum venit. *Id. ibidem.*

Virga, quæ florem Chriſtum ſpirituali tantum infuſione, ſine hominis corruptionis acceſſu produxit. *Idem in lib. de virginit. B. V. cap. 3.*

Virga, quæ operante prouidentia diuina, ex radice vitiata prodijt ſine vitio, atteſtante Iſai. Propheta, qui dixit. Exiet Virga de radice Ieſſe, & flos de redice eius aſcendet. Huius enim glorioſæ Virginis figuram tenuit virga illa, quæ fuit in myſterio Aaron Sacerdotis, iubente Domino, à S. Moyſe in tabernaculo poſita, quæ altera die ſola fronduit, nucesque protulit, quia procul dubio ſola Virgo Maria fuit, quę Dominũ peperit, & poſt partum Virgo permanſit. *Idem in ſer. de B. M. apud Nierembergium in exceptionibus cap. 11.*

Virga præflorida, & omni prædicatione maior, quæ ex ſe attulit florem, qui nunquam marceſcit. *Anon. in Menais Græcor. die 25. Julij.*

Virga, quæ florem protulit Dominum, ideſt, Verbum diuinum. *Idem ibidem.*

Virga ex infœcundis lumbis enata. *Georg. Nicomed. orat. 1. de Præſent. B. Mariæ. & Iacob Monachus orat. de Natiuit. B. M. & in Martali or. 2.*

Virga Regalis, quæ ex regalibus plantis ſuccreuit. *Georg. Nicomed. orat. 1. in Concept. V.*

Virga ſacerdotalis, quæ abſque irrigatione produxit florem, qui non marceſcit, nempe Dominum. *Idem in orat. de exitu SS. Virg. quando fuit oblata in templo.*

Virga vegetata, orta ex radice Ieſſe, quæ mundo ſalutis florem produxit. *Idem ibidem.*

Virga, de qua Iſai. cap. 11. Egredietur de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet. *Id. ibid.*

Virga, ex radice Ieſſe, de qua flos Chriſtus natus eſt. *Coſmas Hieroſol. in Theogon. hym. 1.*

Virga Aaronica, quæ non efflorvit nucibus, ſed Chriſto. *S. Io. Damaſc. in Menais Græc. die 27. Januarij.*

Virga de radice Ieſſe, ex qua, integro decore niuliebri, floribus, perenniſque flos Chriſtus ſurgit. *Idem orat. 4. de Nat. B. Virg.*

Virga diuinæ plantationis ramus, quæ vullo ſuſcepto ſemine vniuerſorum Deum, atque hierarchiam Filium flore germinauit. *Id. ibi.*

Virga honorata, quæ nobis vitæ lignum Dominum germinauit. *Idem in Parael. B. Mariæ.*

Virga infirmam animam noſtram ſuſtentans. *Idem ibidem.*

Virga orta de radice Ieſſe, ex qua mundo flos diuinitus exiſtens aſcendit. *Idem orat. 1. de Natiuit. B. Mariæ.*

Virga Aaronitica, quæ non nuces, ſed Chriſtum florem peperit. *Idem in Can. ſanctiſ. V.*

Virga de radice Ieſſe, fructum proferens ſalutarẽ ijs, qui cum fide Filio ſuo clamant: Benedictus eſt Deus Patrum noſtrorum. *Idem in Octoer. Græcor.*

Virga de radice Ieſſe, quæ ſine vllius irrigationis ope, florem ſpecioſiſſimum Chriſtum peperit. *Idem Can. in Sanctiſ. Deip.*

Virga germinans de radice Ieſſe, quæ prius myſticè, atque arcanè in germine virgæ aromaticæ deliguata eſt, vt enim illa nuces, ſic iſta Chriſtum florem peperit. *Idem ibidem.*

Virga de radice Ieſſe, quæ per recti operis intentionem ad ſuperna enituit, & vitioſitatis nodis

dis funditus carens, flexibilis per humilitatem effulſit, inde non immeritò florem protulit, qui totius orbis campos, ſacris floribus decorauit. *Paulus Diaconus ſer. 2. de Aſſumptione B. Mariæ*

Virga Aaron, quia quemadmodum virga Aaron protulit relluris abſque ſubminiſtratione, & humoris irrigatione natiuas tamen per ſemitas, germen, flores, & fructus: ſic Mater Virgo non de voluptatis riuo, nec de maritali commercio genitalem tamen per ſemitam genuit carnem verbum factum. *Ratramn. Corbeien. in Opuſc. de partu B. Mariæ cap. 4.*

Virga diuini ſtatus, germinans florem ſemper viuum Chriſtum. *Idem ibidem.*

Virga, ex qua flos diuinus productus eſt, & quæ ſeductorem arefecit. *Idem ibidem.*

Virga ex radice Ieſſe, quæ florem protulit vniuerſæ creaturæ ſatorem, qui in frugiferæ ſcientiæ plantas arefecit, fidem autem veriſſimam nobis cum deuotione plantauit. *Id. ibid.*

Virga germinans ex radice Ieſſe, & inuiolata proferens florem Chriſtum. *Idem ibidem.*

Virga honorabilis, ac pretioſa, quæ ramum incorruptibilem germinauit. *Idem ibidem.*

Virga honorabilis, quæ immarceſcibilem ramum produxit. *Idem ibidem.*

Virga Ieſſe, ex qua Chriſtus exortus eſt flos, qui vitam protulit tetrigenis. *Idem ibidem.*

Virga myſtica, ex qua flos immarceſcibilis effloruit. *Idem ibidem.*

Virga venerabilis, ex qua nobis lignum vitæ Dominus germinauit. *Idem ibidem.*

Virga virginitatis, ex qua flos effloruit ſator noſter Deus, qui mala germina reſcindit, propter ſummam bonitatem ſuam. *Idem ibidem.*

Virga Chriſtum florem immarceſcibilem producens. *Nicetus Dauid in hom. de Nat. B. V.*

Virga Aaron, quæ fronduit, ac nucem protulit Num. 17. *Ambroſ. Auſbert. hom. in feſto Purificat. B. Virg.*

Virga, quę de radice Ieſſe ſurrexit, ac floruit Iſai. 11. *Idem ibidem*

Virga egreſſa de radice Ieſſe Iſai. 11. ideſt de ſuprema humilitate, quia non dicitur egredi de ſtirpe, ſed de radice Ieſſe, quę latet in humo, quia humilitas dicitur, quaſi humi latens, nam ſicut totum, quod habet arbor de radice procedit, ſic tota virtus, & excellentia Beatæ virginis ab eius humilitate proceſſit, quam Deus reſpexit; reſpexit namque humilitatem ancillæ ſuæ, quaſi radium, & ex hoc beatam eā dicunt omnes generationes. *Idiota de B. V. part. 3. Contempl. 3.*

Virga egreſſa de radice Ieſſe, quia ſicut virga de radice egrediens, altior, rectior, ſubtilior, humidior, flexibilior, viridior, & pulchrior eſt, quam egrediens de ſtirpe; ſic Beata Virgo altior fuit vitæ ſanctitate, rectior charitate, ſubtilior humilitate, humidior pietate, flexibilior obedientia & compaſſione, viridior fidelitate, pulchrior caſtitate, & planior ſimplicitate omnibus alijs ſanctis. *Id. ib.*

Virga de radice Ieſſe, quod interpretatur incendium, quia Beata Virgo ex incendio feruentiſſimę charitatis, quam Deus Pater habuit ad genus humanum data eſt nobis ad ſaluationem, & ad exemplum. *Idem ibidem.*

Virga florida, quia ſicut virga florida, ſi deorſum flectatur ſecum inclinat florem ſuum, ità Beata Maria inclinat ſe ad orationes noſtras, & ſecum flectit florem ſuum ſcilicet vnigenitum ſuum orando, vt nobis miſeris indulgeat, & miſereatur. *Idem de Beata Virgine part. 14. Contempl. 51.*

Virga, quia ſi virga de tetra modicum occupat, Beata Virgo modicam terram occupauit, quia in paupertate ſemper vixit. *Idem ibidem.*

Virga, quia ſi virga, ex quo creſcere incipit iugiter creſcit, donec perueniat ad perfectum crementum: Beata Virgo ſemper creuit de virtute in virtutem ex multitudine charismatum, & gratiarum, & ideò dicta eſt gratia plena. Nunquam tamen creſcere deſinet, quo ad reuerentiam, laudem, & amorem ex beneficiorum ſuorum. *Idem ibidem.*

Virga, quia ſi virga leuis eſt, & ſurſum erecta Beata Virgo leuis fuit per contemptum temporalium omnis enim res, quanto magis terrenorum quantitatem participat, tanto ad terram facilius ſe inclinat, & ideo amor terrenorum reddit ponderoſum, ſed quanto minus terrenus eſt, tanto facilius ſe in altum leuat; amor enim Dei ignis appellatur, qui appellatur, qui naturaliter tendit ſurſum, ſed mundanus amor, velut terrenus amor tendit deorſum. Propter hoc Beatiſſima Virgo leuis erat, & ad ea, quæ ſurſum ſunt iugiter ſe erigebat per dilectionem Dei, & Proximi. *Idem ibidem.*

Virga, quia ſi virga leni ſtate auræ mouetur, & giratur, Beata Virgo leui aura deuotæ orationis flectitur, & leui tactu bonę operationis, ad nos miſeros peccatores. *Idem ibidem.*

Virga, quia ſi virga quaſi mediatrix eſt inter radicem, & fructum: Beata Virgo mediatrix eſt inter nos, & Filium ſuum, quia ſicut Filius eius eſt mediator Dei, & hominum, ſcilicet inter nos, & Patrem, ſic B. Virgo inter nos, & Vnigenitum ſuum, ipſa mater Regis, & mater ſerui, ipſa Mater Dei, & mater hominis, ipſa mater Rei, & mater iudicis, & ſic mater vtriuſque, ſcilicet Dei, & hominis per gratiam. *Idem ibidem.*

Virga, quia ſi virga ſemper tremula eſt, B. V. tremula fuit, ideſt Deum timuit filialiter, & caſtè, ideo de ea ſcribitur, mulier timens Dominum, ipſa laudabitur Prouerb. 31. timuit etiam audiens ſalutationem Angelicam, ideò dixume fuit, ne timeas Maria. *Idem ibidem.*

Virga, quia ſi virga tenuiſſimo cortice tegitur, Beata Virgo tecta fuit ſubtiliter per amorem

ſecre-

ſecretę,& ſolitariæ vitæ deſignata, per Sarã vxorem Abrahæ latitantem in Tabernaculo. *Idem ibidem.*

Virga, ex qua cum tanquam vitalis flos benedicio effloruiſſet, mox maledicio interitus effectrix, interijt. *Leo Imp.in orat.de Aſſumpt.* B. *Virg. Mariæ.*

Virga, qua aſſumpta ſecundus moyſes, vel potius antiquo illo antiquior, & Dominus ſubmergit perſecutores, ſeruat vero eos, quos labor luti, & laterum attriuerat. *Idem in oratione de Annunc.B. Virg.*

Virga, floris vice,ſuauem odorem gloriam noſtri generis proferens. *Ioan. Geometra ſerm.in Annunc. SS. Dei Genitricis.*

Virga Aaron, quæ ſine radice, ſine quolibet naturæ, vel artis adminiculo fructificauit, id eſt, ſine coniugali opere Filium procreauit; Filium ſane flore deſignatum, & fructu; flore propter ſpeciem; fructu propter vtilitatem; eſt enim ſpecioſus forma præ filijs hominum, & vitalis refectio non ſolum Angelorum, ſed etiam hominum.*D. Fulbert. Carnoten ſer.1.de Nat.*B. *Mariæ.*

Virga de radice Ieſſe ab omni nodo vitiorum plana, virens omni virore virtutum, recta rectitudine intentionis, rotunda rotunditate perfectionis. *Radulph. Ardeus hom.1.in Annunc. Beatæ Mariæ.*

Virga Aaron fœcunda. D. *Petrus Damianus in Carminibus de Aſſumpt.* B. *Mariæ.*

Virga Aaron, per quam fiunt ſigna, & miracula. *Idem ſerm.de Aſſumpt.B.Virg.*

Virga de radice Ieſſe, germinans de portuoſa radice generis humani, & de Patriarcharum arbore in altitudinem, & rectitudinem erumpens, omnem ignorans nodoſitatem, foliorũ tenebras neſciens, infructuoſa quęque non habens.*Idem ſer.de Annunc.* B. *Mariæ.*

Virga directionis, virga Regni Dei. *Idem ſer.1. de Exalt. S. Crucis.*

Virga Ieſſe, veri præuia luminis, quę in illa inacceſſibili luce perlucẽs ſic vtrorumque ſpirituum heberat dignitatem, vt in comparatione Virginis nec poſſint, nec debeant apparere. *Idem ſer.de Aſſumpt. B. Virg.*

Virga,in qua miſerorum ſpes,& conſolatio continetur. *Idem ibidem.*

Virga noſtra, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi puluꝛis pigmentarij, quia in ea carnis integritas per mirrham, & mentis deuotio per thus deſignata, ſemper indiuiſa manſerunt, & ideo fuit donis Spiritus ſancti referta, vt audire meruerit; Aue Gratia plena Dominus tecum. *Idem ſer. de Ephiph. Dom.*

Virga, qua retunditur impetus aduerſantium Dæmoniorum.*Idem ſer.de Aſſumpt.* B.*Mariæ*

Virga, quia per intentionem deſiderij ad ſuperna emicuit, & per ſinceritatem boni operis diſtortæ nodoſitatis vitium non incurrit.*Idem hom.in Nat.*B.*V.Mariæ.*

Virga Virgo, ex qua Ieſus Chriſtus mirabiliter eſt generatus.*Idem ſer.1.de Exalt. S. Crucis*

Virga pulcherrima,quæ florem puriſſimum protulit. *D.Anſel.in lib.ſiue Tract.de Concept.Virg.*

Virga Aaron, quæ ſicca peperit florem, & incorrupta peperit Saluatorem.*D.Bruno Carthuſianus lib.de laud. Eccleſiæ cap.3.*

Virga de radice Ieſſe, quæ genuit florem, ideſt Chriſtum, qui eſt flos campi, ideſt mundi, & lilium conuallium ſecundum Salomonem, & eum non ex eſtu mentis, ſed ex ſuperueniente Spiritu ſancto concepit. *Idem ſer. 1. de laud.* B. *Mariæ.*

Virga de radice Ieſſe egreſſa,quia præheminens, & ſine exemplo in toto humano genere oſtenſa, & quia ſingularis, & vnica puritatis omnimodæ ſubtilitate porrecta. *Guibert. Abbas in Tract.contra Iudæos lib.2. cap.4.*

Virga Aaron, de qua ſine omni læſione prodijt naſcendo, flos Chriſtus. *Hugo de S. Victore in Annotationibus elucidatorijs S.Io.Euan.*

Virga aurea,& Virga Aaron, quæ floruit, & nucem protulit amygdalinam Chriſtum concipiendo, & pariendo.*Idem lib.5.Erudit.Theologic.ex 2.Miſcellan.tit.55.*

Virga erecta per ſpem. *Idem lib.4. Erudit. Theologicar.ex Miſcellan. 2. tit.27.*

Virga flexibilis per manſuetudinem, & compaſſionem proximi.*Idem ibidem.& Innocen.Papa 3.in Encom. B. Virg.*

Virga florigera per gratiam virginitatis. *Hugo de S.Victore lib.4.erudit.Theologic.ex Miſcel.2. tit. 27.*

Virga florigera, per virginalem conceptionem. *Idem ibidem.Rich.à S. Vict.de comparat. Chriſti ad florem, & Mariæ ad virgam, & Innocen. Papa 3. in Encomio de Beatif. Virg.*

Virga fragilis, per abiectionem ſui, & deſpectionem mundi.*Hugo de S.Victore lib.4.Erudit. Theolog. ex miſcel. 2.tit. 27.*

Virga frondoſa per gratiam deuotionis. *Id.ibid.*

Virga fructifera per partum ſalutis.*Idem ibidem, & Rich.à S.Victore in tract de comparat.Chriſti ad florem, & Mariæ ad virgam.*

Virga fructifera per prærogatiuã fœcunditatis. *Hugo de S.Vict.lib.4.Erudit.Theolog.ex miſcel. 2. tit. 27.*

Virga glacilis per humilitatem. *Idem ibidem,& Rich. à S. Victore in tract.de comparat. Chriſti ad florem, & Mariæ ad virgam.*

Virga in Cœlum vſque porrecta, per longanimitatem.*Hugo de S.Vict.lib.4.Erudit.Theolog.ex miſcel.2. tit. 27.*

Virga recta per fidem.*Idem ibidem, & Rich.à S. Vict.in tract. de comparat. Chriſti ad florem, & Mariæ ad virgam.*

Virga Aaron, quæ neque plantata, neque rigata, germinauit, floruit, fructum fecit. *Rupertus Abbas lib.2.Comment. in Num.cap.4.*

Virga, de qua flos aſcendit, quando de ſe ipſa natus eſt Chriſtus.*Idem lib.1.Commentarior.in Cant. Canticorum.*

Virga de radice Ieſſe gracilis, & pulchra; humilis

lis quidem, sed recta, cuius flos fructus ventris eius Christus, Dei Filius. *Idem lib. 11. de victor. verbi Dei cap. 18.*

Virga de radice Ieſſe, quæ nullum habuit ſibi fruticem cohærentem. *Idem lib. 2. Commentar. in Iſaiam cap. 6.*

Virga egreſſa de radice Ieſſe, quia de domo Dauid nata, quæ tanto humilior extitit hominibus huius ſæculi, quanto virgula quæuis minor, & gracilior eſt grandibus cedris, & quercubus magnis. *Idem lib. 1. Comment. in Cant. Canticor.*

Virga gratiæ. *Idem lib. 2. Comment. in Iſaiam cap. 6. & Dionyſ. Fab. Tract. 1. de Concept. B. Mariæ*

Virga Moyſis, & Aaron; ſicut enim virga illa, virgas maleficorum, & incantatorum deuorauit, & omnem ſuperbiam ægyptiacam obtriuit, ac deinde germinauit, fronduit, floruit, ac fructum protulit., non plantata, non ſucco terræ animata, ſed virtute cœleſti, ſupra vſum naturæ prouecta; ſic pulcherrima mulierum amica Dei Maria, cunctam prauitatẽ hæreticam interemit, ſuperbiam Diaboli deiecit, conceptu florida, partu fructifera, Virgo in conceptu, incorrupta in partu, Virgo ante partum. *Rupert. Abbas lib. 1. Commentar. in Cant. Canticor.*

Virga, quæ cum flore filij ſui aſcendit contrà altitudinem Aſſur, ideſt Diaboli. *Idem lib. 11. de vict. verb. Dei cap. 31.*

Virga, quæ iuxtà fidem Euangelij, ſine virili ſemine Chriſtum nobis protulit, verum florẽ, verumque decus generis humani, in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. *Idem lib. 2. Comment. in Numer. cap. 4.*

Virga Regia, quæ inſtar virgæ illius quondam litem dirimentis, querimoniaſque filiorum Iſrael remouentis, qui contra Moyſen murmurabant, & Aaron, tanquam ille ſacerdotium traxiſſet magis fraterno amore, quam arbitrio cœleſti; iudaicam ſuperbiam compeſcuit, percuſſa gente, deiecta gloria templi manufacti, palamque fecit, quia non carnale, ſed ſpirituale ſacerdotium Deo eſt curę, quia ſolus Chriſtus ſacerdos in æternum eſt, non ſecundum taurorum, aut hircorum cædes, ſed ſecundum ordinem Melchiſedech. *Idem ibidem.*

Virga requiei Domini, in cuius flore requieſcit omnis plenitudo diuinitatis. *Idem lib. 2. Com. in Iſaiam cap. 6.*

Virga ſenſibilis, quæ ſuperbiam Diaboli percuſſit, ſuperbiæ culpam de toto genere humano correxit, & iram Dei, quæ proinde ſuperuenerat, auertit, placatumque Deum nobis reddidit. *Idem lib. 11. de vict. verb. Dei c. 30.*

Virga ſpecioſæ nouitatis, in qua vetus Euæ genus reuiruit, & in flore, quem peperit carnis noſtræ ſilua reſloruit. *Idem lib. 2. Commen. in Numeros cap. 4.*

Virga virginea. *Idem lib. 2. Comment. in Iſai. c. 7.*

Virga electa. *D. Bernard. ſer. 2. de aduentu Domini*

Virga flotis dominici. *Idem in orat. Rhyt ad Do. minum Ieſum Chriſtum, eiuſque Matrem intemeratam Virginem.*

Virga hami diuini. *Idem ſer. in Concept. B. Mariæ.*

Virga Ieſſe, de qua germen Domini virore virgineo pullulauit. *Idem ſer. 2. in die Pentecoſtes.*

Virga Ieſſe, quæ de torteuſa radice generis humani, & Patriarcharum arbore, in altitudinem, rectitudinem erupit. *Idem ſer. in Conceptione B. Mariæ.*

Virga ſublimis. *Idem ſer. 2. de aduentu Domini.*

Virga de radice Ieſſe, quam in ſpiritu prævidit Iſaias. *Petrus Com. in ſer. de Concept. B. Mariæ.*

Virga de radice Ieſſe, de qua ſignanter ait Iſaias, florem non de ſummitate eius procedere, ſed de radice ipſius aſcendere, vt in Beatę Virginis conceptione nullius intelligatur origo culpę, ſed ſicut ſingulariter Deum concepit, ſic ſingulariter concipi à Deo ſibi datum fuit. *Idem ibidem.*

Virga directionis. & Regni Dei, quia nihil Virgine rectius, nihil ſubtilius dici poteſt. *Id. ib.*

Virga virtutis, non infirmitatis, quam emiſit Dominus ex Syon. *Idem ibidem.*

Virga gracilis, & recta, tortitudinis ignara, egreſſa de radice Ieſſe, ſcilicet virtuta, & terrę infoſſa. *Idem ibidem.*

Virga erecta, in Cœlum vſque porrecta per ſpẽ. *Rich. à S. Vict. in Tract. de comparat. Chriſti ad florem, & Mariæ ad virgam.*

Virga flexibilis per compaſſionem. *Idem ibidem. & Bernard. de Baſtis ſer. 3. de Nat. B. Virg.*

Virga Ieſſe, quam fert Iſaias de radice natam eſſe, cuius flos Meſſias. *Rich. à S. Vict. expoſitione in Cant. Cantic. cap. 42.*

Virga procera per longanimitatem. *Idem in Tract. de comparat. Chriſti ad florem, & Mariæ ad virgam, & Innocent. Papa 3. in Encom. de Beatiſſima Virg.*

Virga ſententationis; ſenex namque ille antiquus dierum, cuius egreſſus à diebus æternitatis, quem vidit Daniel cano capite, & pedibus, metallinis, qui in lingua ſua loqui non poterat, neque ambulare, ſitire non poterat, aut exurire, neque cætera noſtri defectus argumenta poterat proſequi, innixus huic virgæ defectus noſtros proſecutus eſt, quos oportuit, & decuit. *Petrus Bleſ. ſer. 1. de Aduent.*

Virga Aaron; ſicut enim virga illa, ſine aliquo ſucco humoris protulit fructum, ſic Beata Virgo ſine viri ſemine protulit Chriſtũ. *Serlo Abbas ſer. 2. de Nat. B. Virg.*

Virga, quæ protulit florem, qui ſparſit in mundo ſuauem ſalutis odorem: odore ſiquidem Chriſti repleius eſt mundus, de quo dicitum eſt Genſ. 27. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. *Idem ſer. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virga aurea, cuius ſummitatem Eccleſia, velut altera Heſter in altari quotidie oſculatur, & oſculando promeretur, vt Aman in Antichriſto, aduerſus populum ſanctorum, non diu prævaleat, & vt Mardocheus, imò in Mardocheo Petrus, vel in Petro Eccleſiæ Romanę

Pontifex patruelis eius, qui ſolus ante Aman genua non curuabit, honore regio dignus inueniatur. *Henricus Clareual. de peregrin. Ciuitat. Dei Tract.* 12.

Virga aurea, vel quia atauis edita regibus, vel quia aurea virga, primæ matris Euæ florens roſa proceſſit, vel quia gratia plena, & inter mulieres benedicta, mediante benedicto fructu ventris ſui, in carne filij ſui eſt diuinitati coniuncta, ità vt illud, quod dictum eſt ei ab Angelo: Dominus tecum, ſicut eſt omnibus fidelibus commune, ità ei fuerit ſpeciale; in alijs enim Deus dicitur eſſe per gratiam, ei autem ità diuinitatis ſuę infudit eſſentiam, vt ex ea etiam humanam ſibi vniuerit naturam. *Idem ibidem.*

Virga ferrea, non in miſerando, ſed in ſuſtentando, non in ſubueniendo, ſed in ſubuehendo; non enim eſt baculus arundineus tantum, imò pluſquam ligneus, quia quantum ferrum ligno præeminet in fortitudine, tantum Beata Maria ſupra omnem humanum modum virtute eſt induta ex alto, Spiritu ſancto ſuperueniente in eam, id eſt, ſupra ſolitum veniendi in homines modum, in eam deſcendente, & virtute ei Altiſſimi obumbrante. *Idem ibidem.*

Virga Moyſi, fide recta, flexibilis humilitate, integra virginitate, de qua egreſſus eſt ille ſerpens, qui exaltatus in cruce, læſis à ſerpente antiquo ſuę viſionis medicinam paratur, qui rãdem morte ſuperata, velut cauda mortalitatis conſtricta per reſurrectionem ſuam, naturam humanam multis miſeriis, & corruptionibus diſtortam, in virgæ rectitudinem reparauit. *Idem ibidem.*

Virga Moyſi, per quam aquę maris diuiſæ, aquę Marat dulcoratæ, aquę de ſilice reperiuntur excuſſę; ad tactum ſiquidem huius virgę tentationum impetus diuiduntur, cum paruuli tenentur cogitatus, & ad petram Chriſtum alliduntur; Aquę etiam ſacri eloquij dulcorantur, cum in manu hominis inuolutus liber in ore comedentis, efficitur mel dulce: aquę quoque de ſilice producuntur, cum Chriſto reſpiciente induratum quemliber in peccato, compunctionis lachrymę proferuntur. *Idem ibidem.*

Virga Aaron, quæ ſine ſucco flornit, fronduit, & nuces protulit, quia Beata Dei Mater; ſine viro Saluatorem concepit, & peperit. *Adam de Perſenia ſer. in Annunc. B. Virg.*

Virga, de qua proceſſura promittitur ſecuris, nempe Deus homo, Virginis Filius, qui eſt ſecuris; virga enim cedit, vt corripiat, ſecuris excidit, vt deſtruat, virga corripit, vt corrigat, ſecuris deſtruit, vt in ignem mittat: virga vtimur in correctione paruulorum, ſecuri in exterminatione ſpinarum: virgæ correptio eſt in miſericordia, ſicut ſcriptum eſt Pſal. 14. Corripiet me iuſtus in miſericordia: ſecuris exciſio in furore, & ira: virga corripiens, corrigit ad virtutem, ſecuris exterminans, percutit ad conſumptionem. Quem non correpſerit virga in ſpiritu veritatis, ſecurim exſpectet neceſſe eſt in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris: qui ad matris miſericordiæ exemplum ſe non corrigit, terribilem eius filium in iudicio ſentiet. *Idem ibidem.*

Virga de radice Ieſſe, inter bonas arbores incomparabiliter optima, ex qua vitę fructus proceſſit. *Idem ibidem.*

Virga de radice Ieſſe, operi diuinę incarnationis neceſſaria, ex qua natus eſt fructus, qui guſtatus non intulit mortem, ſed reformauit ad vitam. *Idem ibidem.*

Virga de radice Ieſſe, quę in antidotum prioris arboris ſuo fructu mortem inferentis, de virgulto dauidicę ſtirpis proceſſit, cuius fructus fuit eius partus, veram vitam fructificans: *Idem ibidem.*

Virga directionis, quam flexibilem facit immenſa pietas, fortem incorrupta poteſtas, fertilem diuini partus fœcunditas. *Id. ibidem.*

Virga ferrea, qua mundus regitur, mundi Princeps proſternitur, confractus infernus aperitur. *Idem ibidem.*

Virga flexibilis per miſericordiam, recta per iudicium, porrecta per virginitatis excellentiam, fructifera per Vnigeniti conceptionem. *Idem ibidem.*

Virga fortis, quà fortè armatum in pace atrium poſſidentem, fortior illo ſuperueniens Rex virtutum, percuſſit, & attriuit. *Idem ibidem.*

Virga, in qua zelus Domini exercituum viſitat iniquitates orbis, & tot verberibus atterit peccata hominum, quot virtutibus illuſtrat Virginis partum. *Idem ibidem.*

Virga Moyſi, quæ virgas Magorum Ægypti legitur deuoraſſe, quia virginei partus veritas, totius mundi hæreſes retexit, & interemit. *Idem ibidem.*

Virga noſtræ correctionis, flexibilis per miſericordiam, & recta per iudicij veritatem. *Idem ibidem.*

Virga per miſericordiam reum corrigens, & reducens ad gratiam. *Idem ibidem.*

Virga, qua corripitur iniquitas orbis. *Idem in Mariali fragm.* 3.

Virga, qua primo corripitur, & corrigitur mundus, de qua ipſe mundi Conditor per Prophetam dicit: Viſitabo in virga iniquitates eorum Pſalm. 88. inundus quippe in virga corripitur, dum ei per exemplum, & partum Virginis, in quo ſit reprehenſibilis, & condemnabilis demonſtratur. *Idem ſerm. in Annunciat. Beatæ Virg.*

Virga, quæ quando florem ſuum, nempè Chriſtum Filium ſuum produxit, ver noſtrum incepit, hyems pertranſijt, imber abijt, dum inſolentiam criminum, & ſenium vetuſtatis tempus miſericordiæ rediuiuum deterſit. *Idem ibidem.*

Virga, quæ in tantam arborem creuit, vt communis

munis ſalutis fructum proferens, dum Mater Omnipotentis efficitur, & Angelorum Regina, & ſeculorum Domina prædicetur. *Idem ibidem.*

Virga, quæ tot ictus dorſo imprudentium dedit, quot virtutibus oſtenſis, in ſe mundi inſipientis vitia debellauit. *Idem ibidem.*

Virga, quæ virgam extrudit à virga; per hanc enim virgam virtutis effectum elt, vt non relinqueret Dominus virgam peccatorũ, hoc eſt virgam diuinæ hæreditatis, de qua per Pſalmiſtam dicitur: Redemiſti virgam hæreditaris tuæ. *Idem ibidem,*

Virga reductionis, per quam emendatur reus, ne pereat. *Idem ibidem.*

Virga virtutis, de qua ſi virtutum flores decerpſimus, timeamus perdere; ſi non dum decerpſimus, timeamus perire, *Idem ibid.*

Virga virtutis diuinæ, quia eius fide, vita, partu, expirans vitijs, ad virtutem ſæculum reſpirauit. *Idem ibidem.*

Virga virtutis, quam emiſit Dominus ex Sion, quia ſicut dicit Iſai. Egreſſa eſt de radice Ieſſe, orta eſt Virgo de ſtirpe Dauid: qui ſicut ipſe de ſe in Pſalm. 2. teſtatur conſtitutus ſuper Syon montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius. *Idem ibidem.*

Virga Aaron, quæ fronduit credens Angelo, floruit concipiens in vtero, germinauit pariens ex vtero, nuces protulit fugiens in Ægyptum cum Filio, vel videns eum pendentem in patibulo. *Petrus Abbas Cellenſis in lib. de Panibus cap. 31.*

Virga Aaron frondens, & fomentis naturalibus non adiuta, nuces nouitate mirabili producens ſtupente natura, virum neſciens ad pariendum filium promota eſt. *Philip. Abbas lib. 1. in Cant. Canticor. cap. 16.*

Virga Aaron, ſine cultura, humani auxilij florens, & fructum faciens, quando abſque contactu hominis Filium Dei de Spiritu ſancto concepit, & peperit. *Idem Tom. 6. moralitat. in Cantic. Canticor.*

Virga de radice Ieſſe, quia de radice incendij; Radix enim totius feruoris, & charitatis. *Garnerius Lingon ſerm. 2. de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virg.*

Virga exaltata, & elenata, vt quæ exaltata eſt in ſe, exaltata ſit in nobis, exaltata ſit nobis; exaltata ſit à nobis, exaltata ſit in nobis, quæ exaltata eſt pro nobis. *Idem ibidem.*

Virga ex aromatibus myrrhę, & thuris, quia in omni diſciplina ſe ſemper exercuit. *Idem ibidem.*

Virga flexibilis, quia miſericors. *Idem ibidem.*

Virga fœcunda prole, virgo corpore, & mente, plana iuſtitia, & ſimplicitate. *Idem ibidem.*

Virga leuis, quia carens pondere peccatorum. *Idem ibidem.*

Virga myrrhę, propter diſciplinam vitę actiuę. *Idem ibidem,*

Virga nata de Ieſſe, quę Chriſtum protulit, tanquam florem, vnde, & in typum huius myſterij virga Aaron repente floruit. *Idem ſer. 1. in Aduentu Domini.*

Virga, quam quicumque eſt Dei Paſtor, quicunque officium Iacob implet, ſi Laban occurrit, ſi mundus deprimit, ſi labores ſuos & luctas derideant, quorum iniquitas prodit ex adipe, tenere debet in canalibus cordis ſui, quæ habeat in ſe Amygdalinum fœcunditatis, populeum virginitatis, & plataneum iuſtitię, & ſanctitatis, vel ſimpliciitatis. *Idem ſer. 2. de Aſſumpt. B. V. M.*

Virga thuris propter diſciplinam vitę contemplatiuæ. *Idem ibidem.*

Virga, vocata funiculus Zacch. 11. quia in altum ſe eleuans, odorem ſuauitatis emiſit. *Idem ibidem.*

Virga, cuius proceritas inattingibilis, *Innocent. Papa III. in Encomio de Beatiſſima Virgine Maria.*

Virga erecta per deuotionem, & ſpem. *Idem ibidem.*

Virga fragilis per abiectionem ſui, & per pudorem. *Idem ibidem.*

Virga frondoſa per ſanctiſſimam conuerſationem, & per bonorum operum executionem. *Idem ibidem.*

Virga fructifera, per partum vitæ ęternę, & per prerogatiuam fęcunditatis. *Idem ibid.*

Virga gracilis per humilitatem, & deſpectionem mundi. *Idem ibidem.*

Virga virginalis, quæ florem Chriſtum produxit. *Idem ibidem.*

Virga Ieſſe, per quam Eccleſia à Diabolo eſt liberata, ſicut populus Dei à Pharaone per virgam Moyſis. *Honorius Auguſtodun. in ſigillo Beatæ Mariæ.*

Virga Aaron, quę in tabernaculo poſita, inter cętetas tribuum Iſrael virgas floruit, & germinauit Amygdala. Num. 17. floruit plane pariendo Chriſtum, germinauit Amygdala, quando multa iuſtorum millia, ſuo exemplo ad vitę nouitatem conuertit. *Abſalon Abbas ſerm. 1. in Annue. Beatæ Mariæ.*

Virga, de qua proceſſit flos ille campi, fructu, odore, pulchritudine ſingularis. *Idem ibidem.*

Virga gracilis per innocentię puritatem, & flexibilis per obedientię virtutem, recta per operationem iuſtitię, eminens per perſeuerantiam virtutis, vniformis per morum concordiam. *Idem ibidem.*

Virga, inter virgula Paradiſi exorta, ad quam fluuius ſpiritualium chariſmatum abundantius, quam ad cętera derinauit, vtpotè quę fructum meliorem, & ſublimiorem cęteris erat productura, quo & in terris homines, & in cęlo ſpiritus paſcerentur. Quid enim aliud fuerunt Spiritus ſancti obumbratio, plenitudo gratię, feruor fidei, caſtitas virginalis, quam ſtillicidia quędam gratiarum, in ipſam deſcendentium, vt creſceret, & faceret fru-

ctum. *Idem ſerm.3.de Aſſumpt.B.M.V.*

Virga Moyſi, per quam Deus fecit mirabilia in mundo, è quibus vnum de maximis eſt, quod verſa in colubrum, dracones Ægyptiorum deuorauit, quia cum de ſe Chriſtum in ſimilitudine carnis peccati genuit, omnia crimina, omnes hæreſes impiorum, quę Ægypto huius mundi illudebant, tum virtute prolis, tum exemplo ſuę ſanctitatis, deleuit. *Idem ſerm.1. de Aſſumpt. B.M.V.*

Virga Moyſis, quę dracones Ægyptiorum deuorauit. Exod.9. Quatenus veneua peccatorum, & tenebras huius mundi, per ſolem iuſtię, de ſe procedentem illuminauit. *Idem ſerm.3. in Annunciat. Beatæ M.Virg.*

Virga, quę omni petenti patriam proponitur imitanda. *Idem ibidem.*

Virga virtutis Dei Pſalm.109. Quia filius, qui eſt Dei virtus, & Dei ſapientia, ſicut flos de virga, ſic de Beatę Virginis natura ſecundum carnem, proceſſit. *Idem ibidem.*

Virga virtutis Dei, quia in humanitate, quam Deus aſſumpſit, de illa hoſtem illum antiquum potenter proſtrauit. *Idem ibid.*

Virga de radice Ieſſe, cuius flos, & fructus Saluator. *Cæſarius Ciſterc. in hom. de Viſitat. Beatæ Virg. Mariæ.*

Virga de radice Ieſſe exorta, quæ florem nobis protulit ſuper quem ſpiritus ſapriformis gratiæ requieuit. *Idem in Prologo libri de Miraculis Beatæ Mariæ Virg.*

Virga diuina, quæ paſſionum pelagum diuiſit. *Theod.Laſt.Imper.in Can.ad SS. Deiparam.*

Virga victoriam præbens omniumque aduerſariorum elationem iuxtacceſſione ſua fortiter confringens. *Idem ibidem.*

Virga nunquam arens. *B.Ioſeph Steinf.Opuſc.4.*

Virga Aaron, quæ peperit amygdalas, quæ ſunt cibus infirmantium; quia Maria pietatis opera Chriſto, qui dicit: Infirmata eſt in paupertate virtus mea Pſalm.30. de propria ſubſtantia exhibuit, nec ceſſat vnquam membris eius huiuſmodi opera miſericorditer exhibere. *Rich. à S. Laur.de SS.Virg.lib.12.*

Virga Aron, quæ peperit ſupra naturam, & contra naturam, id eſt contra ſolitum curſum naturæ, & non ſimpliciter contra naturam, quia nihil naturalius eſt naturæ, quam obedire ordinationi Creatoris ſui; peperit autem amygdalas, vel nuces, ſicut dicit alia tranſlatio, per quæ videlicet amygdalas, vel nuces, ſignificantur multorum iuſtorum mullia, quos ad vitæ nouitatem, ſuo quotidie conuertit exemplo; vel per nucem, aut amygdalum Chriſtus, in cuius perſona triplex ſubſtantia; cortex amarus caro, quæ paſſa eſt amaritudines paſſionis; nucleus dulcis anima, in qua fuit dulcedo fruitionis, nam fuit ſimul in vnum viator, & comprehenſor: tecta diuinitas, veriqvnita, in qua fortitudo inſuperabilis; quæ abſcondita fuit in paſſione Abacuch. 3. *Idem ibidem.*

Virga Aaron, quia inſtar illius virgę aridę, ſine humore virilis ſeminis, peperit amygdalam, id eſt genuit Chriſtum, quæ ſcilicet virga floruit conſentiendo, fronduit gignendo, fructificauit pariendo. *Idem ibidem,*

Virga aurea Angelis, & Beatis, qui Reginam vident in decore ſuo. *Idem ibidem.*

Virga aurea Aſſueri, fabricata manu cæleſtis ſapientiæ, quaſi de triplici auro, id eſt de auro Ophir virginitatis, de auro Arabię humilitatis, de auro Heuilat charitatis. *Idem ibidem.*

Virga aurea Aſſueri, in cuius conductu ad Chriſtum ingredimur, & qua mediante videtur Eſther. 4. quæ non dicitur fuiſſe deaurata, quaſi per exteriorem apparentiam, ſed aurea per veram virtutum exiſtentiam. *Idem ibid.*

Virga conſolationis, de qua in Pſalm.22. ſicut enim Deus Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater eſt miſericordiarum, & Deus totius cõſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra 2. Cor. 1. ſic & Maria mater eſt miſericordię, & conſolatur, nos in tribulationibus noſtris, niſi peccata noſtra prohibeant bonum iſtud à nobis. Ierem 5. *Idem ibidem.*

Virga conſumptionis, cuius ſummitate tetigit Angelus panes, & carnes Gedeonis, & aſcendit ignis de petra totum conſumens holocauſtum; ſicut legitur Iudicum 6. nam ſi aliquis hanc virgam, id eſt Mariam, manu tenuerit, per ſimilitudinem operum, & per diſciplinam, quæ virga eſt, tetigerit carnes ſuas, id eſt ſe carnalem: exibit ignis charitatis de petra, quia Chriſtus eſt, & conſumet in eo, quidquid inuenerit conſumendum per adiutorium huius virgę. *Idem ibidem.*

Virga defenſionis, qua ſe debent fideles defendere à canibus, hoc eſt à morſibus tentationũ, ſcilicet inuocando nomen eius, quia ipſa eſt virga virtutis, ſed ſi tantummodo habeatur in ore, ſicut illi habent, qui eam tantummodo laudant, vel ſalutant nihil operãtes ad honorem eis, non bene defendent ſe per eam; accipiatur ergo tripliciter, in corde per meditationem, & amorem, in ore per laudem, & ſalutationem, in manu per operationem, & operum conformitatem, & ita erit vtiliſſima ad omnimodam defenſionem. Propter hoc dicitur Marc.6. Nihil tuleritis in via, niſi virgam tantum, id eſt Mariam, per iugem meditationem ad defenſionem noſtram. *Idem ibidem.*

Virga directionis, & virga regni Domini, Pſal. 109. quæ dirigit mentis orationibus, & exẽplis quotquot ingrediuntur in regnum filij ſui, & ab ipſa quęrenda eſt per orationem directio, & conductus, vt ei dicatur, ſicut dicitur filio Pſalm.24. Dirige me, ô Domina, in veritate tua, & doce me quoniam tu es ſalus, & ſaluatrix mea, *Idem ibidem.*

Virga ferrea malignis hominibus, & ipſis Dæmoni-

monibus, quia per eam infringuntur capita iniquorum, vnde dicitur Chriſto in Pſalm. 2. In virga ferrea, tanquam vas figuli confringes eos. *Idem ibidem.*

Virga gracillima per ſummam humilitatem, quæ flatu auræ tenuis, vel humilis ſalutationis, vel orationis facilè poterit inclinari, inclinata vero ſecum aſſeret florem, & fructum ſuum. *Idem de laud. Sanct. ſ. V. lib. 1.*

Virga impugnationis, qua mediatrice, proiecit Dominus beneficia ſua ad nos tanquam lapides viuos, vt ſibi capiat, & vendicet humani cordis arcem, & animæ noſtræ ciuitatem. *Idem de laud. SS. Virg. lib. 12.*

Virga Ionathę, in cuius ſummitate guſtauit mel, & illuminati ſunt oculi eius 1. Reg. 14. Maria enim virga mellea, mellita pietate, charitate, benignitate, quam ſi ſæpius ori noſtro apponamus, ipſam orando, laudando, benedicendo, confitendo, eius magnalia prædicando, ſentire poterimus melleam eius dulcedinem, & illuminabuntur oculi noſtri interiores, id eſt intellectus ad cognoſcendum, affectus ad diligendum Matrem, & Filium. *Idem ibidem.*

Virga irritationis; cum virga enim ſolent irritari canes, & prouocari ad rictum, & latratum, & illi, qui deuotè Beatę Virgini ſeruiunt, diabolum ad iram prouocant, & incitant ad tentandum. *Idem ibidem.*

Virga lignea hominibus mundanis, quibus attulit fructum vitæ, quia lignorum eſt ferre fructum. *Idem ibidem.*

Virga menſurationis, quę data eſt Ioan. Apocalip. 11. vnde dicit: Datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ, & dictum eſt mihi: Surge, & metire templum Dei, & altare. Si enim volumus pertinere ad templum, & altare dominicum, neceſſe eſt nobis hac virga per imitationem menſurari. *Idem ibidem.*

Virga Moyſis, per quam fecit ſigna in Ægypto, ad quam in omni neceſſitate decurrebat. Exod. 4. quia Chriſtus per Mariam mirabilia fecit in mundo. *Idem ibidem.*

Virga Moyſis, per quam interrupit Dominus petram, id eſt humani cordis duritiam in Eremo, id eſt in peccatore infructuoſo, pleno ſeris, id eſt monſtris peccatorum; qua duritia interrupta, adaquat peccatores, id eſt reficit aquis lachrymarum, quę prouocant aquas gratiarum. *Idem ibidem.*

Virga Moyſis, quæ ore aperto ad filium exorandum, deuorat, & annihilat ſerpentes, id eſt aſtutias Dæmonum, & tentationum, animas venenantes; vnde dictum eſt ſerpenti Gen. 3. Ipſa conteret caput tuum. *Idem ibidem.*

Virga Moyſis, quæ verſa in colubrum dracones Ægyptiorum deuorauit Exod. 7. quia cum Maria Chriſtum induit carne, quę ſimilis erat peccatrici, hæreſes, quibus impij Ægypto, id eſt mundo illudebant, cum virtute ſuę prolis, cum exemplo ſuę ſanctitatis deleuit, quod impletum eſt, quando ipſa cum filio ingrediente Ægyptum, omnia idola corruerunt ſicut prędixerat. Iſaias 19. *Idem ibidem.*

Virga Moyſis, qua percuſſa eſt petra. Exod. 17. & fluxerunt aquę, ità vt biberet Populus, & iumenta; Petra enim Chriſtus nunquam ita ſeuerus, aut durus eſt erga peccatores, quin effundat aquas gratiarum, vel indulgentiæ, ſi hæc virga ipſam tetigerit pia oratione; propter hoc dicitur Num. 20. quod cum Moyſes eleuaſſet manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſę ſunt aquę largiſſimę, id eſt copioſa fluenta miſericordiæ, ita vt biberet Populus, id eſt rationabiles, & iumenta, ideſt brutales. *Idem ibidem.*

Virga Moyſis, qua tunc humani cordis duritia, tanquam petra, percutitur, cum peccator induratus reſpectu gratię miſericorditer ab ea tangitur, vt ab ipſo fluant riuuli lachrymarum. *Idem ibidem.*

Virga Moyſis, quam Moyſes tenebat in manu Exod. 4. teneri enim debet in manu per ſimilitudinem operum, non in ore tantum per inuocationem, & laudem, vel in corde per fidem, quę ſine operibus mortua eſt. *Idem ibidem.*

Virga Moyſis, tunc deuorans ſerpentes, id eſt aſtutias Dęmonum tentantium, quando facit cum tentatione prouentum, iuxtà illud Pſ. 106. omnis ſapientia eorum deuorata eſt. *Idem ibidem.*

Virga odorationis, id eſt virga odorifera, quæ quoſcumque per gratiam tangit, odoriferos reddit, de qua dicitur Cant. 3. quę eſt iſta, quę aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus, ideo dicitur Eccleſ. 24. quaſi libanus non inciſus, quod eſt thus integrum, vaporaui habitationem meam, id eſt illos, quos inhabito per gratiam. *Id. ibidem.*

Virga paſtoralis, quia Moyſes gregem ſuum minauit ad interiora deſerti. Exod. 3. quia ſicut oues regente virga minantur, ſic exemplo Mariæ corriguntur mores fidelium, & quaſi quodam ordine componuntur. *Idem ibidem*

Virga percuſſionis, de qua dicitur Iſai. 11. percutiet terram, id eſt, qui nimio affectu vniti ſunt terrę, & quaſi terra effecti: virga oris ſui, id eſt Maria, quę ait Eccl. 24. Ego ex ore altiſſimi prodiui, qua ſcilicet mediante, percuſſit Iulianum Apoſtatam, qui fidem Catholicam reliquerat pro acquirendo Principatu Romano. *Idem ibidem.*

Virga percuſſionis, de qua Iſai. 30. pauebit Aſſur virga percuſſus; Diabolus enim pauit nomen, & imitationem Virginis, quibus percutitur & vincitur, ſicut canis baculo ſeſus, cum videt baculum leuari, fugit. *Idem ibidem.*

Virga piſcationis, qua mediate extrahuntur piſces, id eſt homines de luto aquarum multarum, id eſt mundanarum voluptatum, quæ

multæ

multæ ſunt, & quicumque peccatores de profundo peccatorum, & de mari, id eſt de amara dulcedine mundi, quando ſcilicet exemplo Marię contemnentes diuitias, paupertatem amplexantur; linea, qua ferrum virgę adhęret, totus proceſſus vitę eius, hamus aduncus oratio eius, ineſcatio, vniuerſa bona, quę nobis per eius miſericordiam miniſtrantur. *Idem ibidem.*

Virga prędicationis, quę ſola datur prędicatoribus ad portandum in via, vnde Matth. 6. dixit Dominus duodecim Apoſtolis, nihil tuleritis in via, niſi virgam tantum, qui enim habere poſſet hanc virgam comitem in via vitæ præſentis, non deeſſet ei gratia, non doctrina, vel aliquid neceſſarium. *Idem ibid.*

Virga, qua in Cœlum extenſa à Moyſe. Exod. 9. dedit Dominus tonitrua, & grandinem, ac diſcurrentia fulgura ſuper terrã Ægypti; Maria enim incutit timorem quibuſdam ſuperbis, qui Deum non timent, niſi quando tonat, & fulgurat, & eos exterret, dans gratiam cogitandi mala ſua; quod præcipuè fit, quando conſideranter, quam grauiter ipſa punita ſint in filio, licet nunquam peccauerit. *Idem ibidem.*

Virga, qua percuſſit Moyſes aquam fluminis coram Pharaone, & ſeruis eius, & verſa eſt aqua in ſanguinem, & piſces, qui erant in flumine mortui ſunt Exod. 7. Maria enim precibus ſuis, meritis, & exemplis, conuerſis peccatoribus, & maximè dilectoribus ſuis, mundanas, & carnales delectationes, quæ citò præterfluunt, vt aqua, conuertit in abominationem, & amaritudinem quaſi in ſanguinem, quem nemo poteſt bibere, & ſic moriuntur piſces fluuiales, id eſt vanæ curioſitates. *Idem ibidem.*

Virga regiminis, vel confractionis, de qua Pater Filio: Reges eos, id eſt bonos, in virga ferrea, id eſt inflexibili iuſtitia, quæ manifeſtè reperitur in exemplis Mariæ; & tanquam vas figuli confriges eos Pſalm. 2. id eſt quicquid in eis luteum, & teſtaceum eſt, purgabis. *Idem ibidem.*

Virga, ſicut enim mediante virga, vel adiutorio virgę, conſeruat paſtor, regit, & dirigit gregem ſuum; ità Chriſtus mediante Maria populum chriſtianum, ideo orabat Micheas in fine: Domine Deus noſter, paſce Populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ. *Idem ibidem.*

Virga ſuſtentationis, quam ſenes deferunt ad ſe ſuſtentandos, vt quod non poſſunt propria virtute, faciant adminiculo virgæ; nam antiquus dierum, Daniel. 7. cuius egreſſus ab initio, à diebus æternitatis Micheæ 5. non poterat per ſe ſtare, ambulare, diſcurrere, eſurire, ſitire, aut huiuſmodi, quæ non competunt Deitati, & ideo innixus eſt huic virgæ, & in ea incarnatus, & ab ipſa portatus, vt in carne, quã de ipſa acceperat, crucifigi poſſet, & mori, & ſic redimere mundum. *Idem ibidem.*

Virga vigilans, id eſt ad vigilias excitans; ſi quidem cum virga ſolent excitari clerici ſomnolenti, ad eundum ad ſcholas, vel in ipſis ſcholis dormitantes, vnde Prou. 22. Stultitia colligata eſt in corde pueri, id eſt in corde puerili, & virga diſcipling fugabit eam; videns enim Deus infantile eſſe totum genus humanum, & quod moram faciente ſponſo, dormitauerunt omnes, & dormierunt Matth. 25. dormitant enim frequenter peccantes, & reſurgentes dormiunt, peccata continuantes, obdormiunt obſtinati, & in peccatis morientes; videns inquam, hoc Deus, miſit nobis virgam vigilantem, id eſt Beatam Virginem, vt precibus ſuis, meritis, & exemplis excitaret nos à ſomno peccati, quod ſæpe fit meditando de ea, ipſam amando, orando, & ei ſeruiendo. *Idem ibidem.*

Virga virtutis diuinæ, de qua Propheta dicit Filio Dei: Virgam virtutis ſuæ emittet Dominus ex Syon, dominare in medio inimicorum tuorum Pſ. 109. quod ſic exponitur: O Chriſte Dominus, id eſt Pater emittet, id eſt extra mittet, hoc eſt naſci faciet ex Syon, hoc eſt ex gente Iudæorum: Virgam virtutis tuæ, id eſt Mariam, in qua, & per quam multis modis manifeſtabitur virtus tua. *Idem ibidem.*

Virga virtutis, id eſt diuinę miſericordię, quę maximè eſt virtus Dei, vndè in collecta Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miſerando manifeſtas; quia in Maria fecit nobis Deus miſericordiam, ſumendo carnem ex ea, in qua pro nobis mortuus eſt, & dando etiam ipſam nobis in aduocatam, & Matrem miſericordię ad impetrandam nobis miſericordiam. *Idem ibidem.*

Virga virtutis, id eſt diuinę potentię, quia in ipſa virtus, & potentia Dei mirabilia operatę ſunt, ſcilicet quod Deus homo, Verbum caro, Mater Virgo, & huiuſmodi. *Idem ibid.*

Virga fumi, quia ſi fumus agilis eſt, & de ignis calore eſt, & procedit, & aſcendens, ab humanis diſparet aſpectibus: Beata Virgo per officioſitatem agilis fuit, quę ad B. Elizabeth ſe tranſtulit, aſcendens in montana, vt ei miniſtraret, & filio de ipſa naſciturо; agilis fuit, quia leui verſu, leui ſaltu, velut iditum, id eſt tranſiliens, omnes vitiorum ſpinas, & foueas tranſiliuit. Hęc ardore Spiritus ſancti accenſa, ſic aſcendendo profecit in gratia, ſic aſcendit in gloria, quod velut diſparens omnem humanam cogitationem excedit. *Ioan. Hailgrin. in cap. 7. Cantic. Canticorum.*

Virga Dei, quę conſolatur nos in omni tribulatione noſtra. *Hugo Carenſis in Pſal. 22.*

Virga virtutis Dei, quia in ipſa virtus Dei, id eſt potentia mirabilia operata eſt. *Idem in Pſalmo 109.*

Virga elegantiſſima, orta de radice Ieſſe, quę ramorum ſuorum mirabili extenſione ſe ſic vbique

vbique terrarum expandit, vt diſperſos filios Adę ab æſtu, & turbine, & à pluuia vmbra deſiderabili protegeret, fructuque ſaluberrimo aleret eſurientes. *D. Amadeus hom.6.de laud. Beatæ Virg. Mariæ.*

Virga gratioſiſſima, & recta, ſubtilis, & porrecta, gratioſa per verecundiam, & formoſitatem, recta per iudicium, & æquitatem, ſubtilis per contemplationis ingenium, porrecta per vitę meritum. *Idem hom.1.de laud.SS.Virg.*

Virga ſublimata ſuper omnia ligna Paradiſi, & ſuper altiſſimorum montium prærelſos vertices exaltata. *Idem hom.8.de laud.B.V.*

Virga Ieſſe, in qua Deus fecit eſſe Aaron amygdalum, mundi tollens ſcandalum. *S. Simon Stoch.in Hymno de Deipara Virg.*

Virga Aaron, florida per Virginitatem, fructifera per fœcunditatem. *D.Bonanent.in Speculo Beatæ Virg.cap.3.*

Virga Aaron, recta, florida, & fructifera, recta, immo rectiſſima per iuſtitiam, & æquitatem, florida per virginitatem, fructifera per fœcunditatem. *Idem in Speculo B.V.cap.8.*

Virga aurea charitate, munditia, incorruptione, & integritate virginali. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap.10.*

Virga aurea hominibus. *Idem ibidem.*

Virga aurea in noſtra contemplatione. *Idem ibidem.*

Virga aurea perfectis, & contemplatiuis. *Idem ibidem.*

Virga dura Dæmonibus, arcens Dæmones à nobis. *Idem ibidem.*

Virga felix, quę ad animam contemplatiuam confortandam clementer extenditur, quando contemplationi, & deuotioni eiuſdem animę tam pia, & tam dulcis ingeritur, quod ex hoc ipſa anima contra terrorem diuinæ iuſtitiæ, & ad ſplendorem diuinæ gloriæ confortatur. *Idem ibidem.*

Virga ferrea Dæmonibus, & incorrigibilibus. *Idem ibidem.*

Virga ferrea duris. *Idem ibidem.*

Virga ferrea in noſtra defenſione. *Id. ibid.*

Virga fertilior vniuerſis arboribus. *Idem in laud. beatæ Virg. Mariæ.*

Virga flexibilis pietate. *Idem ibidem.*

Virga florem æternum, florem miſericordię proferens. *Idem in Speculo Beatæ V.cap.11.*

Virga florem, omnibus floribus pretiotiorem, mirabiliſſima emiſſione producens. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap.9.*

Virga fumea incipientibus, & pœnitentibus. *Idem ibidem.*

Virga fumea in noſtra conuerſione. *Idem ibid.*

Virga Ieſſe ſublimis, quę ſe vſque ad ſedentem in throno dilatauit. *Idem in Pſalt. B.V.*

Virga lignea, florida, & fructifera proficientibus. *Idem in Speculo Beatæ Virg.cap.10.*

Virga, per quam peruenimus ad florem, id eſt accedimus ad Chriſtum. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap. 6.*

Virga, quæ ſic in ſublime excrenit, quod fructum Angelis ferre altiorem meruit. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap. 15.*

Virga Regia, in qua flores pretioſę virginitatis, virtuoſę honeſtatis, miraculoſę fœcunditatis, & glorię immortalitatis. *Idem in Speculo Beatæ Virg. cap.10.*

Virga Regia, nobilitate, iuſtitia, dominatione, & poteſtate regali. *Idem ibidem.*

Virga virtutis Domini contra inimicos fideles. *Idem in Speculo Beatæ Virg.cap.7.*

Virga directionis Pſalm.44. *D.Thom.Aquin.ſer. in Annunciat.SS.Virg. M. ex Epiſt.*

Virga gloriosa, quia à Magis prophetata, ab hominibus prędicata, & ab omnibus generationibus beatificata. *Idem ibidem.*

Virga gloriosa, quia floruit ſine humore, fronduit ſine corruptione, parturiit ſine læſione de his tribus Num.17. Inducta eſt virga Aaron, *Idem ibidem.*

Virga, per quam de manibus inimicorum omnium liberamur Pſalm. 10. Virgam virtutis tuę emittet Dominus. *Idem ibidem.*

Virga, per quam Diabolum ſuperamus 2. Reg. 23. Cumque deſcendiſſet ad eum in virga, vi extorſit haſtam de manu Ægyptij, id eſt Diaboli. *Idem ibidem.*

Virga, per quam diuinam clementiam impetramus Eſther 4. At ille oſtendit ei virgam, in qua ſignum clementiæ monſtrabatur. *Id.ibid.*

Virga, de qua Iſrael conſurrexit, & percuſſit duces Moab. Num. 24. *Idem ſerm. 2. in Annunciat. Beatæ Mariæ Virg.*

Virga, quę de petra, id eſt de Chriſto nobis produxit aquam gratiæ, vt bibamus Numer. 20. Tolle virgam, & loquere ad petram. *Idem ſer. in Annunciat. Beatæ Mariæ ex Epiſt.*

Virga, quæ mare nobis diuiſit, id eſt mundum, vt tranſeamus Exod. 14. Tu leua virgam, & percuties. *Idem ibidem.*

Virga, quę mel dat nobis deuotionis, vt reficiamur. 1. Reg. 13. Extendit ſummitatem virgæ, & intingit in fauum melli. *Idem ibid.*

Virga Aaron Num. 17. quæ floruit virtute iuſtitiæ, fronduit iuſtitiæ ſermone, fructificauit in omni virtutis opere. *Albert. Magn. in Poſtillis ſuper cap.11. Lucæ.*

Virga Aaron, quæ virtute viruit, fronduit benedictione, floruit grauidatione cordis, quo nos concepit, & corporis, quo Filium Verbum incarnatu ſuſcepit, fructificauit impartu ſalutis cibum, & refectionem ſaluratem. *Idem in Poſtillis ſuper cap.10. Lucæ.*

Virga aurea, ſignum vitę æternę. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Eſther.*

Virga concuſſionis, quæ gratiam nobis apud Chriſtum impetrat. Exod. 17. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Exodi.*

Virga florens Numeror. 17. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Numer.*

Virga floris. Iſai. 17. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Prophetam Iſaiam.*

Virga,

Virga, longa contemplatione recta iuſtitiæ perfectione, ſolida mentis ſtabilitate, gracilis paupertate, flexibilis humilitate. *Idem in ſerm. de B. Virg. qui eſt 56. inter ſermones de Sanctiſs.*

Virga percutiens Dæmones, corrigens peccatores, & vigilans ſuper electos. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Hieremiam Prophetam.*

Virga rectitudinis virtutis, quæ aſcendit de radice Ieſſe, hoc eſt de incendio charitatis, ſuper quam ſtetit flos diuinæ lucis. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 10. Lucæ.*

Virga à Deo creata. *Iacobus de Voragine in Mariali ſerm. 6. V.*

Virga ad nos flexibilis per compaſſionem, nam modo flectitur ad iuſtos, impetrando eis gratiam, modo ad peccatores, impetrando veniam, modo ad morientes, expellendo ab eis fallaciam, modo ad mortuos, eorum animas deducendo ad gloriam. *Idem in Mariali ſermone 7. V.*

Virga aromatica. *Idem ibidem.*

Virga aurea. *Idem ibidem.*

Virga, cui Deus hamum appoſuit, quando Deitatem ſuam ſub eſca carnis velauit, & ſic Dæmonem malum piſcem cepit. *Idem in Mariali ſerm. 6. V.*

Virga, cui Deus laqueum, ſiue viſcum appoſuit, quando ſapientiam ſuam in humana carne de Virgine aſſumpta occultauit, & ſic ouem Dæmonis irretiuit, & cepit. *Idem ibidem.*

Virga, cui Deus ſtimulum appoſuit, quando carni Virginis ſe vniuit, & ſic bouem, id eſt Diabolum, de cordibus auarorum eiecit. *Idem ibidem.*

Virga directionis, quia omnia opera ſua ſemper in Deum direxit. *Idem in Mariali ſerm. 7. V. Bernardin. de Buſt. ſerm. 3. de Natiuit. Beatæ Mariæ. & Maurit. de Villaprobata ſerm. 7. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Virga flexibilis ad pietatem ex aromatibus, quia plena odoribus omnium gratiarum, & vniuerſi pulueris pigmentarij, quia omnes glorias, quas alij ſancti habent particulariter, ipſa habet vniuerſaliter. *Iacob. de Voragine ſerm. 5. de Aſſumpt. Beatæ Virg.*

Virga gracilis, ſed illius fructus portatrix, qui totum mundum ſatiauit, imò qui totum mundum ſuo robore ſuſtentauit. *Idem in Mariali ſermone 6. V.*

Virga gracilis per humilitatem, flexibilis per pietatem, vtilis per officiorum multiplicationem. *Idem ſerm. 3. de Annunc. B. V.*

Virga in ſe, & in flore commendabilis. *Idem in Mariali ſerm. 6. V.*

Virga nobis data ad dominandum, & ad Dæmones percutiendum. *Idem ſerm. 3. de Annunciat. Beatæ Virg.*

Virga noſtræ defenſionis, à Dæmonibus nos defendens, & eos percutiens. *Idem in Mariali ſermone 6. V.*

Virga noſtræ directionis, in præſenti vita nos dirigens, & ad paſcua æterna deducens. *Id. ib.*

Virga noſtræ ſuſtentationis, noſtras infirmitates ſuſtentans, & regens. *Idem ibidem.*

Virga Prophetarum. *Idem ſerm. 6. de Aſſumptione Beatæ Virg.*

Virga, quæ habuit flores redolentium cogitationum quoad Deum, folia verborum ſanationum quoad proximum, fructus operum purorum, & mundorum quoad ſe. *Idem in Mariali ſerm. 7. V.*

Virga, quæ genuit florem, & amygdalum, id eſt Chriſtum, *Idem ſerm. 3. de Natiuitate Beatæ Virg.*

Virga, quæ germinauit non operatione humana, ſed virtute diuina. Num. 17. *Idem in Mariali ſerm. 6. V.*

Virga recta per intentionis puritatem. *Idem in Mariali ſerm. 7. V.*

Virga Regni Dei, quia Deus per ipſam Regnum, quod diabolus occupauerat, acquiſiuit. *Idem ibidem.*

Virga Aaron, germinans ſine pluuia. *Ægidius Columna in expoſit. in Salutat. Angel.*

Virga Aaron, quia ſicut virga Aaron ſine omni exteriore beneficio fronduit, floruit, fructum fecit; ſic ipſa ſine virili adminiculo floruit Chriſtum concipiendo, fructum fecit pariendo. *Alan. Inſul. ſerm. de S. Maria.*

Virga, de qua flos eſt egreſſus, id eſt Chriſtus natus. *Idem ibidem.*

Virga de radice Ieſſe, id eſt de antiquorum patrum genere egreſſa, quæ ſui fructus ſuauitate redemit amaritudinem radicis antiquæ; vitium enim, quod erat in trunco, redemit in ſurculo. *Idem ibidem.*

Virga de radice Ieſſe ratione directionis, ratione correctionis, ratione parturitionis; ſicut enim virga in altum dirigitur, ſic Beata Virgo ad æterna erigitur: ſicut virga exceſſus corriguntur, ſic per Virginem peccata remittuntur: ſicut virga parturit fructum, ſic Virgo parturit panem Angelorum. *Idem in ſer. de Annunciat. Beatæ Mariæ Virg.*

Virga, quia ſicut virga dum in altum erigitur, recta linea dirigitur, ſic Virgo Maria in altum beatitudinis fuit erecta, & tramite virtutum directa, vndè & de ipſa dicitur Cant. 3. Quę eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum &c. *Idem in ſerm. de Beata Maria.*

Virga ratione nominis, ratione ſignificationis, ratione proprietatis; ratione nominis, quoniam mutatione a. in o. de virga eſt Virgo; ratione ſignificationis, quia per virgã Aaron figurata eſt Virgo Maria, quia ſicut virga illa ſine omni exteriore beneficio fronduit, floruit, fructum fecit: ſic Virgo Maria ſine virili adminiculo floruit, Chriſtum concipiendo, fructum fecit, pariendo: ratione proprietatis, quia ſicut virga inſtrumentum eſt regis, inſtrumentum eſt corrigentis, inſtrumentum eſt menſurantis: ſic gloriola Virgo Maria inſtrumentum fuit cæleſtis Regis, quo ſcilicet vſus eſt ad regendum populum ſuum:

inſtru-

inſtrumentum corrigentis, quia eo vſus eſt ad corrigendum genus humanum: inſtrumentum menſurantis, quo vſus eſt ad claudendum ſe ſub menſura humanitatis. *Idem ibid.*

Virga ſolida, quæ ex tribu Iuda germinauit. *Matthæus Cantacuzenus in cap. 6. Cantic. Canticorum.*

Virga virginea, florem gignens, quo floreſcunt regna ſyderea. *Ioan. Hondemius in hymn. de Aſſumpt. Beatæ Virg.*

Virga ex lumbis Dauid enata. *Iacob. Monach. in Mariali orat. 2.*

Virga regalis ex regijs plantationibus producta. *Idem in Mariali orat. 1.*

Virga ſacerdotalis, quæ ſine irrigatione, incorruptibilem florem Dominum germinauit. *Idem in Mariali orat. 3.*

Virga vigens ex radice Ieſſe, quę mundo ſalutis florem emiſit. *Idem ibidem.*

Virga Aaron, rore gratię fœcunda, quę germinauit, floruit, ac fructum protulit, actulit pretioſum dum Maria gaudia matris habens cum virginitatis honore, Saluatorem mundo protulit, per quam nobis virginitatis inſignia pullularunt. *Io. de Malinis cap. 5. ſpeculi Hiſtorial. Ord. Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo.*

Virga admirabilis vtilitatis in fructu. *Ern. Prag. in Mariali cap. 45.*

Virga amabilis, atque admirabilis. *Idem ibid.*

Virga amygdalina, quam vidit Ieremias vigilantem ſuper peccatores, ad excitandum eos, & caſtigandum, vt per diſciplinam, quæ in nuce intelligitur, ſic corrigantur per virgam in præſenti, ne cadant in ollam ſuccenſam à facie aquilonis in futuro. *Idem in Mariali cap. 58.*

Virga amygdalina, quia ſicut inter multas virgas in tabernaculo poſitas, vna ſola inuenta eſt germinare, Num. 17. ità inter multas puellas educatas in templo, ſola Maria Deum gennit. *Idem ibidem.*

Virga corrigens errantes in via morum. *Idem in Mariali cap. 45.*

Virga deducens homines in via pœnitentię, ſicut per virgam deducti ſunt filij Iſrael inter medios fluctus maris rubri. Exod. 14. *Id. ibid.*

Virga egrediens de radice Ieſſe, id eſt exiens, & recedens à natura radicis, nam radix ad ima, virgo ad alta tendit, radix in terra, virga in aere proficit, radix terræ humore, virga cæli rore, ſoliſque calore gaudet, & creſcit, ſimiliter populus ille iudaicus, vnde originem duxit terrena quærebat, in terrenis gaudebat: ipſa vero ad ſuperna tendebat, & quæ ſurſum ſunt ſapiebat. *Idem ibidem.*

Virga egreſſa de radice Ieſſe, id eſt orta de ſtirpe Dauid, regalique progenie. *Idem ibidem.*

Virga egreſſa de radice Ieſſe, id eſt orta nobis, & data nobis eſt immenſitate iucendij, charitatis diuinę; Ieſſe enim interpretatur incendium. *Idem ibidem.*

Virga lachrymas contritionis, de corde peccatoris educens, ſicut per virgam educta eſt aqua de petra. Exod. 17. *Idem ibidem.*

Virga magnæ dignitatis in ſuo ortu. *Idem ibidem.*

Virga mirabilis gratioſitatis in progreſſu. *Idem ibidem.*

Virga, quæ creuit in lignum vitæ, quæ, quod in vtraque ripa fluminis, id eſt in hac vita, & in ſuperna patria fructus affert. *Idem ibidem.*

Virga protegens in tentatione afflictos, reficiens in labore laſſatos, conſumens in bene proficientibus omnes carnales affectiones, illuminans in contemplatione, & introducens in regnum cæleſte. *Idem ibidem.*

Virga vigilans, quę cuſtodit vigilias noctis ſuper gregem ſuum, id eſt ſuper nos miſeros, qui ab oriente, id eſt ab innocētia baptiſmali receſſimus peregrè in regionem diſſimilitudinis, & habitamus in hac regione vmbræ mortis, in frigoribus borealibus, in lateribus aquilonis. *Idem in Mariali cap. 8.*

Virga vigilans ſuper peccantes, ne ipſi ſtatim damnentur. *Idem in Mariali cap. 45.*

Virga virtutis Dei, id eſt miſericordiæ, quæ eſt propria Dei virtus; Dei enim proprium eſt miſereri ſemper, & parcere. *Idem ibidem.*

Virga ineffabilis, quæ dum in Annæ vtero creſcebat, medulla eius in cęlo glorioſius permanebat. *D. Birgitt. in ſerm. Angelic. de Excellentia Virg. Patris cap. 11.*

Virga Aaron, quæ non humano ſemine, ſed diuino munere fructum ſubito fecit, quia in inſtanti, fructum noſtræ germinauit ſalutis. *Barthol. de Piſis lib. 2. de laud. SS. V. fructu 5.*

Virga Aſſueri aurea, id eſt tota charitate referta, per quam clementiæ ſigna miſeris, & afflictis oſtenduntur. *Idem ibidem.*

Virga expellens à nobis Diabolum. *Idem lib. 1. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructu 8.*

Virga Ionathę, per quam mel diuinę guſtatur dulcedinis. *Idem lib. 2. de laud. Sanctiſſ. Virg. fructu 5.*

Virga Iſrael, per quam Duces Moab, id eſt Dæmones, & alienigenarum, id eſt perfidorum, hæreticorum dogmata exterminari debebant. *Idem ibidem.*

Virga, per quam ignauia, ſancta diſciplina pueriliter viuentium propellitur. *Idem ibidem.*

Virga, qua afflicti ſolantur, & mœſti. *Idem ibidem.*

Virga, qua ſi peccator percutitur, ſua virtute, eius anima ab inferno per emendationem vitæ, gratiæ, & gloriæ collatione, liberatur. *Idem ibidem.*

Virga vigilans, quia morti, & ſomno peccati nunquam obnoxia fuit. *Idem ibidem.*

Virga virtutis, non ſolum efficacia miſericordiarum, ſed exemplaritate virtutum, & morum. *Idem ibidem.*

Virga Aaron, quæ floruit; & flos de radice eius aſcendit, ſuper quem requieuit ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & for-

titudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, atque timoris Domini. *D. Laurent. Iuſtin. in ſerm. de Annunciat. Beatæ Mariæ Virg.*

Virga, ad cuius eleuationem præparatur via populo Dei, cuius patrocinio omnis penè amaritudo Dei populo dulcoratur. Exod. 9. *D. Bernardin. Seneuſ. Tom. 3. ſerm. de Aſſumpt. Beatæ Virg.*

Virga Aaron, quæ abſque humano opere fronduit, floruit, & fructum fecit, non minus enim de ſemine Aaron, quam de ſemine Iuda originem trahens, non amittens virginitatis florem in obumbratione Spiritus ſancti, quaſi frondium vmbra nucem illam amygdalinam produxit, in qua teſta humanitatis, nucleum diuinitatis abſconditum continebat. *Idem Tom. 3. ſerm. 59.*

Virga Moyſis, qua vnda maris rubri percutitur, & per conſequens diuiditur, & inter fluctus Dei populus tranſiturus deſertum ingreditur. *Idem Tom. 3. ſerm. 1. de Glorioſo Nomine Mariæ.*

Virga Aaron, quę arida in tabernaculo Domini poſita cum alijs virgis, ſola inuenta eſt viruiſſe, floruiſſe, & fructum feciſſe; deſcendens enim ipſa non ſolum ex tribu regali, ſed & ſacerdotali, dedicata ab infantia in templo Domini cum alija virginibus, ipſa arida, id eſt virgine permanente, non humectata humano ſemine viruit, virtutem generandi à Spiritu ſancto ſuſcepit, floruit Chriſtum concipiendo, fructum fecit benedictum ventris ſui ipſum parturiendo. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 24.*

Virga Aaron, quæ fronduit, floruit, & fructificauit ſine opere humano. *Idem in ſum. 3. par. tit. 31. cap. 3.*

Virga, de qua Iſaias cecinit: Paucbat Aſſur, id eſt, Diabolus, virga percuſſus, ſuffragij ſcilicet virginalis. *Idem in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 24.*

Virga figurata per virgam Aaron, quæ in tabernaculo poſita miraculosè floruit, & fructum fecit, cum tamen ſicca eſſet. Num. 17. quia Beata Virgo in templo dedicata floruit Chriſtum concipiendo, fructum fecit pariendo enim, ipſa tamen ſicca, id eſt virgine permanente. *Idem ibidem.*

Virga fixa in aere per auiditatem cæleſtium. *Idem ibidem.*

Virga tota calore charitatis. *Idem ibidem.*

Virga Moyſis, qua facta ſunt tot miracula. *Idem in ſumma 3. par. tit. 31.*

Virga Moyſis, quæ percutiens petram, cor ſcilicet durum, & obſtinatum, precibus, & meritis ejus aquas lachrymarum affluenter emittit. *Idem ibidem.*

Virga Moyſis, quæ verſa in ſerpentem ſummæ prudentiæ in myſterio incarnationis Filij ſui, & inſtructionis Apoſtolorum, devoravit ſerpentes magorum, id eſt confutavit ſapientiam ſapientum hujus mundi, & prudentiam prudentum reprobavit, ac hæreſes cunctas interemit. *Idem ibidem.*

Virga multipliciter benedicta in figuris ſacræ paginæ. *Idem ibidem.*

Virga, qua percuſſus pavit Aſſur, id eſt Diabolus. *Idem ſumma. 3. part. tit. 31. cap. 3.*

Virga, quam portare juſſi ſunt Apoſtoli ad prædiandum miſſi. *Idem ibidem.*

Virga, quia ſemper recta fuit, nunquam inclinata ad terram, ſed ſemper erecta ad Cælum. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 24.*

Virga Regis Aſſueri, qua tangitur anima in ſignum clementiæ Dei. *Idem in ſumma 3. part. tit. 31. cap. 3.*

Virga, ſublimia virtutum, & Cælorum petens. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 5.*

Virga, à Deo nobis data ad defenſionem noſtram, & percuſſionem Diaboli. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 3. de Nativit. B. Mariæ V. & Maurit. de Villaprob. ſerm. 7. Coronæ novæ B. Mariæ.*

Virga alta generoſitate, altiſſima pulchritudine. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 4. de virtutib. Mariæ.*

Virga Aaron pullulans, à veneno ſerpentis Pharaonis illæſa. *Idem in ſuo Mariali ſerm. 6. de Concept. B. Mariæ.*

Virga data nobis, vt nos in præſenti vita regat, & ad paſcua æterna deducat. *Idem ſerm. 3. de Nativit. B. Mariæ, & Maurit. de Villaprob. ſerm. 7. Coronæ novæ B. Mariæ.*

Virga de radice Ieſſe, ex qua prodijt flos florum, & fructus fructuum benedictus Ieſus Filius Dei. *Bernardin. de Buſt. ſerm. 1. de Nativit. B. Mariæ.*

Virga divina, recta per intentionis puritatem *Idem ſerm. 3. de Nativit. B. Mariæ.*

Virga ferrea dæmonibus effugandis. *Idem ibid.*

Virga gracilis, & fructus illius portatrix, qui totum genus humanum ſaciauit. *Idem ibid.*

Virga nos dirigens ad æterna gaudia. *Idem ibid.*

Virga noſtram infirmitatem ſuſtentans. *Idem ſerm. 3. de Nomint. B. Mariæ.*

Virga ſenectutis Patriarcharum. *Idem ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virga totum mundum ſuſtentans. *Idem ſer. 3. de Natiuit. B. Mariæ.*

Virga vigilans ſuper deuotos ſuos, vt eos cuſtodiat. *Idem ſer. 2. de Natiuit. B. Mariæ.*

Virga Ieſſe nobiliſſima, quæ florem ſalutis proferens, ſemper manet intacta. *Io. Tritb. de Miraculis B. Virg. prope D. Helbach. lib. 1. cap. 10.*

Virga erga nos flexibilis per compaſſionem. *Maurit. de Villaprobat. ſer. 7. Coronæ nonæ B. M.*

Virga nobis data, vt noſtram infirmitatem ſuſtenter. *Idem ibidem.*

Virga, quæ protulit florem, in quo eſt caro humanitatis. *Idem ſer. 13. Coronæ nonæ. B. M.*

Virga, quia data nobis tanquã Domina, & Regina; ponitur enim virga quandocunque pro Imperio. *Idem ſer. 7. Coronæ nonæ B. M.*

Virga vigilans ex Ieremia; etenim vigilat ſuper deuotos ſuos, vt cuſtodiat eos. *Idem ibi- Idem ſermone 4.*

Vir-

Virga æquitatis, & totius rectitudinis, de radice Ieſſe egreſſa, de qua flos Chriſtus aſcendit. *Marcus Vigerius in Decachordo Chriſtiano lib. 1. cap. 1.*

Virga de radice Ieſſe, ab ortu recta, & nullis pluuiarum, ventorum, tempeſtatumue læſa iniurijs. *Io. Picus lib. 1. in Cant. cap. 13.*

Virga Dauidica, quę ſine terreno humore, aut virili ſemine cum candore virginali floruit, fronduit, & fructificauit, edendo Chriſtum mundi Saluatorem. *Dionyſius. Fab. Tract. 1. de Concept. B. M. Virg.*

Virga, ex qua ortus eſt flos virginalis, flos gratiæ, flos ſalutis, & gloriæ; virga enim florē, Virgo edidit Saluatorem. *Idem ibidem.*

Virga florens flores angelicę pulchritudinis, perfectę bonitatis, & æternæ beatitudinis. *Id. ib.*

Virga florigera, quæ in ſpiritu humilitatis enixa, placuit Altiſſimo, vt de flore ventris ſui virginalis talem fructum producerer, propter quem poſſet dicere: Risū mihi fecit Deus, quia talis Filius mihi riſus eſt æternus. *Idem ibidem.*

Virga radicis Ieſſe, quæ cæleſtem concepit Florem, & Virgo peperit Deum, & hominem, in quo habitat plenitudo diuinitatis, & qui ait in Cant. Cantic. Ego flos campi, & lilium conuallium. *Idem ibidem.*

Virga recta per fidem, flexibilis per compaſſionem, gracilis per humilitatem, florigera per virginalem conceptionem, & per ſalutarem diuini partus editionem fructuoſa. *Idem ibid.*

Virga virginalis, de qua ſupra naturam, & ad naturæ gloriam productus eſt flos ſpecioſus prę Filijs hominum, flos mirabilis, vtilitate ſingularis, formoſus in exemplis, fragrans in præmiſſis, fructuoſus in præmijs. *Idem ibid.*

Virga Aaron nullo humano opere florida, ſuper cuius florem ſpiritus Domini requieuit. *S. Thomas de Villanoua in Conc. 2. de Aſſumpt. B. V.*

Virga de radice Ieſſe in ſanctis Patribus ſeminata, de qua natus eſt flos, quo medicatus eſt orbis. *Idem in Conc. 2. de Nat. B. Virg.*

Virga Ieſſe florida, vniuerſum orbem exhilarans. *Ludou. Bloſ. in Endolog. 2. ad B. Virg.*

Virga florens, quæ ſine vllo virginitatis detrimento, Chriſtum, quaſi vuam ſuauiſſimam peperit. *Robert. Bellarm. Conc. 11. quæ eſt de Natiuit. Domini.*

Virga Ieſſe, quæ floruit in Nazareth, quæ interpretatur florida, & menſe Martio, qui eſt mēſis florum. *Idem Con. in feſto Annunc. B. Virg.*

VIRGINITAS incorrupta, qua tanquam nauigio, aut curru aliquo, Deus noſter in humanam vitam trajcit. *D. Greg. Nyſſ. orat. in Chriſti Natiuit*

Virginitas fœcunda. *D. Hieron. in Epiſt. ſine ſerm. de Aſſumpt. Tom. 9.*

Virginitas inuiolata, ignara concupiſcentiæ. *D. Leo ſerm. 2. de Nat. Domini.*

Virginitas immaculata. *Sergius in orat. de Nat. V.*

Virginitas beata, & intemerata, immaculata, & incorrupta, nullis coinquinata ſordibus, nullis vexata Euæ cruciatibus. *D. Ildephon. lib. de perpetua Virginitate S. Mariæ.*

Virginitas benè fœcunda, quę nouo, inaudito-que genere, & Mater dici poteſt, & Virgo. *Idem ſer. 2. in Nat. B. Virg.*

Virginitas Domino conſecrata. *Idem ſer. 1. de Aſſumpt. B. M. Virg.*

Virginitas inuiolata, quæ concepit tanquam fœmina, & peperit tanquam Mater. *Ratramn. Corbeienſis in Opuſ. de Partu B. Virg. cap. 1.*

Virginitas mirabiliter fœcunda, quæ nouo, & inaudito miraculo, & Mater dici potuit, & Virgo. *D. Petrus Damian. hom. in Nat. B. Virg.*

Virginitas, cui nec angelica puritas valet comparari. *D. Bernard. ſer. 4. in Aſſumpt. B. Virg.*

Virginitas fœcunda, quę virum non cognouit, & Deum hominem peperit. *Petrus Celleuſ. ſer. in vigilia Nat. Domini.*

Virginitas fœcundiſſima, in æternum benedicta, per quam fructum vitæ, & gaudium ſalutis æternæ percipere meruimus. *Albertus Magn. in orat. ad B. Virg. incipiente. Salue in vtero virginali.*

Virginitas illibata, exaltata ſuper omnes choros Angelorum. *Idem ibidem.*

VIRGO glorioſa. *D. Petrus Apoſt. in ſua Liturg.*

Virgo, in qua feruor diuini honoris, & zelus diuinæ venerationis ſuper omnia effulſit. *Idō in ſer. habito in tranſitu B. Virg. apud Amadeum raptu 8.*

Virgo, in qua omnes ſunt collectæ virtutes, omniaque collecta dona. *Idem ibidem.*

Virgo, in qua omnia ſunt laude digna. *Id. ibi.*

Virgo ſemper. *Idem ibidem.*

Virgo humillima, cuius humilitatem, ſuper omnia alia reſpexit Deus. *D. Paulus Apoſtolus ſerm. de tranſitu B. V. apud Amadeum. raptu 8.*

Virgo, ex qua natus eſt Ieſus Chriſtus. *D. Andr. Apoſtolus in Symbolo Apoſtolor. apud D. Auguſtinum ſerm. 115. de tempore.*

Virgo immaculata, ex qua formatus eſt ſecundus Adam. *Idem in eius paſſione ab Achaia Preſbyteris deſcripta.*

Virgo immaculata, quæ concepit, & peperit peccatorum omnium Redemptorem, & inuiolata ſemper fuit. *Idem ſerm. de tranſitu B. V. apud Amadeum raptu 8.*

Virgo omni laude dignitiſſima, in qua omnia ſplendida, omnia pulchra, omnia decora. *S. Ioan. Apoſtol. ſerm. in tranſitu B. Virg. apud Amadeum. raptu 8.*

Virgo glorioſa, quam prono vertice omnes veneramur. *S. Iacob minor Apoſtol. ſerm. in tranſitu B. Virg. apud Amadeum raptu 8.*

Virgo ſemper, ex qua vnigenitus Dei Filius dignatus eſt propter noſtram ſalutem, carnē induere. *Idem in ſua Lyturg. ſine diuina Miſſa.*

Virgo, de qua Verbum æternum voluit ab æterno, in tali, & tali tempore carnem aſſumere. *S. Thom. Apoſtol. ſer. in tranſitu. B. Virg. apud Amadeum raptu 8.*

Virgo, per cuius vterum Filius Dei dignatus eſt

naſci cum homine, ità vt homo in ea conceptus ſecum haberet Deum, qui fecit Cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis ſunt. *S. Barthol. Apoſt. in orat. ad Polimium Regem apud Abdiam Babylonicum lib. 8. Hiſt. Apoſtol.*

Virgo genitrix Dei. *S. Matthæus Apoſt. in Liturg. Æthiopum. S. Method. hom. in feſto Purificat.* B. *Virg. S. Ilpephonſ. lib. de perpet. Virginitate.* B. *V. & de eius Parturit. Richard. à S. Vict. in tract. comparat. Chriſti ad florem, & Mariæ ad Virgam, & S. Bonauent. in Pſalterio* B. *Virg.*

Virgo immaculata. S. *Matthæus Apoſt. in Lyturg. Ethiopum, & Titus Boſtr. in comment. ſuper cap. Lucæ.*

Virgo, in quam, non credens, anathema eſt. *S. Matthæus Apoſt. in Lyturg. Æthiopum.*

Virgo Mater Dei, & Chriſti. *Idem ibidem.*

Virgo deſponſata Ioſeph. *S. Lucas in ſuo Euangel. cap. 1.*

Virgo ſola ante partum, & poſt partum. *Idem ſerm in tranſitu B. V. apud Amadeum raptu 8.*

Virgo laudatiſſima, in cuius laude omnes deficiunt. S. *Marcus ſer. in tranſitu B. Virginis apud Amadeum raptu 8.*

Virgo, ex cuius ſanguinibus corpus ſibi fabricauit Deus, nulla viri conſuetudine intercedente. *D. Ignatius in Epiſt. ad Trallianos.*

Virgo, ex qua Chriſtus, qui ante omnia ſæcula natus eſt ex Patre, natus eſt ſine viri commercio. *Idem in Epiſt. ad Magneſianos.*

Virgo, ex qua reuera natus eſt Deus Verbum. *Idem in Epiſt. ad Trallianos.*

Virgo, ex qua ſola, inſolens, admiranduſque partus ille Domini confectus eſt, non quod deteſtanda ſit legittima commixtio, ſed quod eiuſmodi partus decebat Deum: decebat namque Creatorem non conſueto, ſed peregrino, & admirando vti partu, vtpotenium Opificè. *Idem in Epiſt. ad Neroneum.*

Virgo altiſſima, cuius præſentia deiformis. *S. Dion. in Epiſt. ad Paulum præcept.*

Virgo Deiformis. *Idem ibidem.*

Virgo Diuina. *Idem ibidem.*

Virgo de genere Dauid. *D. Irenæus lib. 3. aduerſus Hæreſes cap. 27.*

Virgo, ex qua natus eſt Emanuel. *Idem lib. 3. aduerſus Hæreſes cap. 25.*

Virgo obaudiens, hue obediens. *Idem lib. 3. aduerſus Hæreſes cap. 33.*

Virgo prænunciata ab Eſaia, genitrix Emanuelis. *Idem lib. 4. aduerſus Hæreſes cap. 40.*

Virgo immaculata, ex qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſecundum carnem aduenit. S. *Hyppol. in orat. de conſumat. mundi.*

Virgo ſancta, in quam Deus Verbum de Cœlis deſcendit, vt ex ea incarnatus, ſumpta anima, rationis participe factus, omnia quæcumque homo eſt, excepto peccato, ſaluaret Adam, qui ceciderat, & immortalitatem hominis largiretur iis, qui crederent in nomine eius. *Idem in Homil. contra Hæreſ. Noeti.*

Virgo Sanctiſſima, quæ carnigerum verè genuit Saluatorem. *Idem orat. de conſumat. mundi.*

Virgo Sancta, cuius membria longè ſuperat omnem ſermonem. *S. Method. M. hom. in feſto Purificat.* B. *Virg.*

Virgo, & Mater prorſus ſancta, quæ etiam antequam pareret ea, quæ mulieribus propria ſunt, effugit; ſine viri quippe congreſſu, cù concepiſſet, ſpiritu ſancto ſibi eam iam antea deſponſante, & ſanctificante, peperit Primogenitum, & Vnigenitum Patris Filium eum, qui in ſupernis vnigene, abſque Matre ex paterna ſubſtantia eluxit, virginitatemque naturalis vnitatis indiuiſam, inſeparabilemque conſeruauit, quippe hic in terris ex Virginis nuptiali thalamo ſponſi inſtar, Adami naturam ſibi firmiter adunans, conſociansque indiuiſam, atque incorruptam Matris puritatem cuſtodiuit; cum inquam, qui in ſupernis incorruptibiliter genitus, in inferioribus hiſce ineffabiliter natus eſt. *Idem ibidem.*

Virgo deſponſata, non tamen in concupiſcentia iuncta. *Origenes hom. 1. in diuerſos.*

Virgo, & Mater Domini. *Idem ibidem.*

Virgo, ex qua Patris Vnigenitus Filius generatus eſt, vt illam Virginem priorem Euam, quæ ceciderat, iterum renouaret, atque erigeret. *Idem ibidem.*

Virgo, neque perſuaſione ſerpentis decepta, neque eius flatibus venenoſis infecta. *Idem hom. 1. in diuerſos.*

Virgo, quæ Deum dignanter incarnatum, ad mundi peperit ſalutem. *Idem ibidem.*

Virgo, quę genuit permanens Virgo. *Idem ibid.*

Virgo, quæ intemerata permanſit. *Idem hom. 8. in Leuiticum.*

Virgo, quæ in vtero accepit, prædicationem Angeli ſuſcipiens, prophetarum teſtimonia aſſumens. *Idem hom. 1. in diuerſos.*

Virgo, quæ mater Filij facta eſt, & caſtitatis figillum non perdidit. *Idem ibidem.*

Virgo, quę peperit Filium ad coligendum fortem armatum, & conculcandum ſerpentis impij caput, ad cunterendas vires eius, & prędam eius diripiendam, atque captiuitatem populi ſui conuertendam, ad denuo reparandum Adam, ad erigendam iacentium gentis, quod per mulieres temerariam credulitatem fuerat antea deiectum. *Idem ibidem.*

Virgo ſancta, quæ genuit Deum, & intacta permanſit. *Idem ibidem.*

Virgo, cui gloria abundantior debita erat. *D. Cyprian. in ſerm. de Nat. Chriſti.*

Virgo, cuius obſequium tradidit Dominus virgini Diſcipulo. *Idem in ſerm. de Paſſione Dom.*

Virgo, in cuius partu nulla eſt intelligenda corruptio. *Idem in impoſit. one ſymb. Apoſtol.*

Virgo, ex qua Ieſus Chriſtus, heri, & hodie, & ante ſæcula genitus, initium carnis ſumpſit. *Idem in ſerm. de Natiuit. Chriſti.*

Virgo capiens eum, quem mundus, mundique non capit magnitudo, *D. Zeno in Nat. Chriſti.*

Vir-

Virgo prædestinata, in cuius templo Deus, Dei Filius, tempore constituto, dissimulata interim maiestate, ab æthereâ sede profectus, sibimet castrametatur, quibus latenter insunditur in hominem gigniturus, ibidemque, saluo quod erat, meditatur esse, quod non erat. *Idem ibidem.*

Virgo sacra, in cuius visceribus, corpus sibi Dominus comparauit, suo iudicio nasciturus. *Idem ser. 3. in Nat. Christi.*

Virgo Christum enixa. *Tertul. in lib. de Monogam.*

Virgo, & Mater, in signum disposita. *Idem in lib. 3. aduersus Marcionem.*

Virgo, in quam introductum fuit Dei Verbum, extructorium vitæ. *Idem in lib. de carne Christi.*

Virgo, quæ iuxta Isaiam concepit, & peperit Emanuelem, nobiscum Deum. *Idem ibidem.*

Virgo quantum à viro; non enim peperit ex viri semine. *Idem ibidem.*

Virgo beata, omni gloria, atque virtute refulgens. *D. Greg. Thaumaturg. orat. in Annunc. B. V.*

Virgo castissima, gratia plena. *Idem orat. 1. in Annunc. B. Virg.*

Virgo castissima, quæ in corpore vitam transegit incorruptam, in castitate, ac virtutibus viuens. *Idem orat. 2. in Annunc. B. Virg.*

Virgo, desponsata quidem Ioseph, sed Iesu Filio Dei seruata. *Idem serm. 3. in Annunc. B. V. & S. Io. Chrysost. orat. de Annunc. B. Virg.*

Virgo desponsata viro, sed non communia: desponsata, sed seruata, desponsata ne eius Latro mysterium cognosceret. *D. Greg. Thaumat. serm. 3. in Annunc. B. Virg.*

Virgo inuiolata, atque immaculata. *Idem ibid.*

Virgo Mater, quæ cum pauit, qui omnem nutrit, viuumq; producit spiritum: faciens inuoluit eu, qui verbo omnem ligat creaturam: in præsepio reclinauit eum, qui in cathedra super cherubin vehitur. *Idem orat. 2. in Annunc. B. V.*

Virgo omnino immaculata. *Idem serm. 3. in Annunc. B. Mariæ.*

Virgo pura, casta, & impolluta, ex qua Dominus noster Iesus Christus inconfuse, & immutabiliter progressus est in deitate, & humanitate perfectus, patri per omnia similis, & nobis per omnia consubstantialis, licut Margarita ex duabus naturis, ex fulgure nimirum, & aqua, occultis quibusdam indicijs, ac signis maris, prouenit. *Idem orat. 1. in Annunc. B. V.*

Virgo, quæ dicit ea, quæ Angelis etiam fuerunt abscondita. *Idem ibidem.*

Virgo, quæ manibus gestauit eum, qui verbo res omnes creatas gestat. *Idem orat. 2. in Annunciat. B. Virg.*

Virgo, quæ sola ex omnibus generationibus, sancta corpore, & spiritu exstitit, solaque sulcit eum, qui verbo omnia portat. *Idem orat. 1. in Annunc. B. Virg.*

Virgo sancta, cum qua totus gratiæ thesaurus reconditus fuit. *Idem ibidem.*

Virgo sancta, quam cunctæ, per Gabrielem cœlestes potestates salutarut. *Idem orat. 2. in Annunc. B. Virg.*

Virgo sanctissima, cuius laus omnem prorsus laudem propter Deum ex illa incarnatum, ac hominem natum excedit, cui omnis creatura in Cœlis, & in terris, & apud inferos, reuerentiam, ac cultum conuenientem offert. *Idem ibidem.*

Virgo sanctissima, quæ canticum Deo gratiarum actionis, bonique odoris, ac theologiæ plenum retribuit. *Idem ibidem*

Virgo sanctissima, quæ Patriarchicam superauit perfectionem. *Idem ibidem.*

Virgo sanctissima, quæ studiosè lampadem virginitatis conseruauit, & ne extingueretur, aut commacularetur, prouidè, diligenterque curauit. *Idem ibidem.*

Virgo sola sancta, ad quam Gabriel Arcangelus claro lumine venit, Aue gratia plena, ei annuncians, & sic ipsa verbum suscepit, & in tempore corporeæ contemplationis pretiosam Margaritam produxit. *Idem orat. 1. in Annunc. B. V. Mariæ.*

Virgo Dauidis veniens origine. *Iuuencus in Hystor. Euang. lib. 2.*

Virgo lectissima. *Idem in Hystor. Euang. lib. 1.*

Virgo genitrix Dei amabilis, & dilecta, pura, & sancta, victrix, & triumphans, gloriosa, & perfecta, quæ genuit Filium virginitatem, sua salua, & illæsa. *Iacob Nisibenus in cantico in laud. B. Virg.*

Virgo beata, quæ cum claritatis, & gloriæ tumulum consecuta est, ve omnem prorsus terrigenarum naturam liquido superauerit. *D. Athanas. in orat. in Purific. ad B. Virg.*

Virgo casta ante partum, in partu, & post partum. *Idem in quæstionib. seruis quæst. 19.*

Virgo, cuius virginalis flos intactus permansit. *Idem serm in descript. SS. Deiparæ.*

Virgo, ex qua Deus mirabiliter contrà rerum naturam, & incorruptibiliter creditur natus. *Idem in disput. Laodiceæ habita contra Arium.*

Virgo, ex qua Deus sibi corpus formauit, vt nobis non tenue argumentum suæ diuinitatis exhiberet eum, qui hoc sibi corpus formauerat, aliorum quoque conditorem, & formatorem esse; quis enim videns sine viro ex Virgine sola corpus prodire, non secum cogitet, eum qui sub tali corpore appareat, esse quoque cæterorum corporum, & Conditorem, & Dominum. *Idem in lib. de Incarnat. Verbi, eiusque corporali ad nos Aduentu.*

Virgo incorrupta, atque ab omni labe pura. *Idem serm. in descript. SS. Deiparæ.*

Virgo, in qua rerum Conditor sibi corpus, hoc est templū ædificauit in peculiare instrumentum, quo se cognitum redderet, eique ve domicilio inhabitaret, atque ita à nobis simili corpore mutuato, eo quod omnes mortis corruptioni obnoxij essemus, pro omnibus ipsum in morte deditū patri suo sacrificauit. *Id. in lib. de Incar. Verbi, eiusq; corporali ad nos Adu.*

Virgo, in quam Spiritus sanctus descendit, cum omnibus suis essentialibus virtutibus, quæ

illi

illi per rationem diuini principatus adſunt, imbuens eam in gratia. *Idem ſerm. in Euangel. de ſanctiſ. noſtra Deipara.*

Virgo naturæ corruptibilis, quæ intemerata pudoris integritate, & infractis virginalibus clauſtris, mirabili incorruptionis integritate, Filium genuit. *Idem in diſput. Laodiceæ habita contra Arium.*

Virgo pariens quidem, ſed nihil eorum, quæ parturientes pati ſolent, ſentiens. *Idem ſerm. in deſcript. SS. Deiparæ.*

Virgo perpetua, ex qua Dominus noſter, & Deus Iæſus Chriſtus, per Spiritum ſanctum ſumpſit Incarnationem, atque humanam formam. *Idem in dictis, & interpellationibus ſacræ ſcripturæ quæſt. 43.*

Virgo, quæ ſuperuentu Spiritus ſancti ſanctificata, & corroborata, & virtute Altiſſimi grauida, eum geſtauit, qui ex ſua propria eſſentia Dei erat Filius, pro vnica eius diuinitatis natura, & genuit eundem incarnatum, & hominem factum, ſecundum duarum naturarum proprietatem, eundemque duplicem, & vnum ex duobus conſtantem inconfuſè, immutabiliter. *Idem ſer. in Euang. de SS. Deipara.*

Virgo ſancta, in quam adueniens Verbum inſpiritu, finxit, & concinnauit ſibi corpus, volens conſociare, & offerre per ſe creaturam Patri, & reconciliare, omnia in ſe pacificans, quæ in cœlis ſunt, & in terra. *Idem Epiſt. ad Serapionem contra eos, qui dicunt Spiritum ſanctum Creaturam eſſe.*

Virgo ſanctiſſima, in cuius vtero conceptus, geſtatus eſt Rex cœlellis. *Idem ſer. in deſcriptione SS. Deiparæ.*

Virgo ſanctiſſima, quæ etiam à partu Virgo permanſit. *Idem ſer. in Euang. de SS. Deiparæ.*

Virgo veriſſimè ante partum, & poſt partum. *Idem orat. in Purificat. Virg. B.*

Virgo virtute, & ſpiritu impleta, vt ſalutarem fœtum concipere poſſet. *Idem ſerm. in Euang. de SS. noſtra Deipara.*

Virgo, quæ præpotentis Dei voluntate, naturæ fines ſupergreſſa, concepit, nulliuſque viri commercio vſa, digna effecta eſt, quæ non cuiuſuis promiſcuè, ſed Vnigeniti Filij Dei Mater fieret. *Titus Boſtr. in Comment. ſuper cap. Lucæ.*

Virgo ſanctiſſima, quæ virgineo quodam pudore tenta, hominum conſpectum declinabat. *Idem ibidem.*

Virgo ſapientiſſima, cui plurima de Filij ſui diuinitate patefacta, compertaque erant. *Idem in Comment. ſuper cap. 2. Lucæ.*

Virgo beata, cuius corpus diuinæ extitit diſpenſationis officina. *D. Baſilius hom. de humana Chriſti generatione, quæ eſt 25. in ordine reliquarum.*

Virgo legi purificationis nequaquam obnoxia, cum citrà copulam ſeminis, facta ſit Mater Emanuelis. *Idem in cap. 7. Iſaiæ.*

Virgo, & Mater. *Idem hom. de humana Chriſti Generatione, & Bellus in cap. 6. Cantic.*

Virgo perpetua, de qua Vnigenitus Filius, & Verbum Dei dignatus eſt immutabiliter humanari. *D. Baſilius in ſua Liturgia, ſine miſſa.*

Virgo, quæ ſeminis viri expers, ſaluo virginitate peperit. *Idem orat. de Prouidentia.*

Virgo Sancta, ex qua exortus eſt Emanuel. *Idem in cap. 7. Iſaiæ.*

Virga à Prophetis deſcripta. *D. Epiphan. in ſerm. de laud. SS. Virg.*

Virgo apud Deum honorata. *Idem lib. 3. aduerſus hæreſ. 38.*

Virga beata, quæ gloriam cæleſtem portauit, & ex multis floribus Paradiſi mundum odore repleuit. *Idem in ſerm. de laudib. SS. Virg.*

Virgo, de qua velut de terra plaſtes ſe ipſum efformauit. *Id. lib. 3. aduerſus hæreſ. hæreſ. 79.*

Virgo, habita à Deo in honore, tanquam ancilla digna, & mater. *Idem in ſerm. de laud. Sanctiſſ. Virg.*

Virgo honorata, ſed non ad adorationem, (nèpe latriæ) nobis data, ſed ipſa adorans eum, qui ex ipſa carne genitus eſt, de Cœlis vero è ſinibus paternis acceſſit. *Idem lib. 3. aduerſus hæreſ. hæreſ. 79.*

Virgo impolluta, quæ digna facta eſt habitaculũ fieri Filij Dei, & ad hoc delecta eſt ex multis millibus Iſrael, quo vas, & habitaculum dignum eſſet, in ſignum ſolum partus. *Idem lib. 3. aduerſus hæreſes hæreſi 78.*

Virgo in comprehenſi myſterij ferens miraculum, quæ fidem ter optatam orbi prædicauit. *Idem ſerm. de laud. SS. Virg.*

Virgo multis virtutibus exornata, in lampade geſtans lucem inextinguibilem, Sole ſplendidiorem. *Idem ibidem.*

Virgo, per quam obedientiæ gratia facta eſt annunciato Dei aduentu in carne de Cœlo, & vita æterna. *Id. lib. 3 aduerſus hæres hæreſi 78.*

Virgo placens Chriſto Regi. *Idem ibidem.*

Virgo plurium nominum. *Idem ibidem.*

Virgo poſt partum, quæ geminam produxit, & coronam regiam plexuit. *Idem ibidem.*

Virgo poſt partum purior (ſi liceat dicere) quam antea. *Idem ibidem.*

Virgo propriè, cum citra virum, conceptionem Dei Verbi in veritate habuerit. *Idem lib. 1. contra hæreſes hæres. 30.*

Virgo, quæ Cœli circulum præferens, Deum incomprehenſum geſtauit. *Idem ibidem.*

Virgo, quæ digna facta eſt ſuſcipere in proprijs ſinibus vniuerſorum Regem Deum, cœleſtem Filium Dei, cuius vterus templum factum eſt, ac domicilium ad Domini in carne diſpenſationem per Dei benignitatem, & admirandum myſterium præparatus eſt. *Idem lib. 3. aduerſus hæreſes hæres. 79.*

Virgo, quæ in ſpelunca citra laborem prægnans, cœli & terræ Dominum potuit in præſepio. *Idem in ſerm. de laud. SS. Virg.*

Virgo, quæ mari, id eſt mundo vniuerſo, ſerenitatem, & tranquillitatem contulit, dum portum

cum peperit Chriſtum. *Idem ibidem.*

Virgo Sancta, cuius immenſa eſt gratia. *Idem ib.*

Virgo Sancta, de qua Deus Verbum carnem induit. *Idem lib. 3. aduerſus hæreſes hæreſi 79.*

Virgo Sancta, per quam medius obſtructionis paries inimicitias diſſoluit, per quam pax cœleſtis donata eſt mundo, per quam illuminati ſunt fines terræ, per quam homines facti ſunt Angeli, per quam homines appellati ſunt amici, ſerui, & filij Dei, per quam homines meruerunt eſſe conſerui Angelorum, & & cum eis familiariter conuerſari; per quam notitia cœleſtis à terra tranſmittitur in Cœlos, per quam homines fiduciam habent in Cœlo erga Altiſſimum, per quam Crux reſplenduit per vniuerſam terram, per quam ceciderunt Idola, & excitata eſt notitia cœleſtis, per quam cognouimus Vnigenitum Filium Dei, quem ipſa peperit. *Idem in ſerm. de laudib. SS. Virg.*

Virgo Sanctiſſima, quæ Deum habitantem in Cœlis concepit in terra, vt hac ratione exercitum Angelorum traheret in terram, & verſaretur cum hominibus. *Idem ibidem.*

Virgo Sanctiſſima, quæ exercitus Angelorum in ſtuporem deduxit. *Idem ibidem.*

Virgo Sanctiſſima, quæ Verbum verum Deum ipſum Chriſtum Dominum noſtrum peperit. *Idem ibidem.*

Virgo vnigenito Filio Cœleſti Sponſo præparata, quam Pater dilexit, Filius inhabitauit, Spiritus Sanctus percupiuit. *Idem ibidem.*

Virgo Sacratiſſima, ac ſemper intemerata, cuius vterum ſibi Deus Filius præparauit ad deſpõſandam ſibi humanam carnem. *Philo. Ep. Carpathiorum in commentarijs ſuper Cantic. Canticorum.*

Virgo expers virilis conſortij. *S. Ambroſius lib. 2. ſuper Luc. & D. Auguſt. ſerm. 6. de Natiuit. Domini, qui eſt 10. de tempore.*

Virgo, in qua omnes emicant virtutem ſpecies, ſecretum verecundiæ, vexillum fidei, deuotionis obſequium. *D. Ambroſius lib. 2. de Virgin.*

Virgo moribus. verecundia, oraculo, myſterio. *Idem lib. 2. ſuper Luc.*

Virgo non ſolum corpore, ſed etiam mente, quæ nullo doli ambitu ſincerum adulterauit affectum, corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, nõ in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperis ſpem reponens. *Idem lib. 2. de Virgin.*

Virgo per gratiam ab omni integra labe peccati. *Idem in Pſalm. 118.*

Virgo, quæ nec corruptionem de viro, nec corruptionem ſenſit ex partu. *Idem in Symbolum Apoſtolorum cap. 12.*

Virgo, quæ in vtero concepit, & peperit Filium, Iſai. 7. *Idem lib. 1. Epiſtolar. Epiſt. ad Syriacum.*

Virgo, quæ meruit habitare in Cœlo, quia cœleſtem vitam vixit in ſæculo. *Idem lib. 1. de Virgin.*

Virgo incorrupta, quæ neſciam illam corruptionis lucernam corporali ratione concepit. *Amphilochius in orat. de natiuit. Dom.*

Virgo intemerata, cuius partus nouus, & caſtiſſimus. *Idem ibidem.*

Virgo Mater, in qua Saluator noſter nulla præeunte viri cognitione, ſine virginitatis illius corruptione ortus eſt. *Idem orat. de occurſu Domini.*

Virgo ante partum, Virgo in partu, Virgo poſt partum. *D. Ephrem. in ſerm. de laude B. Mariæ Virg. D. Auguſt. ſerm. 19. ad Fratres in Eremo. D. Iſidorus de vita, & morte Sanctorum cap. 68. S. Io. Damaſc. orat. 2. de Aſſumpt. B. M. Virg. D. Bruno Carthuſ. ſerm. de Purificat. B. M. Virg. Petrus Bleſenſ. ſerm. 2. in Aduentu Domini, & D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 21.*

Virgo beata, quæ ob promptam obedientiam, mercedem accepit, vt ſine labore, atque dolore fœtum geſtaret, ac pareret. *D. Ephrem in ſerm. ſiue Tractatu de Margarita pretioſa.*

Virgo beatiſſima, quæ Deum Verbum toto ſuſcepit corpore, ſimplicitateque naturæ, & non curioſo, ac redundanti motu. Deitate impleta eſt. *Idem in ſerm. ſiue Tract. de Margarita pretioſa.*

Virgo, cuius natura non perdidit ſigillum Chriſto concepto, & ob id, neque eo genito, reſerata eſt, vt partum in lucem ederet, neque vero rupta eſt dum gigneret, nam neque rupta erat dum conciperet. *Idem ibidem.*

Virgo gratia plena. *Idem in ſerm. ſiue tract. de Margarita pretioſa. D. Fulgentius lib. de Fide ad Petrum Diamantium cap. 2.*

Virgo inuiolata, integra, planeque pura, ac caſta. *D. Ephrem in ſerm. ſiue tract. de Margarita pretioſa.*

Virgo lucifera. *Idem ibidem.*

Virgo, quam pro Filij generatione, non adhibuit homo, Sed Deus. *Idem in ſerm. ſiue tract. de Margarita pretioſa.*

Virgo, quæ inſtar Cochleæ naturaliter, id eſt verè, realiter peperit pretioſam margaritam, nempe Chriſtum. *Idem ibidem.*

Virgo, quæ non ex ſuperinducto ſeminc, quod abſit cogitare, ſuam ipſius ſubſtantiam genuit, ſed ſine carnali motu concepit, atque inuiolata myſterium peregit. *Idem ibidem.*

Virgo innupta, cuius partus ſuperat omne miraculũ. *D. Gregorius Niſſen. orat. in Baptiſmum.*

Virgo lucem pariens ſine corruptione, quemadmodum olim Rubus ignem accendit ſine combuſtione. *Idem orat. in Chriſti Natiuit.*

Virgo, à qua Deitatis lux aſſumpta carne, illuxit hominibus. *Idem in lib. de vita Moyſis.*

Virgo, à qua Deus veram carnem habuit. *D. Cyrillus Hieroſolymitanus Catech. 4.*

Virgo, de qua natus eſt ille, qui virgines aſſicit animas. De qua operæ pretium fuit apparere vitam. Quæ verum, & ſummum peperit Sacerdotem. Ex qua Verbum verè humanitatem aſſumpſit. Sancta, ex qua Vnige-

genitus Dei Filius natus est. *Id. Catech. 4.*

Virgo Sancta, quæ ex Dauid processit. *Idem Catech. 12.*

Virgo sine viro parieus. *Idem ibidem.*

Virgo anima, & corpore à Spiritu Sancto purgata. *D. Gregor. Nazianz. in Christi Natiuit. & orat. 2. in Pascha.*

Virgo beata omnium fœminarum, quæ præit sexum, & genus. *Idem in tragœdia de Christo patiente.*

Virgo supra omnes decora Virgines, & maxima. Veneranda, casta, fœlicissima. Viri nesciens thorum, quæ se partiuram Deum audiuit Angeli verbis. *Idem ibidem.*

Virgo domans omnia venena. *Aurelius Prudentius hymn. 3. ante cibum.*

Virgo innuba, spirituinupta. *Idem in Apothesi.*

Virgo, de qua Deus iungens naturam suam humanæ, homo natus est. *Io. 44. Epist. 2. hyeros. in lib. de institut. Monachor. cap. 32.*

Virgo beatissima, perquam Deus natus homo, humani generis redintegrauit Imaginem, venenato serpentis morsu corruptam, vt sicut Opifex mundi à principio fuerat, sic esset vsque in consumatione sæculi Reparator. *D. Gaudent. tract. 13. contra Auaritiam Iudæ.*

Virgo Mater, quæ Christum velut apem Virginem permansurum dedit. *Idem tract. 19. & vlt.*

Virgo Sacra, cuius partus inusitatus. *Idem tract. 12. in illud: Nunc Iudicium est mundi.*

Virgo absconditá. *D. Hieron. in lib. 1. aduersus Iouin.*

Virgo, quæ sola sine exemplo, sine macula, sine corruptione, sine virili commixtione genuit Filium, gratia, nomine, & opere, mundi Saluatorem. *Idem in Epist. de Natiuit. S. M. ad Chromatium, & Eliodorum tom. 9.*

Virgo semper beata, & gloriosa de stirpe regia, & familia Danid oriunda, in Ciuitate Nazareth nata. *Idem in Epist. de Natiut. S. Maria ad Chromatium, & Eliodorum tom. 9.*

Virgo multo, ac Diuino lumine circumfusa. Supra omnes inculpata, & omnibus modis Sancta, per illum, qui habuit domicillium, in ea. *Thy mothens Presbyter Hierosolym. in orat. de Prophet a Simeone Dei suscepture.*

Virgo expers nuptialis consuetudinis, de qua Vnigenitus Dei Filius absque semine corpus assumpsit. *Cæsareus Dialogo 3.*

Virgo, ex qua Deus sine aliqua commixtione, & coniunctione viri incarnatus, factus est homo, manens Deus, quemadmodum vermis ex terrá sine aliqua coniunctione carnem accipit, & in vitam producitur. *Idem ibidem.*

Virgo, absque maledicti acerbitate parions fœtum virgineum, á veteris culpæ ægritudine liberum. *D. Basilius seleuc. orat. de Adamo.*

Virgo, & Deipara, ex qua natus omnium Conditor, & Dominus, in humanæ naturæ communicationem venit. *Idem orat. in Annuciat. Deiparæ.*

Virgo, quæ nixum tulit, non à natura ortum, sed à gratia, & partu dispensationis, non consuetudinis. *Idem orat. in illud Matthæi 20. Dic, vt sedeant hi duo Filij mei.*

Virgo Sanctissima, siue ter sacrosancta, de qua qui cum laude grauiterque dixerit, non ille quidem à veritate aberrabit, sed pro merito haud fecerit satis. *Idem orat. in Annunciat. Deiparæ.*

Virgo ab Angelis enutrita, aucta, custodita, sanctificata, desponsata, ac in Dei domum, ac prosapiam recensita. *S. Ioa. Chrys. tract. 7. in SS. Deiparam.*

Virgo cœlestibus potentijs præstantior; illæ enim cum timore, & tremore assistunt, facie velantes suam, hæc humanum genus illi offert, quem genuit. *Idem orat. in hypap.*

Virgo gigneus, sed post partum virgo inuenta; genuisse enim arguit natus Infans, mansisse autem post partum virginem propria eius corporis natura docuit. *Idem hom. in Christi diem Natal.*

Virgo ignota viro, & sola post partum virgo perpetua. *Idem orat. 7. in SS. Deiparam.*

Virgo intemerata, corruptionis omnis expers. *Idem ibidem.*

Virgo Mater Virginis Infantis. *Idem hom. in Christi diem Natal.*

Virgo multioculis, & sex aligeris spiritibus splendidior, quæ vite rescriptionem nobis attulit, & per quod dissolutus est panis intermedius macteræ. *Idem orat. in Natiuit. B. M. V.*

Virgo non de Cœlo descendens, sed ex Dauidis orta semine, non ex spiritu existens, sed corpore, & anima costans, quæ in vtero accepit, vt vteri tumor rei argumento esset, nec tamen infantis intus positi tator appareret. *Idem hom. in Christi Natal. diem.*

Virgo, quæ incomprehensibilem in vlnis suscipiens, sine fatigatione comprehendit. *Idem orat. 7. in SS. Deiparam.*

Virgo, quæ Infantem genuit, nec generando corrupta fuit. *Idem homil. in Christi Natal. diem,*

Virgo Sacra, cuius infinita gratia. *Idem ibid.*

Virgo innocens, sine macula, omni culpa vacans, intemerata, impolluta, sancta anima, & corpore; sicut lilium inter spinas germinans; non docta Euæ mala, non mulierbri vanitate fœdata, non anilibus instructa fabulis, non malo auditu aures sordidata, non inhonesto sermone polluta linguam, non vitu illicito infecta oculos, quæ nitidum colorem luxuriæ adductis coloribus non deturparit, non fucis genas obduxerit, non collo efformatis inforques lapillis fulgorem asciuerit, non manus armillis, pedesque aureis torquibus vinxerit, non vnguentorum speciebus emolita sit, non splendida in vestem ab hominibus sponsa acceperit, non erroris simulacra cordi insculpserit; longè hæc faceslant, & similia (neque enim tenebris ad lucem vlla commu-

nio

nio eſt) ſed quæ necdum nata, auctori Deo conſecrata ſit, nata vero grati animi monumentum Sacra Alumna, vt in Sacrario, ac Templo moraretur oblata fuerit, legis diſcipula, Spiritu Sancto deliburata, diuina gratia, vt palliolo amicta, animo diuina ſapiens, Deo corde nupta, ſanctitatis ſplendores oculis ſpirans, auribus cantica inſonans, lingua melliflua, labijs fauum ſtillantibus, pulcha greſſibus, moribus pulchrior, ſermone venerabilis, actione venerabilior, manſueta moribus, manſuetior motibus, bona in hominum oculis, Dei obtutibus melior, quæ Deum venire ſuſceperit, vereque Deū partu ediderit, atque vt verbo dicam, tota pulchra, vt propenſa voluntas, totaque ſuavis vt Cella vnguentaria. *Idem orat. in B. Virg.*

Virgo intemerata, ex qua ſplendor gloriæ, & figura oculti oris paternæ ſubſtantiæ carnem voluit aſſumere. *Idem ibidem.*

Virgo in vitæ obſequium electa pro ea, quæ ad mortem miniſtra exiterat Virgo Eua. *Idem ibidem.*

Virgo manens virgo, etiam ſi verè matris nomen obtinuerit. *Idem orat. in Natal. Domini.*

Virgo mulierbi comprehenſa ſexu, at mulierbris exors nequitiæ. *Idem orat. in B. Virg.*

Virgo Paradiſo glorioſior; ille enim Dei cultura factus eſt, hæc autem ſecundum carnem Deum ipſum excoluit, vbi voluit hominis copulari naturæ. *Idem hom. 1. de Nat. Saluat. lectia in Conc, Epheſino tom. 1. Conc.*

Virgo, per quam ceſſarunt Euæ triſtia, per quā perierunt mala, per quam obſceſſit error, per quam maledictio abolita, per quam Eua redempta. Sanctum enim, quod ex ea natum eſt, ſanctum, ac omnium Sanctorum ſanctū, ac cuius ſit, vt ſanctitatem impertiat. *Idem orat. ad B. Virg.*

Virgo, quæ ipſum vicie delitiarum paradiſum, ille namque ſine ſemine, genus omne plantarum ſtirpium protulit ex Virgine terra exortis plantis; hæc autem Virgo, melior eſt illa terra, non enim pomotum tulit arbores, ſed virgam Teſſe fructum ſalutarem hominibus afferentem. Et illa terra Virgo erat, & iſta virgo, ſed ibi quidem arbores naſci præcepit Deus, huius autem Virginis, ipſe Creator ſecundum carnem factus eſt germen; neque illa terra ante arbores plantarta ſuſcepit, neque hæc ex partu virginitatem læſit. *Idem hom. 1. de Natiuit. Saluat. lectia in Concil. Epheſ. tom. 1. Concil.*

Virgo, quæ peperit principium principij expers, infantem temporibus ſuperiorem, ſæculis anteriorem, Virginis prolem, ſempiternum vbera ſugentem, matre ſeniorem, lactaneum omnia alentem, humana indutum forma, Dei ſplendorem, pauperem viſu, Regem nullum, qui ſuccedat habentem, *Idem orat. in Beata Virg.*

Virgo, quæ virginitatis integritate retenta, effecta eſt mater. *Idem orat. 2 de Natiuitate Saluatoris.*

Virgo tota venerabilis, tota glorioſa, tota bona, omnem caritatem ſuperans, tota lucis fulgoribus conſecrata, concrera, veneranda, incomparabilis, celſiſſima, Deo digna, beatificanda. *Idem orat. in B. V.*

Virgo venerabilis, in cui us vtero ſubſiſtens Spiritus, Sapientia templum ſibi non manufactum ædificauit, & habitauit in nobis. *Idem ibidem.*

Virgo Verbum edens, hominem factum, quæ eum, qui ex ſe natus eſt, hominem oſtendit, & Verbum, hominem enim oſtendit effecta mater, ſed & Verbum eundem prodidit Virgo perſeuerans, quod & prius fuit; neque enim illud amiſit, hocque aſſumpſit, ſed manſit Virgo, quod erat, ac mater effecta eſt, quod non erat, quippè eum erat paritura, qui homo factus Deus perſeuerauit. *Idem orat. in Natalem Domini.*

Virgo virginitatem diuinæ ordinationi ſeruans. *Idem ibidem.*

Virgo, cui terra, & mare ſæcellitum more ſubſeruiunt; hoc quidem placida ſua nauigantibus dorſa ſubſternens, illa vero viatorum veſtigia expedite deferens. *S. Proclus in orat. 1. de laud. SS. Virg.*

Virgo habens vterum mundo ipſo ampliorem; quem enim ille claudere in ſe non poterat, iſte circumplexus eſt amplè. *Idem in orat. 4. quæ eſt in diem Natal. Domini*

Virgo innupta, nec vnquam experta virum. *Idem ibidem.*

Virgo Mater, quæ cōtumaciæ lignum, vitæ ligno reparauit. *Idem ibidem.*

Virgo pariens, virginitate minimè vitiata. *Idem in orat. 12.*

Virgo à prophanis nuptijs, clamoroſaque pompa immixtis alienā, & exors. *Idem in orat. 4. quæ eſt in diem Natalem Domini.*

Virgo pudica, caſta, irreprehenſa, inculpata, illibata, pia, Deoque chara, pura, impolluta. *Idem in orat. 6. quæ eſt de laud. B. M. Virg.*

Virgo, quæ Paradiſum Adamo reſeruarit, imo & quæ paradiſo ipſo ſplendidior extitit, quandoquidem ille à Deo fuit exculeus, at iſta Deum ipſum excoluit in carne. *Idem in orat. 4. quæ eſt in diem Natalem Domini.*

Virgo, quæ virginitate non violata, imo integrite obſignata peperit. *Idem ibidem.*

Virgo Sacra, & Deipara. *Idem in orat. 1 de laud. Sanctiſs. Virg.*

Virgo diua diuini Spiritus ſanctimonia omni parte deliburata. *S. Amphil. Sydæ Epiſc. orat. in S. Deiparam.*

Virgo Mater Diua, ſummèque laudabilis. *Idem ibidem.*

Virgo, quæ mirè excellenti, diuinæque decenti ratione intemeratis vlnis geſtauit eum, qui verbo omnia portat. *Ad Hebr. 1. Idem ibid.*

Virgo ſecunda, quam Deus ſine nota, & crimi-

ne fabricatus eſt, ſicut antiquam illam virginem, nempe Euam ſine probro condidit. *Idem ibidem.*

Virgo vbique laudatiſſima. *Idem ibidem.*

Virgo æterna. *D. Auguſt. ſerm. 18. de Natiuitate Domini, qui eſt 22. de tempore, & Anonymus in Menæis Græc. die 5. Iulij.*

Virgo à Spiritu Sancto fœcundata. *Idem lib. 2. de Symbol. ad Catechum. cap. 5.*

Virgo beata, ac venerabilis. *Idem ſerm. 2. in Annunciat. Virg. Mariæ.*

Virgo beatiſſima. *Idem ſerm. de Aſſumpt. Beatiſſ. Virg. Mariæ tom. 10. & D. Gregor. Magn. in lib. 1. Reg. cap. 1.*

Virgo de toto mundo electa. *Idem ſerm. 10. de Natiuit. Dom. qui eſt. 14. de tempore.*

Virgo habens Filium neſciens virum. *Idem ſerm. 9. de Natiuit. Dom. qui eſt 13. de tempore.*

Virgo illibata poſt partum. *Idem ſerm. 13. de Natiuit. Dom. qui eſt 17. de tempore.*

Virgo lactans, Angelorum, & hominum cibum nutriens. *Idem in ſerm. de Aſſumpt. Beatiſſ. Virg. Mariæ tom. 10.*

Virgo, ſed Mater; ſterilitate enim carùit, non pudore. *Idem ſerm. 20. de Natiuit. Dom. & 24. de tempore.*

Virgo, quæ partu ſuo recepit, & virginitatem, dum pareret, duplicauit. *Idem ſerm. 6. de Natiuit. Dom. qui eſt 10. de tempore.*

Virgo in æternum. *Idem ſerm. 18. de Natiuit. Domini, qui eſt 22. de tempore*

Virgo in conceptu. *Idem ſerm. 2. in Annunciat. SS. Virg.*

Virgo in coniugio. *Idem ſerm. 22. in Natiuit. Dom. & 25. de tempore.*

Virgo in libro Iſaiæ præfigurata, quæ concipiens in vtero, non de viro, ſed de Spiritu Sancto, & grauida fuit, & incorrupta permanſit. *Idem ſerm. 2. in Annunciat. SS. Virg.*

Virgo in partu. *Idem ſerm. 15. de Natiuit. Dom. qui eſt 19. de tempore.*

Virgo, per quam mundo reddita eſt ſalus. *Idem ſerm. 13. qui eſt 17. de tempore de Natiuit. Domini.*

Virgo poſt partum. *Idem ſerm. 6. de Natiuit. Dom. qui eſt 10. de tempore.*

Virgo puerpera in partu. *Idem ſerm. 2. de Annunciat. Beatiſſ. Virg.*

Virgo Sacratiſſima. *Idem in ſerm. de Aſſumpt. Beatiſſ. Virg. Mariæ tom. 10.*

Virgo ſemper clauſa, ſed non infœcunda. *Idem ſerm. 9. de Natiuit. Dom. qui eſt 13. de tempore.*

Virgo ſine corruptione impregnata. *Idem ſerm. 14. de Natiuit. Dom. qui eſt 13. de tempore.*

Virgo tam caſta, vt eſſe potuerit virgo poſt partum. *Idem in ſerm. de Aſſumpt. Beatiſſ. Virg. Mariæ tom. 10.*

Virgo tam ſpecioſa, vt eam Deus ſibi elegerit in ſponſam. *Idem ibidem.*

Virgo tam ſancta, vt ad eam venire dignatus ſit Spiritus Sanctus. *Idem ibidem.*

Virgo tanti meriti, vt Dei Filium in ſemetipſam ſuſciperet, & poſt partum omni modo Virgo permaneret. *Idem ſerm. de Nat. Dom. qui eſt 14. de tempore.*

Virgo beata, cuius virginitas ſic non eſt violata partu, vt non fuerat temerata conceptu. *D. Leo. ſerm. 3. de Natiuit. Dom.*

Virgo electa de ſemine Abrahæ, ac de radice Ieſſe, per prophetieas voces, & muſtica ſigna promiſſa. *Idem ſerm. 10. de Natiuit. Dom.*

Virgo in ſacramentum pietatis, ſcilicet incarnationis electa, in qua, & ex qua ædificauit ſibi Sapientia domum, & formam ſibi ſerui in ſimilitudinem carnis peccati incommutabilis Verbi Deitas coaptauit. *Idem ſerm. 5. de Natiuit. Domini.*

Virgo Regina Dauidicæ ſtirpis à Deo electa. *Idem ſerm. 1. de Natiuit. Dom.*

Virgo ſpiritu fœcunda. *Idem ſerm. 2. de Natiuitate Domini.*

Virgo cõcipiens, ſed de ſpiritu pariens, ſed eum, quem prædixit Iſaias. Ecce Virgo in vtero accipiet, & parier Filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus. *S. Petrus Chriſologus ſerm. 142.*

Virgo, cui ſalua ſint omnia. *Idem ibidem.*

Virgo, cuius, qui mentem non ſtupet, animum non miratur, ignorat ſatis quantus ſit Deus. *Idem ſerm. 140.*

Virgo, in cuius cõceptu, in cuius partu, creuit pudor, aucta eſt caſtitas, integritas roborata eſt, eſt ſolidata virginitas, omnes perſeuerauère. *Idem ſerm. 142.*

Virgo, quæ omnium genuit Saluatorem. *Idem ſerm. 144.*

Virgo, quæ peperit Deum Cœli, Regem terræ, Orbis Dominũ, Reparatorem Mundi, Mortificatorem mortis, Redditorem vitæ, perpetuitatis Auctorem. *Idem ſerm. 146.*

Virgo, quam Deus ſibi vertit in matrem. *Idem ſerm. 140.*

Virgo, quam Genitricem dici pietas voluit, quam non ſinebat integritas. *Id. ſerm. 142.*

Virgo, quam gratia Matrem præſtitit non natura. *Idem ibidem.*

Virgo verè benedicta, quæ & Diuini Germinis ſuſcipit gloriam, & Regina totius extitit caſtitatis. *Idem ſerm. 143.*

Virgo verè benedicta, quæ & ſuperni conceptus meruit gratiam, & ſuſtulit integritatis coronam. *Idem ibidem.*

Virgo verè benedicta, quæ & virginitatis poſſidet decus, matris & protulit dignitatem. *Idem ibidem.*

Virgo verè benedicta, quæ fuit maior Cœlo, ſortior terra, Orbe latior, nam Deum, quem mundus non capit, ſola cepit, portauit eum, qui portat Orbem, genuit Genitorem ſuum, nutriuit omnium viuentium Nutritorem. *Idem ibidem.*

Virgo nuba, quæ ſuum peperit Parentem. *Sedulius lib. 2. Carminum.*

Virgo poſt partum nitens nullo temerante pudorem

dorem. *Idem in hymno de Chriſto, qui incipit: Cantemus ſocij.*

Virgo noua, quæ facinus antiquæ Virginis piauit. *Idem ibidem.*

Virgo Deipara, ex qua natus eſt Deus verus, & homo rationaliter animatus. *D. Cyrillus homil. 1. de Incarnatione.*

Virgo in omni genere ſanctitatis perfecta. *S. Sabbas in Menæis Græcorum die 24. Martij.*

Virgo Sacroſancta, ab omni næuo intacta. *Idem in Menæis Græcorum die 5. Ianuarij.*

Virgo Sanctiſſima, quæ Vniuerſi Nutritorem lactauit vberibus. *Idem in Menæis Græcorum die 17. Ianuarij.*

Virgo incorrupta, cuius vterum Deus, ex ea naſciturus, impleuit. *Idem libr. de fide ad Teſtum Diac. cap. 2.*

Virgo inuiolata, per cuius partum peccatum, & pœna peccati, quæ per ſcelus corruptæ mulieris intrauit in mundum, aufertur à mundo. *Idem ibidem.*

Virgo, quam Deus, qui de ea fuerat naſciturus, ità ſingulari gratia præuenit, atque repleuit, vt ipſum haberet ventris ſui fructum, quem ex initio habuit vniuerſitas Dominum, & ipſum ſibi videret, naſcendi ſolemnitate ſubditum, quem in vnitate paternæ ſubſtantiæ, non ſolũ humana, ſed etiam angelica creatura cognoſcit, & adorat Altiſſimum. *Idem. ibidem.*

Virgo, quæ Deum cœli ineffabiliter concepit, ac peperit. *Idem de Incarnatione, & gratia Ieſu Chriſti cap. 6.*

Virgo, quæ ſecundum hnminem, incorrupta virginitate concepit. *Idem ſerm. de duplici Natiuitate Chriſti.*

Virgo Sancta, quæ Deum Verbum, ſecundum quod caro factum eſt, concepit. *Idem de Incarnatione, & gratia cap. 6.*

Virgo à Conditore mundi prælecta, quæ illum, qui ante omnia ſæcula genitus eſt abſque matre ab æterno Patre, concepit. *D. Eleuterius ſerm. in feſtum Annunciat. B. Virg.*

Virgo à nobis merito laudanda. *Idem ibid.*

Virgo illibata, de qua Deus verus, idem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, iuxtà humanitatem genitus eſt. *Idem in orat. ad Deum pro fide, & Eccleſia Tornacenſi.*

Virgo, quæ abſque virili ſemine concepit, & abſque aliqua carnis infeſtatione parturiuit. *Idem ibidem.*

Virgo, quæ Deum hominem abſque homine produxit. *Idem ibidem.*

Virgo, quæ Domino illibatam exibuit caſtitatem. *Idem ſerm. in feſtum Annunciat. Beatiſſ. Virginis.*

Virgo, quę illum concipiens, quem Pater ab initio inuiſibilem genuerat, nobis viſibilem produxit. Virgo permanens poſt partum. *Idẽ ſerm. de Incarnat. Domini.*

Virgo, quæ lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, parturiuit. *Idem in ſerm. de Natali Domini.*

Virgo, quæ permanens in caſtitate, Dei Filium terris edidit, & poſt admirabilem partum, in virginitate conſiſtens, Chriſtum Ieſum diuino lacte nutriuit. *Idem orat. ad Deum pro fide, & Eccleſia Tornacenſi.*

Virgo poſt partum à nobis veneranda. *Idem ſerm. in feſtum Annunciat. Beatiſſ. Virg.*

Virgo tanti exiſtens meriti, vt non tantum meruerit ſalutatione angelica viſitari, ſed intra clauſtra virginalis vteri illum comprehendere, qui nullo modo poterat comprehendi. *Idem ibidem.*

Virgo inuupta, & Sancta, quæ non ex viri ſemine, ſed de Spiritu Sancto concepit. *Leontius orat. in Purificat. B. Mariæ Virg.*

Virgo Sanctiſſima, omni munditia, ac Sanctitate plena. *Idem orat. in Purificat. B. M. Virg.*

Virgo, de cuius aluo Dei Filius emicauit. *Arator Subdiac. lib. 2. hiſtoriæ Apoſtolicæ.*

Virgo Sacra, ad partum generata nouum. *Idem lib. 2. hiſtor. Apoſt.*

Virgo ſecunda, fugans mala criminis Euæ, reſtituens, quæ prima tulit. *Idem lib. 1. hiſtoriæ Apoſtolicæ.*

Virgo parens Ioannis abſque partu. *Nonnus in Paraphraſi 5. ſecund. Ioan. Euangelij.*

Virgo partu fœlix. *Idem ibidem.*

Virgo Sancta, ex qua Dei Filius proceſſit ad ſalutem generis humani. *Eutichianus in vita S. Theophyli.*

Virgo immaculata, ex qua magnus ille Paſtor Agnus natus eſt. *Andreas Cret. in Can. de Natiuit. B. Maria Virg.*

Virgo immaculatiſſima, ac viri neſcia, ex qua gentium ſalus, & expectatio. *Idem orat. de Natiuit. B. M. Virg.*

Virgo ipſorum Seraphim vincens naturam, miraculo Dei generationis. *Idem orat. 1. de dormit. B. Virg.*

Virgo munda, atque immaculatiſſima, è tota natura electa. *Idem orat. de Natiuit. B. Virg.*

Virgo munificentiſſima, maxima reddens prò minimis. *Idem orat. 3. dormit. B. Virg.*

Virgo omni prorſus macula carens. *Idem orat. de Natiuit. B. Virg.*

Virgo, quæ ſine viri copula peperit omnium Nutritorem. *Idem Can. in Iſaiam Proph.*

Virgo, quæ ſola poſt partum incorrupta apparuit, & pura; quippe quæ ſola ſine paſſione, & corruptione ſecundum carnem Deum noſtrum concepit, *Idem Can. in Exaltat. Sanctæ Crucis.*

Virgo, quæ ſola, præter naturam fuit electa ad naturam renouandam, & quæ ſola ſeruijt Opifici vniuerſæ naturæ. *Idem orat. 3. de dormit. B. Virg.*

Virgo, quam ante omnes generationes naturæ totius Creator elegit. *Idem orat. de Natiuitat. Beatæ Virginis.*

Virgo ſemper florens, ex qua Deus carnem aſſumpſit. *Idem in Can. de Nat. B. Virg.*

Virgo, ſupra quam dici poſſit, omni labe carens,

& viri neſcia, de qua Chriſtus, ipſa ſalus, expectatio gentium. *Idem orat. de Natiuit. B. V.*

Virgo Diuina, ac Beata. *Anaſtaſius Antiochen. orat. 2. in Annunciat. B. Virg.*

Virgo, cui Prophetæ tribuunt laudes. *Iſychius ſerm. 2. de laud. SS. Virg.*

Virgo Deipara, cuius talis, ac tanta extitit dignitas, vt Vnigenitus Dei Filius, mundi Conditor, velut infans geſtaretur ab ea. *Id. ibid.*

Virgo, quæ vſque adeo omnibus antecellit, vt ipſum Deum Verbum volentem ſuſceperit, quem ipſa citrà vllam loci anguſtiam comprehendit. *Idem ſerm. de laud. SS. Virg.*

Virgo ſecunda, Virgini primæ, ſcilicet Euæ omnino contraria, nam cum Eua concluderetur moleſtijs, per ſententiam condemnatoriam ob tranſgreſſionem inflictis, & ab ea gemitus plurimi prodirent; omniſque mulier illius cauſa in dolore eſſet conſtituta, & partus omnis propter eam acerbitatem pateretur; Maria miſeriam omnem fœminei ſexus repulit, omnemque triſtitiæ fontem, qui inter pariendum adeſſe ſolet, obſtruxit, & nubem deſperationis, qua præmuntur mulieres in partu, diſſipauit, & lumina lætitiæ apud contribules coruſcare fecit. *Idem ibidem.*

Virgo caſta, in qua Verbum Patris per Spiritum Sanctum inhabitauit, & ortum ex ea, qui omnem rationem excedit, ſumpſit. *S. Sophronius in orat. de Angelorum Excellentia.*

Virgo, cuius vtero Deus, ſalutis noſtræ cauſa, nobis per omnia aſſimilatus, ſe circumſcribi ſuſtinuit. *Idem orat. in Chriſti Natalitia.*

Virgo, ex qua Deus prodiens, in manifeſtiſſimum omniporentis Diuinitatis ſuæ indicium, & argumentum integram, incorruptamque conſeruauit, ipſamque nihilominus Deiparam eſſe palàm oſtendit. *Idem ibidem.*

Virgo immaculata, ex cuius virginali ſanguine Verbum verè factum eſt incarnatum. *Idem in Epiſt. ad Sergium Conſtantinopolit.*

Virgo, quæ Deum in lucem edidit. *Idem orat. in Chriſti Natalitia.*

Virgo Sanctiſſima, in Sacra Bethleem ciſterna, cuius aquam deſiderauit Dauid, myſticè deſignata. *Idem in orat. in Chriſti Natalitia.*

Virgo Dei Mater. *S. Alcimus Auitus in libello de conſolatoria caſtitatis laude ad Fuſcin. ſororem.*

Virgo Spiritu Sancto fœcunda. *Idem ibidem.*

Virgo pura, & vnica, quæ ſine peccato concepit Ieſum, & peperit Creatorem, & Redemptorem mundi. *D. Seuerus Alexandr. in lib. de Ritibus Baptiſmi.*

Virgo ſanctiſſima, & laudatiſſima, ex qua Vnigenitus Dei Filius incorporatus eſt. *Id. ibid.*

Virgo, ad quam non veniens, properat ad gehennam. *D. Hildephonſ. in lib. de Virginit. Sanctæ Mariæ cap. 4.*

Virgo ante coniugium, Virgo in coniugio, Virgo prægnans, Virgo pariens, Virgo lactans. *Idem ſerm. 2. de Natiuit. B. M. V.*

Virgo ante Filij aduentum. *Idem in lib. de Virginitate Beatæ Mariæ cap. 1.*

Virgo auguſtiſſima. *Idem ibid.*

Virgo beata, & venerabilis. *Idem ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virgo beatiſſima, quæ mundum pugillo continentem pannis inuoluit. *Idem ſerm. 4. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virgo benedicta, & glorioſiſſima, quæ non dico, quod non ex communi lege naturæ, ſed etiam nec ex natura primæ originis Filium, neque ex ſemine viri, ſed de Spiritu Sancto, ex ſua carne diuinitus procreatum, ſine vlla vitiorum colluuione Deum, & hominem protulit. *Idem lib. de perpetua Virginit. Mariæ, & de eius parturit.*

Virgo caſtitate concipiens, non ex viro, ſed de Spiritu Sancto pariens, non dolore, ſed gaudio. *Idem ſerm. 1. in Natiuit. B. Mariæ Virg.*

Virgo clariſſima, ſtirpe Dauid progenita, *Idem ſerm. 1. de Aſſumptione Beatæ Mariæ.*

Virgo concipiens ſine viro. *Idem in lib. de Virginitate S. Mariæ cap. 3.*

Virgo, cuius gloria tranſijt in Genitricem. *Idem in lib. de Virginitate Beatæ Mariæ cap. 2.*

Virgo cum Filij natiuitate. Cum Filio naſciturо. Cum Genitricis officio. *Idem ibidem.*

Virgo & Mater ineffabilis, donis munerata, & priuilegijs ſublimata diuinis. *Idem ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ Virginis.*

Virgo ex Deo. *Idem de Virginit. S. Mariæ cap. 1.*

Virgo genere Abrahæ orta, in cuius ſemine benedicebantur omnes gentes de Tribu Iuda. *Idem ſerm. primo de Aſſumptione B. Mariæ.*

Virgo glorioſa, cuius ineffabile meritum longè ante, & figuris legalibus, & Prophetarum oraculis prænunciabatur. *Id. ſer. 6. Aſſ. B. M.*

Virgo glorioſa, cuius vberibus Conditor mundi infans nutritur. *Idem ſerm. 4. de Aſſumpt. B. M.*

Virgo Immaculata, quæ clauſis concepit viſceribus, & clauſis, & incorruptis peperit ſine dolore, ſine gemitu, & ſine triſtitia, & æruma. *Idem libr. de perpetua Virginitate Sanctæ Mariæ, & de eius parturit.*

Virgo, in cuius vtero omnis Eccleſia ſubarratur, coniuncta Deo fœdere ſempiterno. *Idem ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virgo indubitata, etiam dubitante ſponſo. *Idem in libro de Virginitate Beatæ Mariæ cap. 1.*

Virgo innupta ex Filio læta fide concipiens, gaudio pariens, Virgo ante partum, Virgo in partu, Virgo poſt partum. *Idem ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virgo integra, cui fœcunditas matris data eſt. *Idem ſerm. 1. in Natiuitate Beatæ Mariæ.*

Virgo iudice ſponſo. *Idem in lib. de Virginitate S. Mariæ cap. 1.*

Virgo lactans Dominum Cœli, Angelorum cibum, & hominum nutriens. *Idem ſerm. 7. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virgo maternam accipiens veritatem. *Idem lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 2.*

Vir-

Virgo mater viſceribus fœcundis, & genitalibus integris. *Idem ſerm. 1. in Nativit. B. Mariæ.*

Virgo mirabilis. *Idem ſerm. 1. de Aſſumpt. B. M.*

Virgo non qualiſcumque, ſed vna ex numero prudentium, & prima omnium inter primos, quæ vadit poſt agnum proximior, quocumque ierit. *Idem ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virgo noſtra ex fide, ex honorificentia, ex laude, ex glorificatione, ex dilectione, ex prædicatione. *Idem in lib. de Virginit. Mariæ cap. 3.*

Virgo parturiens integra. *Idem ibidem.*

Virgo perennis cum coniuge ſimul, & prole. *Idem ibidem.*

Virgo, per quam cognouerunt omnes à parno vſque ad magnum Deum viuum. *Idem in lib. de Virginitate S. Mariæ cap. 4.*

Virgo, per quam conuerſi ſunt ad Dominum omnes fines terræ. *Idem ibidem.*

Virgo, per quam Dominus notum fecit ſalutare ſuum, & ante conſpectum noſtrum reuelauit iuſtitiam ſuam. *Idem ibidem.*

Virgo, per quam inuenerunt Deum, qui per obſeruantiam legis inuenire non potuerunt. *Idem ibidem.*

Virgo, per quam terra omnis impleta eſt gloria Dei. Per quam viderunt omnes ſalutare Dei. *Idem ibidem.*

Virgo per conceptum. *Idem in lib. de Virginitate S. Mariæ cap. 1.*

Virgo poſt Filij generationem. Poſt Filium natum. *Idem ibidem.*

Virgo prudens, & vna ex numero prudentum virginum. *Idem ſerm. 4. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virgo pudica, corpore decora, animo fulgida, fide perſpicua, mente præclara, amore virginitatis deuota, ad obediendum parata, miniſterio ſibi credito cauta, in perfectione pacifica, in paſſione Chriſti mente compaſſa, à Prophetis Dei prædicata, à Philoſophis ſanctis præfata, ab Archangelo ſalutata, à Spiritu Sancto fundata, atque ab eodem adumbrata, feminis viri ignara, proleFilij fœcunda. *Idem ibidem.*

Virgo, quæ pro maledictione primæ originis, benedictionem attulit mundo. *Idem in lib. de perpetua Virginit. S. Mariæ, & de eius parturitione.*

Virgo, quam aſſignat generatio. *Idem in lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 2.*

Virgo, quam Deus ſine corruptione adijt. *Idem in lib. de Virginitate Sanctæ Mariæ cap. 1.*

Virgo, quam euidenter, & perſona, & natura diuinitatis aggreſſa eſt. *Id. in lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 8.*

Virgo, quam grauitas matris honorat. *Idem in lib. de Virginit. S. Mariæ cap. 2.*

Virgo, quam maternus non impediuit partus. Quam nobilitas fœtus. Quam non violauit fœtus. *Idem ibidem.*

Virgo Sacra, quæ ſacrato vbere matris aluit lectè eum, qui præſentia maieſtatis ſuæ in Cœlis Angelos paſcit. *Idem ſerm. 4. de Aſſumpt. Beatæ Mariæ.*

Virgo Sancta, quæ ſola refulſit, inter filias, ac lilium inter ſpinas. *Idem ſerm. 1. de Aſſumptione Beatæ Mariæ.*

Virgo, Sanctiſſima, quæ eum qui cuncta paſcit, cœleſtia, & terreſtria ſimul, & regit, lacte carnis aluit, & nutriuit. *Idem ibidem.*

Virgo ſimul, & Sponſa. *Idem. ſerm. 3. de Aſſumpt. Beatæ Mariæ.*

Virgo ſola Mater Dei. *Idem in lib. de Virginitate S. Mariæ cap. 12. & vltim. & S. Io: Damaſcen. orat. 1. de Natiuit. Beatæ Mariæ Virg.*

Virgo tam ſancta, vt ad eam venire Spiritus Sanctus ſit dignatus: tam ſpecioſa, vt eam Deus elegerit ſponſam: tam caſta, vt potuerit eſſe Virgo poſt partum. *Idem ſerm. 1. in Natiuit. S. Mariæ.*

Virgo verè, quia integra, & incorrupta. *Idem in hom. contra eos, qui mendoſe affirmant Virginem contra legem Dominum peperiſſe.*

Virgo Dominipara, quę ipſiſſimum Deum noſtrum, ac Dominum, ſola noſtri miſeratione incarnatum dediſtis lucem. *Anonym. in Menæis Græc. die 7. Februarij.*

Virgo innocentiſſima, quæ generis humani naturam, in limum terrę conuerſam, ad indolem planè cœleſtem reduxit. *Idem in Menæis Græc. die 18. Martij.*

Virgo nęuis omnibus libera. *Idem in Menais Græc. die 4. Ianuarij.*

Virgo, quæ nuptiarum expers, peperit, & Virgo permanſit. *Idem in Euchologio, ſeu Rituali Græcor. in officio aquæ benedictæ minoris.*

Virgo, quæ Saluatorem, & Dominatorem mundi, & Dominum peperit. *Idem ibidem.*

Virgo, quæ ſupra naturæ modum, ac morem in immaculato vtero ſuo Dei Verbum concepit. *Idem in Menais Græc. die 25. Martij.*

Virgo Saluatorem, & Deum enixa. *Idem in Euchologo ſeu Rituali Græc. in officio communis ſupplicationis.*

Virgo ſola pura, & illibata. *Idem in Eucolog. ſeu Rituali Græc. in officio funereo in Sacerdotem, vita functum.*

Virgo ad ſe attrahens Deum. *Greg. Nicomed. in orat. de SS. Deiparentis exitu, quando fuit oblata in templo.*

Virgo à naturæ inquinamentis exempta. *Idem orat. 3. de Præſent. B. M.*

Virgo omni pretio-maior. *Idem ibidem.*

Virgo laudatiſſima, & glorioſiſſima, omni ex parte intererata, & nulli culpæ obnoxia. *Idem in Zon. Deiparæ.*

Virgo neſciens thalamum, ac carnalis voluptatis decore carens. *Idem in ſuo Mariali frag. 15.*

Virgo omnium puriſſima. *Idem orat. in Annunc. B. Virg.*

Virgo puriſſima, & omni celebratione, & veneratione digna. *Idem ibidem.*

Virgo, cuius ventrem non vſſit ignis diuinitatis, ſicut nec fornax pueros. *Coſmas Hieroſolymit. in Theogon. hym. 1.*

Virgo, ex qua Conditor perditum hominem ſub-

ſubſantificauit, veritate incarnatus, *Idem ibid.*

Virgo, ex qua ſine ſorde, incarnatur Chriſtus natus ſine ſemine ex Deo, & Patre. *Idem in Theogon. hymn.* 2.

Virgo, in qua incorruptè habitauit Deus Verbum. *Idem in Theogon. hymn.* 13.

Virgo, quæ in ventre concipiens, peperit Deum, huminem factum, manens Virgo, *Idem in Theogon. himn.* 1.

Virgo, quæ in ventre peperit Deum, hominem factum, manens Virgo. *Idem in Theogon. hym.* 1.

Virgo à Deo magnificata, ac præordinata, atque in maximam noſtram vtiliratem creata. *S. Io Damaſc. orat. in Annunc. B. Virg.*

Virgo carens omni macula. *Id. in Can. in Sanc. Iulianum.*

Virgo, cuius laudatione ſinceris fidelibus omnino non adnaſcitur ſatieras; ſemper enim deſiderijs diuinis, & ſpiritualibus cumulantes, vel Dei matrem illam magnificant. *Idem in Officee Græcor.*

Virgo Dominipera. *Idem Can. in SS. Apoſtol. Petrum, & Paulum.*

Virgo maritalis thalami neſcia. *Idem in Dorm. B. Virg.*

Virgo nuptias non experta, quæ in vtero ſuo habuit cum, qui eſt Deus ſuper omnia, & peperit Filium temporis expertem, omnibus eum laudantibus pacem largiente. *Idem in Officc. Græc.*

Virgo tota ſancta, quæ Angelis ſuperior apparuit, quippè quæ omnium Saluatorem peperit. *Idem Can. in S. Leontium.*

Virgo ab omni culpa immunis. Ab omni labe mundiſſima. Ab omni labe pura. Ab omni macula immnnis. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. V.*

Virgo alma, quæ vnum è Trinitate peperit Filium prædiuinum, & proprer nos incarnatũ. *Idem in Canticis Eccleſiaſt. Græcor. ſono* 1.

Virgo à partu, & ſemper virgo, vtque ad extremum vſque ſpiritum nunquam cum viro conſuetudinem habuerit; quoniam enim modo, ea, quæ Deum genuerat, atque ex eorum, quæ poſtea ſecura erant, experimento miraculum cognouerat, viri complexum admiſiſſet. *Idem lib. 4. de fide Orthodoxa cap.* 15.

Virgo beata, ex qua ineffabiliter Deus homo factus eſt, & hominem modis omnibus induit. *Idem in Eccleſ. Cantic. Græc. ſono* 1.

Virgo beriſſima, quæ gentium expectationem Chriſtum Dei, imò ipſummet, ac Dominum, virgineo modo, in virgineo vtero peperit. *Idem orat. 2. de Nat. B. Virg.*

Virgo caſta, in cuius ſinu habitat is, qui ſinn parentis æterni non abſcedit. *Idem in Canticis Græcorum ſono* 1.

Virgo caſta, per cuius vteri ianuam inniam, atq; clauſam, Sol iuſtitiæ tranſiuit, atque mundo illuxit. *Idem in Cantieis Eccleſiaſticis Græcorum ſono* 2.

Virgo caſtiſſima, Deique ſponſa. *Idem in Cant. Eccleſiaſticis Grecor. ſono* 1.

Virgo, cuius conceptum monſtrabat ſcala non fabricata, & mirè indurata per mare via, *Idem in Canticis Eccleſiaſt. Græcorum ſono* 2.

Virgo, cuius gloriæ excellenria omni laudum lege eſt maior. *Idem in Canticis Græcor. ſono* 1.

Virgo, cuius incomprehenſæ conceptionis immenſa eſt abyſus. *Idem ibidem.*

Virgo, cuius partui adſunt ſeruorum more ordines cœlici, obſtupeſcentes merito, quod eius virginitas puerperio duret. *Idem ibidem*

Virgo, cuius partus captum antecellit humanæ mentis. *Idem in Carmine de Epiphania.*

Virgo, cuius vtero, mirando modo, contentum eſt eſſentia ſua, ipſius Verbum Dei continens omnia ſæcula. *Idem in Eccleſ. Græc. Cant. ſono* 1.

Virgo, cuius vterum virgineum omnium Rex habitauit. *Idem in Cantieis Eccleſiaſt. ſono* 1.

Virgo Deipara, ex qua vnigenitus Filius, & Verbum Dei, & Deus, ob viſcera miſericordiæ ſuę, ſalutemque noſtrani benigna Patris voluntate, ſpirituſque ſanctiſſimi cooperatione, abſque ſemine conceptus, citrà corruptionem natus eſt homo. *Idem lib. 1. de fide orthodoxa cap.* 2.

Virgo Dei parens, ex qua Verbum caro abſq; vlla mutatione factum eſt. *Idem lib. 3. de fide Orthodoxa. cap.* 1.

Virgo diuinitus gratia donata. *Idem orat. 1. de Natiuit. B. Virg.*

Virgo, & virginum amans, *Idem orat. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virgo excedens omnes terminos mortalium. *Idem in carmine de Chriſti Natiuit.*

Virgo, ex qua corpus aſſumens virtus Altiſſimi, hypoſtaſis perfecta, Dei Sophia inter nos verſata eſt. *Idem in Canticis Eccleſiaſt. ſono* 2.

Virgo, ex qua Deus modo eſſentiam venit. *Idẽ orat. 2. de Natiuit. Virg.*

Virgo, ex qua incarnatum eſt, quod ante carne carebar Verbum. *Idem in Cant. Græc. ſono* 1.

Virgo, ex qua, qui eſt ante ſæcula, vt ſæculi Factor, volens carnem puer aſſumpſit. *Idem in Canticis Eccleſiaſt. Græc. ſono* 2.

Virgo, ex qua ſine ſemine, Dei Filius incarnatus eſt. *Idem in Canticis Græc. ſono.* 1.

Virgo, ex qua ſub mundi hnem, ſine viro incarnatus eſt Altiſſimus. *Idem in Canticie Eccleſiaſt. Græc. ſono* 2.

Virgo immaculata, quæ cum terrenis affectionibus commnne nihil habuit, ſed cœleſtibus cogitationibus educata eſt. *Idem orat. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virgo inculpatiſſima, quæ vnam duabus in naturis hypoſtaſim, Deum incarnatum peperit. *Idem in Can. de SS. Trinitate.*

Virgo, in cuius ventre immenſa bonitate eſſe voluit, qui antea eſſentiam omni dedit creaturę. *Idem in Cantic. Eccleſiaſt. Græc. ſono* 2.

Virgo innocentiſſima. *Idem in Paracl. B. Maria, & Mauric. de Villaprob. ſer. 14. Coronę nouæ V.*

Virgo, in qua ad vocem Angeli, incarnatus eſt vniuerſi Dominus. *S. Io. Damaſc. in Canticis Eccle-*

*Eccleſiaſt. Græc. ſono 1.*

Virgo, in qua Spiritus ſanctus ſacram Verbo carnem condidit. *Idem ibidem.*

Virgo intacta, cuius partum myſticum omnes prædixerunt Vates. In qua hominum primi parentes exhilarantur. Eden eius auſpicijs recepta, quam à transgreſſione amiſerant. *Id. ib.*

Virgo intemerata, inculpatiſſima. *Idem in Can. de SS. Trinitate.*

Virgo laudabiliſſima, à Dæmonum vexatione, ac tyrannide, atque ab omni pœna liberans nos. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Virgo laudatiſſima, quæ lumen, quod eſt ex lumine nobis oriri fecit. Laudibus omnibus celebranda. *Idem ibidem.*

Virgo mater effecta. *Idem orat. 3. de Nat. B. Virg.*

Virgo mater immaculata. *Idem in Paracl. B. M.*

Virgo materna libertate apud Filium prævalens. *Idem in Canticis Eccleſiaſt. Græc. ſono 2.*

Virgo neſcia viri. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Virgo omni labe carens. *Idem ibidem.*

Virgo orta ex Dauide, & præparata Deo. *Idem orat. 2. de Nat. B. Virg.*

Virgo perpetua, quæ Deum in lucem edidit. *Idē orat. 1. de Aſſumpt. B. M. D. Auguſt. in lib. de Aſſumpt. B. V. tom. 9. & Cæſarius dialog 1.*

Virgo perſpicuè glorificans eos, qui piè eius laudant miracula. *S. Io. Damaſcenus in Canticis Græcorum ſono 1.*

Virgo priſcæ fornicationis aduerſaria. *Idem oratione 1. de Nat. B. Virg.*

Virgo prolem enixa, ſola inter virgines puerpera, matrumque more geſtans, quæ ſunt virginum propria, quæ res ſtuporis immenſitate omne longe portentum ſuperat. *Idem orat. 4. de Natiuitate B. M. Virg.*

Virgo pura, & thalami neſcia, quæ Deum vero ſuo ineffabiliter concepit, & peperit Filiū, ante principium, ſine principio exiſtentem. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Virgo puriſſima, ac diuina gratia beatitudine ampliſſimè cumulata. *Idem ibidem.*

Virgo, quæ hominibus partu Deum dedit. *Idem in Canticis Eccleſiaſt. Græcorum ſono 2.*

Virgo, quæ partu ſuo immaculato Euam à doloribus ſoluit. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Virgo, quæ ſine nuptiali congreſſu concedit, & poſt partum iterum Virgo apparuit. *Idem Can. de SS. Trinitate.*

Virgo, quæ ſine ſemine concepit, atque virgo ſemper manſit, ita demonſtrans germanæ diuinitatis Filij, Deique ſui ſymbola. *Idē in Canticis Eccleſiaſticis Græcorum ſono 2.*

Virgo, quæ ſine ſemine ex fulgore diuino peperit Chriſtum, gemmam omnium pulcherimā. *Idem in Canticis Græcorum ſono. 2.*

Virgo, quæ vitam incorruptibilem concepit, & mundi Redemptorem, Regemque peperit. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Virgo, quam Iſaiàs prophetico ſpiritu Filium concepturam, ac parituram prædixit, hoc eſt eum, qui verè nobiſcum Deus eſt, ideſt, poſt Aſſumptam humanitatem, Deus quoque eſſe non deſtitit. *Idem orat. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*

Virgo ſancta, quam ſi quis Dei genitricem non confitetur, à Deitate remotus eſt. *Idem orat. 1. de Nat. B. Virg.*

Virgo ſola omni laude digniſſima. *Idem in Paracl. B. Virg.*

Virgo ſummè immaculata. Tota immaculata. Tota lucida, quæ lucis Datorem Deum peperit, oculos cordium noſtrorum, luce cognitionis diuinæ illuminans. Tota ſine macula. *Idem ibidem.*

Virgo vnica, quæ ſine naturæ lege, peperit Dominum vniuerſi mundi. *Idem in Canticis Eccleſiaſt. Græcor. ſono. 2.*

Virgo prætenera, quæ Deum, & Regem Angelorum procreauit. *Io. Euchaita in Menæis Græcor. die 30. Ianuarij.*

Virgo omni ex parte puriſſima, & incontaminata. *Io. Eubechus orat. in Concep. S. Dei genitricis.*

Virgo cæleſti pignore facta, edens ex aluo ſaluātem ſæcula Regem. *S. Althelm. lib. de laud. V.*

Virgo fauorabiliſante ſacri ſermonis receptaculum, & fauorabilior poſt cœleſtis puerperij præconium. *Idem in lib. de laud. virgin. cap. 22.*

Virgo glorioſa, ſanctiſſima, beatiſſima, quæ ſuis laudibus humanę vocis modos exſuperat. *Paulus Diacon. ſerm. 2. de Aſſumpt. Virg.*

Virgo ſingularis gloriæ, quæ vniuerſo mundo peccati labe tabido, generaliter ſalutem invexit. *Idem ibidem.*

Virgo beata, quæ ſalua ſuiintegritate corporis, Deum edidit, & hominem. *Albinus Flaccus lib. 3. de SS. Trinitate cap. 14.*

Virgo beata, ex qua corpore contracto, Deus, & Verbum homine ſe deuinxit. *D. Theod. Studites in ſerm. Casbec. ſerm. 65.*

Virgo, ex qua Deus regiam geſtans ſtolam, hominibus apparuit in hominum forma. *Idem in Can. qui canebatur in Erect. ſanct. Imaginum.*

Virgo puriſſima à Deo glorificata. *Idem ibidem.*

Virgo caſtitatis conſummatiſſimæ. *Theophan. Niceu. in Menæis Græc. die 7. Ianuarij.*

Virgo, cuius conceptionis modus inenarrabilis. *Idem hym. in Annunc. SS. Deiparæ.*

Virgo immaculata, & omnium ſacratiſſima, ex qua donorum nobis cœleſtium, quæ mentem humanam exceduat, ſcaturigo promanat. *Idem in Menæis Græc. die 17. Ianuarij.*

Virgo ſemper immaculata, quæ inuiolata maneate virginitate, Verbum peperit cum carne incorporeum. *Idem ibidem.*

Virgo ab omni næuo mundiſſima. *S. Ioſeph. hym. in ſuo Mariali.*

Virgo ab omni prorſus labe pura. Ab omni prorſus macula immunis. Ab omnibus laudata. Amatrix benignitate, haurire faciens effuſe omnes de ſuarum ſtumine miſericordiarum. Amatrix bonorum, bonas efficiens animas noſtras, peccati malitia deprauatas, dum bonum Deum, ac Dominum peperit. Amica bonorum, quæ bonum Dominum, ac Dominato-

natorem peperit, animam noſtram multitudine malorum vitiatam, tanquam bona efficiens bonam. A næuis omnibus intacta. Angelis honorabilior, pariens illum, qui ipſos Angelos creauit. Animarum noſtrarum vires, quadam multiplicium peccatorum paralyſi diſſoluras, quaſi neruis quibuſdam corroborans. Apud Deum gratioſiſſima, pariens carne Deum, qui ſolnit mortis vincula, & corruptione omnes liberauit. Beatiſſima, illibatæ puritate, in qua naturæ leges innouatæ ſunt, quia ſupra naturam Verbum peperit. Catens omni macula, tota caſta, ac benedicta. *Id. ib.*

Virgo caſtiſſima, ex qua Dominus Altiſſimus, cum eſſet verus Deus, humanam formam ſuſcepit, atque hominem deificauit, eumq; à corruptione ereptum, incorruptione douauit. Caſtiſſima, quæ ſola vnum Trinitatis peperit in duabus ſubſtantijs, vnaque hypoſtaſi conſpicuum. Caſtiſſima, quæ Verbum quod antè à carne erat immune, ex ſe incarnatum, eo modo, quo Deo dignum, ac decens erat, concepit, & ſupra naturæ ordinem peperit. *Idem Idem.*

Virgo celeberrima, ex qua tamquam Sol exortus eſt Deus, & eos, qui in tenebris verſabantur, diuinę cognitionis luce illuſtrauit. Chriſtum legislatorem enixa. Cœlis latior, cum continuerit in vtero Deum. Concipiens ſine ſemine eum, qui vniuerſa creauit Verbũ Dei abſque voluntate carnis, abſque corruptione pariens, & abſque doloribus, qui cæteras matres inuadunt. *Idem ibidem.*

Virgo compaſſione ornata, quæ Verbum compaſſione plenum peperit. Dei ſponſa, quæ abſque nuptialis thalami experimento, & abſq; ſeminis corruptione Vnigenitum Patris concepit, & in carne peperit ex immaculatis ſanguinibus ſuis. *Idem ibidem.*

Virgo Deo gratiſſima, cui magnalia fecit Chriſtus. Deum gignens, & incorrupta permanens. Diuina gratia comulatiſſima. Diuina gratia pleniſſima. Diuinorum ſplendorum circumdata varietatibus. Dominipara. Expers omnis maculę. *Idem ibidem.*

Virgo, ex qua expectatio gentium proceſſit. Ex qua nata eſt illuminatio ſcientiæ, quę erroris tenebras diſſoluit. Ex ſterili nata, quæ mœrorem eliminauit, & principium dedit lętitiæ ijs, qui diuinam illius natiuitatem concelebrant. Exſtrà omnem reprehenſionis aleam collocata. Ferens manibus ſuis ferentem vniuerſum, & lacte nutriens vt infantem, lactis Datorem. *Idem ibidem.*

Virgo genitrix lucis, à periculis liberans animas noſtras. Omnibus creaturis ſublimior. Quæ genus noſtrum gratia repleuit. Immaculata, Deo deſponſata. Quæ Agnum, ac Dominum in carne peperit. *Idem ibidem.*

Virgo immaculatiſſima, quæ in vtero ſuo concepit Verbum Patri coæternum, & incarnatum peperit, à quo vniuerſis ex Adam natis iam collapſis donatur reparatio. *Idem ibidem.*

Virgo incorrupta ante partum, & poſt partum, ſuprà naturæ ordinem. Inculpatiſſima, ex qua Deus factus eſt homo, vt deificaret humanũ genus. Intacta. Intemerata. Omni laude celebranda. Robore diuino clementer nos circumdans, & accingens. Intemeratiſſima, ex qua propter exceſſum benignitatis, exortus eſt ille, qui eſt totus deſiderabilis, totus dulcedo, ac vita. Inter omnes mulieres Deo gratiſſima. Idem ibidem.

Virgo inuiolata, cuius viuifico partu peremptus. *Idem ibidem.*

Virgo inuiolata, ex cuius vtero Sponſus Dominus, cum ſplendore procedens, ſanctorum populos attraxit. Quæ corpore amictum peperit, & vlnis geſtauit Dominum Ieſum. qui portat vniuerſa nutu ſuo omnipotenti. Quæ Saluatori, ac Deo ex caſtis ſanguinibus ſuis corpus dedit. Quæ ſapientiam Dei ſubſiſtentem genuit. Quæ vitam genuit, quæ per mortem, & paſſionem ſuam omnes mortis vires diſſoluit. *Idem ibidem.*

Virgo inuiolatiſſima, in qua Dominus habitauit. Lacte nutriens illum, qui omnibus dat alimentum. Latior Cœlis, continens in ſe ineffabiliter Deum. *Idem ibidem.*

Virgo lucis genitrix. Mater, à qua Deus carnem mendicauit. Mater immaculatiſſima, ex cuius vtero efflоruit botrus ille, qui cultoris operam nullam habuit. Mater incorrupta. Mater, quæ modo inexplicabili in ſuo vtero Deum vniuerſorum concepit, & ſupra mentis captum, verborumque conceptum, eundemq; peperit. *Idem ibidem.*

Virgo miſeratrix. Nullis ſubiecta maculis. Nunquam ſordidata. Nuptialis thalami neſcia, quæ viram noſtram Chriſtum ineffabiliter peperit. Omni beatitudine cumulatiſſima. Omni ex parte illibata. Omni laude ſuperior, ſaluans laudatores ſuos in ſe confidentes ab omni circumſtanti periculo, ac tribulatione. Omni ſanctitate prędita, quæ Deum incarnatum peperit. omnibus creaturis purior demonſtrata, quia peperit eum, qui tollit peccata. Omnibus laudibus celebranda. *Id. ibi.*

Virgo parens, ſola ſine corruptione concipiens, ſola lactans infantem, partus ſordium neſcia, ſola edens in lucem Creatorem Dominum ſuum. Pariens ineffabiliter, & naturæ innouans leges. Pariens infantem nouum, qui Adamo eſt antiquior, & æqualis conſidet Patri. *Idem ibidem.*

Virgo perennis, in quam ſalutiferum Verbum deſcendit, tamquam imber, qui infidelitatis pluuias exſiccauit. Perpetua ex tribu Iuda, è cuius ventre lignum vitæ germinauit, quod liberauit à mortifero cibo eos, qui eſcam ſubiere ruinam, & fraude ſerpentis decepti ſunt. *Idem ibidem.*

Virgo, per quam Deus apparuit mortalibus, factus eſt homo. Plurimis digniſſima laudibus. Præconijs vniuerſorum decantata. Primę

ma.

matris Euæ maledictionem manifeſtè ſoluens. Puella cuius conceptionem omni cogitatione ſuperiorem non poteſt humana mens aſſequi, Deum enim peperit. *Idem ibidem*.

Virgo puella, in cuius vtero Dominus habitauit. Quæ naturæ leges innouauit, enixa Deum immortalem, mortali carne indutum, vt mortales ob ſuam bonitatem deificaret. *Idē ibid.*

Virgo puella ſola benedicta, ſola omnibus laudibus celebranda. Puriſſima, in qua naturæ leges reuera innouatæ. Puriſſima luce, quam peperit illuminans oculos animæ noſtræ, ne deprehendant nos profundiſſimę peccatorū tenebræ, neque deſperationis abyſſus cooperiat nos. Quæ amatorem miſericordiæ Deum in carne peperit. Quæ Verbum ineffabile illum concepit, & peperit, qui mundo ſaluté attulit. *Idem ibidem.*

Virgo puriſſima ſanctis omnibus ſuperior. Quæ abſque viri experientia Deum peperit, factū ſimilem nobis. Quæ datorem lactis lactauit, cor noſtrum fameſcens, ac gemens ſatians omni cognitione, ac compunctione diuina. Quæ expers naturæ legum, & matrum vſum neſciens, peperit ſine dolore Filium, qui eā manu ſua in matris vtero formauit. Quæ ignē intollerabilem peperit. Quæ incarnatum Deum in vtero habuit. Quæ ipſis Cherubim ſuperior apparuit. Quæ naturę nouas leges, indidit, quando ſupra naturæ ordinem peperit; Deus enim, & homo fuit ille, qui ex ea modo ineffabili incarnatus eſt. *Idem ibid.*

Virgo, quæ nouum peperit infantem, qui mundum iam diu ſenio confectum diuina ſcientia renouauit. Quę omnium Dominum Emanuel ſine viri opera peperit. Quę per ſuum ſanctiſſimum puerperium, omnia omnino quadam benedictione ſancta exhilarauit. Quę ſine virili commercio Deum incircumſcriptibilem peperit in carne. Quę ſingulari priuilegio cœlestem Regem peperit. *Idem ibidem.*

Virgo ſpecioſa facta ornamentis virtutum, & aurearum fimbriarum varietate circumdata, ſpecioſum ſuper omnes homines Verbum peperit. Quę ſubſiſtentem Dei ſapientiam peperit. Quæ virginitatem incorruptam conſeruauit, ex qua Deus Verbum incarnatus eſt conſeruans illam Virginem poſt partum ineffabilem. Quam Verbum, ex ea ineffabiliter incarnatum in ligno Crucis pendens, diſcipulo Virgini commendauit. *Idem ibidem.*

Virgo ſancta, Cœlis capacior comprehendens corporaliter Deum incircumſcriptum. Quę Deum ſuperſanctum peperit. Sanctior ipſis Cherubim, quippe quę Deum omni ſanctitate ſuperiorem peperit. *Idem ibidem.*

Virgo ſanctiſſima, cœlis excellior, Cherubim ſuperior, pretioſiorque mundo toto. Sanctiſſima, quę mediante voce Angeli peperit Verbum carens principio, quod carnem accepit, mente atque anima præditam, ex eius puris ſanguinibus, hoſteſque partis expertes deuicit. *Idem ibidem.*

Virgo ſanctiſſima, ſponſa Dei ſemper glorioſa, quam Deus ſanctificauit, & elegit. Singulari apud Deum gratia pollens. Singularis, quam Verbum purum, purani, & incorruptam dilexit, & ex ea incarnatum reformauit omnem hominem. *Idem ibidem.*

Virgo ſola omni laude digniſſima, quoniam Deum ex pretioſis ſanguinibus ſuis corporauit, & ſupra rationis conceptum formidabili ratione peperit. Sola pura, ac benedicta. Sola pura, & gratia plena. Sola ſine vlla macula. *Idem ibidem.*

Virgo ſpatioſior cœlis, dum illum in vtero ſine vlla contractione concepit, qui nullo termino concludi, aut definiri poteſt. *Idem ibidem.*

Virgo ſpecioſa, quæ peperit ſpecioſum forma Chriſtum Dominum, diuinis ſplendoribus fideles illuſtrantem. Sublimior Cherubim. *Id. ib.*

Virgo ſummè intacta, præripiens nos, ac liberans ab omni inſidiantium nobis cupiditatū amicitia, & ab inimici tentationibus quotidianis, quibus ille nos per peccata grauia abripere violenter in captiuitatem nititur. *Idem ibidem.*

Virgo ſummè pura, caſta, & immaculata. Superior ſupernis poteſtatibus. Superlaudabilis, quæ ſuperlaudabilem Deum peperit, eos, qui eam collaudant, efficiens participes lucis, & liberans eos interceſſionibus ſuis à gehenna, & flamma, & ab omni læſione inimici. *Idem ibidem.*

Virgo ſupra omnis cognitionis captum enixa Chriſtum Deum noſtrum. Tota immaculata, quæ in duabus ſubſtantijs diuina, & humana notificatum, vnum Trinitatis peperit, Deum ſimul, & hominem. Tota immaculata, quæ ſuſcepit in viſceribus ſuis Deum Verbum, qui naturam noſtram peccatorum exceſſibus inquinatam purificauit. *Idem ibidem.*

Virgo tota lucida, illuminans nos peccatorum tenebris inuolutos. Tota lucida, quæ lucis datorem Deum in lucem edidit, illuminans oculos cordis noſtri lumine diuinæ cognitionis. Verè benignitiſſima, ditans omnes Spiritus ſancti donis, multiſque miraculorum oſtenſionibus. Verè poſt partum, quemadmodum fuerat ante partum. *Idem ibidem.*

Virgo viri neſcia. Vnica quam puram, & incorruptam Verbum illud purum direxit, & ex ea incarnatum hominem reformauit. Vniuerſis celebranda laudibus. Vſque ad quam mors perdurauit; vitam enim Chriſtum genuit, purè in ſe credentibus immortalem, ac diuinam redemptionem donauit. *Idem ibidem.*

Virgo mater ex ſterili matre nata. *Photius Conſtantinop. orat. in Nat. SS. Mariæ.*

Virgo beatiſſima, ſacratiſſima, beata. *Ambroſius Ansbertus in feſto Purific. B. Virg.*

Virgo mater non cuiuslibet, ſed Dei. *Idem ibid.*

Virgo glorioſiſſima, per quam, & in qua, & cum qua, & à qua habet mundus, & habitu-

rus eſt omne bonum. *Idiota de Contempl. B.V.*

Virgo beatiſſima ſemper laudabilis, ſemper extollenda, ſemper glorificanda, ſemper magnificanda, ſemper veneranda, & ſemper riminenda. *Idem de B. Virg. part. 14. contempl. 10.*

Virgo conſtans, & in propoſito animi perſeuerans, quia ſicut accepit, ſic ſemper in bono propoſito perſeuerauit, ſiguata per Annam matrem Samuelis, cuius cultus non ſunt in diuerſa mutati. Reg. 1. *Idem de B.V. part. 14. Contempla.* 8.

Virgo deifica donis cœleſtibus repleta in terris manens corpore, & in Cœlis mente. *Idem de B. Virg. part. 9. Contempl. 9.*

Virgo diſciplinata in cogitatu, in auditu in reſpectu, in olfactu, in guſtu, in riſu, in loquela, in tactu, in inceſſu, & in omni motu, vt de ea dicatur Eccl. 26. Diſciplina tua donũ Dei eſt. *Idem de B. Virg. part. 14. Contempl. 8.*

Virgo fideliſſima, cui debemus fidem ſignifera omnium virtutum. *Idem de B. Virg. part. 16. Contemplat. 1.*

Virgo glorioſiſſima in omni profecto propoſito, & bona operatione firmata. *Idem de B. Virgine part. 14. Contempl. 12.*

Virgo humillima, & omni humilitate plena. *Idem de B. Virg. part. 17. Coutempl. 4.*

Virgo illuſtriſſima, ex clara ſtirpe procreata, quæ regium ſtatum ſpreuit, & paupertatem dilexit, in qua nihil fuit ſublime, vel altum, niſi mens, quæ ſemper fuit eleuata in Deum. *Idem de B. Virg. part. 9. Contempl. 10.*

Virgo modeſta, cuius modeſtia fuit nota omnibus hominibus, in ſuperfluis reſecandis per tẽperantiam, in ſenſibus refrenandis per prudentiam, in rationabiliter ſe habendo ad proximum per iuſtitiam, in æquanimiter tollerando aduerſa per fortitudinem. *Idem de B. Virg. part. 14. Contempl. 8.*

Virgo mundiſſima, cuius mundi, & immaculati eſſe debent ſerui, & laudatores, quia ipſa eſt hortus concluſus, & fons ſignatus, nam in hortum floridum, & delitioſum non eſt intrandũ pedibus immundis, & aqua puriſſimi fontis non eſt haurienda ſordidis manibus. *Idem de B. Virg. part. 17. Contemplat. 1.*

Virgo non ſolum de numero prudentum, ſed omnium prudentiſſima habens oleum miſericordiæ in omnibus vaſis ſuis, in vaſe cordis per affectum, & in vaſe oris per benignitatem orationum. *Idem de B. Virg. part. 6. Contemplat. 14.*

Virgo parem non habens. *Idem de B. Virgine part. 9. Contemplat. 2.*

Virgo potentiſſima. *Idem de B. Virg. part. 14. Contemplat. 37.*

Virgo pretioſiſſima, cui timor, & reuerentia debetur, ne coram oculis eius aliquid indecens cogitare, conſiderare, conſentire, aut facere, aliquis audeat, ne illos miſericordes oculos, qui non poſſunt reſpicere iniquitatẽ auertat à nobis. *Idem de B. V. part. 16. Cont. 4.*

Virgo prudens, quæ oleum, ideſt nitorem bonæ conſcientiæ pietatis, & miſericordiæ habuit in vaſe triplici, ſcilicet oris, cordis, & operis, cum lampade integerrimæ Virginitatis. *Idem de B. Virg. part. 14. Contempl. 4.*

Virgo prudentiſſima, quæ non tantum habuit vnum vas oleo gratiæ repletum, quo lampadem ſuam extinguibilem nutriret, ſed aliud vas habuit redundans, & indeficiens, ex quo effuſo oleo miſericordiæ omnium lampades illuminaret, vt vas omnium vſque ad ſummũ repleret, & in eo nihil deficere inuenirer, prudens igitur Virgo fuit, vt ſibi prouideret, nec timida fuit, vt alijs ſubueniret, nec dixit: neforte non ſufficiat, ſcilicet mihi, & vobis, ſciens, quod ſufficeret ſibi, & nobis ſufficienter retinuit, & ſufficienter tribuit, vt ex illius plenitudine effunderetur, quo lampades noſtræ extinctæ illuminarentur. *Idem de B. V. part. 5. Contempl. 5.*

Virgo ſalutifera. *Idem de B. V. part. 15. Contempl. 12. D. Bernardin. Senenſ. tom. 4. in ſermonib. extraordin. ſerm. de 7. Flam. amoris in B. Virg.*

Virgo virginitate ſingulariſſima pollens. *Idiota de B. Virg. part. 6. Contemplat. 6.*

Virgo virtuoſiſſima, cuius ſeruus debet eſſe aromaticus per fragrantiam bonę opinionis, per exemplum caſtitatis, & pietatis, & humilitatis. *Idem de B. V. part. 17. Contempl. 11.*

Virgo pluſquam beata, nullo genere vacans virtutum, quodcumque enim donum, alicui ſanctorum vnquam datum fuit, illi non fuit negatum, ſed omnium Sanctorum priuilegia omnia habuit in ſe congeſta. *Idem ibidem.*

Virgo pluſquam glorioſa. Prębenedicta, conbenedicta, & poſtbenedicta. *Idem ibidem.*

Virgo pura. *S. Greg. Tauromenit. Archiep. orat. de Annunc. B. Virg.*

Virgo, de qua ſalutis noſtræ anchora pendet. *Leo, Imperat. in orat. de Præſent. B. Mariæ.*

Virgo mater, quæ virginitatem, & Partum, tam valdè inter ſe diuerſa, in ſe contuncta monſtrat. *Idem ibidem.*

Virgo carens crimine vitij noſtri. *Io. Geom. in B. Virg. hymn. 3.*

Virgo conſeruans Zonam virorum virginitatis amantium virgineæ Triadi. *Idẽ in B. V. hym. 4.*

Virgo data Dei munere, vtrique patentis. *Idem in B. Virg. hym. 2.*

Virgo edens miracula, magna, ſacra, alta, vna concipiens Dei Natum. *Idem ibidem.*

Virgo exterius, atque interius. Innupta Dei Numine, condens in terrę viſcera Dæmonia. *Idem ibidem.*

Virgo, quæ ſobolem peperit ſupremam, mundi Fabrum mundo, Celſithronumque ſolo. *Idem ibidem.*

Virgo ſideribus circumdata claris. *Idem in B. V. hymn. 3.*

Virgo beatiſſima, cui nulla defuit virtus. D. *Fulbertus Carnot. ſer. 1. de Nat. Virg.*

Virgo beatiſſima, de qua natus eſt Chriſtus, Idẽ

*ſer.*

*sermon. de Purification. Beatæ Mariæ.*

Virgo, ex cuius secretis natus est Iuuenis speciosus prænatis hominum, de cuius labijs diffusa est omnis gratia, perlata perquatripartita mundi climata. *Idem serm. 3. in Natiuitate B. Virg. Mariæ.*

Virgo nimis superque beata, quæ nulli comparanda est merito, nec coequanda castitatis titulo. *Idem serm. 3. de Nat. B. Virg.*

Virgo, per quam venit Dominus omnium potestatum, & virtutum, & dominationum. *Idem serm. 3. de Nat. B. Virg.*

Virgo, quæ æternas Parentum sustulit offensas. Sacratissima, sine viro grauida. Sanctissima, & alta quam dici possit dilecta. Secunda in cuius benedictione Dominus maledictionis notam primæ Virginis transmutauit. *Idem ibid.*

Virgo venerabilis ipsis quoque sanctorum ordinibus Angelorum, ex dignitate diuinæ maternitatis; quod opere manifesto declarauit, ille magnus, atque fortis, Archangelus Gabriel, qui eam antequam Dei mater fieret, quia futuram nouerat, tanta veneratione salutando præuenit. *Idem ser. 1. de Nat. B. V.*

Virgo immaculatissima, quam omnibus, omnes, omnium hominum generationes, vocibus nunquam cessantibus beatissimam prædicant, quia totius mundi peperit Saluatorem. *Mich. Bellus in cap. 6. Cant.*

Virgo admirabilis, quia quamuis de Regi stirpe nata esset, quamis ab Angelo salutata, quamuis gratiæ, & benedictione expleta, quamuis mater Dei electa, tamen in tanta sublimitate, nescit eleuari, sed potius se Ancillam profitetur, & subiectam. *Rudulph. Ardeus hom. 2. in Annunc. B. Mariæ.*

Virgo beata, quæ sine semine de Spiritu sancto concepit. *Idem hom. 2. in Purificat. B. Virg.*

Virgo mater, de qua temporaliter Dominus noster natus est sine Patre. *Idem hom. 2. in Nati. B. Virg.*

Virgo plena gratia, quantum nihil virtutis, nihil meriti, nihil honoris est, quod in ea non abundet; & gratię, quæ singulis sanctis sigillatim distribuuntur, Mariæ vniuersaliter conferuntur *Idem hom. 2. in Annunc. B. Virg.*

Virgo sacratissima, quæ absque viri consortio genuit, non qualemcumque, sed ipsum Dei Filium Deum, & Creatorem suum. *Idem hom. 2. in Natiuit. B. Virg.*

Virgo perpetua, & singularis, quæ sola Spiritus obumbratione Deum concepit. *Guarricus Abbas serm. 4. de Purific. B. Virg.*

Virgo purissima, & pauperrima. *Idem ibidem.*

Virgo mater beatissima. *Idem serm. 1. in Nat. B. Virg. & Io. Rusbroch. in libello de septem amoris gradibus cap. 8.*

Virgo Regali, ex progenie electa, vt æterno Regi Filio Regis, materna quoq; nobilitas Regium honorē deferret. *Guar. Abb. ser. 1. de Annun. SS. V.*

Virgo clemens, pia, & dulcis. *Herman. Contract. in Antiph. salue Regina.*

Virgo prius, ac posterius. *Idem in Antiphonæ Alma Redemptoris.*

Virgo cunctis prælucens virtutibus, ac creatis omnibus præcellens. *Theophilactus in orat. de Præsent. B. Virg.*

Virgo beatissima, ante constitutionem mundi in consilio æternæ sapientiæ electa, & præfecta. *D. Petrus Damian. ferm. 2. in Nat. B. Virg.*

Virgo beatissima, cui non excellentissimus ille patriarcharum chorus, non prouidus prophetarum numerus, non Iudex Apostolorum senatus, non martyrum victor exercitus, non aliquis antiquorum, non quisquamsequentiū Patrum potuit comparari. *Idem hom. in Nat. B. Virg. Mariæ.*

Virgo beatissima, & intemerata, per quam non solum amissa olim vita, hominibus redditur, sed etiam beatitudo angelicæ sublimitatis augetur. *Idem ibidem.*

Virgo, cuius caro ex Adam sumpta maculas Adæ non admisit. *Idem ser. de Assumpt. B. V.*

Virgo Dei Filio singulariter consecranda, & specialiter sancto coniugata spiritui. *Idem serm. de Assumpt. B. Virg.*

Virgo Dei Genitrix, cuius pulchritudinem Sol, & luna mirantur. *Idem ser. 1. de Nat. B. Virg.*

Virgo gratiosis cumulata muneribus. *Idem serm. de Assumpt. B. Virg.*

Virgo ineffabilis, modū in suis laudibus humanæ vocis exuperans. *Idem in hom. in Natiuit. B. Virg. Mariæ.*

Virgo, in qua, & quæ in cœlis, & quæ in terris fuerunt refabricata. *Idem serm. de Assumpt. B. Virg. Mariæ.*

Virgo, in qua vniuersus puluis pigmentarius coniectus est, quia in ea virtutum conuentus reuerendum sibi thalamum consecrauit. *Idem ibidem.*

Virgo intemerata, & gloriosa in lege præfigurata, in Patriarcharum, & Prophetarum oraculis prænunciata, ab Angelo singulari honorificentiæ priuilegio salutata. *Idem serm. 2. de Natiuit. B. Virg. Mariæ.*

Virgo puerpera, Verbum Verbo concipiens absque viro. *Idem in Carminib. de Assumptione B. Mariæ Virg.*

Virgo, quæ inter animas Sanctorum, & Angelorum choros super eminens, & cuncta meritæ singulorum, & omnium titulos antecedit. *Idem serm. de Assumpt. B. Virg.*

Virgo, quæ magnitudinem summæ diuinitatis infrā sui ventris conclusit Arcanum. *Idem ser. 1. de Natiuit B. Virg. Mariæ.*

Virgo, quam tali modo Deus induit, & in ea inductus est, vt meliori non posset. *Idem ibidem.*

Virgo, quam tota Diuinitatis plenitudo, sine mensuræ discretione, perfudit, vt totam caperet, qui fecit totum. *Idem serm. 1. de Natuitat. S. Io: Bapt.*

Virgo, quam totam tota indiuisibilis Dei natura largiori gratia superfudit. *Idem serm. 1. de Natiuit. B. Mariæ Virg.*

Virgo regalis ad Thronum Dei Patris euecta. *Idem ſerm. de Aſſumpt. B. Virg. Mariæ.*

Virgo ſingularis, cui nihil defuit ſanctitatis, nihil iuſtitiæ, nihil religionis, nihil perfectionis. *Idem hom. in Natiuit. B. Virg. Mariæ.*

Virgo ſingularis, & incomparabilis, *Idem ſerm. 2. de Natiuit. B. Mariæ Virg.*

Virgo ſingularis maternis circumſepta viſceribus ſublimiori, quam Hieremias, & Ioannes Baptiſta ſanctificationis genere mundata. *Idem ſerm. 1. de Natiuit. S. Io. Bapt.*

Virgo ſingularis, vtramque naturam exuperans, & immenſitate gratiæ, & fulgore virtutum. *Idem ſerm. de Aſſumpt. Virg. Mariæ.*

Virgo ſplendidiſſima, ex qua proceſſit ſpecioſus forma præ filijs hominum, tanquam ſponſus de thalamo ſuo. *Idem hom. de Natiuit. B. Virg. Mariæ.*

Virgo Virginum. *Idem in Carminibus de Aſſump. B. Mariæ.*

Virgo amabilis, fœcunditatis, quæ Filium Altiſſimi genuit, & perdito humano generi, Saluatorem peperit. *D. Anſelmus in inuocat. ad Vir.*

Virgo beata, in qua magna multitudo dulcedinis Dei, & omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ. *Idem homolog. Euangelij ſecundum Lucam Intrauit Ieſus in quoddam Caſtellum.*

Virgo beata, quæ de carne ſua mundiſſima peperit illum, qui decorem primæ creationis omnium cunctis reſtituit. *Idem in lib. de excellent. Virg. Maria cap. 11.*

Virgo beata, quæ in ſe Dei Filium incorporauit. *Idem in lib de excell. Virg. Maria cap. 19.*

Virgo benedicta, & ſuperbenedicta, per cuius benedictionem benedicitur omnis natura non ſolum creata à Creatore, ſed & Creator à Creatura. *Idem in orat ad B. Virg.*

Virgo caſtiſſima, per quam Deus venit in hunc mundum, & humanum genus ſuo ſanguine ſaluauit. *Idem ibidem.*

Virgo ea puritate niteus, quæ maior ſub Deo intelligi nequit. *Idem in lib. de concep. Virg. cap. 18.*

Virgo in conceptu, in partu, & poſt partum. *Idē in lib. de excellent. S. Virg. cap. 5.*

Virgo, per quam inæſtimabilia bona habet rerum natura. *Idem in lib. de excellent. Virg. Maria cap. 11.*

Virgo, quæ Altiſſimi Patris Filium ex virginali vtero edidit nobis. *Idem ibidem.*

Virgo beatiſſima, de qua Dominus, & Saluator noſter ſecundum carnem factus eſt. *D. Bruno Carthuſ. in ſerm. de Natiuit. Virg. Mariæ.*

Virgo virginum, quia cunctis virginibus maior eſt. *Idem ſerm. 2. de SS. Trinit.*

Virgo viri ſalutationis ignara. *Zacharias Chryſopolit. lib. 1. in vnum ex quatuor cap. 3.*

Virgo Filio Dei deſponſata, cui in officina Spiritus Sancti, induſtria Summi Artificis præparata fuerunt ornamenta. *Franco Abbas lib. 6. de Gratia Dei.*

Virgo ſpecialis, ſpecialiter digna, ſingulariter pulchra. *Ipem lib 6. de gratia Dei.*

Virgo tàm ſpecioſa, vt Regem Cœlorum oculis ceperit, Filium Dei de ſinu Patris allexerit, & in amplexus ſuos cum vlnis charitatis pia violentia captiuum traxerit. *Idem ibidem.*

Virgo beata, & ſemper laudanda. *Euthym. Encomio in adorat. venerandæ Zonæ SS. Deiparæ, & faſciarum Domini.*

Virgo caſtiſſima, & nulli culpæ affinis, quam exrimeſcunt intelligentes omnes Hyerarchiæ, quæ habuit in vtero eum, qui pugno omnia continet, & eum in vtero geſtauit, qui nec contineri, nec adiri poteſt ab vniuerſa Creatura, Deum perfectum, & hominem perfectum, duplicem natura, vna autem conſiſtentem perſona. *Idem ibidem.*

Virgo glorioſa, & pluſquam benedicta, potens omnia. Incomparabilis in bonitate, & benignitate, conuenienter ei, qui ex ea natus eſt, Deus, & homo. *Idem ibidem.*

Virgo intemerata, & impolluta, quæ Verbum illud, quod cœlos conſtituit, habuit in vtero. Perpetua, ſupra quam diei poteſt benedicta, & glorioſa. *Idem ibidem.*

Virgo caſta, in cuius vterum de cœlo deſcendens Dominus, & carnem aſſumens, mentis participem, atque animatam, noſtram ſaluauit naturam. *Io. Zonares in Canone de SS. V. contra hæreſes.*

Virgo Domina, cuius ſupplicationibus Deus habitauit in nobis. Immaculàta, quam ſpiritus Dei increatus obumbrauit. Omnium Regina. *Idem ibidem.*

Virgo immaculata, & pura ab omni peccato. *Odo Epiſc. Camerac. in expoſit. Cantionis.*

Virgo, quæ quanto copioſiori apud ſe meritò coornatur, tanto ſibi indignior ex ſua quaſi inutilitate putatur. *Guibertus Abb. in lib. de laud. B. Mariæ cap. 5.*

Virgo puerpera, per quam fit nobis aditus diuinæ agnitionis; à nemine enim ſcitur, à quo non diligitur. *Idem ibidem.*

Virgo vnica ſine exemplo Deifera. *Idem in tract. contra Iudæos lib. 1. cap. 1.*

Virgo beatiſſima, ad quam Deus Pater ex ſe genitum Filium miſit, vt ipſe Dei Filius Virginis etiam Filius fieret, & ſponſus. *Goffridus Abbas ſerm. in omn. feſtiuit. B. Mariæ.*

Virgo beatiſſima, & incomparabilis, cui partus Deificus fœcunditatem quidem attulit, ſed ſaluam fecit eius virginitatem; & ſic vt voluit, vt veraciter in ea fieret vna perſona, ipſe Deus, & homo, ita voluit, vt ipſa fieret vna perſona Mater, & Virgo. Cui ſeruiunt Angeli, famulantur Archangeli, quam omnis etiam militia cœleſtis exercitus laudat, & veneratur. *Idem ibidem.*

Virgo digna Deo. *Idem ſerm. 4. in Natiuitate Domini & D. Bonauent. in Pſalterio minori B. V. quinq. 1.*

Virgo humilis compatiens, miſericors, & pia. *Goffridus Abbas in ſerm. 4. in Natiuitate Domini.*

Vir-

Virgo incomparabilis. *Idem ſerm.4. in Natiuit. Domini, D.Birgitta in ſerm. Angelico de excellent. V.cap.3.IſidorusTheſſal.in orat.de præſent. B.Virg.& Maurit.de Villaprob.ſerm.31.Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Virgo ineffabilis, quæ verum Dei Filium verum hominem ineffabiliter concepit, & peperit. *Goffrid.Abbas ſerm.in omni feſtiuitate B.Mariæ.*

Virgo laudabilis, atque ſanctiſſima, in qua Creator ipſe factus eſt creatura. *Idem ibidem.*

Virgo mente, & corpore inuiolata. *Idem ſerm. in omni feſtiuit.B.Mariæ.*

Virgo ſancta ante partum, Virgo ſanctior in partu, Virgo ſanctiſſima poſt partum, quæ ſola lætitiam matris ſimul obtinere meruit, & gloriam Virginitatis. *Idem ſerm.1.de Natiuit.Domini.*

Virgo ſancta, gloriosa, honorata à Deo ſublimata. *Idem ſerm.in omni feſtiuit.B.Mariæ.*

Virgo venerabilis, quæ verbo concepit angelico,& clauſo vtero natum mundo edidit Saluatorem. *Idem ſerm.1.in Nativit. Dom.*

Virgo vera, in qua verus Dei Filius Chriſtus Dominus, verè aſſumpſit animam, & carnem. *Idem ſerm.in omni feſtiuit. B. Mariæ.*

Virgo beata, pauper, humilis,odediens,quieta, modeſta,ſimplex,ſapiens. *Hugo de Vict.lib.4. de Proprietatib. & Epitetis rerum cap.2.*

Virgo floribus honoris, & honeſtatis ornata. *Idem ſerm,in quolibet feſto Sanctæ Mariæ, qui eſt in ordine.SS.*

Virgo gloriosa,ſemper nominanda, & nulla obliuione tacenda. *Idem ſerm. in quolibet feſto B.Mariæ,qui eſt in ordine SS.*

Virgo virginum ſingularis integritate, vnica caſtitate,excellens dignitate. *Idem ibid.*

Virgo beata,cuius vita integerrima non habuit cur gemeret, niſi vulnus charitatis propter dilationem plenæ, atque perfectæ beatitudinis,in tempore huius peregrinationis. *Rupert. lib.7.de glorificat. SS. Trinit. & Proceſſ.Spiritus Sancti cap.13.*

Virgo dilecta, de cuius vtero proceſſit Dilectus,tanquam ſponſus de thalamo ſuo. *Idem lib.3.comment.in Cantic.canticor.*

Virgo felix, cuius vbera ſuxit is, qui Angelos ſuæ viſionis dulcedine paſcit. *Idem lib.1. commentar.in Cantic.canticor.*

Virgo incorrupta, quæ eſſentialiter ſanctum de Spiritu Sancto concepit. *Idem lib. 1. de Operib.Spiritus Sancti cap.10.*

Virgo, in cuius ſinum, immo vterum, Deus Rhinoceros fortiſſimus, atque omnipotentiſſimus,incomprehenſibilis cunctis venatoribus, ſingulare deponens Omnipotentiæ cornu,comprehendi, & occidi potuit à venatoribus à Iudæis infidiantibus. *Idem lib. 2. Comment.in Deuteronom.cap.15.*

Virgo ſacra, de qua natus eſt Chriſtus nouus Adam. *Idem lib.6.in Oſeam Prophetam.*

Virgo ſolitaria,nullique viro peruia. *Idem lib.1. Comment.in Matthæum.*

Virgo vere fidelis, & veraciter magnæ fidei. *Idem lib.1.Commentarior.in Cantic. canticor.*

Virgo valde fidelis,quæ per fidem Deum caſtis viſceribus ſuſcepit. *Idem lib. 7. Glorificat. SS. Trinit. & Proceſſ. Spiritus Sancti cap.6.*

Virgo immaculata, ad cuius opem ceu ad petram,tutamque anchoram confugiendum. *Theoleptus in Canone, ſiue Cantico compunct.*

Virgo intacta,cuius roris aſperſione ardor libidinis extinguitur. *Idem ibidem.*

Virgo admiranda,& omni honore digniſſima. *D.Bernardus Abb.hom.2.de laudib.Virg.Matris ſuper miſſus eſt.*

Virgo Mater pijſſima, ſanctiſſima, ac beatiſſima. *Idem in lamentat.Virg.Mariæ.*

Virgo natura pauida,ſimplex,verecunda, venerabilis,humilis,ſancta,ſobria,deuota. *Idem hom.1.de laudib.Virg.Matris ſuper miſſus eſt.*

Virgo, per quam omnis mortalitas emerſit ad vitam. *Idem Epiſt.174.ad Canonicos Lugd.*

Virgo prudens, lampadem habens, & in vaſe oleum portans. *Id. ſerm.2.in Aſſumpt.Beatæ Mariæ.*

Virgo, quam ſibi ſancta Trinitas ſanctificauit. *Idem in ſerm.de B.Mariæ,cuius initium eſt Ane Maria.*

Virgo Regia, gemmis ornata virtutum, geminoque, mentis pariter, & corporis decore præfulgido ſpecie ſua,& pulchritudine ſua in Cœleſtibus cognita. *Idem hom. 2. de laudib. Virg.Matris ſuper miſſus eſt.*

Virgo ſacerdotalis. *Idem ſerm. in Natiuit. SS. Virg.de Aquaduct.*

Virgo Deum eni... *S.Petrus Cluniac.proſa in honorem Matris Domini.*

Virgo plena gratia, plena Deo, plena Spiritu Sancto, & virtute Altiſſimi. *Idem lib.3. Epiſtolarum Epiſt.vltim.*

Virgo ſemper nominanda. Sublimis, & ſupercœleſtis. *Idem ibidem.*

Virgo ſumma, ac ſupercœleſtis, Chriſti Mater. *Idem in prolog.tractat.contra Iudæos.*

Virgo ſigularis,quam de ſpiritu ſuo Deus Pater glorioſè fœcundauit. *Nicol.Mon.in Epiſt. de Concept.B.Virg.ad Petrum Cellenſem.*

Virgo glorioſiſſima, de qua nihil niſi virgineũ excogitari poteſt; quod autem aliter præſumitur,ex corruptione mentis progreditur, & ex cogitantis vitio proficiſcitur. *Petrus Cemes.in ſerm.de Concept.B.Virg.*

Virgo glorioſiſſima, non ſolum in conceptione ſua,verum etiam ante omnem conceptionem benedicta. *Idem ibidem.*

Virgo plena Deo,maior mundo,celſior Cœlo, fœcundior Paradiſo. *B. Aelredus ſerm.in Annunciat.B.Virg.*

Virgo exaltata, ſicuti cedrus in libano, obumbrans angelicæ excellentiæ cacumen. *Arnoldus Carnot.de laudib.SS.Mariæ.*

Virgo puerpera,in ſupernis,& inferuis admirabilis,

bilis. Sancta, in qua antiquum consilium de incarnato Verbo palam factum est mundo. solitaria, vacans meditationibus sanctis. *Idem ibidem.*

Virgo beata, in qua nil terribile est, nam in ipsa est plenitudo gratiæ, & puritas humanæ vitæ. *Petrus Bleff. serm.* 12.

Virgo sapiens, quæ fatuis virginibus remanentibus foris cum sponso ingressa est ad gaudium nuptiale. *Idem serm.* 34.

Virgo præcunctis mulieribus cœlesti, atque inuisibili oleo singulariter vncta. *Adam de Pers in Mariali fragm.* 3.

Virgo prudentissima, quæ oleum in lampade habuit, cum gratiæ plenitudinem in spiritu puritatis susceperit. *Idem ibidem.*

Virgo Cœlestis. *Petrus Abbas Cell. in lib. de panibus cap.* 2.

Virgo, de cuius fructu tota simul nutritur Ecclesia. In qua omnium virtutum Chorus adunatur, vt Rex virtutum suscipiatur. *Idem ibidem.*

Virgo nostra beatissima, in æterna prædestinatione singulari priuilegio munita, nec à sua Conceptione in aliquo violata. *Idem libro* 9. *Epistolar. Epist.* 10.

Virgo Adolescentula quæsita ex omnibus finibus Israel, vt staret coram Rege castitate, & humilitate, & foueret cum ineffabili despiritu Sancto Conceptione, dormiretque Rex in sinu eius vel ipsa in sinu Regis, quieta ab omnium vitiorum infestatione, & Deum continens vteri integerrimi consecratione, & calefaciens calefaceret eum singularis charitatis illustratione, *Idem sermone festo in Synodo.*

Virgo, cuius singulare, ac speciale priuilegium præ Angelis, præ omnibus Sanctis, præ omnibus Dei donis est, quod Virgo concipiet, & pariet Filium. *Idem serm.* 6. *de Aduentu.*

Virgo Dei Genetrix confringens virtutem serpentis antiqui Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam in vtero concipiens non ex concupiscentia viri, sed ex gratia Dei. *Idem serm.* 2. *in Annunciat.*

Virgo Dominum singulariter amans, & à Domino præamata, qua nihil amabilius in vniuersis creaturis. *Idem serm. in Vigilia Natiuit. Domini.*

Virgo, ex qua mundo apparuit lux vera, sanitas æterna redemptio copiosa. *Idem ser.* 1. *de Assupt. B. Virg.*

Virgo immaculata, inuiolata, soli Deo apta carne incorrupta, fide integra, pulchra vt Luna electa vt Sol. *Idem serm.* 3. *de Pentec.*

Virgo non diuisa, sed vna virtute, virginitate, conceptione, prole, dignitate, protestatione propitiatione, & saluatione. *Idem ser.* 6. *de Aduent.*

Virgo nostra, cui Deus confertum. & coagitatum omnium gratiarum cumulum reseruauit vt haberet proprium fontem, cui nec Angelus nisi cum gratiarum actione communicaret. *Idem ibidem.*

Virgo ore, oculis, labijs digito, pede, manu, corde, mente, carne. *Idem ibidem.*

Virgo, per quam reperimus Deum, & hominem. *Idem serm.* 1. *de Assumpt. B. Virg.*

Virgo prudentissima, in cuius vteri vestibulo tres doctissimæ puellæ de Israel in omni varietate, & pulchritudine texentes, scilicet prædestinatio sapientia, & gratia diuina simul, & similiter in præparanda tunica Verbi Dei cooperatæ sunt. *Idem serm.* 1. *de Adu.*

Virgo sapiens, quæ habuit oleum effusum in ventre suo cum lampade mirabilium operum, quæ introiuit cum sponso, imo in quam introiuit sponsus, & Filius eius Iesus. *Idem serm.* 6. *de Aduersu.*

Virgo singularis sola omnibus sufficiens, quæ singulos odore vnguentorum suorum ad amorem suum trahit. *Idem serm.* 1. *de Assump. B. Mariæ Virg.*

Virgo Virginum, de qua splendor gloriæ de Patre luminum ante tempora sæcularia æterna procedens genitura, carne sumpta in plenitudine temporis in humana verus Deus, & verus homo apparuit sine peccato natura. *Idem serm.* 3. *de Assumpt. B. Mariæ Virg.*

Virgo Virginum, quæ carnem, & sanguinem de intactis, & Sacrosanctis Visceribus incarnando Verbo pro nostra repatatione præparauit. *Idem serm.* 4. *in Annunciat. B. Virg.*

Virgo certa fide, spe robusta, feruens spiritu, vel amore. *Philippus Abbas lib.* 1. *Canticis Canticor. cap.* 3.

Virgo Dei Filio desponsata. *Idem ibidem.*

Virgo diligens, & dilecta. *Idem lib.* 3. *in Canticis Canticor. cap.* 16.

Virgo docta, dyues, prudens, studiosa. *Idem lib.* 5. *in Cantic. Canticor. cap.* 3.

Virgo electa. *Idem lib.* 6. *in Canticis Canticorum cap.* 15.

Virgo floridæ pulchritudinis, & mundæ, ac fœcundæ rectitudinis. *Idem lib.* 1. *in Canticis Canticor. cap.* 16.

Virgo fœcunda spiritu, quæ Deum peperit in incarnatum, & inuisibilem Deitate, ad homines protulit calceatum. *Idem lib.* 3. *in Canticis Canticor. cap.* 25.

Virgo genere nobilis, insignis moribus, præ filiabus hominum speciosa, literis sapiens, humilis spiritu, meritis gloriosa. *Idem in explicat. Tituli Cantic. Canticor.*

Virgo incorrupta, cui ille spiritus obumbrans, in ea Deo, Dei Filio, gratum vmbraculum præparanit. *Idem lib.* 1. *in Canti ca Canticorum cap.* 25.

Virgo, in qua Verbum Patri coæternum, Dei sapientia carne voluit sic vestiri, vt quod erat permanens dignaretur habitu vt homo inueniri. *Idem libr.* 2. *in Cantic. Canticorum cap.* 7.

Virgo insignis virtutibus, & venusta excellen-

tia

tia meritorum. *Idem lib 6. in Cantic. Canticor. cap.* 28.

Virgo inter cæteras, hoc est præ cæteris mulieribus speciosa. *Idem in Cantic. Canticor. cap.* 1.

Virgo mira. & miranda. *Idem lib. 6. in Canticis Canticor. cap.* 9.

Virgo non tam melle, quam dulcedine plena mentis; diues non pecunia, sed spiritualibus documentis. *Idem lib.* 4. *in Canticis Canticorum cap.* 4.

Virgo plena Deo, diues dono gratiæ plenioris. *Idem. lib.* 2. *in Cantic. Canticor. cap.* 23.

Virgo præ cunctis Virginibus dignè læta, & diuinis muneribus totius gratiæ repleta. *Idem lib.* 1. *in Cantic. Cantic. cap.* 1.

Virgo prudens, & in omnibus prudenter erudita. *Idem lib.* 2. *in Cantic. Canticor. cap.* 23.

Virgo, quæ hominem, salutem hominum, parturiuit vtero virginali. *Id. lib.* 4. *in Canticis Canticor. cap.* 23.

Virgo, quam Deus sibi assumpsit fœdere nuptiali, sed supra legem nuptiarum conseruauit integram mente, & corpore virginali. *Idem Prooem. in Cantic. Canticor.*

Virgo, quam sibi ab æterno in Matrem Dei Filius prælegit, in qua tépore congruo sumens carnem membris contractioribus se coegit, de qua nasci voluit, sepe carnis nouo genere non abrupta, cuius factus est Filius, ante partum, & post partum virginitate penitus incorrupta. *Idem lib.* 2. *in Cantic. Canticor. cap.* 1.

Virgo sanctissima, atque millies benedicta. *Idem tom.* 2. *moralitatum in Cantic. Canticor.*

Virgo, ad quam venit Deus, & quam præuenit, vt cum ea esset, & in ea, & ex ea, & esset per eam in nobis. *Baldvin. Deuon. in tract. de salutat. Angel.*

Virgo, cuius tanta fuit integritas, & mentis, & corporis castitas, vt tota Virgo fuerit, tota impolluta, tota immaculata, nullo sensu corrupta, nullo sensu contaminata; totum erubuit, quod turpe est, totum reprobauit, quod malum est; totum voluit, quod pudicum est; totum deuouit, quod inhonestum est. *Idem ibidem.*

Virgo sine macula peccati, sine ruga duplicitatis, sine ceruſa deceptionis. *Garnerius Lingon. ſerm.* 3. *de Natiuit. Beatæ Virg.*

Virgo pariens virum. *Innocent. Papa* 3. *ſerm.* 2. *in Natiuit. Dom.*

Virgo Augusta, non despiciens nos iactatos procella fluctuum mundanorum, sed dans nobis manum auxilij ægritudine vitæ dilassatis. *Theodorus Lascbus Imperator in proem. lib. V.*

Virgo sancta, cui similis non est nata in mundo in mulieribus. *D. Franciscus orat.* 2. *ad SS. Virg. Mariam.*

Virgo pura, pulchra nimis, intus foris. *B. Ioseph Steinuel opuſculo* 4.

Virgo verecunda, rubicunda, lætabunda, cuius vultum is, qui videt, de ea gaudet, ad eam ridet, nam formas vincit omnium. *Idem ibid.*

Virgo, & Mater, quod nulla alia vndè in figura eius dicitur de Iudith. cap. 1. 1. ciusdem; Non est talis mulier super terram. *Ricch. à S. Laur. de laud. Virg. lib.* 3.

Virgo non solum vna de numero prudentium virginum, sed omnium pudentissima, habens lampadem integerrimæ virginitatis, & oleum misericordiæ in omnibus vasis suis, in vase cordis per affectum. in vase manuum per effectum; in vase oris per benignitatem orationis. *Idem de laud. SS. Virg. lib.* 4.

Virgo per antonomasiam, seu antonomasticè. *Idem ibidem.*

Virgo propter integritatem intentionis, & munditiam mentis, quam præstat diligentius se. *Idem de laud. SS. Virg. lib.* 2.

Virgo prudens, quæ oleum, idest nitorem bonæ conscientiæ, vel pietatis, & misericordiæ, habuit in vase triplici, scilicet cordis, oris & operis, cum lampade integerrimæ virginitatis. *Idem de laud. SS. Virg. lib.* 6.

Virgo, quia præstat mentis constantiam, & munditiam, & quasi reuirginat corpora dissoluta, conferens gratiam castitatis. *Idem de laud. SS. Virg. lib.* 4.

Virgo regia gemmis ornata virtutum, geminoque mentis pariter, & corporis decore præfulgida, specie sua, & pulchritudine sua in cœlestibus cognita, quæ Cœli ciuium in se prouocauit aspectus; ita vt Regis animum in sui concupiscentiam inclinaret, & cœlestem nuntium ad se de supernis educeret. *Idem de laud. SS. Virg. lib.* 1.

Virgo sapiens, quæ accepta lampade, idest exteriori conuersatione honesta, sumpsit secum oleum, idest bonæ conscientiæ testimonium. Matth. 25. *Idem de laud. SS. Virg. lib.* 12.

Virgo ab Angelo salutata, à Deo desponsata, quæ de Spiritu Sancto concipiens Deum verum, & hominem genuit. *D. Amadeus hom.* 1. *de laud. SS. Virg.*

Virgo gloriosa, quæ in carne degens extulit se extra carnem, & carnis passiones magnitudine robore Spiritus, instar Velleris, quod cum sit de carne, excrescit extra carnem, & carnis passiones ignorat. *Idem hom.* 3. *de laud. SS. V.*

Virgo humilis ad thronum gloriæ coronata consecendens. *Idem ibidem.*

Virgo Mater, omnium in se charismatum, commercia deferens, prima namque visione scintillans, sacri amoris ignibus proximorum pectora suauiter exurebat, animis fidem suggerebat, verecundiam suadebat, honestatem venustabat, instectens ad pietatem spirabat florem Virginitatis, ferebat nouale castitatis, dipingens oculis habitum humilitatis, & præferens indicium veritatis. *Idem hom.* 7. *de laud. SS. Virg.*

Virgo pulcherrima, quæ strictis amplexibus Auctori pulchritudinis hærens, effecta est plus Virgo, imo, plusquam Virgo, quia Mater, & Vir-

Virgo. *Idem hom. 1. de laud. SS. Virg.*

Virgo, quæ Chriſtum ſalua virginitate peperit, quia ſaluo pudore concepit; peperit inuiolata, quia illibata ſuſcepit; & quia in delictis nō concepit, abſque dolore peperit, nullum habens in Conceptione contagium, nullum paſſa in partu diffidium. *Idem hom. 4. de laud. SS. Virg.*

Virgo, quæ ſola Emanuelem meruit ſuſcipere, ſola parere, ſola lactare. *Idem hom. 1. de laud. SS. Virg.*

Virgo Virginum, vernans in floribus, & in fructuum ſuauitate delicians. *Idem ibidem.*

Virgo puerpera. *S. Simeon. Stoк in precatione ad Deip. Virg.*

Virgo ſola digna dici, area compluta cœleſtique rore imbuta. *S. Simeon Stock in hymno de Deipara Virg.*

Virgo admiranda. *S. Bonauent. in Pſalter. minori B. Virg. Quinquagen. 2.*

Virgo caſta, quæ Deum parere, & ſic parere meruit, quod virginitatem non amiſit. *Idem in ſpeculo B. Virg. cap. 13.*

Virgo Deo chara, pulchra nimis, ſuauis, prudens, clara. *Idem in Pſalterio minori B. Virginis Quinquag. 1.*

Virgo Deo iuncta. *Idem in Pſalt. minori B. Virg. Quinquagen. 2.*

Virgo digna coli. *Idem in Pſaltr minori B. Virgin. Quinquag. 1.*

Virgo diligenda, laude cunctis præferenda. *Idem ibidem.*

Virgo formæ raræ. *Idem in Pſalt. minori Beatæ Virg. Quinquag. 1.*

Virgo fructifera. *Idem in ſpeculo Beatæ Virg. cap. 16. & vltimo.*

Virgo gloriоſiſſima. Gratioſiſſima. *Idem ibid.*

Virgo gratiſſima. *Idem in ſpeculo Beatæ Virg. cap. 5.*

Virgo luciduſſima. *Idem in ſpeculo Beatæ Virg. cap. 9.*

Virgo Palmæ coæquata. Pia ſine pari. *Idem ibidem.*

Virgo plena bonis. *Idem in Pſalt. minori Beatæ Virg. Quinquag. 1.*

Virgo plena gratia, & clementia. *Idem in Litaniis Pſalterij B. Virg.*

Virgo pleniſſima. *Idem in ſpeculo Beatæ Virg. cap. 7.*

Virgo pollens laude multa. *Idem in Pſalt. minori B. Virg. Quinquag. 3.*

Virgo primitiua. *Idem in Pſalt. minori B. Virg. Quinquag. 2.*

Virgo prudentiſſima. *Idem in expoſit. ſuper ſal. ne Regina.*

Virgo recti cordis. *Idem in Pſalt. minori B. Virgin. Quinquag. 2.*

Virgo Regia ex Dauidica ſtirpe nata. *Idem in ſerm. 1. de B. Virg. Maria.*

Virgo Regina. *Idem in Pſalt. B. Virg.*

Virgo ſacratiſſima. *Idem in Præfat. Pſalterij B. Virg.*

Virgo ſanctiſſima, dulciſſima, ac digniſſima. *Idem in ſpeculo B. Virg. cap. 3.*

Virgo ſupercaſtiſſima, & mundiſſima. *Idem in laud. B. Virg. Mariæ.*

Virgo ſine dolo. *Idem in Pſalt. minori. B. Virg. Quinquag. 2.*

Virgo ſublimiſſima. *Idem in ſpeculo B. Virg. cap. 11.*

Virgo ſuper omnia benedicta. *Idem in Cantic. Pſalterij B. Virg.*

Virgo tota lenis. Tota pia. *Idem in Pſalt. minori B. Virg. Quinquag. 3.*

Virgo vernans flore. *Idem in Pſalt. minori Beatæ Virg. Quinquag. 1.*

Virgo vincens Solem. *Idem in Pſalt. minori B. Virg. Quinquag. 2.*

Virgo beata. *D. Thomas Aquinas ſerm. 2. in Annunciat. B. Mariæ.*

Virgo beatificata ab omnibus generationibus. *Idem ſerm. in Annunciat. B. Mariæ ex Epiſt.*

Virgo benedicta ab Angelis, quia eorum vitam in terris inchoauit, inſtituendo vitam Virginum: eorū ruinam reparauit, gignendo eum, qui reparauit, eorum ſe allocutionibus humiliauit, dicendo: Ecce Ancilla Domini. *Idem ſer. 2. in Annunciat. B. Mariæ.*

Virgo benedicta ab omnibus creaturis, quia eas à coinquinatione liberat, quia earum Creatorem lactat, quia eas in ſtatum priſtinum renouat, Filius enim, quem genuit, creaturas omnes creauit, eas emundauit, ipſas renouauit. *Idem ibidem,*

Virgo benedicta à Deo Patre, quia in eodem Filio ſecum communicat. Benedicta à Filio, quia dignum habitaculum ei præparauit. *Idem ibidem.*

Virgo benedicta à mulieribus, quia eas ab inimicis liberat, quoad virum excuſat, quoad Deum honorat, mulieres; enim per peccatum à diabolo tenebantur, à Deo aſpernabantur, ſed Beata Virgo ab inimicis liberauit, quia Chriſtus Filius eius diabolum deſtruxit; quoad virum excuſat: ſi dicit vir propter te damnor, mulier poteſt reſpondere, per me ſaluaris; item honorauit quoad Deum, quia idem eſt Filius Dei, & Filius mulieris. *Idem ibidem.*

Virgo benedicta à peccatoribus, quia eos de angustia liberat, in periculis adiuuat, & de peccatis veniam impetrat. Benedicta à Spiritu Sancto, cuius operatione Saluatorem mundi genuit. *Idem ibidem.*

Virgo exaltata ſicut Angeli, Patriarchæ, & Prophetæ, Apoſtoli, Martyres, Confeſſores, & Virgines. *Idem ſerm. in Aſſumpt. B. Mariæ.*

Virgo exaltata ſuper Choros Angelorum, & ſuper omnes Sanctos. *Idem ibidem.*

Virgo gloriоſa, à qua in omni periculo poſſumus ſalutem obtinere, cum ab ea mille Clypei, ideſt remedia, contra pericula pendeant. *Idem in expoſit. ſalut. Angelic.*

Virgo gratioſa, & gloriоſa. *Idem ſerm. in Annunc. B. Mariæ Virg. ex Epiſt.*

Virgo

Virgo ſpecioſa propter candorem Virginitatis, tuborem charitatis, & rectitudinem ſanctitatis, benignitatem humilitatis; propter flores deſiderabilium morum, propter pulcherrima folia dulcium verborum. *Idem ibidem.*

Virgo antonomaſticè, quæ ſola virgnitatem verè in ſummo habuit. *Albert. Magn. ſuper Miſſus eſt cap. 34.*

Virgo beata, igne Spiritus Sancti totaliter ſuccenſa. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 11.*

Virgo beata, omni laude digniſſima. *Idem ſuper miſſus eſt cap. 39.*

Virgo beatiſſima, benedictiones ſingulorum, ſingulariter, & vniuerſorum vniuerſaliter, ſingulas, & vniuerſas poſſidens in ſupremo. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 228.*

Virgo beatiſſima, cui Deus tantum dedit, quantum puræ creaturæ potuit. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 38.*

Virgo beatiſſima', in ſubſtantia, ad ſummam propinquitatem cum Deo eleuata, non enim poterat altius eleuari, quam quod eſſet Mater Dei. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 36.*

Virgo beatiſſima, per inſitam ſibi naturaliter miſericordiam, peccatores ad Cœlum trahens. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 184.*

Virgo beatiſſima, quæ in omnium virtutum apicem ſublimata, de congruo, & ſingulari ſuo merito, mundo ſubuenit perdito, Saluatorem gignendo. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 39.*

Virgo benedictiſſima. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 34. Dionyſ. Cartuſ. de laud. SS. V. lib. 1. tit. 1.*

Virgo Dauidicæ ſtirpis, ex cuius Aue, etiam alij de poſteritate Euæ à vè purgati ſunt. *Albertus Mag. in Poſtillis ſuper cap. 1. Luc.*

Virgo Deo chariſſima. *Idem ſuper Miſſus eſt. 50.*

Virgo donis Spiritus Sancti pleniſſima. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 40.*

Virgo, & Mater, ſoluta, & Vxor, & Vidua, voto ſeruiens, & libera, in qua omnis ſpes vitę, & omnis ſpes virtutis ſecundum quemlibet ſtatum: omnis enim ſtatus exemplum habet in ea. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 10. Luc.*

Virgo, & Mater, Virgo, & Matrona ſancto matrimonio iuncta. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Luc.*

Virgo eximiæ pietatis, & miſericordiæ. *Idem ſerm. 2. in Annunciat. B. Mariæ Virg.*

Virgo fideliſſima. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 228.*

Virgo gratioſa, ideſt gratia plena. *Idem in Dominica 5. poſt Trinitatem.*

Virgo habens coronam Regni Eccleſiæ militantis, & Eccleſiæ triunphantis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 71.*

Virgo, in qua nihil fulſit niſi diuinum. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Luc.*

Virgo inter omnes virgines ſingularis, vtpote nec primam habens vllam ſimilem, nec ſequentem. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 34.*

Virgo miſericordiſſima. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 228.*

Virgo mundiſſima, humillima, caſtiſſima. *Idem ſerm. 2. in Natiuit. Domini.*

Virgo mundiſſimæ naturæ. *Idem ſerm. 3. in Natiuit. Beatæ Mariæ.*

Virgo nobiliſſima, & digniſſima in ſummo. *Id. ſuper Miſſus eſt cap. 50.*

Virgo patientiſſima. *Idem ſerm. 2. in Annunciat. B. Mariæ Virg.*

Virgo profundiſſimæ humilitatis, & ſummæ nobilitatis, & dignitatis. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 50.*

Virgo pulcherrima, & incognita viro. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Virgo, quæ habuit omnes aureolas, & omnia dona gratuita omnium aliorum Sanctorum. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 117.*

Virgo, quæ mulieris peccata aboleuit. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 34.*

Virgo, quæ non cadit in numerum cum alijs, quia non eſt vna de omnibus, ſed ſuper omnes. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 117.*

Virgo, quæ opprobrium virginitatis abſtulit, & virginitatem conſecrauit. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 34.*

Virgo quieta, non vaga, non garrula, quietis impatiens. *Idem in Poſtillis ſuper cap. 1. Lucæ.*

Virgo Regia, Dauidica, puerpera. *Idem ibidem.*

Virgo ſingularis inter omnes, & multis priuilegijs priuilegiata. *Idem ſuper miſſus eſt cap. 34.*

Virgo ſummè odotifera. *Idem. ſerm. 3. in Aſſump. Beatæ Mariæ.*

Virgo tardiloqua, non multiloqua. *Idem ſerm. 2. in Annunciat. Beatæ Mariæ Virg.*

Virgo verax, & veritatem in omni verbo, & facto ſeruans. *Idem ibidem.*

Virgo virginum, in cuius virginea carne beata Deitas almæ humanitati ſe voluit ſociare. *Idem in orat. ad B. Virg. incipiente. ſalue in vtero virginali.*

Virgo virginum, quæ ſine præcepto, ſine conſilio, ſine exemplo, glorioſum munus Virginitatis Deo obtulit, & per ſui imitationem omnes virgines Virgo generauit. *Idem ſuper Miſſus eſt cap. 34.*

Virgo prudens, quæ Lampades ſuas, id eſt corpus ſuum, & animam ornauit oleo puritatis, lichno pietatis, lumine veritatis, & igne charitatis. *Iacobus de Voragine in Marialiſer. 9. V.*

Virgo glorioſiſſima, quæ de antiquo ſerpente victoriam reportauit. *Ægidius Columna in expoſit. in ſalutat. Angel.*

Virgo mentis, & corporis integritate. *Alanus de Inſul. in cap. 1. Cantic.*

Virgo, quæ proprium pariendi lege pudorem non perdens, matris meruit cum Virgine nomen, in quo concordant duo nomina vitæ ſepulta, quæ ſecum pugnare ſolent, litesque mouere, nec iam diſcordant, Mater, Virgoque, ſed ipſis litibus excluſis, ſe pacis ad oſcula vertunt. *Idem in Anticlaud. lib. 5.*

Virgo dulciſſima, glorioſa, beata, præclara. *S. Methildis lib. 1. gratiæ ſpiritualis cap. 13.*

Virgo excellentiſſima, ſanctiſſima, nobiliſſima, amatiſſima, digniſſima. *Eadem lib. 1. gratiæ ſpiritualis cap. 57.*

Virgo intacta. *Eadem lib. 1. gratiæ ſpirit. cap. 15.*

Virgo ſereniſſima, beatiſſima, *Eadem libr. 1. gratiæ ſpiritualis cap. 56.*

Virgo non modò anima, verum etiam oculis, & auribus, quæ nec viderit, nec audierit quicquam inhoneſtum. *Nicephorus Gregoras orat. in S. Deiparam.*

Virgo beata, in qua omnis virtus, & operatio Sanctiſſimi Spiritus habitauit. *Matthæus Cantacuzenus in cap. 4. Cantic. Canticor.*

Virgo, cuius forma diuina inuiolata, ac firmata ſuper fundamenta diuina. *Idem in cap. 7. Cantic. Canticorum.*

Virgo omni ex parte inculpata. *Idem in cap. 1. Cantic. Canticor. Salom.*

Virgo omni ex parte labis expers. Ineffabilis, Innocentiſſima. *Idem in cap. 2. Cant. Cantic.*

Virgo integerrima. Intemeratiſſima. Inter omnes alios hominès ſapiens, & intellectu præeminens. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 5.*

Virgo laudabiliſsima. *Idem in Mariali orat. 6.*

Virgo per repromiſsiones Deo deſponſata. *Idem in Mariali orat. 4.*

Virgo puriſsima. *Idem in Mariali orat. 6.*

Virgo, quæ propriè permanſit Virgo, quæ ſola mentem illibatam ab illecebrarum inſidijs ſemper ſeruauit, quæ ſola ab omnibus mulierum legibus fuit immunis, & diuinæ diſpoſitionis Verbo referuata. Virgo ſapientiſſimè verum geſtans. *Idem ibidem.*

Virgo amabiliſsima. *Idem in Mariali orat. 6. & Dionif. Car. de laud. SS. V. lib. 1. art. 1.*

Virgo, cuius dignitatem intellectus nullus capere poteſt. *Iacobus Monachus in Mariali orat. 4.*

Virgo immaculatiſſima. *Idem in Mariali orat. 6.*

Virgo impolluta. *Idem in Mariali orat. 4.*

Virgo victrix. *Io: Hondemius in hym. de Aſſumpt. Beatæ Virginis.*

Virgo vim naturæ tranſgrediens. *Idem hym. 2. de partu virgineo, & laudat. Pueri Ieſu.*

Virgo Cœleſtis, cuius Cella fuit Cœlum, in quo cum vniuerſis deſiderijs ſuis tota incluſa fuit. *Io. Thauler. ſer. in feſto Natiuit. B. V. Maria.*

Virgo digniſſima ſupra mortales omnes. *Idem ſerm. in feſto Purificat. B. Virginis.*

Virgo diuiniſsima. *Idem ibidem. & Dionif. Carthuſ. de laud. SS. Virg. lib. 1. Art. 54.*

Virgo Mater dulciſsima. *Io. Tauler. in Tract. de decem Cœcitatibus cap. 11.*

Virgo Mater ſpecioſiſsima, ſplendidiſsimaque. *Idem ibidem.*

Virgo perpetua omni ornata puritate. *Idem ſer. in feſto Purificationis Beatæ Virginis.*

Virgo præclariſsima. *Idem ibidem.*

Virgo prorſus diuina, & intemerata. *Idem ſerm. in feſto Natiuitatis Beatæ Virginis.*

Virgo ſanctiſsima, beatiſsima. *Idem in feſto Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis.*

Virgo tota pulchra, & Deificata, in corpore, naturalique complexione, & ſenſibus ſuis ſanctiſsima. *Idem in Tract. de decem Cœc. c. 11.*

Virgo benigniſsima. *Henricus Suſo cap. 20. Dialogi ſapientiæ, & miniſtri eius. Dionif Carthuſ. de laud. SS. V. lib. 1. Art. 2. & Maurit. de Villaprob. ſerm. 20. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Virgo integerrimæ, quæ cœpit inſuperabilem vnicornem. *Henric. Suſo. cap. 16. Dialogi ſapientiæ, & Miniſtri eius.*

Virgo ſacratiſsima, quam ſalutant corda omnia, & linguæ omnibus laudibus vehunt; quâ-doquidem quidquid in nos beneficij conferre voluit benignitas Dei, per eius manus in nos deriuatum eſt. *Idem cap. 20. Dialogi ſapientiæ, & Miniſtri eius.*

Virgo ſine ſterilitate. *Ern. Praf. in Mariali cap. 78. & Bernardin. de Buſt. ſer. 8. de Annun. B. M.*

Virgo verè Nazarena, & florida, candidior niue per caſtitatem, nitidior lacte, quia cum pudicitia habuit innocentiam; rubicundior Ebore antiquo, quia cum innocentia habuit verecundiam, Sapphyro pulchrior, quia cum verecundia habuit ſanctimoniam, & vitam perfectè celibem. *Ern. Praf. in Mariali cap. 98.*

Virgo ab Angelo ſalutata. *D. Birgitta in ſerm. Angel. de excellent. Virg. cap. 14.*

Virgo beatiſsima, in qua Deus magnus factus eſt puer paruus: antiquiſsimus Dominus, factus eſt puſillus Filius: ſempiternus Deus, & Creator inuiſibilis creatura. *Eadem lib. 3. reuelat. cap. 29.*

Virgo deſiderabilis. *Eadem in ſerm. Angel. de Excellent. Virg. cap. 3.*

Virgo digniſsima, & honeſtiſsima, in Dei matrem electa. *Eadem in orat. 4. reuelat.*

Virgo, & Mater gloriosa. *Eadem in ſerm. Angel. de excellentia Virg. cap. 2.*

Virgo fœcundiſsima, & Virgíniſsima. *Eadem in orat. 4. reuelat.*

Virgo gloriosa ab omni peccato immunis. *Eadem in ſerm. Angel. de excellent. Virg. cap. 16.*

Virgo in corpore, & anima, Spiritu ſancto plena. *Eadem in ſerm. Angel. de excellent. V. c. 15.*

Virgo, in cuius vterum Filius Dei venire dignatus eſt, excluſa quacumque carnis contagioſa voluptate. *Eadem lib. 3. reuelat. cap. 10.*

Virgo indubitata, dubitante ſponſo. *Eadem lib. 4. reuelat. cap. 18.*

Virgo Mater, implera omni diuina ſapientia, cum Deo. *Eadem lib. 1. reuelat. cap. 31.*

Virgo mundiſsima, in qua Deus mundiſsimus quieuit. *Eadem lib. 1. reuelat. interrogat. 12.*

Virgo omnis peccati expers. *Ead. in ſer. Angel. de Excellent. Virg. cap. 5.*

Virgo præclecta in Dei Matrem. *Eadem in ſer. Angel. de excellent. Virg. cap. 5.*

Virgo pretioſa. *Eadem lib. 4. reuelat. cap. 140.*

Virgo puriſsima, & immaculata. *Eadem lib. 1. reuelat. cap. 31.*

Virgo ſanctiſsima. *Eadem in ſerm. Angel. de excellent. Virg. cap. 4.*

Virgo ſummæ Trinitati gratiſsima. *Eadem in ſerm. Angel. de excellent. Virg. cap. 1.*

Virgo

Virgo purissima, cuius & anima, & corpus omni labe carebant. *Emanuel Pal. Imperator in orat. de Dormit. Virg.*

Virgo, quæ Cœli, terræque, & omnium, quæ in eis sunt, Cõditorem, omnisque carnis Moderatorem secundum carnem peperit. *Idem in Cant. ad SS. Deip.*

Virgo integerrima, sacratissima, ac beatissima. *D. Ioannes Rusbroch in speculo æternæ salutis cap. 19.*

Virgo intemerata, præstantissima, glorioſa. *Idem in præfat. lib. 1. de ornatu spiritual. nuptiar.*

Virgo sacratissima præ creaturis omnibus in Dei Genitricem electa. *Idem in speculo æternæ salutis. cap. 12.*

Virgo candidissima. *Isidorus Thessalonic. orat. de Natiuit. B. Virg.*

Virgo celeberrima, sublimissima, & diuina. *Id. orat. de Annunciat. B. Virg.*

Virgo cunctis hominibus, & Hierarchijs vicinior Deo. *Idem in orat. de Præsent. B. V.*

Virgo cunctorum hymnis decantatissima. *Idem in orat. de Annunciat. B. V.*

Virgo Deo simillima, decantatissima, laudatissima, glorioſissima. immaculatissima. *Idem ibidem.*

Virgo immaculatissima, qua neque Sol, neque aliud præclarum corpus, iucundiores, aut copioſiores, aut lucidiores, vtilioresque radios emisit. *Idem in orat. de Natiuit. B. V.*

Virgo inculpatissima, purissima, honorabilissima. *Idem in orat. de Annunciat. B. V.*

Virgo irreprehensibilissima, super immaculata, & penitus purissima. *Idem ibidem.*

Virgo laudatissima. *Idem in orat. de Nat. B. V.*

Virgo laudibus omnium cumulata. Purissima, nullius criminis labe, Christo simillima. Purissima, per quam vera creationis reintegratio, & vita efflоruit, vna Angelis sanctior, communi infortunio superior. Purissima, quæ sua lucida natiuitate terræ affulsit, suaque luce creaturam superiorem, & inferiorem impleuit. *Idem ibidem.*

Virgo purissima, sacra, intemerarissima, immaculata, spectatissima, summè laudanda. *Idem in orat. de Assumpt. B. Mariæ.*

Virgo, qua nihil similius, nihil vicinius Deo. *Idem ibidem.*

Virgo incorrupta, & habens Filium Dei. *S. Vincent. Ferr. serm. 3. de Natiuit. B. Virg. Thimoth. Presb. Hieroſol. de Propheta Simeone. Iacobus Mon. in Mariali orat. 5. & D. Seuerus Alexan. in lib. de Virginitate S. Mariæ cap. 3.*

Virgo sanctissima, glorioſissima. *S. Vincentius Ferrerius serm. de Conceptione Beatæ Mariæ Virg.*

Virgo bene ignita. *Io: Gerson. tract. 9. super Magnif.*

Virgo dignissima. Dulcissima. *Idem ibidem.*

Virgo verbigena. *Idem in Ioſephina.*

Virgo beata, referta cumulo omnium gratiarum. *D. Laurent. Iustin. in serm. de Natiuitate Beatæ Mariæ Virginis.*

Virgo, cui nullus planè mortalium, quamuis donorum cœlestium numeroſitate sit præditus, valet coæquari. *Idem ibidem.*

Virgo eleuata supra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem. *Idem in ſer. de Assumpt. B. Virg. Maria.*

Virgo glorioſissima Domini Mater. *Idem de triumphali Christi Agone cap. 7.*

Virgo, in qua sola exuberauit quicquid honoris, quicquid fœlicitatis habebatur in singulis. *Idem in serm. de Assumpt. B. Mariæ.*

Virgo prærogatiua sanctitatis ornata, & gratiæ plenitudine fœcundata. *Idem ibidem.*

Virgo pudicissima, quæ chirographum aboleuit decreti, & protoparentum abstulit opprobrium; quę arenti sæculo stillicidia gratiæ irrorauit, & ipsum fœcunda ditauit fruge; quæ pereunti mundo, & aquarum diluuio inundanti, portum salutis aperuit. *Idem in lib. de casto connubio Verbi, & animæ cap. 9.*

Virgo, quæ non semen inſcepit, sed spiritu fœcunda Redemptorem concepit, & ideo purificari non eguit, quæ purificantem hominum sordes genuit. *Idem in ſer. de Purific. B. M.*

Virgo sanctissima, quæ virtutum omnium ornata decore, & gratiarum plenitudine, atque donorum cœlestium irradiata fulgore, Regẽ suo ad se traxit odore. *Idem in lib. de casto connubio Verbi, & animæ cap. 9.*

Virgo alma. *D. Bernard. Senen. tom. 1. ſer. 55. qui est de passione Domini, & D. Anton. in summa part. 4. tit. 15. cap. 23.*

Virgo amoroſissima. *Bern. Sen. ſer. de Purific. B. V.*

Virgo benedicta sine væ pudoris in conceptione Filij, siue væ laboris in gestatione, sine væ doloris in parturitione. *Idem tom. 1. ſerm. 57.*

Virgo dilecta, in cellam vinariam ad Regem sponsum suum introducta, & ab vbertate domus eius inebriata. *Idem ſerm. de 7. verbis B. V.*

Virgo glorioſa, cuius hæreditas est salutatio sua, quam apud homines deuotione hæreditauit. *Idem tom. 1. ſer. 52.*

Virgo glorioſa, quæ plus meruit in vno suo cõsensu, scilicet conceptionis Filij Dei, quam omnes creaturæ, siue Angeli, siue homines in cunctis suis actibus, motibus, cogitationibus. *Idem tom. 1. ſerm. 61.*

Virgo humilis, & verecunda. *Idem tom. 4. ſer. 37.*

Virgo ineſtimabilis. *Idem tom. 3. ſer. de Assumpt. B. M. Virg.*

Virgo intacta, & intemerata. *Idem tom. 4. in ſerm. extraordin. ſerm. de 7. flammis amoris in V.*

Virgo sacratissima, quæ Dominum, & hominem, sicut vera mater verè posſedit. *Idem ſer. de Purificat. B. Virg.*

Virgo sanctissima, & puriſſima. *Idẽ tom. 4. ſer. 37.*

Virgo sapientissima, & prudentissima. *Idem tom. 1. ſerm. 61.*

Virgo amicissima Deo. *D. Antonin. in ſum. par. 4. tit. 15. cap. 13.*

Virgo capaciſſima. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 22.*

Virgo corpore, & mente. *Idem in ſum. part. 4. tit 15. cap. 12.*

Virgo cum fœcunditate diuinæ prolis. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 13.*

Virgo excellentiſſimi meriti. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 16.*

Virgo glorioſiſſima, beata. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 17.*

Virgo grauida Dei. *Idem in ſum. part. 3. tit. 31. c. 3*

Virgo in ſpiritu, & corpore. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 17.*

Virgo maxima. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 22. & Philippus de Greue ſer. 132. in Pſalm. 66.*

Virgo maxime victorioſa. *D. Antonin. in ſumm. part. 3. tit. 31. cap. 3.*

Virgo plena Deo. *Idem in ſum. part. 3. tit. 31. c. 3.*

Virgo pulcherrima mente, & corpore. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 14.*

Virgo Regia. *Idem in ſum. part. 3. tit. 31. cap. 3.*

Virgo ſanctiſſima, quæ innumerabiles ſententias terribilium flagellorum, quæ meruit mundus propter peccata ſua, miſericorditer reuocauit. *Idem in ſum. part. 3. tit. 31. cap. 4.*

Virgo ſemper intacta. *Id. in ſum. part. 1. tit. 8. c. 3.*

Virgo verecundiſſima. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 31. & Dionyſ. Carth. de laud. SS. Virg. lib. 1. Artic. 25.*

Virgo virginum, quia prima virgines per imitationem generauit. *D. Antonin. in ſumm. part. 4. tit. 15. cap. 22.*

Virgo virginum, quia virgines omnes in fomitis extinctione, in puritate, & in fœcunditate excellit, quia nulla virgo fœcunda, niſi ipſa. *Idem ibidem.*

Virgo voto. *Idem in ſum. part. 4. tit. 15. cap. 12.*

Virgo Regia intemerata, feliciſſima, clariſſima, ſanctiſſima. 1o. *Turrecr. in Proœmio ſui Tract. de Concept. B. Virg.*

Virgo integerrima, completiſſima, perfectiſſima, & per conſequens, ſordibus originalis criminis nullatenus maculata, ſed ab omni contagione pœnitus incontaminata; quia cuicumque aliqua pars perfectionis ſuæ deeſt, non debet dici integrum, vel completum; conſtat autem, quod Virgo glorioſa ab vniuerſa Eccleſia aſſeritur, & prædicatur perfectiſſima, & completiſſima, & hoc ſemper in gradu ſupremo, ergo ſequitur, quod nullus gradus perfectionis ei deſit, & per conſequens, quod ab omni liuore peccati prorſus fuerit aliena. *Guliel. Vinc. Caleſtin. ſerm. de Concept. B. Maria.*

Virgo mundiſſima, & puriſſima, & per conſequens ſordibus originalis criminis nullatenus fœdata, ſed ab omni contagione pœnitus impolluta, quia ſummus gradus munditiæ nihil ſecum patitur admixtum contrarietatis, vt adſtruunt naturales. *Idem ibidem.*

Virgo ſummè beata, & per conſequens ſordibus originalis criminis nullatenus inquinata, ſed ab omni labe pœnitus ſegregata, quia turpes, deformes, & maculati non ſunt vſq; quo beati. *Idem ibidem.*

Virgo admirabiliſſima. *Dionyſ. Carth. lib. 1. de laud. B. Virg. art. 14.*

Virgo altiſſima. *Idem lib. 1. de laud. SS. V. art. 2.*

Virgo deificatiſſima. *Idem lib. 1. de laud. SS. Virg. art. 16.*

Virgo dulciſſima. *Idem lib. 1. de laud. SS. V. art. 4. & Maurit. de Villap. ſer. 15. Corona nouæ V.*

Virgo electiſſima. *Dion. Carl. 1. 2. de laud. B. V. art. 2*

Virgo excellentiſſima. *Idem lib. 1. de laud. SS. V. art. 27. & Maurit. de Villaprob. ſer. 32. Corona nouæ B. Virg.*

Virgo incomparabilis, quæ, quo in ſe ipſa melior, ſanctior, honorabiliorque conſiſtit, eò iuſtius, atque decentius eſt, eius patrocinijs immorari. *Dion. Carth. de laud. SS. V. lib. 1. art. 1.*

Virgo inuiolatiſſima. *Idem de laud. Sanctiſſ. Virg. lib. 1. art. 1.*

Virgo morigeratiſſima. *Idem lib. 2. de laud. Sanctiſs. Virg. art. 25.*

Virgo mundiſſima, ex qua Vnigenitus Dei naſci voluit. *Idem lib. 1. de laud. SS. Virg. art. 6.*

Virgo nobiliſſima, ex qua incarnatum eſt Dei Verbum. *Idem de SS. V. lib. 1. art. 7.*

Virgo præelectiſſima, in qua, ex qua, & per quam impleta ſunt excellentiſſima Chriſti myſteria. *Idem lib. 1. de SS. Virg. art. 31.*

Virgo prorſus mundiſſima, in cuius gremium omnipotens ille Rhynoceros caput ſuum, ac verticem reclinauit, ſeque ab ea potentiſſima capi permiſit. *Idem lib. 3. de SS. Virg. art. 22.*

Virgo ſereniſſima. *Idem lib. 1. de SS. V. art. 9*

Virgo ſinceriſſima. *Idem lib. 1. de SS. V. art. 10.*

Virgo ſuauiſſima. *Idem lib. 1. de laud. V. art. 12.*

Virgo tantæ perfectionis, ac puritatis, quod puræ creaturę ſubſiſtenti in eſſe creato, non decuit ampliorem conferri. *Idē lib. 1. de laud. Sanctiſ. Virg. art. 14.*

Virgo virginum antonomaſtice. *Idem lib. 1. de Sanctiſ. Virg. art. 4.*

Virgo vnica, quæ innocentiæ veſtem immunem omnino ſeruauit, imo quotidie, omnique hora, puriorem ſplendidiorem, ac cœliformiorem exhibuit Deo. *Idem lib. 3. de laud. Sanctiſ. Virg. art. 6.*

Virgo incomparabilis, omnibus amabilis, & venerabilis. *Thomas à Kempis in ſoliloq. c. 24.*

Virgo à peccato originali immunis. *Paulus de Hared. in Tract. de Concept. B. Virg.*

Virgo concepta, abſque effrenata libidine, & delectatione corporea. Immaculata, ſine peccato originali concepta. Intemerata, glorioſa immaculata, pijſſima, glorioſa, inclita, incorrupta, excellentiſſima, beata, intacta, munda, impolluta, clementiſſima, ſancta, ſanctiſſima. Munda ab omni peccato, ſingularis in præeminentia bonitatis, & iuſtitiæ. Singularis, quia ſola abſque peccato originali concepta. *Idem ibidem.*

Virgo Angelicis prælata choris, & dignior omni agmine ſpirituum. *Bapt. Mantuan. lib. 2. Paribon. Marian.*

Virgo, cui cœlum militat, quam trepidant Erebi ſedes, cui terra, fretumque, vota preceſq; ferunt. *Idem lib. 1. Paribon. 1. Mariana.*

Vir-

Virgo incorruptiſſima. *Bernard. de Buſt. ſerm. 6. de Nominat. B. Mariæ.*

Virgo æterni Verbi. *Idem in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coronat. B. Virg.*

Virgo ſuper omnes amaus, amabilis, & amata. *Arnold. Boſt. lib. de patronatu B. Virg. Mariæ in ſibi dicatum Carmeli ord. cap. 1.*

Virgo fœcunda, ſole amicta, ſolis imago expreſſiſſima, inter millia aſtrorum Deo aſſiſtentium longè præfulgentior. *Arnold. Boſt. lib. de Patron. Deip. V. in ſibi dicatum Carmeli Ord. capit. 11. §. 2.*

Virgo perfecti decoris, ab æterno Domini Ieſu mater prælecta (cuius portio modica à Verbo æterno aſſumpta ad redimendum totum genus humanum, fuit idonea) illam originali ſorditie, aliquando deturpatam, filiamq; Diaboli fuiſſe, tantæ eius ſanctitati, tantæ Aulæ Dei prærogatiuæ minimè conuenire, etiam maximus ille gurges errorum, & hæreſum, atque atrociſſimus totius orbis turbo Mahumetes Agarenorum Legislator, Procurator orci, primuſque Diaboli ſatelles in Alcorano, quanquam ſpurciſſimus aſſeuerat; prælatet enim in tantum, vt ab hoſte vereatur habere laudes, cuius clariſſima virtus, etiam perfidorum inuidiam ſuperauit. *Id. ib. c. 13. §. 2.*

Virgo ab omni vitiorum contagio prorſus libera, adeo moderata, & ſplendens, & virtutum gemmis decorata, vt nullam prorſus legem haberet in membris, quæ legi mentis, vel ad momentum repugnaret; & ſic in omni gratia conſumata, in omni dono, tam corporali, quam ſpirituali confirmata, ac etiã in omni bono ſolidata, vt nullus omnino defectus, aut boni carentia, in eam incidere poſſet, nec vlla etiam veniali culpæ macula. *Claud. Rap. Celeſtin. ſer. 2. de Concept. B. Virg*

Virgo beata, auro obrizo purior, gemmis præſtantior, balſamo ſuauior, margaritis nitidior, nectare, & ambroſia dulcior, & omni harmonia delectabilior, tota mitis, tota ſuauis, tota delectabilis. *Idem ibidem.*

Virgo beata, quæ cũ multæ filiæ virgines ſanctæ, & animæ deuotę congregauerint, diuitias variarum virtutum, & meritorum, ac bonorum operum ſupergreſſa eſt vniuerſas, puritate conceptionis, excellentia humilitatis, & fœcunditate virginitatis. *Idem ibidem.*

Virgo beata, quæ omnibus hominibus cœleſtẽ, & æternam peperit vitam, vitalem cunctis generationibus gratiam, & vniuerſis gentibus, & nationibus gloriam ſempiternam. *Idem ibidem.*

Virgo chriſtifera, à peccati inquinamento tota munda, & libera, innocentiæ, & ſanctitatis veſtem induta, & in omni dono per donum gratiæ, & gloriæ omninò confirmata, vbique tuta, vbique ſecura. *Idem ibidem.*

Virgo Deipara, nunquam ſine præfatione honoris nominanda, quæ ſancta antequam nata, genuit mundi Saluatorem, cuius ſacroſancta pura, & immaculata Conceptio, fuit cœlitus ab omni originalis culpæ, & humanę pruriginis colluuione præſeruata, perfectaque gratiarum omnium, ac donorum ſpiritualium plenitudine præuenta. *Idem ibidem.*

Virgo Deipara, tota puritate nitida, tota circũquaque virtutum gemmis irradiata, tota ſpiritualium gratiarum, cœleſtiumque donorum, ac diuinorum chriſmatũ fulgore reſperſa. *Id. ib.*

Virgo, Deum hominem paritura, quæ ſic diuina præuenta eſt benedictione, vt præter ſortem, & conditionem generis humani, nullã prorſus, nec minimam originalis culpæ maculam, & originis ſuæ propagatione contraxerit. *Idem ibidem.*

Virgo glorioſa, ante Deo cognita, quam concepta, prius ſanctificata, quam nata, in carne degens præter carnem, & ab omni labe peccati prorſus extranea, & ab antiquo damnationis chirographo libera, nec vllas carnis virginalis ſentiens moleſtias, vitam in terris ducens angelicam, Deo coniuncta, Verbo propinqua, diuinis imbuta myſterijs, Angelorum ſeruata conſortio, & à Spiritu ſancto abſque vllo temporis interuallo poſſeſſa, ac cœleſti ab initio gratia præuenta diuini amoris toto curſu vitę ſuæ cremata incendio, mortua mundo, & ſoli viuens Chriſto. *Idem ibid.*

Virgo glorioſa, cuius ſublimis dignitas, digna ſublimitas, excellens gloria, & glorioſa excellentia, decus eximiũ, & ſingularis honor. *Id. ib.*

Virgo glorioſa, per quam diuinus reparatus eſt honor, quiprimo homine cadente diſperierat. *Idem ibidem.*

Virgo humilis, quam innatæ Dei bonitati viſum eſt ſibi præuidere, præuidendo conſeruare, conſeruando præparare, nouo, mirandoque, & inaudito ſeminis ortu concepta, atque ab omni culpæ originalis prurigine prorſus aliena. *Idem ibidem.*

Virgo illibata, & ditata cœleſti progenie, graꝰuidata, nec fraudata flore pudicitiæ. *B. Caſimirus Poloniæ Princeps hym. de B. Virg.*

Virgo omni laude digna, & præconio. Per quã valuæ cœli patent miſeris. Puerpera, ſemper munda, & fœcunda. *Idem ibidem.*

Virgo beatiſſima, ac ſemper intemerata. *Io. Trithem. de miraculis B. Virg. propè dittelbach. lib. 1. cap. 2.*

Virgo, cœleſtis pluuiæ gratia ſemper infuſa dulciter. *Idem de miraculis B. Virg. propè Dittelbach lib. 1. cap. 10.*

Virgo glorioſiſſima, caſtiſſima, ſanctiſſima. *Idem de miraculis B. Virg. propè Dittelbach. lib. 1. cap. 2.*

Virgo innocentiſſima, ac omni laude digniſſima. *Idem de miraculis B. Virg. propè Dittelbach. lib. 1. cap. 10.*

Virgo luce Spiritus ſancti circumfuſa, ſemper innocentiſſima. *Idem lib. 3. de miraculis B. Virgin. in Vticeto.*

Virgo pudicarum omnium pudiciſſima. *Idem in*

*in orat. ad Virg. quæ incipit: Aue Sole ſplendidior.*

Virgo, quæ mundi Saluatorem innocens, & caſtiſſima peperit. *Idem lib.* 1. *de miraculis B. Virg. in Vrticeto cap.* 9.

Virgo ſemper caſtiſſima. *Idem lib.* 1. *de miraculis B. V. in Vrticeto cap.* 7.

Virgo ſemper immaculata. *Idem lib.* 3. *de miraculis B. Virg. in Vrticeto in Præfat.*

Virgo ſemper innocens, Deoque placens, mente, & corpore integerrima. *Idem lib.* 3. *de miraculis B. Virg. in Vrticeto.*

Virgo ſemper innocentiſſima. *Idem lib.* 1. *de miraculis B. Virg. in Vrticeto cap.* 4.

Virgo ſemper intacta, quæ de Spiritu ſancto, ſine pollutione concepit Filium, & pariens, inuiolata caſtis lactauit vberibus Deum. *Idem de miraculis B. Virg. propè Dittelbach. lib.* 1. *c.* 10.

Virgo ſemper intemerata. *Idem lib.* 3. *de miraculis B. Virg. in vrticeto.*

Virgo ſemper ſacroſancta. *Idem lib.* 1. *de miraculis B. Virg. in vrticeto cap.* 2.

Virgo beatiſſima fœcunda. *Philip. de Greue ſerm.* 129. *in Pſalm.* 64.

Virgo, dequa Virgo proceſſit. *Idem ſerm.* 148. *in Pſalm.* 71.

Virgo clariſſima. *Maur. de villapr. ſ.* 30 *Cor. non. V.*

Virgo cœleſtis, & æterna. *Idem ibidem ſer.* 17.

Virgo digniſſima. *Idem ibidem ſerm.* 15.

Virgo ex omnibus electa. *Idem ibidem ſer.* 31.

Virgo fulgentiſſima. *Idem ibidem ſerm.* 10.

Virgo glorioſiſſima. *Idem ibidem ſerm.* 33.

Virgo imperialis. *Idem ibidem ſerm.* 28.

Virgo pretioſiſſima. *Idem ibidem ſerm.* 26.

Virgo prudens, quæ lampades ſuas, ideſt corpus, & animam ornauit oleo pietatis lychno puritatis lumine veritatis, & igne charitatis. *Idem. ibidem ſerm.* 25.

Virgo ſuper omnes alias benedicta. *Idem ibidem ſerm.* 27.

Virgo virtuoſiſſima. *Idem ibidem ſerm.* 14.

Virgo tota pulchra, in qua macula nunquam fuit, aſpectu decora, modeſtis, terribilis aduerſarijs honeſtatis. *Marcus Vigerius in Decha cord. Chriſtiano lib.* 1. *cap.* 16.

Virgo mente, & actu. *Petrus Galat. lib.* 7. *de Arcan: cap.* 13.

Virgo alacris, ſacrata, deuota. *Io. Picus lib.* 2. *in Canticis. cap.* 4.

Virgo cherubica. *Idem lib.* 2. *in Canticis cap.* 13.

Virgo Chriſti formis patientiſſima, fide plena, & virtutum omnium gloria inſignita. *Idem lib.* 3. *in Canticis cap.* 6.

Virgo circumſpectiſſima perbenedicta. *Idem lib.* 1. *in Canticis cap.* 17.

Virgo cordatiſſima. *Idem lib.* 1. *in Canticis cap.* 2.

Virgo eximia, omnigenæ ſordis expers, & paternæ neſcia labis. *Idem lib.* 1. *in Cant. cap.* 10.

Virgo facie, & intentione rectiſſima, quam nulla labes fuſcauit originis. *Idem in lib.* 2. *in Canticis cap.* 4.

Virgo gratiarum, virtutiſque plenitudine locuples. *Idem in lib.* 1. *Canticis cap.* 8.

Virgo incontaminatiſſima. *Idem lib.* 1. *in Canticis cap.* 13.

Virgo in omnes benefica. *Idem lib.* 3. *in Canticis cap.* 16.

Virgo integra, illibata, diuina. *Idem lib.* 1. *in Canticis cap.* 2.

Virgo mediatrix. *Idem lib.* 9. *in Canticis cap.* 8.

Virgo omniformis, naturalis, & perſonalis integritatis, decore florens. *Id. lib.* 1. *in Cant. c.* 10.

Virgo pientiſſima. *Idem lib.* 1. *in Cant. cap.* 5.

Virgo pigmentaria. *Idem lib.* 3. *in Cant. cap.* 11.

Virgo præſtantiſſima, ſtrenuiſſima. *Idem lib.* 3. *in Canticis cap.* 14.

Virgo pudiciſſima, humilis, prudens, ſobria, præ omnibus eruditiſſima, *Idem lib.* 1. *in Canticis cap.* 2.

Virgo puerpera, ſed in partu doloris expers, vt in conceptu omnis prorſus inquinamenti exors. *Idem lib.* 2. *in Canticis cap.* 6.

Virgo pura, & primæui contagij immuniſſima. *Idem lib.* 1. *in Canticis cap.* 12.

Virgo Seraphica. *Idem lib.* 2. *in Cant. cap.* 13.

Virgo ſeraphicæ charitatis igne ambuſta. *Idem lib.* 2. *in Canticis cap.* 20.

Virgo ſolitaria, & ab oneroſæ mortalium turbæ tumultuoſo comitatu aliena. *Idem lib.* 2. *in Canticis cap.* 1.

Virgo ſpectatiſſima, quæ ex diuinis muneribus, cœleſtibus prærogatiuis, ſuperna munificentia copioſius, dum conciperetur, decerptis, eò peruenit, aſſiduis per ſanctarum virtutum exercitamenta gradibus aucta, vt reliquas omnes ſibi compoſitas, longo, latoque interuallo anteiret. *Idem lib.* 3. *in Canticis cap.* 5.

Virgo ſtudioſa. *Idem lib.* 1. *in Cant cap.* 18.

Virgo ſuperbenedicta, ſacrata. *Idem lib.* 2. *in Canticis cap.* 12.

Virgo veneranda, ac virtutibus omnibus præpollens. *Idem lib.* 1. *in Cantic. cap.* 1.

Virgo immaculata, quam Rex cœleſtis concupiuit, & in ſponſam elegit: quæ non fuit ſicut cæteri hominum, in ſua conceptione, quę eſt mundior cæteris, in ſua conuerſatione, quæ eſt ſanctior cæteris, & in ſua coronatione, quæ glorioſior cæteris. *Petrus Bardus ſerm.* 7. *de Concept. B. Virg.*

Virgo, ſuper omnem creaturam puram puriſſima, nec per tempus, nec per inſtans temporis à labe, & macula peccati originalis maculata. *Idem ſerm.* 6. *de Concept. B. Virg.*

Virgo deipara, tota formoſa, tota ſpecioſa, nullius vnquam peccati, nec originalis quidē culpæ rea, nec obligationi Adæ obnoxia, imò nec morti temporali, niſi volens ſubiecta, ſed ab vniuerſis naturæ humanæ incommodis merè libera, inſtar primorum patentum in ſtatu innocentiæ adhuc degentium. *Dionyſ. Fab. Tract.* 1. *de Concept. B. Virg.*

Virgo, & Mater mirabiliſſima, ac prorſus incomparabilis, Phœniceque rarior, tam in cœlo, quam in terris. *Idem ibidem.*

Virgo in cunctis mirabilis, & præ cunctis amabilis

bilis, ab omnibus inuocanda, & ab vniuerſis honoranda, cuius ſingularis gratia conceptionis, cuius decor puritatis, cuius honor dignitatis, cuius odor ſanctitatis, Dæmones exterminat, morbos ſanat, & languores, & mæſtos lærificat, cui ſub Deo nihil comparari poteſt, conferri, aut æquari, nec in cœlo, nec in terra, nec in omnibus abyſſis, quantumuis ſpiritualium charismatum copioſa varietate floreat, quippè quæ ſanctorum omnium, beatorumque Spirituum vniuerſa tranſcendit merita, virtutes, gratiamque, & gloriam ſuperat, & tranſcendit, non minus quã mons ſublimis terræ circumiacentis ſuperficiem. *Idem ibidem.*

Virgo argentea, ſine omni macula, & concupiſcentia. *S. Thomas de Villanoua in Conc. 1. de Natiuit. B. Virg.*

Virgo pudiciſſima, Regia ſacra, ſacerrima. *Idē ſerm. 1. de Annunc. B. Virg.*

Virgo puriſſima, prudentiſſima, pulcherrima, deuotiſſima, humillima, mitiſſima, omni gratia plena, omni ſanctitate pollens, omnibus virtutibus ornata, omnibus charismatibus decorata, Deo gratiſſima. *Idem in ſerm. 2. de Natiuit. B. Virg.*

Virgo Regia inter virgines primatum tenens. *Idem ſerm. 2. de Annunc. B. Virg.*

Virgo Regia, nobiliſſima. *Idem in Conc. 2. de Nat. B. Virg.*

Virgo tota, carne, mente, aſpectu, contactu, cogitatu, affectu, ſermone, opere, ſpiritu, ſenſu. *Idem ſerm. 2. de Annunc. Virg.*

Virgo verè ſingularis, verè amica, ad quam nulla eſt alia virgo, ad cuius compararionem omnis alia virginitas corruptio videri poteſt. *Idem ibidem.*

Virgo decoris ſtupendi. *Ludouic. Bloſius in Endologia 3. ad B. Virg.*

Virgo Deipara incorrupta, & ab omni illuuie immunis. *Idem in Endologia 2. ad B. Virg.*

Virgo Deo gratiſſima. *Idem in Endologia 3. ad V.*

Virgo electa, inter filias Hieruſalem ſpecioſiſſima. Melle dulcior, & balſamo ſuauior. Ornatiſſima. Præclara, ſerena, puriſſima, elegantiſſima, gratioſiſſima. *Idem ibidem.*

Virgo puriſſima, dulciſſima, tenerrima. *Idem in Can. vitæ ſpiritualis cap. 20.*

Virgo puritatis, plusquam angelicæ. Roſis rubicundior, & liliis candidior. *Idem in Endologia 1. ad B. Virg. Mariam.*

Virgo ſacratiſſima, & inter mulieres benedictas peculiari benedictione ſingulariter inſignis. *Idem in Endologia 2. ad B. Virg.*

Virgo ſole ſerenior, & aſtris lucidior. *Idem in Endologia 1. ad B. Virg.*

Virgo ſpecioſiſſima, pariter, & incorruptibilis, inconcupiſcibiliſque: cuius puriſſima, perfectiſſimaque connectatio, corda aſpicientium, cœleſti quadam luce penetrabat, caſtioraque reddebat. *Idem ibidem.*

Virgo taciturna. *Idem in Endologia 3. ad B. Virg.*

Virgo tota mitis, tota amena, tota fulgens, tota benigna. *Idem in Endologia 2. ad B. Virg.*

Virgo vltra omnem pulchritudinem decora. *Id. Endologia 1. ad B. Virg.*

Virgo auxiliatrix. *Iuſtus Lipſius in Diua Virg. Hall. cap. 15.*

Virgo ſuprema. *Id. in Diua V. Aſpricolli cap. 33.*

Virgo ſpecioſiſſima, & puriſſima voluptas animæ meæ. *Io. à Ieſu Maria Tom. 2. operum ſuor. tract. de Theolog. myſtic. pag. 61.*

Virgo pulcherrima, & expectatiſſimum refrigerium ſeruitutis meæ, in quam me conſecit Eua mater mea. *Idem ibidem.*

Virgo venuſtiſſima, & ſpeculum lucidiſſimum oculorum meorũ omnibus diebus vitæ meę. *Idem ibidem pag. 63.*

Virgo ſpecioſiſſima, & amœnitas Paradiſi. *Idem ibidem.*

Virgo Puriſſima, & mater ſuauiſſima. *Idem ibid. pagin. 64.*

Virgo dilectiſſima, & pulchra nimis. *Idem ibid.*

Virgo prudentiſſima, & vita animæ meæ optatiſſima. *Idem ibidem pag. 65.*

Virgo generoſiſſima, & ad fundandas delectationes caſtas propenſiſſima. *Idem ibidem.*

Virgo ſuper aſtra matutina ſplendidiſſima. *Idem ibidem pag. 65.*

Virgo caſtiſſima, & ſplendor illuſtriſſimè cordis mei. *Idem ibidem pag. 68.*

Virgo ſuauiſſima, & nobiliſſima præda mea. *Idem ibidem.*

Virgo, & Princeps ſereniſſima, quæ decore tuo corda rapis, & quaſi mancipia trahis. *Idem ibidem. pag. 66.*

Virgo dulciſſima, ſuper omnes mitis mater. *Id. ibidem pag. 67.*

Virgo pulchritudine coronata, ſpecioſa valdè. ſuauiſſima, & cœleſtis decor domus Dei. *Id. ib.*

Virgo ſuper omnes ſpecioſa, ſicut valdè aurora lucſians. *Idem ibidem pag. 298.*

Virgo nive candior, ſplendidior ſole, & deſiderabilis ſuper omnia pretioſa mundi. *Idem tom. 4. operum ſuorum pag. 266.*

Virgo cœlorum Regina prædeſtinata. *Idem ibid.*

Virgo amabiliſſima, fons inexauribilis miſericordiæ. *Idem ibidem pag. 269.*

Virgo vna, & præcipua de numero prudentũ. *Idem ibidem.*

Virgo caſtiſſima, de theſauro virginitatis ſuæ vehementer ſollicita. *Robert. Bellarm. Conc. 3. ſuper Miſſus eſt.*

Virgo integerrima. *Idem Conc. 1. ſuper Miſſus eſt.*

Virgo ſapientiſſima. *Idem Conc. 3. ſup. Miſſus eſt.*

VIRGVLA fumi ex aromatibus, nimirum, quia multis repleta eſt virtutum odoribus. *D. Hieronym. in Epiſt. ſiue ſerm. de Aſſumpt. B. Virg. ad Pauolam, & Euſtochium.*

Virgula fumi, quia gracilis, & delicata, quia diuinis extenuata diſciplinis, & concremata intus in olocauſtum, incendio pij amoris, & deſiderio charitatis. *Idem ibidem.*

Virgula fumi ex aromatibus: quia delicata, & di-

diuinis extenuata diſciplinis; multis virtutum erat impleta odoribus, per quas quotidie ſe in holocauſtum Domino concremabat incendio pij amoris, & deſiderio charitatis. *D. Ildephonſ. ſerm. 6. de Aſſumpt. B. Virg.*

Virgula fumi ex aromatibus, ſcilicet per bonam operationem, per deuotionem Dei, & proximi, vndè virgula fumi deindè procedit, quia deſiderium ex amore venit. *Idiota de B. Virg. part. 14. contemplat. 56.*

Virgula fumi ex aromatibus, quia ſicut virgula fumi gracilis eſt, ſic Beata Virgo gracilis fuit per paupertatem, quia omnia temporalia contempſit, vel ſi ea aliquando habuit, largiter erogauit; gracilis etiam fuit per carnis extenuationem, quia licet nunquam peccauerit, ſemper in pœnitentia permanſit; gracilis inſuper fuit, quia cœleſtibus extenuata diſciplinis, & ſubtilis vita contemplatiua, vt ſine obſtaculo tranſiret per arctam viam, & intraret portam anguſtam, quæ ducit ad vitã. *Idem ibidem.*

Virgula fumi, quia ſicut virgula fumi agilis, ità Beata Virgo agilis fuit, leui enim curſu, & leui ſaltu omnes vitiorum ſpinas, & foueas tranſilijr. *Idem ibidem.*

Virgula fumi, quia ſi virgula fumi flexibilis eſt, Beata Virgo flexibilis fuit per humilitatem quo ad ſe, per obedientiam quo ad Deum, & per compaſſionem, & pietatem quo ad proximum. *Idem ibidem.*

Virgula fumi, quia ſi Virgula fumi leuis eſt, B. Virgo leuis fuit, ideſt ſine pondoroſitate peccati, & ideò continuo ferebatur deſiderio æternorum. *Idem ibidem.*

Virgula fumi, quia ſi virgula fumi liberè alta petit, Beata virgo alta petijt per ſubtilitatem contemplationis, & rectitudinem intentionis. *Idem ibidem.*

Virgula fumi, quia ſi virgula fumi obſcura eſt, Beata virgo obſcura fuit per tribulationum multitudinem, quas paſſa fuit amore benedicti Filij ſui, & ideò dicebat, nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decoloravit me Sol, ideſt glorioſiſſimus Filius meus. *Id. ib.*

Virgula fumi ex aromatibus, per deſertum aſcendens, quia ex vitæ ſuæ virtutibus in interni ſemper incenſi rectitudinem proficere ſtuduit: nec ſparſa per cogitationes defluxit, ſed ſeſe intra arcanã cordis in rigoris virga conſtrinxit. *S. Petrus Damian. hom. in Nat. B. Virg.*

Virgula fumi: nam ſi virgula fumi recta eſt ſubtilis, odorifera, & quanto magis in aera extenditur, tanto amplius dilatatur: ipſa recta fuit in ſublimitate conuerſationis, ſubtilis in Deitatis contemplatione, odorifera in virtutum opinione, anguſta in temporalibus, in ſpiritualibus dilatata. *Idem ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ Virg.*

Virgula fumi, ſuauem odorem ſpirans Altiſſimo, cœleſtibus diſciplinis erudita, atque extenuata. *Rupertus Abbas lib. 3. Commentarior. in Cant. Cantic.*

Virgula fumi, vetè mirabilis, aſcendens per deſertum, ideſt animam habens valdè ſolitariam, & illi multum diſſimilis, quæ deſcendit per paradiſum, cecidit de Paradiſo non gracilis per humilitatem, ſed nimis groſſa, & rigida per mentis tumorem. *Idem ibidem.*

Virgula fumi ex aromatibus. *Petrus Bleſ. ſer. 78.*

Virgula fumi ex aromatibus, longè latequè ſuauiſſimum dans odorem, doctrinam iuſtitiæ, diſciplinæ formam gratiorem: largitur ſufragia, gaudet beneuolentiam exhibere, quæ dignè conſideranribus, tanquam aroma videtur redolere. *Philipp. Abb. lib. 4. in Cantic. cap. 8.*

Virgula fumi, per deſertum aſcendens, quia deſerens, quæ infra ſunt, in ſuperiora liberius ſe extendit, retroque poſito terram calcans cœlum deſiderijs apprehendit. *Idem lib. 1. in Cant. Cantic. cap. 16.*

Virgula fumi, quæ cum ſubtilis, & gracilis ab inferioribus oriatur, attollens ſe in auras tenues, & ipſa tenuatur; ſic in altum proficiens vt ſecrero nubium ſe committat, & velut ſe exinaniens oculos intuentium non admittat: Virgo enim, quamuis de terrenis parentibus procreata, terrenis tamen abraſis fœcibus diſciplinæ ſtudio tenuata, ad tantam meritorſi altitudinem ſuprà homines eſt progreſſa, vt rectè aſſeratur capacitatem admirantium ſupergreſſa. *Idem lib. 4. in Cant. Cantic. cap. 1.*

Virgula fumi ex aromatibus, recta per actionem, fragrans per bonam eſtimationis famam, ſurſum erecta per mentis ſinceram intentionem. *Gulielm. Parus in cap. 3. Cantic.*

Virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris. *Honorius Auguſtod. in ſigillo B. Mariæ.*

Virgula fumi, quæ habens omnia aromata virtutum omnium odore profudit Eccleſiam. *Io. Hailgrin. in cap. 3. Cant. Cantic.*

Virgula, per rectitudinem intentionis, & operis, propter gratiam humilitatis, propter perſeuerantiæ ſoliditatem, & propter extenuationem carnis ſuæ, quæ aſcendit de virtute in virtutem per deſertum, ideſt per mundũ, quem pro deſerto habuit, nam contemnens mundum, & eius concupiſcentias, ſpiritualibus adhæſit delitijs. *Idem ibidem.*

Virgula fumi Cantic. 3. *D. Thomas Aquin. ſer. in Annunc. B. Virg. ex Epiſt.*

Virgula fumi, quia concremata per charitatem. *Iacob de Voreg. in Mariali ſerm. 7. V.*

Virgula fumi, nigra, & obſcura amaritudine propriæ afflictionis, agilis tamen, & erecta ad diuina. *Ægidius Columna in expoſit. in ſalutat. Angelica.*

Virgula fumi ex aromatibus, quia multis fuit repleta virtutum odoribus. *Alan. de inſult. in cap. 3. Cantic.*

Virgula fumi, quia gracilis; & delicata, quia diuinis extenuata diſciplinis, & concremata intus in holocauſtum incendio pij amoris, & deſiderio charitatis. *Idem ibidem.*

Vir-

Virgula flore fulgens. *Ioan. Hondem. hym. 1. de partu Virg.*

Virgula fumi, aſcendens ex aromatibus myrrhæ & thuris Cant. 3. dicitur virgula fumi non ligni, nam virga ligni paulatim aſcendit, tardè & pedetentim de die in diem proficit: & quãto plus aſcendit, tanto fragilior, graciliorque efficitur: è contra eſt videre in virgula fumi aſcendente de thurribulo, pleno prunis accenſis, & pulueribus aromaticis, ſuperpoſitis, quando non eſt ibi niſi vnica apertura; aſcendit enim cum impetu fortiter, & velociter, per virtutem ignis, in modum columnę: aſcendit etiam cum feruore, & ardore, & qnanto plus aſcendit, tanto plus dilatatur, & odorem ſuauitatis circumquaque diffundit: & talis tantique odoris, quod omnium aromatum, ideſt virtutum, & gratiarum, quæ cogitari poſsunt, in ſe contineat fragrantiam, & virtutem: quod notatur cum dicitur, & vniuerſi pulueris pigmentarij; ſolent autem pigmentarij multis modis conficere pulueres, certarum ſpecierum recipientes numerum, & menſuram, ità gratiæ cæterorũ ſanctorum, quaſi in certo numero datæ ſunt, & menſura; in Maria autem omnium gratiarum plenitudo, tamquam vniuerſi pulueris pigmentarij cumulus aromatizans incomparabilem ſpargebat odorem. *Ern. Prag. in Mariali cap. 45.*

Virgula benedicta. *D. Birgitta in ſerm. Angel. de excellentia B. Virg. cap. 11.*

Virgula, de qua proceſſit flos ille, quem Reges & Prophetæ deſiderabant. *Eadem lib. 6. reuel. cap. 56.*

Virgula fumans. *D. Laurent. Juſtin. in lib. de caſto connubio verbi, & animæ cap. 9.*

Virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij. *Idem ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ, & Ioan. Picus lib. 2. in Cant. cap. 6.*

Virgula fumi, cuius profectui non fuit admixta aliqua curuitas culpæ, nec negligentia vlla, ſed linealiter prorſus rectiſſimè progrediebatur in omni bono ſimilis vapori reſoluto ex incenſione thymiamatis optimi, ex omni aromatica ſpecie confecti, quia in profundo prætacto Virginis excellentiſſimæ concurrebant plurimarum actus, & ordinatiſſimæ contemperationes virtutum, ſuauiſſimè redolentes apud Altiſſimum. *Dionyſ. Carth. in Cant. art. 12.*

Virgula pigmenti. *Arn. Boſſius in prolog. lib. de patronatu Deip. Virg. ſibi dicatum Carm. Ord.*

Virgula in qua fructus aduenit, & formoſi flores non receſſerunt, & ſic fructus vitæ ſuauis in ea maturuit, vt flores fragrantiſſimi non marcuerint. *Dionyſ. Fab. tract. 1. de Concept. B. Mariæ Virg.*

VIRGVLTVM, ex quo radix perfectorum proceſſit *D. Auguſt. ſerm. 19. ad fratres in Eremo.*

Virgultum de quo nata eſt radix omnium *Idem ſerm. 5. de Nat. Domini de tempore. 9.*

Virgultum, ideſt viridarium ad Dominum ſpatiandum, & recreandum, vbi ipſe poſſet flores, & fructus colligere, in quibus ſeipſum poſſet, & paſcere, & in ipſis ſuauiſſimè pauſare. *Rich. à S. Laurent. de laud. Virg. lib. 12.*

Virgultum floridum, ad quod debemus frequenter deſcendere, vt flores colligamus, qui erunt fructus eximij honoris, & honeſtatis, & vtilitatis. *Ern. Prag. in Mariali cap. 49.*

VIRGVNCVLA noſtra ſingulariter caſta, excellenter ſpecioſa, vnicè munda. *Hugo de S. Vict. lib. de perpetua virginitate S. Mariæ.*

Virguncula humilis. *D. Bernard. in orat. de S. Maria, cuius initium eſt Aue Maria.*

Virguncula pudiciſſima. *Dion. Carth lib. 1. de laud. SS. Virg. art. 24.*

Virgunicula perfectæ innocentiæ. *Ludouic. Bloſ. in Endologia 1. ad B. Virg.*

VIRIDARIVM ad Dominum ſpatiandum, & recreandum, vbi ipſe poſſet flores, & fructus colligere, in quibus poſſet ſeipſum paſcere, & in ipſis ſuauiſſimè pauſare. *Rich. à S. Laurent. de laud. SS. Virg. lib. 12.*

Viridarium amœnum arborum diuerſitate; in eo enim fuerunt Cedrus contemplationis excelſæ, Cupreſſus odoriferæ famæ, Palma glorioſæ victoriæ, Roſa patientiæ, Oliua miſericordię, Platanus fidei perfectæ, & lignum vitæ. *Bernard. de Buſtis ſerm. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

VIROR virginalis, de quo pullulatum eſt viride lignum Filij Dei. *D. Petrus Damian. ſer. de S. Victore Confeſſore.*

VIRTVS hoſpitalitatis *S. Petrus Chryſ. ſer. 146.*

Virtus ex alto, per quam Reges chriſtiani accinguntur ad bellum. *S. Sabba in Menæis Græcorum die 2. Julij.*

Virtus populi. *Anonym. in Can. ad SS. Deiparam, qui extat in Rituali Græc. pag. 813.*

Virtus fidelium ab omnibus periculis cuſtodiens ſeruos ſuos fideles. *S. Io. Damaſc. in Parac. B. M. Virg.*

Virtus noſtra. *S. Ioſeph Hymn. in Mariali, & D. Bernard. ſerm. 3. ſuper ſalue Regina.*

Virtus ope deſtitutorum. *Theod. Laſch. Imperat. in poem. B. Virg.*

Virtus noſtra potentior, conterens inimicum. *D. Bonauent. in Pſalt. B. Mariæ.*

Virtus in Dei fortiſſimorum actuum perfectione. *Albert. Mag. in Biblia Mar. ſuper lib. Apoc.*

Virtus miſericordiæ, in qua peccatores portantur ad conuerſionem Iſai. 46. *Idem in Biblia Maria ſuper Iſaiam Prophetam.*

VIRTVTES in Deiformiſſimorum actuum perfectione. *Albert. Magn. ſuper Miſsus eſt. cap. 193.*

VIS conſilij inexcogitabilis ante ſecula diſpoſitæ adminiſtrationis circà hominem. *Andreas Cret. orat. 3. de Dorm. B. Virg.*

Vis altæ Sophiæ, melior Seraphim. *Io. Geom. in B. Virg. hymn. 4.*

Vis ignea genio prauo. *Idem in B. V. hym. 1.*

Vis robustis fortior, virtute antistans mentibus æthereis. *Idem in B.Virg. hymn.4.*

VISCERA Dei. *S.Germ.orat.1.in Dormit.B.V.*

VISIO magna prophetarum, quam multifariè multisque modis sancti imaginantes, sacratiores diuinas imagines symbolicè docebantur, magnumque dispensationis sacramentum figuraliter intelligebant. *Andreas Cren.orat.1.de Dorm. B. Mariæ.*

Visio noua ex dispensatione, atque horrenda, quam præuiderunt veraces Propheræ, cum Deipara Virgo conceptu partuque sine semine, casta à partu manserit. *Idem Can. in S. Lazarum.*

Visio, de qua scriptum Ezech.42.vidi aspectum ignis splendentis in circuitu, velut aspectum arcus, cum fuerit in nube, in die pluuiæ, ità erit extensio splendoris per gyrum: hęc visio similitudinis gloriæ Domini. *S.German. Constan.ser.in Nat.B. Mariæ.*

Visio magna Exod.3.quam desiderabat videre Moyses, quasi de prope dicens. Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. *Rich.à S.Laur.de laud.S.M lib. 12.*

Visio omnium Prophetarum. *Ern.Prag. in Mariali cap.85.*

VISITATIO ægrotantium; nos grauiter animo ægrotantes curans, ac salutem nobis conferens. *S.Ioan. Damasc.in Paracl.B. Mariæ.*

Visitatio velox ægrotantium. S. *Ioseph Hymn. in Mariali.*

VISITATRIX ægrotantis animæ nostræ. *Cosm. Hierosolym.in Theog.hymn.6.*

VITA viuentium. *Andreas Creten.orat.3.de Dormit.B.V.& D. Amadeus hom.8. de laud. B. M.*

Vitá verè, quia vitam attulit, & peperit vitam Ecclesiæ *Anast.Synaita lib.11. Anagog. Contemplat. in Exameron.*

Vita proiectorum. *Anonym.in Eucolog.seu Rituali Græc in Can.funereo pro pueris vita functis.*

Vita nostra. *S.Germ.Constant.orat. 2.de Præsent. B. Mariæ.*

Vita Christianorum. *Idem orat.in Zonam Deip.*

Vita Cordis nostri. *S.Io.Damasc.in Paracl. S. M.*

Vita omnium. S. *Ioseph Hymn. in Mariali.*

Vita amabilis, desiderabilis, delectabilis. *S. Anselmus Lucensis.super Salue Regina.*

Vita carnales vitas ad nihilum reducens. *Id. ib.*

Vita, contraria mundi vitæ, quam qui habere vult, se affligat, delicias respuat, delicata quæque contemnat, & qui amplius mortificauerit se, eadem amplius possidebit. *Idem ibidem.*

Vita diuina, fortificans potestate, impetratione, diuinam Sapientiam exhalans, & diuina vegetans bonitate. *Idem ibidem.*

Vita mirabilis, mortuos viuificans, per quam est regressus de priuatione ad habitū. *Id. ibi.*

Vita mortem non timens, mortem expellens, mortales immortales constituens. *Idem ibidem.*

Vita non senescens, sed potius senes ad iuuentutem reducens. *Idem ibidem.*

Vita verè, quæ mortem superbiæ humilitate vicit, quæ nobis vitam impetrauit, quæ vitam gloriæ genuit. *Idem ibidem.*

Vita verè, quæ vitam nostram naturalem à multis periculis liberat, se ipsam vt vitam morti opponens cum viderit expedire. *Idem ibidem*

Vita mundi. *D. Bonau. in Psalt. minori B. M. Quinquag. 2. & Bernardin. de Busti is in suo Mariali serm.1.de Coronatione.* S. *Mariæ.*

Vita mortuorum. *Ern.Prag.in Mariali cap.46.*

Vita nostra, per quam cum emortui sumus, mortis & sentimus, & detestamur horrorem, & confecto lachrymis suspirijsque medicamine, mortis pondus excutimus. *Martinus de Magistris in expos.it. super Cant. Salue Regina.*

Vita nostra, qua hostium non morimur insultibus. *Idem ibidem.*

Vita nostra, qua semel mortui, nè iterum quidem, atque iterum occidimus. *Idem ibidem.*

Vita, qua nostra mors enecata deperit. *Id ibid.*

Vita, qua rursum vitæ potiri spiritibus incipimus. *Idem ibidem.*

Vita dulcis. *Maurit. de villaprobata serm.8. Corono nouæ B. M.*

Vita optatissima cordis mei. *Io. à Iesu Mariæ Tom.2.Tract.Theol.Myst. pag. 64.*

VITIS semper vigens, quæ animas glorificantium lætificat. *D.Greg.Thaum. orat. 1. in Annunciat.B. Mariæ.*

Vitis veritatis fertilissima, & quoad virginitatem minimè vindemiata, quæ licet non fossa, vuarum tamen feracissima, nempè quæ maturam vuam germinauit Christum. *D.Epiphan.in serm.de laud.B. Mariæ.*

Vitis, quæ protulit botrum, & lætitia vini eius bibitur, & non deficit. S. *Io. Chrysost. orat. 7. in sanctiss. Deiparam.*

Vitis Euangelica, salutis botrum, qui nec satietatem, nec fastidium ingerit, ferens. *S. Proclus in orat.6. quæ eis de laud.S. Mariæ.*

Vitis non effossa, ex qua botrus ad maturitatem progressus est. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ nullo hominum excolente, botrum speciosissimum, ex se ipsa dedit, fontis ritu, vino salutari fluentem, quo quidem vino omnium mentes, & corpora exhilarantur. *S. Romanus Diac.in Menæis Græc. die 15. Ianuarij.*

Vitis vitam ferens Ecclesiæ Christum, lætificans vniuersos. *Andreas Cret. in 7.Machab.*

Vitis vuarum ferax valdè florens intacta. *Hesych. serm.2.de laud.B.Mariæ.*

Vitis vuas pulchras producens. *Chrysip. in serm. de S. Maria Deipara.*

Vitis, quæ botrum inter omnes excoctissimum, absque vllo vinitore peperit. *Anonym. in Menæis Græc.die 26. Ianuarij.*

Vitis generosissima, è generoso lumbo exortan. *Georg.Nicomed.orat.5. de Concept.Deiparæ.*

Vitis abundans pulchris pampinis. *S.Germa.Constant.orat.1.in Præsent.* B. *Mariæ.*

Vi.

Vitis mystica, à Deo plantata, quæ vberes protulit pampinos in Ecclesiæ finibus, & maturâ nobis de vulua vuam incorruptionis floretissima procreauit. *Idem ser. in Nat. B. Mariæ*

Vitis diuina, quæ floresceus, botrum speciosum protulit, tribuentem omnibus diuinum animę feruorem. *S. Io. Damasc. in Paracl. B. M.*

Vitis, quæ cultoris manum non experta, botrum vitæ fructificauit. *Idem in Can. Sanctiss. Deiparæ.*

Vitis florens, quæ fructificauit nobis botrum incorruptibilem, afferentem vinum lętitię vniuersis finibus terræ. *S. Iosęph Hymn. in Mariali.*

Vitis fructifera, quæ botrum produxit, ex quo illis, qui eam fideliter beatificant diuinum mustum exprimitur. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ sine cultoris opera ventre concepit Christum incorruptionis botrum, ex quo immortalitatis fontes, vt vinum nobis fundunt æternam vitam. *Idem ibidem.*

Vitis salutifera, ex qua botrus ille incorruptibilis efflouit; qui diuinum mustum profudit, de quo quisquis mysticè bibit, diuinæ, ac salubris lętitię fructus percipiet. *Idem ibid.*

Vitis vera, quæ botrum maturum protulit, ex quo effluit vinum, lætificans animas eorũ, qui eam cum fide glorificant. *Idem ibidem.*

Vitis beatissima, ex qua nata est vua, idest Christus, quæ vua præsata fuit in torculari Crucis, & indè aliquatum est mustum nostræ redemptionis, de quo Dauid dicebat Psalm. 22. Calix meus inebrians, quam præclarus est. *Idiota de B. Maria part. 15. Contempl. 1.*

Vitis extendens palmites suos, idest orationes suas, beneficia, & exempla vsque ad mare, idest vsque ad existentes in qualibet amaritudine. *Idem de B. Maria par. 3. Contemplat. 2.*

Vitis fructificatione. *Hugo de S. vict. serm. in Natiuit. vel Assumpt. B. M. qui est in ordine 34.*

Vitis per singularem fœcunditatem. *Idem serm. in quolibet festo B. Mariæ, qui est in ordine 55.*

Vitis, quæ per florem suę virginitatis fructificauit Christum botrum nostræ Redemptionis, qui suos electos inebriat in mundo vino gratiæ, in Cœlo vino gloriæ. *Idem ibidem.*

Vitis abundans, & fructificans suauitatem odoris, ex qua processit ille magnus Botrus Cypri de vineis Engaddi, qui in torculari Crucis pressus, & expressus totius vinum gratiæ abundantissimè propinauit. *Adam de Perseuia serm. in Annunc. B. Mariæ.*

Vitis, de qua exprimitur vinum libaminum, vt in Ecclesia legitur: Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Eccles. 24. *Petrus Celensis ser. 6. de Aduentu.*

Vitis nostra, ad quam alligatum pullum, idest Filium suum Pater ostendit. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ germinauit vinum, germinans virgines. *Idem ibidem.*

Vitis, quam putauit cœlestis Agricola, cum purgauit illam ab omni macula, tam originali, quam actuali culpa, paxiilo alligauit cùm Ioseph desponsauit, fœcundauit cum per Angelum salutauit, frondes, & folia protulit cum Angelo respondit: Fiat mihi secundum verbum tuum. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ botrum tulit Dominum gloriæ. *Theodorus Lasch. Imperat. in Can. ad SS. Deip.*

Vitis assiduè exculta operatione totius Trinitatis, cuius speciales excultores fuerunt inspiratio diuina, Filij sapientia, Spiritus sancti disciplina, monitio Angelica, propria diligentia, Patris, & Matris doctrina, & huiusmodi. *Rich. à S. Laurent. de laud. S. Mariæ lib. 12.*

Vitis botro suo famelicos cibans, quia spiritualiter esurientium fructus, quem peperit, plena est refectio. *Idem ibidem.*

Vitis, cuius odor nectareus; id est generalis opinio virgineæ beatitudinis, & omnimodæ eius virtutis, in his, qui in eius currunt odoribus, frangit superbiam, sistit luxuriam, frenat auaritiam, & generaliter pestes omnes suffocat vitiorum. *Idem ibidem.*

Vitis diligens montes, id est Sanctos, & ibi melius crescens, præsertim si hi sint petrosi, id est super Christum fundati, & luminosi à Sole iustitiæ, & feruentes charitate; in huiusmodi enim locis solet hæc vitis proferre vinum optimum, id est dare talibus magnam deuotionem. *Idem ibidem.*

Vitis, eos, qui sani sunt multimodè delectans odore, virore, respectu, gustu, potu, vmbra, protectione, absconsione, medicina, & refrigerio, & multis alijs modis, quos lingua non sufficit enarrare. *Idem ibidem.*

Vitis, ex qua nata est vua mellita, & saporis dulcissimi contra vuam fellis, & botri amarissimi. Deuter. 32. & contra vuam acerbã, quam comederunt Adam, & Eua Patres nostri; vndè, & adhuc obstupescunt dentes filiorum. Ierem. 31. & Ezech. 18. *Idem ibid.*

Vitis flexibilis obedientia quoad Deum, & pietate quoad proximum, quia Mater misericordiæ. *Idem ibidem.*

Vitis fructificans suauitatem odoris Eccles. 24. quia sicut sine læsione vitis, procedit ab ea odoris suauitas, & idem odor longè, latèque diffunditur; ita de Beata Virgine, sine læsione pudoris, processit Filius Dei, cuius dulcis opinio replet mundum; & sicut res odorifera, & odorem à se emittit, & odorem in se plurimum retinet, sic Beata Virgo emisit suauitatem odoris, fructum suum, qui Christus est producendo, quem tamen excellenter in se retinuit, mansit siquidem in ea secundum diuinitatem, qui ex ea prodijt secundum humanitatem. *Idem ibidem.*

Vitis, in qua tot sunt propagines, quot virtutes; imitatores humilitatis eius operantur in in propagine pietatis, & sic de alijs. *Idem ibidem.*

Vitis lætitiæ mater, quia botrus eius, vel vinum, id est Christus, Deum scilicet Patrem lætificat, & homines. Iudic. 9. *Idem ibidem.*

Vitis paſtinata ſingulorum Chariſmatum impinguatione, purata reſecatione omnimodæ ſuperfluitatis à corde ipſius, membris, & ſenſibus, concluſa ſecretiſſima connerſatione, foſſa veræ paupertatis, & humilitatis dilectione, à terra eleuata iugi cœleſtium contẽplatione dicens illud Iob. 7. ſuſpendium elegit anima mea, & Sap. 18. cœlos attingebat, ſtans in terra; Item ſedebat ſolitaria, & tacebat, & leuabar ſe ſupra ſe Thren. 3. & ideo verè dicere poterat cum Apoſtolo: mea couerſatio in cœlis eſt. Ad Philip. 3. *Idem ibidem.*

Vitis plantata à Domino in ſua conceptione, in montibus Samariæ, Ierem. 31. id eſt in Eminentia Eccleſiæ; Samaria enim interpretatur cuſtodia, & ſignificat Eccleſiam, quę cuſtodie Chriſtianos. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ præciſa fuit lachrymis, quando vulnerata eſt vſque ad cor, in filij paſſione; tunc enim præſcindebatur, quandò ſputis, & colaphis, & clauis, & lancea Filius incidebatur, qui eſt vitis vera. *Idem ibidem.*

Viris, quæ ſeruum requirie, non Dominum, vndè dicit de operarijs ſuis Eccleſ. 24. qui operantur in me, non peccabunt. *Idem de laud. SS. Virg. lib. 2.*

Vitis, quia ſi vitis odore florum ſuorum ſerpentes, & venenata fugar, Maria floribus ſuis principalibus, nempè virginitate, paupertate, humilitate fugat, & exterminat à ſuis amatoribus, verbo, & exemplo, & ſubſidio triplex genus ſerpentum, nempè ſuperbiam, luxuriam, & auaritiam. *Idem de laudibus SS. Virg. lib. 12.*

Vitis ſanguine vuæ ſuæ, id eſt Chriſti filij ſui, ſitientes potans, quia ſanguis Chriſti verè eſt potus, Ioan. 6. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ de ſemetipſa dixit Eccl. 24. Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris. *D. Antonius de Padua ſerm. in Dominic. 3. Quadrag.*

Vitis, quam ante ſe vidit Pincerna Regis Pharaonis Geneſ. 40. videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores, vuas matureſcere; tres enim propagines eius, fuerunt angelica ſalutatio, Spiritus Sancti ſuperuentio, & Filij Dei inenarrabilis conceptio; ex quibus propaginata proles fidelium, quotidiè per totum mundum fide propaginatur, id eſt multiplicatur; gemmæ, humilitas, & virginitas; flores, fœcunditas ſine corruptione, partus ſine dolore; botri vuarum, paupertas, patientia, & abſtinentia. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ præ cæteris citius, & altius in Dei amore fuit radicata, & veræ vitæ, id eſt Filio ſuo, qui dixit Ioann. 15. Ego ſum vitis vera, inſeparabiliter ſe innexuit. Vitis enim ideo dicitur, quod vim habeat citius radicandi, vel quod inuicem ſe innectit. *Idem ibidem.*

Vitis ferens botrum, per quem pulſa eſt mundi ſitis. *D. Bonauent. in Pſalt. minori B. Virg. Quinquag. 3.*

Vitis frondens generoſa. *Idem in Litanijs Pſalt. B. Virg.*

Vitis cuius fructus, vua, & vinum, id eſt corpus Chriſti, & ſanguis. *Albert. Mag. ſerm. 27. de Euchariſt.*

Vitis de cuius flore, id eſt Virginitate, ortum eſt vinum honoris, id eſt ſanguis Chriſti pretioſus. *Idem ibidem.*

Vitis fructificationis, habens bonas propagines, cuius fructus excellit omnes alios, in quantitate, & qualitate, ſanctitate, ſuauitate. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Oſeam Prophetam Oſe. 10.*

Vitis iucunditatis, & lætitiæ. *Idem in Biblia Mariæ ſuper librum Eccleſiaſt.*

Vitis vera. *Idem in Biblia Mariæ ſuper Euangel. Ioan.*

Vitis à Dei Filio imbalſamata. *Iacob de Vorag. in Mariali ſerm. 11. V.*

Vitis amorem mundi, qui eſt aqua putrida in nobis, in amorem Dei, qui eſt tanquam vinum ſuauiſſimum, & odoriferum, conuertens. *Idem ibidem,*

Vitis à Patre æterno purgata. *Idem ibidem.*

Vitis calore Spiritus Sancti excocta. *Idem ibidem.*

Vitis Chriſti deaurata. *Idem ſerm. 1. de Aſſumpt. B. Virg.*

Vitis, in qua fnerunt tres propagines, id eſt tres perſonæ, ſcilicet perſona Patris, qui in ea Chriſti incarnationẽ fecit: perſona Spiritus Sancti, qui eam ſimiliter operatus eſt: & perſona Filij, qui corpus humanum ſibi induit. Geneſ. cap. 1. *Idem in Mariali ſerm. 11.*

Vitis, propter lætitiam iucunditatis internæ. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ protulit fructum plurimum, fructum ſuauiſſimum, & fructum odoriferum. *Idem ibidem.*

Vitis ſine irrigatione pullulans, Spiritus Sancti fulcimento munita, gratia impinguata, racemum ſine vlla culturæ opera fructificans, ex quo immortalitatis exprimitur muſtum, ex quo myſticæ lætitiæ fluentum diffunditur, ex quo ſalutaris crater repletus, incorruptione particeps implet. *Iac. Mon. in Mariali orat. 6.*

Vitis admirabilis, amicabilis, multiplicabilis, in propagatione, extendens palmites ſuos vſque ad mare, & vſque ad flumen propagines. *Pſalm. 79. Eth. Prag. in Mariali cap. 53.*

Vitis, de qua facit ſibi vmbraculum omnis vir ſapiens, & ſpiritualis. *Idem ibidem.*

Vitis fœcunda, in fructu duplici, ſcilicet in fructu ventris, & in fructu mentis. *Idem ibidem.*

Vitis lachrymoſa, & lugubris; ſicut enim nulla arbor ſic abundat in lachrymis ſicut viris: ita nec aliquis Sanctorum, ſicut Maria, in compaſſione pro perditione humani generis. *Idem ibidem.*

Vi-

Vitis optima, cuius vinum eſt eius gratia, & conſolatio. *Idem ibidem.*

Vitis, ſui ipſius diffuſiua, quæ omnes appropinquantes ſibi, amplecti, atque adſtringere nititur, & in omni corde per amorem radiare conatur. *Idem ibidem.*

Vitis virtuoſa, & deſiderabilis in emiſſione floris, id eſt in voto, atque propoſito virginitatis, & ſuper omnia aromata odore aromatizans. *Idem ibidem.*

Vitis vmbroſa, & delectabilis in extenſione palmitum, id eſt virtutum glorioſarum, quia operuit montes, id eſt Sanctos omnes vmbra eius, & arbuſta eius cedros, id eſt altitudinem Angelorum. *Idem ibidem.*

Vitis, quia dulcis in conuerſatione. *Barthol. de Piſis lib. 1. de laud. SS. Virg. fruct. 8.*

Vitis ſanctitudinis. *Idem lib. de laud. SS. Virg. fruct. 2.*

Vitis electorum. *D. Antoninus in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 26.*

Vitis producens palmites, ſibi hærentes per deuotionem. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ fructificauit ſuauitatem odoris, ſcilicet Dominum Ieſum. *Idem in ſumma part. 4. tit. 15. cap. 25.*

Vitis fœcundiſſima, quæ vniuerſæ ſuauitatis fontem protulit, & flores eius fructus honoris, & honeſtatis: quoniam ſine tactu pudoris, honeſtatiſque detrimento, Chriſtum Regem peperit, qui flos eſt, cuncta reficiens, atque adornans. *Dion. Carth. lib. 2. de prec. Mariæ art. 24.*

Vitis, quia ſicut vitis in hyeme arida eſt, & deſpecta videtur, ſed ſuo tempore viret, frondet, & optimos parit fructus: ità B. Virgo in ſæculo iſto, præſertim tempore perſecutionis, & paſſionis Filij ſui, fuit contempta, & extrinſecus deſpectibilis videbatur, ſed intus coram Deo virentiſſima, ſuauiſſima, & ſua compaſſione materna multis millibus iniquorum gratiam conuerſionis promeruit: cuius exemplo innumerabiles perſonæ ſanctam ſeruauerunt virginitatem. *Idem ibidem.*

Vitis florigera. *Thom. Bradleynus in tract. de fundatione, & confirmat. Ord. Carmeli cap. 2.*

Vitis circumiens feneſtras, & domos, id eſt animas ſuorum deuotorum ſua protectione. *Bernardinus de Buſtis ſerm. 1. de Aſſimilat Beatæ Mariæ.*

Vitis cœleſtis, quæ à Deo Patre in prima ſua plantatione, id eſt in ſua conceptione, ſanctificata, protulit fructum magnum, & pulchrum, imò maximum, & pulcherrimum. *Idem ibidem.*

Vitis, cuius flores, id eſt virtutes fuerunt coram Deo, & hominibus valdè odoriferæ. *Idem ibidem.*

Vitis, cuius folia, id eſt verba ſaluberrima ſunt ad vulnera vitiorum noſtrorum mundanda, & ſananda. *Idem ibidem.*

Vitis, cuius palmes, id eſt anima, fuit ad conſentiendum per fidem flexibilis, cum dixit Angelo: Ecce Ancilla Domini. *Idem ibid. & Maurit. de Villaprob. ſerm. 33. Coronæ nouæ Beatæ Mariæ.*

Vitis digniſſima, quæ non ſolum circuit vniuerſum Orbem protegendo, ſed etiam circuit cœlum illuſtrando. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 1. de Aſſimil. B. Mariæ.*

Vitis digniſſima, quam cœleſtis Agricola ſanctificando, & præſeruando ab omni imperfectione, & ſuperfluitate, fecit ſuper omnes alias vites, quæ putatione indigent fructificare. *Idem ibidem.*

Vitis diuina, ſub qua requieſcere, requies eſt ſuauiſſima. *Idem ibidem, & Maurit. de Villaprob. ſerm. 23. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Vitis in loco alto, id eſt in altitudine contemplationis, & ſanctitatis radicata, & radijs, & calore ſolis, id eſt feruore charitatis, & diuini amoris optimè reuerberata. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ, & Maurit. de Villaprob. ſerm. 23. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Vitis nunquam infirmata per peccatum, & ſemper plena vuis virtutum. *Bernardin. de Buſtis ſer. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Vitis, propter lætitiam iucunditatis internæ. *Idem ibidem, & Maurit. de Villaprob. ſerm. 23. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Vitis, quæ à Dei Filio imbalſamata, fecit fructum odoriferum. *Bernardin. de Buſtis ſerm. 1. de Aſſimilat. B. Mariæ.*

Vitis, quæ aquam putrefactam, ideſt amorem mundi conuertit in nobis, in vinum ſuauiſſimum, & odoriferum, id eſt in amorem Dei. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ calore Spiritus Sancti excocta fuit, fecitque fructum ſuauiſſimum. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ capreolis brachiorum ſuorum, dulciter ſtrinxit, ac tenuit Deum. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ habuit ſerenitatem, & claritatẽ aeris, id eſt nitorem puritatis in mente, & dulcedinem terræ, id eſt duleorem benignitatis in conuerſatione, & ſuauitatem virginitatis in carne. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ habuit tres propagines in ſe, id eſt tres perſonas diuinas. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ illud dulciſſimum vinum protulit, quod lætificat Deum, & homines. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ inter omnes Sanctorum, & Sanctarum arbores, magis creuit in merito, & in gratiæ cumulo. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ protulit fructum pulchrum, ſuauiſſimum, & odoriferum. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ veris tempore, propter paſſionem Filij vulnerata, amariſſimas lachrymas emiſit. *Idem ibidem.*

Vitis fœcundiſſima. *Ioan. Trith. in orat. coram imagine B. Mariæ recitanda libro de modo, & forma quotidiani exercitij Monachorum.*

Vitis fructifera. *Idem lib.1.de miraculis B. Virg. in vrticeto cap.6.*

Vitis abundans, nobis continuè proferens vinum ſuum dulciſſimum, dicens: Bibite amici, & inebriamini chariſſimi. *Maurit. de Villaprob.ſerm.23.Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Vitis circumiens feneſtras, & domos, id eſt animas ſuorum deuotorum, ſua protectione. *Idem ibidem.*

Vitis, cuius flores, id eſt mores, tanti odoris, id eſt tantæ honeſtatis fuerunt, vt omnes ſerpentes, id eſt venenoſas cogitationes, & tentationes à cordibus aſpicientium effugarint. *Idem ibidem.*

Vitis digniſſima, quæ non ſolum circuit vniuerſum Orbem protegendo, ſed & circuit mundum illuſtrando. *Idem ibidem.*

Vitis, quę colore Spiritus Sancti excocta fuit, & genuit fructum ſuauiſſimum per gratiam Dei. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ fecit fructum odoriferum, eo quod fuit à Deo Filio imbalſamata; Filius enim Dei, qui eſt verum balſamum, nouem menſibus in eius vtero habitauit, & de ipſa, in natiuitate exiuit. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ habuit tres propagines, perſonam Patris, quæ Chriſti incarnationem in ea fecit; perſonam quoque Spiritus Sancti, quæ ſimiliter per gratiam ſuam in tali generatione cooperatus eſt; item perſonam Filij Dei, qui in eius vtero humanatus eſt. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ opera cœleſtis Agricolæ ſuper omnes vites fructificauit, proferens fructum pulcherrimum, Filium Dei Redemptorem mundi, Deum hominem. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ propter paſſionem Filij ſui vulnerata, amariſſimas lachrymas emiſit. *Idem ibidem.*

Vitis, quæ protulit illud vinum, quod lætificat Deum, & hominem. *Idem ibidem.*

Vitis, quia ſicut vitis aquam putrefactam convertit in vinum ſuauiſſimum, & odoriferum: ſic ipſa amorem mundi, qui eſt quaſi aqua putrida, conuertit in nobis in amorem Dei, qui eſt tanquam vinum ſuauiſſimum, & odoriferum: replens animam ſuauitate deuotionis, & ipſam incitans ad odorem ſuæ ſanctæ imitationis. *Idem ibidem.*

Vitis, quia ſuper omnes Sanctos, & Sanctas, magis creuit in merito, & in gratiæ cumulo; vitis enim inter arbores multum creſcit, vnde ſupra domos, & arbores, & circa feneſtras domorum circumduci poteſt. *Idem ibidem.*

Vitis reſpectu Filij ſui. *Idem ibidem.*

Vitis fœcunda, quæ ſine vllo virginitatis detrimento, Chriſtum quaſi vuam ſuauiſſimam peperit. *Robert.Bellarm.conc.11.*

VITRVM mundiſſimum, atque ſolidiſſimum, per quod igneos radios tranſmiſit Sol iuſtitiæ, ad effugandas tenebras gentium, ex quibus puritas vitri, & claritatis augumentum concepit, & integritatis detrimentum non ſuſtinuit. *Franc. Abbas lib.6.de gratia Dei.*

Vitrum; ſicut enim vitrum, cum ſit corpus diaphanum, ſolis luci non reſiſtit, ita in Maria, nihil extitit opacitatis ex parte ſenſualitatis, & fomitis, quod reſiſteret gratiæ Dei, aut deprimeret ſenſum mentis, & ſicut vitrum ſolis radios ſine ſui læſura recipit, & tranſmittit, ita Maria ipſum Solem iuſtitiæ ſine læſura, aut corruptione concepit, & edidit. *Em. Prag.in Mariali cap.86.*

VITTA coccinea, quia minio ſanguinis Filij, per compaſſionem rubricata, eiuſdē paſſionis memoriam cordibus noſtris inſpirat. *Rich. à S.Laur.de laud.S.Virg.lib.5.*

Vitta, quæ dicitur à vinciendo, quia ex ea capilli, vel ipſum pectus vinciuntur, inſtar vittæ ligantis; Maria enim, crines, id eſt, iuſtos, ne effluant, caputi, & inuicem ſuis orationibus conſtringit, & adunat, ne per errores, & vitia diſpergantur, & eos vinculo pacis, & mutuæ charitatis colligat. *Idem ibidem.*

VITVLA primipara, nuptiale nondum experta iugum, & exuſta, cuius cinis, Domini ſcilicet corpus ex ea aſſumptum, inquinatos, ab imputa peccatorum lue, emundat. *Hebr.9. S.Proclus in orat.6.quæ eſt de laud.B.Virg.*

Vitula iugi expers, ſaginati vituli. *Andr. Cret.orat.1.de Dormit.*

Vitula triennis in Sancta Sanctorum inducta. *Iacob.Monac.in Mariali orat.3.*

VIVIFICATRIX poſterorum. *D. Bernard. hom. 2.de laud. Virginis Matris ſuper miſſus eſt.*

Viuificatrix noſtra, ex vinculis inferni ad vitam reducens nos defluentes in terram. *Theodorus Laſebus Imperator in poem. B.Virg.*

Vinificatrix omnium; per ipſam enim omnia mortua, vitæ ſunt reſtituta. *D. Bernardin.Sen. tom.3.ſerm.1.de glorioſa nomine Mariæ.*

Vinificatrix cunctorum. *D. Antoninus in ſum. par.4.tit.15.cap.13.*

Viuificatrix omnium. *Ioan.de Meppis in tract. de immaculat.Concep.B.Virg.pag.86.*

Viuificatrix ab æterna morte. *Bernardin de Buſtis in ſuo Mariali ſerm. 2. de coronat. Beatæ Mariæ.*

VLMVS, quam promiſit Dominus ſæculo deſolato. Iſai.41. Ponam in deſerto Vlmum, id eſt naſci faciam Mariam, per hanc arborem figuratam, nam ſi Vlmus, ſecundum Iſidorum, in vliginoſis locis, & humidis melius proficit, & apta eſt vitibus ſuſtentandis: Maria proficiebat ex humoribus charismatum, & donorum Spiritus Sancti, & meritis, & exemplis, & orationibus ſuſtentat fructificantes in bono, imò totam Eccleſiam, quæ eſt vitis. *Richard.à S.Laurent.de laudib. S.Virg. lib.12.*

VLTIO eorum, qui vexantur. *Eutychianus in Vita S.Theophili.*

VMBILICVS Eccleſiæ, quia ſicut Vmbilicus in medio totius corporis, ita Maria in medio Eccleſiæ, quæ corpus eſt Filij ſui, omnibus

quan-

quantum in ſe eſt, parata benefacere. *Rich. à S.Laur.de laud.S.Virg.lib.2.*

Vmbilicus nunquam indigens poculis, cum ſit plena gratia, & ſemper hauriat aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, Iſai. 12. *Idem ibidem.*

Vmbilicus, quia ſicut Vmbilicus eſt in medio corporis, ſic, & ipſa eſt mediatrix generis humani. *Iacob.de Vorag.in Mariali ſerm.17.C.*

VMBRA refrigerans. *Maurit. de Villaprobata ſerm.8.Coronæ nouæ B.Mariæ.*

VMBRACVLVM fontanum aquæ ſalientis in vitam æternam, atque vitam eandem in omnes omninò homines deriuantis. *S.Sabba in menæis Græcorum die 3. Ianuarij.*

Vmbraculum laboris æſtu confractorum. *Idem in menæis Græcorum die 28. Ianuarij.*

Vmbraculum, quod Eccleſiæ præparauit vmbra refrigerans, qua virtus Altiſſimi obumbrauit ei, & per carnem ex ea aſſumptam. *Idiota de B.Virg.par.8. contempl.1.*

Vmbraculum Spiritus Sancti. *Franco Abbas lib.6.de gratia Dei, & Adam Præm onſtrat.lib. 1.ſerm.40.*

Vmbraculum meridiani, id eſt refugium contra æſtum perſecutionis urentis, & feruentis, ſicut ſol in meridie vrit, & feruet, vel contra incentiua libidinis. *Richard.à S.Laur.de laudib.S.Virg.lib.2.*

Vmbraculum, quod virtus Altiſſimi Eccleſiæ præparauit. *Idem de laud.S.Virg.lib.12.*

Vmbraculum Dei placitum. *D.Bonauent.in Litanijs Pſalt.B.Virg.*

Vmbraculum protectionis in tentationibus noſtris. *Idem in Pſalt.B.Virg.*

Vmbraculum infirmorum, refrigerans vmbra miſericordiæ, quos reuerberat Sol radijs iuſtitiæ. *Albert.Mag.ſuper Miſſus eſt cap.160.*

Vmbraculum à turbine, & à pluuia Iſai.4. id eſt ab inſultu, & tentatione diaboli. *Erneſt.Prag. in Mariali cap.94.*

Vmbraculum, confugientes ad ſe cum vero corde abſcondens gloriosè, & protegens, & ſecuros faciens, & ab æſtu libidinis, & à turbine ſuperbiæ, & à pluuia auaritiæ Iſai.4. *Idem in Mariali cap.102.*

Vmbraculum peccatoris pœnitentis, eidem ponens vmbram ſuam, quaſi noctem in meridie, vt habitent apud eam fugitiui, & Dei timentes ſententiam Iudicis. *Idem in Mariali cap.39.*

Vmbraculum iucundiſſimum. *Iſidorus Theſſal. in Natiuit.B.Virg.*

Vmbraculum Eccleſiæ. *Maurit de Villaprobata ſerm.8.Coronæ nouæ B.Mariæ.*

VNGVENTARIA bona, quæ ex puriſſimis ſanguinibus ſuis, tanquam ex ſpeciebus aromaticis, cõpoſuit pretioſum thymiama, ſcilicet Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & illud obtulit Deo, in præſentatione in templo. *Bernardin.de Buſtis ſerm.1.de Aſſimilat. B.Mariæ.*

Vnguentaria excellentiſſima. *Io.Picus lib.2. in canticis cap.14.*

VNGVENTIFERA, per quam Deus ſuorum ad nos beneficiorum deriuat fragrantiam, quæ Chriſtũ portauit theſaurum inexhauſtũ, cuius vbique puritatis aromata, ſupra omnem odoris fragrantiam, cum Dominus fuiſſet odoratus, in ea quidem habitauit, atque ad nos per eam venit. *Geor.Nicomed. in orat in in S.Mariæ aſſiſtent. ad ſepulchrum.*

VNGVENTVM ſuaueolens, quæ Dominum. Vnguentum vitæ, mirabili in ſe ratione ſuſcepit; Vnguentum inquam, quod noſtros animos ſuauius perſpiret floribus gratiæ. *And.Cret.can.in concept.B.Virg.*

Vnguentum thymiamatis odorem afflans. *S. German.Conſtæ,orat.1.in præſent. B.Virg.*

Vnguentum maxini, infinitique prætij compoſitio, omnimodæ caſtimoniæ vnguenta perſpirans, ex qua Dominus eius cognominis prodijt, quippè ait: Vnguentum effuſum nomen tuum, quo regale vnctum Sacerdotium eſt. S. *Io. Damaſc. orat.4.de Nat.B.M.*

Vnguentum prætioſum. *Idem orat.2.de Aſſumpt. B.Mariæ,& S.Ioſeph. Hymnog.in Mariali.*

Vnguentum tanta ſuauitate, tantaque vi prædituum, vt vel leuiter admotum, fructum eiuſmodi afferat, qui nulla ratione auferri poſſit *S.Io.Damaſc.orat.2.de Aſſumpt. B.Mariæ.*

Vnguentum in corde, & corpore. *Cæſar. Ciſterc.in hom.de nomine Mariæ.*

V nguentum fragrans. *Iſid.Theſſal. or.t.de Aſſumpt.B.Mariæ.*

Vnguentum ſuauiſſimum. *Id.in orat.de Nat.B.V.*

VNGVLA, per concupiſcentiæ carnalis extinctionem: Vngula enim, quia frigidæ naturæ, concupiſcentiæ carnalis male blandientis extinctionem deſignare poteſt. *Hugo de S. Vict.ſerm.in quolibet feſto B.Mariæ. qui eſt in ordine 55.*

Vngula, ex qua confectum eſt odoriferum thymiama, ſcilicet Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ſuo Patri oblatus eſt: ſicut ſacrificium gratiſſimum ſuper omnia alia. Vngula enim eſt ſpecies aromatica ſic dicta ſecundum Iſidorum in lib.17.Ethymolog. & Nicol. de Lyra ſuper 24. Eccl.quia eſt vngui ſimilis, & alio nomine dicitur onicha,& hæc ſpecies ponitur in confectione thymiamatis, vt habetur Exod.30. *Bernardin. de Buſtis ſerm.1.de Aſſimilat.B.Mariæ.*

VNIGENITA, quam Sanctus fortis Dei Filius, Deuſque ex ſterili matre produxit, vt qui Vnigenitus erat, ac Primogenitus omnis creaturæ, Vnigenitus ex ea genitus, Primogenitus eſſet inter multos fratres, æquè videlicet,ac nos,carnis, & ſanguinis ab illa particeps factus. *S.Ioan.Damaſcen.orat 1.de Natiuit.B.Mariæ.*

VNIO hominum ad Deum. *Anaſtaſ. Antioch. orat.2.in Annunciat.B.Virg.*

Vnio ſpiritualis, cunctis vnionibus, quas per-

las

las vocant, effectu, atque virtute medendi, longè præſtantior, cultorem ſibi deuotum, caſtum reddens, & placidum: infirmum conſcientiæ pœnitentis confortans ſtomachum: vlcera mentis curans mortifera, vocis, cordis, & totius animæ tollens nocumenta, epilepticos, cardiacos, & nimio fluxu ventris infirmos liberans, febres animi peſtilentiales curans. *Io. Trith. lib. de miraculis B. Virg. in Verticeto cap. 7.*

VOLVMEN nouum noui teſtamenti, per quam exemplo Dæmonum vaſtatum eſt imperium, & hominum captiuitas protinus diſſoluta. *S. Proclus in orat. 6. quæ eſt de laud. B. Virg.*

Volumen verè noui teſtamenti, à Deo ſcriptum, quod Deus ante fecit cum hominibus. *Andr. Cret. orat. 3. de Dormit. B. Virg.*

Volumen, de quo ſcriptum eſt Ezech. 2. Et ecce manus miſſa ad me, & in ipſa inuolutus liber, & expandit illū coram me, & erat ſcriptus intus, & foris, & dixit ad me: Fili hominis comede volumen iſtud. *S. Germanus Conſt. ſerm. in Natiuit. B. Virg.*

Volumen nouum Patris, in quo inſcriptum ſubſtantiale Verbum. *Idem orat. in Annunc. B. Virg.*

Volumen, in quo Verbum vitæ, digito Dei ſcriptum fuit, cuius deprecationibus in libro vitæ ſcribi poſſumus, reſciſſo per eam, peſſimo libello peccatorum noſtrorum. *S. Io. Damaſc. in Paracl. B. Virg.*

Volumen, in quo Patris digito deſcriptum eſt Verbum incarnatum, quod Adæ primi parentis chyrographū lancea reſcidit. *S. Ioſeph hymn. in Mariali.*

Volumen, in quo ſcriptum eſt digito Patris Verbum, quod deprecatur, vt in libro vitæ deſcribat ſernos ſuos, *Idem ibidem.*

Volumen maximè nouum, quæ Verbum in ſe ſcriptum habuit, quo in libro viuentium diuinos athletas ſuos deſcripſit, qui ea, quæ ſcripta ſunt, adimpleuerunt. *Idem ibidem.*

Volumen nouum à Propheta indicatum, in quo paterno digito ſcriptum eſt Verbum, quod in libro vitæ adſcribit ex ſua bonitate omnes obtemperantes Imperio ſuo. *Idem ibidem.*

Volumen nouum à Propheta viſum, in quo Verbū Patris ſcriptū fuit, precibus ſuis Ieſum renouatorem Vniuerſi rogans, vt nos ſcribat in libro viuentium. *Idem ibidem.*

Volumen nouum, & recentiſſimum. *Idem ibidem.*

Volumen nouum, in quo Verbum Patris ſcriptum fuit, precibus ſuis nos ſcribi faciens in libro viuentium, ac delens ſcripturam multorum malorum noſtrorum. *Idem ibidem.*

Volumen plānè nouum, in quo dignatum eſt Verbum diuinum conſcribi, idque coniunctione cum eo facta, ſummè admiranda, vt nos omnes libro vitæ inſereremur. *Idem ibidem.*

Volumen commodiſſimum, in quo Dei Verbum ſcriptis mandatum eſt, per quod graui ſeruitutis iugo oppreſſi, in perpetuam libertatem vindicati ſumus. *Leo Imperator in orat. de Aſſumpt. B. Virg.*

Volumen, quod Dei ſapientiam ſuſcepit. *Theodorus Laſcius Imperator in can. ad Sanctam Deiparam.*

VOLVNTAS bona Dei ad mortales. *Andr. Cret. orat. 2. in Annunciat. B. Virg.*

Voluntas Domini. *Guarricus Abb. ſerm. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Voluntas Patris Æterni, quatenus eius voluntatem perfectiſſimè faciebat. *Idem ſerm. 4. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

VOLVPTAS. *D. Ephrem. in ſerm. de laud. B. Mariæ Virg.*

Voluptas ipſa Paradiſi. *Anonymus in menæis Græcor. die 4. Aprilis.*

Voluptas animorum noſtrorum. *S. German. Conſtant. orat. 2. in Præſentat. B. Virg. Mariæ.*

Voluptas Dei. *Rupert. Abbas lib. 4. commentar. in Cantic. Canticor.*

Voluptas animæ, te medulliùs amare, & in tuis optatiſſimis amplexibus à labore mundi requieſcere cupientis. *Ioan. à Ieſu Maria tom. 2. oper. ſuor. tract. de myſtica Theol. p. 62.*

Voluptas abiſſus. *Idem ibidem pag. 46.*

Voluptas, qua perficitur caſtitas, & amor ſuauiſſimus nutritur. *Idem ibidem. pag. 66.*

VOTVM genitale clariſſimi, atque omni gentis cogitatione præſtantioris Dei ad homines aduentus. *S. Io. Damaſ. orat. 2. de Natiuit. B. Mariæ.*

VOX Prophetarum, vbique reſonans. *S. Ioſeph Hymnog. in Mariali.*

Vox gloriæ Dei, ac ſi aquarum multarum Ezech. 43. quia cum vna ſit ſcientia, hanc ſemper eſſe Virginem, & Dei Matrem, tamen prodiuerſis, & diligentium, & amantium qualitatibus, quamdiu præſens voluetur ſæculum, non deerunt, qui eius gratiſſimam, & verbis, & ſcriptis promulgaturi ſint laudem. *Guibertus Abb. in lib. de laud. B. Mariæ cap. 4.*

Vox clamantis, non in deſerto, vt Ioan. ſed in cœlo. *Albertus Magn. ſuper miſſus eſt cap. 155.*

Vox clamantis in cœlum. *D. Antonin. in ſumma par. 4. tit. 15. cap. 19.*

Vox Prophetarum. *Bernardinus de Buſtis in ſuo Mariali ſerm. 2. de Coron. B. Mariæ.*

VRBS fortitudinis, cuius antemurale, fuit iugis, & vigil Angelorum cuſtodia. *Io. Hailgrin. in cap. 4. Cantic. Canticor.*

Vrbs fortitudinis noſtræ, in qua concluſus eſt Saluator, per incarnationis miſterium, & ipſe eam concluſit, vt murus per defenſionis miniſterium. *Idem ibidem.*

Vrbs refugij noſtri. *Idem ibidem.*

Vrbs fidelis, fideliter recipiens, & conſeruans ad ſe fugientes. *Albertus Magnus in Bib. Mariæ ſuper Proph. Iſa.*

Vrbs

Vrbs fortitudinis contra omne malum. Isai. 26. *Idem ibidem.*

Vrbs palmarum. Iudic. 15. *Bernardin. de Busti serm. 2. de Assimilat. B. Mariæ, & Mauric. de Villaprobata serm. 20. Corona nonæ B. Mariæ.*

VRCEVS. vas scilicet, in quo deportatur aqua benedicta, in Maria enim, tanquam in vase, transmisit nobis Pater aquam illam gratiæ quam nobis promiserat. Ezech. 36. effundam super vos aquam mundam, & mundabimini: aliter enim non poteramus habere benedictionem Dei. *Rich. à S. Laur. de laud. S. Virg. lib. 10.*

VRNA aurea continens manna cœleste. *D. Epiphanius in serm. de laud. S. Virg.*

Vrna pulcherrima cœli manna gestans. *D. Ephrem in serm. de laud. B. Mariæ Virg.*

Vrna aurea, proferens manna, nempè Christum. *S. Io. Chrisost. orat. 7. in SS. Deiparam.*

Vrna aurea, cum continens, qui dulce manna, & mel è petra ingrato populo submiserat. *Andr. Cret. orat. 1. in Annuntiat. B. Virg.*

Vrna diuinitatis manna continens. *Idem Cant. in Isaiam Prophetam, & S. Ioseph. Hymno 8. in Mariali.*

Vrna manna intus, mundo dulcedinem ferens. *Andr. Cret. can. in concept. B. Virg.*

Vrna mannæ diuinæ. *Anonym. in Euchol. seu Ritual. Græc. in offic. aquæ bened. minoris.*

Vrna inclyta, & gloriosa. *Georg. Nicom. in orat. de exitu S. Deiparentis, quando fuit oblata in Templo.*

Vrna tota aurea habens manna. *S. German. in suo Mariali fragm. 15.*

Vrna ex aureo confecta, Christum cœleste manna condens, cibum omnibus immortalem. *Idem serm. in Natiuit. B. Virg.*

Vrna ex auro puro constans, & suauissimam animarum nostrarum dulcedinem, Christum, qui manna est, condens. *Idem orat. 1. in Præsent. B. Virg.*

Vrna manna habens, sed in passione Filij plena amaritudine. *Idem in suo Mariali fragm. 16.*

Vrna auro fictum vas ab omni vase secretum, ex quo mundus vniuersus impensum manna accepit, vitæ scilicet panem igne Deitatis excoctum. *S. Ioan. Damasc. in orat. 4. de Natiuit. B. Virg.*

Vrna dulcis mannæ. *Idem orat. 2. de Assumptione B. Mariæ.*

Vrna sincera, ac instar auri rutilans, quæ cœleste manna produxit. *Idem orat. 3. de Assumpt. B. Virg.*

Vrna auro fulgida, quæ Christum vitæ manna portauit. *S. Ioseph Hymn. in Mariali.*

Vrna continens manna, Christum enim germinauit, qui omnibus honorantibus illam, scientiæ manna, velut imbrem dimittit. *Idem ibidem.*

Vrna ferens manna, quod piorum sensus dulcedine perfudit. *Idem ibidem.*

Vrna, quæ intelligibile manna tulit, Christum scilicet dulcedinem mundi. *Idem ibidem.*

Vrna, quæ manna, ideſt Christum dulcedinem nostram portauit, & in carne peperit, qui eripit ab omni amaritudine fœditsimorum peccatorum eos, qui superexaltant ipsum in sæcula. *Idem ibidem.*

Vrna, quæ vitæ manna in vtero portauit. *Idem ibidem.*

Vrna rationalis, quæ Christum, immortalitatis manna tulit, liberans nos à mortiferarum passionum amaritudine, vt cum fide, & pietate eam glorificemus. *Idem ibidem.*

Vrna tota aurea. *Idem ibidem.*

Vrna Deum continens. *Ioan. Geom. serm. in Annunc. S. Dei Genitricis.*

Vrna habens manna. *Hugo de S. Vict. lib. 4. de proprietat. & Epithetis rerum cap. 2.*

Vrna aurea. *D. Bernard. serm. 3. super Salue Regina.*

Vrna aurea, de luto nostræ naturæ producta, quæ in se reconditum habuit manna cœlestis gratiæ. *Petr. Comest. in serm. de Conceptione B. Virg.*

Vrna aurea supernæ dulcedinis habens manna. *Petrus Blesf. serm. 38.*

Vrna diuina continens manna. *Theod. Lascbus Imperator in poem. B. Virg.*

Vrna tota aurea, quæ Deum tanquam manna suscepit. *Idem in can. ad S. Deiparam.*

Vrna aurea, in qua repoſita fuerunt, aurum Deitatis, & argentum mundissimæ, & candidæ humanitatis Filij Dei. *Rich. à S. Laur. de laud. B. Virg. lib. 4.*

Vrna aurea, per excellentiam vitæ, per integritatem, per puritatem & per plenitudinem gratiæ. *D. Amedeus hom. 1. de laud. S. Virg.*

Vrna, quæ manna reconditum habuit, quia papem Angelorum, qui de Cœlo descendit, & dat vitam mundo, sacrosancto gestit in vtero. *Idem ibidem.*

Vrna aurea splendore gratiæ, capax cœlestis panis, in quam grana sanguinis, & fata purè similaginis sunt collecta, ad diuini Sacramenti confectionem. *Albert. Mag. in postillis super cap. 11. Luc.*

Vrna, in quam manna cœleste colligitur. *Idem ibidem.*

Vrna immortalitatis manna continens. *Iacob. Monach. orat. de Natiuit. B. Mariæ.*

Vrna Spiritus Sancti auro conflata. *Idem ibid.*

Vrna penitus aurea, in qua reseruatur cœlestis dulcedinis manna. *Io. Trith. lib. 1. de miraculis B. Virg. in Vrticeto cap. 6.*

Vrna mannæ cœlestis. *S. Thom. de Villanoua in conc. 3. de Natiuit. B. Virg.*

Vrna pulcherrima, cœlesti balsamo plena. *Idem serm. 1. de Annunciat. B. Virg.*

VTER, vas sic dictum ab vtero, quia totum est quasi in ventre, nam in vtero Mariæ statuit Dominus aquas gratiarum, quasi in vtre, sicut dicit Psalmista 77. & de illa plenitudine iugiter recipimus, gratiam pro gratia,

tia, niſi ſteterit per nos. *Richard.à S.Laur. de laud.S.Virg.lib.*10.

VTERVS diuæ incarnationis. *D. Anſelmus in hym.*2.*B.Dei Genitricis.*

VVLNERATRIX diuini cordis ſpiculo præacuto humilitatis. *Ruperth. Abb. lib.* 3. *commentar.in Cant.Canticor.*

VVLNVS diuulgatum dœmonum. *Andr. Cret. orat.*2.*in Annunciat.*

Vulnus dœmonum, cor noſtrum peccatis vulneratum curatione diuina dignans. *S.Io. Damaſc.in Paracl.B.Virg.*

Vulnus Dœmonum. *S.Ioſeph Hymn.in Marioli.*

VXOR Ioſeph, propter ſolam deſponſationem. *D.Cyrillus Hieroſolimit. Catbech.*12.

Vxor figurata Geneſ. 3. vbi legitur: vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Euam, eo quod mater eſſet omnium viuentium, Apoc. 19. venerunt nuptiæ agni, id eſt tempus carnem aſſumendi, & vxor eius præparauit ſe, id eſt, ſe reddidit idoneam, vt de ipſa carnem aſſumeret. *Rich.à S.Laur.lib.*6.

Vxor, de qua dicitur Chriſto in Pſalm: 127. Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: Maria enim vitis: Eccl.24.abundans in multitudine ſpiritualium filiorum, quia eſt mater omnium viuentium vita gratię. *Idem ibidem.*

Vxor figurata, Iudith.5.vbi legitur in figura Mariæ: benedicta inter mulieres Iael vxor Haber Cinæi; B. enim Virgo dicitur vxor Chriſti: nam ſi omnis anima ſpiritualiter vxor Dei eſt, illa præcipuè vxor dicitur, in quam plus contulit gratiarum. *Idem ibidem.*

Vxor, & Sponſa, & Mater Filij Dei. *Albertus Mag.ſuper miſſus eſt cap.*50.

Vxor Regis Æterni. *Idem in bibl. Mariæ ſuper lib.Iob.*

# LIBER VIGESIMVS POLYANTHEAE MARIANAE

## CONTINENS NOMINA, ET ELOGIA DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ

### Incipientia à Littera Z.

ZELATRIX internæ quietis, veræque pacis: *Dion. Carthus. lib. 1. deprec. Mariæ art. 27.*

Zelatrix maxima animarum. *Bernard. de Busti serm. 3. de virtut. B. Mariæ, & Maurit de Villaprob. ser. 23. Coronæ nouæ B. Mariæ.*

Zelatrix omnium bonorum affectuosissima, de qua nihil fulsit, nisi diuinum: quam Deus Pater Filio suo, quem de corde suo genitum, tanquam se ipsum diligebat, matrem præparauerat: quam Spiritus Sanctus, qui de ipsis secundum diuinitatem procedebat, in matrem sanctificauit: quam Filius, qui est speculum sine macula diuinæ Maiestatis, & imago bonitatis illius, sibi in matrem elegit. *Arnold. Bostius lib. de patron, & patrocinio B. Virginis Mariæ in sibi dicatum Carmeli Ordin. cap. 1.*

Zelatrix maxima domus Dei. *Idem ibidem cap. 9. §. 2.*

ZOROBABEL, fidelium in caput institutione. *Barthol. de Pisis lib. 1. de laud. S. Virginis fruct. 4.*

FINIS.

# REGESTVM.

§.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii KKK Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff.

Omnes ſunt Duerniones præter §. & Ffff, quæ ſunt Terniones.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE, Typis Hęredum Corbelletti. 1694.

*Superiorum permiſſu.*